PROSPERI FARINACII
Iurisconſ. Romani

TRACTATVS DE TESTIBVS,

In Tres Titulos diſtributus,

QVORVM PRIMVS, EX SECVNDO EIVSDEM Auctoris variarum Quæſtionum & criminalium opinionum libro deſumtus, Oppoſitiones contra perſonas, Secundus & Tertius, contra dicta & examen teſtium, nunc primum ab eodem Auctore editi, plene & magiſtraliter diſtributas continent:

DILIGIDE EXPLICANS, TAM IN CIVILIBVS, QVAM IN *criminalibus, quid de iure veriùs, quid à Dd. magis receptum, & quid in foro magis ſeruatum exiſtat, in difficili & hen ata hac teſtium materia: ita vt alibi, quam in hoc tractatu lute ma erue dilucidatio quærenda non ſit.*

POST AVCTORIS TI O ITERATAM, ET PLVRIBVS ADDITIONIbus illuſtratam editionem di N r à mendis Ver ianis caſtigatus, & ad commodiorem Lectorum vſum diuerſ e Charact M diſtinctus, vt cuiuis bono labor adhibitus facile arrideat.

HVIVS TRACTATVS PR matrNTIA, ET MAGNITVDINI OPERIS CONIVNCTA *dilucidit as, vt eſt à paucis* ntio nis hactenus animaduerſa: ita quibus eſt percepta & cognita, ab ijs *depradicari & laudari non potuit.*

SVMMARIA ET INDE ATIO NCIPALIVM QVÆSTIONVM, RERVM, AC SENtentiarum fele ipſo Auctore confecta, id, ſi minus cupias, abſque vllo labore doceburpbunde.

Hæc abſque fico & fraude, amice Lector, tibi pollicetur

HVIVS EDITIONIS AVCTOR,

Zacharias Palthenius D. Typographus Francofurtenſis,

Sacr. Cæſar. Maieſtat. Priuilegio ſpeciali munitus.

M. DC. VI.

PROSPERI FARINACII
Iurisconſ. Romani

In Tres Titulos diſtributus,

Auctoris variarum Quæſtionum & criminalium opinionum libro deſumtus, Oppoſitiones contra perſonas, Secundus & Tertius, contra dicta & examen teſtium, nunc primum ab eodem Auctore editi, plene & magiſtraliter diſtributas continent:

criminalibus, quid de iure verius, quid a Dd. magis receptum, & quid in foro magis ſeruatum exiſtat, in difficili & non ata hac teſtium materia: ita vt alibi, quam in hoc tractatu lute ma eriæ dilucidatio quærenda non ſit.

bus illuſtratam editionem du[N]r à mendis Ver[illegible]tianis caſtigatus, & ad commodiorem Lectorum vſum diuiſ[illegible]e Charact[illegible]diſtinctus, vt cuiuis bono labor adhibitus facile arrideat.

rrodi. natr

dilucidit as, vt eſt à paucis uuo[illegible]nis hactenus animaduerſa: ita quibus eſt percepta & cognita, ab ijs [illegible]e dep rædicari & laudari non potuit.

ulga. atio atr

rentiarum ſel[illegible]ipſo Auctore confecta, id, ſi minus credas, abſque vllo labore docebunt abunde.

HVIVS EDITIONIS AVCTOR,

Sacr. Cæſar. Maieſtat. Priuilegio ſpeciali munitus.

MAGNIFICO, NOBILISSIMO, CONSVLTISSIMOQVE VIRO, DN. HENRICO PORSIO, IVRISCONSVLto præclaro, Cæsar. Maiest. à Consiliis & Secretis in Camera Aulica, Poetæ coronato, suo Sympatriotæ & Patrono plurimùm colendo.

Zacharias Palthenius D. Typographus Francofurtensis, Salutem ab Immanuele nostro.

CONSVETVDINEM *neque noua & satis laudata, Vir Magnifice & Nobilissime, disertorumq; instituto introductum est, vt libri, qui vel sanguinolenti e ventre matris prodeunt, vel jam ante nati in lucem editi, denuo auctiores, limatiores, castigatiores, nitidioresq; diuulgantur, ij, ne prorsus ἀπάτορες & spurij videantur, præfatiuncula aliqua Lectori commendentur, vel tutelæ & patrocinio alicuius magni & præstantis viri consecrentur. Id quod ante aliquot secula Græcus ille Aristides sapienter protulit, templa* DEO *consecranda, librorum vero dedicatione mortales decorandos esse inquiens. Hanc consuetudinem iam olim præscriptam qui temere, siue Auctor, siue Typographus aliquis, violarit, euitare non poterit, quin in suspicionem plagij & ἀπροσδοκίας incidat, quippe quos pudeat nugarum suarum & furti satis manifesti. Vt sunt non pauci, qui solius lucri captandi caussa, & in gratiam Typographorum integra capita, integrosq; Tractatus describunt, ac pro suis venditant, atque rem ex composito ita fraudulenter & nefarie agunt, vt qui harum technarum sit ignarus, præter omnem auctoris voluntatem, editionem à Typographo susceptam esse certo credat. Cui malo facinori & librorum imprimendorum venenato cacoethi, vt obuiam eatur maturius, jamdudum ipsa res postulauit. Ab hac suspicione vt me liberem, mos ille laudatissimus jam multo tempore obseruatus, à me pretereundus omnino non erat. Quem sane morem alij tenent, vt àduersus obloquutores, morososq; censores & Aristarchos illius patrocinio muniantur. Sunt enim homines, quibus, nisi quod ipsi faciant, rectum nihil est: sunt quibus nec Veneris sandalium calumniari piaculum est: sunt item quibus alabastrum vnguento plenum sordescit. Alij & quidem ingenio feliciore*

hunc ſeruant morem, vt quorum beneficijs ſunt ornati, deque quibus optime ſentiunt, eorum nomen titulis & inſcriptionibus amplificent, & aliquo modo ingratitudinis notam effugere conentur. Si enim Socrates δίκαιον *ſeipſum iuſtum eum eſſe dicit, qui non ſtudeat* χάριν ἀποδιδόναι, *hoc eſt, gratiam referre, ſiue amicus ſiue inimicus ſit: beneuolentiam autem, teſte Philone, nihil ſit quod facilius conciliare poſsit, quam ſi quod ab hominibus accepimus, illud grati prædicamus: certe nullus mihi perſuadebit vnquam, patronos & benefactores noſtros in ipſo librorum veſtibulo dignis laudum præconijs ornandos non eſſe. Ego autem, Magnifice Porſi, hunc librum auguſto tuo nomini propterea conſecro, non quod obtrectatorũ maledicta, quæ ſane nec in Noſtrum* FARINACIVM *Iuriſconſultum eximium nullique ſecundum, nec in Nos Operum eius iuridicorum diſſeminatores & propagatores vlla cadere poſſunt, formidem: Quis enim adeo ingrati ſit animi, vt infeſtus ſit ei, qui pro vtilitate Reipublicæ literariæ, nullis non curis, nullis non laboribus, nullis non parcat ſumptibus, & in ſtudio vigilans ſui corporis robur, ſuas vires, ſuamque valetudinem aſſidua cogitatione, indefeſſoque labore diminuat? Nec quod per Dedicationem hanc cogitem acceptis beneficiis reſpondere, aut exiſtimem Magnificentiæ tuæ quicquam claritatis adijcere; Cum tuus honos ob mirificas animi dotes ſemper maſurus ſit viribus ſuis immortalis: Sed quia noſtrum in Rempublicam literariam ſtudium, optimorumque Iuriſconſultorum ſcripta prælo noſtro limatiſque noſtris characteribus exornandi deſiderium flagrantiſsimum, abs te judicari vnice cupiam, vt aut damnes, ſi leue, inutile & immaturum: aut comprobes, ſi id de re mea & e re Reipublicæ cenſueris. Et enim ſi tuo meum ſtudium non improbabitur judicio, reddar non modo ad obeundas vocationis meæ vices alacrior, verum etiam ſtimuli mihi addentur ad maiora tentanda: præſertim cum me ad Rempublicam literariam vnice iuuandam & natum & à DEO deſtinatum eſſe videam. Hoc tuum iudicium ſi hac compellatione extorſero. & reipſa meos tibi labores probari comperero,* κειμήλιον *pretioſiſsimum me nactum eſſe putabo. Is enim es, Magnifice Porſi, in cuius judicio me labi & errare non poſſe, jamdudum certo mihi perſuaſi. Quis enim ad hoc melior iudex ſeligi potuiſſet à me quam tu? quippe qui poſt bene fundatam iuris & Poeſos ſcientiam, non ſolum Academia Viennenſi ſumma cum laude & omnium admiratione præfueris, verùm etiam, poſtquam latiores campos, in quibus euagentur & excurrant functiones virtutum tuarum, in quibus vel omnes ingenij tui diuitias explicare potes, nactus, & à Cæſ. Maieſtate ob eximiam virtutem, fidem, aliaſque præclaras animi tui dotes in numerum Sacriariorum ſecretiorum negotiorum Cæſ. Maieſt. cooptatus es, legationes, aliaque ampla & difficilia negotia ita præclare geſſeris, vt nobile virtutis decus inde reportaris. Hoc cum mecum norint omnes, qui non pendeam totus à tuo iudicio & in eo vnice acquieſcam? Expectabo itaque Porſi Magnifice tuum de meo literarum ſtudio iudicium. Quod quo fuerit maturius, eo fuerit gratius, vberrimumque huius compellationis fructum me conſecutum exiſtimabo. Cæterum vnice hoc á T. M. familiarius contendo, vt hanc meam* eo animo ad te diuertere ſinas, quo à me profecta eſt, hoc eſt, non niſi hilari & ſerena fronte hanc auguſti tui nominis inſcriptionem accipias, & donum hoc non ex pretio & vſu rei data, ſed ex offerentis facultate, ſtudio, & animo æſtimes & ponderes. Licet enim ſit exiguum, nec dignum muneris nomine, βασιλικὸν tamen καὶ φιλάνθρωπον, regium & humanum eſt, teſte Plutarcho, μικρὰ λαμβάνειν εὐμενῶς καὶ φιλανθρώπως, exigua benevole & placide accipere. Quod de tua Magnificentia cum nihil humani ab ea ſit alienum, mihi certo polliceor. Deus te, vir Magnifice, cum omnibus, quos amas, Reipub. Chriſtianorum quam diutiſsime ſeruet incolumem. Datæ è meo prædio vrbano ad Nobile Francofurtum Calend. Septembr. Anno ab orbe redemto ſupra ſeſquimilleſimum nonageſimo ſeptimo.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO,

CLEMENTI VIII. PONT. OPT. MAX.

Prosper Farinacius perpetuam prosperitatem.

VRbium, ac Populorum Moderatrix iustitia, cuius te, PATER Beatissime, summum hoc tempore veneramur Interpretem, tantum sibi in testium probatione subsidii collocatum intelligit, vt illa, vel sublata, vel praue inflexa, nihil præterea sibi reliquum putet, cuius ope se incolumem tueatur. Et vero cum pulcerrimæ huius virtutis vis in eo potissimum posita sit, vt rite iudicia exerceantur, nullus tam sapiens, tam oculatus iudex inueniri potest, qui si explorandæ testium fidei rationem ignoret, non facilime in dirimendis controuersiis aberret à veritate. Id cum mihi sæpe in mentem veniret, videremq; eam iurisprudentiæ partem, in qua de Testibus agitur, aut non satis commodo ordine, aut parum interdum accurate tractatam à nostris, non ingratam, neque inutilem me huius disciplinæ studiosis rem facturum existimaui, si in criminalis methodi libris eam, quantum in me esset, diligentiore opera exsequerer, & annecterem. Nam si qui ciuiles tantum actiones meditantur, plurimum sibi in illa studii ponendum putant, cuius non criminis reus merito censendus fuerit, qui de vita, ac nece hominum agens, præcipuam iudicii ferendi artem contemtam reliquerit? Neque vero tantum ipse mihi tribuo, vt, quod conatus sum, id omnino perfeciſſe me putem. Laborem tantum modo, quem potui, maximum adhibuisse me profiteor, cuius demum non inanem arbitrabor industriam, si tibi, Pater Beatissime, probari aliqua ex parte intellexero. Quod si ingenii mei fœtus tanti non sunt, vt Orbis terrarum saluti prospicientem frustrà detineant; Obseruantiam saltem in te meam, cuius illi testes sunt, qua soles benignitate libens complectere.

Romæ Kalend. Iulij, M. D. XCVI.

ILLVSTRIS-

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO DD. PETRO ALDOBRANDINO, S.R.E. CARD. AMPLISSIMO,

Prosper Farinacius S. P. D.

INgratissimi profecto sunt, qui de referenda beneficiis ingentibus gratia, cum maxime reddere possunt, non maxime cogitant. Sed neque minus ingrati, qui quod paria se posse facere non existimant, omnem benemerendi cogitationem ex animo abijciunt. Tam fœdi criminis labem vt ipse, quantum possem, effugerem, meas de Testibus Lucubrationes, quas Sanctissimo Principi Clementi VIII. Patruo tuo nuncupaui, ad te quoque, Aldobrandine amplissime, mittendas, censui. Non sunt illæ quidem eiusmodi, vt debiti magnitudinem, quod multis me tibi nominibus quotidie magis reddit obnoxium, exæquare possint, sed tamen satis fuerit, si & tuorum immortalium erga me meritorum, & meæ [illegible] memoris voluntatis non ineptum sint monumentum. Vale præcipuum Vrbis & Seculi Decus.

ROMÆ Kalend. Iulii M. D. XCVI.

Carmen Heroicum,

IN COMMENDATIONEM VOLVMINIS DE TESTIBVS, PROSPERI FARINACII IVRISCONSVLTI ROMANI,

Auctore

D. VALENTINO LEVCHTHIO à Falckenberg, Prothonot. Apostolico, & Comite Palatino Cæsareo.

Magna fuit semper gemini veneratio Juris,
Magnus honor, splendorque ingens, & maximus vsus,
Qui bene tractarunt legum responsa, peritúm:
Sic celebris Baldus, sic Bartolus inclytus olim,
Sic Zabarella pius, Zasius, sic Papinianus,
Sic Brunus, Balbus, Ferrettus, sic Tiraquellus,
Sic alij innumeri famâ super æthera noti.
Hos calamo, libris, scriptis, Prosper Farinaci
Tu sequeris; gemmas alij terrâque marique
Conquirunt, alij Mauortia bella sequuntur:
Distinet & quosdam medicina industria laudis.
At tu perpetuas gazas, consulta secutus
Incorrupta magis, multo & melioribus vsus
Consiliis, quanto præstant longæua caducis,
Diuina humanis, tanto tibi gloria maior.
Tuque animo hoc vnum versas, & mente reuoluis
Iugiter, vt sera possint ætate nepotes
Externæque tuis gaudere laboribus vrbes.
Quid testes valeant hoc rite volumine ducti
Casibus in dubiis, causis, & litibus ipsis,
Judicio coram, rigidoque examine, tractas.
Et quid sit iuris, statui quid oporteat, vsu
Edoctus mira cum dexteritate modoque,
Exseris, atque doces, sunt omnia legibus aucta.
Perge tuis igitur virtutibus, actibus, ausis,
Sis Prosper nobis, patulo Prosperior orbi,
Et tandem cœlo longe Prosperrimus alto.

ARGVMENTA

ARGVMENTVM QVÆSTIONVM & Conclusionum, quæ principaliter in hoc Tractatu de TESTIBVS continentur.

De Oppositionibus contra Personas Testium.

LIBR. II. TITVL. VI.

Ex Quæstione LIII.

INIMICVS, an & quando à testimonio repellatur, & admissus, quam faciat probationem, q.53.nu.1. & seqq.

Ex Quæstione LIV.

Testes affines vel consanguinei, an & quando à testimonio repellantur, q.54. nu.1. & seqq.
Frater pro fratre in testimonium adductus, an & quâdo admittatur, & admissus quam faciat probationem, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, ibid. num.84.& seqq.
Parentes pro filiis & é contra quando recipiantur in testes, & recepti quam faciant fidem, ibid. nu.145. & seqq.
Maritus pro vxore quando possit testificari, quid é contra, & eorum fide ac approbatione, ibid. num. 210.& seqq.

Ex Quæstione LV.

Domestici an & quando à testimonio repellantur, & admissi qualem faciant probationem, q.55. num.1. & seqq.
Familiares, famuli, ancillæ, & serui, an & quando pro eorum Dominis possint testimonium ferre, & quâtum valeat eorum depositio, ibid.nu.117.& seqq.
Subditi & vasalli an & quando admittantur ad testificandum pro eorum Dominis, & admissi qualem faciant fidem & probationem, ibid.nu.181.& seq.
Coloni, inquilini, vel emphyteutæ, an & quando pro eorum Dominis testimonium dicere possint, & quantum valeat eorum depositio, ibid.num.215.& seqq.
Amici testimonium ad amici sui fauorem prolatum, an & qualem faciat de iure probationem, & fidem, ibid. nu. 231.& seqq.

Ex Quæstione LVI.

Infamia quid, & quotuplex sit, qui dicantur infames infamia iuris, seu facti, & quomodo infamia probetur, q.56.nu.1.& seqq.
Infamis infamia iuris, an & quando à ferendo testimonio repellatur, an verò potius admittatur, ibid. nu.26.& seqq.
Infamis infamia facti, an à testificando repellatur, an verò admittatur, & admissus quam faciat fidem, ibid. nu. 100. & seqq.
De teste criminoso, ibid.nu.126.& seqq.
De teste carcerato, vel accusato, ibid.nu.167.& seqq.
De teste periuro, ibid. nu.186.& seqq.
De teste Iudæo, hæretico, ac infideli, ibid.num.205.& seqq.
De teste excommunicato, de non confesso, & non communicato, de concubinario, de adultero, seu alio exsistente in peccato mortali, ibid. nu.240.& seqq.
De bannito, quando sit infamis, & quando ob infamiam à testimonio repellatur, ibid.nu.301.& seqq.
De teste vsurario, ibid. nu.352. & seqq.
De teste Lenone, & meretrice, ibid. nu. 358.& seqq.
De teste birroario, ibid.nu.370.& seqq.
De diuersis aliis personis, quæ ob infamiæ notam à testificando repelluntur, ibid. nu.399.& seqq.

Ex Quæstione LVII.

Pauper & vilis, quando ob paupertatem & vilitatem à testimonio repellatur, & admissus, quam faciat probationem, q.57.nu.1.& seqq.

Ex Quæstione LVIII.

Infans, impubes, pubes, & minor, quando, & in quibus cautis à testimonio dicendo arceantur, & admissi, an saltem faciant indicium, & quale, ibid.nu. 1. & seqq.

Ex Quæstione LIX.

De muliere testimonium dicente in causa criminali, q.59. nu.1. & seqq.
De muliere testimonium dicente in causa ciuili, ibid. num.32. & seqq.
De muliere recipienda in testem in testamento, ibid num. 55. & seqq.

Ex Quæstione LX.

Testis in causa propria, vel in qua habet aliquod interesse, aut commodum, an & quando, & in quibus casibus à testimonio repellatur, q.60. n.1. & seqq.
Testis, qui tractat de se exonerando, & exculpando, consequendo honorem, vel laudem, vel de euitando dedecus aut vituperium, an & quando probet, ibid. num. 18. & seqq.
Famulo seu portitori asserenti se portasse pecunias, librum, vel alias res alienæ pe[illegible], an & quando credatur, ibid.nu.23.& seqq.
Testis habens affectionem ad causam, an & quando sit idoneus, ibid. nu.29.& seqq.
Testis affectatè, animosè, & nimis citó respõdens, vel nimis verbosus, an & quando faciat fidem, & quid écontra de teste morosо in respondendo, ibid. nu. 33. & seq.
Testis habens causam similem, an & quando à testimonio repellatur, ibid. nu.41.& seqq.
De teste accusatore, ibid. nu.64. & seqq.
Vsurarium quem esse, an probetur per testes asserentes, se vsuras illi persoluisse, ibid.nu.77.& seqq.
De judice & arbitro, an & quando in causa coram eis vertente, possint testimonium ferre, ibid. num. 89. & seqq.
De teste aduocato, ibid.nu.155.& seqq.
De teste procuratore, ibid. nu.196.& seqq.
De teste administratore & negotiorum gestore, ibid. num.261. & seqq.
De teste tutore, curatore, exsecutore testamenti, & actore ad lites, ibid. num.272. & seqq.
De teste legatario, hærede aut fideicommissario, ibid. nu. 287.& seqq.
De teste creditore & debitore, ibid.nu.316.& seqq.
De teste venditore & emtore, ibid. nu. 325. & seqq
De teste cedente pro cessionario, & écontra, ibid. nu 335.& seqq.
De teste donatore pro suo donatario, ibid. num. 2. & seqq.

De

De teste fideiussore, q.60.nu.368.& seqq.
De teste socio, ibid.nu.386.& seqq.
De teste proxeneta, ibid.nu.406.& seqq.
De teste de vniuersitate, ibid.nu.450.& seqq.

Ex Quæstione LXI.

De teste furioso, q.61.nu.1.& seqq.
De teste cœco, ibid.nu.19.& seqq.
De teste muto,& surdo, ibid.nu.36.& seqq.
De teste clerico contra laicum, & coram seculari iudice examinato, ibid.nu.57.& seqq.
De teste laico contra clericum, ibid.nu.98.& seqq.
De teste monacho,& religioso, ibid.nu.123.& seqq.

Ex Quæstione LXII.

De testibus inhabilibus admittendis, vel non admittendis,q.62.n.1. & omnib.seqq. Vbi de materia generaliter & particulariter,& præsertim, nu.367.& seqq. Vbi vltra infra scripta connumerantur alii casus, in quibus inhabiles testes admittũtur, & n.379. & seqq. Vbi agitur de testibus inhabilibus non admittendis etiam in casibus,in quibus alias admittetentur.
Testis idoneus,integer,legitimus,& omni exceptione maior, quis dicatur, quomodo,& per quem huiusmodi qualitas probanda sit, ibid.nu.1.& seqq.
Testes an & quando requirantur omni exceptione maiores,an verò sufficiat, quod sint idonei,& ordinariæ fidei, ibid.nu.19.& seqq.
De testibus inhabilibus admittendis in casu difficilis probationis, ibid.nu.28.& seqq.
Nocturnum actum prõbantes testes, an sint de falso suspecti,an verò probent,& quando, ibid.num.33. & seqq.
Veritas vbi per alios haberi non potest quales recipiantur testes, & quando dicatur veritatem aliter haberi non posse,& de materia, ibid.nu.50.& seqq.
De testibus inhabilibus recipiendis in criminalibus exceptis, ibid.nu.81.& seqq.
De testibus inhabilibus admittendis ad defensionem rei,& ad innocentiam probandam, ibid. num. 90. & seqq.
De testibus inhabilibus admittendis in caussa matrimonii, ibid.n.99.& seqq.
De testibus admittendis in testamento, & instrumentis, ibid.nu.110.& seqq.
De testibus, an debeant esse rogati, & quando dicantur,vel præsumantur rogati, ibid.nu.132.& seqq.
De testibus inhabilibus recipiendis ex partium expresso, vel tacito per non oppositionem consensu, nec non de testibus iudicis officio repellendis,ibid. nu.175.& seqq.
De testium repulsa in caussis summariis admittenda, vel non, ibid.nu.193 & seqq.
De testibus inhabilibus an & quando probent contra producentem,siue vnus siue plures sint, ibid. num. 211. & seqq.
De testibus examinatis cùm examinari non debuissent, an & quo casu faciant aliquam probationem, indicium vel præsumptionem, ibid.n261.& seqq.
De testium qualitate cõsideranda, an tempore actus, an verò tempore depositionis,aut iuramenti, aut quo alio tempore, ibid.nu.296.& seqq.
De testium numero supplente inhabilitatem, ibid.nu. 309.& seqq.
De vnius testis magna fide supplente minorem fidem alterius, & an ex adminiculis, & presumptionibus suppleatur inhabilitas testis, ibid.nu.328.& seqq.
De testium opposita exceptione, quando impediat eorum examen, quando vero reseruetur, in fine litis, ibid.nu.350.& seqq.

Ex Quæstione LXIII.

De teste vnico,an & in quibus casibus faciat plenam, aut semiplenam probationem, q.63. nu.1.& seqq.
Cardinalis testimonio & assertioni, an plenè credendum sit,& quando, ibid.nu.55.& seqq.
Principis assertioni & testimonio an & in quibus casibus plenè credendum sit, ibid.nu.79.& seqq.
De teste vnico deponente in facto proprio, an & quãdo plenè probet, ibid.nu.287.& seqq.
Duo testes regulariter in probatione cuiuslibet actus requiruntur,quando hoc verum sit,& quando plures requirantur, ibid.nu.32.& seqq.

De Oppositionibus contra Dicta Testium.

LIBR. III. TITVL. VII.

Ex Quæstione LXIV.

De testium singularitate latissimè pertractatur materia in q.64.per totam,nu.1.& seqq.
Et inde infra scriptæ principales Quæstiones discutiuntur.
De testibus deponentibus super formalitate verborum, si in illa discordent, an & quando probent, ibid.nu.62.& seqq.
De testibus deponentibus de diuerso loco & tempore,an & quando probent, ibid.nu.72.& seqq.
De testibus non deponentibus, vel non recordantibus de tempore,an & quando probent, ibid.num. 912.& seqq.
De testibus, quorum vnus deponit de veritate facti, alter vero de confessione partis, an & quam faciant fidem, ibid.nu.114.& seqq.
De testibus deponentibus de diuersis confessionibus, an & quam faciant fidem, ibid.n.134.& seqq.
De pluribus testibus deponentibus super possessione, an & quando probent,si discordent in actibus possessionis,vel in loco & tempore,ibid.n.164.& seqq.
De testibus super iurisdictione deponentibus,sed non concordantibus in actibus iurisdictionis loco, aut tempore,an probent,& quando, ibid.num.182.& seqq.
De testibus hæresir probantibus, an & quando debeant esse concordes in loco,tempore,verbis,aut aliis actibus hæreticalibus, ibid.nu.201.& seqq.
Et quid de probantibus crimen læsæ maiestatis, num. 220.& seqq.
De testibus probantibus inhonestam & meretriciam vitam alicuius mulieris, adulterium, stuprum,& sodomiam, an & quando debeant esse contestes, vel potius sufficiant singulares, ibid.nu.223.& seqq.
De pluribus testibus deponentibus de diuersis summis,an & quando concordentur,& probent in minori summa, ibid. nu.233.& seqq. & ibi etiam de testibus pluribus deponentibus de diuersis temporibus, an,& quando concordentur, & probent minori tempore.

Ex Quæstione LXV.

De pluribus testibus inter se contrariis, an probent & quando, q.65.num.1.& seqq.
De testibus deponentibus per eundem præmeditatum sermonem, & quando, an vero potius præsumantur subornati, ibid.nu.24.& seqq.
De plurium testium contrariorum concordia communia, ibid.nu.37.& seqq.
De plurium testium contrariorum concordia specialia, ibid.nu.245.& seqq.
De teste, qui dicit, quid factum, aut dictum, præsente Titio; Titius autem negat, se fuisse præsentem, an dicatur

dicatur suspectus de falso, an vero probet, q.65.nu. 272.& seq.
De pluribus testibus inuicem contrarijs,quibus magis credendũ sit,q.65.par.3.per totam, nu.107.& seqq.
De testibus verisimilia, aut inverisimilia deponentibus, an & quando probent, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, q.65.n.128.& seqq.
De testibus super negatiua deponentibus, quando fides præreratur, vel non deponentibus super affirmatiua, quomodo ve deponere debeant ad hoc, vt probent, q.65.n.200.& seqq.

EX QVAEST. LXVI.

De vnico teste sibi vario, aut contrario, vel vacillante quando probet,vel non, q.66.nu.1.& seqq.
De teste, qui secundo loco examinatus refert se ad primum examen, quando talis relatiua responsio admittatur, q.66.n.39.& seqq.
De teste sibi ipsi vario,contrario,& vacillanti,quando & quomodo puniatur, q.66.n.56.& seqq.
De teste torquendo ob varietatem & contrarietatem, q.66.n. 98.& seqq.
De teste, qui in iudicio cõtrarium deposuit eius, quod prius dixerat in alio: cui dicto magis standum sit, & de materia, q.66.n.124.& seqq.
De teste,qui in tortura est varius ab eo, quod deposuit sine tortura, an attendatur primum dictum extra torturam, an vero secundum in tortura,q.66.num. 165.& seqq.
De teste, qui in iudicio deposuit cõtrarium eius, quod primo extraiudicialiter deposuerat, vel ècontra, quod dictum attendatur, q.66.n.193.& seqq.
De teste quando possit suam depositionem corrigere incontinenti, vel ex interuallo, & correctione sequuta num attendatur primum vel secundum dictum, q.66.n.227.& seqq.
De testium repetitione facienda, q.66. nu.255.& seqq.
De vnico teste sibi vario & contrario, quando possit concordari ad effectum, vt falsum euitet, ac etiam vt probet communia & specialia, q.66.num.317.& omnibus seqq.

EX QVAEST. LXVII.

De pœna & detestatione testis falsi, q.67.nu.1.&seq.
De falso teste à quo iudice puniri possit, q.67.nu.26.& seqq.
De falsi testis probatione, ac illius pœna,quando & in quibus casibus locum habeat, q.67.n.58.& seqq.
De teste in parte falso, an & quando in totum reputetur falsus, & quid si deponat falsum super interrogatoriis, circumstantijs, accessorijs,& appenditijs, q.67.n.111.& seqq.
De teste nulliter,& inutiliter falsum deponente,quando probet,& quomodo puniatur, qu.67.nu.187.& seqq.
De teste, qui tacendo veritatem falsum deponit, quomodo puniatur,& de materia, q.67.n.220.& seqq.
De teste corrupto, ac de illius pœna, & probatione, ac etiam de pœna & materia corrumpentis testes ad falsum deponendum, q.67.n.236.
De teste à partibus instructo quid,& quantum probet, & quid si testis antequam examinetur, cum parte loquatur,eidemque reueler, quod depositurus erat, & quid si facto examine iam factam depositionem reuelauerit, q.67.n.283.& seqq.

EX QVAEST. LXVIII.

De obscura & dubia testium depositione ex quibus verbis inducatur, quando plenam faciat probationem, & quomodo, & ad cuius fauorem interpretationem reficiat, q.68.n.1.& seqq.
De teste deponente de sua credulitate in quibus casibus probet,& quantum, q.68.n.62.& seqq.

EX QVAEST. LXIX.

De testibus deponentibus de auditu alieno, in quibus casibus probent, aut faciant, vel non faciant indicium,seu præsumtionem, q.69.n.1.& seqq.
De testibus de auditu, an & quando probent consanguinitatem, q.69.n.103.& seqq.
De testibus de auditu, an & quando probent in antiquis, q.69.n.125.& seqq.
De testibus de auditu proprio deponentibus, quando plene probent, q.69.n.146.& seqq.
De testibus dicentibus se cognouisse aliquem ad vocem,an & quando probent, q.69.n.164.& seqq.
De testibus ex cortina, vel pariete aliquid audiuisse attestantibus,an & quando probent, q.69 num.175. & seqq.
De testibus deponentibus super carnali commixtione,& copula,an & quando probent, si commiscentes proprijs oculis non viderint,q.69.n.197.&seqq.

EX QVAEST. LXX.

De testibus deponentibus sine ratione, in quibus casibus non probent,& in quibus sic,& qualis debeat esse ratio per testem reddenda, q.70.nu.1.& omnibus seqq.per totam illam quæst.
De teste vicino,aut consanguineo reddente rationem dicti sui,quia vicinus,vel consanguineus,an & quãdo probet, & in quibus casibus talis ratio sit bona, q.70.n.164.& seqq.

EX QVAEST. LXXI.

De fide & probatione testium deponentium extra articulos, q.71.n.1.& seqq.
De fide & probatione testium non cognoscentium litigantes contrahentes,vel notarium,& de materia, q.71.n.32.& seqq.

De Oppositionibus contra examen Testium.

LIB. III. TITVL. VIII.

EX QVAEST. LXXII.

De testibus examinatis, parte nõ citata, quid,& quantum probent in ciuilibus, q.72.n.1.& seqq.
De testibus examinatis,parte non citata,quid & quantum probent in criminalibus, q.72.n.87.& seqq.

EX QVAEST. LXXIII.

De interrogatoriis examinando testi faciendis, quæ & qualia sint per iudicem admittenda, quibusve testis ipse respondere teneatur,& quando sine interrogatoriis à parte datis examinatus probet,vel non,q.73. nu.1.& seqq.

EX QVAEST. LXXIV.

De testibus sine iuramento receptis,an & quando probent, & sub qua forma testibus iuramentum deferri debeat, q.74.n.1.& seqq.

EX QVAEST. LXXV.

Quid & quotuplex sit testium publicatio, quæ requirantur ad illius formam & substantiam: quando publicationis omissio vitiet sententiam & processum, quandove testes non publicati probent,vel non,q. 75.n.1.& seqq
Articuli quando dicantur noui,vel antiqui,& quando dependentes,item quando dicantur directe,aut indirecte contrarij, q.75.n.29.& seqq.

Testifi-

Testificationis adiicisse quando quis dicatur ad effectum, vt non possit amplius testes producere, q.75.nu.34. & seqq.
De testibus quando possint examinari post publicationem, & didicita testificata, & quando examinati probent, & non probent, num.68. & pluribus seqq. vsque ad nu.257.
De testibus quando possint examinari post conclusionem in causa, q.75.n.257. & seqq.
De testibus examinandis post renuntiationem factam à partibus productione & probatione testium, qu. 75.n.275. & seqq.
De testibus examinandis in causa appellationis, post publicationem factam in prima instantia, q.75.nu. 302. & seqq.
De testibus examinandis post publicationem, non tamen didicitis testificatis, q.75.n.324. & seqq.
De testibus examinandis post publicationem, super tit. aut possessione, quando in primis articulis fuit articulatum de præscriptione, & è contra, qu.75.nu. 342. & seqq.
De testibus examinandis post publicationem, cum ante publicationem inducti fuerint nulliter, & non rite examinati, q.75.n.438. & seqq. & quid si fuerint rite recepti & examinati, sed publicatio nulla sit, n. 367. & seqq.
De testibus examinandis post publicationem indiscretam, factamve, inscia, absente, inuita, ac protestante parte, q.75.n.375. & seqq.
De testibus examinandis post publicationem in causa matrimoniali, q.75.n.383. & seqq.
De testibus examinandis post publicationem in causis criminalibus, q.75.n.407. & seqq.
De restitutione in integrum concedenda ad examinandum testes post publicationem, & didicita testificata, q.75.n.431. & seqq.
De testibus examinandis ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam in ciuilibus, & ex parte actoris, & examinati, quid & quantum probent, qu. 76.n.1. & seqq.
De testibus examinandis ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam in ciuilibus, & ex parte rei, & examinati, quid & quantum probent, qu. 76.n.63. & seqq.
De testibus senibus, valetudinarijs, vel diu abfuturis, an & quando possint examinari ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, q.76.n.82. & seqq.
De testibus examinandis ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam in criminalibus, q.76. n.113 & seqq.
De requisitis in examine testium ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, q.76.n.120. & seqq.

EX QVAEST. LXXVII.

De remissoria ad examinandos testes quando sit per iudicem in ciuilibus concedenda, aut deneganda, q.77.n.71. & seqq.
De remissoria ad examinandos testes quando sit per iudicem in criminalibus concedenda aut deneganda, q.77.n.71. & seqq.
De diuersis quæstionibus in materia concedendæ remissoriæ, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, q. 77.n.115. & seqq.
De testium examine per iudicem notario committendo, q.77.n.175. & seq.
De testibus an & quando possint seu debeant in eorum domibus examinari absque eo, quod ad iudicem venire cogantur, & quid præsertim de egregijs personis, senibus, infirmis, aut alias impeditis, & similia, q.77.n.202. & seqq.

EX QVAEST LXXVIII.

De testibus, quando, quomodo, & in quibus causis cogi possint ad ferendum testimonium, q.78.nu.1. & seqq.
De testibus priuilegiatis, vt non possint cogi ad ferendum testimonium, q.78.n.1. & seqq.
De testibus cogendis ad ferendum testimonium in causa criminali, q.78.n.1.15. & seqq.

EX QVAEST. LXXIX.

De tortura testium, q.79.n.1. & seqq.

EX QVAEST. LXXX.

De teste se spone examini offerente, an & quando suspectus sit, & an probet, q.80.n.1. & seqq.
De testibus deponentibus per scripturam, & non viua voce, an & quando probent, q.80.n.27. & seqq.
De testibus quando possint examinari die feriato, & examinati quando probent, q.80.n.55. & seqq.
De testibus quando possint examinari extra terminum, & examinati quid probent, q.80.num.60. & seqq.
De testibus quando secrete & singulariter examinari debeant, & aliter examinati, an probent, & quando, q.80.n.92. & seqq.
De testibus examinandis per extensum, vel per relationem ad depositionem alterius testis, & quid si dicant contenta in articulo esse vera, quæst. 80.nu. 99. & seqq.
De testibus in articulo mortis constitutis, an & quando possint examinari, & examinati quantum probent, q.80.n.105. & seqq.
De testium effrenato numero refrenando, qu. 80.nu. 114. & seqq.
De testibus examinatis in iudicio nullo, & coram iudice incompetente, q.80.n.118.

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

PROSPERI FARINACII,
IVRISCONS. ROMANI,
VARIARVM QVÆSTIONVM ET COMMVNIVM OPINIONVM CRIMINALIVM,
LIBER SECVNDVS.

De Oppositionibus contra Personas Testium, Titulus VI.

ARGVMENTVM.

Inimicitia an & quando testem à testimonio repellat.

SVMMARIA.

Testium edictum quare prohibitorium dicatur, nu.1.
Licita omnia sunt, nisi lege aut decreto prohibita reperiantur, num.2.
Sodomiæ crimen non probatur per testes inimicos, nu.6.
Iudex habens liberum & amplum arbitrium, non potest dare fidem testi inimico, nu.8.
Princeps non potest dare fidem testimonio, n.9.
Tortura non supplet defectum inimicitiæ, nu.10.
Testi inimico non creditur, etiam in casibus exceptuatis, & difficilis probationis, nu.7.
Testis inimicus regulariter à testimonio repellitur, nu.3.
Testis inimicus repellitur nedum, si sit masculus, sed etiam si sit fœmina, nu.4.
*Testis inimicus repellitur, & in criminibus exceptis, vt puta hæresis, læsæ maiestatis, simoniæ, sodomiæ, ac etiam aliis atrocissimis delictis, n.5. & 6. * vbi & idē in crimine blasphemiæ.*
Testis inimicus nec etiam recipitur à iudice habente liberum & amplum arbitrium, nu.8.
Testis inimicus nihil probat, etiam quod Princeps illi fidem adhiberi velit, nu.9.
Testis inimicus non probat, etiam quod in tortura deposuerit, numer.10.
Testis inimico non creditur, etiam constituto in articulo mortis, ac etiam quod sumserit sacratissimam eucharistiam, nu.11.
Testis inimicus non solum non probat plene, aut semiplene, sed nec etiam facit indicium, aut præsumtionem aliquam, nu.12.
Testis inimicus non facit indicium ad inquirendum, nu.13. Contra, nu.14. Dic, quod sufficit ad inquirendum generaliter, secus specialiter, nu.15. & tamen iudices non ita indistincte debent ex dicto inimici procedere ad inquisitionem generalem, vt nu.16.
Testis inimici examen nullatenus recipitur, si pars protestetur de hoc, & offerat in continenti docere de inimicitia, nu.17.
Testis inimicus repellitur à testificando, etiam quod sit causata culpa, & facto illius, contra quem producitur, n.18. licet contrarium voluerint aliqui relati, ibid. nu.19.
Testis ob inimicitiam repellitur à testimonio, etiam quod inimicitia ortum habuerit ex causa minus probabili, nu.20.
Testis inimicus repellitur, si de causis inimicitiæ constet, etiam quod inimicitia non sit apparens, nu.21. sed quid, si inimicitiæ causæ sint incognitæ ei, contra quem testis inimicus producitur, n.27. item qui l, si sint incognitæ ipsi testi, nu.28. & 29.
Testis inimicus non admittitur, etiam quod asserat, se amicum illius, contra quem producitur, n.22. sed quid, si asserit se inimicum, cum re vera sit amicus, n.23.
Testis inimicus, nedum verus, sed etiam præsumtus, à testimonio repellitur, nu.24.
Testis inimicus, etiam occultus, à testimonio repellitur, nu.25. & 26. vbi respondetur contrarijs.
Testis non benevolus, non diligens, seu aliter odiosus, à testimonio repellitur, n.30. intellige, si odium sit prjuatum, secus si publicum, num.31. & 32. vbi quando dicatur odium publicum, & quando priuatum: intellige secundo, si odium sit capitale, secus si non capitale. Primo enim casu testis in totum repellitur. Secundo autem non repellitur, sed diminuitur de fide, nu.33.
Testis consanguineus inimici mei etiam à testimonio repellitur, nu.34.
Testis inimicus consanguinei mei repellitur à testificando contra me, nu.35.
Testis valde amicus inimici mei repellitur à testificando contra me, n.36. Amplia 1. idem in socio & domestico inimici mei, n. 37. Amplia 2. in iis, qui sunt contrariæ factionis, nu.38. Amplia 3. in iis, qui ligam, aut parentelam faciunt cum inimico meo, n.39. Amplia 4. in confœderatis cū inimico meo, n.40. Limita 1. in fratre, seu aliis coniunctis familiaribus, & domesticis amicis inimici mei, n.41. Limita 2. quando amicitia & familiaritas est continua, magna, & antiqua, secus si recens, & non magna, n.42. Limita 3. vt amicus inimici mei non in totum repellatur, sed ei de fide diminuatur, nu.43.
Testis habitans & conuersans cum inimico meo, repellitur à testificando contra me, n.44. Limita 1. dummodo conuersatio & habitatio sit antiqua & continua, secus si recens, vel non continua, n.45. Limita 2. vt non in totum repellatur, sed ei de fide diminuatur, nu.46.
Testis non potest esse contra me is, contra quem ego alias in causa criminali examinatus fui, quia ex tali testimonio contrahitur inimitia capitalis, nu.47.
Testis, qui semel testimonium perhibuit contra me in vna causa criminali, non potest iterum in alia causa contra me testificari, quia ex primo testimonio præsumitur meus inimicus, n. 48. Limita, vt hoc procedat, si prima vice testis se examini obtulit, secus si coactus, n.49. sed in omni casu nunquam est omni exceptione maior, n.50. sed quid, si procedatur non ex officio, & per inquisitionem, sed per accusationem, vbi etiam, quid de teste semel examinato in causa ciuili, an possit ex capite inimicitiæ repelli, si contra eundem iterum in aliqua causa producatur, nu.51.
Testis inimicus repellitur à testificando, si inimicitia sit capitalis, secus si non capitalis, n.25. Limita hoc procedere in ciuilibus, secus in criminalibus, in quibus omnis inimicitia repellit testem, n.53. Limita 2. quia inimicus non capitalis, et si à testimonio non repellatur, non est tamen omni exceptione maior, nu.54. & seqq. vbi propterea infertur, quod inimicus non capitalis non facit semiplenam probationem. Limita 3. quia iudicu arbitrio remittitur, quando testis dicatur capitalis, vel non capitalis inimicus, nu.57.
Testis inimicus reconciliatus non repellitur à testificando, nu.58. Limita, vt hoc procedat in reconciliato antiquitus, secus in reconciliato recenti, n.61. Limita 2. quando post reconciliationē esset orta noua causa inimicitiæ, nu.60. Limita 3. quia reconciliatio non præsumitur, nisi probetur, & semel inimicus semper præsumitur inimicus, num. 62. Limita 4. quia inimi-

inimicus, etsi reconciliatus, non est omni exceptione maior, num.63.

Reconciliatio subsequens non validat dictum testis emanatum tempore inimicitia, nu.58.in fine.

Testi inimicus non repellitur à testificando, quando inimicitia fuit procurata, & affectata per partem, n.64. & an inimicitia sit procurata nec ne, iudicis arbitrio remittitur, nu.65.

Testis inimicus vtriusq; partis non repellitur à testimonio, n.66.

Testis inimicus probat si deponat ad fauorem sui inimici, nu.67.

Testis inimicus admittitur parte non opponente, nu.68. & multo magis probat, si fuerit admissus de consensu partis, nu.70. sed si pars fuerit absens, & ob id contumax in non opponendo, non per hoc testis inimicus probat, nu.69.

Testis inimicus probat contra producentem, nu.71. & seqq.

Testis inimicus non præsumitur, ideo inimicitia probanda per excipientem, nu.73.

¶ Testis inimicus, bonæ famæ, & iunctis adminiculis, an faciat indicium ad torturam, nu.74. & seqq.

QVÆSTIO LIII.

1 ESTium † edictum hoc ideo prohibitorium, (vel, vt alii dicunt, permissorium) nuncupauit *gl. in l. quoniam, in gl. fin. in verbe, angustetur, in princip. C. de hæret. & manic.* quia quilibet ad testificandum admittitur, nisi à lege expresse prohibitus reperiatur, *vt bene probat tex. in l. 1. in fin. princip. ff. de testib. & per istum tex. iuncta gl. prædicta, id. m affirmarunt communiter* * *ibi Bal. Alb. Saly. Iacob. de S. Geor. ac reliqui Dd. omnes. Alex. cons. 156. viso processu inter Apollonium, n 8. in fin. vers. 2 respondeo, lib. 5. Mars. cons. 48. (84.) n. 10. Soc. iun. cons. 32. n. 26. seq. lib. 2. Dec. cons. 163. n. 6. in fin. lib. 1. Nell. de test. nu. 1. (n. 2.) Cro. de test par. 3. post nu. 101.* vbi dicit conclusionem veram, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, *Lanfran. de Orian. de testib. n. 55. & 56. Blanc. de indiciis, ad l. fin. ff. de q. nu. 319. Igu. in l. 2 §. hoc autem, n. 32. par. 1 ff. ad Syll. Barb. in c. cum Canonicus, n. 19. de offi. deleg. Iser. super 3. const. Neap. in ip. humanitatem, n. 21. Menoch. cons. 231. n. 6. lib. 3. Masc. de prob. lib. 1. concl. 310. n. 4. lib. 3. concl. 1356. n. 1. & post Masc. Hector Aemil. in sue tract. de testib. in rubr. testis locus generalis, nu. 10. fol. mihi 3* Ratio † autem huius conclusionis ea quidem est, & semper generalis, quia, *vt bene considerat Nell. vbi supr.* cuncta licita sunt, nisi lege aut decreto prohibeantur, *l. nunquam eis, ff. ex quib. causs. maior. c. ad dissoluen. extra de despons. impub.*

2

Igitur, amice lector, vt bene dignoscas, an & quando, & in quibus casibus testes à testificando repellantur, vel eis examinatis minor de iure fides adhibeatur, propter plures oppositiones, quæ quandoque contra eorum personas, quandoq; contra eorum dicta, quandoque etiam contra formam examinis in iudicio quotidie fiunt: Titulum hunc de oppositionibus contra testes, subnectere volui post titulum de indic. & tort. quia si illum saltem percurrere tibi placuerit, hanc testium materiam, quæ sine dubio difficilis, & amplissima est, & capita multorum Dd. qui eam tractare voluerunt, obscurauit, in breue compendium redactam, ac recollectam, & omnibus facilem, & intelligibilem bene percipies, & quia inter omnes exceptiones, quæ testibus in iudiciis obiiciuntur, ea principalis, & validissima iudicatur, quę eiusdē testis odiū & inimicitiam respicit, ideirco de ea in proposita quæst. verba facturus,

OPPONO I. contra testes, quod sunt inimici odiosi & maleuoli illius, contra quem producuntur, & in hac oppositione,

3 REGVLAM constituo negatiuam, quod † scil. inimicus à testimonio repellitur, quā regulam bene probant plura iura, tam ciuilia, quam canonica, *vt in l. 3. ibi, vel an ei inimicus sit, aduersus quem testimonium fert, & ibi gl.* * *Odof. Bal. Fulg. Iacob. de S. Georg. & communiter* * *Dd. omnes. ff. de testib. l. 1. §. præterea. ff. de q. §. si vero quis dicat, in auth. de testib. collat. 7. auth. si testis productus, C. de testi. l. si quis testib. C. eod. c. repellantur, extr. de accus. c. cum P Manconella. c. meminimus, & c. cum oporteat. eod. tit. de accus. & vtrobiq; Dd. omnes, Nell. in tract. de testib. nu. 3. in prin. Ausr. de reprob. test. nu. 56. in prin. Nepos de Monte Alban. de testib. n. 34. Alb. in eod. tract. q. 1. c. 2. n. 4. Iac. Butr. in simili tract. de testib. c. 1. nu. 15. Lanfr. in c. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, nu. 48. ext. (34.) de prob. Crot. de testib. par. 15. n. 97. & ibi Pet. Monc. in addit. litera KK. in prin. Fed. Schen. in tract. de testib. n. 40. Alex. cons. 99. n. 2. lib. 1. Iason l. hereditas, n. 4. C. de his quib. vt indig. Mars. in d. l. 1. §. præterea, n. 1. ff. de q. & sing. 78. in prin. Campeg. reg. 23. in prin. Ind. in pract. c. 50. rub. de reprob. test. nu. 3. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in causa ciuilib. rub. de testib. in parte, Personas testium assumendo, nu. 65. in prin. fol. mihi 100. col. 2. Boss. in tit. de oppos. contra test. n. 52. Nouell. reg. 226. (216.) n. 29. Ant. Go. var. resol. tom. 3 c. 2. rub. de prob. delict. nu. 14. vbi testatur de communi* opin. Rol. cons. 24. n. 27. libr. 1. & cons. 63. nu. 30. lib. 2. & cons. 95. nu. 26. seq. lib. 4. Clar. in pract. §. fin. q. 24. vers. item quaro, in prin. vbi pariter testatur de communi, ex Anan. Felyn. & Aret. in locis, quos allegat, in d. c. cum oporteat, de accus. de qua etiam testantur Mich. Craff. in suis com. opin. lib. 2. c. 17. q. 32. in prin. Bonac. in com. opin. crim. par. 2. vers. inimicus non est testis idoneus, & vers. inimicitia capitalis repellit testem, addo etiam Hippo. Rim. inter cons. matrimonialia diuer. consil. 81. n. 43. par. 1. Vulp. cons. 26. n. 1. & cons. 33. nu. 1. & cons. 106. nu. 1. Burs. cons. 69. nu. 31. libr. 1. & cons. 346. n. 12. vers. quib. sic stantib. vol. 4. Bertaz. cons. 82. (92.) n. 7. & cons. 283. nu. 22. & cons. 284. n. 11. & cons. 424. n. 5. & cons. 518. 528. nu. 3. Menoch. de arb. quæst. casu 110. n. 1. lib. 2. Masc. de prob. lib. 2. conclus. 899. n. 1. (rescien. dec. 3. alias 271. tit. de testibus, num. 1. in impress.* Et hæc conclusio non solum, vt prætertur, est communis, sed etiam ab omnibus, nemine discrepante, & in theorica, & in practica vsu recepta: si enim, *vt dixi in primo lib. tit. de accus. q. 12. nu. 34.* inimicus repellitur ab accusando, certe multo magis repelli debet à testificando.

4 AMPLIA I. Hanc regulam, vt † procedat nedum in teste masculo inimico, sed etiam in muliere, nam & ea à testimonio repellitur: licet enim in fœmina non cadat inimicitia, nec etiam fœmina dicatur retinere inimicitiam, *tuxta not. per gl. in cap. 1. §. hoc notandum, de his, qui feud. dar poss. c. 1. an mutus, vel aliter imperfect. in vsib. feud.* hoc tamen procedit in actibus extrajudicialibus, secus iudicialibus. Item procedit, quoad actus extrinsecos, vt puta incedere cum armis, vindictam, & cæteros viriles actus facere: secus quoad odium, & rancorem animi, qui ita bene, & forsan plus cadit in fœmina, quam in masculo, & propterea pariter & fœminā à testimonio repelli, per tex. *in l. 1. ibi, & fisci, & mulieru inimicus, C. de his qui se defer. libr. 10. & post Io. de Anan. & Fel. in d. c. cum oporteat, extr. de accus. bene defendit Pet. Monca. in add. ad Crot. in tract. de testib par. 3. n. 79. (97.) lit. KK. prope finem additionis, Ausr. de reprob. test. n. 56. prope finem, vers. item inimicitia, Burs. d. cons. 256. (356.) n. 10.* Et huic ampliationi sicut nemo, quem viderim, contradicit, ita etiam & in se verissimam credo ex pluribus adductis per Tiber. Decian. *in suo tract. crim. lib. 3. c. 25. nu. 20.* vbi bene probat, mulierem inimicam ab accusando repelli, ergo multo magis erit repellenda à testificando.

5 AMPLIA II. Vt † regula procedat etiam in criminibus exceptis, vt puta hæresis, læsæ maiest. simoniæ, ac alijs similibus, & grauissimis delictis; nam & in ijs inimici nō admittuntur in testes, per tex. *in c. per tuas, vbi Io. de Ana. & communiter* * *alij, extra de simon. voluerunt* * *Specul. in tit. de accus. §. 1. in fin. Ang. & Alb. in l. famosi. ff. ad l. Iul. maiest. Bar. in l. in quæstionib. ff. eod. Mars. in l. 1. §. præterea, post nu. 1. & seq. ff. de q. & in l. de minore, in prin. n. 8. ff. eodem, Gram. cons. 46 n 8. & 9. & voto 3. nu. 30. & 31. & voto 11. nu. 17. Affict. in c. 1. § & bona committentium, num. 9. tit. quæ sint regal. in vsib. feud. Gundisal. in tractat. de hæret. qu. 13. num. 13. Feder.*

Feder. de Sen. cons. 252. reuerendo in Christo patri, prope finem, Oldrad. cons. 210. num. 7. vers. sunt etiam, Mars. cons. 65. n. 20. Crot. de testib part. 3. nu. 97. in prima & secunda ampliatione, Gigas de crimin. læsæ maiest. libr. 2. titul. quomod. & per quos crim. læsæ maiest. prob. qu. 2. nu. 1. & 2. Campeg. de testib. reg. 26. in pract. vbi quod inimicus repellitur, etiam in casibus, vbi alias inhabiles admittuntur, *ant. Gom. var. resol. tom. 3. c. 12. rubr. de probat. delict. n. 14. vers. & in tantum hoc est verum, Corra. in pract. d. rub. de testib. §. personas testium assumendo, n. 65. ad medium, vers. addit tamen, Rol. cons. 24. n. 30. lib. 1. & cons. 65. n. 28. lib. 4. Menoch. de arbit. q. lib. 1. q. 28. nu. 2. & seq. Vulpel. cons. 12. n. 10. Bertaz. cons. 38. num. 16. lib. 1. & cons. 528. nu. 5. libr. 2. Clar. d. q. 24. vers. item quaro, Burs. cons. 346. nu. 11. in fin. Masc. de prob. lib. 1. concl. 462. nu. 31. & lib. 2. concl. 857. n. 40. & seqq.* vbi loquens præcipue in crimine hæresis, testatur de communi* opinione, quicquid in cōtrarium senserit Nicol. Arelat. *in tract. de hæret. notab. 10. non ignorus, nu. 2.* cuius rationibus bene respondet ibid. Masc. *n. 45. vers. verum tamen, & n. 46. & concl. 899. n. 2. eod.*

6 *lib. 2. & concl. 1313. n. 7. & 8. lib. 3.* vbi & † idem in crimine sodomiæ, *Tib. Dec. inter suos tract. crim. lib. 3. c. 25. nu. 6. par. 1.* Si enim inimicus repellitur ab accusando etiam in criminalibus exceptis, *vt dixi in 1. lib. tit. de accus. q. 12. nu. 39. seq.* multo magis erit repellendus à testificando, cum maioris sit præiudicii ob maiorem fidem, quæ datur testi potius, quam accusatori. ¶ Et in crimine blasphemiæ, quod omnibus aliis atrocissimum est, nec inimicos testes admitti voluit *Gram. cons. 15. num. 12.* quem in propositio refert & sequitur Decia. *in tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 4. nu. 8.*

7 AMPLIA III. Vt licet † in causis priuilegiatis, videlic. in delictis & factis occultis, ac difficilis probationis, vel vbi alias veritas haberi nō potest, inhabiles admittantur testes, ad tex. *in l. consensu. C. de repud. in l. non omnes. §. a barbario. ff. de re milit. cum aliis relatis per Ant. Gom. d. c. 12. de probat. delict. n. 21. vers. item adde, & ducam inf. in materia testiū inhabilis,* vbi tamen inhabilitas respicit odium & inimicitiam ipsius testis; tunc illius testimonium repellitur etiam in casibus supra dictis, & vbi alias admitterentur inhabiles, *vt per Ausr. in tract. de reprob. test. n. 56. vers. item verum etiam, Ant. Gom. var. resol. tom. 3. c. 12. rub. de prob. delict. n. 21. in fin. vers. aduertendum tamen, Menoch. de arb. quæst. lib. 1. qu. 28. nu. 2. Hip. Rim. inter cons. crim. diuers. cons. 84. n. 8. lib. 2. in fol. Burs. cons. 346. n. 12. vers. quib. sic stantibus, n. 17. vol. 4. Bertaz. cons. 528. n. 6. lib. 2.* & est communis,* vt ex præallegatis apparet.

8 AMPLIA IV. Vt † inimici testimonium nec etiam recipiatur à iudice habente liberum & amplum arbitrium, *secundum Bar. in l. filiusfam. n. 6. ff. de donat. Bal. & alios, quos refert Amod. de Castelio in suo tract. de synd. n. 143. & hos omnes pariter referendo sequitur Menoch. d. q. 28. n. 1 seqq.*

9 AMPLIA IV. Vt nec † Princeps possit facere, vt inimici testimonio credendum sit, *sicut respondet Paris. in cons. 2. n. 61. libr. 4 quam pariter sic referendo sequitur Menoch. d. q. 28. nu. 3.* & est rationabilis ampliatio, ¶ quam etiam sequitur Baiar. ad Clar. *q. 24. n. 26.*

10 AMPLIA VI. Vt † inimicitiæ inhabilitas nec etiam suppleatur per torturam, *Mars. per illum text. in l. 1. §. præterea, in prin. ff. de q.* ¶ *Gram. cons. 38. n. 11. seq. & cons. 54. n. 17. Gigas de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læsæ maiest. prob. q. 2. n. 4. Boss. tit. de inquis. n. 52. per tot. (licet Bal. ibi per eum allegatus contrarium dixerit) Bertaz. cons. 8. n. 44. & cons. 38. n. 15. cons. 170. n 25. lib. 1. & cons. 251. n. 14. & cons.* * *283. n. 22.* & est* communis.

11 AMPLIA VII. Vt † inimico non credatur etiam constituto in articulo mortis, ac etiam (quod plus est) quod sumserit sacratissimam eucharistiam, *sicuti post alios, quos allegant, affirmarunt Mars. in l. 1. §. præterea, n. 8. seq. ff. de q. Gig. de crim. læs. maiest. libr. 2. rub. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q. 2. n. 3. Gram. cons. 46. n. 7. Pet. Monca. in addi. ad Crot. in tract. de testib. par. 3. n. 97. lit. KK. ad medium additionis, vers. & dixit Bal. Campeg. in tract. de testib. reg. 25. in fin. vers. 15. non creditur, Boss. de inquis. n. 53. Corrad. in pract. d. rub. de testib. §. personas testium assumendo, n. 64. vers. amplia etiam, Fel. fol mihi 101. Rol. cons. 24. n. 35. lib. 1. cons. 63. nu. 33. lib. 2. & cons. 37. n. 13. lib. 3. Bertran. cons. 131. n. 6. par. 2. & cons. 15. nu. 5. & cons. 211. n. 3. par. 3. Bertaz. cons. 38. n. 15. lib. 1. & cons. 528. n. 4. lib. 2. Bonac. in comm. opin. cri. par. 2. vers. inimicitia capitalis repellit testem, in fin. fol. mihi 38. à tergo, Masc. de prob. l. b. 1. concl. 462. n. 32. seq. & libr. 2. concl. 899. n. 4. seqq.* fuit originalis doctrina Baldi; quam omnes præfati Dd. & alii* * plerique communiter sequuntur, *in c. 1. §. vasalli nostri, col. 2. n. 16. vers. extra quaro, in tit. de pace Constan. in vsib. feud.* & faciunt, quæ dixi *supr. in tit. de iudic. q. 46. n. 7. se q. iuncto nu. 12. & nu. 46.*

12 AMPLIA VIII. Vt inimicorum † testimonium nō solum non probet plene, sed nec etiam semiplene, imo nec faciat indicium aut præsumtionem aliquam, *Bal. cons. 36. præsupposito statuto, col. 1. lib. 4 Mars. cons. 15. n. 6. Aym. cons. 9. n. 6. Gig. qui alios adducit con. ordantes, in tract. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q. 2. n. 38. Menoch. de arb. q. lib. 1. q. 28. n. 5. Rol. cons. 95 n. 29 lib. 4. Bertaz. cons. 8. n. 44. Burs. cons. 20. nu. 54. l b. 1.* vbi testatur de cōmuni* opinione, prout illum refert Bonac. *in s. nu. com.* * *opin. cri. par. 2. vers. inimici non probant.* Cum enim testis ille non debuisset examinari, vt probatū est in regula, succedit altera pariter, & cōmunis* conclusio, quod examinatus non faciat indicium, *vt per Gram. con. 42. nu. 4. & 5. & cons. 38. n. 14.* & dicam latius *infr. in materia testium inhabilium, q. 62. n. 283. vbi vide.* ¶ Et licet Baiar. *ad Clar. §. fin. n. 22.* dixerit, inimicorum depositionem facere quasi indicium, eius tamen dictum intelligendum erit, quando inimicitia non est capitalis, secus si capitalis, prout declarauit *infr. d. q. 62. n. 283.* Quod si intelligere voluit etiam de capitali inimico, eius intellectus non esset reiiciendus, nisi secundum ea, quę dixi infr. in seq. ampl. Nec *gl. in l. cum I. & A. in verb. potuerunt, in gl. fi de sent. & re iudic.* contrarium dicit, cum loquatur non de teste inimico, sed de criminoso, prout nec etiam Par. de Put. *in tract. synd. c. 11. §. an testes reprobat. n. 1. per eum Baiar. allegatus,* de teste inimico contrarium affirmat. Et sic demū de inimico nullum verbum faciunt, Mars. qui etiam ad fidē per Baiar. allegatur, *in sing. 198. inc. verbu, qui nō debet.*

13 AMPLIA IX. Vt † inimici depositio nec etiam faciat indicium ad inquirendum, *sicuti post Innoc. quem allegat in c. cum P. extra de accus. affirmauit Boss. in tit. de inquis. n. 52. Io. Bapt. Plot. inter cons. crim. diuers. cons. 72. n. 19. lib. 2. in fol. refert nouissime Flam. Cartar. in suo tract. de exsecut. sent. c. fin. sub n. 75.* Et licet, quod † imo tale testimonium sufficiat ad inquirendum, videatur fuisse de mente Bal. *in cons. 41. in 5. vol. prout illum refert Boss. d. n. 52. in prin.* nec dissentire videatur Bertaz. *cons. 150. n. 7. lib. 1.* Pro concordia † tamē, & secundum veritatem dicere potes, quod sufficiat ad inquirendum generaliter, h. e. ad iudicem instruendum, ac ad illum inducendum, ad assumendū informationes super delicto, quo casu quilibet testis est idoneus, & hoc modo procedat secunda opinio: secus quo ad inquirendum specialiter, hoc est, formandum, & transmittendum inquisitionem contra aliquē, quia tunc nihil operatur inimici testimonium, & secūdum istos terminos intelligenda est proposita ampliatio, prout in terminis sic apette declarat idem Boss. *d. tit. de inquis. n. 2. seqq. refert & sequitur Menoc. de præsum. lib. 1. q. 88. n. 13.* Imo † Boss. *ibi. n. 7. post Bal. quem allegat,* admonet iudices, vt non ita incaute ex solo inimicorum dicto procedant ad inquisitionem generalem super fama, cum etiam talis generalis inquisitio non procedat sine læsione honoris, & Boss. sic, vt supra dicentem, refert Plot. *d. cons. 72. eod. nu. 19.*

14

15

16

17 AMPLIA X. In tantum † inimicum repelli à testimonio

monio ferendo, vt si pars citata ad videndum examinari testes, opponat de capitali inimicitia, offeratq; in continenti se illam probaturum, differtur examen, nec testes recipiuntur, nisi prius fuerit iudicatum super dicta inimicitia, quando causa est criminalis: si vero lis fuerit ciuilis, vel opponatur de inimicitia non capitali, non differtur examen, sed recipiuntur testes, & in fine litis reseruatur disputatio, an & quam faciant fidem, *text. est in authen. de testib. §. si vero quis ducat odiosum, Nell. in tract. de testib. n. 3. vers. si est inimicus, Bar. in l. 1. §. si quis dicam, n. 2. ff. de q. Gram. dec. 86. n. 1.* vbi testatur de comm. *opin. & de ea etiam testatur Michael Craff. qui concordantes alleg at, *in suis com. opin. lib. 2. c. 17. q. 23. Bertaz. cons. 528. n. 6. lib. 2. Bonac. in com. opin. crim. par. 1. vers. testis inimicus non admittitur, fol. mihi 70. in fi.* ¶ Nec dissentit Baiar. ad Clar. qui tamen loquitur de causa criminali in addit. ad Clar. *in præced. q. 24. n. 25. vide inf. q. 72. n. 354. & 357.*

18 AMPLIA XI. Vt † regula procedat, etiam quod inimicitia causata fuerit facto, & culpa illius, cõtra quẽ producitur testis: nam adhuc inimici testimonium nõ recipitur, nisi forsã inimicitia fuerit affectata & procurata ad effectum repellendi ipsum testem, *vt per Aufr. de reprob. test. post n. 56. vers. item nisi is, iuct. vers. seq. quod intelligo, Crot. post Bar. Inno. & Ant. de But. quos allegat in tract. de testib. par. 3. n. 97. vers. quarto extenditur, & ibi. Pet. de Monca. in addit. lit. mm. ver. & scias, quod ille, post Abb. & Archid. in locis per eum alleg. Ias. in l. hæreditas, n. 4. C. de his, quib. vt indign.* Marsi. qui relatis contrariis hanc vti veriorem, æquiorem, & sustentabiliorem opinionem latius defendit, & comprobat *in l. 1. §. cum quis latrones, n. 27. vers. at tamen contrarium, & seqq. ff. de q. Gig. de cri. las. maiest. lib. 2. rub. quom. & per quos cri. las. maiest. prob. q. 2. n. 23. Corra. in pract. rub. de testib. §. personas testium assumendo, paulo post n. 65. fol. mihi 100. col. 2. Rol. cons. 24 post n. 46. lib. 1. Couar. in tract. de spons. 2. part. c. 3. §. 5. n. 7. Menoch. de arb. q. lib. 1. q. 28. nu. 9. Ant. Gom. var. resol. tom. 3. c. 12. rub. de prob. delict. n. 14. vers. quod etiam extẽde*, vbi vltra alios originaliter allegat gl. quam dicit singularẽ, & vnicam, *in l. Athletæ, §. dat remissionem, ff. de excus. tut. & testatur de communi, *sicut etiam testatur Masc. de prob. lib. 2. concl. 857. n. 52.* & faciunt, quę in simili de indicio inimicitiæ dixi in *præced. tit. de indic. & tort. q. 49. n. 90.* & ab ista opin. minime etiã recedas in iudicando. Etsi contrariũ

19 voluerint † Bar. & alii relati per Marsi. *in d. §. eũ, qui latrones, n. 6. & seqq. Nell. de test. n. 4. in fi. Alb. de Mal. de testib. par. 1. c. 7. n. 47. Crot. d. par. 3. co. n. 97. vers. in contrariũ tamen, Catell. Cott. in suis memorabilib. verb. inimicitia capitales, prope fin. ver. item de teste, vbi & alios plures adducit, Plot. de in lit. iu. §. 50. n. 11.* Hos n. multũ aberrare crediderim, ea præsertim ratione, quia si, *vt plurib. comprobat Tib. Dec. in suis trac. cri. l. b. 3. c. 25. n. 16.* inimicus repellitur ab accusando, etiam ꝙ inimicitia fuerit causata culpa & facto accusati, ergo & multo facilius erit isto casu repellend' à testificando.

20 AMPLIA XII. Vt † inimicus à testificando repellatur, etiam quod inimicitia processerit, & ortum habuerit à causa minus probabili, quia ad contrahendũ inimicitiam non attenditur, an iustæ vel iniustę præcesserint causæ, sed an ex ea quis se ad odium commouerit, *c. non est crudelis, 23. q. 5.* & inimicitia oritur non solum ex facto honesto, sed etiam inhonesto, *l. 1. cum ibi notatis, ff. de his, quib. vt indign. gl. in l. sororem, C. eod.* & per ista iura sic determinat Steph. Aufr. *de reprob. test. n. 56. post mediũ, vers. item aliquãdo inimicitia, Paul. Meren. inter conseruat. diuer. conf. 87. n. 6 lib. 2. in fol. & conf. 88. nu. 39. eod. lib. Menoch. qui alios adducit concordantes, de arb. q. libr. 1. q. 28. nu. 9. Brun. à Sole in suo cons. crim. n. 22. in fin. Masc. de prob. lib. 2. concl. 889. n. 12.*

21 AMPLIA XIII. Vt † inimicus repellatur à testimonio, etiam quod de inimicitia non appareat, dummodo adsint causæ inimicitiæ, *sicuti post alios, quos allegam antiquiores, voluerunt Marsi. in l. 1. §. præterea, n. 3. in discursu, ff. de q. Crot. de testib. par. 3. n. 98. vers. 7. procedit, Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 2. rub. quom. & per quos cri. las. maiest. prob. q. 2. n. 31. & 33. Ant. Gom. var. resol. tom. 3. c. 12. rub. de prob. delict. nu. 14. ad med. vers. & adde valde notabiliter, Vulpel. cons. 14. nu. 10. & cons. 33. nu. 4. & 5. & cons. 107. nu. 2. Rol. cons. 24. n. 44. lib. 1. Bertaz. cons. 474. n. 27. lib. 2. Burs. cons. 346. n. 11. & 12. Masc. de prob. lib. 2. concl. 857. n. 53. & concl. 899. nu. 10. ad fin. Cresc. dec. 3. alias 271. n. 2. & 5. Ilt. de testib. in impressu.* ¶ *Hond. cons. 100. nu. 27. seq.* faciunt, quæ dicam *infr. in seqq. limitat.* in quibus materia fere eadem videtur, & quæ dixi in simili in *præced. tit. de ind. & tort. q. 49. n. 95.* Sed quid si causæ inimicitiæ sint incognitæ ipsi testi, vel ei, contra quẽ testis producitur, vide *infra in 17. ampl. num. 27. & seqq.*

22 AMPLIA XIV. Vt † si testis re vera sit inimicus, à testificando repellatur, & examinatus nullam prorsus faciat fidem, etiam quod asserat se amicum, *vt per Innoc. in c. cum l. & A. & ibi etiam alij Dd. de reiud. in fin. Bart. in l. 1. in fi. ff. de his, quib. vt indig. Abb. in c. repellantur, col. fin. & ibid. Fely. col. 2. in vlt. not. ab. de accus. Marsi. in l. 1. §. præterea, n. 3. in fi. ff. de q. & sing. 178. pariter in fin. & cons. 20. nu. 20. & 33. lib. 1. Io. Mar. Mont. in suo repert. testium, fol. mihi 43. col. 1. vers. 4. & 5. Pet. Monca. in addit. ad Crot. in tract. de testi. n. 98. lit. MM. vbi alios adducit concordantes, prout etiam pariter alios refert Ant. Gom. var. resol. tom. 3. c. 12. rub. de prob. delict. nu. 14. ad medium, vers. & adde valde notabiliter, Gig. de cri. las. maiest. lib. 2. rubr. quom. & per quos crim. las. maiest. prob. q. 2. nu. 33. Rol. cons. 24. post n. 44. lib. 1. Vulp. cons. 14. nu. 10. & cons. 26. n. 2. Burs. cons. 346. n. 11. in fin. & n. 12. vers. & licet, Masc. de prob. lib. 2. concl. 857. num. 53. & concl. 899. nu. 3. ad fin. Tib. Dec. d. c. 21. n. 12. vbi & alios adducit concordantes.* Ex quib sine dubio patet, ita communiter *fuisse à Dd. receptum, & faciunt, quæ dixi in precedenti ampliatione, & dicam in sequentib.

23 Sed † contra, an credatur testi dicenti se inimicũ ad effectum, vt à testimonio repellatur, vel vt examinatus non probet, vide text. *in c. inquisitionis, §. tertia dubitationis, extr. de accus. & vbi vltra alios Dd. Marianum Socin. qui in proposito distinguit tres casus, quos refert Boff. de oppos. cont. test. n. 64. vide etiam relatos per Io. Mar. Mont. in repert. testium, fol. mihi 87. col. 1. vers. 4. & 5. & vers. 7. & 8.*

24 AMPLIA XV. Vt regula † procedat non solum in inimico vero, sed etiam in præsumto & suspecto, *secundum Alb. de Malet. Bal. & Inno. in locis per eum allegatis in tract. de testib. par. 1. c. 2. nu. 7. vers. subdit tamen, &c. & Aufr. de reprob. test. nu. 56. vers. quod verum est etiam, Lanfr. de Oria. in c. quoniam contra, in verb. testium depositiones, n. 83. vers. idem si sit suspicio, & ibi in addit. lit. K. vers. & adde, quod testis inimicus, Crot. de testib. par. 3. n. 99. in fin. vers. vlt. procedit ista conclusio, addentes ad Bar. in l. 3. sub lit. D. incip. item aduerte. ff. de testi. Alex. cons. 99. n. 3. lib. 1. Campeg. de testib. reg. 24. vers. 6. dicitur, & reg. 25. vers. 6. habet locum, Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2 rubr. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q. 2. nu. 32. Marsi. in l. 1. §. præterea, n. 3. in discursu, ff. de quæst. Foller. inter cons. crim. diuers. cons. 137. n. 2. lib. 1. in fol. & inter ead. cons. Rimin. cons. 84. n. 7. lib. 2. Masc. de prob. lib. 2. concl. 899. n. 3. Osasc. cons. 66. nu. 12. & 26. Tiber. Dec. d. c. 25. n. 12. faciunt, quæ dixi sup. in 13. ampl. n. 21. & in tit. de indic. & tort. q. 49. n. 130.* vbi probaui, inimicitiam probari conjecturis.

25 AMPLIA XVI. Non † solum in inimico vero, vel præsumpto, vt mox dixi, sed etiam in occulto, nam & is à testimonio repellitur, *vt per Felyn. in d. c. quoties, n. 3. de testib. Aufr. de reprob. testium, n. 56. vers. item verum, siue expresse ostendat se inimicum, &c. Corrad. in pract. in rubr. de testib. in parte, personas testium assumendo, n. 65. vers. item ampliat, Fely. fol. 101. col. 1. Menoch. de arb. qu. lib. 1. q. 28. n. 7.* Et de inimico occulto dissimulante se amicum, vide exorantem Tiber. Dec. qui tamen loquitur in materia accusationis, *in suis tractat. crim. lib. 3. c. 25. nu. 23. part. 1.* faciunt, quæ dixi *sup. n. 21. in 13. ampl.* vbi materia videtur eadem cum ista. Et † licet Gram. *in cons. 44. n. 8.* dixerit, inimicitiam debere esse euidentem, & manifestam ad hoc, vt repellat testem à testificando, & inimicitiam debere euidenter & manifeste probari dixerim *supr. in tit. de indic. & tort. q. 49. n. 129.* non per hoc tamen recedas à proposita ampliatione: quia certum est, probationem inimicitię debere esse manifestam, & concludentem: sed satis dici concludenter & manifeste probatam, si de causa appareat, etiam quod odium, rancor, & effectus inimicitiæ sint occulti, vt bene respondendo declarat Tiber. Dec. *d. c. 25. sub num. 13. lib. 3. par. 1. dixi, supra in d. 13. ampliat. & seq. & in simili dixi etiam supr. d. q. 49. nu. 31.*

27 AMPLIA XVII. Vt † ad repellendum testem ratione inimicitiæ non solum sufficiat causas inimicitię adesse, etsi de inimicitia non appareat, *vt dixi supra in d. 13. ampl.* verum etiam sufficiat eas adesse, etsi ei, contra quem testis producitur, sint incognitæ, secundum Bar. *in l. 1. in fin. ff. de his, quib. vt indign.* vbi dixit, quoad hoc, vt testis dicatur inimicus alterius, sufficit offensam inter eos esse factam, licet alter ignoret, & hoc Bart. dictum pulchrum existimat Crot. *de testib. par. 3. n. 98. vers. 6. procedit, Marsi. in l. 1. § præterea, n. 3. ff. de qu. & sing. 178. vers. quod est verum, Gram. voto 6. nu. 5. & 6. Sim. de Prat. cons. 15. n. 58. Masc. de prob. libr. 2. concl. 899. nu. 3.*

28 Sed † quid si causæ inimicitiæ sint incognitæ non ei, cõtra quẽ testis producitur, sed ipsi testi, an tunc repellatur à testificando, videtur ꝙ non, ex mente Marsi.

29 *in cons. 29. n. 23.* Et † cum Marsilio est veritas, licet cõtrarium generaliter videatur voluisse Alex. *in cons. 127. nu. 17. & seqq. lib. 4 Blanc. de indic. ad l. fin. ff. de qu. n. 160. & alij plures relati per Tib. Dec. (quos tamen ipse non sequitur) in suis tract. cri. lib 3 c. 25. n. 9. & 10. par. 1.* Ratio autem huius veręopinionis est in promtu, quia inimicus à testimonio repellitur, ex eo, quia propter odium præsumitur deierare, & falsum dicturum, *c. 2. 3. & 4. 3. q. 5.* Sed si testis tempore depositionis ignorat causam inimicitiæ, non potest dici, quod odium aliquod in se habeat, ergo cessat omnis mala suspicio, & sic nihil est, quod impediat eius testimonium, ¶ & ad comprobationem huius conclusionis, vide etiam declarantem & respondentem contrarijs Baiar. ad Clar. *in pract. crim. q. 24. nu 42.*

30 AMPLIA XVIII. Vt † regula procedat nedum in inimico, sed etiam in odioso, seu non beneuolo, ac nõ diligente eum, cõtra quem producitur, sicuti post Prępol. *in c. quod vero, col. fi. in prin. 3. q. 5.* affirmauit Gig. *de cri. læs. maiest. lib. 2. rub quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q. 2. n. 30.* vbi generaliter dicit, quod omnis inimicitia, quæ concludit, testem non diligentem eum, contra quem testificatur, illum repellit à testimonio, per text. *in c. inquisitionis, extr. de accus. & in cap. accusatores, & c. testes, 3. q. 5. Corra in pract. §. 2. de offi. prætor. in causs. ciuilib. rub. de testib. in par. personas testium assumendo, n. 65. ad fi. vers. item qui asserit, non diligere patrem, fol. mihi 101. col. 2.* & faciunt, quæ dixi *in præced. tit. de indic. & tort. q. 49. n. 49.* vbi probaui, quod dicens, se non diligere aliquem, præsumitur illius inimicus: ergo non potest contra eum testificari, quia regula repellens testem ob inimicitiam, habet locum nõ solum in inimico vero, sed etiam in præsumto, *vt dixi supr. hac ead. q. in 5. ampl. n. 24.* Et quod odiosus testis non sit idoneus, voluerunt etiam Alex. *in cons. 99. in caussa inquisitionis, col. 2. vol. 1. Nat. cons. 412. nu. 24. & hos in proposito refert & sequitur Bertaz. in cons. 170. n. 17 lib. 1. & cons. 251. n. 16. lib. 2. & ante istos hoc idem voluit Spec. in tit. de teste, §. 1. incip. opponitur, nu. 82. vers. item quod amore, odio, &c. plures alios adducit concordantes, Masc. de prob. lib. 3. concl. 1127. n. 6. & seqq. Osasc. cons. 66. n. 12. & 26. & habemus text. in §. si quis vero dicat odiosum, in auth. de testib.*

31 LIMITA I. Hanc XVIII. ampliationẽ, vt † procedat, quando odium est priuatum, secus si publicum, ad tex. qui bene hanc probat limitationem, *in c. quoties, ibi, priuato odio, &c. & ibid. Abb. n. 4. vers. nota in priuato odio, But. n. 8. & Fel. n. 5. extra de testib. Masc. de prob. lib. 2. d. concl. 1127. n. 9. & seqq.* Vbi declarat, illud dici odium publicum, cũ quis puta aliquem odio habeat, quia facinorosus, infamis, vel peccator, *cap. odio, 86. dist.* Priuatum vero odium est familiare & carnale, *vt per Io. And. & Abb. in locis ibi per eum allegatis. addo & Campeg. de testib. reg. 23. in 9. fall.*

32 LIMITA II. Eandẽ † ampliationem, vt procedat, si odiũ sit capitale, & sic fundatum in cã graui & capitali: secus si non sit capitale; nã primo casu testis in totum repellitur: secundo a. non repellitur in totum, sed diminuitur ei de fide, vt dicam infr. in 1. principali limit. huius regulæ, & hæc limitatio est veritissima, etsi Dd. prælegati simpliciter dicant, odiosum repelli à testimonio.

33 AMPLIA XIX. Regulam, vt † à testimonio contra me repellatur, non solum inimicus meus, sed etiam consanguineus inimici mei, nam & is quoque dicitur meus inimicus, *l. Athletæ, §. dat remissionem, & ibi hoc notat Bal. & communiter * Dd. ff. de suspect. tut. Marsi. in l. 1. § præterea, n. 50. ff. de q. Roll. inter cons. crim. diuer. cons. 137. n. 3. lib. 1. in fol. & inter eadem cons. Paul. Meren. con. 88. n. 36 seqq. lib. 2. Rol. con. 24. n. 57. & seq. lib. 1.* vbi de marito, patre, & filio

34 inimici mei, quod † non potest esse testis contra me, *Ant. Gom. var. resol. tom. 3. c. 12. rub. de prob. delict. n. 14. Corra. in pract. rub. de testib. §. personas testium assumendo, nu. 65. ante medium vers. item ampliat, si quis sit de sanguine inimicorum, Masc. de prob. lib. 2. concl. 857. n. 49.* vbi testatur de com. * opin. *Masc. de prob. lib. 2. concl. 857. n. 49. vbi testatur de com. * opin. & concl. 898. n. 31. & dixi in præced. tit. de indi. & tort. q. 49. n. * 34.* ¶ quibus addo Baiar. ad Clar. *in q. 24. nu. 34.* Vt ampliat etiam, quod consanguinitas prouehat ex linea transuersali, nedum ex linea ascendente vel descendente, ac etiam ampliat in omnibus actionibus vsque ad quartum gradum affinitatis, ex Rot. *in cons. 2. nu. 13. & seqq.* reprobato Gramat. *34. n. 20.* sic per eum allegat.

35 Et idem de † inimico consanguinei mei, quod dicatur etiam meus inimicus, & quod propterea non possit testificari contra me, faciunt, quæ dixi *in d. q. 49. n. 33.*

36 AMPLIA XX. Regulam † non solum in testibus inimicis meis, sed etiam in valde amicis inimici mei, nã & ij non probant contra me, quia & ipsi reputantur mei inimici, secundum gl. *in l. 1. §. cum patronus, in verb. cũ inimicus, ff. de offi. præfect. vrb. Bart. in l. sciendum, §. 1. ff. de legat. Cyn. & Bal. in l. si quis. C. de testib. Aufr. de reprob. test. n. 56. vers. item verum est, etiam si sit amicus inimici, Lanfr. de Oria in cap. quoniam contra, in verb. testium depositiones, nu. 84. vers. idem secund. Cyn. de prob. Crot. de testib. par. 3. n. 98. Prosp. in c. accusatorib. per illum text. 3. q. 5. Gig. de cri. læs. maiest. lib. 2. rub. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q. 2. nu. 28. Corrad. in rub. qui possunt accusare n. 11 eod. lib. Corra. in pract. in rub de testib. §. personas testium assumendo, n. 65. vers. item si quis esset magnus amicus, fol. mihi 101. col. 1. Bertaz. quem alleg. in cons. 225. n. 5. lib. 1. Vulp. cons. 106. n. 3.* Vbi † quod socius & domesticus

37 inimici mei non est testis omni exceptione maior, *Burs. cons. 340. n. 9. vers. Margarita.* vbi de † ijs, qui sunt cõtrariæ

38 factionis, *de quo etiã per Masc. de prob. lib. 2. concl. 857. n. 51. &*

39 *per Gig. d. q. 2. n. 29.* vbi de † ijs, qui ligã vel parẽtelam fa-

40 ciunt cum inimico meo, *& n. 36.* vbi † de confœderatis cum inimico meo, *de quib. & per eum. Masc. d. concl. 857. post n. 50. & per Tib. Dec. in suis tract. cri. lib. 3. c. 25. post nu. 13. par. 1. & faciunt, quæ dixi in præced. tit. de indi. & tort. q. 49. n. 57. & sequ.* ¶ & de intimo amico inimici mei loquitur Baiar. cum allegatis per eum ad Clar. *q. 24. n. 16.*

41 LIMITA I. Hanc XX. ampliationem † non procedere in fratre, seu alijs coniunctis, familiarib. & domesticis amicis inimici mei. Nam ij non repelluntur à testificando cõtra me, *vt per Corset. in suis singularib. in verbo, testis 20. incip. licet domesticus,* vbi dixit, quod licet repellatur domesticus inimici mei, non tamen repellitur domesticus domestici inimici, *ex Inno. Bal. Anch. & alijs, vbi per eum allegatis, & in terminis volunt Pet. Monca. in addit. ad Crot. de testib. par. 3. n. 98. lit. L L. in verbo, inimici.*

42 LIMITA II. eandem † ampliationem, vt procedat, prout loquitur, quũ se amicitia & familiaritas testis cum

inimico est magna, ac talis, vt verisimiliter possit ipsum testem ad deponendū falsum inducere, alias secus, *sicut post Boss. in tit. de oppos. cont. testes, n. 102. in terminis declarauit Claud. in addi. ad Bertaz. cons. 225. n. 5. lit. A. lib. 1. faciunt, quæ scripsi sup. in tit. de indic. & tort. q. 49. n. 59. non dissentit Decia. in suis tract. crim. lib. 3. c. 25. n. 13. vers. quæ tamen omnia, iunct. n. 60. par. 1. bene declarat Camp. de testi. reg. 22.* vbi *ex Saly. quem allegat in l. si quis testib. C. de testib. & in l. liberi, de inoff. test.* facit regulam, quod contrahens amicitiam cum inimico meo non repellitur à testificando, nisi sit vel subditus, vel affinis, vel ita amic⁹ singularis, vt de eo possit suspicari, alias secus, & *reg. 23. in fi.* vbi tñ, ꝙ in omni casu minor fides ei adhibetur, licet à testimonio nō repellatur.

43 Limita III. dictam XX. †ampliationem, vt amicus inimici mei non repellatur in totum à testimonio, sed bene ei de fide diminuatur, *secundum Lanfr. in c. quoniam contra, in verb. testium depositiones, n. 84. vers. amicus non repellitur, iuncto vers. tamen est, si magnus amicus, &c. & ante eum ita declarauit Cyn. in l. si quis, col. fin. n. 11. ver. 8. quærit. C. de testib. & latius Dec. in l. consilij, §. socij, n. 3. ff. de reg. iur. alios plures adducit concordantes, Hector Aemil. in tract. de testib. in verb. testis amicus, nu. 5. dicam latius infr. in q. 55. in materia testis amici. & vide infra hac ead. q. nu. 46.*

44 Amplia XXI. vt †non solū repellatur inimic⁹ meus, & inimici mei amicus, vt sup. dixi, sed ēt habitans & conuersans cum inimico meo. Nam & is etiam dicitur meus inimic⁹, *vt probaui sup. in præcedē. tit. de ind. & tor. q. 49. n. 59. seq.* Et in specie in materia ferēdi testimonij sic affirmarunt per tex. *in c. repellantur, & c. cū oporteat, de accus. Spec. in tit. de test. §. 1. ver. stē qui cohabitat, & ibi Io. And. de Bal. in addit. Nell. de testi. sub n. 3. vers. idem si cum inimico cohabitat, Alb. de Malet. de testib. par. 1. c. 2. n. 12. Nepos de Monte Alb. n. 36. Anfr. de reprob. test. n. 20. Alex. Imol. & Ias. per illum tex. in l. liberti, & ibi etiam gl. C. de inoff. test. Cyn. Bar. & Saly. in l. si quis. C. de testib. Inno. Abb. & Fel. in c. cū l. & A. extr. de reiud. Gig. de cri. læs. maiest. lib. 2. rub. quom. & per quos cri. læs. maiest prob. q. 2. n. 27. & rub. qui pos. accus. q. 6. n. 11. in fi. Io. Mar. Mon. in suo reper. t. si fel. nu. hi 42. col. 2. vers. antepen. Bertaz. cons. 98. nu. 5. vers. quia cum inimicis, & n. 6. lib. 1. Dec. in suis tract. cri. lib. 3. c. 25. nu. 33. & 68.* & vide, quæ in simili de inimico ac accusatore dixi *supr. lib. 1. tit. de accus. q. 12. n. 43. vers. amplia 4.*

45 Limita I. hanc XXI. † ampliationem, vt procedat, dummodo habitatio & conuersatio sit antiqua, & cōtinuata, secus si de recenti, & non cōtinua, aut aliquib. paucis diebus, quia tunc non operatur effectum ad hoc, vt repellatur à testimonio, sicut argumento tex. *in l. licet. § in factum. ff. nau. caup. & stabul. affirmauit Alb. de Mal. de test. par. 1. c. 2. n. 14.* vbi dicit, hoc esse bonum dictum in materia, ex But. quem allegat *in d. cap. repellantur, sequitur Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2. rub. qui poss. accus. q. 6. post nu. 11. vers. & istud, quod dictum est de amico, & bene consulendo comprobauit Bert. d. cons. 98. n. 5. & 6. Dec. d. c. 23. n. 13. vers. quæ tamen omnia, iuncto nu. 69. vbi declarat duobus aliis modis, & dixi in tit. de indic. & tort. q. 49. n. 59. seq.* ¶ Quibus etiam addo Baiar. ad Clar. *in pract. qu. 24. n. 34. & 35.* vbi amplius, quod relinquitur arbitrio iudicis, quæ dicatur stricta, vel non stricta conuersatio.

46 Limita II. eandem 21. ampliationem, vt † sc. conuersans & habitans cum inimico meo, etsi dicatur meus inimicus, non tñ potest dici, quod sit capitalis, ideo nō in totū repellitur à testificando, sed ei examinato de fide diminuitur, *per ea, quæ in simili de amico dixi sup. n. 43. & bene declarat Alb. de Mal. de testib. d. c. 2. nu. 13. & 14.* vbi post Cy. & Alb. de Ros. quos allegat, concludendo dicit, ꝙ si quis copulauit se cū inimico meo aliqua affinitate, & tunc dicitur inimicus meus, & in totū repellitur: si v. nō p affinitatē, sed simpliciter quis copulat se cū inimico meo, & tūc nō repellitur, sed minor ei fides adhibetur.

47 Amplia XXII. vt † cum ex testimonio ꝓlato contra aliquem in causa criminali, oriatur inimicitia capitalis, ad tex. *in c. cum P. & ibi Abb. Io. de Anan. & Fel. ext. de accus. cum aliis per nos relatis in præced. tit. de indic. & tort. q. 49. n. 76.* Iccirco contra quem ego alias in causa criminali fui examinatus, non poterit modo esse testis cōtra me, *vt ex allega. in d. q. 49. eod. nu. 76. & præcipue per Blanc. de indic. & l. fi. ff. de q. n. 155. & per Gig. de cri. læs. maiest. lib. 2. rub. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q. 2. n. 2. Camp. de testib. reg. 24. vers. quinto, quando quis.* ¶ dissentit Baiard. ad Clar. *in quæst. 24. nu. 45.*

Amplia rursus † præcedentē ampliationē, vt testis, q 48
vna vice se examini subiecit contra me in vna cā criminali, cum, vt dixi, ex illo examine præsumatur meus inimicus, non poterit alia vice, & in alia causa testificari contra me, sed à testimonio repelletur, ad tex. *in l. 2. §. in criminali, & ibi gl. 4. q. 3. iunctis tex. in l. produci, ff. de testi. gl. in c. fraternitatis, in verb. receptos, extr. de testib. Spec. in tit. de teste, §. 1. vers. item quod in alia causa criminali, Gemi. & Inno. in c. cum P. extra de accus. Blan. de indi. ad l. fi. ff. de q. n. 156. vsque ad vers. contrarium tenuit, &c. alios refert Io. Mar. Mont. in tract. de testib. fol. 43. col. 1. vers. 1. incip. testificans contra aliquem in causa criminali præsumitur inimicus. Corra. in pract. 2. §. de offic. prætor. in cauff. ciu. rub. de testi. in parte, personas testium assumendo, n. 65. ad fin. vers. at quod qui in causa crim. fol. mihi 101.*

Limita † hanc ꝓximam ampliationem, vt procedat, 49
qñ testis prima vice in vna causa criminaliter examinatus, sponte subiecerit se examini, tunc n. ex illa sponte oblatione præsumitur inimicus & odiosus, & ideo in alia cā repellitur, at secus si coactus primo loco deposuerit, quia tunc non ꝓhibetur alia vice à testificando, contra quē alias deposuit, sic nempe disputata materia resoluit Alb. *de testib. par. 1. c. 2. n. 15. & 16. faciunt, quæ scripsit Blanc. de indi. d. n. 156. in fin. vers. contrarium tenuit Abb. & n. 157. & n. 158. in prin. vsq; ad vers. aut inquisitio fit ad instantiam partis, n. 159. vers. restringe tamē prædicta.* Quibus in locis late cōprobat, ꝙ testis, qui in vna causa coactus deposuit contra me, non repellitur in aliā pariter & à testificando cōtra me, quia ꝙ coacte fit, non potest dici, ꝙ per odium & inimicitiam fiat, *vt ibi per eum, addo & relatos per Io. Mar. Mont. in repert. test. fol. 8. col. 2. vers. 6. in prin. & fol. 43. col 2. & vers. 3. & 4.* Et hanc distinctionem esse communiter * receptam, ex Aret. *in d. c. cum P. Manconella, n. 3. & 4. de accus.* & ex Paris. *in c. fraternitatis, n. 14. de testi.* dixit Clar. *in pract. §. fin. §. 24. vers. sed nunquid ille.* Vbi † tamen, quod in omnem casum talis testis non poterit dici omni exceptione maior, & Clarū refert Bonac. *in com. opin. crim par. 1. vers. testis, qui semel est testificatus, fol. 167 col. 1. addo pro hac eadem limitatione bene comprobantem Decian. in suis tract. crim part. 1 libr. 3. cap. 25. nu. 66.* 50

Sed quid † si ꝓcedatur non ex officio iudicis, & per 51
inquisitionem, sed per accusationē, & ad partis instantiam, an testis, qui vna vice fuit examinatus contra me, possit iterum in alia cā examinari, vide late distinguentem eund. Blan. *de indi. d. nu. 158. vers. aut inquisitio fit ad instantiam partis, & n. 159. vsq; ad vers. restringe prædicta.* & quid si fuit testis ipse examinatus nō in causa criminali, sed in causa ciuili cōtra aliquē, an postea in alia causa cōtra eund. productus possit repelli ex capite inimicitiæ, & alia ad materiam, vide vltra prælegatos, gl. & Dd. ac præcipue Bellam. *in c. fraternitatis, n. 29. in fi. & seqq. ext. de testi. & ibi etiā Hen. Boer. n. 13. & seq. But. n. 20. Car. Zabar. ante n. 1. col. 1. ante med. vers. in gl. 1. Abb. n. 2. Aret. n. 2. Paris. n. 10. & seqq. vsq; ad n. 15.* vbi latissime, & loquitur de teste alias examinato, tam in cā ciuili, q̄ etiā criminali, *ext. de test. & vide etiam Card. Zab. in clem. 2. n. 3. in 7. oppos. de testib.*

Limita I. regulam † propositam, vt procedat in ini- 52
mico capitali, secus in nō capitali: grauis enim & capitalis inimicitia repellit vtiq, testem à testificando: nō capitalis autē & leuis minime. sicuti post alios, quos allegant, antiquiores aperte affirmarūt Marsi. *in l. 1. §. præterea, per illū tex. in prin. & n. 11. ff. de qq. Alb. de Mal. de test. par. 1. c. 2. n. 4. ad fin. vers. si autē inimicitia non sit capitalis, & n. 7. vers. vnde concludit, vbi testatur de communi * opin. Ausr. de reprob. post n. 56. item verū si inimicitia sit grauis, & iterum inf. in vers. item aduerte, secundum eos, ad hoc, vt inimicitia repellat, requiritur, quod sit capitalis, Nell. de testi. n. 3. in princ. vers. inimicus ergo magna inimicitia, & iterum inf. in fin. vers. & dixit Innoc. Fran. Cur. in tract. de test. n. 101. vers. & præmissa intelligo, Corra. in pract. §. 2. de offic. prat. in cauj. ciuil. in rub. de testib. sectione, personas testium aggrediendo, n. 65. ad med. vers. vbi autē inimicitia non sit capit. fol. 101. col. 1. Ant. Gom. var. resol. tom. 3. c. 12. rub. de prob. delict. n. 14. ante med. vers. intellige tamē, quod inimicus, vbi etiam testatur de cōmuni, * de qua & per Alber. in auth. si testis, n. 3. C. de testib. prout illum refert Clar. in pract. §. fi. q. 24. sub vers. item quæro, Ponac. in comm. opin. crim p. 1. ver. inimicus si sit capitalis, Vulp. cons. 39. n. 12. relati per Io. Mar. Monstic. in suo repert. de testib. fol. 44. col. 1. vers. 3. cum trib. seqq. Mascar. de prob. lib. 2. concl. 857. n. 55. & faciūt. quæ dixi in tit. de indic. & tor. q. 49. n. 101. & in 1. lib. tit. de accus. q. 12. n. 45. seqq.* *

Sublimita I. Hanc † primā limitationem, vt pce- 53
dat in ciuilib. secus in criminalib. in quibus cū testes debeāt esse omni exceptione maiores, iccirco quelibet inimicitia ēt leuis illos repellit à testificādo, *vt per Fran. Cur. de testi. n. 101. in fi. vers. præmissa clare ꝓcedunt, & n. 102.* vbi tñ hoc iudicis arbitrio relinquit, ¶ ꝙ & idē voluisse videntur Abb. *in c. inquisitio, §. tertij, nu. 11. extr. de accus. & Gram. dec. 34. n. 28.* quos in ꝓpositi refert Baiar. *ad Clar. in q 24. n. 33.* & dixi etiam in seq. sublimitatione, sed vtcunq; sit, etiam in criminalibus admissi non sunt omni exceptione maiores, vt mox dicam in seq. sublimitat.

Sublimita II. Vt † licet leuis, & non capitalis 54
inimicitia non repellat testē à testificando, non tñ admissus dicitur testis idoneus, sed ei de fide diminuitur tñ, quantum patitur qualitas inimicitiæ, iudicis arbitrio, *secundum Alb. de Mal. in tract. de testib. d. p. 1. c. 2. (3.) n. 4. in fi. Pet. Monca. in addi ad Crot. in tract. de testi. p. 3. n. 97. liter. KK. vers. si vero inimicitia, Ausr. de reprob. test. n. 56. vers. item si sit leuis, Marsi. in l. 1. §. præterea, n. 11. ff. de q. Gig de cri. læs. maiest. lib. 2. rub. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q. 2. n. 37. Corra. in loco nuper citato, Masc. de prob. lib. 1. concl. 462. n. 34. Deci. in suis tract. crim. lib. 3. c. 25. sub n. 26. p. 1.* Ex quibus iūctis alijs * relatis per eos facile dici potest, ita communiter * à Dd. 55
receptum fuisse, licet contrarium, ꝙ † imo tales testes sint idonei, ac ꝙ plenam faciant ꝓbationem, aperte voluerint Nell. *de testib. n. 3. in fi. & Fran. Curt de testib. d. n. 102. pariter in fi.* Sed † certe istorum opinio nō est tenēda, quia ꝙ imo inimicus, etsi non capitalis, non inducat semiplenam probationem, voluerunt Aym. *cons. 6 nu. 32. sicut illum refert Io. Mar. Montic. in repert. de testib. fol. 189. col. 2 vers. 2. Corrad. vbi sup. d. n. 65. vers. & non facere semiplenam probationem, Menoch. de arbit. q. libr. 1. q. 28. nu. 5. Bertaz. cons. 92. num. 7. lib. 2. & cons. 251. num. 17. lib. 2.*

Sublimita III. Seu † potius declara eandem pri- 57
mam limitationē, vt iudicis arbitrio remittatur, quando dicatur capitalis inimicitia, & quando non, *ad gl. & communiter * omnes in c. cum oporteat, extra de accus. cum aliis per nos cumulatis sup. in anteced. tit. de indic. & tort. q. 49. nu. 86. nec dissentit Decian. vbi supr. d. c. 25. nu. 26. lib. 3. par. 1.* Sed quomodo iudex isto casu arbitrium suum regulare debeat, vide, quæ latissime dixi per plures conclusiones, *in d. q. 49. n. 1. seq. per totam primam inspectionem.* *

Limita II. Regulam † non procedere in inimico re- 58
conciliato, & cum quo est sequuta pax: attenditur enim in materia ista tempus depositionis, *vt per Rol. in cons. 24. n. 31. lib. 1. & per Io. Mar. Montic. in repert. de testib. fol. 43. col. 1. vers. 1. cum aliis allegatis per Decia.* qui tamen in accusatione loquitur, *d. c. 25 n. 24.* Vnde si tempore depositionis testis est amicus eius, contra quem producitur, non repellitur à testificando contra ipsum, etiam quod antea esset inimicus, *Bal. in sua Margarita, in verbo testis, in vers. testis est inimicus, Inno. quem allegat in c. cum oporteat, de accus. Campeg. de test. reg. 23. in 3 fall. & reg. 26. in prin. Nell. de testib. nu. 5. ad fin. secus in antiqua, Franc. Curt. de testib. n. 101. vers. nisi secundum Baldum, Ausr. de reprob. testi n. 56. vers. item verum, nisi sit reconciliatus, Marsi. in l. 1. §. præterea, n. 7. ff. de q. Alcia. de præsum. reg. 2. præsu. n. 11. n. 4. Ant. Gom. var. resolut. tom. 3. c. 12. rub. de probat delict. n. 14. ad medium, vers. limita tamen, & intellige, vbi testatur de communi * opinione, de qua etiam per Muh. Graff. in suis comm. opin. libr. 2. c. 17. q. 32. Rol. d. cons. 24. n. 31. lib. 1. Masc. de probat. lib. 2. concl. 857. nu. 48. vbi etiam de communi, 899. n. 10. faciunt, quæ in simili dixi in præced. tit. de indi. & tort. q. 49. n. 109.* *

Et è contra si tempore depositionis testis erat inimi- 59
cus, reconciliatio subsequens non validat depositionem emanatam rempore inimicitiæ, *sicut post Ioan. And. & Abb. quos allegat, voluit Decian. in suis tract. crim. part. 1. libr. 3. c. 25. nu. 11. in fin.*

Sublimita I. Hanc † secundam limitationem, 59
vt non procedat in reconciliato de recenti, nam & is adhuc odium, & nocendi animum retinere præsumitur, & ideo à testimonio repellitur, sicut si esset inimicus, *ad tex. & ibi Præpos. & Turrecrema. gl. & Doct. in c. accusatores, il. 2. 3. q. 5. gl. in c. per tuas, in verb. inimicitias, & ibi Anan. & Fely. extra de simon. idem Felyn. in c. eam te, n. 12. vers. infidelitas, ibi, ita repellitur inimicus, & c. extra de rescrip. Innoc. in c. cum oporteat, post nu. 6. super verbo inimicos, & ibidem Abb. n. 6. Fely post nu. 5. sub vers. sed tu considera, extra de accus. Ias. in l. apertiß. mi, C. de iudic. Tiraq. cessant. cau. par. 2. limitat. 16. n. 7. Aym. cons. 9. n. 6. libr. 1. Rom. sing. 319. & ibi Nicol. Pignolat. in addit. Alex. cons. 99. in causa inquisitionis, n. 3. lib. 1. Marsi. in l. 1. §. præterea, n. 4. & 5. ff. de q. & sing. 179. vers. item facit, Nell. de testib. n. 3. vers. sed Innocen. Celsus in addit. ad Lanfr. de testib. n. 84. in verbo suspicio, litera I. Fran. Curt. de testib. nu. 10. vers. & hoc si concordia de recenti, Ausr. de reprob. test. nu. 56. vers. nisi sit reconciliatus de recenti, Alb. de Malet par. 1. c. 2. n. 9. Iodoc. in pract. c. 50. rub. de reprobat. test. n. 4. Crot. de testib. par. 3. nu. 99. Blanc. de iudic. ad l. fin. ff. de q. num. 161. & 16. Gigas de crimin. læsæ maiest. libr. 2. rub. quom. & per quos crim. læsæ maiest. prob. quæst 2. num. 25. Alciat. de præsumt. reg. 2 præsum. 2. num. 4. & ibi Nicol. Arclat. in ad lit. litera B. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in causis ciuil. rubr. de testib. in ea parte, quæ de personis testium perh. agit, nu. 65. vers. item licet de receptio. fol. mihi 101. Campeg reg 25. & vers. quinto habet locum, & reg. 26. in 1. fall. Ant. Gomez var. resol. tom. 3. cap. 12. rubr. de probat. delict. num. 14. vers. quod subintellige, nisi talis reconciliatio sit de recenti, & ibi testatur de communi * opinione, de qua pariter testantur Couarru. pract. quæst. cap. 18. num. 3. Plot. de instrumentis iurando, numer. 880. secundum antiquam impressionem, Clar. in pract. §. fin. quæst. 24. vers. sed quid si sequuta sit reconciliatio, Menoch. de arbit. quæst. lib. 1. quæst. 28. num. 6. Michael Graff. in commun. opin. lib. 2. cap. 17. quæst. 32. Bonacos. in suis commun opin. criminal. parte 2. versic. testis inimicus reconciliatus, fol. 78. Addo & Roland. cons. 24. num. 34. in princip. libr. 1. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 857. num. 47. & conclus. 899. num. 7. Tiber. Decian. in suis tractatibus criminalibus, libr. 3. capit. 25. num. 21 parte 1. Bertazz. cons. 474. numer. 24. seqq. lib. 2.* vbi *num. 26.* ampliat † multo magis hoc procedere, quando post reconciliationem sequuta esset aliqua alia causa inimicitiæ: hic enim non videtur testis idoneus, etiam quod reconciliatio non esset de recenti, *prout bene annuit Decian. d. c. 25. sub num. 27. ibi, nullo subsequuto signo immunitia, & faciunt in proposito, quæ in simili dixi in præcedenti titul. de indic. & tort. q. 49 num. 110. & libr. 1. tit. de accusat. q. 12. num. 41.* 60

Sed quando † reconciliatio dicatur recens vel anti- 61
qua, videas per Archid. & Præpos. *in d. c. accusatores, il. secondo, 3. qu.* ex cuius textus depositione videtur, ꝙ post triduū inimicus non dicatur amplius de recenti reconciliatus, & ita se habere communem opinionem, dicit Sigismun. *in cons. feudali, 46. post nu. 27.* Cuius tamen dictum non putat verum Clar. *in d. qu. 24. vers. sed quid si se-*

quam sit reconciliatio, in fin. vbi propterea dicit, verius esse, quod id relinquatur arbitrio iudicis, qui ex circumstantijs, ex qualitate personarum ac inimicitiæ extimabit, an testis reconciliatus sit repellendus nec ne, & ante Clar. hoc idem voluit Camp. *de test. reg. 23. n. 3. fall. & reg. 26. in 3. fall. sequitur Masc. de proba. lib. 2. concl. 899. n. 10. in fin.* etli Bonac. *in com. opin. crim. p. 1 ver. inimicus si sit capitalis, fol. 91. col. 1.* dixerit, non nisi post triennū reconciliationē dici antiquam, sed ipse allegat Clar. *in d. vers. sed si sequuta.* qui quidem Clar. de triennio nullum verbum facit, sed id totum iudicis arbitrio relinquit, vt dixi, & ita teneas.

62 SVBLIMITA II. Dictam †secundam limitationē, qa reconciliatio nō præsumitur, & semel inimic⁹ semper durare præsumitur inimicus, ideo per allegantem probanda est, *in ipsius, & ibi notat Bal. (. famil. ercisc. Saly. Alex. Imo & alij relati per Alc. præsum. reg. 2. præs. 2. n. 1. Alb de Mal. in tract. de test. p. 1. c. 2. n. 7. vers. & qui olim, Rol. cons. 24. n. 32. seq. lib. 1. Menoc. de præsu. lib. 5. præsum. 42. n. 8. Campeg. de test. reg. 25. vers. 4. habet locū, Decia. in suis tract. crim. lib. 3 c. 25. n. 86.* vbi hāc sublimitationem declarat procedere, qn inimicitia erat capitalis, secus si levis, quæ cum sicut dicitur prouenire ex quadam animi levitate, ita etiam præsumitur facile remissa, *secundum Bal. in cons. 163. Cacciali, colum. 2. vol 3. in antiquis cum ibi per Dec. tan. allegatos.*

63 SVBLIMITA III. Qua †in omnem casum inimicus, etli reconciliatus ad testimonium admissus, nō est testis omni exceptione maior, *vt placuit Claro in pract. §. fin. quæst. 24. vers. sed si sequuta sit reconciliatio, in fine.*

64 LIMITA III. Propositā †huius quæstionis regulam nō procedere in inimico, cuius inimicitiam pars procurauit, & affectauit, ne postea examinatus vti testis contra ipsum faceret fidē. Nā talis inimicus non repellitur, *vt late per Capo. caut. 4.* vbi ponit exēpla huius limitationis, qn pars vel accusaret testem criminaliter, vel ei daret alapam: vtroq; n. casu contrahitur inimicitia, *vt suo loco dixi,* & tamen, inquit Cæpo. non solum p hoc testis non repellitur à testificando, sed etiam posset attentari, q pars. quę sic per fraudem inimicitiam procurat, perdat causam, quia hoc modo per indirectū quærit subtrahere probationes suo aduersario, ad norata per Cyn. *in l. prouidendum, in fi. C. de testib. & per Ang. in l. satis apertissime, C. de iudic. cum aliis ibi per eum allegatis, & ante eum hanc eandem limitationem firmarunt Bart. per illum tex. in l. 1. §. cū quidam, ff. de q. Bal. Aug. Alex. & alij, in l. sed si quis. §. illud tñdum, ff. si quis caut. Pet. Monca. in addi ad Crot. par. 3. n. 99. lit. MM. ad finem additionis, vers. nisi malitiose dedisset causam, Auth. de reprob. test. n. 56. vers. quod intelligo, & in fin. numeri vers. item qui non est inimicus, Alb. de Mal. de testib. par. 1. c. 7. post n. 47. & 48. Gig. de crim. læs. maiest. lib. 2. rub. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q. 2. n. 24. relati per Io. Mar. Mont. in repert. test. fol. mihi 44. col. 2. vers. penul. Cotta in suis memorab. in verb. inimicitia capitalis, prope fin. vers. item de teste, Camp. de testib. reg. 23. in 3 fall. & reg. 25. vers. octauo habet locum, Ant. Gom. var. resol. tom. 3. c. 12. rub. de prob. delict. n. 14. vers. item etiam limita, & intellige prædicta, nisi inimicitia sit procurata, Masc. de prob. libr. 2. concl. 857. nu. 54. per totum,* vbi refert casum, quem habuit de facto in proposito huius limitationis Neapoli, dum esset Vicarius. *Decia. d. c. 25. nu. 16. vers. sed temperanda sunt, libr. 2. par. 1. & ibi. n. 28.* ¶ Baiar. ad Clar. *q. 24. n. 40.* ex quibus sine dubio dici potest, ita etiam à Dd. * fuisse communiter * receptum.

65 An autem inimicitia ut procurata per fraudem, nec ne, iudicis arbitrio est remissum, *sicut post alios, quos allegant, voluerunt Capo. d. caut. 4. vers. sed hoc iudici committitur, & Catel. Cotta in loco citato, in vers. quo casu relinquitur in arbitrio iudicis, & Campeg. in d. 5. & 8. fallen. & in proposito, vide Cresc. dec. 3. n. 5. seqq. in tit. de testib.* vbi dixit, alias fuisse resolutum in Rota, quod non creditur testi dicenti, inimicitiam procuratam ab eo, contra quem deponit ad effectum, vt validetur eius depositio, sed debet aliunde de tali procuratione constare, aliter eius dictum, tanquam dictum inimici non probabit.

LIMITA IV. Regulam non †procedere in inimico vtriusq; partis: nam sicut par affectio testē non repellit, *secundum Bar. in l. non solum, §. 1 ff. de rit. nup. & in l parentes, col. fin. in vlt. q. C. de testib.* ita nec eum repellet par odium, *vt per Mars. in l. 1. § cum quis latrones, n. 28 & 29. ff. de qq. quē sequuti sunt Corra in pract. c. 2. de off. prator. in caus. ciu. rub. de testib. in par. per quas testium aggrediendo, n. 65. vers. admittitur parter, fol. mihi 101. Io. Mar. Montic. in repert testium, fol. mihi 43 col. 1. vers. ante, Ant. Gom. var. resol. tom. 3. c. 12. rub. de prob. delict. n. 14 ante fin. vers. uē etiam limita, & int. lige, præterquam si testis, &c.* Et ex hac relatione credere etiam, inimicum maxime p̄bare, si aliquid deponeret ad fauorem sui inimici: dato enim casu cessat præsumptio, q̄ mentiatur. Imo non modica oritur præsumptio veritatis, quæ si non ita esset, non vtique est credendum, vt sic ad fauorem sui inimici deponeret, argumento eorum quæ è contrario de affine & coniuncto deponente contra suum affinem, scripsit Aym. *cons. 6. nu. 62. Dec. cons. 163. num. 11. vers. & ad hoc accedit, Mascard. de probat. lib. 2. conc. 857. n. 16. & 17. & dicta inf. in materia testis affinis.*

LIMITA V. Vt †parte non opponente, testis etiam inimicus admittatur ad testificandū, *vt per Camp. de test. reg. 23. in 7 fall. & per Io. Mar. Mont. in reper. testium. fol. 45. col. 1. vers. 2. Masc. de prob. lib. 2. concl. 899. post n. 11.* vbi †tñ post Sal. *in loco per eum citato,* hoc declarat non procedere, qñ pars fuisset absens, & contumax, quod & voluit Campeg. *vbi sup. reg. 26. vers. non habet locum, Crot. de testib. par. 6. n. 211. vers. tertio fallit.* vbi †multo magis si testis inimicus fuisset admissus de consensu partis, *refert & sequitur Hector Aemil. in tract. de testib. in verbo, testis aduersarius, n. 6. fol. 50. part. 1.* & facit p hac quinta limitationem conclusio generalis, quod testes inhabiles, & non admittendi, admittuntur, parte non opponente, *vt per Clar. in pract. §. fin. lib. 24. vers. vide etiam plerumque, & dicam infra in materia testis inhabilis, q. 62. n. 17 (175. seqq. vbi videas.*

Verum hæc limitatio dubia admodum redditur ex scripti per Decian. (qui & q plus est, in accusatore inimico loquitur) *in suis tract. crim. par. 1 lib 3. c. 25. n. 19.* vbi post Marian. Soc. *in c. repellantur. n. 11. in fin. vers. item quæro quid si pars extra de accus.* concludit, quod inimicus capitalis repellitur ab accusando non solum parte nō opponente, imo etiam si pars cōsentiat, iudex, qui solam veritatem perquirere debet, & prouidere tenetur, ne subditi calumnijs vexentur, non solum potest, sed debet ex officio illi repellere ab accusatione; ergo multo magis à testificatione, quæ maioris est præiudicij. Quare verius dicas, quod parte, aut iudice non opponente, inimicus admittatur ad testificandum; sed adhuc non probat, nec est idoneus testis; Iudice autem opponente, minime admittitur, quod si per confessionem, etiam admitti, & illius depositioni stare teneatur, nihil est, quod illius fidē impediat, *iuxta Crot. & alios prælegatos.*

Verum quod, parte non opponente, non possit iudex testes inimicos à testificando repellere, faciunt, quæ distinguendo posui *infra in q. 62. n. 192.* & in specie aduertit Baiar. *ad Clar. in q. 24. nu. 39.*

LIMITA VI. Vt †testis inimicus probet contra producentem, *sicut post Afflict. quem allegat, voluit Ioa. Mar. Montic. in repertorio testium, fol. mihi 45. col. 1. vers. 3.* Et facit conclusio generalis, quod † testes producens illos censetur approbare, ideo contra ipsum probant, etiam quod alias inhabiles sint, de qua *in l. si quis testib. vbi gl. & Dd. (. de testib. Gramm. decis. 34. num. 2. Aym. cons. 188. nu. 7. Menoch. cons. 60. n. 17. lib. 1. & in tract. de præsum. lib. 2. præsumt. 45. n. 3. Masc. de probat. lib. 3. concl. 1235. per totam, Hector Aemil. de testib. in verbo, testis approbatus, pariter per totum, fol. 199. & seqq. part. 1. & dicam latius infra in materia testis inhabilis.*

LIMITA

73 LIMITA VII. Quia †quod testis inimicus sit, non præsumitur, ideo inimicitia probanda est per allegantem; sed quomodo? Dixi *in præced. tit. de indic. qu. 49. nu. 126. seqq. & vbi videas.*

¶ LIMITA VIII. Quando cum dicto testis inimici concurrerent adminicula, quia tum eius dictum videtur, vt faciat indicium ad torturam, secundum Rom. *in cons. 451.* præsertim si idem inimicus sit alias bonæ vitæ & famæ, per ea, quæ dixit Bar. *in l. desertorem, §. sed si improuiso, ff. de re milit.* quos in proposito sic referendo sequitur Baiar. *ad Clar. in q. 24. n. 24.*

Verum, amice lector, aduerte, ne sub hac noua limitatione decipiaris, si enim illam admitteremus, esset multum habenas iudicibus relaxare, ac potestatē tribuere, Pauperes carceratos ex inimicorum depositionibus torquere, cum facile illis esset, adminicula (quæ eorum arbitrio relinquuntur) & processu expiscari & extorquere. Et propterea, quod eadē limitatio omnino reiicienda sit, facit verissima illa conclusio, de qua *infr. q. 62. n. 340.* vbi probaui, testium inhabilium depositiones nunquam suppleri ex adminiculis, quando inhabilitas est talis, vt eos omnino à testificando repellat, prout esse inhabilitatem, ex inimicitia prouenientem, probaui *supr. hac ead. q. n. 3.* Et sicut Baiardi declaratio non est iuri cōsona: ita nec auctoritates per eum allegatæ, faciunt ad propositum. Nam Rom. *in cons. 451.* nullum verbum facit de teste inimico, sed tantum de teste cōsanguineo accusatoris, qui termini, vt de se patet, sunt valde diuersi. Vltra quod in casu Romani, vltra testium depositiones, nō aderant adminicula simpliciter: sed indicia de se sufficientia ad torquendum, nempe confessio extraiudicialis. Sic etiam & Bar. *in d. §. sed si ex improuiso,* nihil dicit de teste inimico bonæ famę, prout ad id allegatur, sed tantum dicit, quod bona fama minuit indicia contra reum existentia. Quæ propositio quantum faciat ad ppositum; quisq; cōsideret.

ARGVMENTVM.

Coniunctus per affinitatem, vel sanguinem, an & quando à testificando repellatur, an vero potius admittatur, & admissus quam faciat fidem.

SVMMARIA.

Affines & consanguinei regulariter nō sunt idonei testes pro suis affinib. & consanguineis, n. 1. & consanguinei sunt prorsus à testimonio repellendi, n. 2. cōtra, n. 3. concorda, vt n. 4. & cōsanguinei accusatoris, seu querelantis in criminalib. omninò à testimonio repelluntur, nec etiam ad fiscī instātiam admittuntur, n. 5. Ampliatiā in causſa criminali, ciuiliter intētatam. 6. cōtra, n. 7. concorda, vt in n. 8. & 9. & cō anguinei nō admittuntur, vbi agitur de iniuria illata suo affini & cōsanguineo, siue criminaliter, siue ēt ciuiliter agatur, n. 9. & cōsanguinei examinati & admissi in casu, in quo examinari & admitti nō debeāt, nullā prius faciūt fidē aut p̄bationem, n. 10.

Socer & socrus non sunt idonei testes pro suo genero, ac nuru, n. 11. imo à testimonio repelluntur, n. 12.

Affines non repelluntur in causis ciuilib. nu. 24. Limita 1. vt hoc procedat in causis ciuilib. paruis, & modici præiudicij, secus in grauibus, arduis, & valde præiudicialib. n. 25. Limita 2. vt nec etiam in causſa ciuili affinis testis dicatur integræ fidei, & omni exceptione maior, n. 26. ad hoc, vt propter affinitatē à testimonio repellātur, debet esse affinitas per lineam ascendentē, vel descendentem, nec sufficit per tranſuersalem, nu. 27. licet aliqui relati, n. 28. contrarium dixerint. Limita, vt hoc non procedat in criminalib. in quibus affinitas etiam per lineam tranſuersalem testem repellit, n. 29. Limita 2. vt nec in ciuilibus per lineam trāsuersalem sint testes omni exceptione maiores, nu. 30. licet aliqui relati, n. 31. contrarium dixerint. non repelluntur à testimonio, dissoluta affinitate, n. 32. & consanguinei admittuntur etiam in criminalibus ad defensionem, & ad probandum innocentiam rei inquisiti, nu. 33. Limita 1. vt non admittantur isto casu ad reprobationē testium pro fisco examinatorum, n. 36. Limita 2. quando proceditur ad instātiam accusatoris, quia tunc nec ad defensam affines admittuntur, n. 37. Limita 3. vt in omni casu nec ad defensam sint testes omni exceptione maiores, nu. 38. Limita 4. quando agitur de crimine infamatorio, quia tunc affines non bene probant innocentiam inquisiti, nu. 39. & consanguinei probant bonam famā inquisiti, n. 34. & consanguinei probant errorē confessionis facte per reum, n. 35. & consanguinei non possunt cogi ad testificandum contra suos affines & consanguineos, n. 13. Amplia, vt nec possit cogi ad testificādum ad eorum fauorem, n. 14. Amplia 2. non solum in criminali causſa, sed etiam in ciuili, n. 15. Limita 1. quia volentes admittūtur, licet inuiti non cogantur, n. 16. Nisi forsan se vltro ad testificādum offerrent, quia tunc nec volentes admittuntur, n. 12. Limita 2. in casu, in quo veritas aliter haberi non potest. Limita 3. in affinibus & consanguineis remotis vltra quartum gradum, nu. 23. licet alij dixerint vsq; ad duodecimum gradum, n. 20. Alij vsq; ad septimum, n. 21. Alij vsq; ad sextum gradum, n. 22. & consanguinei si instrumētarij sint, reputantur idonei, n. 40. Limita 1. quando contrahens sciebat qualitatem affinitatis, secus si ignorabat, n. 41. Limita 2. quando agitur de probando veritatem instrumenti, & sic quando illud reuocatur in dubium, quia tunc affines etiam, quod sint in instrumento adhibiti, non reputantur idonei, n. 42. contra, nu. 43.

Affines & consanguinei non prohibentur esse testes in testamento sui affinis & consanguinei, n. 44. & consanguinei vtriusq; partis non repelluntur à testimonio, & probant, n. 45. Amplia etiam in criminalib. n. 46. Limita, quando gradus affinitatis est æqualis, secus si esset inæqualis, nu. 47. si sit religiosus, & sanctæ vitæ: vel etiam laicus, nota & probatæ fidei, non repellitur à testimonio, & probat, n. 48. in remotiori & longinquo gradu a testimonio non repelluntur, nu. 49. sed vsq; ad quem gradum affinitas repellat testem, nu. 50. seqq. non consanguinei, admittuntur ad testificandum de partium consensu, nu. 58. & consanguinei admittuntur ad testificandum, parte non opponente, n. 59. seqq. licet aliqui ibi relati contrarium dixerint. & consanguinei probant pro suis affinibus, & cōsanguineis, quando inter eos non est magna affectio, nu. 62. & an sit magna affectio, remittitur arbitrio iudicis, nu. 63.

Affines & consanguinei admittuntur ad testificandum in causſa matrimonij, n. 64. contra, n. 65. resolue, vt n. 66. probant pro affine, iunctis adminiculis, nu. 67. si sunt plures, prob. int, & numerus supplet eorum inhabilitatem, nu. 68.

Affinis depositio suppletur ex depositione alterius testis, valde digni, n. 68.

Affines, & consanguinei licet non faciant plenam probationem, faciunt tamen indicium sufficiens ad informationem, & instructionē, n. 70. Item sufficit ad capturam, & ad inquisitionem generalem, hoc est, ad assumendum informationes super delicto, n. 71. Non tamē sufficiat an inquisitionem specialem, & ad transmittendum reo inquisitionis schedulam, n. 72. ex illicita affinitate non repelluntur à testimonio, n. 73. seqq. Vbi hoc ampliatur procedere tam in terris Ecclesiæ, quam imperij. & consanguinei admittuntur ad probandum factum, cuius veritas aliter haberi non potest. quam per ipsos, n. 76. & consanguinei admittuntur ad probandum crimina excepta, puta hæresis, læsæ maiestatis, simoniæ, & similium, n. 77. & cōsanguinei probant contra producentem, n. 78. & consanguinei etiam in casu, in quo ad testificandum admittuntur, non sunt tamen integræ fidei, & omni exceptione maiores, n. 80. seq. licet aliqui relati nu. 82. & 83. contrarium dixerint.

Affinitas de iure canonico contrahitur etiā per illicitū coitum, n. 73. proprie est illa, quæ contrahitur ex iusto nuptio, num. 74.

Iuramentum in supplementū non defertur ex dicto testis affinis, n. 81. licet aliqui relati, n. 82. & seq. contrariū dixerint, &c.

Testes vbi alias non probant, probant tamen, si partim pro, & partim contra deponunt, n. 79. vers. & facit etiam. Testes debent pro vtraque parte secundum veritatem deponere, n. 79. vers. & facit etiam.

QVÆ-

QVÆSTIO LIV. REGVLA I.

1 PONITVR II. Contra testes, quod † sunt affines, vel consanguinei, quos propterea fidem non facere, seu saltem non integram ac plenam probationem inducere, probat text. *in l.3.in princip.ibi, Vel amicus ei sit, pro quo testimonium dat:* sumto inde argumento à fortiori, *ff.de testib.l.absens.il 2.3.q.9.*vbi loquitur in criminali causa, *c.similiter,ead.causa,q.5.*vbi loquitur in affine accusatore, ergo multo magis in teste, *Specul.in tit.de teste.§.1.n.14.in fin.iuncto n.10.pariter in fin.Bal cons.50.incip. videndum est primo,sub n.1.lib.2. & cons.455.incip.quæ melius. n.2.lib.4. Alex.cons.90.in causa & lite.col.2.n.7.lib.2.Ang.cons.262.incip ponderandum.n.1.circ.medium,Nell.in tract.de testib.num.8.Capo.caut.219.in prin.Crot.cons.182.incip.præsens consultatio.n.32.lib.2.& cons.3.incip.reperitur.nu.21.lib.1.Socin.iun.cons.10.nu.10.libr.2. & cons.12.in occurrenti dubitatione.n.10.eod.lib.2.Iacob.Nouell.reg.216.n.6.Iacob.Port.Imol.cons.94.n.30.Mantua.cons.285.n.2.lib.1.Syluay.cons.17.n.10.Neuiz.cons.78.n.22.Burs.cons.330.nu.167.lib.3.quos, & alios referendo sequuti sunt, Vius.qui de communi * testatur, in verbo, testes affines, in princ. Ant.Gabr.tit.de testib.concl.13.nu.1.Ioan.Mar. Montic.in suo repertorio testium, in verbo, agnatus, & in verbo, affinis, fol.mihi 11.col.1.& 2.per totum, Masc.de probat.lib.1.concl.68.n.1.conclus.412.etiam n.12.(1.)Hector Aemil.in tract.de test.in verbo, testis affinis, n.1.seqq.fol.mihi 112. & in verbo, testis agnatus, n.1.fol.143.& in verbo, testis auunculus, nu.1.fol.321.* Et licet, *vt mox dicam in seq.1.ampliat.* non modica lit inter Dd. controuersia, an affines, seu coniuncti in totum repellantur, & non admittantur ad testimonium, an vero secus: Tamen quo ad hoc, vt admissi non legitimam, sicut alii testes, faciant probationem, nulla prorsus apud omnes est dubitatio, & propterea dici potest, quod hæc * Conclusio non solum communiter, * sed etiam ab omnibus, tam iuris ciuilis, quam canonici professoribus vnanimiter sit recepta & approbata.

Hanc materiam cum pleniori manu, quam alii forsan hucusq; fecerint, pertractare decreuerim, ne illius amplitudo obscuritatem legentibus pariat, diuidendã operæ precium esse duxi in IV. capita: in quorũ primo generaliter discutiam de affinib. & consanguineis; in II.specialiter de fratribus; in III.de filiis & parentibus; in IV.de coniugibus, & in singulis istorum suam regulam formando cum suis ampliationib. & limitationibus, more solito, ni fallor, ad saturitatem demõstrabo, an & quando omnes isti ad testificãdum admittantur, nec ne, & an, & qualem admissi faciant probationem.

REGVLA Itaque in primo huius quæstionis capite ex præmissis comprobata apparet, quod coniuncti per affinitatem, vel consanguinitatem, tanquam non idonei testes, si fuerint examinati, non faciunt legitimam & integram probationem.

2 AMPLIA I. Hanc † regulam, vt imo affines & consanguinei, nec etiam ad testificandũ sint admittendi, & tanquã à iure reprobati, prorsus à testimonio repellendi, per tex.*in d.c.similiter.3.q.5.& c.absens,il secondo, ibi, nec affinis testis admittitur.3.q.9.Spec.in tit.de testib.§.1.n.10.in fin.& nu.14.etiam in fin. Nepos de Monte Alb.in tract.de testib.nu.6.per haut affinitatem.ff.de procurat.Ang.de Perus.in qua an frater possit esse testis in causa crim.fratru.nu.31.*vbi ꝙ sola affinitas videtur repellere testem, *per gloss. magnam, quam allegat, in Auth.de testib.§.quia vero, incip.imo videtur, Aufr.de reprob.testium,nu.9.in prin.Campeg.reg.7.incip.agnatus pro agnato,in princ.& reg.8.incip.affinis pro affine, pariter in princ.& reg.9.in fin.vers.an omnes.* vbi quod omnes de genere repelluntur à testificando, & de genere intelliguntur ii, qui dolore & inimicitia illius afficiuntur, & tristantur, *l.1.& 2.ff.de liber.cau.addo pro hac ead.ampliatione Ioa.Mar. Montic.in suo repertorio testium, in verbo, consanguineus,fol.19.col.1.vers.2.incip.testis,etiam non obiectatus.* vbi ex Ant.de But.quem allegat *in c.cum dilectus,n 33.de consuetud.lib.1.p.1.* tenet, quod iudex etiam parte non opponente, potest ex officio à testimonio repellere. Hanc etiam ampliationem sequuti etiam sunt plures relati per Masc.*de prob.lib.1.concl.408.nu.3.vers.huic opinioni,& cons.412.n.1.& lib.3.concl.1357.n.42.vbi testatur de communi * opinione,ex Aret.& Corn.in locis ibi per eum allegatis. Addo* * *& Hector.Aemil.in suo tract.de testib.in verbo, testis affinis,nu.4.& 5.fol.mihi 112.& in verbo,testis agnatus,nu.2.in princ.& num.3.4.& 7.fol.144.& faciunt in simili Dd.allegati infra de fratre,num.84.*

Contrarium, quod † imo affines & consanguinei à 3
testificatione non repellantur, (licet examinati non integram faciant fidem, *vt sup.firmatum est in regula*) scripserunt Bar.*inl.parentes,nu.5.C.de testib.* Alber.*in tract.de testib. part.1.cap.1.nu.48.& nu.50.& nu.51.& num.53.vers.ic.vnde tenenda est.* vbi relatis & reprobatis contrariis, ita dicit se habere communem * Dd. opinionem, cum gloss. * quæ hanc firmat opinionem, *in c.accedens vt lit.non contest.* Aufrer.*in tract.de reprobatione testium,num.25.* Lanfran.*in c.quoniam contra,in verbo,testium depositiones,num.58.* vbi pariter testatur de communi opinione, & infert ad patruum testificantem pro nepote, item ad cõsobrinum pro consobrino, *Boss.in tit.de opposit.contra testes, nu.105.in princ.& num.109 vers.si ergo,* Corrad.*in pract.in tr.de testib. in parte,personas testium aggrediendo,num.45.* Et sine dubio ista contraria opinio videtur magis communis *, cum * vltra Alber. in loco præcitato, sic de communi testentur Marian.Socin.*iuncto cons.29.num.13.lib.2.Vius.in communi.opin.verbo,testes affines,in fine,Gabr.tit.de testib.concl.13.num.1.vers.contrarium,&c.& num.2.simili vers.contrarium, quod imo non repellantur,* Campeg.*d.reg.7.in princ.& regul.9.etiam in prin* Menoch.*de arbitr.quæst.lib.2.casu 104.in princip.* Soarez.*in commun.opin.litera T.num.119.Mascar.de probat. libr.1.concl.68.num.15.& concl.310.num.7.& concl.408.n.1.vers.in contrarium,&c.* Hector Aemil.*in tract.de testib.par.1. verbo,testis affinis,nu.16.in prin.& nu.52.* vbi ampliat etiam in affine ex vno tantum latere, *fol.114.& 124.& faciunt Dd.allegati inf.nu.85.* vbi etiam probaui, secundum cõmunem * Dd. opinionem, quod frater carnalis non e- * pellitur à testimonio ad fauorem sui fratris, ergo multo minus debent repelli alii consanguinei existentes in remotiori gradu *sicut in terminis argumentatus est Alber.de testib.d.c.1.nu.50.*

Pro concordia, & † secundum veritatẽ dicas, quod 4
prima opinio procedat in criminalibus, prout iura pro ea allegata, videlicet *in c.similiter,3.q.5.& in c.absens,il secondo,3.q.9.* expresse loquuntur, & in quibus, *vt latius deducam in sequ.ampl.* affines & consanguinei omnino repelluntur à testificando. Secunda autem procedat in ciuilibus, *vt etiam infra dicam nu.24.in 1.limit.huius primæ regulæ,* & ista distinctio communiter * ab omnibus ap- * probatur, *vt ex infra allegandis apparebit.*

AMPLIA II. Vt † proposita regula multo magis 5
procedat in criminalibus, in quibus affines & consanguinei non solum non sunt integri testes, vt in regula, sed nec etiam ad instantiam accusatoris, vel fisci admittuntur ad ferendum testimonium contra accusatum, vel inquisitum, *& ita expresse loquitur tex.d.cap.absens,il 2.3.q.9.& in c.similiter,3.qu.5.& magis expresse text.in c.1.eadem causa,& q.dum statuit, consanguinei accusatoris aduersus extraneos testimonium non dicant.* & per ista iura hãc eandem firmarunt ampliationem Bar.*in l. qui testamento.§.per contrarium, vers.quæcunque, num.7.* Alber.*in l.parentes, nu.2.vers.in criminali autem. C.de test.* Nepos de Monte Albano *in tract.de testib.num.9.* Feder.Schenck.*de testibus, num.30.vers.nam & consanguinei accusatoris,* Nell.*de testib. numer.8.vers.in criminali vero,& versicul.nec etiam in criminali affines admittuntur,* Alber.*de* Malet.*de testibus,part.1. cap.1.num.51.in fin.& num.54.vbi quod hoc est certum, secundum*

* *dam* * *omnes,* Lanfran.*in c.quoniam contra.in verbo, testium depositiones, num.58.vers.in causa autem criminali, extra de probat.* Crot.*de testibus part.c.3.num.73.Gramm.consil.58.nu.6 seq.* Decius.*cons.31.nu.14.& cons.76.nu.27.& consil.88. num.10.& cons.113.num.25.* Anton.de Butr.*in cap.cum oportet,nu.6.extra de accusat.* Natta *cons.537.n.60.lib.3.* Gram. *cons.* [illegible] *numer.6.* Paul. Meren.*inter consilia crimin.diuers.ce.* [illegible] *88.num.78.lib.2.in folio, & inter eadem consilia,* Hippol. Rim. *cons.84.num.4.seqq.& cons.90.nu.6.eodem libr.2.* Boss. *tit.de oppos.contra test.nu.105.vers.sed quid in criminali causa,& vers.hoc quod affines,* Ioan.Mar.Montic.*in suo repertorio testium, verbo consanguineus, fol.17.(18.) colu.3.vers. penult.incip.testis vna parentela, & verbo, testis in criminalibus qui esse poss.fol.354.colu.1.vers.3.incip.testes affines, & vers.5. incip.ad testificandum contra me,* Nouell.*reg.216.n.6.vers.& in criminalibus,* Anton.Gabr.*de testibus.concl.13.nu.22.* Et sine dubio ista ampliatio ab omnibus est recepta communiter *, *sicuti de communi testantur* Aret.*in d.c.cum oportet,nu.11.de accusat.* Corn.*cons.172.litera T.libr.2.secundum antiquam impressionem,* Clar.*in pract.§.fin.qu.24.vers.quæro modo,* Soarez.*in communi opin.litera A.num.137.* Villalob.*in comm.opin.litera T.num.89.* Masc.*de probat.lib.1.concl.26. nu.4.& concl.68.num.3.seq.vbi de magis communi, & concl. 408.numer.12.& concl.412.num.6.* Hector Aemil.*in tractat. de testibus, verbo, testis affinis, numer.41.43.& 44.fol.121.& verbo,testis agnatus,post n.7.fol.144.* & faciunt, quæ de fratre non admittendo in criminalibus dicam *infr.nu.90. in 2.regula huius quæstionis, & infra hac eadem quæst.& regul. num.92.(91.)*

6 AMPLIA III. Propositam † secundã regulam, seu ponitus præcedentem secundam ampliationem, vt affines & consanguinei non solum repellantur in causa criminali, communiter intentata, sed etiam in intentata ciuiliter, *secundum Abb.in c.cum oporteat,sub nu 3.vers. aliquar de crimin.ciuiliter, extra de accusat.* Alex.*cons.212. vis. & dubitatus scripturus, post num.8.vers.nec obstat si diceretur,lib.2.* Lanfr.*in praxi capit.8.nu.58.vers.& idem est in causa,* Donatus à Fina, *lib.4.conclusionum, verbo teste, §.affinis in criminalibus, vers.ampliatur idem esse, & quos alios retulerunt* Gabr.*de testibus,concl.13.nu.19.vers.contrarium,* Masc.*de prob.lib.1.* [illegible] *68 num.6.& concl.408.post num.6.& conclus.412.post numer.4.* Hector Aemil.*in tractat. de testibus,in verbo,testis affinis.num.40.vers.& idem est in causa criminali,in ista ciuiliter ſ l.mihi 121.*

7 A quibus licet † dissentire videantur plures alij Dd. pariter relati per Gabr.*d.concl.13.nu.19.& 23.* & *per Masc. d.concl.408.n.* [illegible] *in prin.& Natt.in cons.537.nu.57.libr.3. iunctis aliis Dd.allegatis infr.nu.92 in 2.reg.*

8 PRO concordia † tamen, & secundum veritatem, dicere potes, quod si causa ciuilis ex crimine descendés, vel etiam criminalis, ciuiliter intentata, est talis, vt ex ea nulla inferatur iniuria actori, & tunc procedat secunda contraria opinio, vt in ea affines & consanguinei in testes admittantur. *secundum Boss.in titul.de opposit. contra test.num.2.vers.& adde quod affinis, quem sequuntur sunt Mascard.dict.cons.68.num.6.vers.sed quando ita, iuncto num.11.* & Hector Aemil.*in tractat. de testibus, verbo, testis affinis, numer.22.fol.mihi 116.part.1.* & *vltra istos bene explicat Natt.concl.137.num.58 iuncto num.60.vers.sin autem agitur ciuiliter, lib.3.*

9 Si vero † causa est talis, vt contineat agentis iniuriam, & tunc cum iniuria vni facta censeatur etiam facta omnibus de agnatione & parentela, *l.1.2.& 3.ff.de liber.caus.* iccirco affines & consanguinei tali casu, tanquam testes in propria causa admitti non debent, *secundum Bart.in l.lex Cornelia,§.1.ff.de iniur.& in l.qui testamento,§.per contrarium, vers.quæcunque, nu.7.vers.ratio quia per iniuriam.ff.de testam.* Felyn.*in capit.cum oporteat, num.3. vers.fallit tertio, extra de accusat.* Aufrer.*in tract.at. de reprob. testium,num.25.vers.tertio fallit in causa iniuriarum,* Alberic. *de testibus,parte prima,cap.1.num.52.* Lanfran.*de Orian.in c. quoniam contra,in verbo,testium depositiones,numer.58.ad finem,vers.& idem est in causa iniuriarum,iuncto vers.& est ratio,* Crot.*de testibus,part.3.num.73.vers.istud habet locum,* Gabriel.*de testib.concl.13.nu.29.* Aym.*cons.4.(41.) num.1.* Natta *cons.537.num.57.in fine,iuncto num.60.lib.3.Gramm.consil. 58.numer.7.* Mascar.*de probat.lib.1.concl.68.num.4.& 5.& conclus.408.num.10.seq.* Hector Aemil.*in tractat. de testibus, verbo, testis affinis, numer.40.in prin.fol.mihi 120.* faciunt, *quæ in simili dicam infra de fratre,in 2.regula,num.93.* Et ista distinctio sine dubio, vt ex præallegatis vides, communiter * à Dd. recepta est.

AMPLIA IV. Eandem † primam regulam sic, vt 10
supra, ampliatam, vt in casu, in quo testes affines, & consanguinei non sunt admittendi, si tamen fuerint admissi, non per hoc probent, nec aliquam faciant fidem, secundum communem * Dd. opinionem, *de qua testatur Gram.cons.45.num.15. quem refert & sequitur Vius.in commu.opin.verbo,testes affines,vers.& in tantum, & per multa iura, quæ ad hoc allegantur, plene deducitur inter consilia matrimonialia diuers.consil.86.num.42.libr.1.* sicut refert & pariter sequitur Hector Aemil. *in tract.de testib. verbo, testis affinis,num.10.fol.113.par.1.& ante istos hoc idem voluit Ang.de Vbal.in quæst.an frater possit esse testis in causa criminali fratris, post tract.Iacobs Aegidy de testibus, num.13.* vbi eam reddit rationem, quia scilicet factum iudicis non tollit iura naturalia consanguinitatis & sanguinis, *l.1.§.si vero,C.de feriis,l.factum iudicis,in prin.ff.de reg iur.* Et vide, quę generaliter dicam de teste examinato, qui non debebat examinari *infr.q.....n.....* in materia testis inhabilis, & quę etiam in specie, & in simili de fratre dixi *infr. hac ead.qu. in 2.reg.num.92.(91.)*

AMPLIA V. Et † multo magis regulam procedere 11
in socero, & socru, qui cum vicem parentum iure obtineant, *l.qui parentes.ff.solut.matrim.* ideo sicut parentes non sunt idonei testes pro suis filijs, *l. testis idoneus,ff. de testibus,* ita etiam nec isti erunt pro genero, & nuru, *secundum glossin dict.l.testis idoneus, quam in proposito sequuti sunt Bart.in l.parentes, numer.4.in fine, vers.quæro quid in socero.C.de testibus, & in l.qui testamento,§.per contrarium, vers. quæcunque, num.5.ff.de testament.* Specul.*in titul.de teste,§.1. numer.17.vers.quid si aduersarius,* Nepos de Monte Albano *in tract.de testibus,numer.106.* Aufrer *de reprobat.testium,numero 89.* Alber.*de* Malet. *de testibus, part.1.c.1.num.19.(49.)* Petr.Moncad.*in addit.ad Crot.de testibus,part.4.num.110.litera A.vers.sed iuxta prædicta dubitatur,* Campeg. *de testibus, regul.9.in 2.fallen.* Anchar.*consil.64.numer.13.* Mascar.*de probat.conclus.1357.num.52.lib.3.& lib.2.concl.939.(639) nu. 1 & 2.* E † aduerte, quod isto casu crederem socerum & socrum non solum non esse idoneos testes, sed etiam non posse esse testes, & sic ad testimonium minime fore admittendos, cum vicem obtineant parentum, quos ad filiorum fauorem testificari minime posse explicabitur *infr.in 3.regul.* & ita videtur communi * * mente Dd. præcitatorum, quorum aliqui dicunt non posse esse testes, & aliqui etiam expresse affirmant, fore à testimonio repellendos. ¶ Sed an socer & socrus possint esse testes contra suum generum & nurum, & an ad id possint compelli, dixi *in tit.de oppos.contr.exam. test.q.78.nu.85.& seqq.*

AMPLIA VI. Vt † affines & consanguinei, sicut nõ 12
admittuntur ad testificandum ad fauorem suorum affinium & consanguineorum, ita pariter nec possunt cogi ad testificandum contra illos textus *in leg. quarta,* quæ incipit, *lege Iulia, ff. de testibus, Lege Iulia,* & *Papia iudiciorum publicorum cauetur, ne alicui inuito denuntietur, vt testimonium litis dicat aduersus socerum, generum, vitricum, priuignum, sobrinum, sobrinam, sobrino sobrinave natum, eosq; qui priori gradu sunt.* Hæc sunt verba illius textus, per quem textũ sic nempe hanc ampliationem firmarunt

sunt vltra Dd. communiter * eam legem commentantes, *Angel. in addit. ad Iacob. Aegid. in tractat. de testibus, nu. 1. Alb. de Malet. in tract. de testib. c. 6. n. 2. vers. & idem est iuncto n. 9. & n. 18. Crot. de testib. p. 5. nu. 196. vers. & hoc non solum habet locum, Abb. in c. literas. nu. 8. vers. aduerte tu. extr. de præsumt. Menoch. de arbit. qu. lib. 2. casu 487 n. 5. Ant. Gomez. variar. resol. tom. 3 c. 12. rub. de probat. delict. n. 24. vers. quod est verum. Mascard. de prob. libr. 1. concl. 74. n. 1. & libr. 2. concl. 839. n. 3.* Quid autem de fratre contra fratrem dixi *inf. in 2. reg. n. 97. & seqq.* ¶ Et aliquid dixi etiam *infr. in tit. de oppos. contra exam. test. q. 78. nu. 84.*

14 AMPLIA I. Hanc † sextam ampliationem, vt sicut consanguineus non potest cogi ad testificandum contra suum consanguineum, ita etiam nec cogi possit ad testificandum ad eius fauorem. Ratio enim, quare iura statuerunt, consanguineos non posse cogi ad testificandum, non fuit solus fauor eorum, contra quos in testes producuntur, *secuti opinata est gl. in d. l. lege Iulia. ff. de testib.* sed vel solus fauor ipsorum coniunctorum in testes productorum, *secundum Alber. in d. l. lege Iulia. n. 3. vers. item quære cuius fauore, &c.* vbi expresse reprobat gl. prædictam: Vel fauor vtriusque, tam scilicet eorum, contra quem producuntur in testes, quam ipsorũ consanguineorum, qui in testes producuntur, *secundum Bart. in l. in legibus. ff. de testib.* vtroq; casu non possunt compelli, nec etiam ad deponendum pro consanguineis, secundum communem * theoricam, de qua per Dd. *in d. l. lege Iulia.* & de qua testatur Alber. de Malet. qui bene loquitur in materia, *in tract. de testib. c. 6. nu. 5. & 6.* & vide, quæ in simili de fratre dicam *infr. in 2. reg. nu. 100. & seqq.* vbi declaratur hæc materia.

15 AMPLIA II. Eandem † sextam ampliationem, vt licet tex. *in d. l. lege Iulia.* videatur loqui in causa criminali, ponderando illa verba in textu posita, *iudiciorum publicorum*, & consequenter videatur forsan dicendum, consanguineos non posse cogi ad testificandum cõtra consanguineos, in causa criminali tantum, secus autẽ in ciuili: veritas tamen est, quod nec etiam in ciuili cõpelli possunt, *prout tenuit gl. in d. l. lege Iulia. in prima gl. vers. item nota. sequitur Alb. ibid. post nu. 3. nec dissentit Ant. Gomez. var. resol. tom. 3. c. 12. rub. de probat. delict. nu. 24. post vers. quod est verum.* vbi tamen loquitur in causa ciuili ardua, & * testatur de communi, * & faciunt, quæ de fratre *in simili dixi infra in 2. regul. nu. 99. (98.)*

16 LIMITA I. Hanc † sextam ampliationem, vt licet consanguinei non possint cogi ad testificandum cõtra suos consanguineos, possunt tamen volentes admitti, *secundum communem, * de qua testatur Alb. de Malet. in tract. de testib. c. 1. nu. 51. & c. 6. n. 8. vers. faciunt etiam leges. Lanfr. de Orian. in tract. de testib. n. 31. vers. item affines, Nell. de testib. nu. 5. Sim. an. Catholicarum Institutionum. nu. 64. rub. de testib. n. 64. & de communi etiam testatur Ant. Gomez. var. resol. tomo 3. c. 12. rub. de proba. delict. nu. 24. vers. sed pulchrum dubium est.* vbi facit conclusionẽ generalem, quod quando testes ad testificandum non compelluntur à iure, propter solum fauorem ipsorum testium, prout ea ratione videtur hoc indicturn in consanguineis, tunc volentes semper admittuntur, *iuxta communem declarationem, de qua per Bar. Bal. & alios, vbi per Ant. Gomez. allegatos, & ante istos hanc eandem limitationem posuit idem Bar. in d. l. lege Iul. nu. 1. ff. de testib.* Et licet contra hanc limitationem fortiter faciat ratio considerata per eundem Alb. de Malet. *in d. tract. de testib. c. 6. n. 7. in fin. vers. hac opinio, &c.* durum tamẽ esset in practica, præsertim in criminalibus, cõtra istam limitationem obtinere, ad quam generaliter faciunt etiam, quæ *infr. posui de testib. cogen. q. 28. n. 101.* & quę specialiter etiam posui de fratre, hac eadem quæstione, *in*
17 *2. reg. n 105.* Bene † verum est, quod si isti consanguinei non solum volentes, sed etiam spõte, & vltro se offerrent examini contra suos consanguineos, tunc tanquã suspecti, ob spontaneam oblationem essent repellendi, *vt in specie adnotauit Mascar. de probat. lib. 1. concl. 408. nu. 28. & dixi in simili de fratre infr. nu. 107. in 2. regul.* ¶ de qua materia latius pertractabo *infr. in titul. de oppo. contr. exam. test. q. 80. n. 1. seqq.*

LIMITA II. Eandem sextam ampliationem, vt nõ 18
procedat in casu, in quo veritas aliter haberi non potest: tunc enim ne pereat probatio, & veritas occultetur, quod esse peccatum mortale, probat tex. *in c. quisquis, 2. q. 3.* Consanguineos posse cogi ad testificandum contra suos consanguineos, voluerunt Bald. *in l. lege Iul. & ibid. Alb. nu. 4. & 5. ff. de testib. Ant. Gomez. var. resol. tom. 3. c. 12. rub. de proba. delict. n. 24. ad fin. vers. aduertendum tamen, asserens ita tenere Hostiens. Ioan. And. Alb. & communiter * Dd. in c. 1. de testib. cogen. Feder. Schemck. in tract. de testib. num. 41. vers. hoc tamen, Lanfr. de Orian. in tract. de testib. nu. 31. vers. hac tamen persona, Mascar. de prob. libr. 1 concl. 74. n. 2. lib. 2. concl. 839. nu. 5. & 6.* vbi alios adducit concordantes. Et licet contra hanc limitationẽ sensenrit idem Feder. Schenck. *vbi supr. nu. 34.* durum tamen esset contra eam in pract. obtinere, præsertim in criminalibus, ad cuius comprobationem vide etiam late pertractantem Alb. de Mal. *in tract. de testib. c. 6. n. 18. seqq.* Vbi ex communi * Canonistarum sententia facit conclusionem generalem, quod vbi veritas aliter apparere nõ potest, etiam priuilegiati compelluntur testificari. Ad quæ vide etiam, quę generaliter dixi *infra de testib cogen. q. 78. nu. 108.* & quæ etiam in specie de fratre dixi *inf. hac eadem q. in 2. reg. n. 103. & quæ de parentibus posui in 3. reg. infr. n. 171.*

LIMITA III. Qua hoc † priuilegium non com- 19
pellendi testes consanguineos, competit tantummodo consanguineis proximis, non autem remotis. Sed vsq; ad quem gradum consanguinei non possint compelli? variæ † fuerunt Dd. opiniones. Vna fuit opinio, 20
quod consanguinei nõ possint cogi ad testificandum vsq; ad duodecimum gradum, *de qua per Ang. & Ver. in q. an frater possit esse testis in causa criminali fratris, post tract. Iacobi Egidy de testib. num. 26. quem refert Mascard. alios inducens in suo tract. de proba. lib. 1 in præfat. q. 5. n. 64.* Altera fuit 21
opinio, quod non possit cogi vsque ad septimum gradum, quam originaliter tenuit gl. *in l. si fœmina. in fin. ff. ad Turpillian. & glossam illam sequuti sunt Lanfr. de Orian. in tract. de testibus, nu. 31. vers. attende tamen, & plures alij relati per Ant. Gomez. var. resolut. tom. 3. cap. 1. rubr. de delicto. nu. 34. in princ. & Mascar. d. q. 5. post dict. num. 64. vers. vel vsque ad septimum, & vltra eos Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 2. rub. quom. & per quos crim. læsæ maiestat. probe q. 9 num. 7.* Tertia † est 22
opinio, vsque ad sextum gradum, & hanc veram & communem, * refutatis aliis Dd. sententiis, dixit Ant. * Gomez. *dict. c. 1. eodem nu. 34. ad finem. vers. sed his omissis per text. in dict. l. lege Iulia. ff. de testibus. iuncto tex. in l. iurisconsultus. §. 5 gradu & §. 6 gradu. ff. de gradib. affinita.* quæ iura nescio quomodo sic expresse, prout ipse censuit, probent hanc opinionem. Quarta † fuit eorum opinio, qui di- 23
xerunt vsque ad quartum gradum exclusiue, & fuerunt Campeg. *in tract. de testib. regul. 3 in 3. fallent. Duen. regul. 384. in 1. ampliat. nec dissentit idem Anton. Gomez. sibi contrarius, vbi supr. capit. 12. de probat. delict. num. 24. vers. quod est verum. & sequuntur alij relati per eundem Anton. Gomez. dict. capit. 1. de delict. numer. 34. vers. alij vero Dd. tenent.* & sic in quarto gradu poterunt consanguinei compelli ad testificandum contra suos consanguineos, quia priuilegium hoc non cogendi testes, non extenditur, nisi vsque ad tertium gradum inclusiue, & vsque ad quartum exclusiue, *secundum gloss. in capit. consanguinei. 3. quæstion. 5. Abb. in capit. literas. numer. 8. versicul. & quod dixi. extra de præsumt. Nell. in tractat. de testibus, numer. 9. Alber. in simili tractat. de testibus, capit. 6. numer. 10. Crot. de testibus, part. 5. numer. 166. versicul. verum est, Mascard. de probat. libr. 8. conclusione 74. numero 3.* Et ista vltima opinio

sollo, nõ fallor, ex præmissis mihi videtur magis communiter * recepta per Dd. quicquid in contrarium tenuerit Ant. Gomez *vbi sup. d. num. 34. in fin. & ad illius comprobationem vide, quæ infra dicentur, nu. 49. seqq.*

24 LIMITA Modo † propositam primam regulam pluribus modis, & primo in causis ciuilibus, in quibus affines, & consanguinei non repelluntur, sed admittuntur, *secundum gloss. in cap. accedens, si primo, in verbo, subesse, vt lit. non contestar. Bald. consil. 5. incipien. videndum est primo, sub nu. 1. lib. 2. Alexand. consil. 122. vtso processu vtriusque causa, num. 4. lib. 2. Gramm. consil. ciuil. 101. num. 2. Nell. de testib. num. 9. vers. in ciuili autem. Alber. de testibus, part. 1. cap. 1. num. 47. Crot. de testib. part. 4. num. 121. Campeg. de testibus, reg. 7. in 2. fallent. Catellian. Cotta in suis memoralibus, verbo, testis ad hoc vt repellatur, versic. vlterius etiam. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 104. num. 1. Ioan. Ma. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, testis affinis, fol. 11. colu. 2. vers. 2. & verbo, testis consanguineus, fol. 18. col. 1. vers. 4. & col. 2. versic. final. cum aliis relatis per Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 68. num. 10. vbi testatur de * communi opinione, & per Hector. Æmil. in tract. de testibus, verbo, testis affinis, num. 15. 18. 19. & 23. part. 1. fol. 114. seq.* Et faciunt pro hac limitatione etiam omnes Dd. relati supra num. 3. quorum dicta sunt proprie intelligenda in causis ciuilibus, *vt admonui pariter supra num. 4.* item faciunt Dd. in simili de fratre allegati infra nu. 112. vbi probaui fratrem posse admitti in testem pro fratre in causis ciuilibus, ergo multo magis admittendi sunt alii affines, & consanguinei in remotiori gradu.

25 SVBLIMITA I. Hanc † primã limitationem, vt procedat in causis ciuilibus parui & modici præiudicii, nam in iis affines, & consanguinei admittuntur in testes, secus in grauibus, arduis, & valde præiudicialibus, in quibus repelluntur, sicut in criminalibus, *vt per Ioan. de Ami. in cons. 74. vers. ad secundum, Aym. cons. 182. nu. 15. (Corra. in pract. in rubr. de testibus, §. personas testium aggrediendo, num 45. versic. 7. adde fol. mihi 91. colum. 1. ad medium. Auferius de reprobatione testium, num. 25. vers. sexto fallit, Gabriel. de testibus, concl. 13. num. 28. Ioan. Marian. Monticell. in repertorio testium, in verbo, affinis, vers. 2 incip. an affinis fol. mihi 11. colum. 1. & in verbo, consanguineus fol. 12. colum. 2. vers. fin. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 68. num. 10. & conclus. 408. num. 15. Hector. Æmil. in tract. de testibus in verbo testis affinis, nu. 14. fol. mihi 114. part. 1. & faciunt in simili de fratre Doctores infra allegati, nu. 113. hac eadem quæst. in 2. reg.*

26 SVBLIMITA II. Vt † nec etiam in causa ciuili, affinis, & consanguineus ad testificandum admittus dicatur integræ fidei, & omni exceptione maior, secundum com-
* munem. * de qua per Villal. *in collecta suarum opinionum, litera T. num. 89. Catellian. Cotta in suis memoralibus, verbo, testis ad hoc repellatur, versic. vlterius etiam Hector. Æmil. qui plures adducit concordantes, in tractat. de testibus, verbo, testis affinis, num. 15. fol. 114. & num. 20. fol. 116. part. 1. & faciunt, quæ generaliter dicam infra hac eadem quæst. & reg. num. 30. & 80. & in simili de fratre, in 2. reg nu. 88.*

27 LIMITA II Propositam regulam, † vt affinitas, vel consanguinitas repellens testem à testificãdo, debeat esse per lineam ascendentem, vel descendentem, secus si per transuersalem, *secundum Angel. in consil. 194. incip. visis processibus, colum. 2. num. 1. ad fin. Iaf. in repetit. l. admonendi, nu. 180. vers. limita singulariter, ff. de iureiurand. Mar. singul incip. affinitas, Aym. consil. 2. num. 9. versic. nec obstat, Gram. decis. 74. num. 20. Paris. consil. 81. nu. 25. seq. vol. (3.) 4. & consil. 87. num. 27. eodem volum. Syluan. consil. 36. perlecto toto processu, num. 8. Auferius in tractat. de testibus, num. 9. versic. adde quod. Addentes ad Lanfranc. in tractat. de testibus, post nu. 58. versic. nec omitto vnum singulare, Crot. de testibus, part 4. num 121. versic. fallit & secundo, & ibi Petrus Monead. in addition. litera K. Catellian. Cotta in suis memoralibus, verbo, testis ad hoc repellatur, versicul. istud tamen singulariter declaratur, Corrad. in pract. in rubr. de testibus, §. personas testium aggrediendo, numer. 45. ante fin. fol. mihi 91. column 2. ad medium. Gabriel. de testibus, conclus. 15. num. 1. Ioann. Marian. Monticel. in repertorio testium, verbo, testis affinis, fol 11. colum. 2. versic. 1. & verbo, testis consanguineus. fol. 18. colum. 1. versic. 5. & colum. 2. versic. 2. Mascard. de probation. lib. 1. conclus. 68. numer. 2. & lib. 2. conclus. 904. numer. 15. Hector. Æmil. in tractat. de testibus, verbo testis affinis, numer. 32. fol. mihi 118. part. 1.* † Et licet contra hanc limitatio- 28
nem senserit Ripa *in dict. l. admonendi, num. 178. & plures alij relati per Gabriel. dicta conclu. 15. num. 2. versic. contrarium, quod affinis*, non tamen ab ea puto recedendum; tum quia est communiter * recepta, vt ex præallegatis appa- *
ret, tum etiam, quia vera, adhibitis tamen infra scriptis declarationibus.

SVBLIMITA I. Hanc † secundam limitationẽ, vt pro- 29
cedat in causis ciuilibus, secus in criminalibus, in quibus affines, siue sint per lineam ascendentem, siue etiam per transuersalem, indistincte à testimonio repelluntur, *vt patet ex allegatis supra, num. 5.* Et in specie sic limitationem propositam declararunt Boss. *in tit. de opposition. contra testes, nu. 105. versic. ne dicas hoc procedere, Gabriel. qui alios adducit, d. conclus. 13. num. 2. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 68. nu. 3. Hector. Æmil. de testibus, verbo, testis affinis, nu. 33. in fin. vers. sed prædicta conclusio admittatur. fol. 119. part. 1.*

SVBLIMITA II. Vt † nec in ciuilibus causis, affines 30
per lineam transuersalem in testes admissi dicantur integræ fidei, & omni exceptione maiores, *per ea quæ posui supra, num. 26. & in specie ad hoc propositum scripserunt Ripa in l. admonendi, dict. num. 178. ff. de iureiur. Boss. in tit. de oppo. contra test. num. 62. Gabriel. d. conclus. 15. num. 3. in princip. vbi alios adducit concordantes, Corrad. in pract. in rubr. de testibus, §. personas testium aggrediendo, in verbo. fratres, num. 45. ante fin. fol. mihi 91. colum. 2. vbi bene respondet, & declarat dicta Iasonis, & Angeli contrarium asserentium.* † Et ista est veritas, licet con- 31
trarium, quod imo affines per lineam transuersalem sint testes omni exceptione maiores, affirmasse videantur, Bald. Iaf. Angel. Aym. & alii nonnulli respectiue relati per Gabriel *dict. conclu. 15. nu 3. vers. contrarium*, & per Hector. Æmil. *in tract. de testib. verb. testis affinis, n. 33. fol. mihi 119.* quorum dicta declarat, vt prædixi, Corrad *in loco præcitato*, & in omnem euentum contra eos stat magis communis * Dd. opinio, prout etiam infra demonstrabo, & * alios adducam concordantes, hac eadem quæst. & reg. *num. 80.* & addo Rotam coram d. Cæsare de Grassis 71. *num. 7. & 8.* vbi propterea dicit relinquendum esse iudicis arbitrio, quanta fides sit adhibenda huiusmodi affinibus per lineam transuersalem.

LIMITA III. Regulam † non procedere dissoluta af- 32
finitate, nã tunc cessante causa affectionis, repellente ipsum testem, vel ei de fide diminuente, cessare etiam debet effectus, & propterea affinem isto casu tanquam idoneum testem admitti affirmarunt Alber. *in tract. de testibus, part. 1. cap. 1. nu. 56.* vbi propterea dixi, paria esse affinitatem non adesse, vel esse dissolutam, addentes ad Lanfr. *in tract. de testibus, post nu. 62. litera H. in verbo, & affinibus, ad finem additionis, vers. quod autem dictum est*, vbi amplius, quod isto casu affinis est testis integræ fidei, & omni exceptione maior, Crot. *de testibus part. 3. num. 77. & seqq.* vbi pluribus similibus comprobat hanc limitationem, & inde infert, quod mortua mea sorore, filius maritus poterit esse testis pro me, etiam in causa criminali, & ibi Petrus Moncad. *in addit. lit. BB.* respondet contrariis, & testatur de communi * opinione, alios adducens con- *
cordantes, quod & rursus confirmauit idem Crot. *part. 3. num. 121. vers. quæ conclusio potest limitari, Campeg. de testibus, reg. 8. in 2 fallent. Corrad. in practic. d. fol. 91. num. 45. ad fin. vers. octauo adde.* vt pariter dicit, quod isto casu est testis omni exceptione maior, Gabriel *in tit. de testibus, conclus. 15. nu. 4. vbi alios refert Hector Æmil. de testibus, verbo, testis affinis, num. 38. fol. 120. part. 1.* & propterea licet frãtre meo viuente, ego non possim esse testis pro vxore dicti mei fratris,

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

non tamen prohibeor esse mortuo fratre, pro illa vidua, *vt ego ex allegatis per Ioan. Mar. Monticell. in repertorio testium, verbo testis consanguineus, fol. mihi* 18. *colum.* 1. *versic.* 6. *&* 7. *& in verbo testis frater. fol.* 37. *col.* 1. *versic.* 4.

33 LIMITA IV. Vt † etiam in criminalibus consanguinei & affines admittantur ad defensionem suiaffinis, & consanguinei inquisiti, vt puta ad probandum, quod ipse occiderit ad propriam, & necessariam defensionem, vel alias ad illius innocentiam detegendam, *vt per Specul. in tit. de inquisit. §.* 1. *versic. sed nunquid, num.* 22. *Anan. consil.* 59. *incipien. visa inquisitione formata, num.* 1. *Alexand. consil.* 4. *num.* 10. *lib.* 6. *& consil.* 5. *incipien. in casu inquisitionis, nu.* 8. *& ibi in addition. lib.* 1. *& consil.* 24. *incipien. autmaduersis his, num.* 39. *lib.* 2. *Aymon consil.* 2. *num.* 1. *Natta consil.* 359. *incipien. quidam Iudex, num.* 2. *vol. in.* 2. *Crot. in tractat. de testibus, part.* 3. *num.* 80. *& sequent. & ibi Petr. Moncad. in addit. litera DD.* vbi pluribus rationibus comprobat hanc limitationem, & respondet contrariis, *Campeg. de testibus, reg.* 7. *in* 5. *fallent. Anton. Gomez. variar. resolut. tom.* 3. *cap.* 3. *rubr. de homicid. nu.* 28. *vbi alios adducit, Clar. in pract. criminal. §. fin. quæst.* 24. *versic. quæro modo, in fin. tumelo versic. item scias*, vbi testatur de communi, * ex Anton. Gomez. *vbi supra cap.* 12.

34 *num.* 22. † & multoties vidisse examinari testes affines ad probandum innocentiam rei inquisiti, *Vinc. in comm. opin. verbo, testes affines, versic. similiterque innocentia rei. Ioan. Mar. Monticel. in verbo, testes in criminibus qui esse possunt, fol. mihi* 354. *colum.* 1. *versic. Mascard. de probat. lib.* 1. *conclus.* 68. *numer.* 3. *in fin. & numer.* 8. *conclus.* 226. *num.* 3. *& conclus.* 236. *num.* 3. vbi propterea infert, quod ad probationem bonæ famæ alicuius inquisiti admittuntur illius affines, & consanguinei cum iuramento, *& conclus.* 408. *num.* 25.

35 *seqq. & conclus.* 412. *numer.* 7 *& num.* 9. Vbi † infert ad probationem erroris confessionis factæ per reum quod admittuntur affines & consanguinei, *& conclus.* 491. *num.* 4. *seqq. & num.* 6. *concl.* 994 (904.) *num.* 1. *Hector. Æmil. in tract. de testibus, verbo, testis affinis, num.* 48. 49. *&* 59. *part.* 1. *fol.* 123. Ex quibus sine dubio dicere possumus propositam limitationem esse communiter receptam, & pro ea faciunt, quæ dixi generaliter infra de testibus inhabilibus admittendis ad rei defensionem, *quæst.* 62. *num.* 90. & de fratribus, *infra hac eadem quæst. in* 2. *reg. num.* 97. & de parentibus, *in* 3. *reg. num.* 208.

36 SVBLIMITA I. Hinc † quartam limitationem, vt non procedat, quando contra reum adessent examinati aliqui testes, & ad illorum reprobationem idem reus vellet inducere suos affines, & consanguineos, nam tunc tales testes minime probant, *vt per Alex. consil.* 5. *incip. in casu inquisitionis, nu.* 8. *lib.* 1. *quem & alios referendo sequitur Gram. consil.* 12. *nu.* 19. *consil.* 32. *& decis.* 34. *nu.* 14. *Gigas de crim. læs. maiest. lib.* 2. *rubr. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. qu.* 9. *nu.* 8. *Vinc. in com. opin. verbo, testes affines, versic. quodque procedit ac verum esse intelligo, Ioan. Mar. Montic. in repertorio testium, verbo testes in criminalibus qui esse poss. fol. mihi* 354. *colum.* 1. *versic.* 2. *Gabr. lib.* 7. *conclus.* 22. *num.* 5. *in* 1. *limitat. Mascard. de probat. lib.* 1. *conclus.* 4[illegible] *num.* 8. *& conclus.* 491. *num.* 89. *& lib.* 2. *conclus.* 904. *num.* 11. *Hector. Æmil. in tractat. de testibus, verbo, testis affinis, num.* 41. *fol. mihi* 124. *par.* 1. Ex quibus patet * sine dubio hanc declarationem communiter * esse à Dd. receptam, iunctis iis, quæ de teste inhabili, dixi generaliter *infra quæst.* 62. *nu.* 91.

37 SVBLIMITA II. Vt † eadem quarta limitatio procedat, quando Iudex procedit ex officio, vel ad instantiam fisci: tunc enim ad defensionem inquisiti admittuntur consanguinei, quia non agitur de præiudicio alicuius tertii, sed tantum fisci, qui cum tractet de lucro pœnali & odioso, cum alterius iactura illius interesse, non est in aliqua consideratione, *arg. eius, quod notatur in l. si quis vxori,* §. *fin. & ibi gl. ff. de furt. & in specie, Bald. in l. parentes, col.* 1. *versic. aut dictum suum fratri prodest, & nemini nocet.* Vnde secus quando Iudex procederet ad instantiam partis & accusatoris, quia tunc satis dicitur agi de præiudicio alterius, & propterea videtur testes consanguineos non esse admittendos ad defensionem sui consanguinei, *vt in specie voluerunt Felin. in cap. literas, num.* 15. *in fin. de præsumpt. Gram. consil.* 12. *nu.* 20. *& consil.* 32. *nu.* 13. *Mascard. de probat. lib.* 1. *concl.* 412. *nu.* 8. *in fin. & lib.* 2. *concl.* 904. *nu.* 13. *iunctis iis, quæ de fratre in simili dicam infra hac eadem quæst. in* 2. *reg. nu.* 121. *& generaliter de testibus inhabilibus, infra quæst.* 62. *nu.* 9[illegible].

SVBLIMITA III. Eandem † quartam limitationem, vt in omnem euentum consanguinei examinati ad defensionem sui consanguinei non sint testes integræ fidei, & omni exceptione maiores ob præsumptam affectionem consanguinitatis, *secundum Gabriel. de testibus, lib.* 7. *conclus.* 22. *num.* 8. & quanta fides sit eorum testimonio isto casu adhibenda inspecta facti & personarum qualitate, Iudicis religioni relinquitur, *secundum Clar. in pract.* §. *fin. quæst.* 24. *sub versic. item scias, quem referendo sequitur Mascard. de probat. lib.* 1. *concl.* 68. *nu.* 3. *in fin. & faciunt, quæ generaliter dicam infra hac eadem quæst. & reg. in sublimit. generali, nu.* 80. *& quæ de fratre pariter dixi hac eadem quæst. in* 2. *reg. nu.* 122. *& quæ generaliter de testibus inhabilibus ad rei defensionem admittendu, etiam dixi infra quæst.* 62. *nu.* 98.

Et † hæc sublimitatio multo magis procederet, quando ex condemnatione inquisiti, resultaret ipsi aliqua infamia, vel infamia, quæ cum, *vt supra probaui, num.* 9. afficiat etiam alios de consanguinitate, & parentela, quia iniuria vni facta, omnibus censetur, *lib.* 1. *& seqq. ff. de lib. caus.* ideo isto casu consanguinei, vel non admittuntur ad consanguinei defensionem, vel saltem admissi non sunt integræ fidei, *vt in specie adnotauit Gram. consil.* 32. *num.* 11. *sequitur Mascard. de probat. lib.* 2. *concl.* 904. *nu.* 12.

39

40 LIMITA V. In † testibus instrumentariis, qui etsi affines, vel consanguinei sint, censentur tamen idonei, tanquam à partibus approbati, *vt per Alber. de testibus, part.* 1. *cap.* 1. *num.* 32. *seqq.* vbi facta generali conclusione, quod vbicunque testis est rogatus à partibus, semper censetur idoneus, quantumcunque sit alias inhabilis, *iuxta doctrinam gloss. in authent. de testibus,* §. *licet, collat.* 7. *& Bald. in l. parentes, num.* 1 *colum.* 1. *versic. aut est testis instrumentarius, Cod. de testibus, & nostratus dicemus infra, in materia testis inhabilis, quæst.* 62. *numer.* 110. *seqq.* inde infert ad affines, & consanguineos, & pro cautela consulit, quod potius in instrumentis celebrandis assumamus testes affines, & consanguineos, quam alios, & amplius testatur in contingenti casu, in quo fuit accusatum de falso testamentum, & in eo adesset rogatus pro teste, quidam affinis testatoris, se dixisse eundem affinem tanquam rogatum, esse admittendum ad testificandum ad fauorem testamenti, & Albericum, Aufrer. *de reprobat. test. num.* 25. *verf. secundo limita. Cæpol. caut.* 219. *incip. licet reuliter*, vbi late prosequitur, & pluribus comprobat hanc ampliationem, & in fine dicit se ita alias in facto obseruasse, *Socin. reg.* 427. *incip. testes parentes pro liberis, in* 4. *fallent. Gabr. in tit. de testibus, conclus.* 13. *num.* 13. *vbi alios plures allegat concordantes, Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, testis affinis, fol.* 11. *colum.* 2. *versic.* 3. *& verbo, testes, quot, & quales requirantur in instrumento, fol.* 316. *colum.* 1. *versic.* 4. *incipien. pro testibus instrumentariis, Mascard. de probat. lib.* 1. *conclus.* 408. *numer.* 17. *seqq.* Ex quibus iunctis iis, quæ in simili de fratre teste instrumentario dicam *infra hac eadem quæst., in* 2. *reg. numer.* 123. & de parentibus, & filiis, *nu.* 187. apparet hanc limitationem fuisse communiter * à Dd. * receptam, quicquid in contrarium senserit Imol. relatus per Gabr. *d. conclus.* 13. *nu.* 13. *in fin.*

41 SVBLIMITA I. Hanc † quintam limitationem, vt procedat quando contrahentes sciebant, quod testes instrumentarii, erant affines, vel consanguinei: tunc enim eos rogando in testes, censentur illorum inhabilitatem approbasse, & reputatur idonei: vnde secus, si hoc ignorabant, *vt per Arct. in l. qui testamento,* §. *quæcunque, colum.* 3. *num.* 5.

numer. 5. *versic. sed de solemnitate iuris possit distingui, ff. de testamentis*, vbi generaliter dixit, quod qualitas testium ignota contrahentibus, non videtur approbata per regulam, quod ignorans non censetur consentire aut approbare, de qua *in l. vtilitatem, & l. seq. ff. de confirm. tut. cap. nulli, de elect. in* 6. *cum aliis, vbi allegatis per eum*, vbi etiam remissiue ponit, an in dubio talis testium inhabilitas præsumatur nota, vel incognita contrahentibus, *sequitur Petrus Moncada, qui alios adducit concordantes, in addit. ad Crot. in tractat. de testib. par.* 4. *nu.* 110. (120) *lit. A, versic. prædicta tamen intellige, non dissentit Mascard. de probat. lib.* 3. *conclus.* 1148. *nu.* 26. *& dicam generaliter, infra de testibus inhabilib. instrumentar. quæst.* 62. *num.* 118.

42 SVBLIMITA II. Quia affines, † & consanguinei non sunt idonei testes in instrumentis, quando agitur de probando veritatem instrumenti, & sic quando illud reuocatur in dubium, sic enim post Anto. de But. quem allegat, scripsit idem Aret. *in l. qui testamento,* §. *quæcunque, num.* 15. *colum.* 3. *versic. & hanc sententiam, ff. de testament.* vbi etiam dixit, quod si casus contingeret, ita seruaretur in practica, licet forsan de subtilitate iuris posset distingui, vt in præcedenti sublimitatione, & bene facit Pet. Moncada, *in addit. ad Crot. de testib. part.* 4. *numer.* 130. *litera I. versic. & nota*, vbi post Alexand. *in consil.* 70. *num.* 6. *versic. nec ad hoc obstet si dicatur, lib.* 1. *Bauer in* §. *pater. colum.* 7. *Inst. de testa.* magistraliter dixit, quod licet testes instrumentarii censeantur approbati respectu ipsorum contrahentium, non tamen sunt approbati respectu notarii de instrumento rogati, & sic non sunt idonei, quando ipse notarius accusatur de falsitate instrumenti, *nec dissentit Gabr. de test. conclus.* 14. *num.* 17. *versf. sublimita istam conclusionem, post Capol. consil. crim.* 21. *nu.* 6. *versf. quia respondetur.*

43 Contrarium † aperte sentit Alber. de Malet. *in tractat. de testib. part.* 1. *cau.* 1. *nu.* 34. vbi dixit affinem testem testamentarium admitti ad fauorem testamenti, etiam in casu, quod illud prætendatur falsum, *& Alber. sequuti sunt Capol. caut.* 219. *post numer.* 2. *Socin. reg.* 427. *sub* 4 *fallent. Mascard. qui alios refert concordantes, in tractat. de probat. lib.* 3. *conclus.* 1148. *numer.* 25. Et faciunt Dd. allegati, in sequenti limitatione, volentes affines & consanguineos admitti ad testificandum in causa testamenti, & forsan hæc vltima opinio, iunctis aliis allegatis *infra quæst.* 62. *num.* 112. * *seqq.* videtur magis * cómunis, & tenenda in casu, in quo non reuocatur in dubium, quod affines fuerunt testes instrumento, licet de illius falsitate in aliqua parte dubitetur: sed si totum instrumentum redargueretur de falso, & diceretur illud nullatenus fuisse celebratum, tunc prior opinio esset iudicio meo sustentabilior, imo oriretur suspicio contra instrumentum, propter testes appositos affines, & consanguineos illius, qui de falso imputatur.

44 LIMITA VI. In testamentis, † in quibus affines, & consanguinei testatoris non prohibentur esse testes, & etiam admittuntur ad testificandum in causa testamenti, *vt per Campeg. reg.* 7. *in* 6. *fallent. Socin. reg.* 427. *in* 4 *fallent. Neuiz. consil.* 26. *nu.* 38. *Gabr. quia alios adducit, rubr. de testib. conclus.* 14. *nu.* 1 . . *Corn. consil.* 298. *ante omnia præmittendum sub num.* 4. *versic. & ex quo ductus testis, lib.* 1. *Hector. Æmil. in tract. de testib. part.* 1. *verbo, testis affinis, num.* 39. *fol. mihi* 120. faciunt ad hanc limitationem, quæ generaliter dixi de testibus inhabilibus, in testamento adhibendis *infra qu.* 62. *num.* 124. *& seqq.* & quid de fratre teste in testamento fratris, vide *infra hac ead. quæst. in* 2. *reg. nu.* 49. (94.) *seq.*

45 LIMITA VII. In † affine, & consanguineo, vtriusque partis, quia tunc cum par sit affectio in omnes, ideo pro idoneo reputatur, *secundum Bart. in l. qui testamento.* §. *quæcunque, nu.* 8. *& ibi etiam Aret. nu.* 4. *col.* 2. *versf. facit, quod notat hic Bart ff. de testam. Felin. in cap. cum oportcat, num.* 3. *versf. tertio limita. extra de accusat. Bald. consil.* 461. *incip. Lippus habuit tres filios, in fin. lib.* 4. *& consil.* 10. *incip. in quæstione, colu.* 1. *sub. nu.* 4.

46

47 SVBLIMITA Eandem † septimam limitationem, vt procedat, quando gradus affinitatis est æqualis, secus si esset inæqualis, quia tunc non probaret pro affine magis coniuncto ob præponderantiam affectionis, *vt per Abb. in cap. postremo, num.* 5. *de appellat. Menoch. consil.* 45. *nu.* 27. *lib.* 1. *sequitur Hector Æmil. vbi supra, verbo, testes affines, nu.* 26. *fol.* 117. *part.* 1. *& est etiam de mente omnium Dd. allegatorum supra num.* 45. *in limitat.*

48 LIMITA VIII. In † affine rei gioso ordinis Carthusiensis, vel Montis Oliueti Bononiæ, (pro vt exéplificant Dd.) vel etiam laico, sed notæ & probatæ fidei: quia tunc non solum admittitur in testem, sed etiam ei nihil de fide diminuitur. *secundum Ioan. de Imol. in cap. cum R. Canonicus, nu.* 8. *de offic. delegat.* vbi tamen de fratre loquitur, de quo dixi infra *hac ead. quæst. num.* 130. *in* 2. *reg.* Ergo multo magis in aliis affinibus, consanguineis, & transuersalibus remotioribus. Sed generaliter, & in affinibus hoc idem voluerunt gloss. *in c. in summa, 3. qu.* 5. *Cassin. cons.* 36. *num.* 1. *versf. & testes sunt, & in cons.* 38. (37.) *nu.* 3. *versf. præterea cognatus, Marsil. in pract.* §. *principium, post nu.* 8. *in fin. Ias. in repet. l. admonendi, nu.* 180. *versf. limita multum singulariter, ff. de iureiur. Aufrer. de probat. test. nu.* 25. *versf. primo, nisi frater, vel consanguineus, Crot. de testibus, part.* 3. *nu.* 85. *seq. & ibi Pet. Moncad. in addit. literis EE. Corrad. in pract. rubric. de testibus,* §. *personas testium aggrediendo, num.* 55. *versf.* 1 *nisi frater, vel consanguineus, fol. mihi* 91. *colum.* 1. *in princ. & colu.* 2. *pariter in princ. versf. subdeclarans tamen, Gabriel. qui alios refert, tit. de testibus, conclus.* 13. *nu.* 3. *Ioan. Mar. Monticell. in repertorio testium, verbo, consanguineus, fol.* 19. *colum.* 1. *versic. penult. Mascard. de probat. lib.* 1. *conclus.* 26. *nu.* 5. *versf. tertio & illud despicias, & conclus.* 408. *nu.* 3. *& num.* 16. *Hector Æmil. de testib. verb. testes affines, nu.* 21. *fol.* 116. *par.* 1. Ex quibus sine dubio apparet hanc limitationem fuisse communiter * à Dd. receptam, *& dixi generaliter infra quæst.* 62. *nu.* 367. *

49 LIMITA IX. In † affinibus, & consanguineis remotioribus gradu existentibus, nam valde remota affinitas non repellit testem, *secundum Marsil. in consil.* 113. *num.* 26. *Imol. & Anton. de Butr. in locis relatis per Mascard. de probat. lib.* 1. *conclus.* 68. *numer.* 13. *quem etiam refert Hector Æmil. in tract. de testibus, verbo, testes affines, numer.* 30. *fol. mihi* 118. *part.* 1. *Corn. cons.* 63. *num.* 4. *vol.* 1. vbi quod testis parum attinens parti potest esse testis, quia inter parum, & nihil, non est dif-

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

differentia, *sicut illum refert Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo consanguineus, fol. 18. col. 1. vers. octauo, incip. testis esse potest, qui attinet parum.*

50 Sed † quænam in proposito dicatur remota affinitas vide in primis *supra nu. 12. seqq.* vbi posui vsque ad quem gradum affines non possint cogi ad testificandum: nam si affinis non est intra gradum, in quo non cogitur testimonium ferre contra actorem, & tunc potest pro affine testimonium dicere, *vt per Paxorm. in cap. cum oporteat, nu. 3. circa fi. de accusat. Anguisol. cons. 13. incip. visis, videtur sub nu. 2. vers. tandem si assumas, lib. 1. insert. & sequitur Hector. Æmil. vbi supra d. verbo testis affinis, nu. 50. fol. mihi 118. col. 1.*

51 Et ideo cum sup. num. 3. † secundum magis communem * diximus, affines non posse cogi ad testificandum, vsque ad quartum gradum, sequitur ex præmissa conclusione, quod infra illum gradum, nec etiam poterunt testificari pro affine: vltra autem sic, *prout in specie affirmarunt Bald. vol. parentes, nu. 1. prope fin. vers. idem est in omnibus tribus similibus. & Bal. in Sylv. nu. 5. vers. & ipso casu, Auss. de rep. ob. test. num. 9. vers. quod intelligerem, Campeg. de testibus, reg. 7. in fidem. Duen. reg. 83. sub ampliat. relat. per Mascar. de probat. concl. 68. nu. 14. lib. 1. & per Gabr. de testibus. conclus. 13. nu. 8. Hector. Æmil. in tract. de testibus, verbo, testes affines, nu. 31. fol. 118. & verso, testis repetatus, nu. 6. fol. 144. part. 1.*

52 Et licet † quod imo vsque ad septimum gradum affines à testimonio repellantur, voluerint reliqui Dd. relati per Gabr. *d. concl. 13. num. 8. vers. si vero Mascard. concl. 68. (67.) post n. 14. tandem quos sequitur Lanfr. de test. sub. in repet. c. quoniam contra. nu. 18. & quos sequitur Farinac. nu. 68. ad fi. vers. & intelligo, affines, Crot. de test. part. 2. nu. 73. in simili, vers. & intellige.*

53 Et alique ad decimum, † vsque ad tertium gradum, quos refert Gabr. *d. concl. 13 sub fol. num. 8.*

54 Aliqui autem vsque ad sextum gradum, † *vt per Boss. in tit. de opposit. contra testes, nu. (110.) 10.*

55 Et † demum aliqui affirmarunt hoc non esse determinatum à iure, *prout dixit Alb. de Malet. in tract. de testibus, part. 1. cap. 1. nu. 53.*

56 Et † propterea in hoc esse attendendam patriæ consuetudinem, secundum quam affectionis qualitatem restringi, vel ampliari censuerunt alii relati *per eundem Gabriel d. concl. 13. nu. 9. & Boss. sub d. nu. 10.*

57 Ego tamen, † præd. non recederem in practica à sup. firmata prima opinione, quæ, vt fallor, mihi videtur, magis communiter * recepta, quod videlicet affines, & consanguinei repellantur a testificando, vsque ad quartum gradum, vltra autem non.

58 LIMITA X. Vt affines, † & consanguinei possint esse testes non solum de partium expresso consensu, *vt per Specul. Rom. & Felin. in locis relatis per Ioan. Mar. Montic. in suo*

59 *repert. test. verbo, consanguineus fol. 19. colum. 1.* † verum etiam tacito, vt puta, quando pars citata ad videndum eos ad examinandum admitti, nihil opponit, aut protestatur, *vt per Alex. & Ias. in locis relatis per Gabr. rubric. de testib. conclus. 12. num. 10. Auffer. de reprob. test. num. 25. vers. 4. limita, Mascard.*

60 *de prob. lib. 1. conclus. 408. num. 19. in fin. & num. 22.* † Et licet de hac limitatione dubitet Crot. *in tract. de testib. part. 4. nu. 76. post Bald. & Aret. ibi per eum relatos, ac etiam per Gab.*

61 *d. concl. 13. nu. 10. vers. contrarium, &c.* Non † per hoc recedas ab ea, quæ verissima est, & etiam communis * declaratio, tamen vt infra dicam de fratre *hac ead. quæst. in 2. reg. nu. 124.* & de testibus inhabilibus admittendis parte non opponente patiter dicam *infra qu. 52. num. 175. seqq.* & secundum posita in his locis sublimita hanc limitationem, & de testibus inhabilibus admittendis de partium expresso consensu, dixi *infra qu. 62. nu. 77. & seqq.*

62 LIMITA XI. Vt etiam affines, † & consanguinei admittantur in testes, & admissi probent pro suis consanguineis, quando inter eos non est magna affectio: non est enim affinitas illa, quæ repellit testem, sed affectio, quæ ex affinitate resultat, vnde cessante affectione, cessat etiam impedimentum testificandi, *sicut post Bald. in locis per eum relatis, voluit Gabr. de testib. d. concl. 13. n. 4.* † Sed an 63 inter affines, & consanguineos affectio, nec ne, & an sit talis, quæ testi fidem tollat, vel minuat, dic id totum iudicis arbitrio esse remissum, *vt per eund. Gabr. d. concl. 13. nu. 26. tuncto num. 31. (32.) vbi concordantes allegat, & in simili de fratre dixi infra hac ead. quæst. in 2. reg. nu. 144.*

LIMITA XII. In causa matrimonii, † nam tam pro 64 matrimonio, quam contra matrimonium, testes affines & consanguinei reputantur idonei, *ad gl. in c. in summa, 3. quæst. 5. in gloss. vers. sed in causa matrimonii, Marian. Socin. Iun. consil. 79. nu. 11. & seq. lib. 2. quos & alios referendo sequitur Gabr. de testib. d. concl. 13. nu. 11.*

Contrarium † consulendo tenuit Dec. *in cons. 133. nu. 4.* 65 ea motus ratione, quia causa matrimonii dicitur causa ardua, & criminali æquiparatur, *Paul. Meren. inter cons. matrimonialia, cons. 86. nu. 12. lib. 1. hos refert, & sequitur Nouel. reg. 216. n. 6. in fin. vers. nec in causa matrimoniali.* Et de auunculo, quod non sit testis idoneus ad probandum matrimonium, consuluit etiam Bauer. *inter cons. crim. diuer. lib. 1. cons. 100. nu. 7. quem pariter referendo sequitur Hect. Æmil. in tract. de testib. verbo testis auunculus, nu. 1. fol. 321. (221.)*

Pro resolutione vide, † quæ dicam de testibus paren- 66 tibus, *infra hac ead. qu. 53. reg. nu. 191. seq. & in seq. reg. n. 137.*

LIMITA XIII. Quia licet dictum affinis, & consan- 67 guinei sit de se debile, & inane, suppletur tamen, vel ex adminiculis, *vt ex allegatis per Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 68 post num. 15. tunctis iis, quæ in simili generaliter dicam de teste inhabili, quæst. 62. num. 355.* † Vel ex numero testium, 68 *vt per Cornæum cons. 172. nu. 21. vol. 2. quem in proposito refert Monticell. in suo repertorio test. rubr. numerus & dignitas. fol. 87. col. 1. ver. fin.* vbi tamen videtur requirere excessiuum numerum testium, *per Gabr. tit. de testib. d. concl. 13. num. 17. & concl. 15. nu. 7. Rota, coram d. Cæsare de Grassis, decis. 10. nu. 10. Carer. in pract. crim. de iudic. & tortur. §. vltimo, ant. 5. lis, num. 5. in fin. tunctis iis, quæ pariter posui de teste inhab. li, infra quæst. 62. num. 309. seq & de teste fratre hac ead. quæst. num. 128.* Vel † etiam 69 ex magna idoneitate alterius testis, *vt per Roman. in consil. 486. incip. in casu proposito, in fin. Gabr. d. conclus. 13. nu. 7. Cattelian. Cotta in suis memoralibus, verbo, testis ad hoc vt repellatur, in fin. vers. tam limitatur, Nouell. reg. 1. nu. 156. in 3. ampliat. Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, in verbo, numerus, & dignitas testium defectum supplens. fol. 81. colum. 1. vers. pen. Franc. Curt. in tract. de testib. concl. 1. num. 5. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 16. (76.) num. 5. & concl. 68. nu. 16. Hect. Æmil. de testib. vers. testis affinis, nu. 16. & 17. fol. 114. tunctis iis, quæ generaliter dicam in simili, inf. a de teste inhabili. d. qu. 62. num. 320. & dixi infra de fratre, nu. 129. in 1. reg.*

LIMITA XIV. Quia etsi affines, † & consanguinei pro 70 suo affine, & consanguineo non faciunt plenam probationem, faciunt tamen aliquod indicium, & ad instructionem, seu informationem sufficiunt, *secund. gloss. in l. etiam, in gloss. 1. in vers. solutio non recipitur, (quæ tamen loquuntur in matre.) ff. de probat. Bald. in cons. 50. incip. videndum primo, sub num. 1. lib. 2. Auffer. de reprob. test. num. 25. versic. sexto fallit. Crot. de test. part. 3. num. 8. Mascard. de probat. lib 1. conclus. 408 post num. 15. Hector. Æmil. in tract. de testib. verbo, testis affinis, nu. 11. fol. mihi 113. part. 1.*

SVBLIMITA Hanc † decimamquartam limitatio- 71 nem, quia etsi ex hoc indicio resultante ex depositione affinium, & consanguineorum possit iudex (loquendo in criminalibus) deuenire ad capturam, & considerata tamen ipsorum affinium qualitate, & conditione, *prout adnotauit Fel. in pract. crimin. in verbo, captat informationem, numer. 33. vers. secundus effectus*, ac etiam ad inquisitionem generalem, hoc est, ad assumendum informationes super delicto contra nominatum, non autem ad specialem, & solemnem, & sic ad transmittendum ei inquisitionem, *sicut post Angel. Rom. Salyc. in locis per eum allegatis, voluit Blanc. in pract. crim. in princ. num. 13. & 14. tuncto nu. 20. vbi se*

vbi se melius declarat, quem refert & sequitur Menoch. de præsumt. lib. 1. qu. 88. nu. 9. & 20. & ante Menochium Foller. d. verbo capiat informationem. nu. 32. 33. & 34. † Non tamen propterea potest reum tormentis subiicere, quia tale indicium ad torturam non sufficere scripserunt Aret. *in l. qui testamento, §. quicunque, nu. 6. col. fin. vers. dato tamen. ff. de testamentis*, qui tamen loquitur in fratre, *de quo dicam infra, hac ead. quæst. ... num. ... in 2. reg. Crot. de testib. part. 3. nu. 84. in fin. Gabr. in tit. de testib. conclus. 13. nu. 6. Boss. in tit. de opposit. contra test. nu. 110. ad med.* vbi dixit, quod Abb. *in c. literas, sub nu. 9. extra de præsumt.* affirmauerit, quod duo fratres, & multo magis duo consanguinei accusatoris facerent indicium ad torturam contra accusatum in defectum aliorum, ipse tamen hoc in practica non obseruaret, nisi maxime probata eorum qualitate. Et certe contra Abbatis sententiam, quam etiam sequi videtur Felin. *in d. c. literas*, adest communis * Dd. opinio, *vt ex præallegatis patet, quibus addo etiam Hect. Æmil. in tract. de testib. verbo, testes affines, num. 47. fol. mihi 123. part. 1. vide infra nu. 133. in 2 reg.*

73 LIMITA XV. Regulam † procedere in affinibus ex legitima affinitate, secus in affinibus ex affinitate illicita, licet enim de iure canonico, etiam per illicitum coitum contraharur affinitas, *c. de illo, & c. discretionem, de eo,*

74 *qui consang. vxor. vel spon. c. in eod. 34. quæst. 4.* † Proprie tamen affinitas est illa, quæ ex iustis, & licitis nuptiis causatur, *l. non facile, §. affinis, ff. de gradib.* dum ergo in testibus consideratur à iure affinitas debet intelligi de propria & iusta, non autem de illicita & iniusta. Nec obstat tex. *in d. cap. de illo, cum aliis supra allegatis*, quia procedunt quo ad impediendum matrimonium, non autem quoad alios effectus, sic nempe ex præmissis post alios, quos allegat, hanc limitationem posuit Petr. Menoch. *in addit. ad Crot. in tract. de testib. par. 3. posi nu. 77. literis BB. vers. sed iuxta præ-*

75 *dicta*, † inquiens illam procedere non solum in terris Imperii, sed Ecclesiæ, *refert & sequitur Hect. Æmil. in tract. de testib. part. 1. verbo testes affines, nu. 27. & 28 fol. mihi 117.*

76 LIMITA XVI. Vbi sumus in probatione † facti, quod illius veritas aliter probari, vel melius probari non potest, quam per affines, & consanguineos: tunc enim tam in ciuilibus, quam in criminalibus, recipiuntur in testes, *sicut post alios plures quos allegat, affirmauit Gabr. rubr. de testib. concl. 13. nu. 14. tuncto nn. 27. & ante eum Alber. in l. parentes, nu. 2. in fin. vers. sed nunquid isti, C. de testib. Crot. de testib. part. 3 num. 88 Hector. Æmil. in tract. de testibus, verbo, testes affines, num. 47 fol. mihi 123. part. 1. Rota coram d. Cæsare de Grassi. decis. 10. nu. 11.* & faciunt pro hac limitatione, quæ in simili dicam infra de fratre, *hac ead. quæst. nu. 132. in 2 reg. & in 3 reg.* de parente *infra, nu. 193.* & generaliter de teste inhabili admittendo, in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, dixi etiam infra *q 62. nu. 50.*

77 LIMITA XVII. In † criminalibus exceptis puta læsæ maiestatis humanæ, vel diuinæ, simoniæ, & similibus, in quibus etiam affines & consanguineos recipi scripserunt Præpos. *in c. consanguinei, col. 1. vers. fallit in criminalibus, 3. quæst. 5. Nell. de testib. nu. 8. vers. præter quam in causa hæresis, Gabr. rub. de testib. concl. 13. nu. 24. Simanc. Catholicarum Institutionum, tit. 64. rubr. de testib. nu. 47. faciunt, quæ in simili de fratre dicam infra hac ead. quæst. in 2. reg. num. 111. & generaliter de teste inhabili infra quæst. 62. nu. 81. seqq.*

78 LIMITA XVIII. Contra † producentem generalem, *l. si quis testib. C. de testib. & interrogatus, Præpos. in c. consanguinei, colu. 1. vers. fallit, quando, 3. qu. 5. sequitur Gabr. rub. de testib. concl. 13. nu. 25.* & faciunt quæ in simili de fratre dixi *infra hac ead. quæst. nu. 126. in 2. reg.* & de parentibus, *nu. 189. in 3. reg.* & generaliter de producente testes inhabiles, *infra quæst. 62. nu. 211. & seqq.*

79 LIMITA XIX. Quia † affinis, & consanguineus licet non probet pro suo affine, & consanguineo, probat tamen in eo, quod contra ipsum aliquid deponit, *Dec. consil. 163. num. 11. vers. ad hoc accedit*, vbi facit regulam generalem, quod deponens contra eum, quem amat, præsumitur verum dicere, *Aym. cons. 6. nu. 62.* vbi quod testibus deponentibus contra seipsos, vel eorum coniunctos, magis creditur, quam aliis, & *Aymerum ea in loco referendo sensi sunt, Lud. Zanz. in suo cons. pro vxore. nu. 105. Io. Mar. Montic. in repert. testium, verbo, asserenti testem esse in dignitate, & ca-*

80 *pag. mihi 87. col. 1. vers. fi. Bertaz cons. 334. nu. 5. lib. 1. Gabr. tit. de testib. conclus. 4 nu. 88. lib. 1. Hippol. Riminal. cons. 61. nu. 28. & cons. 52. num. 117. in 1. vol. & cons. 362. nu. 58. & 59. in 4. vol. & cons. 502. nu. 9 & 10. in 5. vol. & cons. 613 nu. 18 lib. 6. & cons. 724. n. 38. eod. lib. 6. Masc. de probat. lib. 2. concl. 858. n. 17. vbi & in idem allegat eund. Aym. cons. 220. nu. 9.* Et reddit rationem, quia nemo suos consanguineos odio habere existimandus est, & propterea contra eos quis non deponeret, nisi ad sic deponendum veritatis stimulus eum coegisset. Et certe hæc limitatio est pulchra & verissima, cum sit fundata in naturali ratione, & pro ea faciunt, quæ in simili de fratre dixi *inf. n. 105. in 2 reg. & addo Simanc. Catholicarum Instit. tit. 64. rub. de testib. nu. 47. & seqq. vbi bene loquitur.* Et in eo, quod dixi ex Aym. *d. cons. nu. 6.* quod testi contra seipsum deponenti maxime credatur, *addo Socin. Iun. cons. 61. nu. 19. vers. 5. quod etiam vel ex eo, l. b. 2. prout illum refert & sequitur Ioan. Petr. Surd. decis. Mantuan. 107 nu. 4.*

Et facit etiam pro hac limitatione, quia testes, qui regulariter pro aliquo non probant, probant tamen si partim pro & partim contra deponant, *vt per eund. Montic. in repert. test. verb. testes inhabiles, an & quando admittantur.* Et hoc, quia testes non pro vna parte tantum, sed pro vtraque de qua onere debent, *c. fraternitatis, vbi gl. & Dd. extra de testib. gloss. in auth. si tit. ex, C. de episc. & cler. & ibi Ias. apud quem, vbi Bart. & Ripa, nu. 13. C. de edict. cum alia relatus per Hieron. Laur. dec. Auemon. 116. nu. 2. & nu. 6. post vers. nec obstat, & dixi infra quæst. 82. nu. 212 & qu. 74. nu. 16.*

SVBLIMITA Generaliter † omnes præmissas limi- 80 tationes, in quibus dixi affines, & consanguineos, forte admittendos in testes, vt tamen admissi non sint integræ fidei, nec omni exceptione maiores, & propterea fidem non facerent, in casu, in quo iure, vel a statuto requirentur testes omni exceptione maiores, *vt per Ias. in l. admonendi, sub num. 180. vers. confirmo & fortius, ff. de iurisdict. Alexand. cons. 13. incip. ex his, quæ in thomate. nu. 16. & cons. 18. viso processu causæ, num. 4. lib. 1. & cons. 113 viso processu causæ, num. 8. eod lib. 1. Decian. cons. 363. incip. in causa, quæ nomine, nu. 13. Crot. cons. 21 lib. 1. Sylua. cons. 17. viso processu agitato, num. 10. Soc. iun. cons. 12. incip. in occurrenti dubitatione, nu. 10. lib. 2. Soc. sen. cons. 229. num. 9. lib. 2. (1.) Mat. con. 32. nu. 10. lib. 1. Burs. cons. 175. nu. 27. Gram. decis. 24. nu. 18. Auffer. de reprob. test. nu. 25. vers. quinto fallit, Alb. de Malet. in tract. d. testib par. 1. cap. 1. nu. 54. Lanfr. de testib. nu 58. versic. credunt tamen.* † Vbi 81 propterea, quod ex dicto affinis, seu consanguinei, non defertur iuramentum in supplementum probationis, *Crot. de testib part. 4. numer. 121. Boss. in tit. de opposit. contra testes, numer. 105. per totum in discursu, Campeg. d. testib. reg. 9. in 1. fallent. Conrad. in pract. in rubric. de testibus, §. personas testium aggrediendo, post num. 45. versic. quinto*, vbi requiruntur testes omni exceptione maiores, *fol. mihi 90. colum. 2. ad med. fol. 91. colum. 2. in princip. Donat. a Lima, lib. 4. conclusionum, verbo testis, §. affinis in causa ciuili, fol. mihi 311. Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo affinis, fol. 11. colum. 1. versic. penult. & verbo consanguineos, fol. 18. colum. 1. versic. tertio, & colum. 2. versic. 2. & fol. 19. colum. 1. versic. antepenult. Gabr. rubric. de testibus, conclus. 12. num. 20. & 21. Mascard. de probationib. lib. 1. conclus. 68. num. 15. & conclus. 408. num. 2. tuncto num. 13. & 14 & conclus. 412. num. 2. & 3. Hector. Æmil. in tract. de testibus, part. 1. verbo, testes affines, num. 13. 15. & 20. fol. mihi 114. & 116.* Ex quibus sine dubio apparet hanc sublimitationem esse communiter * a Doctoribus recep- * 82
tam. † Quicquid in contrarium senserit, Bald. & Ana- 82
nia respectiue relati per Gabriel. *d. conclus. 13. num. 21. in fin. & per Ioan. Marian. Monticell. vbi supra fol. 19. colum. 1. vers. 3.*

83 † Vbi dixit ex dicto patruelis, vel consobrini posse deferri iuramentum in supplementum plene probationis, & faciunt pro hac sublimitatione etiam ea, quæ posui supra, *nu.*26 30. & 28. & quæ dixi infra in simili de fratre, *hac eadem quæst. nu.*88. *in 2. reg.* & generaliter de teste inhabili, *infra quæst.*62 *nu.*383 *seqq.*

ARGVMENTVM.

Frater pro fratre in testimonium adductus, an & quando admittatur, & admissus, quam faciat probationem, tam in ciuilibus, quam in criminalibus

SVMMARIA.

*Frater repellitur a testificando ad fauorem fratris, num.*84. *contra quod imo non repellatur, sed admittatur, num.*85. *pro concordia dic, quod in criminalibus repellitur, secus autem in ciuilibus, num.*86.

*Frater etiam in casibus exceptis, in quibus de iure admittitur, nunquam tamen est integræ fidei, & omni exceptione maior, num.*87. *& seqq.*

*Iuramentum in supplementum non defertur ex depositione fratris, nu.*88.

*Frater in criminalibus ad fauorem fratris, & pro offensa fratri facta omnino a testimonio repellitur, numer.*90. *Ampl.*1. *quia examinatus cum examinari non deberet, nullam prorsus facit fidem, & probationem, numer.*91. *Ampl.*11. *vt licet in causa criminali, ciuiliter intentata, frater pro fratre non repellatur a testimonio, numer.*92. *repellitur tamen, quando agitur de iniuria facta fratri, numer.*93.

*Frater in testamento fratris, adhiberi non potest in testem, numer.*94. *Fallit, nisi a solo testatore rogaretur, numer. nonagesimoquinto, fallit in testamento valido de iure speciali, num.*96.

*Frater non potest cogi in criminalibus ad testificandum, numer. nonagesimosept.mo, Ampliaprimo, etiam in ciuilibus, numero nonagesimooctauo, licet aliqui relati, numero nonagesimonono, contrarium dixerint. Amplia secundo, vt non possit cogi ad testificandum ad fauorem fratris, numer.*110. *Sed hanc ampliationem declara, vt non procedat in casibus, in quibus frater admittitur in testem pro fratre, numero centesimoprimo. Amplia tertio, non solum in fratre carnali, sed etiam in sobrinis, & aliis transuersalibus, numer. centesimosecundo. Limita primo, vbi veritas aliter haberi non potest, numero centesimotertio, Licet etiam isto casu iudex abstinere debet, quantum potest ab examine fratris contra fratrem, numero centesimoquarto. Limita secundo, quia volens frater contra fratrem admittitur in testem, numero centesimoquinto, Quod in ciuilibus procedit indistincte, sed in criminalibus cum distinctione, de qua numero centesimosexto, & si frater vltro se offerret ad deponendum contra fratrem, tunc tanquam suspectus nec etiam volens admittitur, numero centesimoseptimo. Limita tertio, quia de consensu ambarum partium frater contra fratrem testificatur, numero centesimooctauo. Declara vt numero centesimonono. Limita quarto, quando frater est testis instrumentarius, quia tunc potest cogi ad testificandum contra fratrem, numer.*110. *Limita quinto in criminalibus exceptis læsa maiestatis, hæresis, simoniæ & similibus, num.*111.

Frater esse potest testis pro fratre in causis ciuilibus, numero centesimo duodecimo. Limita vt hoc procedat in causis ciuilibus leuibus, secus in magnis, & arduis, numero 113. *&* 114. *& qua in proposito ducatur ardua & magna, numer.*115.

Frater admittitur in testem inter duos fratres, numero centesimo decimosexto.

*Frater potest esse testis ad probandum innocentiam, & defensionem fratris, numer.*117. *licet aliqui relati, num.*120. *contrarium dixerint. Amplia primo etiam in crimine hæresis, numero decimooctauo. Amplia secundo, etiam quod vnus frater habitet cum alio, numero centesimo decimonono. Limita primo, vt conclusio procedat, quando agitur de sola fratris defensione absque præiudicio tertii, & sic quando iudex procedit ex officio, secus si procederet ad instantiam accusatoris, quia tunc cum de illius præiudicio agatur, frater non probat innocentiam fratris, numer.*121. *Limita secundo, vt in omni casu etiam ad fratris defensionem frater non sit testis integræ fidei, & omni exceptione maior, num.*122.

*Frater potest esse testis in instrumento cum fratre celebrato, numer.*123.

*Frater admittitur in testem pro fratre parte non opponente, numer.*124. *Limita, vt hoc procedat, quando pars est præsens, & non opponit, secus si sit absens, & contumax, numer.*125.

*Frater probat pro fratre si frater aduersarius illum produxit, numer.*126.

*Frater examinatus pro Curia informatione ad fisci instantiam, probat contra fiscum, num.*127.

*Fratris depositio suppletur, vel ex numero testium, vel ex idoneitate alterius testis, vel ex adminiculis, numer.*128. *&* 129.

*Frater religiosus, & summæ bonitatis, admittitur ad testificandum pro fratre, num.*130. *& nu.*131. *vbi etiam quod si frater sit simpliciter clericus & sacerdos.*

Frater admittitur pro fratre in testem in casu in quo veritas aliter haberi non potest, quam per ipsum fratrem, numer. 132.

Frater pro fratre licet non faciat plenam probationem, facit tamen indicium, & præsumptionem, numer. 133. *sed an hoc indicium sufficiat ad torturam, num.*134. *& seq.*

*Frater pro fratre admittitur in testem in omni casu, in quo domesticum testimonium non repellitur, nu.*136.

*Frater admittitur in testem ad probandum ætatem fratris sui, numer.*137.

*Frater admittitur pro fratre ad probandum in causa matrimonii, num.*138.

*Fratres nunquam admittuntur ad testificandum pro fratribus, etiam in casu a iure permisso, & excepto, quando insimul cohabitant, num.*139. *Limita si examinetur ad defensam fratris, num.*140.

Frater nunquam admittitur in testem ad fauorem fratris, quando insimul stant in communione bonorum, numero 141.

*Frater nunquam admittitur in testem ad fauorem fratris quando ambo sunt sub patria potestate, num.*142.

Frater nunquam admittitur in testem pro fratre, quando inter eos adest magna affectio, de qua statur arbitrio iudicis, nu. 143. *&* 144.

QVÆSTIO LIV. REGVLA II.

FRATREM Pro † fratre testem esse 84
non posse, voluit gloss. *in lege Iulia, in gloss. 1. vers. sed an pro eis, ff. de testib. sequuntur plures relati per Gabr. rubris. de testib conclus.*14. *numero primo, in princip. & per Mascard. de prob. conclus.*1357. *num.*45. *inter quos videatur Alber. de Malet. in tractat. de testib. part.*1. *cap. post numer.* 43. *& seqq.* vbi tribus rationibus monetur ad concludendum non solum, non esse adhibendam fidem fratri examinato ad fauorem fratris: verum illum omnino non esse ad testimonium admittendum, quod & idem voluerunt Iodoc. *in pract. crim. rub. de reprob. test. cap.*50. *num.*10. *Campeg. de testib. reg.*5. *in princ.* Et pro hac opinione faciunt omnes Dd. allegati *supra in 1. reg. nu.*2. volentes, consanguineos, & affines non esse admittendos ad testimonium pro suis affinibus & consanguineis, ergo multo minus sunt admittendi fratres carnales, qui in proximiori gradu sunt.

85 Contrarium, † quod imo fratres non repellantur à testimonio inducti ad fauorem fratris, & ab ipso fratre, affirmarunt gloss. *in l. parentes, in gloss. fin. Cod. de testib. & in cap. consanguinei, in verbo, parentes,* 3. *qu. quinto, & in cap. insinuantem, in verbo, familiarem, & in cap. cum R. Canonicus, in verbo, cum sint ciues socii, de offic. delegator. & in cap. literas, in verbo, de fratre; extra de præsumpt. Specul. at. in tit. de teste, §. primo, numer.* 8. *Abb. in cap. cum oporteat, numero* 3. *& ibidem Ioan. de Imol. numero* 10. *Felin. numero* 3. *in princip. extra de accusation. idem Felin. in cap. literas, numero quarto, extra de præsumpt. Diaz. reg.*746. *in 6. fallent. Marsil. in l.* 1. *§. ad quæstionem, numero* 8. *ff. de quæst. Nepos de Monte Albano in tractat. de testibus, numer.*48. *Aufrer. de probat. test. n um.* 25. *Alber. de Malet. de testib. part.*1. *cap.*1. *numer.*27. *in princip.* vbi ita dicit seruari in practica, *& numer.* 42. *vers. in aliis autem,* vbi testatur de communi * opinione, & ab ea dicit non esse recedendum, licet contrarium in puncto iuris, tanquam verius defendat, ibi, *numer.* 43. *seqq.* idem Campeg. *de testibus, reg.*6. *in princip.* (licet contrarium pariter regulam formauerit, *reg.*5. *in princip.*) *Alciat. de præsumpt. reg.*1. *præsumpt.*23. *num.*1. *Bertran. consil.*212. *numer.*9. *lib.*1. *Marc. Anton. Bauer. in §. pater, num.*23. *Instit. de testamentis, Socin. iun. consil.*29. *num.*12. *volum.*2. *vbi etiam testatur de* * *communi opinione, & consil.*38. *numer.*8. *eodem volum.*2. *sicut illum refert Duen. reg.*382. *in princip. Corrad. in pract. in rubric. de testibus, §. personas testium aggrediendo, num.*4. *Viui. in communn. opin. verbo, testis idoneus est frater,* vbi non solum testatur de magis communi Dd. opinione, sed etiam fatuum esse dicit in iudicando, & consulendo ab ea recedere, *Mascard. de probat. lib.*2. *conclus.*811. *numero primo, Menoch. de arbitr. quæst. casu* 104 *in princip. & præsumpt. lib.*2 *præsumpt.*53. *numer.* 4. *& seq.* vbi testatur de magis recepta * Doctorum sententia, & respondet contrariis, & faciunt pro hac contraria opinione Doctores relati *supra in 1. reg. nu.*3. vbi in simili idem, & generaliter dixi de affinibus, & consanguineis.

86 Pro concordia distingue, † *vt in simili distinxi supra in affinibus, numer.* 4. *in prima regula,* quod in criminalibus frater repellitur à testimonio inductus à fratre ad eius fauorem, & sic procedat prima opinio, *prout latius dicam infra mox in 5. quinti ampliatione, num.*90. in ciuilibus autem non repellitur, *prout etiam latius explicabo in 1. limit. huius regulæ infra num.*112.

87 Et † nihilominus etiam in causa ciuili, & in omni alio casu, in quo testis frater admittitur, admissus tamen non est integræ fidei, nec omni exceptione maior, *secundum Bartol. in l. qui testamento, §. quacunque, numer.*6. *in fin. vers. fateor tamen, Aret. ibidem, colum.*3. *ad medium, numer. quinto, vers. & consequenter tractauit hic Bartol. Speculat. in tit. de teste, §. primo, vers. sed nunquid frater, numer.*8. *Felin. in cap. cum oporteat, numer.*3. *vers. fallit quinto, & ibi etiam Imol. numer.*10. *Aret. numer.*11. *de accusat. idem Felin. in cap. literas, numer.*5. *de præsumpt. Feder. Schenk in tract. de testibus, numer.*30. *vers. quanquam non sit testis omni exceptione maior, Nell. de testibus, numero octauo, vers. ul minor tamen fides ei adhibetur, Aufrer. de reprobat. test. numer.*25. *versicul. quinto, fallit, Albert. de Malet. de testibus, part.*1. *capit primo, numer.*28. *&* 29. *& numer.*42. *versicul. cum hoc tamen temperamento, Crot.* 88 *de testibus, part.*4. *numer.*117. *versicul. attamen, &c.* † Vbi propterea infert ex depositione fratris, non posse deferri iuramentum in * supplementum plenæ probationis, & *ibi in addit. litera H. Boss. in titul. de oppos. contra test. numer.*109. *versicul. licet ei diminuatur, Campeg. de testibus, regul.*5. *in* 10. *fallent. & reg.*6. *in* 4. *fallent. Alciat. de præsumpt. reg.*1. *præsumpt.*13. *numer.*6. *Marc. Anton. Bauer. in §. pater, numer.*23. *Institut. de testament. Socin. in consil.* 20. *numer.*18. *&*

*consil.*130. *numer.*10. *lib.*1. *Ioan. de Anic. consil.*61. *numer.*19. *Duen. regul.*383. *in* 7. *limitatione, in fin. vers. in aquam regulam, Gabriel. rubric. de testibus, conclus.*14. *numer.* 12. *&* 23. *vbi alios adducit Corrad. in sua pract. rubr. de testibus, §. personas testium aggrediendo, post numer.* 45. *versicul. quinto, vbi requiruntur testes omni exceptione maiores, fol. vbi* 90 *colum.* 2. *&* fol. 91. *colu.* 2. *in princip. Michael Craff. in sua commun. opin. lib.* 2. *cap.* 17. *quæst.* 3. *in fine, Ioan. Mar. Monticell. in repertorio testium, fol.*37. *colum.*1. *versicul. fin. Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.*53. *numer.*9. Ex quibus sine dubio patet hanc declarationem esse * communiter ab omnibus receptam, iunctis iis, quæ in simili de affine, & consanguineo dixi supra *in hac eadem quæst. in 1 regul. num.*6. & 82. & quæ dicam infra de teste inhabili, *quæst* 62. *num.* 383. *seq.* *

89 KEGVLA igitur † ex præmissis formari potest, quod frater pro fratre non est idoneus testis, nec legitimam facit probationem.

90 AMPLIA I. Regulam † procedere multo magis in criminalibus, in quibus non solum fratri non est credendum, sed nec etiam ad testimonium fore admittendum ad fauorem fratris accusatoris contra accusatum, volentibus Bartol. *in l. parent. 5, numer.*4. *Cod. de testibus, Alber. ibidem, numer.*2. vbi relatis contrariis, ita dicit in iudiciis vidisse seruari, *Bald. numer.*1. *colum.*2. *in princip. vers. aut causa, Salycet. numer.*5. *vers. in criminalibus autem, & vers. sed in causa criminali, Aret. in l. qui testamento, §. quacunque, colum.*3. *post medium, numer.* 5. *ad finem, vers. in criminali vero causa, & numer. sexto, refer. ad secundum membrum, ff. de testamentis, Felin. in cap. cum oporteat, numero tertio, vers. fallit quarto, & ibi etiam Abb. numero* 3. *de accusat. idem Felin. in cap. literas, numero* 9. *de præsumpt. Angel. de Perus. in quæst. an frater possit esse testis in causa criminali, numero* 2. *& omnibus sequentib.* vbi pluribus rationibus, & argumentis respondendo etiam contrariis hanc firmat ampliationem, *Speculat. in tit. de teste, §.*1. *sub numero* 8. *Gandin. rubric. de testibus. & qui repellantur, numero* 7. *Iacob. de Belluiso, in pract. crimin. in rubric. de causis criminalibus, numero* 70. *Marsil. in l.*1. *§. ad quæstionem, numero octauo, vers. idem etiam procedit in causa criminali, ff. de quæst. Feder. Schenk in tract. de testibus, numero* 30. *vers. in criminali vero. Nell. de testibus, numero* 8. *vers. in criminali vero non admittitur, Aufrer. de probat. test. numero* 25. *vers. quarto fallit in causa criminali, Alber. de Malet. de testibus, part.*1. *capit primo, numer.*28. *vers. si autem causa sit criminalis. Lanfranc. de testibus, ad cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, post numero* 62. *vers. item frater non potest, extra de probat. Boss. in tit. de oppos. contra test. numero* 109. *vers. vnde in criminali, Campeg. de testibus, reg.*6. *in* 3. *fallent. Alciat. de præsumpt. reg.*1. *præsumpt.*23. *numero* 2. *in fine, & ibi in addit. litera A. vers. quod autem dictum est, Duen. regul.*383. *in princip. Corrad. in pract. rubric. de testibus, in §. personas testium aggrediendo, numero* 45. *versicul. quarto in causa criminali, Viui. dicto verbo, testis idoneus est frater, vers. declaraturque similiter, Gabriel. rubric. de testibus, conclus.*14. *numero quinto, licet aliqui ibi relati contrariam dixerint. Michael. Craff. in suo commun. opin. lib. secundo, cap.* 17. *quæst.*3. *vers. secus vero, Menoch. de præsumpt. lib.*2 *præsumpt.*53. *numero secundo, Ioan. Mar. Monticell. in repertorio testium fol.*37. *colum.*1. *versic.*1. *Mascard. de probat. lib.*3. *conclus.*1357. *num.*45. Ex quibus sine dubio dicimus, ita tenere communem * opinionem Dd. iunctis iis, de quibus *supra in 1. reg. nu.*5. vbi de affinibus, & consanguineis in genere, ergo multo magis id est dicendum in fratribus, qui in proximiori gradu sunt.

91 AMPLIA I. Hanc † primam ampliationem, vt si frater, qui in causa criminali, seu alia, in qua de iure examinari non debebat, fuerit tamen examinatus de facto, nullam tamen prorsus faciat fidem, nec aliquam inducat probationem, *secundum Angel. de Perus. in dict. quæst. an frater possit esse testis in causa criminali fratris, numer.*29. *&* 30.

vbi red-

rationem, quia scilicet ultra consanguinitatis, & sanguinis, ex qua oritur repulsatio ad testificandum sunt naturalia, & propterea non possunt per facta iudicis tolli, l.1. §. *si vero*, C. *de feriis*, l. *factum iudicis*, *in prin. ff. de reg. iur.* & dixi in simili, de affine, & consanguineo, *supra in* 1. *reg. nu.* 10.

92 AMPLIA II. Præcedentem † primam ampliationem, vt licet in causa criminali, ciuiliter intentata frater pro fratre non repellatur à testimonio, *sicut post Imol. Anan. Felin. Aret. & alios quos allegant, scripserunt Gabriel. rubric. de testibus, dict. conclus.* 14. *numer.* 6. & *Duen. dict. reg.* 383. *in* 6. *limitatione, tunctis aliis Dd. allegatu supra in prima regul. nu.* 7.

93 † Vbi tamen agitur de iniuria facta fratri producenti in testem suum fratrem: tunc etiam repellitur, licet causa ciuiliter agatur, *secundum Bald. in l. lex Cornelia, in princ. ff. de iniur. idem Bartol. Salyc. & Angel. in l. vnica, Cod. de raptu virgin. Marsil. in l.* 1. §. *ad quæstionem, num.* 8. *ad versic. idem etiam procedit in causa iniuriarum ff. de quæst. Felin in cap. literas, numer.* 8. *de præsumpt. & in cap. cum oporteat, num.* 3. *versic. fallit tertio, & ibi etiam Anan. numer.* 4. *de accusat. idem Bartol. in l. parentes, sub numer.* 4. *Cod. de testibus, Ang. de Perus. d. quæst. an frater possit esse testis in causa criminali fratris, numer.* 6. & *seqq. vbi & iure, & ratione hanc comprobat ampliationem, Alciat. de præsumpt reg.* 1. *præsumpt.* 13. *numer.* 2. *versic. aut tractaretur de iniuria, Campeg. de testibus. reg.* 6. *sub* 7. *limitat.* 4. *Corrad. in pract. in rubric. de testibus, in* § *per quas testium aggrediendo, numer.* 45. *versic. tertio, in causa iniuriarum, Duen. reg.* 383. *in* 1. *ampliat. Gabriel. rubric. de testibus, conclus.* 14. *num.* 27. *Menoch. de præsumpt. lib.* 2 *præsumpt.* 53. *num* 2. Et ampliatio hæc est communiter * recepta, prout etiam apparet ex allegatis supra de affine, & consanguineo, *in prima regula, num.* 9.

94 AMPLIA II. Et † principaliter, potiam secundam regulam, vt licet in testamentis affines, & consanguinei possint in testes adhiberi, *vt dixi supra, num* 44. *in prima regula*, & in propolito animaduertit Gabriel. *dicta conclus.* 14. *nu.* 12. non tamen possunt adhiberi fratres, ad textum expressum, *in* §. *sed neque, Instit. de testam.* Et per istum

95 text. voluerunt Gabriel, *d. conclus.* 14. *num.* 11. † Nisi à tola testatore frater rogaretur in testem, *vt per Bald. in l. parentes, num.* 1. *col.* 1. *versic. aut est testis testamentarius, Salic. ibidem, num.* 5. *versic. siue sit testamentarius, Cod. de testament. quos. & alios referendo sequitur id. in Gabriel. d. conclus.* 14. *nu.* 13. *(licet las. &*

96 *Socin. ibi per eum relati contrarium dixerint.)* † vel nisi testamentum esset factum iure speciali, quia tunc etiam fratres in testamento admittuntur, *vt per Grat. & Bellamer. in locis relatis per eundem Gabr. ibid. num.* 14. Vide quæ de testibus inhabilibus in testamento adhibendis dixi generaliter *infra quæst.* 62. *nu.* 124. *seq.*

97 AMPLIA III. Vt frater contra fratrem, † nec etiam cogi possit ad testificandum contra illum, præsertim in criminalibus, *ad text. in lege Iulia, ff. de testibus*, quia loquitur in sobrino, ergo multo magis in fratre carnali, & per istum text canonizatum, *in cap. si testes,* § *lege Iulia*, 4. *quæst.* 2. *sic aperte voluerunt Alb. in l. parentes, nu.* 2. *ad med. Salyc. ibi l. num.* 6. *Cod. de testib. Bart in l. qui testamento,* § *quacunque, num.* 6. *versic. sed est verior gloss ff. de testament. idem Alb. in d. l. lege Iulia, num.* 6 *ff. de testibus, Abb. in cap. literas, num.* 8. & *ibi Felin. nu.* 16. *de præsumpt. Ang. de Perus. in addit. ad Iacob Ægid de testib. num.* 2. *idem Ang. in quæst. an frater possit esse testis in causa criminali fratris, num.* 1. *Fed. Schenck in tract. de testibus, nu.* 31. *Alb. de Malet. de testibus, cap.* 6. *numer.* 2. *versic. circa primum*, vbi * quod est indubitatum apud * omnes, & *num.* 4. vbi præsertim in magnis criminibus, *Crot. de testibus, part.* 5. *nu.* 196. vbi etiam quod hoc est indubitatum apud omnes, *Boss. in tit. de opposit. contra test. num.* 109. *versic. vnde in criminali. Duen. reg.* 383. *in prin. Vsui. d. verbo, testis idoneus est frater, versic.* & *quamuis frater. Clar. in pract.* §. *fin. quæst.* 24. *versic. scias tamen, vbi etiam testatur de communi* * *opinione, de qua etiam per Michael. Crass. in suis commun. opin. lib.* 2. *cap.* 17. *qu.* 4. & *faciunt, quæ in simili, & generaliter de affinibus & consanguineis, dixi supra in* 1. *reg. num.* 13.

98 AMPLIA I. Hanc tertiam ampliationem, vt non solum in causa criminali, prout videtur loqui text. *in l. lege Iulia, ff. de testibus*, frater contra fratrem non possit cogi testificari. sed etiam in ciuili, prout in simili de affinibus, & consanguineis dixi supra *num.* 15. habemus gloss. *in d. l. lege Iulia, in gloss.* 1. *in versic. item nota, quod quidam intelligunt, & gloss in cap. si testes, in versicul. item ne liberto, ad finem*, 4. *quæst.* 3. *& in specie de fratre, sic voluerunt post Iacob. de Arena, Cynum, Archid. Bart. Bald. & Specul. quos refert Alb. de Malet. in tract. de testibus, cap.* 6. *numer.* 2. & *seqq. vbi numer.* 4. *in fin. testatur de communi* * *opinione, Alberic. de Rosate in dicta l. lege Iulia, numer.* 6. *ff. de testibus, Feder. Schenck in tractat. de testibus, numer.* 31. *Crot. de testibus part.* 5. *numer.* 196. *vbi quod hoc est indubitatum apud omnes, Boss. in tit. de opposit. contra testes, num.* 109 *versic. sed an frater cogatur, Duen. regul.* 384. *in secunda ampliatione, vbi testatur de communi* * *opinione, ex Iacobo de Sancto Georg. in dicta l. lege Iulia, numer.* 2. *in fine, quem etiam refert & sequitur Michael Craff. in suis commun. opinion. libro* 2. *cap.* 17. (17.) *qu.* 5. Et Vtuius *vbi supra, in versic. & quamuis frater*, quicquid in contrarium voluerit gloss. *in cap.* 1. 3 *quæst.* 5. quam † sibi magis placere asserui. Alb. de Malet. *de testibus, dicto cap.* 6. *num* 3. *in fine. & num.* 4. *versicul. mihi tamen magis placet, &* 6. *duplici ratione, vbi per eum considerata.*

99 AMPLIA II. Dictam † tertiam ampliationem, vt sicut frater non potest cogi ab aliquo extraneo ad testificandum contra fratrem, ita pariter nec possit cogi ab ipso fratre ad testificandum ad eius fauorem, & hoc ex rationibus deductis supra in simili in affinibus, & consanguineis, *nu.* 14. *in prima regula*, & in specie relatis, & reprobatis contrariis defendit Alb. de Malet. *in tract. de testibus, c.* 6. *nu.* 5. & 6. *Alb de Rosate in l. parentes, nu.* 2. *ad medium*, C. *de testibus*, Campeg. *de testibus, regul.* 6. *in* 4 *fallent. Boss. tit. de opposit. contra test. num.* 109. *versic. etsi non cogitur in causa ciuili*, vbi dixit bonam esse consequentiam post Azonem, & alios, quos allegat, frater non cogitur contra fratrem deponere, ergo nec pro eo cogendus est.

100 Verum † hęc ampliatio habet contradictores, & non videtur vera. vel saltem declaranda est, vt non procedat, quando sumus in casibus, in quibus frater admittitur ad testificandum pro fratre, nam tunc potest etiam compelli, quia priuilegium ei concessum à *l. lege Iulia. ff. de testib.* est, vt non compellatur aduersus fratrem, vnde cessat, quando agitur de illius fauore, *argum. l. quod fauore, C. de legibus, & in terminis ita argumentatur Crot. de testibus. part.* 5. *nu.* 196. *versic. circa secundum, vbi dixit ita communiter* * *notari per Dd. in dict. l. lege Iulia, & per Abb. in cap. literas, num.* 8. *de præsumpt. in penult. colum.* Et licet Boss. vbi supra in contrarium allegatus, *d. num.* 109. videatur facere cum Azone illam consequentiam, frater non potest compelli ad deponendum contra fratrem, ergo nec etiam pro fratre, vide tamen eundem Boss. *ibid. num.* 110. *in fin. & num.* 111. vbi fatetur, quod hæc Azonis opinio in practica esset dura, ex quo iudex, vbi videret, fratrem esse idoneum testem, illum cogeret ad testificandum, & ita videtur tenere Duen. *Duen.* 384. *in* 3. *limit. in fin.*

101 AMPLIA III. Eandem † tertiam principalem ampliationem, vt procedat nō solum in fratre carnali, sed etiam in sobrino, & aliis transuersalibus, qui nec etiam cogi possint ad testificandum contra suos sobrinos, prout expresse cauetur *in d. l. lege Iulia. ff. de testib.* & hoc vsque ad quartum gradum, *vt dixi sup hac ead. qu. in* 1. *reg. n.* 23. Et hic repetere esset superfluum. Et dixi *infra qu.* 78. *nu.* 63 (83.)

LIMITA I. Hanc † tertiam ampliationem non procedere, vbi veritas aliter haberi non posset, nam tunc fratrem posse cogi ad testificandum contra fratrem, affirmarunt Alber. *in l parentes, numer.* 2. *in fin. versic. sed nunquid ifti*, Cod. *de testibus*, Specul. *in tit. de teste*, §. *de testium, nu.* 1. Hostiens.

, vbi etiam *num.* 1. ponit, cui incumbat onus probandi, quod veritas aliter haberi non potest, *(de quo nos alibi infra suo loco dicemus,) Roman. sing.* 398. (299.) *Feder. Schenck in tract. de testib. nu.* 31. *versic. hoc tamen, (licet contrarium affirmauerit, num.* 34.) *Duen. regul.* 384. *in* 1. *limitat. Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium fol.* 143. *colum.* 1. *vers. fin.*

• *Clar. in pract.* §. *fin. quæst.* 24. *versic. scias tamen*, vbi quod in ciuilibus hoc nullam habet difficultatem, & in criminali-

104 bus, testatur ita vidisse plerunque obseruari. † Bene verum est, inquit Clarus, quod quantum fieri potest, iudex abstinere debet ab examine illorum testium, qui de iure contra eum ad testificandum compelli non possunt, & vbi casus contingit, quod aliter veritas haberi non possit, & delictum sit atrox, id non faciat, nisi Principe consulto, & ita alias apud eum etiam seruatum fuisse testatur, vide quæ de affinibus, & consanguineis dixi *supra, num.* 18. *in* 1. *reg. & infra in* 3. *reg. num.* 171. vbi de parentibus, & quæ generaliter de testibus cogendis dicam etiam *infra quæst.* 78 *nu.* 102. *seqq.*

105 LIMITA II. Eandem ampliationem, † quia licet frater contra fratrem inuitus ad testificandum non admittatur, admittitur tamen volens, & admissus probat contra fratrem, licet pro fratre, & ad eius fauorem non probaret, *vt per Bald. in l. qui testamento,* §. *quacunque, numer.* 6. *versic sunt quædam personæ, ff. de testam. Felin. in cap. cum oporteat. numer.* 3. *versic. sexto limita, extra de accusation. Feder. Schenk in tractat. de testibus, numer.* 32. *versic. volentem autem, Nell. de testibus, numer.* 9. vbi generaliter loquitur in collateralibus. *Aufrer. de reprobat. testium, numer.* 25. *in fin. versic. sexto limita, Gabriel in tit. de testibus, conclus.* 14. *nu.* 8. *tuncto numer.* 31. *vbi alios adducit, Boss in tit. de opposit. contra test. numer.* 112. vbi post Abb. *in cap. literas, extra de præsumpt.* dixit, quod sicut frater potest testificari ad defensionem fratris, ita etiam volens potest testificari ad offensionem. *Corrad. in pract. rubr. de testib.* §. *personas testium aggrediendo, numer.* 45. *versic. sexto, nisi frater produceretur in testem contra fratrem. fol.* 91. *colum.* 1. *ad med. Gigas de crimin. læs. maiest. lib.* 2. *rubr. quom. & per quos crimin. læsæ maiest. probet. quæst.* 9. *numer.* 2. Et ad hanc limitationem, quæ communiter

** recepta videtur, faciunt quæ scripsi supra, *in* 1. *reg. nu.* 6. vbi generaliter dixi, consanguineos volentes admitti ad testificandum contra consanguineos, licet inuiti non cogantur, & *nu.* 97. (97.) vbi probaui, quod affinis probat contra affinem, licet pro eo non faciat fidem, & vide etiam, quæ generaliter de testibus cogendis dicam *infra quæst.* 78. *nu.* 101.) 10.

106 SVBLIMITA I. Hanc † secundam limitationem, vt procedat indistincte in ciuilibus, sed in criminalibus non indistincte, sed cum distinctione, quam facit Alber. de Rosate, *in lege Iulia, numer.* 6. *ff. de testibus*, in qua relatis contrariis residere videtur, Alb. de Malet. qui bene disputat materiam, *in tract. de testibus, cap.* 6. *num.* 7 & 8. *quem videas.*

107 SVBLIMITA II. Vt † licet frater contra fratrem volens admittatur, & probet, non tamen sic est, si sponte, & vltro se examinari offert, quia tunc est suspectus, & non probat, per ea, quæ generaliter de teste se vltro offerente dicam infra *quæst. . . . num. . .* & quæ in simili de affinibus, & consanguineis, dixi *supra num.* 17. *in* 1 *reg.* & in specie de fratre sic affirmarunt Felin. *in c. cum oporteat nu.* 3. *versic. sexto limita; de accusat. Aret. in l. qui testamento,* §. *quacunque, colu.* 3. *num.* 5. *ad finem, versic. tertio, adde. Feder. Schenk in tract. de testibus, nu.* 33 *Aufrer. de reprobat. test. nu.* 25. *in fin. versic.* & *ipse non se offerret, Boss. tit. de opposit. contra test. num.* 112. *versic. quod tamen limita. Corrad. vbi supra, d. fol* 91. *ad medium, versic.* & *ipse se non offerret, &c.*

108 LIMITA III. Hanc † tertiam principalem ampliationem, vt non procedat quando vtraque litigantium

pars consentiret, vt frater produceretur in testem. quia tunc etiam inuitus compellitur, *vt per Alb. in l. parentes, numer.* 2. *post medium. versic. dicit etiam ipse. Alb. de Rosate. in tract. de testibus, cap.* 6. *numer.* 2. *ad finem, Duen reg.* 384 *in* 5. *limit.* † vbi hoc intelligit verum, quando vtrus ex ipsis 109
litigantibus esset frater. Nam si ambo essent extranei, tunc nec etiam de eorum consensu frater contra fratrem posset cogi ad testificandum, maxime in causa criminali, vel in ciuili ardua, & maioris partis bonorum, *vt ibi per eum.*

LIMITA IV. Eandem † ampliationem non procedere, quando frater fuisset adhibitus testis instrumentarius, quia tunc cum sit rogatus ab vtraq; parte, ideo cogitur inuitus testificari, secundum Bald *in l. parentes, nu.* 1. *versic. aut est testis instrumentarius, & ibidem Salic. num.* 2. vbi & idem si sit testamentarius, C. *de testib. Alb. de Malet. de testib. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 31 *& cap.* 6 *nu.* 3. *vers. primus. & vers. secundus, &c.* vbi & idem de testamentario, & iudiciario. *Duen. reg.* 384. *in* 2. *limitat.* vbi ad idem dicit facere gloss. *in l. inuiti, la* 1. *in gl. magna, in fin. ff. de testib. & in Auth. de restib.* §. *& luct, in verbo, & supplicis, coll.* 1. 7. 110

LIMITA V. In † criminalibus exceptis, læsæ maiestatis, hæreseos simoniæ, & similibus, in quibus fratrem posse compelli ad testificandum contra fratrem, probat tex. & ib. Dd. omnes *in c. literas. C. de præsumpt. & in c. fraditus, & c. legi.* 23. *quæst.* 8. *Alb. de Malet. de testibus, cap.* 6. *num* 4. & *cap.* 1. *nu.* 28. *vers. fuit crim. hæresis, Simanc. de catholicarum institutionum, tit.* 64. *rubric de testibus, nu.* 47. *Gigas de crimine læsæ maiestat. lib.* 2. *rubric. quom. & per quos crim. læsæ maiest. probet. quæst.* 9. *nu.* 3. *seq. Mascard. de probat. lib.* 1. *conclus.* 46. *nu.* 8. & *lib.* 2. *conclus.* 857. *nu.* 16. Faciunt quæ d. affinibus, & consanguineis recipiendis in testes, dixi *sup. nu.* 77. 111

LIMITA Modo † huius quæstionis propositam secundam regulam pluribus modis. Et primo eam non procedere in causis ciuilibus, in quibus fratrem pro fratre in testem admitti affirmarunt Bartol. *in l. parentes, numer.* 4. *post gloss. ibi, quam* * *omnes se jurtestatur & ibidem Alb.* * *numer.* 2. *vbi ita vidisse in iudicio seruari asserit, & Salyc. et. nu.* 5. *Cod. de testibus, Aret. in l. qui testamento,* § *quacunque, colum.* 3. *numer.* 5. *ad fin. versicul. & consequenter tractant hic, Bartol. ff. de testamen. Feder. Schenk in tract. de testam. num.* 30. *Nell. de testibus, post numer.* 8. *versicul. frater pro fratre, Alb. de testibus, part.* 1. *cap.* 1. *numer.* 27. *Lanfranc. in cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones post numer* (62.) 61. *in versic. item frater, & ibi in addit. litera* F. & dicit ibi Lanfranc. quod etsi sibi videatur magnum dictum, quod frater admittatur in causa fratris, & aliis affines remotiores, non tamen potest recedere à Dd. hac sententia. Sed labitur certe Lanfrancus, quia in causa ciuili, prout nos loquimur, etiam affines, & consanguinei remotiores admittuntur, vt dixi *supra in* 1. *regul.* ergo sic etiam & frater, prout in fratribus hoc idem scripserunt *Crot. de testibus. part.* 5. *numer.* 117. *Marsil. in l.* 1. §. *ad quæstionem, numer.* 8. *versic. idem si agatur ciuiliter. Boss. in tit. de opposit. contra test. numer.* 109. *Duen reg.* 382. *versic. & quod in causa ciuili, Gabriel. in titul. de testibus, conclus.* 14. *numer.* 1. *versic. contrarium, quod imo frater, vbi plures alios adducit concordantes, Menoch. de arbitr. quæst. lib. casus* 104. *numer.* 1. *Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium fol. mihi* 37. *colum. versic.* 1. *Mascard. de probat. lib.* 2. *conclus.* 811. *nu.* 1. & *est communis,* * *prout testatur Michael Craff in suis commun.* * *opin. lib.* 2. *cap.* 17. *quæst.* 3. *Soarez in suo theatro ubi sententiæ sent. literæ T. num.* 126. *Menoch. de præsumpt. lib.* 2. *quæstion. pr.* 53. *num.* 4. *vbi testatur de magis communi opinione, Rota coram dict. Cæsare de Grass. decis.* 71. *nu.* 5. 112

SVBLIMITA Hanc † primam limitationem, vt procedat in causis ciuilibus leuibus, & parui præiudicii, in quibus bene frater admittitur in testem pro suo fratre, *vbi per Bald. in l. parentes, numer.* 1. *versic. & tunc aut loquimur in leuibus, & versic. & tunc aut est quæstio ciuilis, & parua. Salycet. & ibid. numer.* 5. *in simili, versic. aut est quæstio ciuilis & parua,* 113

parua, Cod. de testibus, Alb. de Malet in tractat. de testibus, par. 1. cap. 1. num. 38. Campeg. de testib. reg. 5. in 6. fallent. & reg. 6. in 3.
114 *fallen. vers. sed admitteretur quando, &c.* † At secus in causis arduis, magnis, & valde tertio præiudicialibus, quæ cum æquiparentur criminalibus, *l. propter litem, §. 1. ff. de excusat. tutor. cap. 1. de restit. spoliat.* ideo sicut in illis frater repellitur à testimonio, ita & in istis non admittitur, *vt per eundem Bald. in dict. l. parentes, num. 1. colum. 1. versic. aut est causa grauis, & colum. 2. versic. causa ciuilis, & ardua, Salycet. ibidem, num. 5. versic. aut est quæstio ciuilis, sed ardua. C. de testibus. Felin. in cap. cum oporteat, num. 3 versic. sallit 6. & ibidem Aret. num. 10. de accusat. ibidem Felin. in cap. literas, numer. 10. versic. sexto limita, de præsumpt. Alber. de Malet. de testibus, part. 1. num. 38. Campeg. reg 5. in 6. fallent. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 13. numer. 2. versic. vel essemus in causa valde graui, Roman. consil. 186. num. 5. Marc. Anton. Bauer. in §. pater, num. 23. Instit. de testament. Marsil. in i. 1. §. seruus municipibus, numer. 9. ff. de quæstion. Socin. consil. 17. num. 6. & 7. volum. 1. & consil. 235. nu. 7. volum. 2. Iacob. de Belusi in pract. crimin. in 2. part. rubr. de causis criminalibus, numer. 70. Gabr. in tit. de testib. conclus. 14. num. 28. Duen. reg. 383. in 1. ampliat. Menoch. de arb. quæst. lib. 2. casu 104. numer. 4. & de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 53. numer. 3. & est * communis, vt per Soto ez in suo thesauro recept. sent. litera T. num. 127. & per Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 811. num. 5. iunctis iis, quæ in simili de affinibus & consanguineis posui supra in 1. reg. num. 25 Rota, coram d. Cæsare de Grassis, d. decis. 71. nu. 6.* vbi quod isto casu nec etiam facit semiplenam probationem, sed tantummodo indicium.

115 Quæ † autem dicatur in proposito, causa ardua, & magni præiudicii, dic, quod erit causa omnium, aut maioris partis bonorum, vel alias arbitrio iudicis, *vt per Bald. in d. l. parentes, num. 1. in fin. C. de testib. Duen. reg 383. in d. 2. ampliat. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 104. nu. 5.*

116 LIMITA II. Proposita † secundam regulam non procedere, quando frater testificaretur inter duos fratres, nam tunc erit testis idoneus, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, quia paritas consanguineitatis tollit suspicionem, *l. non solum, §. 1. ff. de ritu nupt. l. extraneos, § 1. & l. in hoc, C. de quæst.* vbi licet alias seruus non posset torqueri contra dominum, *l. 1. §. diuus, ff. de quæst.* poterit tamen torqueri inter duos dominos, & ratione æquitatis dominii valebit tortura. *vt ibi,* facit text. *in l. sed & milites, versic. consequalitas, ff. de excusat. tut.* Et per ista iura hanc secundam limitationem, quæ sine dubio communiter
* * recipitur per Dd. & verissima est. firmatur Spec. *in tit. de teste, §. 1. num. 9. Bart. in l. qui testamento, §. quacunque post num. 8. ff. de testam. Felin. in cap. cum oporteat, num. 3. vers. tertio limita, de accusat. & in cap. literas, num. 13. de præsumpt. Florian. in l. testis idoneus, num 8. ff. de testibus, Hippolit. in l. 1. §. seruum, numer. 6. ff. de quæst. Marc. Anton. Bauer. in §. pater, sub num. 23. Instit. de testam. addito ad Lanfranc. de testibus, post numer. 62. litera H. versic. circa tradita. Crot. de testibus, part. 4. num. 119. Campeg. de testibus, regul. 5. in 2. fallent. Conrad. in pract. in rubric. de testibus. §. personas testium aggrediendo, num. 45. versic. tertio, nisi sit coniunctus vtrique parti, Duen reg. 383. in quinta limitatione, Gabriel. rubric. de testibus, conclus. 14. num. 29. & faciunt, quæ generaliter de affinibus, & consanguineis dixi in 1. reg supra num. 45. & quæ dicam infra de parente deponente inter duos filios, in 3. reg. nu. 207.*

117 LIMITA III. Quia † frater in criminalibus admittitur ad defensionem fratris, & ad illius innocentiam purgandam, *vt per Bald. in l. parentes, numer. primo, colum. 1. versic. aut dictum suum fratri prodest, & nemini nocet, & colum. 2. versic. aut non testificatur ad alterius impugnationem, Salycet. ibidem, numer. 5. versic. secundo casu. Cod. de testibus, Aret. in l. qui testamento, §. quacunque, post numer. 6. versic sed illa iura loquuntur, ff. de testam. Felin. in cap cum oporteat, numer. 3. versic. quinto limita, extra de accusat. & in cap literas, numer. 15. de præsumpt. Iason in l. sed e si quis, numer. 5. ff. si quis caut. & in l. vt vim, numer. 3. ff. de vsufr. & iure, Florian. in l. testis idoneus, numer. 6. de testibus, Ripa in l. damnum, numer. 12. ff. de damn. infect. Nicol. Arelatan. in addit. ad Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 23. litera A. versic. quod autem dictum est. Arnon. singul. 40. Gigas de crimine læsa maiestatis, lib. 2. rubric. quomodo & per quos crimen læsa maiestat. prob. quæst. 9. numer. 6. sequentib. Aufrer. de reprobat. test. numer. 25. versic. quinto limita, Marc. Anton. Bauer. in §. pater, sub numer. 23. Institut. de testam. Guliel. de Benedict. in repet. cap. Raynutius, in verbo, qui cum alia matrimonia contrahens, numer. 257. Alexand. consil. 4. numer. 10. volum. 6. & consil. 5. numer. 8. volum. 1. & consil. 212. numer. 9. & consil. 34. numer. 39. volum. 2. Marsil. in l. vnius, §. cogniturum, numer. 52. ff. de quæst. Alber. de Malet. de testibus, part. 1. cap. primo, num. 39. & seq. Lanfranc. in tractat. de testibus, ad cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, extra de probation. post num. 62. versic. item frater non potest, Crot. de testibus, part. 3. numer. 30. Boss. in tit. de opposit. contra test. numer. 65. versic. ad defensionem tamen, & num. 110. in fin. Campeg. de testibus, reg. 5. in 7. (5.) fallen. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in cauf. ciuil. rubric. de testibus, in parte, personæ testium aggrediendo, verbo fratres, numer. 45. verfic. quinto, nisi frater produceretur ad defensionem fratris, fol. 91. colum. 1. ad medium, & in §. 3. de offic. prator. in cauf. crimin. rubric. de procedendo ante definitiuam, & defensione, numer. 6. fol. 309. colum. 1. Duen. reg. 383. in 3. limitat. Gabriel. rubric. de testibus, conclus. 14. numer. 10. & lib. 7. conclus. 22. numer. primo, vbi altos plures refert, & testatur de magis communi * opinione dict. * numer. 1. in fin. Soarez. in sua collecta comm. * opin. litera T. * num. 128. vbi etiam testatur de communi * opinione, & in addit. ad Anton. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 12. numer. 9. litera D. Cephal. consil. 14. numer. 8. sequentib. lib. 1. Natta consil. 359. numer. 1. lib 3. Vinc. in suis commun. opin. versic. testis idoneus est frater, versic. sed animaduerte. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 104. num. 6. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 491. nu. 5. & lib. 2. conclus. 857. num. 27. & conclus. 904. num. 5. vbi testatur de magis commum * opinione, ad cuius comprobationem adduci possunt Dd. allegati supra in 1. reg. nu. 35.* vbi de affinibus, & consanguineis, *& infra quæst. 62. num. 90.* vbi generaliter de testibus inhabilibus ad probandum innocentiam, & ad defensionem admittendis, *& infra hac eadem quæst. in seq. reg. num. 208* vbi de parentibus.

AMPLIA I. Hanc † tertiam limitationem, vt procedat etiam in causa hæresis, in qua frater admittitur in testem ad purgationem fratris, ita probat text. *in cap. literas, extra de præsumpt. Bald. in d. l. parentes. d. num. 1. C. de testib.* & est de mente omnium Doctorum allegatorum supra, *in limitat.* qui præcipue fundant se *in dict. cap. literas,* & particulariter hanc ampliationem posuerunt Campeg. *de testibus, reg. 5. in 9. fallent. Gabr. lib. 7. conclus. 22. numer. 7. versic. contrarium volunt,* vbi idem generaliter in criminibus exceptis. *Duen. reg. 383. in 2. limitat. vbi concordantes addu. it, Mascard de probat. lib. 2. conclus. 857. numer. 27. vbi alios refert.* Ex quibus videtur, quod hæc sit communis * Doctorum sententia, licet Campeg *in loco relato per Mascard. dict. conclus. 857. numer. 24. seq. & Aret. in loco relato per Gabriel. dict. conclus. 2. eodem num. 7. in princ.* contrarium dixerint, vide quæ in simili de teste domestico dixi *infra quæst. 55. nu. 73. seqq.* & de teste inhabili generaliter *in quæst. 62. nu. 69. seq.*

AMPLIA II. Vt licet alias fratres, † quando insimul habitant, non admittuntur in testes etiam in casibus à iure præmissis, *vt infra dicam in 1. generali sublimit. huius 2. regul.* admittuntur tamen ad defensionem sui fratris, *sicuti post Salycet. & Alexand. quos allegat, voluit Duen. d reg. 383. in 3. limit. in fin. refert etiam & sequitur Gabriel. lib. 7. conclus. 22. num. 2. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 491. nu. 7. (1.) & concl. 904. nu. 7. lib. 2.*

SVBLIMITANDO I. Eandem † tertiam limitationem, aduerte quod cum contra eam senserint nonnulli Doctores, relati per Gabriel. *dict. conclus. 13. numer. 12. versic. contrarium sentit Bart. &c. & lib. 7. conclus. 22. num. 1. versicul.*

sicul. contrariam opinionem, vbi etiam dicit ita Doctores communiter * tenere, & per Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 904. numer. 6.* inter quos præcipue Aret. *in l. qui testamento, §. quacunque, numer. 6. colum. 4. in princip. versic. ratio tamen posita, ff. de testament.* dicit, quod forte de rigore iuris limitatio prædicta non esset tenenda, quia ratio, quare fratres à testimonio repellantur in criminalibus ea est, quia propter affectionem facile præsumuntur mentiri, quæ quidem ratio militat, siue ad offensam alterius, siue ad defensam fratris deponat, *vt ibi per eum,* qui etiam bene respondet ad text. *in cap. literas, de præsum.*
121 vbi fundatur limitatio. † Ideo pro concordia dicere potes, quod quando agitur de sola defensione fratris, ita quod dictum fratris nemini alteri nocet, quam fisco, prout loquitur Bald. supra allegatus, *in d. l. parentes,* qui originaliter ponit propositam limitationem, & tunc vera sit ipsa limitatio, quod frater admittitur in testem ad defensionem fratris, & hoc poterit verificari, quando Iudex procedit ex officio, vel ad fisci instantiam: at si procedat Iudex ad instantiam accusatoris, vel querelantis, qui in causa habeat interesse, & tunc cum non agatur de sola defensione fratris, sed etiam de interesse, & præiudicio partis querelantis: verius est dicere, nec etiam ad defensionem fratrem admitti in testem, secundum Aret. qui sic magistraliter declarat materiã *in l. qui testamento, §. quacunque, numer. 6. versic. & habet istud dictum, ff. de testam. Felin. in cap. literas, numer. 15. in fin. extra de præsumpt. Alexand. consil. 4. num. 10. lib. 6. Grammat. consil. 12. num. 19. & 20. & consil. 37. numer. 13. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 104. numer. 6. versic. & intelligunt relati, & dixi in simili de affinibus & consanguineis, supra in 1. reg. numer. 37. quicquid in contrarium sensisse videantur Gabr. dicta conclus. 22. num. 3. in 2. ampliat. lib. 7. & Mascard. d. conclus. 904. num. 8. lib. 2. cum Dd. per eos allegati, dicunt totum contrarium eius, ad quod per ipsos allegantur.* •

122 SVBLIMITA II. Dictam † tertiam limitationem, vt in omnem euentum, nec etiam ad defensionem frater sit testis integræ fidei, vel omni exceptione maior, per ea quæ in simili, & generaliter de affinibus, & consanguineis, dixi *supra in 1. reg. num. 38. cum ibi remissiue allegatis, & in specie de fratre, post alios, quos allegant, scripserunt Boss. in tit. de opposit. contra test. numer. 65. in fin. Gabr. d. conclus. 22. numer. 8. lib. 7.* Et hæc declaratio est communis,* iunctis iis, quæ posui supra *num. 87.* & dicam infra in testibus inhabilibus ad defensionem admittendis, *quæst. 62. nu. 98.* quicquid in contrarium voluisse videatur Arnon. *d. sing. 40. incip. quod nunc dicam.*

123 LIMITA IV. Propositam † secundam regulam non procedere in testibus instrumentariis, nam & frater recipi potest in testem in instrumento fratris cum extraneo celebrato, quia sufficit illum rogatum esse à partibus & sic tacite approbatum per ea, quæ in genere de affinibus, & consanguineis, dixi in simili *supra in 1. regul. numer. 40.* & in specie de fratribus scripserunt Bald. *in l. parentes, colum. 1 numer. 1. versic. aut est testis instrumentarius, iuncto versic. aut est testis iudiciarius, & ibidem Salycet. numer. 5. versic. siue non sit testamentarius, Cod. de testibus, Aret. in l. qui testamento, numer. 5. colum. 2. in fin. versic. & hanc conclusionem, de testam. Felin. in cap. cum oporteat, numer. 3. versic. 2. limita, extra de accusat. & in cap. literas, numer. 12. de præsumpt. Alb. de Malet. part. 1. cap. 1. numer. 30. seq. iuncto numer. 34. Lanfranc. de testibus, post numer. 62. ante medium, versic. & maxime si frater est testis instrumentarius, Petrus Moncad. in addition. ad Crot. de testibus, part. 4. numer. 120. litera I. in princip. Campeg. reg. 7. (5.) in 1. & 8. fall. vbi ampliat. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in cauf. ciuil. rubric. de testibus, in verbo, personas testium aggrediendo, numer. 4. versic. 2. nisi sit testis instrumentarius, Capol. caus. 219. num. 2. Duen. reg. 383. in fin.* vbi amplius ex Bald. in loco præcitato dicit, quod isto casu frater plene probat, & est omni exceptione maior, *Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, fol. mihi 37. colum. 1. versic. sexto, & fol. 316. colum. 1. versic. 1. Gabriel. rubric. de testibus, conclus. 14. numer. 16.* Ex quibus negari non potest, quin ista limitatio sit * communiter recepta, iunctis iis, quæ generaliter de testibus inhabilibus instrumentariis dicam *infra quæst. 62. nu. ... seqq.* & de parentibus *infra, num. 187.*

LIMITA V. Parte non opponente: † tunc enim frater pro fratre admittitur in testem, etiam in casu, in quo alias non admitteretur, *secundum Bald. in l. si quis testibus, num. 7. C. de testibus, Felin. in cap. literas, num. 14. de præsum. & in cap. cum oporteat, num. 3. versic. quarto limitat. extra de accusat. Aret. in l. qui testamento, §. quacunque, num. 5. ad fin. versic. quinto ad præmissa, ff. de testament. Petrus Moncad. in addit. ad Crot. de testibus, part. 4. num. 120. litera I. versic. idem dicas, Iaf. in l. certi condictio, §. quoniam, num. 13. ff. si cert. pet. at. Gabr. rubr. de testibus, conclus. 14. num. 30. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prat. in cauf. ciuilibus, rubric. de testibus, in part. personas testium aggrediendo, versic. fratres, num. 45. versic quarto, vbi non opponatur, Duen. reg. 383. in 7. limitat. Ioan Ma. Monticell. in suo repertorio testium, fol. 37. colum. 1. versic. 2. Mascard. de probation. concl. 408. nu. 22. lib. 1.* Ex quibus sine dubio apparet, ita se habere communem * opinionem, iunctis iis, quæ de affinibus & cõsanguineis dixi in simili *supra in 1. reg. nu. 61.* & de testibus inhabilibus admittendis parte non opponente dicam, *infra quæst. 62. num. 175. sequentib.* Et hinc notant prædallegati Dd. quod cauti aduocati, & procuratores, citato eorum principali ad videndum examinari testes, &c. semper in principio productionis generaliter opponunt, protestando exceptiones sibi saluas fore, tam in personis, quam in dictis testium productorum, per quam protestationem reseruatur ius opponendi cum excludatur tacitus consensus, *argum. l. si filius, ff. ad Macedon.*

SVBLIMITA Hanc † quintam limitationem, vt 125
procedat, quando testes producuntur contra præsentes, quia tunc non contradicendo, & non opponendo tacite consentiunt: vnde secus si contra absentes, quia tunc cum absens ignoret: ignorans autem non possit dici, quod consentiat, ideo per non contradicentiam non censetur testes approbati, vt in simili de testibus inhabilibus in genere admittendis parte non opponente declarau *infra quæst. ... num. ...* Et in specie de fratribus scripserunt Felin. *in cap. cum oporteat, num. 2. versic. sed quando producuntur contra absentes, extra de accusat. Moncad. in addit. ad Crot. vbi supra num. 120. litera I. versic. & hæc vera, Monticell. d. fol. 37. colum. 1. versic. 2. Duen. d. reg. 383. sub d. 6. limit. & facit, quod generaliter de testibus inhabilibus dixi infra quæst. 62. num. 181.*

LIMITA VI. Vt † etiam frater probet ad fauorem 126
fratris, si est productus ab alio contra fratrem, per regulam generalem, quod etiam inhabiles, & non admittendi probant contra producentem, de qua *in l. si quis testibus, C. de testibus,* & dicam infra in materia testis inhabilis, *quæst. 92. (62.) nu. 211. seqq.* & per ea quæ de affinibus, & consanguineis dixi *supra nu. 7.* & de parentibus dicam *infra in 3. reg. nu. 189.* Et in specie de fratribus sic affirmarunt Bald. *in l. parentes, col. 1. num. 1. versic. aut non est rogatus, & ibidem Salycet. nu. 5. vers. & tunc, aut est productus contra fratrem, C. de testibus, Alb. de Malet. in tract. de testib. part. 1. cap. 1. num. 35. Campeg. de testibus, reg. 5. in 3. fallent.*

Et † ideo si frater examinatur pro informatione Curiæ contra fratrem, & aliquid deponat ad fauorem fratris, probat contra ipsam Curiam, & fiscum, tanquam ab eo productus, *vt per eundem Bald. in d. l. parentis colum. 1. num. 1. versic. & idem duco si est productus per iudicem inquirentem, Salycet. ibidem numer. 5. versic. & idem si est productus per iudicem, Cod. de testibus, Aret. in l. qui testamento, §. quacunque. numer. 6. colum. 4. in princip. versic. sed vel fuit interrogatus à iudice, ff. de testament. Alb. de Malet. de testibus, cap. 1. numer. 36.*

Petrus

Texto deteriorado e/ou Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding

Petrus Moncad. in addit. ad Crot. de testibus, part. 3. post num. 81. literis D.D. versic. & nota etiam quod frater, Campeg. de testibus, reg 5. in 4. fallent. & faciunt, quæ generaliter dicam infra quæst. 62. num. 213.

128 LIMITA VII. Quia † etsi frater non sit testis integer, & omni exceptione maior, *vt dixi supra, num. 87. seq.*

129 † eius tamen depositio suppletur vel ex numero, *vt ex allegatis per Gabr. tit. de testibus, conclus. 14. numer. 3.* vel ex integritate, vel idoneitate coniunctis, *vt per Crot. de testibus, part. 4. numer. 120. Boss. in tit. de oppos. contra test. numer. 65. ad med. versic. & suppletur, & facient, quæ de affinibus, & consanguineis dixi supra in 1. reg. numero 67. seqq. & quæ generaliter de testibus inhabilibus dicam infra quæst. 62. num. 309. seqq. & nu. 328. seqq.*

130 LIMITA VIII. Quando † frater est religiosus, vel etiam laicus summæ & exemplaris bonitatis, ac fidei, quia tunc admittitur in testem, licet alias non admitteretur, *per ea, quæ generaliter de affinibus, & consanguineis dixi supra numero 48. & in specie de fratribus sic affirmarunt Felyn. in cap. literas, numero 11. de præsumpt. & in cap. cum oporteat, numero 3 versic. modo adverte, & ibi etiam Abb. numero 3. Ioan. de Anan. numero 4. Aret. numer. 13. de accusat. Imol. in cap. cum R. Canonicus, numero 8. & ibi Barbat. numer. 16. de offic. delegat. Iason in rep. et. Ladmonendi, numer. 180. versic. item prædicta omnia, ff. de iureiur. Marsil. in pract. crimin. §. 1. numer. 11.*

131 *& in rubr. de fideiuss. n. 124 & in sing. 273.* † Vbi etiam quid de fratre clerico, *de quo etiam & per Monticell. in suo repertorio testium fol. 37. colum. 1. versic. 7. Arsendius de reprob. test. numer. 25 versic. primo. nisi frater. Alb. de Malet. de testibus, cap. 1. numer. 43 addit. ad Lanfranc. de testibus, post numer 62. litera H. in verbo, & affinibus, Crot. de testibus, part. 3. num. 86. & ibi Petr. Moncad. in addit. literis EE. & part. 4. numer. 118. Campeg. de testibus reg. 5. in 1. fallent.* vbi tamen, quod nec isto casu est omni exceptione maior, propter affectionem, *Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in caus. ciuil. tit. de testibus, in part. personæ testium aggrediendo, num. 45. verbo fratres, versic. primo, nisi frater, Duen. reg 383. in 4. limitat. Seraphin. in tract. at. de privileg. iuramen privileg. 132. numer. 22. Hector Æmil. in tractat. de testibus, verbo, testis affines, num. 21. fol. 116. part. 1 & vide quæ generaliter de testibus inhabilibus dixi infra. qu. est. 62. num 562.*

132 LIMITA IX. In casu, † in quo veritas aliter haberi non potest, nam tunc frater pro fratre in testē admittitur, *vt per Aret. in consil. 13. colum. penult. versic. in hac autem, vbi loquitur in 18, quæ verisimiliter, & communiter per alios ignorantur, sicut illum refert Gabr. rubr. de testibus, conclus. 14. numer. 19. & num. 9.* vbi loquitur in defectum aliarum probationum, & Felin. *in cap. literas, colum. 3. post num. 9. sub 5. limitation.* qui quidem Felinus loquitur quoad faciendum indicium ad torturam, de quo tamen mox dicam *in seq. limitat.* vide quæ dixi de affinibus & consanguineis *supra in 1. reg. num. 76. & infra in 3. reg. num. 193.* vbi de parentibus, *& infra quæst. 62. num 50.* vbi generaliter de testibus inhabilibus.

133 LIMITA X. Quia † etsi frater pro fratre contra alium examinatus non probet plene, facit tamen indicium, *secundum Bald. in l. parentes, num. 1. colum. 1. versic. licet faciat aliquod indicium, Gabriel d. conclus. 14. numer. 7. Rota coram d. Cæsare de Grassis, decis. 71. num. 6. iunctis iis, quæ dixi de*

134 *affinibus & consanguineis supra in 1. regul. num. 70.* Sed † an hoc indicium in criminalibus faciat indicium ad torturam? Videtur, quod sic saltem in defectum aliarum probationum, *sicut post Abb. voluit Felin. in dicto cap. literas, numer 9 sub 5. limitat. ad fin. versic. puto tamen, quem refert Gabriel. dict. conclus. 14. num. 9. Campeg. de testibus, reg. 5. in 2. limi-*

135 *tat.* † sed in contrarium est veritas, *vt per Aret. in l. qui testamento, §. quæcunque, num. 6. colum. 4. versic. & ad intellectum, iuncto versic. seq. ff. de testam. Boss. in tit. de opposit. contra test. num. 110. in fin. cum aliis per nos allegatis, supra in 1. reg. nu. 72. vbi de* * *commun* * *opinione testati sumus.*

LIMITA XI. Et generaliter, † vt in omni casu, in quo domestici admittuntur, de quo videbimus *seq. qu.* in eodem casu admittatur etiam frater pro fratre, *vt per Bald. in l parentes, col. 1. num. 1. ad med. versic. hac verum. & ibi Salycet. numer. 5. versic. nisi esset tale quid, Cod. de testibus, Alber. de Malet. in tractat. de testibus, part. 1. cap. 1. numer. 37. Campeg. de testibus, reg. 5. in 5. fallent. Gabr. tit. de testibus, conclus. 14. numer. 26.*

LIMITA XII. In † probanda ætate fratris, nam tunc frater admittitur, *sicut post Socin. & Castrens. in locis per eum allegatis, voluit etiam Gabriel dicta conclus. 14. numer. 32. sed ad hæc vide quæ dixi infra, de parentibus, in seq. regul. numer. 177 seq.* 177

LIMITA XIII. In † causa matrimoniali, *secundum allegatos per Gabr. d. conclus. 14. num. 33. & per Duen. reg. 383. in 1. limitat.* cuius contrarium etsi voluerit Conrad. *in pract. §. 2. de offic. prætor. in causis ciuilibus, rubr. de testibus, in part. personas testium aggrediendo, verbo, fratres, num. 45. versic. quarto in causa criminali, fol. 90. colum. 2.* Vide tamen pro resolutione, quæ de affinibus & consanguineis dixi supra *in 1. reg. num. 64. & seq.* & latius de parentibus infra *in seq. regula, num. ....* 138

SVBLIMITA Modo, † & generaliter omnes præcedentes limitationes pluribus modis, & primo, vt non habeant locum, quando fratres simul habitant: tunc enim concurrit duplex defectus, scilicet affectionis, & domesticitatis, ideo non admittuntur in testes, vbi alias admitterentur *secundum Bald. in l. parentes, numer. 1. in princ. & ad medium, versic. & tunc aut isti fratres simul habitant, Salycet. ibid. numer. 5. versic. primo casu, Cod. de testibus, Aret. in l. qui testamento, § quæcunque, numer. 5. ad fin. versic. secundo adde ff. de testament. Felyn. in cap. cum oporteat, numero tertio, versic. fallit secundo, de accusat. Feder. Schenck in tractat. de testib. numer. 30. versic. quod autem dixi, Auffrer. de reprobat. test. numero 25. versic. secundo fallit, Alber. de Malet. de testibus, part. 1. cap. primo, numer. 38. iuncto numer. 42. vbi testatur de communi* * *opinione. additionator, ad Lanfranc. de testibus, post* * *numer. 62. versic. quod si cohabitat, Campeg. de testibus, regul. 6. in 5. & 7 fallent. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in caus. ciuilibus, tit. de testibus, in parte, personas testium aggrediendo, verbo fratres numer. 25. (45) versic. secundo, nisi simul cohabitent. Nicol. Matarel. in addit. ad Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 23 litera A. versic. qui omnes limitant, Gabriel. in rubric. de testibus, conclus. 14. numer. 18 Diaz. reg 746. sub 6. fallent. Marsil. in l. 1. § ad quæstionem numer. 8. versic. & idem dicas. ff. de quæst. Monticell. in repertorio testium, fol. 36. colum. 2. versic. fin. Vivi. in commun. opin. dicto verbo, testis idoneus est frater, versic. qui quidem Dd. vbi quod ita omnes Dd. vno ore declarant, Menoch. de arbitr. quæst. lib. casu 104. numer. 2. & de* * *communi testatur etiam Soarez in suis commun. opin. litera L. numer. 126. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 408. nu. 8. & 9. & lib. 2. conclus. 814. nu. 4. & conclus. 904. num. 7.*

LIMITA Hanc † primam sublimitationem, vt nō procedat in fratre examinato ad defensam fratris, quia tunc probat, etiam quod insimul habitent, *vt dixi supra, nu 119.* & hic repetere non est necesse. 140

SVBLIMITA II. Eadem † præmissas limitationes, vt pariter non procedant, quando fratres starent in communione bonorum, quia tunc non admittuntur in testes, etiam in casibus alias permissis, *vt per Albert. in l. parentes, numer. 2. post medium, Cod. de testibus, Felin. in cap. literas, numer 6. de præsumpt. Nepos de Monte Albano in tractat. de testibus, numer. 48. Feder. Schenck de testibus, numer. 30. versic. quod autem dixi, Nell. de testibus, post numer. 8. versic. nisi habeant omnia bona communia, Alb. de Malet. de testibus, part. 1. numer. 27. in fin. iuncto num. 42. vbi testatur de communi* * *opinione, Lanfranc. de testibus, ad cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, numer. 62. extra de probation. vbi etiam de communi, Petr. Moncada in addit. ad Crot. de testib.* 141

de testib. part. 4. nu. 17. lit. G. vbi alios adducit, Campeg. de testib. reg. 6. in 2. fallen. Diaz. regul. 476. sub 6. fall. Alciat. de præsumt. reg. 1. præsumt. 23. num. 2. versic. nisi in ea causa ageretur. Gabriel. d. conclus. 14. n. 21. Mascar. de probat. lib. 2. concl. 811. n. 3.

142 Sublimita III. quando † fratres starent ambo sub patria potestate, quia non potest vnus pro altero testificari, etiam in casu, in quo alias posset, vt per Bartol. *in l. parentes. post num. 4. Alb. ibid. n. 4. post med. C. de testib. Bar. in l. qui testamento. §. quæcunque. post num. 6. Aret. ibid. colum. 3. ad medium, num. 5. versic. & consequenter. ff. de testament. Felyn. in cap. cum oporteat. num. 3. versic. fallit primo, de accusat. & in cap. literas. numer. 7. de præsumpt. Angel. de Perus. in quæst. an frater possit esse testis in causa crimin. &c num. 31. Feder. Schenck. de testib. num 30. versic. quod autem dixi. Auffrer. de reprobat. test. numer. 25. versic. fallit autem. Alb. de Malet. in tract. de testib. part. 1. cap. 1. num. 41. vbi testatur de communi* * *Dd. opinione. Petr. Moncad. in addit. ad Crot. de testib. part. 4. num. 17. lit. G. versic. item limita. Campeg. de testib. reg. 6. in 1 fallent. addit. ad Alc. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 23. litera A. versic. qui omnes. Diaz. d. reg. 746. sub eadem 6 fallent. Marsil. in l. 1. § ad quæstionem. numer. 8. versic. fallit, nisi sint sub eadem potestate. Gabr. tit. de testib. conclus. 14. num. 20. Soarez. in suo thesauro recept. sentent. litera T. numer. 126. vbi etiam de* * *communi, Conrad. in pract. vbi supr. d. nu. 45. versic. primo scilicet, &c. Vivi. d. verb. testis idoneus est frater. versic. qui quidem Dd. &c. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 408. n. 7. & lib. 2. concl. 811. n. 2.*

143 Sublimita IV. vt † nec pariter in casu alias permisso frater pro fratre admittatur in testem, quando inter eos esset magna affectio: & an inter eos talis vigeat affectio, iudicis arbitrio remittitur, *vt per Menoch. de arbitr.*

144 *quæst. lib. 2. casu 104. num. 3.* Nec mirum, quia † probatio, quæ ex fratris depositione resultat, quanta sit, iudicis arbitrio remissum esse, plures asseruerunt, inter quos fuerunt Bart. *in l. parentes. n. 4. C. de testib. Alc. d. reg. 1. præsumt. 23. post nu. 6. & in addit. litera B. Boss. de oppos. cont. test. n. 109. ante med. Gabriel. d. concl. 14. n. 2. & faciunt, quæ de affinibus & consanguineis dixi supr. in 1. reg. num. 63.*

ARGVMENTVM.

Parentes pro filiis, & econtra, quando recipiantur in testes, & recepti, quam faciant fidem.

SVMMARIA.

Pater pro filio, & econtra, ad testificandum non admittitur, & admissus non probat, n. 145.

Mater non admittitur ad testificandum pro filio, n. 126. & seq.

Pater non admittitur ad testificandum pro filiis, nepotibus, pronepotibus, & aliis descendentibus, vsq; in infinitum, siue masculi, siue fœminæ sint, n. 148.

Pater testis esse non potest pro extraneo in causa, in qua filius est procurator, n. 149. Contra, n. 150. Distingue, vt n. 151.

Filius testis esse non potest pro extraneo in causa, in qua pater est procurator, n. 152. contra, n. 153.

Filius etiam emancipatus pro patre testis esse non potest, & econtra, n. 154. & 156. vbi de veriori & magis communi opinione, licet aliqui contrarium dixerint, n. 155.

Ascendentes testes esse non possunt pro descendentibus, etiam quod eos non habeant in potestate, & sic nec ascendentes ex linea materna admittuntur ad testificandum pro descendentibus, n. 156.

Pater testis esse non potest pro filiis naturalibus, spuriis, & incestuosis, n. 157. & seqq.

Filius adoptivus testis esse non potest pro patre adoptante, & econtra, n. 160.

Nutrix & nutritor testis esse non potest pro suo alumno, & contra, num. 161. seq. contra, num. 163. Dic, quod prima opinio procedit, quando insimul habitant; Secunda, quando non habitant insimul, num. 164. & seq. Sed melius dic, quod siue insimul habitent, siue non, nunquam sunt testes idonei, num. 166. seq. Vel potius dicas, id totum iudicis arbitrio remissum, n. 168.

Priuignus testis esse non potest pro vitrico, & econtra, n. 169.

Parentes non possunt cogi ad testificandum contra filios, & econtra, nu. 170. Limita in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, n. 171. licet isto casu iudex se abstinere debet, quantum potest ab examine parentum contra filios, & filiorum contra parentes, n. 172. Limita 2. in crimine læsæ maiestatis, n. 173. Limita tertio in crimine hæresis, n. 174.

Parentes, nec etiam volentes, examinari possunt contra filios, & econtra, n. 175. declara, vt n. 176.

Parentes admittuntur ad probandum ætatem filiorum, nu. 177. Limita non quo ad plenam probationem, sed quoad præsumptionem tantum, num. 178. Hæc autem præsumptio primo transfert onus probandi contrarium in aduersarium, n. 179. Secundo, iuncta cum alio adminiculo inducit maiorem probationem, num. 180. Tertio, iuncta cum alio teste, facit plenam probationem, numer. 181. post facit etiam plenam probationem, quando non agitur de commodo, aut incommodo ipsius filij, n. 182.

Parentes admittuntur in testes pro filiis, & econtra, quando eorum depositione nulla resultat vtilitas ipsi filio, nu. 183. contra, n. 184. Declara, vt d. n. 184.

Parentes admittuntur in testes pro filiis, in causa religionis, num. 185.

Parentes admittuntur in testes pro filiis in causa status, n. 186.

Filij sunt idonei testes in instrumento patris celebrato cum aliquo extraneo, nu. 187. Limita, quando contrahens cum patre sciebat, testem esse eius filium, alias secus, n. 188.

Parentes & filij probant contra producentem, n. 189.

Parentes & filij probant, quando producuntur de consensu partium, n. 190.

Parentes admittuntur in testes pro filiis in causa matrimonij, n. 191. Declara, vt n. 192.

Parentes pro filiis admittuntur in testes, & econtra, in factis occultis, & difficilis probationis, n. 193. & 194. vbi idem in factis, quæ melius sciri possunt per ipsos, quam per alios.

Pater testis esse potest in testamento filij testantis de castrensi peculio, n. 195. Limita, dummodo filius testetur in castris, & militia, aliter secus, n. 196. Limita 2. quia non econtra filius est idoneus testis in testamento patris, n. 197.

Pater spiritualis pro filio, & econtra, testis esse potest, num. 198. Licet contrarium tenuerint relati, num. 199. Limita, quia non sunt testes integræ fidei, & omni exceptione maiores, num. 200. licet contrarium dixerint relati, nu. 202. seq. & quantum de eorum fide sit detrahendum, remittitur arbitrio iudicis, num. 204. Limita 2. in criminalibus, n. 201. & quid in causa matrimonij, n. 203.

Pater pro vno filio contra alium est idoneus testis, n. 205.

Filij testes esse possunt in fauorem cessionarij ipsius patris, numer. 206.

Parentes pro filiis possunt esse testes in causa correctionis, vel prohibitionis peccati, n. 207.

Parentes admittuntur in testes ad defensionem filiorum, ac ad illorum innocentiam probandam, num. 208. Præsertim quando parentum testimonium habet contestem extraneum, numer. 209.

QVÆSTIO LIV. REGVLA III.

REGVLA tertia sit † in proposita quæstione, quod pater pro filio, & filius pro patre testis idoneus nō est, ad text. expressum, & ibi notant omnes, *in l. testis idoneus. ff. de testib. cap. si testis. versic. item testis idoneus. 4. quæst. 2. & 3.* Imo nec ad testificandum admittuntur, *l. parentes. iuncta gloss. ibi, in verb. aduersus se. Bartol num. 2. Salyc. in summario, C. eod. & per ista iura hanc regulam firmarunt gloss. in c. super eo. in gloss. 1. circa fin. vers. in aliis vero causis. & ibi Innoc. in prin. Hostiens. pariter in princ. vers. & ita videtur iuncto vers. in aliis vero contestib. Anton. de Butr. col. 1. in fin. vers. solutio, dicit gloss. & c. extr. de testib. Specul. in tit. de teste. §. 1. num. 2. vers. item quod est parens. & ibi in addit. lo. Andr. in lit. F. super verbo, id velit. idem Anton de Butr. in cap. videtur in 7. notab. & ibi* 143

Texto deteriorado e/ou Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

Card. in 3. notab. Propos. colum. 1. versic. item nota, qui matrem accus. poss. Nepos de Monte Albano in tract. de testib. numer. 12. vbi reddit rationem, quia scilicet pater & filius sunt domestici, & numer. 47. & 46. reddit aliam rationem, quia scilicet censentur vna & eadem persona, & vox vnius, vox alterius, Nell. de testib. numer. 7. Aufrer. de reprobat. test. num. 77. Alb. de Malet. de testib. num. 1. num. 4. & num. 21. Lanfranc. de testib. num. 59. vers. & dic, quod in omnibus. Crot. de testib. part. 4. num. 110. & num. 116. Campeg. de testib. reg. 1. in prin. & vers. quarto habet locum. & reg. 3. etiam in prin. & regul. 4. vers. 2. quia si iudex. Rebuff. in tract. de reprob. & saluat. testium, in verb parentes. num. 376. Capoll. caut. 219. in princ. Socin. reg. 427. in prin. Gabriel. tit. de testib. concl. 17. num. 2. & numer. 5. Grammat. decis. 48. num. 13. Bertrand. cons. 209. num. 1. vol. 2. vbi de communi, Paris. cons. 58. in prin. vol. 4. idem Grammat. decis. 45. num. 16. Iacob. Nouell. reg. 216. num. 5. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in caus. ciuilib. tit. de testib. in sectione, personas testium aggrediendo. num. 43. verbo, parentes. in princ. Roland. cons. 9. num. 32. vol. 3. Monticell. in repertorio testium, pag 38. col. 1. vers. 3. & vers. 5. & fol. 52. col. 2. vers penult. Viui. in commun. opin. in verbo, testificari, vel testis esse non potest pater

* pro filio. in princip. vbi, quod ita se habet communis * omnium scribentium opinio in variis locis, Michael. Cras. in commun. opin. lib. 2. cap. 17. quæst. 1. vbi, quod hoc in iure est clarissimum, & de communi etiam testatur Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1148. num. 1. & 2. & num. 13. vbi reddit aliam rationem, videlicet ob amorem, quo mutuo se summe prosequi prælumuntur parentes & filij, & num. 10. vbi post Ioan. Andr. Guid. de Suzzar. & Campeg. quos allegat, dicit, in tantum patris testimonium repelli in causa filii, & econtra, vt si iudex pronuntiando contrarium declararet, talis declaratio est nulla, tanquam contra ius naturale, & conclus. 1357. num. 44.

146 * AMPLIA I. vt & † idem sit in matre, secundum communem * mentem omnium præcitatorum Dd. sed in specie hoc idem voluerunt Bart. in l. qui testamento. §. quæcunque. num. 4. Bald. ibid. colum. 2. in prin. vers. in ea gloss. ibi, mater, &c. Aret. num. 4. colum. 2. in prin. vers. quantum, vt dicit gloss. &c. Spec. d. num. 2. vers. idem intellige in matre. Angel. Aret. in §. pater. col. 2. num. 3. vers. quid in matre. Instit. de testa. Stephan. Aufrer. in addit ad Capell. Tholos. dec. 3. sub num. 2. vers. & idem in matre. idem Aufrer. de reprobat. testium, nu. 16. Nell. de testib. num. 7. Lanfranc. de testib. ad cap. quoniam contra. in verb. testium depositiones. num. 59. vers. & intellige. Crot. de testib. par. 4. n. 210. vers. nam si mater. Campeg. de testib. reg. 2. vers. 3. quia mater. Conrad. in pract. vbi supr. d. verbo, parentes. post nu. 43. fol. mihi 89. col. 2. Gabr. tit. de testib. concl. 17. nu. 4. Mascar. de probat. lib. 3. concl. 1148. num. 4. vbi dicit, quod ita

* tradunt etiam omnes * scribentes in d. l. parentes. C. de testi. Ratio huius ampliationis duplex est, tum quia eadem affectio, quæ est in patre erga filios, militat etiam in matre, & forsan maior, quia mulieres sunt faciliores ad amandum, ac etiam faciliores ad peierãdum, ergo æque à testimonio, sicut pater, mater iure repelli debet. Tum

147 etiam, quia † appellatione parentis & matrem cõtineri scribit Iurisconsultus in l. appellatione parentis. ff. de verb. sign.

148 AMPLIA II. vt in † proposito parentum & filiorum appellatione veniant omnes ascendentes & descendentes, tam masculi, quam fœminæ, vsque ad infinitum, secundum Cyn. in d. l. parentes. n. 1. vers. iuxta legem ist. em. post gl. ibi 1. Bart. nu. 1. Bald. in summario, Salyc. nu. 1. C. de testib. Sue de teste. §. 1. n. 2. ibi, & hoc in ascendentibus, &c. Nepos de Monte Albano in tract. de testib. nu. 45. vers. & quod dico de patre. Nell. de testib. n. 7. vers. item in ascendentibus. Alb. de Malet. de testib. part. 1 cap. 1. n. 1. vers. & hoc est intelligendum. Lanfranc. de testib. ad cap. quoniam contra. in verb. testium depositiones. nu. 59. vers. & intellige. Crot. de testib. part. 4. nu. 110. vers. & parentes intelligo. Campeg. de testib. reg. 1. vers. quod habet locum. & reg. 2. in prin. Conrad. in pract. §. 2. de offic pretor. in caus. ciuil. rubr de testib in parte personas testium aggrediendo. verb. parentes. post n. 43. Nouell. reg. 216. n. 5. Gabr. tit. de testib. concl. 17. n. 1. Mascar. de prob. lib. 3. concl. 1148. n. 3. ex quibus apparet, hanc ampliationem communiter * esse à Dd receptam. *

149 AMPLIA III. vt † nec pater possit esse testis pro extraneo in causa, in qua filius est procurator, secundum Bart in l. qui testamento. §. quæcunque. in princ. colum. 1. vers. & si plus repellerentur. & num. 3. per totum in discursu, & ibidem Alb. num. 4. Bald. col. 1 vers. in ea gloss. ibi, quia plus diligit filium, &c. Aret. num. 6. col. 4. in fin. vers. & isto modo bene sequitur illatio, vbi testatur de communi * opinione, ff. de testam. * nam, vt inquit ibidem Aretinus, siue ex testificatu patris acquiratur filio, siue acquiratur ipsi patri, siue etiam tertio in omni casu, pater non potest testificari de facto filij, Alb. de Malet. in tract. de testib. part. 1. cap. 1. num. 19. vers. secus tamen est. Lanfranc. de testib. num. 6. vers. non econtra. Gabriel. tit. de testib. conclus. 17. num. 3. Mascard. de probat. conclus. 1148. num. 11. lib. 3.

150 Contrarium, quod † imo isto casu pater possit esse testis in causa, quam filius procuratorio nomine agit, suadetur ex traditis per eundem Alb. in d. §. quæcunque. num. 5. vers. aliqui tamen. vbi dixit, quod aliqui moderni, quorum opinio ipsi non displicet, affirmant, se non videre rationem probabilem, quare pater in causa filij repellendus sit à testimonio, quando negotium non spectet, nec ad patrem, neq; ad filium, prout est, quando filius agit, vti procurator alterius: tunc enim, inquit Alber. cessat omnis ratio affectionis, & videtur pater, tanquam pro extraneo deponere, ideo non deberet repelli. Et ista fuit principaliter opinio Raynerii, prout dicit ibi Alber. quam etiam sequi videtur idem Bald. post dict. vers. in ea gloss. &c. iuncto seq. ver. sed hoc non approbo. vbi expresse cum Raynerio reprobat opinionem illam, quod filius procurator extranei alicuius causæ non possit patrem producere in testem in illa causa. Isto enim casu, inquit Bald. non dicitur pater testificari filio, sed domino causæ, ideo nihil est, quin possit pater produci in testem, in ea causa, in qua filius est merus litis procurator. Nec obstat, inquit ibid. Bald. d. col. 1. in fin. ver. in ea. gl. ibi, ratione affectionis, &c. quod affectio, quæ mouet filium procuratorem, mouet etiam patrem, quia, vbi filius nõ est causa efficiens, sed vt minister, vt in officio procuratoris, ista affectio verisimiliter nec cadit, nec cadere debet, & propterea, vbi filius non prætendit proprium interesse, pater admittitur. Addo & pro hac eadem contraria opinione Crot. de testib. part. 4. num. 116. vers. quinimo Socin. reg. 427. in 4. fall.

151 Quid dicendum? Vide † pulchram doctrinam & distinctionem Aret in §. pater. n. 2. Instit. de testam. vbi magistraliter, & multum bene, iudicio meo, loquendo dixit, quod si non agitur de probando factum filij, sed de alia re, aut negotio, & tunc sine dubio pater potest esse testis in causa, in qua filius est procurator, arg. text. in l. pater. & in l. testium. in prin ff. de testib. Si vero agitur de probando factum filij, & illud sit tale, vt ex eo teneatur suo principali ad interesse, vtputa si fuerit negligens, & cõtumax, iuxta l. eum qui res agit. C. de procuratorib. Et tunc si tractetur de probando, quod is non fuerit contumax, pater non erit legitimus testis, quia in effectu testificatur ad vtilitatem filij, & ad illius commodum: secus si factum sit tale, vt ex eo filius non reportet aliquod commodum, seu incommodum, damnum, aut infamiam, iuxta l. plane. §. fin. ff. de legat. 1. tunc enim pater admittitur, cum non dicatur testificari filio, sed domino, iuxta Baldi considerationem, & dicam latius infr n. 183. & Aretinum refert & sequitur Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1148. num. 12. Sed ego credo, quod in omni casu pater non sit omni exceptione maior, propter affectionem & desiderium, quod præsumitur habere, vt filius etiam vti procurator, alterius victor remaneat in illa causa, quam procuratorio nomine agit.

Limita

152 Limita propositam † tertiam ampliationem, vt licet pater non possit esse testis pro filio agente procuratorio nomine: non tamen econtra sic est in filio, qui poterit testificari in causa, in qua pater est procurator. Et ratio differentiæ est, secundum gloss. in d. l. qui testamento. §. quæcunque. ff. de testament. quia plus diligit pater filium, quam filius patrem. Ita per hanc rationem hanc limitationem firmarunt Bartol. in l. parentes. num. 2. C. de testib. & in d. l. qui testamento. §. quæcunque. in princip. colum. 1. ver. & si plus. & num. 1. iuncto num. 3. vbi de materia, Alb. ibid. num. 4. versicul. si autem nullum commodum. Aretin. etiam numer. 4. colum. 1. vers. & ad istum textum, vbi testatur de commu-

* ni * opinione, & colum. 2. vers. si ergo pater. vbi, quod in hoc gloss. ibi communiter approbatur. Socin. reg. 427. in 3. fall. Angel. Aret. in §. pater. num. 2. vers. aut in aliis negotiis. & ver. & ex his apparet differentia. Instit. de testam. vbi, quod filius potest esse testis in causa, in qua pater est procurator, siue quæratur de facto patris, siue non, dummodo nihil ipsi patri quæratur, aut de illius commodo agatur, Lanfranc. de testib. ad cap. quoniam contra. in verb. testium depositiones. nu. 60. de probat. extr. relati per Alber. de Malet. in tract. de testib. part. 1. c. 1. num. 19. in prin. & per Crot. de testib. part. 4. num. 116. ver. est tamen differentia.

153 Contrarium, quod † imo nec filius possit produci in testem in causa, in qua pater est procurator, affirmarunt Bald. in d. §. quæcunque. colum. 1. vers. in ea. gloss. ibi, nec patri, nec filio. Et hanc opinionem licet contrariam dixerit, vt supr. communem, sibi magis placere asserit Aret. ibid. in d. §. quæcunque. num. 5. colum. 3. vers. sed illa leges. vsq; ad vers. & consequenter tractauit hic Bartol. &c. Ea potissimum ratione, quia maior est reuerentia filij erga patrem, quam patris erga filium, licet amor patris in filium sit maior, quam filij in patrem, & sola reuerentia sufficit ad repellendum testem, vt dicitur de liberto & patrono. Ideo si pater non potest esse testis in causa, in qua filius est procurator, ob amorem, quo prosequitur ipsum filium, ita econtra, nec filius poterit esse testis in causa, in qua pater est procurator, ob reuerentiam, quam patri debet. Et cum hac contraria opinione pertransit etiam Alber. de Malet. in tract. de testib. part. 1 cap. 1. num. 22. vbi mouetur alia ratione, quia scilicet procurator litigando efficitur dominus litis & instantiæ. Sed vbi filius est dominus, pater est suspectus tanquam testificans in causa ad filium spectante: ita econtra filius erit suspectus, si testificetur in causa, in qua pater agit procuratorio nomine, ex quo similiter pater efficitur dominus litis, & instantiæ, (sed certe hæc Alberici consideratio non est generalis, sed tantum restricta ad casum, in quo pater est effectus dominus litis.) addo & Crot. de testib. part. 4. numer. 116. ver. cui opinioni. vbi comprobat Aretini opinionem, & rationem, & ibi Petr. Monca. in addit. liter. E. vbi sequitur Alber. de Malet. in loco præcitato. Et hæc vltima opinio videtur mihi verior & rationabilior, declarata tamen, vt dixi in simili de patre testificante in causa, in qua filius agit procuratorio nomine, supr. num. 151.

154 AMPLIA IV. propositam † tertiam regulam procedere etiam in filio emancipato. Is enim non poterit in testem produci ad fauorem patris, nec econtra, secundum gloss. in l. parentes. C. de testib. & in cap. si testis. in verb. filio. 4. q. 3. Bartol. in l. qui testamento. §. quæcunque. num. 2. iuncto num. 3 vers. secundo quæro. ff. de testament vbi & iure & ratione hanc comprobat ampliationem, & respondet contrariis, Spec. in tit de teste, §. 1. num. 2. in fin. Aufrer. de reprob. test. num. 77. Alber. de Malet. de testib part. 1. c. 1. num. 2. & num. 20. Lanfranc. in repet. c. quoniam contrà. in verb. testium depositiones. post num. 59. extra. de probat. Crot. de testib. part. 4. num. 116. vers. item habet locum. vbi reddit duplicem rationem. Prima est. nam vt supr. dixi, si mater, quæ nunquã habuit filium in potestate, non potest pro eo testificari, multo minus hoc poterit pater pro filio emancipato, quem aliquando in potestate habuit. Secunda ratio, quia licet cesset patria potestas per emancipationem, non tamen cessat paternus in filium affectus (ob quam repellitur à testimonio,) l. iura sanguinis. ff. de reg. iur. Et ita etiam per hanc rationem eandem ampliationem secuti sunt Campeg. de testib. reg. 2. vers. secundo quando. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in causis ciuilib. tit. de testib. sectione, personas testium aggredendo. verb. parentes post numer. 43. Gabriel. tit. de testib. conclus. 17. nu. 7. Viui. in commun. opin. verbo, testificari, vel testis esse non potest pater pro filio. versic. ampliatur isto conclusio. vbi testatur de communi * opinione, & * de communi etiam Mascar de probat. lib 3 concl 1148. n. 5. seqq.

155 Et licet † contra hanc ampliationem sensisse videantur Alber. in d. l. qui testamento. §. quæcunque. num. 5. Bald. ibid. col. 1. vers. in gloss. refert, &c. Aret. num. 4. vers. sic ut ampliatus, vbi subtiliter loquitur & ratione comprobat hanc contrariam opinionem, quam etiam * communem attestatur, ff. de testim. Butr. in tract. de testib. num. 6. sicut illum refert Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verb. pater pro filio. fol. 53. col. 1. vers. fin.

156 Non per hoc tamen ab ea recedas, quia † & verior, & communior est, & comprobatur auctoritate plurium aliorum Dd. qui affirmant, ascendentes non posse pro descendentibus testificari, & econtra, etiam quod ij non sint in illorum potestate. Et sic regula procedit etiam in ascendentibus ex linea materna, qui tamen filios non habent in potestate, vt per Bartol. in l. parentes. post num. 1. & ibidem Alber. numer. 1. ad finem, vbi hoc tenet & reprobat contraria. C. de testib. Alber. de Malet de testib. part. 1. cap. 1. num. 1. vers. hoc ibi verum. vbi testatur de communi * opinione, & num. 2. vbi reddit rationem, & num. 3. Lanfr. de testib. num. 59. ver. & intelligo. Campeg. de testib. reg. 2. vers. secundo habet locum. & vers. seq. & regul. 1. vers. quarto. quia idem dicendum. Gabriel. tit. de testib. conclus. 17. num. 6. Ergo & idem dicendum est in filio emancipato, licet is non maneat in paterna potestate.

157 AMPLIA V. vt regula † procedat non solum in filiis legitimis & naturalibus, verum etiam in naturalibus tantum, & quod plus est, in spuriis, ac incestuosis, & quoad naturales, res procedit de plano, cum filiorum appellatione & illi continentur, l. Lucius Titius. in fin. ff. de legat. 2. §. negatio. in auth. de incest. & semiss.

158 Quo vero † ad spurios, licet quidam dixerint, quod filii non nominantur, per text. in § fin. in auth. quib. modis natural. effic. sui l. vulgo. & l. lex naturæ. ff. de statu homin. Aliqui † autem dixerint, quod & spurij filij appellentur, ly per text. in § si quis aduersus. Instit. de nupt. & in l. fin. C. ad Tertull. & in § si quis autem defunctus. in auth. quib. mod. natur. effic. sui. vtcunque sit, negari tamen non potest, quin ratione sanguinis repellantur, cum etiam in illis vigeat affectionis ratio, quæ testes repellit, &, vt experientia docet, quandoque plus diligimus naturales, & spurios, quam legitimos, & naturales. Sic itaque per hanc ac similes rationes hanc ampliationem posuerunt Alber. in l. parentes. in fine principij. ver. & dic hanc legem locum habere. iuncto num. 1. & num. 4. ver. & idem in naturali & spurio. C. de testib. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de teste. §. 1. in addit. litera F. in addit. incip. nec sufficit iudicis. super verbo, id videt quem refert & sequitur Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. num. 44. ff. ad Trebell. Fel. in c. cum oporteat. n 3. vers. de qua vltra prædict. extr. de accusa. Alber. de Malet. in tract. de testib. part. 1. c. 1. nu. 5. & 7. Lanfr. de testib. post n. 59. Crot. de testib. part. 4. n. 116. vers. ista conclusio habet locum. Conrad. in pract. §. 2 de offic. prætor. in causis ciuilib. rubr. de testib. in parte, personas testium aggrediendo. verb. parentes post num. 44 fol. mihi 89. col. 2. Gabriel. tit. de testib. conclus. 17. num 8. Ioan Mar. Monticell. in suo repertorio testium. fol mihi 52 col 1. vers. 4. Mascard. de probat. lib 3 conclus. 1148. num. 8. seq. Et sic vides, ita se habere communem * Doctor opinionem, qua multum agg[illegible]

* C 2 [illegible]

quando concurreret cohabitatio filii, & patris: nam tunc concurrit etiam ratio domesticitatis, quæ de se sola repellit testem, *vt infr. dicam in seq. q.* & in specie considerat Ioan. Andr. *in loco præcitato.*

160 AMPLIA VI. vt † & idem sit in filio legitimo, & non naturali, vtputa in adoptiuo, nam & is non potest ad fauorem patris testificari, & econtra, si sit in illius potestate, secus si non sit in potestate patris adoptantis, & dissoluta sit adoptio, *secundum * communem Doctorum distinctionem, de qua per Salycet. in l. parentes. num. 1. vers. sed quid de adoptiuo. C. de testib. Alb. de Malet. de testib. part. 1. cap. 1. num. 24. Campeg. de testib. reg. 1. in 6. & 10. fall. & reg. 2. ver. quarto filii adoptiui. Conrad. vbi supr. d. num. 44 fall. 89. col. 2. Mascar. d. concl. 1148. n. 18. seq. Hector Æmil. in tract. de testib. ver. adoptans. num 1 fol. 48. part. 1.*

161 AMPLIA VII. in nutritore † & nutrice, quos pro suis alumnis, & econtra, testes esse non posse, tradiderunt Salycet. *in l. testis idoneus. num. 2. ff. de testib.* vbi indistincte tenuit, quod etiam finito tempore nutritionis, ac etiam, quod non duret cohabitatio in eadem domo, quia semper durat eadem affectio, ideo semper à testimonio repellantur, Ferret. *consil. 8. numer. 22.* vbi, quod nutrix regulariter testis esse non potest, *prout illum refert Io. Mar. Monticell. in suo repertorio test. verb. nutrix. fol. 52. col. 1. ver. 5.* Nouell. *reg. 216. num. 78.* vbi, quod alumnus testis esse non potest pro alimentatore, cum vices patris obtineat. Et hoc propter benevolentiam, ac reverentiam, quam habet erga ipsum, *argumento l. qui parentis. ff. solut. matrimon. cum alijs ibi per eum allegatis, quod & idem affirmat: Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 77. num. 12. & refert ac sequitur Hector Æmilian. tract. de testib. verb testis alumnus, folio*

162 *mihi 148. num. 1. & 2.* Magnus enim † & incredibilis est nutritorum & nutricum amor in alumnos, & propterea eos patris nomine contineri voluit Alciat. *in l fin. numer. 5. C. de in ius vocand. & lib. 4. Parerg. iuris, cap. 3.* Et plura priuilegia à iure patribus concessa nutritoribus etiam competere, scripserunt Tiraquell. *in l. si vnquam. numer. 49. 53 & 54. C. de reuocand. donation. in verb. susceperit liberos. Petr. à Placa in tract. epitom. delict. cap. 42 num. 7. & 8. prout bene refert Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 101. num. 3 & 4.*

163 Contrarium, quod † imo nutritor & nutrix possit esse testis pro suo alumno, voluit Petr. à Placha *in epitom. delict. c. 42. num. 12. lib. 1. allegat. in quibus Bartol. in l. de tutela, post n. 11. C. de in integr. restit. Bald. & Salyc. in l. parentes. C. de testib. quos etiam refert Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. d. casu 101. num. 1.*

164 Sed certe † Bartol. *in d. l. de tutela.* loquitur non generaliter, sed tantum in probatione ætatis ipsius alumni, quo casu non est mirandum, si nutritores & nutrices admittuntur in testes, quia ad illam probandam admittuntur etiam parentes, *vt infra dicam, nu. 177. & cum Bart. ibid. dixerunt etiam Steph. Aufrer. in tract. de reprobat. test. n. 73. Petr. Moncad. in addit. ad Crot. de testib. part. 4. n. 111. litera B. Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verb. nutrix. fol mihi 52 col. 1. vers. 4. Mascar. de probat. lib. 2. concl. 1116. n. 4. vbi alios adducit.* Baldus autem & Salyc. per Placham allegati *in d. l. parentes.* non loquuntur generaliter, aut simpliciter, sed tantum finita domesticitate, & post tempus nutritionis, de quo mox dicam *in sequētis distinctione.*

165 Ideo pro † concordia communiter * distinguitur per Dd. quod si nutritores & nutrices adhuc habitant, & manent in domo ipsius alumni, & tunc quidem non admittuntur pro illis in testes, secus si extra habitent, *vt per Bald. in d. l. parentes. num. 3. in fin. vers. in patre vero nutritore. & ibidem Salycet. n. 3 vers. quid de patre per nutritionem. C. de testib. Alber. de testib. part. 1. c. 1. num. 26. Lanfranc. de testib. ad cap. quoniam contra. in verb. testium depositiones. num. 61. in fin. vers. volens autem, extra, de probat.* vbi, quod hæc est

* communis Doctorum distinctio. Petr. Moncad. *in addit. ad Crot. de testib. part. 4. num. 110. litera A. in fine additionis, vers. item dubitatur. vbi pariter testatur de communi. Campeg. de testib. reg. 1. in 11 fallen. Socin. sen. in cons. 45. colum. 3. num. 7. vers. nec obstet, quod dicitur. lib. 3. Io. Mar. Monticell. in repertorio testium, verb. nutritor. fol. 52. col. 1. vers. penult. Mascard. d. concl. 1116. num. 1. & 2. vbi etiam de * communi, Rota coram de * Cæsare de Grassis, decis. 72. num. 11.* quicquid in contrarium & indistincte nullo vnquam tempore hos admittendos in testes senserit sibi parum constans Salyc. vbi sup. allegatus, *in l. testis idoneus. n. 2. ff. de testib.*

Verum † si intus penetretur vis præpositæ communis distinctionis, omnino apparebit ex ea confirmari affirmatiuam opinionem, quod scilicet nutritores & nutrices regulariter admittantur in testes ad fauorem alumnorum. Nam dum Dd. prælegati id negant procedere, quando alumnus insimul cohabitat cum nutritore, & nutrice, hoc euenit non propter causam affectionis orientis ex nutritione, sed ex domesticitate, & cohabitatione, quæ sola etiam circumscripta nutritione facit, vt testes non admittantur, *vt infra dicam in seq. quæst.* Sed ego † credo, & verius etiam, quod si alumnus, & nutritor, ac nutrix insimul non habitent, adhuc vel repellantur à testimonio, vel saltem inuicem non sint testes omni exceptione maiores, propter affectionem, quam insimul habere præsumuntur. Lex etenim nutritorem loco patris habet, *l. si quis alumnam. C. de nupt.* & quandoque euenit, vt tantus sit nutritoris in alumnum amor, vt illum vice filij habeat, & econtra alumnus educatorem loco parentis amet, teste Marco Tullio de amicitia, relato per Menoch. *d. casu 101. num. 1. & seqq.* vbi † propterea post Io. de Plat. & Oliuer. Textor. quos allegat, id totum affirmat remissum arbitrio iudicis, qui iuxta qualitatem & quantitatem affectionis, quam cognouerit intercedere, vel non, inter alumnum, & nutritores, illos inuicem admittet, vel non admittet in testes, quod & idem voluerunt Nouell. *in reg. 216. n. 78. in fin. Mascar. concl. 1116. n. 3. Hector Æmil. de testib. verb. testis alumnus. in fin. fol. mihi 148. part. 1. nec dissentit Rota, coram d. Cæsare de Grass. d. decis. 72. n. 12.*

Et de collactaneo, hoc est, fratre lactis, vt vocant, quod non prohibeatur testimonium ferre pro suo collactaneo, tenuit Rota, *coram d. Cæsare de Grassis 82. n. 8.*

166 AMPLIA VIII. regulam † procedere etiam in priuigno, & vitrico, sicut per text. *in l. lege Iul. ff. de testibus.* affirmauit Conrad. *in pract. §. 2. ff. de offic. prætor. in causis ciuilib. rubr. de testib. in parte, personas testium aggrediendo. verb. parentes. post num. 44. fol. mihi 89. colum. 2.* Et an istorum vnus possit cogi ad ferendum testimonium contra alium, dixi *infr. q. 78. n. 82.*

167 AMPLIA IX. vt † parentes non possint cogi ad testificandum contra liberos, & econtra, text. *in l. parentes. & ibi notant omnes, ac præsertim Salyc. in princip. versic. nota, quod cogi non debent. C. de testib.* inquit enim Imperator in ea lege: *Parentes & liberi inuicem aduersus se, nec volentes ad testimonium admittendi sunt.* Alber. de Malet. *in tract. de testib. part. 1. cap. 1. num. 15.* vbi post Ioan Andr. ad Specul. quem allegat, dixit, quod iudex non potest infingere hanc prohibitionem, vt filius testificetur contra patrem, quia est introducta ex quadam reuerentia, & iure quodam naturali, quibus non potest per iudicem derogari, *arg. text. in l. 1. §. si vero. ff. de test.* Et hoc esse notandum, admonet ibi Alber. contra illos imperitos iudices, qui volunt producere testes non modo extraneos, sed filios contra parentes. Et ita communiter * teneri per Dd. affirmauit Anton. Gomez. *var. resolut. tom. 3. c. 12. rub. de prob. delict. post num. 12. vers. quod est verum.*

168

169

170

171

LIMITA I. hanc nonam ampliationem, vt † non procedat, quando sumus in casu, in quo veritas delicti aliter haberi non potest: nam tunc liberi contra parentes, & parentes etiam contra liberos coguntur ad testificandum, arg. eorum, quæ generaliter de affinibus & consanguineis dixi *supr. in reg. 1. num. 18.* Et in specie de parentibus scripserunt Feder. Schenck. *in tract. de testib. num. 31. vers. hoc tamen. (licet contrarium dixerit num. 34.) Alber. de Malet. de testib. c. 6. n. 31. ad fin. vers. & quod plus est. Anton. Gomez. var. r. fol. tom 3. c. 12. rub. de probat. delict. n. 24. ad fin. vers. aduertendum tamen. vbi alios adducit concordantes.* Et faciunt ad hanc limitationem, quæ generaliter de testibus cogendis dicam *inf quæst. 76. n. 106.* & de fratre contra fratrem dixi *supr. num. 103 seqq.*

172 Bene verum est, † secundum Clar. *in pract. §. fin. quæst. 24. vers. circa tamen. in fin.* quod iudex, quantum fieri potest, abstinere debet ab examinandis testibus, qui de iure compelli non possunt ad testificandum contra reum, etsi casus occurreret, quod veritas haberi aliter non posset, & delictum esset atrox, posset idem iudex Principem consulere, prout ita alias apud eum factum fuisse testatur in quadam causa, in qua Senatus permisit matrem examinari contra filios, & super eius dicto fuerunt capti, interrogati, & confessi fuerunt suspensi.

173 LIMITA II. hanc † eandem nonam ampliationem non procedere in crimine læsæ maiestatis, in quo admitti testimonium parentum contra filios, & econtra, facit glossa *in l. id tamen. super verbo, nam vt crimen. vers. cui. nisi in exceptis criminibus. ff. de accusat.* facit alia gloss. *in cap. 1. in verbo, Christiani. de conuersione infidel.* vbi affirmauit, filium contra patrem debere insurgere, ob conseruationem patriæ. Et faciunt etiam scripta per Gigan. *in tract. de crim. læsæ maiest. tit. qui accusar poss. q. 8.* vbi ob criminis immanitatem filios admitti ad accusandum parentes, & iuribus & rationibus comprobat: nec inconuenit adducere ad idem text. *in l. minime. ff. de relig. & sumpt. funer.* vbi probatur, quod licitum est filio occidere patrem patriam oppugnantem, ergo multo magis licitum est in tali crimine contra ipsum testificari: & eo magis hoc procedet, quando interuenit conspiratio, & tractatus, qui de sui natura sunt difficilis probationis, & consequenter veritas aliter haberi non potest, & sic subintrant tradita in præcedenti prima limitatione. Ita per has rationes in specie limitationem hanc firmat Mascard. *de probat. lib. 1. conclus. 461. num. 9. & lib. 2. conclus. 587. num. 20. & 23.*

174 Et idem in † crimine hæresis; quod in eo crimine non solum filius contra patrem possit testificari, sed quod si eum hæreticum esse nouerit, denuntiare, imo & accusare ipsum debeat inquisitoribus, pluribus Dd. auctoritatibus comprobat Mascard. *d. conclus. 857. num. 18. seqq.* licet aliqui ibidem relati, *num. 21.* contrarium dixerint.

175 AMPLIA X. vt † licet alij affines & consanguinei, qui contra suos affines & consanguineos ad testificandum compelli non possunt, volentes tamen admittantur, *vt probaui supr. in 1. regul. num. 16. & 105.* Non tamen sic est in parentibus & filiis, quia aduersus se, nec etiam volentes ad testimonium admittendi sunt, vt ad literam probat text. *& ibi notant omnes, ac præcipue Salyc. C. de testib.* Et per istum text. hoc idem voluerunt Nepos de Monte Albano *in tract. de testib. num. 45.* Fed. Schenck. *de test. num. 32. vers. & quia duntaxat parentes, &c.* Alb. de Malet. *de testib. cap. 1. num. 4. vers. & adeo sunt prohibiti. & cap. 6. numer. 14. in fin.* vbi præsertim loquitur, quando proceditur contra absentes in contumaciam, *Lanfranc. de testib. ad cap. quoniam contra. in verbo, testium depositiones. num. 61. de probat. Campeg. de testib. regul. 4. verficul. decimo. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causis ciuil. rubr. de testib. in parte, personas testium aggrediendo, verbo parentes num. 43. verficul. etiamsi vterque id velit. fol. mihi 89. Monticell. in repertorio testium, verbo pater pro filio fol. mihi 52. colum. 2. versicul. final. Anton. Gomez. variarum resolutionum tom. 3. cap. 12. rubr. de*

probation delict. numer. 24. versicul. & resolutiue dicit concl[usionem] generalem, quod omnes illi, qui de iure non possunt compelli ad testificandum contra aliquem ob reuerentiam ei debitam, nec ita vno entes admittuntur, & ibi testatur de * communi

Limita † hanc decimam ampliationem non procedere, quando etiam pater vellet, aut non contradiceret, vt filius volens contra ipsum examinetur, quia tunc ex concurrente voluntate vtriusque; nihil est, quod impediat tale examen vnius contra alium, vt per Alb. de Malet *in tract. de testib. cap. 6. num. 14.* Campeg. *de testib. regul. 3 in 4. fall.* 176

Limita † hanc propositam tertiam regulam pluribus modis, & primo in probatione ætatis filiorum, ad quam parentes admitti, & matris præcipue testimonium valere, affirmat Ba[rtol] *in l. parentes. in princip. C. de testib. & cons. l. 92. n.* [illegible] *quæ cunque. col.* [illegible] *stam facit tex. in l. etiam & in præterea. lib. num. 1. post gloss. ff. de probat. est gl. ff. in l. 2 in ver. legitimæ. ff. de excusat. tutor. Nili de testib. num. 7. ve* [illegible] *ætate. Aufrer. de proba.* [illegible] *ætatis. & num. 77. versic.* [illegible] *let. part. 1. cap. 1. num. 9. & infra. de testib. post num. 50. versic. secundo admittitur. Cyr. de testib.* [illegible] *e Moncad. in addit. litera B.* [illegible] *8 fallent. Bald. consil. 19. num. 4. lib. 5. Paul. de Castr. consil. 129. num. 2. lib. 1. Ruyn. consil. 164 num. 8.* [illegible] *fil. 118. num. 8. versicul. & magis* [illegible] *esse communiter * approbatum, Gauett. de antiquitat. tempor. part. 1. sectione, videmus abunde num. 34. Salvand. de Nido consil. 1. num. 11. Maur. de restit. in integr. c. 317. Grammat. decis. 48. num. 13. Socin. reg. 127. in vltima fallen. Nouell. regula 156. in 4. fallent. Gabriel. tit. de testib. conclus. 17. num. 9. Vsus in communi opin. verbo, testificari, vel testis esse non potest pater. versicul. & mater testificatur etiam.* vbi dixit, quod licet gloss. *in d. l. etiam.* voluerit, quod isto casu mater non recipitur vt testis, sed vt ex ipsius responso iudex melius inueniat veritatem: nihilominus indubit[anter] mater potest testificari in causa ætatis filij, ex gloss. Bartol. Aretin. in locis ibi per eum allegatis, quibus addo Conrad. *in pract. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. tit. de testib. in parte, personas testium aggrediendo verbo. parentes. post num. 44. versic. secundo super ætate fol. mihi 98.* Ex quibus hac dubio hanc primam limitationem p[ro] communem, *prout de communi * etiam testatur Sforz. Oddus Perusin. in suo tract. de restit. in integr. part. 1 quæst. 37. art. 5. num. 53. & Mascard. de probat. lib. 2. concl. 668. num. 7. seqq. vbi alios adducit concordantes. & conclus. 1148. num. 14. lib. 3.* 177

Sublimita † hanc primam limitationem, vt libro[rum] testimonium matris nō producat efficacem ætatis probationem, sicut produceret testimonium alterius extranei alieni ab omni suspicione singularis, vel affectionis: sed tantummodo sufficiat ad inducendam quandam præsumptionem, vel indicium, secundum gloss. *in d. l. etiam. ff. de probat. Bartol. in d. l. 2. num. 4. ff. de excusat. tutor. & in d. l. parentes. in princip. versicul. nec tamen facit plenam fidem. C. de testib. Bald. consil. 452. lib. 4. idem Bald. in l. si minorem. C. de in integr. restit. Alexand. cons. 29. num. 10. lib. 7. Paul. de Castr. cons. 124. colum. 1. & 2. num. 2 lib. 1. Alber. de Malet. de testib. cap. 2. num. 10. Lanfranc. de testib. num. 59. versic. non tamen faciunt. Socin. d. reg. 427. in vltima fallen. versic. non tamen vt plenam. Conrad. vbi supr. post num. 44. Gabriel. d. concl. 17. num. 10. Aym. de antiq. tempor. vbi supr. d. num. 34. Sebastian. Sapia in l. de ætate. num. 30. ff. de minor. Grammat. d. decis. 48. num. 13. Matsil. in rubr. de fide instrum. num. 140. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 116. num. 3 & est * communis, per Sforz. Odd. Perusin. de restit. in integr. part. 1. q. 37. art. 5. numer. 57. & Mascard. de probat. lib. 2. d. concl. 668. num. 4. vbi bene respondet verbis Iasonis ff. de probat.* 178

179 Limita † rursus, seu potius declara præcedentem sublimitationem, vt hoc indicium, seu præsumptio oriens ex testimonio matris super ætate filij non sit prorsus inane, quia primo inane transfert onus probandi contrarium in aduersarium, *vt per Bartol. in d. l. 2. num. 4. ff. de excus. tutor. Bald. in d. cons. 452. lib. 4. prout hos referendo se-*
180 *quitur Odd. vbi supr. num. 54.* Secundo iuncta † cum alio adminiculo faciet maiorem probationem, & sic potest tale testimonium suppleri adminiculis, *vt per Socin. sen. consil. 19. num. 17. & Socin. iun. consil. 3. num. 10. lib. 2.* vbi pro adminiculo considerat librum patris, in quo sit scripta ætas filij, quod & idem voluit Castrens. *d. consil. 124. nu-*
181 *mer. 2. colum. 1. in fin. lib. 1.* Marsil. *in rubric. ff. de fideiussor. nu-*
mer. 340. vbi, quod † quando cum testimonio matris concurreret alius testis extraneus, & omni exceptione maior, tunc plene dicitur probata ætas filij, quos pariter referendo sequuntur Odd. *dicta quæst. 37. articul. 5. numer. 55. & sequent.* & Mascard. *d. concluſ. 668. numer. 15.*

182 Imo † quando ex depositione matris super ætate filii non resultat ipsi filio aliquod commodum, seu vtilitas, tunc tale testimonium est efficax, sicut alterius extranei, vt bene distinguendo concludit idem Odd. *vbi sup. d. q. 37. num. 57 vers. ego dico. iunctis allegatis per Mascard. d. concl. 668. num. 12.* Cætera, quæ ad hanc materiam spectant, remanent scripta inter Quæstiones Ciuiles, q.... lib.... vbi plene explicaui, quomodo, & per quem probanda sit ætas hominis maioris, vel minoris. Sed vtinam ciuilis meus labor posset in lucem me viuente venire.

183 Limita II. hanc † tertiam regulam non procedere, quando ex testimonio parentum nihil quæritur filiis, & nullum iis resultat commodum, seu vtilitas, vel econtra, quia tunc non prohibetur vnus in causa alterius testificari, *vt per Bartol. in l. qui testamento. §. quæcunque. post prin. & num. 1. in fin. vers. sed si nihil quæritur. Alber. ibid. num. 4. vers. si autem nullum. Bald. ibid. colum. 1. in prin. versic. in aliis vero negotiis. colum. 2. in fin. vers. aut loquimur in aliis negotiis. Aretin. num. 4. in princip. vers. & sic tacite inducit, &c. & in vers. sed ita communis sententia. vsq; ad vers. sed vt intelligas.* vbi ad id ponderat text. *in cap. super eo. de testib.* Et reddit rationem, quia cessante commodo & interesse filij, cessat affectio, & suspicio inde resultans, quæ dat causam, vt pater à testimonio ferendo prohibeatur. Ergo cessare etiam debet prohibitio ipsa, *vt per eum ibi, & iterum in vers. si est emancipatus. iuncto vers. forte tamen de iuris subtilitate. ff.*
* *de testib. n. & sic patet, ita communiter* * *Dd. tenere in d. §. quæcunque. & illis addo Nepot. de Monte Albano in tract. de testib. num. 47. vbi allegat etiam text. in §. ei. Instit. de inutil stipulat. Alb. de Malet. de testib. part. 1. c. 1. n. 18. vers. in aliis concludit. & nu. 21. vers. sallit in vno casu. Campeg. de testib. reg. 3. in 1. fallent. Gabriel. tit. de testib. concl. 17. nu. 11. iuncto num. 17. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causis ciuilib. rubr. de testib. in parte, personas testium aggrediendo. verbo, parentes, post num. 44. vers. 7. quando non acquiritur. fol. mihi 89. & pro hac limitatione multum conferunt Dd. allegati supr n. 150. 151. & 152.*

184 Et † licet contra hanc limitationem multum stringere videantur considerata per eundem Alb. *in d. §. quæcunque. n. 4. in prin. iuncto vers. & est ratio. & per Bald. ibid. colum. 1. vers. supplent quidam, &c. & subtiliter per Aret. ibid. post*
* *num. 4 col. 1. vers. quod dictum communiter* * *reprehenditur. vsq; ad vers. sed ita communis sententia. & iterum infr. vers. forte tamen posset dici. iuncto vers. & tenendo communem.* vbi præsertim loquitur, quando filius deponit super facto patris. Non tamen per hoc recedas ab ea, quia, *vt bene considerauit idem Aret. d. num. 4. ad fin. vers. & vt intelligas. iuncto versic. sed practica erit.* non datur casus, in quo pater producat filium super facto suo, & in probatione illius facti non habeat aliquod interesse vel commodum, & econtra, quia sine interesse non datur actio, *l. qui autem. §. 1. ff. si quis caut.* Et sic secundum Aretinum ibi, qui multum docte & subtiliter loquitur, proposita secunda limitatio procedet, quando filius vel pater producitur ab extraneo contra alium extraneum, & inducitur filius ad probandum factum patris, vel econtra, & tunc valet testimonium filii, si nullum commodum ex eo patri prouenit, aliter secus, *vt etiam dixi supr. n. 151.* Et isti sunt proprij termini huius limitationis, & potest poni exemplũ, quando pater cessisset iura sua extraneo, & ille extraneus producat filium in testem super facto patris contra patris debitorem cessum: tunc enim non dicitur agi de commodo patris, ideo poterit filius eo casu testificari, *vt ibi per Aret. & dicam infr. num. 206.*

185 Limita III. in casu religionis, vtputa, quando † filius ingrediens est religionem, & dubitatur, an animo profitendi: nam super hoc pater admittitur in testem, *cap. sicut. 2. quæst. 3. cap. præsens. 20. quæst. 3. gloss. in cap. si testes. §. testis idoneus. in verb testis. 4. quæst. 3. Nell. de testibus, num. 7. versicul. item pater testificatur. Aufrer. de reprobat. testium, numer. 77. versicul. fallit, 2. in causa religionis. Alber. de Malet. de testib. part. 1. cap. 1. num. 8. Lanfranc. de testib. ad cap. quoniam contra. in verbo, testium depositiones. numer. 59. versicul. primus cum filius transit. extra, de probat. Crott. de testib. part. 4. numer. 112. Campeg. de testib. regul. 1. versicul. sed fallit ista regula. Gabriel. de testib. d. concluſ. 17. num. 12. Viui. in commun. opin. verbo, testificari, vel testis: esse non potest pater pro filio. versicul. limitatur q; in causa religionis. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causis ciuil. rubr. de testib. in parte, personas testium aggrediendo. verbo, parentes. post numer. 44. versicul. primo, cum filius transit, &c. Monticell. in repertorio testium, verbo, pater pro filio, fol. mihi 53. colum. 1. vers. penult. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 102. num. 11.* vbi tamen, quod in hoc multum versari debet arbitrium iudicis, *Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1148. num. 15.*

186 Limita IV. In † causa status, *secundum Bartol. in l. 4. §. duæ causæ. colum. 1. versic. quæro, quomodo. ff. ad Carbon. Aufrer. ad Capell. Tholosan. dec. 3. vers. item in causa status. & in tract. de reprobat. test. num. 66 in simili versic. item in causa status. Gabriel. tit. de testib. d. concluſ. 17. num. 13. Viui. d. verbo, testificari. versic. item parens. Mascard. de probat. lib. 3. d. concluſ. 1148. num. 30.*

187 Limita V. In testibus † instrumentariis. Est enim idoneus testis filius in instrumento celebrato inter patrem, & alium extraneum. & hoc, quia cum sit rogatus à partibus, tacite censetur approbatus. Sic enim in specie de parentibus & filiis scripserunt Aret. *in l. qui testamento. §. quæcunque. num. 9. (6.) colum. 4. vers. & contra illam conclusionem. ff. de testam. Petr. Monca. in addit. ad Crot. de testib. part. 4. num. 110. litera A, versicul. idem dicas. Socin. regul. 427. in 4. fallen Nouell. regul. 156. in princip. Gabriel. d. concluſ. 17. num. 14. Corrad. vbi supr. d. verbo, parentes. num. 44. versic. octauo, quando tales testes. fol. mihi 89. Capoll. cautel. 219. per totam. Mascard. de probat. d. concluſ. 1148. num. 25. lib. 3.* Et generaliter faciunt, quæ de testibus inhabilibus instrumentariis dixi *infr. quæst. 62. num. 110. seqq.* & quæ in simili de fratribus, aliisque affinibus, & consanguineis dixi, *supr. num. 40. & num. 123.*

188 Sublimita hanc † quintam limitationem, vt procedat, quando contrahens cum patre, aut filio, sciebat, testem rogatum esse alterius contrahentis patrem, aut filium, quia tunc illum rogando tacite approbat, secus si hoc ignoret. Quia ignoraps non dicitur approbare & ratificare, *l. nec ignorans C. de donat. l. mater decedens. ff. de inoffic. testament. Bartol. in l. quædotis. numer. 20. ff. solut. matrimon. Socin. consil. 159. numer. 31. volum. 2.* Ita in specie per hanc rationem sublimitationem hanc firmarunt Petr. Moncad. *in addit. ad Crot. de testib. part. 4. num. 110. litera A, versicul. idem dicas. Mascard. d. concluſ. 1148. nu. 26.* Et faciunt, quæ in simili de affinibus & consanguineis dixi *in 1. reg num. 41.*

Limi-

189 Limita VI. De consensu partis † tacito, vel expresso: tacitus autem dicitur consensus, quando filius, vel pater produceretur ab aduersario, quia tunc probat contra producentem, per regulam *l. si quis testibus, C. de testibus.* Et per ea, quæ generaliter de testibus inhabilibus contra producentem probantibus dicam *infr. quæst. 62 num. 111. & seqq.* Et de fratribus affinibus, & consanguineis, dixi *supr. nu. 78. & 126.* Et in specie de parentibus scriptum reliquit Campeg *de testibus, reg. 1. in 5. fall.*

Item tacitus dicitur consensus, quando parentes, aut filij producerentur parte non opponente, *Aymon consil. 150. num. 2.* iunctis iis, quæ de fratribus, affinibus, & consanguineis, dixi *supr. num. 61. & 124.* Et de testibus inhabilibus dixi in genere, *infr. quæst. 62. nu. 275. & seqq.*

190 Expressus dicitur consensus, † quando vtraque pars expresse vult, aut instat, parentes aut filios examinari, & isto casu nihil est, quod illorum examen impediat, *vt ex allegatis per Bartol. in l. qui testamento, §. quæcunque, num. 2. vers. nam etiamsi vtraque pars vellet, ff. de testam. Alber. de Malet in tract. de testibus, cap. 1. num. 23. Pet. Moncad. in addit. ad Crot. de testibus, parte 4. num. 110. litera A. in princip. additionis, vers. nisi aduersarius, Socin. reg. 427. in penult. fallent. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuilibus, rubr. de testibus, in parte personas testium aggrediendo, verba, parentes, post num. 44. vers. 9. quando aduersarius consentiret, Gabriel. d. rubric. de testibus, concluſ. 17. nu. 15. Mascard. de prob. libr. 3. concluſ. 1148.*
* *num. 17.* Et hæc conclusio non solum est * communis, sed etiam nullam prorsus habet difficultatem, & faciunt, quæ in simili, & generaliter de testibus inhabilibus dixi *infr. quæst. 62. num. 177. & seqq.*

191 Limita VII. In † causa matrimoniali, in qua parentum testimonium recipi ad fauorem filiorum, probat text. *in cap. videtur, & ibi gloss. in verbo, coniungendo, in fin. versic. consuerit tamen induci, & ibidem Anton. de Butr. in 1. not. ab. Hostiens. in primis verbis, Ancharan. in 4. not. ab. Abb. in 1. not. ab. Card. in 3. not. ab. Præpos. in 1. not. ab. extra qui matrimon. accus. poss. idem probat text. in cap. super eo, il. 2. sumpto ibi argumento à cõtrario sensu, & ibi gloss. Hostiens. & cæteri Dd. communiter, extra de testibus, Bartol. in leg. parentes, in princip. versic. item est speciale, & ibi Alber. num. 4. ad finem, versic. item fallit in causa matrimonii, C. de testibus, Hostiens. in summa de teste, § 1. vers. vbi autem, Alexander consil. 151. colum. final. sub num. 1. versic. quæritur et iam, volum. 5. Dec. consil. 163. in causa matrimoniali, num. 26. & seq. vers. sed ad hoc respondetur, Aret. consil. 13. viso diligenter themate, num. 10. vers. his præmissis, Paris. consil. 55. attingam, num. 28. & sequ. volum. 4. & consil. 58. num. 3. eodem volum. Socin. iun. cons. 29. circa præsentem consultationem, num. 11. volum. 2. & consil. 31. themate prædicto, num. 13. eodem volum. 2. Bertrand. consil. 209. num. 1. vol. 2. vbi testa-*
* *tur de communi* * *opinione, Nell. de testibus, num. 7. vers. quarto fallit in causis matrimonialibus, Aufrer. de reprobat. test. nu. 76. eodem vers. quarto fallit, Alber. de Malet. de testibus, cap. 1. nu. 11. Lanfranc. in cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, nu. 59. vers. tertio fallit, de probat. Crot. de testibus, parte 4. num. 113. & ibi Petr. Moncad. in addit. litera C. Campeg de testibus, regula 1. in 3. fallen. Socin. reg. 427. in 6. fallent. Nouell. regul. 156. in 1. fallen. Gabriel. tit. de testibus, concluſ. 17. num. 16. sed latius*
* *in concluſ. 9. in princip. vbi etiam testatur de communi,* * *& Bertrand. in loco præcitato, Viuius in commun. opin. verbo, testificari, vel testis esse non potest pater pro filio, versic. limitatur in causis matrimonialibus, Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuilibus, rubric. de testibus, in parte, personas testium, aggrediendo, verbo, parentes, post num. 44. versic. 3. in matrimonio, Mascard. de probat. libr. 2. concluſ. 109. in princip. & libr. 3. concluſ. 1148. num. 23. & seqq.*

192 Sublimita hanc † septimam limitationem, vt procedat, quando agitur, & dubitatur de substãtia matrimonii ob affinitatem: secus si quæratur, an matrimonium sit contractum, necne, quia tunc est latius distinguendum, *vt per Nell. dicto num. 7. vers. sed si quæritur, Aufrer. dicto numero 76. versiculo, sed vbi quæritur, & sequent. Alber. de Malet. vbi supra, numer. 12. & 13. Lanfranc. dict. numer. 59. versic. si autem esset quæstio, iuncto versic. vbi autem esset equalitas, Crot. vbi supr. num. 155. & ibi Pet. Moncada in addit. litera E. Viuius vbi supr. versic. caterum, &c. Socin. in dict. 6. fallen. versic. si autem dubitatur, Conrad. dict. num. 44. sub eodem versic. 3. in matrimonio, sed latius vide super hoc ampliantem, & limitantem, Gabriel. titul. de testibus, conclus. 9. per totam, Mascard. dict. conclus. 1019. & per totam, & Menoch. qui plures casus distinguit, in tractat. de arbit. quæst. lib. 2. casu 102. & dicam latius in quæst. ciuilibus, sub titul. de probat quæst....* In qua tractabo particulariter, quibus modis matrimonium probetur, ad ibi tradita pro nunc me remitto.

193 Limita VIII. In factis, † quæ de sui natura sunt difficilis probationis, *vt per Moncad. in addit. ad Crot. de testibus, parte 3. numer. 110. litera A. versic. item limita, & post Rebuffum, quem allegat, sequitur Mascard. dict. conclus. 1148. num. 28.* Et † idem in iis, quæ melius per patrem 194
& matrem sciri præsumuntur, quam per alios, per text. *in dict. capit. videtur, extra, qui matrimon. accusar poss. & post Hostiens. & Anton. de Butr. in locis per eum allegatis, voluit Gabriel. titul. de testibus, conclus. 17. num. 8. f. ciunt in simili, quæ de affinibus & consanguineis dixi supr. num. 76. & de fratribus, numer. 132. & generaliter de testibus inhabilibus, infr. quæst. 62. num. 50 & num. 28.*

195 Limita IX. In † testamento filii militis testantis de castrensi peculio, in quo patrem posse in testem adhiberi, probat text. *in leg. qui testamento, §. per contrarium, & ibidem Bald. in summario, & in §. quæcunque, col. 1. in princip versic secunda lectura, ac etiam ibi Alber. numer. 3. & 4. versic. & speciale sit in filio milite, Aret. in fine lectura, ff. de testament. Speculat. in tit. de teste, §. 1. sub num. 7. vers. in patris autem testamento, Nell. de testibus, num. 7. vers. dicta regula sallit, Feder. Schenck. de testibus, num 20. Aufrer. de reprobat. test. num. 66. in fin. versic. fallit in testamento filii, Alber. de Malet. in tractat. de testibus, cap. 1. num. 15. Lanfranc. de testibus, numer. 59. ad finem, vers quarto casu fallit, Campeg. de testibus, regul. 1. in 4. & 9. fallent. Socin. regul. 427. in 5. fallent. Viuius in suis commun. opin. verbo, testificari, vel testis esse non potest pater pro filio, versic. item potest, & versic. limitatur vltimo, Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. rubr. de testibus, in parte, personas testium aggrediendo, in verbo, parentes, post nu. 44. vers. 4. limitat. Monticell. in repertorio testium, verbo, pater pro filio, fol. mihi 53 colum. 1. vers. 3. & verbo, pater in testamento filij, folio mihi 328. colum. 1. vers. 3. & Mascard. de probat. l. br. 3. concluſ. 1148. num. 20. vbi quod ita* * *omnes tradunt in d. §. per contrarium.*

196 Sublimita I. Hanc † nonam ampliationem, vt procedat, quando scilicet filius testatur de castrensi peculio, in castris, & militia exsistens, prout loquitur textus *in d. §. per contrarium*, vbi Doctores omnes fundant propositam conclusionem, at secus si testatur non exsistens in militia, & armorum expeditione: tunc enim pater non potest in eo testamento esse testis, ad text. *in §. sed filium, instit. de testament.* Ratio differentiæ est, quia quando filius testatur in militari expeditione, tale testamentum habet priuilegium, vt valeat sine solemnitate, & ideo pater potest esse testis: quod secus est, quando nõ est in expeditione, quia tunc sine solemnitatibus à iure requisitis militis testamentum non valet, prout hanc rationem sentit gloss. *in d. §. per contrarium, & in d. §. sed si filius.* Et per hanc rationem hanc substinuit declarationem Alber. de Malet. *de testibus, parte 1. cap. 1. num. 16. seqq. & ante Alber. de Rosat. in leg. parentes, nu. 4. ad fin. de testib. & in d. §. quæcunque, nu. 3. & ibi etiam Bald. ad fin. versic. nec econtra, Socin. dict. regul. 427. in 5. fallent. vers. secus tamen est. Mascard. d. concluſ. 1184. num. 21. & seqq.*

197 Sublimita II. Eandem † nonam ampliationem, vt licet pater possit esse testis in testamento filii, vt supra, non tamen econtra filius potest esse testis in

testamento patris, sicut per text. *in dict. l. qui testamento, §. per contrarium, vers. quæcunque, ff. de testament.* voluerunt
* ibi communiter * Doctor. omnes, *vt videre est apud Bartol. in princip. & num. 1. Alb. num. 4. versic. in testamento autem paterno, Bald. in princip. & column. 2. vers. conclusio omnium stat, Aret. in summario, & colum. 4. post medium, versic. ergo tenenda, Imol. num. 4.* * *Alber. de Malet. in tractat. de testibus, part. 1. cap. 1. num. 18. & num. 19. in fin. Clar. in §. testamentum, quæst. 55. vers. sed nunquid filius,* vbi ex Bartol. & Aret. *in locis prælegatis* facit conclusionem, quam dicit communem, quod scilicet filius non potest esse testis in testamento patris, siue sit in potestate, siue emancipatus, & siue pater condat testamentum, siue ipse pater sit ab alio heres in testamento institutus, & idem testatur etiam Michael Cras. *in commun. opin. libr. 2. cap. 17. quæst. 2.*

198 LIMITA X. Hanc † tertiam regulam non procedere in patre, & filio spirituali: nam vnus pro altero non prohibetur non prohibetur testificari, & multo minus prohibetur compater pro compatre testimonium ferre, *vt per Bald. in l. parentes, num. 3. versic. idem dico in patre regenerationis, & ibidem Salycet. num. 2. versic. sed quid de patre regenerationis, C. de testibus, Aufrer. de reprobat. testium, num. 76. in discursu, Alber. de Malet. de testibus, num. 25. vbi testatur de veriori sententia, Lanfranc. de testibus, ad cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, num. 61. versic. contrarium dixit, & ibi in addit. extra de probat. Crot. de testibus, parte 4. num. 163. versi-*
* *cul. contrarium tamen, vbi testatur de communi * opinione, & ibi etiam Petr. Moncad. in addit. literis BB. Boss. in titul. de oppos. contra testes, num. 61. vers. & adde quod, Campeg. de testibus, reg. 1. in 7. fallent. & regul. 3. in 3. fallent. Alexand. consil. 42. num. 18. ante finem, versic. nec obstat, quod vnus eorum testium, lib. 3. & consil. 237. num. 18. versic. videtur sentire, lib. 6. & consil. 125. post num. 3. versic. & dato, quod statutum, volum. 4. Bertrand. consil. 300. nobilis, & honesta, num. 6. volum. 2. Iason in leg. apertissim, colum. 2. num. 9. versic. tamen aduerte, C. de iudic. Aymon. consil. 169. num. 1. Crot. consil. 3. reperitur quoddam statutum, num. 20. post versic. secundæ obiectioni respondeo, lib. 1. relati per Platam epit. delict. cap. 40. num. 11. post versiculum, secundo impetit, & num. 12. ad finem, versic. postremo, nec eo adiuuat id, quæ. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. rubric. de testibus, in parte, personas testium aggrediendo, post numer. 44. Tiraquell. in leg. si vnquam, in verbo, susceperit liberos, num. 38. C. de reuocand. donation. vbi plures alios refert, & est*
* *communis, * prout testantur post alios, quos allegant. Menoch. de arbitr. quæst. libr. 2. casu 100. num. 1. & 2. vbi etiam respondet contrariis, Hyppol. Riminald. consil. 128. num. 16. libr. 2. Emanuel Soarez in sua collecta receptar. sentent. lit. T. numer. 114. Mascard. de probation. libr. 1. conclus. 310. num. 3. & 4. latius conclus. 332. numer. 1. & sequent. iuncto numero 13. & 14. dict. libr. 1.*

199 Et † licet contrarium senserint iidem Baldus & Salycet. ipsismet contrarii, & alii plures Doctores cum eorum rationibus in locis relatis per Aufrer. *dict. numer. 76. versicul. dixerunt contrarium, per Crott. dict. num. 163. in princip. per Campeg. regul. 2. versic. septimo habet etiam locum, per Iason in leg. generaliter, colum. 1. ff. de in ius vocand. & in d. l. apertissimi, sub num. 9. C. de iudic. per Tiraquell. de reuocan. donat. vbi supr. num. 30. per Menoch. d. casu 100. post num. 1. per Platham d. cap. 40. num. 11. versic. secundo impetit, in princip. & per Mascard. dict. conclus. 332. nu. 8. & seqq. lib. 1. & conclus. 1357. num. 50. libr. 3.* Non per hoc tamen recedas à proposita limitatione, quæ non solum vt ex præallegatis
* apparet, magis communiter * recepta est à Dd. sed etiam verissima est in se, declarata tamen, vt mox subiiciam *in sequ. limitatione.*

200 SVBLIMITA † hanc decimam limitationem, vt licet pater spiritualis admittatur in testem pro filio spirituali, & econtra: non tamen est testis integræ fidei, & omni exceptione maior. Negare enim non possumus, quin ex ista cognatione spirituali oriatur affectio inter patrem, & filium spiritualem, & ratione huius affectionis dubium non est, quin eis de fide deminuatur, *sic in specie declararunt Crott. de partibus, parte 4. nu. 163. post versiculum, contrarium tamen, ibi, crederem tamen, &c. Firman. in repertorio, in verbo, compater, versic. 14. Fulgos. consil. 11. incipien. emphyteuta irrequisito domino, circa medium, Alexand. consil. 237. perspectis his, num. 10. lib. 6. Curt. senior de testibus, conclus. 30. Ripa in leg. admonendi, num. 181. ff. de iureiurand. Alciat. in l. 1. in princip. nu. 2. C. de in ius vocan. quos refert & sequitur Tiraquell. de reuocand. donat. in verbo, susceperit liberos, num. 39. & de pœnis temperan. caussa 21. num. 8. Riminald. sen. consil. 289. num. 15. Iacob. AEmilian. consil. 119. numer. 4. Menoch. de arbitr. quæst. libr. 2. casu 100. post num. 2. versic. tertia facit opinio, Petr. à Placha in epit. delictor. capite 40. nu. 12. ad finem, & est communis, * vt post Viuium, quem allegat, testatur Soarez in sua collecta recept. sentent. litera T. numer. 115. Decianus in tractat. crimin. parte 1. libro 3. capite 7. num. 11. ad finem, iuncto numero 12. vbi etiam testatur de communi opinione.*

Hinc † in criminalibus caussis, in quibus testes requiruntur omni exceptione maiores, patrem, ac filium spiritualem, ac etiam compatrem non esse idoneos testes, scripserunt Crott. *d. num. 163. in fin. versic. in caussis, in quibus, &c. Crot. dict. conclus. 30. Mascard. d. conclus. 332. post num. 7. vers. quod quidem, quicquid in contrarium voluisse visus fuerit, num. 5. & 6.* 201

Et † licet quod imo pater, & filius spiritualis, ac cõpater sint testes omni exceptione maiores, affirmauerint Cæpoll. *consil. ciuili 5. in quæstion. vertente, colum. 3. numer. 11. Corn. consil. 61. colum. 3. post medium, num. 14. versic. ostenso itaque, libr. 3. Aym. consil. 169. numer. 2. Mascard. d. conclus. 332. nu. 3. & 4.* Vbi † etiam infert ad caussam matrimonialem, licet ea dicatur grauis, & magna, & hanc contrariam opinionem subtiliter defendat (saltem in compatre pro suo compatre,) *Hippol. Riminald. cons. 128. num. 17. seqq. lib. 2.* 202 203

Non † per hoc tamen recedas à propõsita sublimitatione, quæ sicut communior * est, ita etiam & verior, quãtum enim ob hanc cognationem spiritualem, sit huiusmodi testibus de fide diminuendum, erit id totum remissum arbitrio iudicis, qui iuxta affectionem, quam inter eos esse dispiciet, id optimè iudicabit, sicut post alios, quos allegant, aperte voluerunt Tiraquell. *de reuocand. donat. post dict. num. 39. d. casu 100. num. 4. Petr. à Plasha d. cap. 40. num. 12. ad fin. Mascard. dict. conclus. 332. num. 15.* 204 *

LIMITA XI. Eandem † propositam tertiam regulam, vt non procedat, quando pater examinatur pro vno filio contra alium, quia tunc propter paremi affectionem probat, *vt per Bart. in leg. parentes, nu. 5. in fin. Cod. de testibus, Crott. de testibus, part. 4. numero 114. Mascardus de probat. libro 3. conclusione 1148. numer. 29. faciunt dicta supra de affinibus, & consanguineis, numero 45. & de fratribus, numero 116.* 205

LIMITA XII. Vt † filii, licet non admittantur in testes ad fauorem patris, vel econtra, admittantur tamen ad fauorem cessionarii ipsius patris, in casu, in quo cessio non sit facta in fraudem, ad hoc, vt filii possint testificari. Item quando pater cedens ex pacto, vel aliter non teneretur de euictione iurium cessorum: vnde secus si, vel de fraude constaret, vel pater de euictione teneretur, quia tunc nullatenus filii admitterentur in testes, secundum distinctionem Alber. *in dict. leg. parentes, num. 3. C. de testibus,* vbi ita apud eum in contingenti quæstione determinatum fuisse testatur, & fuit originale dictum Specul. *in titul. de teste, §. 1. num. 89. vers. sed pone mutuaui tibi, quem etiam sequuti sunt, Vell. de testibus, numer. 33 eodem versic. sed pone mutuaui. Petr. Moncad. ad Crot. de testibus, nu. 169 literis GG. versic. sed iuxta prædicta,* 206

dicta, Corrad. in pract. §. 2 rubr. de testibus, verbo, cedens, in fin. num. 54. fol. 95. Mascard. de probat. conclus. 1357. num. 19. Ad quæ vide etiam Aret. in l. qui testamento quæcunque, num. 4. ad fin. vers. sed practica erit, ff. de testam. & faciunt generaliter tradita supr. num. 184.

207 LIMITA XIII. In caussa correctionis, † vel prohibitionis peccati, quia tunc pater potest esse testis in caussa filii, cum carnalis illa affectio nihil operetur, & non agatur de commodo principalis personæ, aut de incommodo alterius, sed de ipsius salute, *capit. in tantum, cum ibi notatis, extra de testibus, Socinus regula 427. in 1. fallent. Campeg. de testibus, regula 1. in 13. fallent. Corrad. in practic. §. 2. de offic. prætor. in caussis ciuilibus, rubric de testibus, in parte, personas testium aggrediendo, verbo, parentes, post num. 44. versic. quinto quando agitur, Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1148 nu 16.*

208 LIMITA XIV. Quia † parentes in caussa criminali admittuntur ad defensionem filiorum, & in præiudicium fisci, iuxta ea quæ generaliter de fratribus, affinibus & consanguineis, dixi *sup. num. 35. & 117.* & in terminis consuluit Roland. *consil. 7. num. 24. & 27. volum. 1.*

209 vbi † præsertim loquitur, quando testimonium patris habet contestem, *post Angel. & Marsil. in locis per eum allegatis,* quod & voluit etiam Monticell. *in repertorio testium, verbo, pater profito, fol. mihi 53. colum. 1. vers. 5. & licet contra hanc limitationem sentire videantur, Nouell. in tract. ad defensam, in rubr. responsiones reorum in constitutis, nu. 22. fol. mihi 115. & Mascard de probat. lib. 2. conclus. 904. nu. 15.* Non tamen ab ea recedas, quia Marsil. & alii Dd allegati per eos, non loquuntur in terminis defensionis, & probationis innocentiæ, sed generaliter, *iuxta ea, quæ posui supr. in 1. reg. in 2. limitatione, num. 27.*

ARGVMENTVM.

Maritus pro vxore quando possit testificari. Quid econtra, & de eorum fide, ac probatione.

SVMMARIA.

Vxor pro marito non potest esse testis, & contra, nu. 210. & seqq. vbi redduntur plures rationes huius negatiuæ regulæ.
Vxor erga virum præsumitur habere magnam affectionem, & econtra, nu. 211.
Vxor dicitur viro subiecta, num. 212.
Vir, & vxor sunt duo in carne vna, nu. 213.
Vxor dicitur de domo, & de familia viri, nu. 214.
Sponsa non potest esse testis pro suo sponso, nu. 215.
Concubina non potest esse testis pro concubinario, nu. 216.
Amasius pro sua amasia, & econtra, testificari non potest, numer. 217.
Vxor etiam quod sit expulsa, non potest testificari pro suo viro, num. 218.
Vxor non potest cogi ad testificandum contra suum virum, num. 219. Limita primo, quia bene potest cogi vir ad testificandum contra vxorem, num. 220. Limita secundo, quando veritas aliter haberi non potest, nu. 221. Limita tertio, in caussa hæresis, nu. 222.
Vxor potest testificari pro suo viro, quando est virago, & talis, quæ virum non timeat, numer. 223. Contrarium est verius, num. 224.
Vxor pro marito testis esse potest, & econtra, parte non opponente, num. 225.
Vxor pro marito, & maritus pro vxore potest esse testis in caussa matrimonii secundum distinctionem, de qua in nu. 226.
Vxor pro marito, & maritus pro vxore admittuntur in testes in casu difficilis probationis, & in quibus ipsi præsumuntur magis scire veritatem, quam alii, nu. 227.
Vxor admittitur ad defensionem, & ad probandam innocentiam viri sui, & econtra, nu. 228.
Coniux admittitur ad fisci, & publicam vindictam ad probandam offensam factam coniugi, nu. 229. contra, nu. 239.

QVÆSTIO LIV. REGVLA IV.

REGVLA IV. In † propolita quæstione in pari- 210
ter negatiua, quod scilicet cum vxor pro marito, & maritus pro vxore testis esse non possit, ideo vnus pro altero à testimonio repellitur, *capit. si testes, 9. idonei, 4. quæst. 3. & ibi gloss. ver. imperari, l. etiam, & ibi gloss. 1. versicul. quid in viro & vxore, Cyn. ibidem, & ceteri scribentes, Cod. de testibus, item gloss. in leg. sed & si quis, §. illud sciendum, versicul. præterea, in verbo, domestico, ff. si quis caut. & in leg. 1. §. si vir, in verbo, domus, & ibi etiam Bartolus, ff. ad Syllan. & in §. sed si filius, versic. in ea re, Institut. de testament. Speculat. in titul. de teste, §. 1. versicul. quid de viro & vxore, Ioan. Sichard. in dict. leg. etiam, num. 4. vbi benè, C. de testibus, Bald. Alexand. & Imol. in leg. si cum dotem, ff. solut. matrimon. Baldus in leg. parentes, num. 1. ad medium, versic. item in vxore. C. de testibus, Nepos de Monte Albano in tract. de testibus, num. 10. Feder. Schenck de testibus, numer. 27. versicul. domestici quoque, Alber. de Malet. de testibus, capit. 2. numero 2. vbi quod ita communiter * tenetur, Aufrer. de reprobat. *
testium, num. 92. versicul. testis esse non potest vxor, iuncto numer. 95. Lanfranc. de testibus, ad cap. quoniam contra, in verbo, testium depositio, num. 61. (51) vers. vir & vxor, extra de probat. Crott. de testibus, part. 4. num. 122. vbi pariter testatur de communi, & ibi Petrus Moncada in addit. litera L. Campeg. de testibus, regula 10. Marsil. in l. ad quæstionem, nu. 5. ff. de quæst. & consil. 20. num. 15. Socin. consil 17. num. 11. vol. 1. Gram. decis. 45. num. 13. & decis. 73. num. 19. vbi etiam testatur de communi * opinione, de qua etiam testatur Diaz. regula 746. in 5. * fallent. Marsil. in leg. 1. §. ad quæstionem, num. 6. ff. de quæst. Gabriel. rubr. de testibus, conclus. 16. num. 1 iuncto num. 4. & ibi alios refert concordantes, Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. rubric. de testibus, in parte personas testium aggrediendo, verbo, domestici, post num. 42. vers. 4 in vxore, fol. mihi 88. colum. 2. Viuius in commun opin. verbo, testis non potest esse vxor pro viro, fol. 71. colum. 2. versic. 4. & in verbo, maritus pro vxore, fol. 49. colum. 2. versic. 3. Michael Cras. in commun. opin. libr. 2. cap. 12. quæst. 12. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1420. n. 41. & seqq. iuncto num. 10.*

Ratio huius regulæ multiplex est. Primo † magnam affectionem, qua vnus alterum p[illegible] *prout considerarunt Alber. de Malet. & Grammat. in lo[illegible] tatis.* Secundo, † quia vxor dicitur vir[illegible] *mulierem, & cap. fiet imago. 32. quæst. 5.* ideo subintra[illegible] clusio, de qua *in d. c. si testes. §. idonei, 4. qu. 3.* Tertio † vir & vxor sunt duo in carne vna, iuxta illud Gen[illegible] vnum corpus, & vna anima, & quicquid vult vnu[illegible] ter non contradicit, *prout post alios benè considerauit Mascard. dict. conclus. 140. (130.) num. 2. & 3.* Quarto, † qu[illegible] vxor dicitur de domo, & familia viri, ac illius domestica, *§. item si, qui adium, versic. & cum vxor. Instit. de vsu & habita. l. quicunque, C. de re militar. libr. 12. l. adiles, § familiæ, ff. de adil. edi. cum aliis concordantib. adductis per gloss. in leg. 1. §. si vir, in verbo, domus, ff. ad Syllan.* Ideo sicut testes propter solam domesticitatem à testimonio repelluntur, ita & multo magis debent repelli coniuges.

AMPLIA I. Hanc † quartam regulam, vt procedat 215
etiam in sponsa, *vt per Bald. in leg. 2. circa fin. versic. & adde gloss. & ibidem Salycet. versis. quæro cum gloss. C. de testibus, Aret. in §. pater, col. 3. vers. in eadem gloss. Instit. de testament. Alber. de Malet. de testibus, cap. 2. num 3. vers. & quod dictum est, Petr. Moncad. in addit. ad Crot. de testibus, part. 4. num. 122. litera L. versic. & quod dixi in vxore, Campeg. de testibus, reg. 10. versic. idem dicendum de sponsa. Gabriel. tit. de testibus, conclus. 16. num. 2. Mascard. de probat. libr. 3. dict. conclus. 1420. num. 4. &* est communis * ampliatio. *

AMPLIA II. In † concubina, quam non posse te- 216
stificari pro eo, qui ipsam retinet in concubinatu, & econtra, hoc ratione affectionis, & domesticitatis, voluerunt Baldus *in cap. 1. numer. 3. versicul. quæro nunquid, & ibi etiam Felynus colum. 1. versicul. subdit etiam Bald. extra,*

de te-

de testibus, idem Bald. in cap. in literis, num. 3. versicul. item quibus, eodem titul. de testibus, idem Bald. in leg. 1. circa finem, versic. adde gloss. & ibidem Salycet. pariter circa fin. versic. quæro cum gloss. C. de testibus, Iason in leg. sed & si quis, in princip. versic. in gloss. fin. ff. si quis caut. Socin. iunior consil. 31. nu. 16. part. 2. Diaz. regul. 746. in 1. ampliatione, Aufrer. de reprobat. testium, numer. 21. versic. concubina repellitur à testimonio. Vbi reddit rationem, quia non distat ab vxore in affectu animi, sed solum in honore, *l. item in legato, §. parui, ff. de legat. 3. l. necessarius, ff. de verborum significat. Additio ad Lanfranc. in tract. de testibus, post numer. 62. litera h, in verbo, & affinibus, ad finem, versic. item statuta in vxore, Alberic. de Malet. de testibus, cap. 2. num. 3. versic. idem est etiam dicendum, Crott. de testibus, part. 4. num. 122. Campeg. de testibus, regul. 10. versic. idem dicendum in concubina*, & est communis * ampliatio, vt etiam appareat ex allegatis per Gabriel. *titul. de testibus, conclus. 11. numer. 3. Mascard. de probat. conclusion. 533. num. 8. & conclus. 1356. numer. 24. & conclus. 1420. nu. 5.* Et conferunt etiam, quæ mox referam in sequenti ampliatione. An autem concubinarius, seu concubina possit testificari pro alio, vide *infr. in materia testis infamis, quæst. 56 num. 284. seqq.*

217 AMPLIA III. Et † magis generaliter, vt & idem sit in quolibet amasio, qui non poterit esse testis pro sua amasia, & econtra: sic enim fuit de mente omnium præcitatorum Doctor. in præcedenti ampliatione, ac præsertim per Gabriel. *dict. conclus. 11. num. 3.* & in specie affirmauit Cyn. *in dict. leg. 2. C. de testibus*, vbi reddit rationem, quia scilicet amasii, qui nimio amore ardent, magis timent amasiarum minas, quam parentum, aut aliorum, quibus obedientiam præstare debent, & nihil est, siue fas, siue nefas, quod amasius pro sua amasia non committeret, *argum. text. in l. 2. §. & cum placuisset, ff. de orig. iuris.* Per quem text. dicit ibi Bald. quod amor puellarum subuertit verum hominis iudicium, & nihil vehementius amoris furore probat text. *in authen. quibus modis natur. efficiant. legit. §. illud.* Et ibi gloss. propterea dixit, amantem ebrio & furioso æquiparari, non ergo mirum si inuicem, vnus ad alterius fauorem testimonium ferre prohibetur, prout etiam in specie per prædictam rationem, voluit Petr. Moncad *in addit. ad (rū). de testibus, part. 4. num. 122. litera L. versic. contrarium tamen, quem etiam alius relatis, sequuti sunt, Mascard. de probat. lib. 5. (1) conclus. 65. num. 7. & conclus. 86. num. 17. & seqq. & libr. 3. conclus. 1420. num. 6. & seqq. Hector AEmil. in tract. de testibus, verbo, testis, adulter. numer. 5. & in verbo, testis amasius, numer. 12. folio mihi 148. in fine, parte 2.* Et ista * ampliatio est etiam vera, & communis, * etsi Angelus *in leg. 2. §. si vir, ff. ad Syllan.* contrarium sensisse videatur.

218 AMPLIA IV. Etiam † in vxore expulsa, licet enim isto casu cessare videatur ratio affectionis, & domesticitatis, adhuc tamen eam à testificando repelli ad fauorem sui viri, post Bald. & Socin. quos allegat, affirmauit Gabriel. *rubr. de testibus, conclus. 16. numer. 5. sequitur Mascard. d. probat. libr. 3. d. conclus. 1420. num. 11.*

219 AMPLIA V. Vt † licut vxor non admittitur ad testificandum ad fauorem sui viri, ita etiam econtra nec possit cogi ad testificandum contra ipsum, secundum Alber. de Malet. *de testibus, cap. 2. numer. 3. & latius, cap. 6. num. 1. & seqq.* vbi respondet contrariis, & duas affert rationes. Primam propter reuerentiam, quam vxor debet viro suo, *l. in ea, in fin. ff. solut. matrimon.* Secundam, quia si, vt supra vidimus in prima regula, socer & gener, ac alii affines, non coguntur inuicem testificari, multo minus debet cogi vxor, quæ est vna & eadem caro cum viro, prout etiam considerauit Crot. qui alios adducit concordantes *in tract. de testibus, part. 5. num. 197. Marsil. consil. 22. num. 5. & sequent. Gig. de crimin. lasæ maiestat. libr. 2. rubric. qui accusar. poss. quæst. 15. numer. 2.* vbi quod nec etiam marito volente, vxor potest testificari contra ipsum, *Aymon. de antiqu. tempor. part. 1. sect. viso de fama, numer. 17. Anton. Gomez. var. resolut. tomo 3 capite 12. rubric. de probat. delict. num. 24. sub vers. quod est verum, vbi testatur de communi * opinione, Mascard. d. conclus. 1420. * num. 12. libr. 3.* ¶ Et ad comprobationem huius ampliationis vide, quæ dixi *in tit. de oppos. contr. exam. test. quæst. 78. num. 88.*

LIMITA I. Hanc † quintam ampliationem, vt licet vxor non possit cogi ad testificādum contra virum, 220
potest tamen benè cogi vir ad testificandum contra vxorem, *sicut post Capellam Tholosan. in decision. 3. & 123. affirmauit Aymon. de antiqu. tempor. part. 1. sectione, viso de fama, numer. 17. versicul. licet secus in marito.* Et reddit rationem, quia scilicet in marito deponente contra vxorem, non imminet ratio periculi, sicut in vxore deponente contra virum.

LIMITA II. Eandem † quintam ampliationem 221
non procedere, quando veritas aliter haberi non potest, quia tunc cogitur vxor ad deponendum contra suum virum, *vt per Alber. de Malet. qui contrariis respondet in tract. de testibus, cap. 6. num. 31. nec dissentit Aymon. de antiqu. tempor. part. 1. sectione, viso de fama, num. 17. versicul. fallit in subsidium, vbi alios adducit concordantes.* Et faciunt, quæ in simili de fratribus, parentibus, filiis, & aliis affinibus dixi respectiuè, *supra num. 18. 103. & sequent. & 171.* Et generaliter de testibus cogendis dixi *infr. in tit. de oppos. contra exam. test. quæst. 78. num. 106. & sequ.*

LIMITA III. In causis hæresis, † in qua vxorem 222
posse compelli ad testificandum contra suum virum, post alios quos allegat, scripsit Mascard. *de probat. libr. 2. conclus. 857. num. 12.* Et faciunt, quæ in simili de fratribus & affinibus dixi, *supra num. 77. & 11.*

AMPLIA VI. Vt † licet Cyn. Speculat. Alexand. re- 223
lati per Crott. *in tractat. de testibus, parte 4. numer. 122.* Abb. & communiter * Canonistæ, *in cap. in literis, extra* *
de testibus, prout testatur idem Crott. d. num. 122. Cabal. libr. de testibus, conclus. 16. num. 6. Aufrer. de reprobat. [illegible] 2. sub vers. testis non potest esse vxor, Campeg. de testibus, reg. [illegible] 10. in 2. fallent. Capell. Tholosan. dict. decis. 3. Diaz. regul 746. in 5. fallent. in fine, versicul. ex quo colliges, Io. Sicar. in leg. etiam, numero 4. versic. quando autem sit admittendus, C. de testibus, dixerint vxorem posse testificari ad fauorem sui viri, quādo est virago, & talis quæ virum non timeat. Verior tamen † est eorum opinio, qui dixerūt indistincte eam 224
repelli à testimonio, sicut post gloss. *in leg. 2 & ibi etiam Bald. & Salycet. quos allegat*, testatur idem Crott. *dict. numer. 122.* licet primam opinionem dixerit, vt supr. communem Martil. *in leg. 1. §. ad quæstionem, num. 6. ff. de quæst.* vbi quod in hoc opinio Specul. Abbatis, & sequacium damnatur per Doctor. & hanc * vltimam opinionem, * non solum veriorem, sed etiam communem, dixit ibidem Petr. Monc. *in addit. litera L.* & alios plures adducens concordantes, prout etiam testatur Michael Crat. *in suis commun. opin. libr. 2. capite 17. quæst. 12. in fine, Mascard. post Felin. & Marsil. in locis per eum citatis, dict. conclus. 1420. numer. 10. versicul. sed istorum opinio.* Repellitur enim vxor à testimonio non ea ratione, quod propter reuerentiam, quam viro debeat, & propter illius timorem, sit suspecta, vt falsum deponat, sed propter domesticitatem, & affectionem, cum sit vna, & eadem caro, vt dixi in regula, & hæc ratio affectionis militat, siue vxor non sit virago, siue sit, ideo indistinctè repellenda.

LIMITA I. Hanc † quartam regulam non procede- 225
re parte non opponente, secundum ea, quæ generaliter posui supra de affinibus, & consanguineis, *num. 59. & seqq.* & in terminis de vxore pro marito, post Rip. quem allegat *in leg. 4. §. hoc autem iudicium, numer. 14. ff. de damno infecto*, voluit Monticell. *in suo repertorio test. in verbo, fœmina, fol. mihi 37. colum 1. versicul. 2. incip testis frater, & fi-*

& faciunt in simili, quæ de fratribus dixi supr. num. 124. & de parentibus, *nu. 189.* & de testibus inhabilibus in genere, dixi *infr. qu. 62. num. 175. & seqq. vbi videas.*

226 LIMITA II. In causa † matrimonii, in qua vxor pro marito, & maritus pro vxore admittitur, secundum distinctionem Menochii, qui post alios, quos allegat antiquiores, plures casus distinguit, & satis benè materiam explicat *in tract. de arbit. qu. lib. 2. casu 103 per totum*, & ad scripta ibi per eum remitto lectorem.

227 LIMITA III. In † factis, quæ sunt difficilis probationis, & in quibus magis verisimiliter sciunt veritatem coniuges, quam alii, nam tunc eos ad testificādum admitti, argum. text. *in l. ex consensu, §. 1. cum ibi notatis per Dd. C. de repud. & post Bald. in l. parentes, colum. 2. vers. hoc verum, C. de testib. Ias. in l. sed & si quis, col. 1. nu. 4. vers. limita prædictam conclusionem, ff. si quis caut. scripserunt, Gabr. tit. de testib. conclus. 16. nu. 7. & Mascard. de proba.. lib. 3. conclus. 1420. nu. 13.* Et faciunt ad hanc limitationem, quæ in simili, & generaliter de affinibus, dixi *sup. num. 7.* & de fratribus, *nu. 132.* & de parentibus, *nu. 193.* & generaliter de testibus inhabilibus, dixi, *inf. qu. 62. nu. 28. & 50.*

228 LIMITA IV. Quando † agitur de probando innocentiam rei inquisiti pro aliquo delicto. Nam tunc coniux ad defensionem coniugis admittitur ad testificandum, secundum Speculat. *in tit. de inquisit. §. 1. versicul. sed nunquid ea refert & sequitur Ioan. de Anan. in cons. 59. visa inquisitione formata, col. 1. Ias. in d. l. sed & si quis, nu. 5. colum. 1. versic. secundo notabiliter limita, ff. si quis caut. Gabr. dict. conclus. 16. num. 8. Bertazz. consil. 33. num. 23. volum. 1. Mascard. d. conclus. 1420. num. 14.* Et faciunt pro hac limitatione, quæ in simili de affinibus, & fratribus dixi, *supr. nu. 33. & seqq. iuncto nu. 117.* & quæ generaliter de testibus inhabilibus dicam *infr. qu. 62. nu. 90. & seqq.*

229 LIMITA V. Quando † agitur pro delicto ad vindictam publicam, & ad fisci vtilitatem pro vulnere, percussione, siue morte illata coniugi: nam tunc domesticus non repellit alium coniugem ad testificandum, quia tunc causa non pertinet ad domesticum, sed ad rempublicam, ad istud facit originale dictum Fulgosii *in cons. 47. incip. super eo, quod quæritur, col. 1. quem referendo sequutus est Iason in d. l. & si quis, in fin. nu. 5. vers. tertio limita nouiter, ff. si quis caut.* vbi dixit, quod licet Fulgos. eo loco nihil ad hoc alleget, potest tamen allegari bonus text. *in c. super prudentia, §. potest, 24. qu. 2.* vbi probatur, quod domesticus admittitur in testem, quando non producitur in fauorem domestici, sed in fauorem tertii, & dicit etiam ibi Ias. quod multi de facili crederent contrarium, cum etiam isto casu tractetur saltem in consequentiam de vindicta priuati, *l. sed si vnus, §. si seruus, ff. de injur. & famos. libel. & Iasonem ac Fulgosium, sic vt supra dicentes, sequuti etiam sunt Gabriel. d. conclus. 16. nu. 9. conclus. 10. nu. 42. vers. & generaliter, Diaz. reg. 746. in 13. fallent. & Mascard. d. conclus. 1420. nu. 16.*

230 Verum † sicut apud nos hæc limitatio non seruatur in practica, & esset deridendus iudicio meo fisci aduocatus, qui vellet insistere, quod vxor pro vulnere, seu iniuria illata viro, vel econtra admitteretur ad testificandum tanquam idonea, ita pariter ab omni iure, & ratione aliena est. Primo, quia si in ciuilibus vxor pro viro non admittitur ad testificandum, *vt sup. probauimus, num. 210. in regula.* Ergo multo minus debet admitti in criminalibus, in quibus vt notum est, & *infra* suo loco dicemus, requiruntur testes magis idonei, & omni exceptione maiores. Secundo, si speciale est fauore defensionis, vt coniux admittatur ad probandum innocentiam coniugis, vt etiam *supr.* dixi *num. 228.* Ergo extra illum casum in contrarium est ius commune, arguendo à speciali. Præterea, & tertio, iam probaui *supra, nu. 9.* quod nec etiam in causa criminali ciuiliter mota affines admittuntur ad testificandum, vbi agitur de iniuria illata suo affini: Ergo multo minus, vbi criminaliter agitur de percussione, debent admitti coniuges, qui, *vt supr. deduxi, num. 213.* dicuntur duo in carne vna. Nec obstat ratio per Fulgos. & Ias. considerata, quod scilicet isto casu dicitur coniux deponere nō ad fauorem coniugis, sed ad fisci vtilitatem, ac ad publicam vindictam, & si ad commodum tertii, nam, vt bene idem Ias. considerat, vindicta publica redundat in satisfactionē vindictæ priuatæ, & sic non potest negari, quin etiam isto casu coniux habeat interesse, seu saltem affectionem, & ista est veritas. Laus DEO, &c.

ARGVMENTVM.

Domestici, an & quando à testimonio repellantur, & admissi qualem faciant probationem.

SVMMARIA.

Domesticus testis à testimonio repellitur, nu. 1. tam in criminalibus, quam in ciuilibus, nu. 2. & nu. 7.

Ordo præsentis quæstionis, num. 3.

Domestici qui dicantur, nu. 4. vbi remissiue num. 5. & 6. vbi bene explicatur, quot modis quis dicatur domesticus, & quot sunt domesticorum species.

Domestici dicuntur, & à testimonio repelluntur non solum illi, quibus imperari potest ratione dominicæ, vel patriæ potestatis, sed etiam illi, qui insimul habitant in eadem domo, nu. 8. Limita 1. dummodo habitatio sit continua, secus si non continua, num. 10. Limita 2. dummodo cohabitatio sit cum aliqua superioritate, & imperiositate, secus si cum æqualitate, nu. 11. sed etiam cum æqualitate non sunt testes integræ fidei, & omni exceptione maiores, num. 12. præsertim si viuerent in communi, & communibus expensis, nu. 13.

Domestici dicuntur, & à testimonio repelluntur omnes illi, qui viuunt ad vnum panem, & ad vnum vinum, nu. 9.

Mercenarius testis, hoc est, ille, qui conuenta mercede alterius suas operas locat, dicitur domesticus, & à testimonio repellitur, nu. 14. contra, nu. 15. Distingue, vt nu. 16.

Mercenarius testis probat, & non probat, prout iudici visum fuerit, iuxta qualitatem familiaritatis & domesticitatis, numer. 16.

Mercenarius testis non probat, & repellitur à testificando, quando habitat in domo illius, cui operas suas locat, aliter secus, nu. 16. & 17.

Negotiorum gestor non potest esse testis pro suo domino principali, num. 18. & 19. vbi idem de institoribus, factoribus, & similibus.

Domesticus non admittitur ad testimonium etiam cum tortura, num. 20. licet aliqui relati, nu. 21. contrarium dixerint, quorum opinio potest procedere in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, & quando testis habet contra se aliquam præsumptionem: tunc enim torquetur, aliter secus.

Domestici testimonium non admittitur in criminalibus, nu. 23. siue sint ignobiles, siue etiam nobiles, dict. num. 23. & siue sint domestici propriè, siue impropriè, siue etiam impropriissimè, num. 24.

Domesticorum testimonium admittitur, quando Canonici accusant suum Prælatum, nu. 25.

Domesticorum testimonium admittitur, quando accusatur matrimonium propter consanguinitatem, nu. 26.

Domesticorum testimonium admittitur in causa criminali intentata non ad instantiam domini, sed fisci, nu. 27.

Domesticorum testimonium admittitur, quando agitur de probando obuiationem, delicto committendo, nu. 28.

Domestici domesticorum non repelluntur à testificando pro primo domino, numer. 29. & num. 31. vbi redditur ratio: fallit in domestico vxoris meæ, qui etiam dicitur domesticus meus, num. 30.

Socii mei socius, socius meus non est, num. 31.

Vasallus vasalli mei, vasallus meus non est, num. 31.

Homo hominis mei, homo meus non est, nu. 31.

Dome-

Domestici quæ alteri fiunt, non prohibetur testificari pro domino suo, sitempore testimonii non est amplius domesticus, num. 32. nisi per fraudem desiisset esse domesticus, nu.33. & fraus ipso casu præsumitur, si prolato testimonio redeat in domesticitatem, numer.34.

Domestici testes admittuntur in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, quam per ipsos domesticos, num.35.

Domestici testes admittuntur ad probandum factum, de quo verisimiliter ipsi sunt magis informati, quam alii, num.36.

Domestici testes admittuntur ad probandum facta domus, numero 37.

Domestici testes admittuntur ad probandum facta, & commissa domi noctu tempore, num 38. & seqq.

Noctu tempore commissa dicuntur esse difficilis probationis, nu. 39. ideo ad illa probandum admittuntur præsumtiones, & coniecturæ, num. 40.

Domestici testes admittuntur ad probandum matrimonium clandestinum, num. 41. contra, num. 42.

Domestici testes admittuntur ad probandum stuprum, adulterium, aut quid simile domi commissum, num. 43. & 44. declara, vt nu. 45. & 52. & 55.

Domestici testes admittuntur ad probandum furtum domi commissum. num. 46. Non tamen sunt integræ fidei, & omni exceptione maiores, nu. 47.

Domestici testes admittuntur in probatione supellectilium, infamatis, valoris rerum derobatarum: idem in probatione rerum amissarum in nauim vel domum, idem in probatione, siue earum pretio ignorum alicuius muti, idem in subtractione bonorum post confectum inuentarium, num. 48. & idem in probando secretum patrimony, num. 49.

Domestici testes, quando admittuntur in casu, in quo ipsi veriti similiter sunt magis informati, quam alii, vel in casu, in quo veritas aliter haberi non potest: tunc non solum sunt integræ fidei, & omni exceptione maiores, verum etiam eis magis creditur, quam aliis, num. 50. & sequ. contra, num. 52. & sequ distingue, vt num. 54. & seqq.

Testibus informatis magis creditur, quam non informatis, numer. 51.

Testes inhabiles in casu, in quo specialiter admittuntur, non sunt omni exceptione maiores, num. 53. declara, vt nu. 56.

Tactus ad hoc vt non dicatur omni exceptione maior sufficit qualibet exceptio, & macula etiam minima, nu. 57.

Domestici testes licet admittuntur in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, id tamen intelligitur, vt procedat in ciuilibus, secus in criminalibus, num. 58. contra, num. 9. & sequ. pro resolutione, die quod etiam in criminalibus admittuntur, sed non sunt omni exceptione maiores, & integræ fidei, num. 61. & sequ.

Domesticorum testimonium non admittitur etiam in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, quando pars potuit alios testes habiles adhibere, & non adhibuit, & sic fuit in culpa, numer. 64.

Domesticorum testimonium, nec etiam recipitur in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, quando alii testes in eo actu licet non interuenerint, interuenire tamen potuerunt, numer. 65.

Domesticorum testimonium non admittitur etiam in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, quando volunt deponere super alieno, quod habet contra se præsumptionem, admittuntur tamen etiam ipso casu, sed cum tortura, numero 66. & 67.

Testes obnoxiam familiaritatem, vel domesticitatem, non possunt ferre, num. 68.

Domesticorum testimonium, nec etiam admittitur casu, in quo veritas aliter haberi non potest, quando testes non sunt probatæ vitæ, & opinionis, num. 69.

Domestici testes admittuntur ad defensionem inquisiti, & ad illius innocentiam probandam, numer. 70. licet aliqui relati, num. 71. contrarium dixerint. Limita primo, quando agitur de reprobando teste fisci, vel accusatoris, quia tunc domestici non admittuntur etiam ad defensam, numer. 72. Limita secundo in crimine hæresis, læsæ maiestatis, & aliis exceptis criminibus, num. 73. & seqq. sed contrarium videtur verius, nu. 76. & 77. Limita tertio, quando reus esset valde indiciatus, & suspectus: quia tunc domestici, nec etiam ad defensam admittuntur, num. 78. sed contrarium verius, num. 79. Limita quarto, vt ad defensam domestici admittantur in subsidium, & quando per alios veritas haberi non potest, aliter secus, num. 80. sed contrarium verius, nu. 81.

Domesticus testis non repellitur à testimonio, quando est valdè honestus, & probatæ vitæ, num. 82.

Domestici testes recipiuntur in instrumentis, num. 83. Declara, dummodo contrahentes non ignorent qualitatem domesticitatis, num. 85.

Domestici testes recipiuntur in testamentis, num. 85. habentur tamen pro suspectis, nu. 86.

Domestici testes licet non debeant ad testificandum admitti, admissi tamen faciunt aliquod indicium, vel præsumptionem, nu. 87. sed contrarium verius, nu. 88.

Domesticus testis admittitur, & probat contra alium domesticum, num 89.

Domesticus testis admittitur, & probat, si deponat contra dominum domus, num. 90.

Domesticus testis admittitur, & probat fauore Ecclesiæ, nu. 91.

Domesticus vtriusque partis non repellitur à testimonio, numero 91.

Domesticus testis probat, si parum deponit pro suo domino, & parum contra eum, num. 93.

Domesticorum testimonium non repellitur in crimine hæresis, læsæ maiestatis, & aliis exceptis criminibus, nu. 94 & seqq.

Domesticus testis probat contra producentem, num. 97. & sequ.

Domesticus testis potest cogi ad testificandum contra suum dominum, d nu. 97.

Dominus admittitur ad testificandum pro suo domestico familia, vel subdito. Limita primo, quando idem dominus esset adeo vilis, vt suum familiarem vt subditum teneret, numer. 100. Limita secundo, vt in omnem euentum non sit testis integræ fidei, & omni exceptione maior, numer 102. Declara, vt num. 103.

Domestici testes admittuntur, quando pars nihil opponit, num. 104. licet aliqui relati, num. 105. contrarium dixerint. Limita dummodo pars, non ignorauerit qualitatem domesticitatis, quia ignorans non consentit, num. 106. Declara limitationem, vt in nu. 107.

Domestici testes admittuntur ad probandum consanguinitatem, nu. 108.

Domesticorum testimonium suppletur ex magna fide contestis, num. 109.

Domesticorum testimonium suppletur ex numero testium, numero 112.

Domestici testes admittuntur ad probandum factum antiquum, num. 111. Declara remissiue, vt num. 112.

Domesticorum testimonium admittitur in probando ætatem hominis, num. 112.

Domestici potestatis, & officialis admittuntur ad testificandum pro suo potestate, & officiali, num. 114.

Amicus potestatis, & officialis potest esse talis in syndicatu pro suo potestate, & officiali, nu. 115.

Domestici testes admittuntur ad probandum furorem, nu. 116.

QVÆSTIO LV. INSPECTIO I.

OPponitur III. contra † testes, quod sunt domestici illos producentis, ideo testimonio repelluntur, textus est *in leg. etiam*, & ibi notant omnes, C. de testibus, Etiam iure ciuili, inquit ibi Imperator, *domestici testimonii fides improbatur*: item text. *in leg. 1. §. ad quæstionem*, & ibi poss. alios, Marsil. ff. de quæst. *Ad quæstionem*, inquit ibi Vlpianus Iurisconsultus, *non esse prouocandos eos, quos accusator de domo sua produxerit.* Quod & idem cauit Iurisconsultus *in leg. testes eos*, ff. de testibus, *canonizata in cap. si testes*, §. *testes*, 4. *quæst* 3 vbi dicitur, *testes eos quos accusator de domo sua produxit, interrogari non placuit*, C. *in literis*, & ibi pariter notant omnes Canonistæ, extra de testibus, *cap. super prudentia*, ibi, *Neque ad probationem domesticorum assumantur*, 14. *quæst.* 2. plura alia iura in idem congerit Specul. *in tit. de test. §. 1. nu. 11. vers. item excipitur, quod est domesticus*; *Nepos de Monte Albano, in tract. de testibus, in princ. num. 1. 4. & 5. & post ipsum alioſque plures, quos allegant, conclusionem hanc comprobarunt Iacob. Butrig. de testibus, num. 21. versic. 28. qui sunt domestici, Iacob. Aegid. de testibus, num. 10. versic. item repelluntur testes, Feder. Schenck de testibus, num. 25. versic. testes etiam domestici, Nell. de testib. nu. 11. vers. domestici testes, Aufr. de reprobat. test. nu. 39. versic. secunda conclusio, Crot. de testibus, num. 124. Bertachin. in tract. de episcop. §. nunc, num. 92. Ioan. Monac. in suo defensorio iuris, §. quia, num. 1. Bagarot. de reprobat. test. num. 25. (24.) Blanch. de indic. ad leg. fin. ff. de quæst. num. 362. Boss. in tit. de oppos. contra testes, nu. 93. Iodoc. in practic. crim. rubr. de reprob. test. cap. 50. num. 5. Diaz. regul. 746. in princip. Conrad. in pract. rubr. de testibus, §. personas testium aggrediendo, verbo, domestici, num. 41. & num. 42. versic. repelluntur propterea, fol. mihi 88. col. 1. Nouell. regul. 216. numer. 9. Curt. iun. consil. 168. num. 2. part. 2. Iacob. Port. Imolen. consilio 96. num. 39. Ioan. Mar. Monticell. in repertorio test. verbo, domestici, fol. 27. colum. 1. versic. penult. & column. 2. versic. 3. Mascard. de probation. libr. 1. conclus. 533. numer. 1. & libr. 3. conclus. 1357. numero 46.* Et hæc conclusio sine dubio communiter * ab omnibus, & passim recepta est, nor. 2 solum † in criminalibus, *prout infra dicam in specie in 4. ampliatione, numer. 23.* sed etiam in ciuilibus, quicquid in contrarium tacitè sensisse videatur Marsil. in testibus, *de vniuersitate* loquens, *in dict. l. 1. §. seruum municipum, numer. 4. ff. de quæst.*

3 Verum † amice lector, quia proposita materia testium domesticorum plura continet capita, pluresque alias materias subalternas sub se habet: ideo vt distincte procedam, eam in quinque principales inspectiones distinguendam putaui, in quarum prima de testibus domesticis in genere pertractabo: in secunda de seruis, famulis, ancillis, aliisque familiaribus: in tertia de vasallo & subdito: in quarta de colono: in quinta & vltima, de amicis verba faciemus, & in vnaquaque inspectione iuxta materiarum diuersitatem, aut vnitatem, vnam vel plures formabo regulas, quibus ampliatis, & declaratis more solito, habebis ni fallor, propositæ indagationis perfectam cognitionem.

4 Sed † antequam ad primã inspectionem me accingam, operæ pretium est inuestigare, quinam sint, seu in iure dicantur domestici? Respondeo, quod domestici sunt omnes illi, qui explicantur *in l. respiciendum*, §. *furta*, ff. de pœnis *in l. fin.* ff. *ad Syllan. in l. cum testimonio*, ff. de reg. iur. *in l. prædam*, ff. de quæst. *in l. ædiles*, §. *familiæ*, ff. de ædil. edict. & *in leg familiaria*, ff. de relig. & sumt. fun. & quos benè etiam enumerant, Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 12. vers. domestici autem sunt; & seqq. Nepos de Monte Albano tract. de testibus, num. 17. versic. sed quæro, quæ persona dicantur domesticæ, & seqq. Federic. Schenck de testibus, num. 27. versic. domestici dicuntur; Alb. de Malet de testibus, cap. 2. in princ. Addit. ad Lanfranc. in c. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, num. 62. in fin. vers. domestici appellantur, extra. de probat. Abb. post gloss. in c. literis, num. 5. extra de testibus, Bart. in l. etiam, in 1. lect. & in 3. lectur. in princ. Alb. ibidem, num. 1. vers. qui autem sint domestici, Salyc. num. 2. vers. quæro, qui dicantur domestici, C. de testibus, Cœpoll. in auth. sed nouo iure, num. 54. & seqq. C. de seru. fugit. vbi latè, Campeg. de testib. reg. 11. vers. 1. & seqq. & regul. 12. per totam in discursu, Blanc. de indic. ad l. fin. ff. de quæst. num. 363. Gabriel. de testib. conclus. 10. num. 2. Montic. de testibus, verbo, domestici, fol. mihi 27. col. 1. vers. 1. & 3. & fin. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 533. num. 2. lib. 1. & lib. 2. concl. 857. nu. 29.*

5 Sed † generaliter loquendo, & *vt inquit Baldus in dict. leg. etiam*, num. 1. versic. *secundo quæro, qui dicantur domestici*, C. *de testibus*, domesticum testimonium dicitur dictis modis, scilicet, vel ratione testificationis, vel ratione testificantis. Quando † autem dicatur domesticum, 6 vno vel alio respectu, vide ibidem bene declarantem eundem Bald. Rursus ratione testificantis, teste Alber. *in dict. l. etiam, nu. 4. & Ang. nu. 2.* testimonium dicitur domesticum tribus aliis modis. Vno modo domestici sunt omnes, qui sunt de eadem cognatione, quasi de eadem domo, & ita loquitur text. *in leg. 1. de emend. propinqu.* Alio modo sunt ii, qui sunt de eadem familia, & qui sub familiæ appellatione continentur, *vt in l. pronunciatio*, ff. *familiæ*, ff. *de verb. sig. & in l. ædiles*, §. *familiæ*, ff. *de ædil. edict.* Tertio modo domestici dicũtur ii, in quibus ius habemus, vt sunt adscriptitii, cẽsiti, vasalli, & alii, de quibus notatur *in l. præsenti*, §. *sanè*, C. *de his, qui ad eccles. confug. quod & latius explicauit Ioan. Sucar. in d. l. etiam, num. 5. versic. sed vt nos rectè intelligamus*, C. *de testibus*, nec ab iis multum differt distinctio quam post Adden. *ad Salyc. in l. etiam, in vers. & limita hanc legem*, C. *de testib. facit Mascard. d. conclus. 533. nu. 3.* vbi & ipse triplicem constituit domesticorũ speciem. Primo enim inquit, ipsi domestici proprie dicuntur parer & filius. Secundo improprie dicuntur domestici familiares, & alii, quibus imperari potest de iure, vel de facto. Tertio impropriissime dicuntur domestici, coloni, laboratores, & mercenarii. Verum, quia de singulis prædictis speciebus in specie, & particulariter in discursu quæstionis nobis differendum est, ideo pro terminorum cognitione his paucis remissiue allegatis contentus

REGVLAM constituo, quod † domestici à testificando repelluntur, quæ quidem regula satis comprobata reperitur ex allegatis *supr. in princ. qu. nu. 1.*

AMPLIA I. hanc † regulam, vt procedat non solum in iis, quibus quis imperare potest ratione paternæ, vel dominicæ potestatis, sed in iis, qui insimul habitant in eadem domo: adhuc enim & ii dicuntur domestici, & propterea & ipsi à testimonio repelluntur, *secundum Speculat. de teste, §. 1. num. 14. versic. & largè dicuntur familiares, Bart. in leg. etiam, num. 1. verbo, ex istis probatur, Salycet. numer. 2. vers. ideo domestici à conuersatione domus dicti sunt*, C. de testib. *Nepos de Monte Albano in tract. de testib. num. 10. versic. item is, qui cum iis moratur, Fede. Schenck de testib. nu. 26. versic.* vbi post gloss. *in c. 1. qu. 5. & in c. insinuante extra, de offic. ord. deleg.* dixit, familiarem quoque iure canonico appellari eum, qui cum aliquo commoratur, *Aufr. de reprobat. test. num. 35. vers. prima conclusio, Alber. de Malet. de testib. cap. 2. nu. 33. in fin.* vbi pariter dixit, ex prælegatis largo familiares intelligendos esse omnes eos, qui cum alio habitant. *Campeg. de testib. reg. 11. vers. omnis, qui habitat in eadem domo, & versic. secundo dicuntur familiares, Corra. in pract. in titul. de testib. § personas testium aggrediendo, verbo, domestici, num. 41. & post num. 42. fol. 88.* vbi *post Socin. quem allegat in consil 17 colum. 1. lib. 1.* dixit ratione cohabitationis tantum testes esse repellendos, secundum communem * Doctorum opinionem, *Felyn. in cap. in literis, num. 1. vers. prima conclusio, extra, de testibus, Cœpoll. in auth. sed nouo iure, num. 60. versic. Largo tamen modo*, C. *de seru. fugit. Gram. consil. rim. 26. nu. 31. Gabr. tit. de testibus, conclus. 10. numer. 2.* vbi alios plures adducit concordantes, *Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, cohabitans, fol. mihi 16. vers. 3. Hieron. Magon. decis. Lucen 89. num. 4.* vbi reddit rationem, quia scilicet cohabitatio inducit nimiam amicitiam, & familiaritatem, *Mascardus de probation. libr. 1. conclusione 533. num. 3. vbi de communi, * iuncto nu. 4. in fin. & num. 6.*

Nec † ab illis multum differt illud Baldi dictum *in 9 capit. in literis, num. 1. versic. & dic latius, extra, de testibus*, volentis domesticos dici posse omnes illos, qui, vt vulgo dici solet, viuunt in ea domo ad vnum panem, & ad vnum vinum, *& Bald. sequuti sunt Felyn. ibid. num. 1. versic. & ideo dicit Bald. Salyc. in d. l. etiam post princ. versic. & addo quod ille*, C. *de testibus, Aufr. de reprobat. test. num 35 versic. C. de*

Texto deteriorado
Encadernação deficiente
0078

dicit Bald. Corrad. in practic. §.2. de offic. prator. in caus. ciuil. rubric. de testibus, in part. personæ testium aggrediendo, numer. 41. versic. Largo modo vero. & num. 42. ante 1. limitat. Blanc. de indic. ad l. fin. ff. de quæst. post num. 363. Mascard. d. conclus. 533. num. 7.

10 LIMITA I. hanc † primam ampliationem, vt procedat, dummodo cohabitatio sit continua, secus si non continua, *sic nempe post Anton. de Butr. quem allegat in cap. repelluntur. num. 5. extra, de accusat. declarat Ioan. Mar. Montic. d. verbo, cohabitans, fol. 16. col. 1. vers. penult.* & faciunt, quæ in simili de cohabitantibus cum inimico meo, dixi *supr. q 53. n. 42.*

11 LIMITA II. eandem † primam ampliationem, vt procedat, dummodo cohabitatio sit cum aliqua inferioritate, & superioritate respectiue, nam tunc inferior non potest pro superiori testimonium ferre, cum illius domesticus ex cohabitatione reputetur, *vt dixi.* Vnde secus, si inter eos esset æqualitas in cohabitando, quia tunc pro cohabitante testimonium ferre quis non prohibetur, *vt per Nell. de testib. nu. 5. vers. quid si sint plures cohabitantes,* vbi propterea dixit, hoc esse notandum ad multa, *Aufrer. de reprob. test. n. 35. vers. 1. quod si plures. vbi post Felin. in d. c. literis. n. 1. vers. super isto tamen. extr. de testib. pro hac limitatione ponderat text. & ibi gloss. & Bald. in c. 1. circa princ. qualiter iurare deb. vasall. fidel. dom.* & pariter ponderat text. *in c. 1. 3. q. 5.* vbi ponuntur tanquam diuersa, familiares, vel de domo prodeuntes, ex quo datur intelligi, quod non omnes cohabitantes in eadem domo dicuntur domestici ad effectum, vt à testimonio repellantur, *addo & Gabr. tit. de testib. concl. 10. n. 56. & Mascar de probat. lib. 1. conclus. 533. n. 4. iuncto n. 6. Rota coram d. Cæsare de Grassis dec 61. (18.) nu. 5.* vbi dixit, solam cohabitationem non repellere testem à testificando.

12 SVBLIMITA hanc † secundam limitationem, vt in omnem euentum isti cohabitantes, etiam æqualiter in eadem domo non possint dici testes omni exceptione maiores, propter amicitiam, quæ ex conuersatione continua inter eos producitur, subintrant enim ea, quæ infra de teste amico referam, *hac ead. q. in vlt. inspect.* Etsi
13 forsan † viuerent communibus expensis, vt sæpe contingere solet, vel sub eodem victu & potu, tenoratione maioris familiaritatis & amicitiæ, quæ inde nascitur, crederem eos repellendos in totum, per ea, quæ dicta & comprobata sunt, *nu. 9.*

14 AMPLIA II. propositam regulam, vt † procedat etiam in mercenariis, iis scilicet, qui conuenta mercede alicui operas suas locarunt, quos quandoque laboratores, quandoque salariatos nuncupamus nam & iidem domestici reputantur, per text. *in l. respiciendum. §. furta. ff. de pœn. & in l. si libertus, §. furti.* ideo & consequenter à testimonio repellendos, scripserunt Specular. *in titul de teste, §. 1. num. 12. versic. sunt etiam domestici. Castrens. in l. etiam, numer. 1. in fin. C. de testib. Henric. Boyc. post gloss. ibi, in verbo, de familia, in cap. in literis, colum. 2. versic. 2. in casu, extr. de testib. Iacob Aegid. in tract. de testibus, num. 10. versicul. item repelluntur testes, Nepos de Monte Albano, num. 7. & 8. Feder. Schenck. de testibus, numer. 27. versicul. item domesticus est mercenarius, Nell. de testibus, post numer. 11. versicul. clientulus, vel mercenarius, Aufrer. de reprobat. test. numer. 35. in princip. Alber. de Malet. in tract. de testibus, cap. 2. num. 39. & num. 42. Lanfranc. de testibus, num. 62. (64.) versicul. quid autem de mercenario, Iodoc. in pract. crimin. cap. 56. (50.) rubr. de reprobat. testium, nu. 5. Campeg. de testib. reg. 12. vers. quinto, quia familiaris, & versic. fin.* vbi ex Castrens. *in d. l. etiam*, facit conclusionem, quod mercenarij habitantes in domo, vel non habitantes, sed frequentantes domum, prout sunt laboratores possessionum, dicuntur domestici, & ideo non admittuntur ad testificandum, *idem Campeg. reg. 15. in prin. Alex. cons. 91. num. 8. lib. 4. Capoll. in auth. sed hodie iure,* 45. (34.) *C. de seru. fugit. alios plures refert Gabr. de testib. concl. 10. n. 4. nec dissentit Mascar. de probat. lib. 1. concl. 533. sub n. 5. & seqq. lib. 3. concl. 1550. n. 7.*

LIMITANDO hanc † secundam ampliationem, 15
quæ, vt vides, communiter * recepta [illegible] dicitur, mercenarios esse à testimonio [illegible]. Aduerte, quod contrarium per gloss. ibi [illegible] *in cap. in literis, post num. 5. extra, de testibus*, vbi [illegible] quod isti domestici, seu familiares, quibus quis omnino imperare potest, illi etiam omnino à testimonio repelluntur, illi, quibus non sic imperari potest, [illegible] sunt mercenarii, admittuntur. Sed † iudex secundum 16
qualitatem familiaritatis arbitrabitur, quanta fides sit eis adhibenda, *refert & sequitur idem Campeg. reg. 11. in 26. fallent. & reg. 15. in 2. fallent.* Hinc notabiliter animaduertit Capoll. *in d. authen. sed nouo iure, num. 45.* ponderando text. *in d. l. respiciendum, §. furta. ff. de pœn.* in illis verbis, *vel mercenarij, apud quos degunt*, & in quo textu Speculat. & alii præcitati fundant propositam ampliationem, quod nisi mercenarius degat in domo domini, non potest dici domesticus, & consequenter non repellitur, quod & latius reassumpsit Put. *decis. 4. num. 1. seqq. lib. 1.* vbi inter alia ad comprobationem distinctionis traditæ per Cæpollam, licet illum non alleget, argumentatur sic: Certum est, quod sola familiaritas & habitatio sine salario non repellit testem à testimonio, secundum communem, de qua latius dicam *infra in 2. reg. 2. inspect.* vbi de famulis seruientibus sine salario tractabo: ita econtra solum salarium, seu merces sine familiaritate & habitatione, non debet eundem testem repellere. Et ideo quicquid in contrarium indistincte sensisse videantur Castrens. Specul. Alex. & alii præcitati Dd. in hanc partem Rotam inclinasse testatur. Quare † vt ad pro- 17
positam limitationem redeam, dico, quod si mercenarius habitat in domo illius, cui operas suas mercede locauit, & tunc in totum repellitur à testimonio, & procedit ampliatio: si vero non habitat cum eo, & tunc non repellitur, secundum allegata per Cæp. & Put. *vbi supra*, sed bene diminuitur de fide, iuxta gloss. & Abb. *in d. c. in literis.* Et ista est veritas.

AMPLIA præcedentem limitationem, vt † & 18
idem sit in negotiorum gestore, factore, institore, seu allo, vt vocant, iuuene alicuius apothecæ, & mercatoris, seu alterius. Nam & is repellitur à testimonio, si habitat in domo sui domini, ac illius expensis viuat, secus si extra domum habitans solam habeat mercedem, *sicut post Bald. in consil. 50. volum. 2. Moncad. in addit. ad Crot. num. 127. litera N. in fin. & versicul. prædicta procedunt. voluit idem Put. d. decis. 4. num. 5. lib. 1. & post Cyn. in d. l. etiam, C. de testib. & Cardin. in d. cap. in literis, extra, eodem, voluit etiam Campeg. de testibus, reg. 11. in 11. fallent. Gabriel. in titul. de testibus, conclus. 10. num. 8. vbi sequitur Bald. in loco præcitato, Angel. in l. quoniam, num. 5. C. de testibus*, vbi in istis iuuenibus mercatorum distinguit sic, quod si sunt socij, repelluntur à testimonio propter commune interesse: si vero non sunt socij, licet prima facie videatur, etiam eos, tanquam domesticos & familiares, fore repellendos, in contrarium tamen est veritas, quia si sint bonæ conditionis & famæ, admittuntur, sed iudex arbitratur, 19
quanta fides sit eis adhibenda. Et † ita credo esse veritatem in istis factoribus, institoribus, & negotiorum gestoribus, vt etiam in casu, in quo admittuntur, non sint testes omni exceptione maiores, sed eis de fide diminuatur arbitrio iudicis: vide tamen, quæ magis ex professo de negotiorum gestore dicam *infr. q. 60. n. 261. 262. seqq.*

AMPLIA III. dictam † propositam regulam, vt 20
nec cum tormentis domestici testes ad testificandum admittantur, secundum Marsil. *in l. 1. §. ad quæstionem*, per illum text. *ff. de quæst. quem refert & sequitur Mascard. de probat. lib. 1 conclus. 533. nu. 9.* Et licet † contrarium 21
sensisse

sensisse videatur Alb. de Malet. *in tractat. de testibus, cap. 2. num. 69. versic. tamen crederem, & Alber. sequutus est Campeg. de testibus, regul. 11. in 12. & 19. fallent. & regul. 13. in 4.*
22 *fallent.* Aduerte † tamen, quod Alber. loquitur in casu *l. consensu. C. inter repud.* & sic in casu speciali, videlicet quando veritas aliter haberi non potest. & domesticus habet contra se aliquam vehementem præsumptionem, vt ibi per eum. Tunc enim ad illam purgandam, cum tormentis admittitur, & probat: cum etiam si non haberet contra se illam præsumptionem, sine tormentis admitteretur ob difficultatem probationis, *vt infra in limitationibus huius regulæ dicam.* At extra illum casum non recedas à proposita ampliatione per text. *in dig. §. ad quæstionem.*

23 AMPLIA IV. Vt † regula procedat non solum in ciuilibus, sed etiam & multo magis in criminalibus, in quibus, vt notum est, requiruntur testes magis idonei, quam in ciuilibus. Sic enim est de mente omnium Doctor. allegatorum *supr num. 1.* qui generaliter, & indistinctè loquuntur in omni caussa, & in criminali de specie probat text. *in dict. l. 1. §. ad quæstionem, ff. de quæst.* & benè loquitur Crott. *de testib. num. 105.* vbi reddit rationem, quia scilicet in criminalibus perfectiores requiruntur probationes, *l. sciant cuncti, C. de probat.* & vt inquit ibi Crott. licet in ciuilibus caussis consideretur, an domestici, ac familiares sint nobiles, aut ignobiles, etsi fuerint nobiles, videatur esse eos admittendos, *vt infra dicetur in limitationibus*, tamen in caussa criminali, siue nobiles, siue ignobiles sint, indistinctè repellũtur, propter affectionem, quam habent ad suum dominum, & superiorem, addo & in terminis text. *in cap. super prudentia, 14. quæst. 2.* in illis verbis, *In criminibus siquidem accusatorum & testium, illa districtio obseruanda est, quæ in canonibus continetur, ne qui ad probationem domestici assumantur.* Et per istum text. idem affirmauit Marsil. *in dict. leg. 1. §. seruus municipum, num. 4. ff. de quæst.* addend. ad Salycet. *in leg. etiam, C. de testib. vers. & limita hanc legem,* vbi † quod in causis criminalibus domestici non possunt esse testes, siue
24 sint domestici propriè, vt patet, & filius, siue impropriè, vt familiares, siue impropriissimè, vt coloni, laboratores, liberti, & mercenarii, *Viu. in commun. opin. verbo, testes affines, in princip. Claud. ad Bertaz. in consil. 235. num. 11. litera D. verbo, secus si tractant de offensa alterius, libr. 1. addo & text. in leg. testes eos, ff. de testibus, canonizatum in cap. si testes, §. testes, 4. qu. 3.* vbi dicitur, *testes eos, quos accusator de domo produxit, interrogari non placuit.*

25 LIMITA I. Hanc † quartam ampliationem non procedere, quando canonici accusant suum prælatum, tunc enim admitti domesticum testimonium, per text. *in cap. Iator, qu. 7 scripsit Alb. de Malet. in tract. de testib. parte 2.*
26 *num. 63. & seqq.* Vbi † ponit alium casum, in quo in criminalibus domestici testes recipiuntur, videlicet quãdo accusatur matrimonium propter cõsanguinitatem, *vt in cap. 1. 35. qu 6. Alb. sequuti sunt Campeg. de testib. reg. 11. in 16. fall. Diaz. reg. 746. in 31. fall. Mont. in repert. testium, verbo, domestici, fol. mihi 27. col. 2. vers. 4. & verb. testes in cri. fol. 354. col. 2. vers. fin.*

27 LIMITA II. Eandem † quartam ampliationẽ procedere, quando domesticus inducitur ad fauorem sui domini accusatoris, & querelantis: tunc enim pro eo in criminalibus non admittitur in testem, vt supra. At secus si induceretur ad fauorem fisci, & iudice procedẽte, vel ex officio, vel ad dicti fisci instantiam. Tunc enim admittitur ad probandum offensam domino suo non querelanti, & non accusanti; & hoc quia non videtur agi de interesse illius, sed fisci, *sic enim post Fulg. & Ias. quos allegat scripsit Diaz. d. reg. 746. in 3 fall. sequitur Gabr. tit. de testib. concl. 10. nu. 42. vers. & generaliter*, sed de veritate huius limitationis remitto me ad ea, quæ dixi *supr. qu. 54. in fin.*
28 LIMITA III. Dictam † quartam ampliationẽ non procedere, quando ageretur de probando obiectionẽ delicto committendo; nam tunc quod testes domestici sint admittendi, pluribus contẽdit Marl. *in l. de minore, §. tormenta, nu. 28. & seqq. ff. de quæst. sequitur Diaz. d. reg. 746. in 14. fall.* Et facit, quia ad probandũ innocentiam, & defensionem rei admittitur domesticum testimonium, *vt mox infr. dicam in 4. limit. principalis huius regulæ.*

LIMITA I. Et † principaliter huius primæ inspectio- 29
nis propositam regulam non procedere in domesticis domesticorum. licet enim domesticus partis repellatur à testimonio, non tamen repellitur domesticus domestici eiusdem partis, fuit singulare dictum Innoc. *in c. insinuante, extra, de off. deleg.* quem sequuti sunt Bald. Anch. Ant. de Butr. & alii plures in locis relati per Corset. *in suis sing. verbo, testis, 20. incip. licet domesticus*, allegans, & inducens in id tex. *in l. 1. C. si quacunq; præditus potest, in vers. vicario competat*, vbi probatur, quod si iudex ordinarius recusatur suspectus, poterit nihilominus eius vicarius esse iudex, ita pariter licet dominus non possit producere testem suum familiarem, ac domesticum tanquam suspectum, non tamẽ prohibetur producere domesticum seu familiarem domestici, seu familiaris sui, quod & idem etiam affirmarunt Aufr. *de reprob. test. verb. domestici, post nu. 34. Diaz. reg. 476. in 17. fall. Mont. in repert. test. verb. domestici, fol. 28. col. 2. vers. 5. & 6.* Vbi † tamen de- 30
clarat, hoc non procedere in domestico vxoris meæ, qui etiam dici potest meus domesticus, & ideo & ipse repellitur sicut vxor) *Masc. de prob. lib. 2. concl. 747. nu. 4. & lib. 1. concl. 533. n. 10.* vbi pariter post Io. Fab. quem allegat *in §. in testib. in fin. Inst. de testa. & Aufr. ad Capell. Tholos. dec. 4.* etiam in fin. declarat hanc limitationem procedere in domestico patris mei, qui etiam dicitur domesticus meus, & repellitur sicut pater. Facit † etiam pro hac li- 31
mitatione regula illa satis vulgata, quod homo hominis mei, homo meus non est, de qua *in l. Modestinus, & ibi gl. & Dd. ff. de verb. sign.* & socii mei socius, socius meus nõ est, *l. consocii, § socii mei, ff. de reg. iur.* & vasallus vasalli mei, vasallus meus non est, *secundum * communem, quam plurib. * post alios comprobat Osasc. cons. 64 nu. 52.* Ita pariter, & domesticus domestici mei, domesticus meus non est, faciunt etiam quæ in simili de familiari dicam *infr. nu. 128.*

LIMITA II. Dictam † regulam procedere in eo, qui 32
est domesticus tempore testimonii, secus si ante fuit, & eo tempore desierit esse domesticus, quia tunc non prohibetur testificari pro eo, in cuius domo ante steterat, secundum Bald. *in l. etiam, nu 3. Salyc. nu. 4. & ibi in addit. magna, post princ. vers. & vide quod inspicitur conditio testis tempore iuramenti, Alb. nu. 6. Io. Sicar. nu. 6. C. de testib. Felyn. in c. in literis, nu. 10. ad fin. vers. prædicta extende ad quælibet domesticum, qui desiit esse domesticus, extra, de testib. Nell. de testib. nu 11. vers. sed si fuerit olim, Aufr. ad Cap. Thol. decis. 4. vers. prædicta esse vera, Tiraq. in tract. cessante causa, part. 1. nu. 101. inc. famulatio, Boss. in tit. de oppos. contra testes, num. 93. in fin. Campeg. de testib. reg. 11. in 6. & 20. fall. Gabr. tit. de testib. concl. 10. nu. 9. & 10. vbi plures alios adducit concordantes, Ioan. Mar. Montic. in repertorio testium, verbo, domestici, fol. 29. col. 1. vers. 1. & 2. & col. 2. vers. 5. & verbo, familiares, fol. 34. col. 2. vers. penult. Claud. in addit. ad Bertaz. in cons. 235. nu. 11. litera D. vers. sed et reiiciatur, Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 533. nu. 11. & conclus. 26. nu. 5. vers. 4. hoc te velim admonitum*, faciunt, quæ in simili de famulo dixi *infr. nu. 145. & seqq.* & generaliter de teste inhabili dixi etiam *infr. qu..... num.....*

SVBLIMITA hanc † secundam limitationem nõ 33
procedere in eo, qui per fraudem exiisset ex domo domini ad hoc, vt pro eo posset testificari, tunc enim non admittitur, etiam quod tempore testimonii ferendi nõ sit domesticus, *vt per Nell. de testibus, post d. nu. 11. versic. nisi constet de fraude. Alb. in leg. etiam, num. C. & ibid. Salyc. nu. 4. versic. nisi fraus interueniret, C. de testibus, & Mascard. d. conclus. 533. n. 12. & 13.* Et † fraus isto casu præsumitur, si probato 34

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

testimonio, vel etiam lite finita rediret ad domum ipsius, pro quo testificatus fuit, *vt per Alb.d.nu.6.& Mascard. dict.conclus.533.num.14.* Verum, quia hæc sublimitatio recipit multas declarationes, ideo de illius veritate, & materia, ne bis idem repetatur, remitto me ad ea, quæ in simili posui infra de famulo, *in 2. inspect.n.150. & seqq.*

35 LImita III. Quando † veritas aliter haberi non potest, quam per domesticos: tunc enim & domesticos ad ferendum testimonium admitti per text. *in leg. consensu, C. de repud.* voluit ibidem Alber. *num.10.versic.ex quibus colligitur, idem Alber. in leg.etiam, num.1. versic.fallit etiam regula, C. de testibus, Adden. ad Salyc. in d. l. etiam, in addit. magna, versic. item verum, nisi in factis, &c. & versic. sed quid si aliter, quam per eos, Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in titul. de teste, §.1. versic. item excipitur, qui est domesticus, nu.13. in verbo, execerit. litera P. in fin. addit. Marsil. in practic. §. diligenter, num 81. versic. & facit, Feder. Schenck in tract. de testibus, num. 28. Alber de Malet. de testibus, cap.2. num.66. in princip. Camp. eg. regul.11. in 17. fallent. Corrad. in practic. §.22. de offic. prætor. in causa. ciuil. rubric. de testibus, in part. personas testium aggrediendo, verbo, domestici, in 2 fallent. numer.42. fol. mihi 89. Nouell. regul 216. num.9. versic. & prædicti admittuntur, Gabriel tit. de testibus, conclus.10. num.47. Ioan. Mar. Monticel. in suo repertorio testium, verbo, testes inhabiles, fol.74. column.1. versic. penult. Cephal. consil.110. num.29. & sequ. Mascard. quæstura, & concordantes ad hanc limitationem adducit in tract. de probat. libr.1. conclus.124. numer.48. & conclus.533. numer.15.*

* & vbique passim & communiter * Doctores, quos recensere esset, vt dicunt, potius laboriosum, quam vtile. Sed in simili alios adducemus in materia testis inhabilis infra *qu 62 nu.50. & seqq.* vbi etiam vide ad declarationem propositæ limitationis.

36 Amplia I. hanc † tertiam limitationem, vt idem sit, & multo magis procedat, quando sumus in facto, de quo verisimiliter domestici sunt magis informati, quam extranei, tunc enim eos admitti ad testificandū, sic enim per text. *in cap. veniens, in fin. extra, de testibus, & in leg. quoties, C. de naufrag. libr.11. & in capit. super prudentia, 14. quæst.2. ac per alia plura iura, & Dd. auctoritates quas adducit, voluit præcipuè Marsil. in l.1. §. ad quæstionem, num.4. ff. de quæst. Felyn. in cap. in literis, nu.6. extra, de testib. Bart. in leg. si quando, col. fin. versic. qualiter ergo tunc probabitur, C. vnde vi, Anton. de Butr. in cap. videtur, in 3. & in 5. notab. qui matrimon. accus. pos. Aret. consil.13. colum. penult. versic. nec obstat, Aufrer. de reprobat. test. num.36. versic. fallit tertio, Crott. de testibus, num.126. Bossi. in tit. de oppositi contra testes, nn.39.(93.) versic. item fallit, Diaz. reg.746. in 4. fallen. Corrad in pract. §.2. de offic. prætor. in caus. ciuil. rubr. de testibus, in part. personas testium aggredientio, verbo, domestici, nu 42 in 3. fallent. fol. mihi 88. col.2. Aym. de antiquit. temp. part. prima, §. visō de fama, num.15. Gabr. tit. de testibus, conclus.10. nu.40. & 41. Monticell. in repertorio testium, verbo, domestici, fol.29. col.1. versic. penult. & verbo, testes inhabiles, fol.74. col.1. versic. penult. Mascard. de probat. d. conclus. 124. nu.48. & 533. nu.15.*

37 Amplia II. eandem † tertiam limitationem, & illatiue ex præcedenti ampliatione, vt & idem sit in factis domesticis, quæ cum per alios melius sciri non possint, quam per domesticos, hoc ideo, & eosdem domesticos ad ferendum super his testimonium admitti voluerunt Alb. per illum tex. *in l. consensu, nu.10. C. de repud.* vbi quod illa lex fæpissimè per Aduocatos ad id allegatur, item & allegat text. *in d. cap. veniens, in fin. extra, de testibus, Adden. ad Salyc. in l. etiam, in addit. magna, ad medium, versic. vel alia delicta domestica, C. de testibus, Bald. consil.237. n.3. lib.4. Ioan. Sucar. in d. l. etiam, num.10. versic. sic quoque,* vbi dixit, sic quoque si fiant delicta domestica, illa tanquam clandestina per domesticos recte probantur, *Marsil. in leg.1. in quæstionem, num.4. ff. de quæstion. Aymon. de antiqu. compar. part. prima sectione, vbi de fama, numer.15. Plot. de in litem iurand. §.4. num.23. & sequent.* vbi dixit furtum, dolum, & alia similia commissa in domo probari per domesticos, *Bossi. in tit. de oppositi contra testes, nu.93. versic. & quid de iis, quæ fiunt in domo, & in tit. de indit. considerat. ante tortur. nu.164.* vbi ampliat, etiam quod delictum de sui natura non sit difficilis probationis, & declarat, secus esse in gestis domi alicuius magni viri, vtpotta exercentis suprema officia, in quam pro libito omnes vadunt, & redeunt, *Campeg. de testibus, reg.11. in 10. fallent. Corrad. in pract.2. §.2. de offic. prætor. in caus. ciuilib. rubr. de testib. in part. personas testium aggrediendo, verbo, domestici, num.42. in 3. fallent. column.2. fol.88. Feder. de Senis. consil.119. incip. nulli dubium, Paul. Ghirlan. de relaxat. carcer. rubr. de absolut. innocen. quæst.3. num.3. Beninten. decis. Bonon. 43. nu.4. Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, domestici, fol. mihi 28. col.1. versic.6. & 7.* vbi de homicidio domi patrato, & *verbo, familiares. fol.35. colum.1. versic.3. & verbo, testes inhabiles, fol.74. colum.1. versic. fin. Viuius in commun. opin. verbo, testes affines, versic. tamen nota, & versic. & ad probandum gesta vel acta in domo, Gabriel. qui plures alios adducit concordantes, in titul. de testibus, conclus.10. numer 33. Bertazzol. consil.530. num.2. libr.2. Rota coram d. Cæsare de Grassis, 82. numer.2. Mascard. de probat. libr.1. conclus.496. numer.8.* vbi de delictis domi patratis, *& conclus.533. numer.17.* Ex quibus sine dubio dici potest, hanc ampliationem non solum communiter, * sed ab omnibus receptam esse, & plura eiusdem * limitationis exempla posui infra, *nu.43. & seqq. in 4. ampliat. & seqq.*

38 Amplia III. Vt † eadem tertia limitatio multo magis procedat in factis, & delictis domi patratis de nocte, quæ cum sint difficilis probationis de se propter temporis nocturni qualitatem, ideo eo magis ad illorū probationem domestici testes admitti, eo quia de illo tempore alii testes verisimiliter domi interuenire nequierint, voluit in specie Feder. Schenck *in tract. de testibus, nu.28.* vbi bene exemplificat hanc ampliationem.

39 Pro † qua optime facit, quia noctis tempore commissa, dicuntur difficilis probationis, *gl. in l. sicum exceptione, §. in hac. ff. quod met. caus. Bald. consil.77. lib.3. Alex. consil.28. n.8. lib.3. Iaf. in l. non minorem, C. de transact. Boer. decis.68. num.6. Menoch. de arbit. quæst. lib.2. casu 116. nu.14. & de præsum. lib.1. quæst.58. nu.11. Rolan. consil.3. nu.5. vol.3. Bursat. consil.316. n.38. & 39. lib.2.* Ideo in iis non solum admittitur præsumtiua, & coniecturata probatio. Verum † etiam ad pro-

40 bandum admittuntur testes inhabiles, ex allegatis per Plot. *in lit. iur. nu.147. ad l. si quando, C. vnde vi, secundum antiquam impressionem, Herculan. in tract. de negat. nu.16. & 17. Bursat. consil.346. nu.17. cum aliis relatis per Mascard. de probat. libr.2. conclus.112.(1124.) nu.13. & lib.3. conclus.1368. nu.8. & dicam latius infra in materia testis inhabilis, qu.62. nu.28.*

41 Hinc propterea † ad probandum clandestinum matrimonium, domesticos testes fore admittendos post Aret. Bertac. & Aufr. in locis per eum allegatis, firmauit Diaz *reg.746. in 4. fall. versic. & ex hac limitatione, refert Mascard. de probat. lib.1. conclus.533. nu.16.* Vbi † tamen *num.19.* 42 *& 20.* non sine ratione multum dubitat de veritate huius illationis, & contrarium aliis relatis, apertè scripsit *conclus.90. nu.8. & 9. eod. lib.1.*

43 Amplia IV. Supra † propositam tertiam limitationē, (& hæc ampliatio venit illatiue ex secunda præcedenti ampliatione,) vt & idem sit in probatione stupri, & adulterii commissi domi, nam hęc & similia, & in primis adulterium posse per domesticos probari, affirmarunt præcipue Alber. de Malet. *in tract. de testibus, part. 2. nu 66.* per text. *in l. consensu, C. de repud.* reddens rationem, quia scilicet adulteria & coitus non fiunt in præsentia multorum, imo clam & occulte, ideo recipiuntur testes tales, quales reperiuntur, *Adden. ad Salycet. in leg. etiam, in addition. magna, in princip. versic. & ibi, vide Corrad. in practic. titul. de adulter. post numer.13. fol.381. column.2. Mascard. de probat. libr.1. conclus.533. nu.22.* vbi post Salycet. quem

quem allegat *in leg. fin. Cod. de sicar.* domesticos probare, quod quis voluerit vxorem mœchari, vel similia delicta patrare.

44 Et † de stupro, quod pariter per domesticos probetur, si non quoad plenam probationem, saltem quoad faciendum indicium, affirmauit Corrad. *in pract. §.3. de offic. prator. in caus. crimin. in tit. de stuprato, nu.8. ex Alc. quem allegat in tract. de præsumpt. regul. prim. præsumpt.39. numer.4.* * vbi dixit in hoc communiter * esse approbatam gloss. *in l. fin. C. de accusat.* Quæ quidem gloss. teste Claro *in §. stuprum, versic. quæro nunquid*, licet loquatur in alio proposito, an scilicet in delictis, quæ clam committuntur, admittantur testes inhabiles, nec ne: conclusio tamen in se est vera, & obseruatur in practica, *vt ibi per eum.* Sed ego in eadem leg. final. nō inuenio glossam loquentem ad propositum, ad quod eam allegat Clarus, videlicet de testibus inhabilibus admittendis in delictis occultis, & clam commissis, prout & minus repetio glossam loquentem de testibus domesticis, seu eorum probatione, præsertim in materia stupri, *prout eam allegat Alciat. in loco præcitato.* Solum ibi reperio gloss. fin. in vltimis verbis, volentem depositionem sociī criminis etiam in casibus exceptis non facere plenam probationem, sed tantum indicium, & ex hac gloss. credo in simili, Alciatum voluisse inferre, quod licet in stupro domi facto contra regulam admittantur testes domestici, admittuntur tamen non quoad plenam probationem, sed quoad indicium. Et ita credo fuisse mentem Alciati, qui propterea respondet ad text. *in cap. in literis, extra, de testibus,* vbi agitur de probatione stupri: Et tamen non admittuntur, ibi ad illius probationem testes domestici, vt scilicet non admittantur, quoad plenam proba-

45 tionem, sed quoad indicium. Adde † tu, quod etiam quandoq; admittuntur quoad plenam probationem, adhibita tamen distinctione, de qua *infra nu.25. & seqq.*

46 Amplia V. Præpositam † tertiam limitationem, vt & idem sit in furto domi commisso, quod sine dubio poterit per domesticos testes, aliosve inhabiles probari, sicut probantur alia facta domestica, ex iis, quæ scripserunt Bartol. *in l. quando, num 4. & 5. C. vnde vi, Castrens. in l. si creditor, num.6. C. de pignorat. action. Alexan. in l. prætor ait, num.10. versf. & in quantum tangit Bart. ff. de edend. Bald. consil.427. quædam mulier, nu.5. vol.5. Feder. Schenck in tract. de testibus, num.281. Plot. de in litem iurand. §.4. num.24.* vbi ampliat, sive furtum fiat de nocte, sive etiam de die, *Paris. consil.75. ad victoriam, numer.22. volum.1. & consil 74. nu.12. eod. volum. Aret. in §. sed istæ, versic. quomodo autem probet furtum, Instit. de act. Bossi. in tit. de indic. num.177. versf. non tamen credas.* Vbi † tamen quod isto casu non erunt testes integræ fidei, & omni exceptione maiores. De quo vltimo remitto me ad ea, quæ dicam *infr. in 7. ampliatione eiusdem propositæ limitat. num.50.*

47

48 Amplia VI. (Et † nunc pono cætera exempla, quæ illatiuè veniunt ex proposita secunda ampliatione,) vt & idem sit in probatione supellectilium: idem in probatione infirmitatis: idem in probatione valoris rerum derobatarum; idem in probatione rerum immissarum in nauim, vel in domum, idem in probatione, seu interpretatione signorum alicuius muti; idem in subtractione rerum post confectionem inuentarii. His inquam omnibus casibus testes domestici admittuntur, *sicut post Bertachin. quem allegat, voluit Diaz. d. regul. 746. in 2. fallent. & seqq. Adden. ad Salycet. in leg etiam, in addit. magna, ad medium, C. de testibus, Ioan. Sichar. ibid. nu.10. Corrad. in pract. §.2. de offic. prator. in caus. ciuil. rubric. de testibus, in parte, personas testium aggrediendo, in verbo, domestici, in fallent.9 & sequentib. fol. mihi 89. colum.1. Gabriel. titul de testibus, conclusione 10. num.34. & seqq. vsque ad num. 38. Monticell. in repertorio testium, verbo, domesticus, fo. 28. colum.1. verticul.4. & 5 & colum.2. versic.1.* vbi idem ad † probandum secreta patrimonii, *Mascard. de probat. libr.1. conclus.533. num.21.23. & 24* apud quos bene repeties omnia prædicta tigillatim comprobata. 49

Amplia VII. & † vltimo, hanc tertiam limitationem, vt in omni casu, in quo veritas aliter haberi nō potest, & præsertim in probandis factis, ac delictis domesticis, domestici testes non solum admittantur, sed admissi præferantur aliis non domesticis, (& sic videtur eos esse integræ fidei, & omni exceptione maiores,) *vt per Felyn. post Bartol. quem allegat in cap. in literis, nu.6. versf. & plus dicit ibi Bart. extra de testibus. Marsil. in leg.1. §. ad quæstionem, post nu.4. ff. de quæst. Aufrer. de reprobat. test. nu.36. versic. plus dicit, Crot. de testibus, num.26. versic. quamuis hoc casu, Ghirland. de relaxat. carcerat. rubric. de absolut. Innocent. post nu.3. Bossi. in titul. de oppositi contra test. nu.93. verticul. multo fallit, Gabriel. tit. de testib. conclus.10. nu.48. vbi plures adducit.* Et † ratio huius exceptionis accipitur per Doctores præcitatos ex eo, quia domestici de gestis in domo sine testibus aliter non informati, quam alii, ideo non est eorum testimonio præferantur in probatione *iuxta ea, quæ scripserunt Bald. in l. nemo, num.5. ff. de obsequ. parent. & vbi Barba. n.2. & 3. quæstio non possit. & de testib. num.199. cum aliis allegatis per Mon. Gabriel. in repertorio testium fol. mihi 27. col.2. versf. fin. & per Ofasc. consil.64. nu.10. tandem nam 50. n.1.* 50

Hæc † ita procedunt licet † vt vides communiter * recepta sit, contraria sententia sine probabili fundamento. * Et inprimis illi obstat illa * communis, & practicata † conclusio de qua per Clar. *in pract. §. finpenum, versic. numero nunquid*, & de qua dixi *supra nu.34.* quod videlicet domestici testes probant in furtum domi factum, non quo ad plenam probationem, sed quoad indicium tantum: ergo isto casu non sunt testes integræ fidei, & aliis præferendi, postquam non legitimam inducunt probationem. Secundo † obstat alia generalior conclusio, & etiam * communis, quod scilicet in casibus, in qui- 53 * bus testes inhabiles admittuntur, non tamen reputantur omni exceptione maiores, ac integræ fidei, & probationis, *vt per Marsil. consil.109. num.15. lib.2. Gram. consil. 59. num.12. Hipol. Riman. inter consilia crimin. duens. cons. 84. num.9. libr.2. in fol. Ant. Gome. var. resol. tomo 3. tit. de probat. delict. cap.12. num.23. Clar. in pract. §. fin. quæst.24. versic. item sciat. Bossi. in tit. de indic. & considerat. ante tortur. nu.165. versf. & quod domesticus*, vbi proprie loquitur in nostris terminis, *iuncto nu.166. & num.177. versf. non tamen credas.* & dicam *infra* de teste inhabili, *quæst.62. n.63.* sic in proposito domestici admissi ad testimonium in hoc casu excepto non debent reputari integri, & consequenter non sunt aliis præferendi. 54

Quid dicendum? Contraria † sunt fortissima. Ideo pro solutione distinguas sic, secundū veritatem. Si testis domesticus inducitur à fisco, vel ab alio tertio contra dominū domus, vel contra alium domesticum ad probandum factū, vel delictum domi concessum, vel alias, in quo ipse potest verisimiliter esse magis informatus, quam alius, & in quo aliter haberi non potest veritas. Et tunc dico, eum esse testem integrū, & omni exceptione maiorem, ac plenam inducere probationem, nedum indicium, sive pro domino, & domestico, contra inducentem deponat, per regulā *l. si quis testibus, C. de testib.* siue pro inducente contra dominum, & domesticū. Et hoc, quia etiam circumscripto casu, in quo veritas aliter haberi non potest, admittitur, & est idoneus testis domesticus contra domesticum, vel contra suum dominū, vt *infr. dicam nu.89. & 90.* Facit regula, quia deponēs contra eum, quem amat, præsumitur verum dicere, de qua per Aym. *consil.6. nu.62. in fidei alia, quæ in simili de affine posui sup. qu.54. nn.79.* Ergo multo magis erit idoneus in hoc casu, vbi veritas aliter haberi nō potest & secundum hos terminos procedere debet proposita sententia. Limita-

55 Et † huic primo distinctionis capiti non obstat prima conclusio *supr. nu. 52.* de stupro in contrarium adducta, quæ fuit originaliter tradita ab Alciato *in tractat. de præsumpt. reg. 1 præsump. 39 nu. 4.* Nam illa erit intelligenda, vt procedat, non quando agitur contra dominum, vel domesticum, ad fisci, vel alterius instantiam, prout nos dicimus: Sed econtra quando agitur cõtra tertium ad instantiam domini. Tunc enim, inquit ibi Alciat. testes domestici non probant stuprum salté plene, etiam quod simus in casu, in quo veritas aliter haberi nõ possit, vt bene deducitur ex text. *in cap. in literis, extra, de testibus.* Et verum dicit, quia licet isto casu admittantur testes domestici, ob inopiam & difficultatem probationum: non tamen tollitur affectio, quæ oritur ex domesticitate, familiaritate erga suum dominum, quę operatur fidei diminutionem. At vbi deponit domesticus cõtra suum dominum, aut domesticum, tunc cessat ratio affectionis, & consequenter non solum non diminuitur, sed augeur fides testis, ideo illi magis credendum est, quam alteri non domestico: tum quia est magis informatus, vt dixi *supra, num. 51.* tum etiam, quia non præsumitur mentiri contra eum, quem amat.

56 Similiter † non obstat ratio secunda, considerata *supra nu. 53.* quod scilicet testes inhabiles etiam in casibus exceptis, & vbi veritas aliter haberi non potest, admissi, non reputantur integræ fidei & probationis. Quia talis propositio erit pariter intelligenda, quando testis admissus in casu excepto patitur eandem inhabilitatem, & exceptionem, tunc licet admittatur, non tamen plenè probat, propter suam inhabilitatem, quã adhuc retinet. At in casu nostro, quando domesticus deponit cõtra suum dominum, vel alium domesticum, cessat ratio inhabilitatis, & repulsæ, videlicet affectio; ergo pariter cessare debet omnis fidei diminutio, per id, quod de affine cessante affinitate scripserunt Doctores per me allegati *supr. qu. 54. num. 32.*

57 Si † vero domesticus inducitur in testem à domino domus, seu etiam ab alio domestico ad probandum, cõtra tertium, furtum, stuprum, seu aliud delictum domini commissum, in damnum & præiudicium ipsius domini, seu domestici: Et tunc crederem iuxta Clari & Alciati opinionem, de qua *supr. nu. 44.* domesticos nõ plenam probationem, sed tantummodo indicium facere, iuxta declarationem Bossii *in tit. de indic. & considerat. ante tort. nu. 165. ad medium, & nu. 166.* Et isto casu testes domesticos esse præferendos aliis nunquam dicerẽ, prout nec etiam dicerem eos esse integræ fidei, & omni exceptione maiores propter affectionem, quam: adhuc retinent erga eorum dominũ, vel domesticum, etiam quod deponant in casu excepto, & ita subintrant rationes cõtra ampliationem deductæ *supr. nu. 52. & seq.* Et facit etiam, quia ad hoc, vt testis non dicatur omni exceptione maior, & integræ fidei, sufficit quælibet macula, & quęlibet exceptio, etiam minima, vt post alios, quos allegat, scripsit Mascar. *de probat. lib. 1. in præfatione, qu. 6. nu. 68. & 99. & lib. 2. concl. 855. num. 10. & lib. 3. conclus. 1360. nu. 6.* Ergo multo magis debet sufficere exceptio affectionis & familiaritatis, quæ à iure inter principaliores connumeratur inhabilitates.

58 Svblimita modo † propositam tertiam principalem huius primæ inspectionis regulæ limitationem pluribus modis. Et primo, vt non procedat in criminalibus, in quibus non erit admittendũ testimonium domesticum, etiam quod simus in casu, in quo veritas aliter haberi non possit, *secundũ Felyn.* (qui tamen iudicio meo non se bene sumat) *in c. in literis, nu. 6. vers. vnde sicut ista sententia, & vers. secundo aduerte, extra, de testib. & in c. inspexit. 4. extra eodem Marsil. in l. 1. §. ad quæstionem*, per illum text. *nu. 4. vers. hæc tamen limitatio, ff. de quæst. Crott. de testibus, part. 3. nu. 61. vbi etiam ad id ponderat text. in c. super prudentia, 14. qu. 2. Diaz. reg. 746. in 4. fallen. in fin. vers. quam tamen limitationẽ, Gabr. tit. de testib. concl. 10. nu. 42. vers. & generaliter.*

Verum † contra hanc primam sublimitationem facere videntur Doctores plures allegati *supr. nu. 37. 43. & 44.* qui loquuntur in criminalibus, & in specie de furto, homicidio, adulterio, & stupro. Item † facit alia generalis conclusio, quod testes inhabiles, qui alias admittuntur in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, admittuntur etiam in caussa criminali, licet in ea requirantur testes omni exceptione maiores, de qua post alios, quos allegant per Dec. *cons. 342. nu. 3. verfic. & hæc conclusio, lib. 2. Ferran. Gargiar. inter cons. crim. diuers. cons. 126. nu. 17. & seqq. lib. 1. in fol. Cephal. cons. 110. nu. 29. & seqq. lib. 1. Mascard. de prob. lib. 3. concl. 1147. nu. 39. iunctis aliis, quos infr. referam hoc eod. tit. qu. 60. nu. 50, & 52. in materia testis inhabilis.* Ergo & idem in testibus domesticis.

Pro † solutione dicas resolutiue, quod in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, admittuntur in testes domestici, nedum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus; & ita sine dubio apud nos communiter * practicatur. Benè † tamen verum est, quod non sunt testes omni exceptione maiores, & non inducunt plenam probationem, *iuxta ea; quæ posui supr. num. 44. & 33. & in specie adnotauit Boss. in tit. de indic. & consider. ante tort. nu. 177. vers. non tamen credas, & nu. 165. versic. & quod domesticus.*

Præterquam † si deponerent contra dominum, aut domesticum, quia tunc crederem, quod plene probarent absque vlla fidei diminutione, *per ea, quæ scripsi supra nu. 50. 54. & sequ.*

Svblimita II. Vt † eadem tertia limitatio vera sit in illis casibus, in quibus nulla potest conferri culpa in eum, qui domesticos apponit testes, cur scilicet alios non adhibuerit. Et culpa omnis cessare dicitur, quando fuit casus, in quo non potuit alios adhibere, vel de cõmuni prudentum virorum consuetudine non est solitum alios adhibere, iuxta casum *in l. quoties, C. de naufrag. libr. 11.* Vnde secus, si aliqua culpa posset adscribi parti, cur alios, quã domesticos non adhibuerit testes, vt suam intentionem probare concludenter possit. Tunc enim, etiam quod agatur de re, quę de sui natura inter domesticos ac familiares tractatur, ac etiã valde negotio domi contracto, non tamen per hoc domestici, & familiares erunt ad testimonium admittendi, *vt per Soc. cons. 17. nu. 5. lib. 1. quem in proposito refert & sequitur Mascard. de prob. lib. 2. concl. 533. nu. 17. & seq. videtur de mente Gabr. in tit. de testib. concl. 10. n. 44. non dissentit Cæsar Vrsil. in addit. ad Affl. in decis. 304. nu. 8. optime consuluit Bertaz. cons. 201. nu. 12. lib. 2. & cons. 293. n. 1. vbi de cõmuni, & facient, quæ mox dicã in seq. * sublimit. & quæ generaliter de teste inhabili dixi inf. q. 62. n. 30.*

Svblimita III. Vt † veritatem aliter haberi nõ posse, non dicatur, quando simpliciter in aliquo negotio actu non interuenerunt alii testes, quam domestici, quia si ita intelligeretur, esset semper in potestate producentis dicere, alios non habeo testes, ideo volo admitti ad probationem per testimonium domesticorũ. Quod esset absurdum & inconueniens, sed necesse est, quod locus, in quo factum & negotium fuit sequutum, vel etiam negotium & factum ipsum sit sui natura tale, vt in eo verisimiliter alii testes interuenire non potuerint, prout in domi gestis loquitur text. *in leg. consensu, §. plagii, C. de repud.* & plura posui exempla supra 48. & 49. sic non solum, quod actu non interuenerint, sed quod etiam nec habitu & potentia, *vt per Alb. de Malet. in tract. de testib. part. 2. nu. 65. & seqq. vbi bene declarat, Aym. de antiqu. temp. part. 1. sect. viso de fama, nu. 18. & sequ. Roland. consil. 27. num. 8. lib. 3. Beninten. dec. 43. num. 9. Claud. ad Bertazzol. in cons. 235. num. 11. litera D. vers. rursus, & sequ. libr. 1. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 533. post num. 20. & plures alios referam generaliter infr. hoc eodem tit. quæst. 62. in materia testis inhabilis, vbi vide num. 62. & seqq.*

Svb-

66 Svblimita IV. Vt † nec etiam in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, domestici testes admittantur, quando volunt probare aliquid, quod contra se habet præsumptionem. Iste videtur text. secundum verum intellectum *in d. cap. in literis. extr. de testib.* vbi maritus per septennium habitauit cum vxore sua, deinde vt matrimonium dissolueret, allegabat, se ante contractum matrimonium cognouisse consobrinam eiusdem suæ vxoris, & ad hoc probandum volebat inducere familiares, inquit ibi tex. non esse virum isto casu admittendum ad hanc domesticorum probationem, etiam quod agatur de domestico facto, quia vehemens præsumptio est, quod allegata non sint vera, cum maritus tanto tempore cum vxore habitauerit, & per istum text. hanc sublimitationem posuit Alber. de Malet. *de*

67 *testib. part. 2. num. 69.* Vbi tamen dicit, quod † etiam isto casu possent admitti testes domestici, sed cum tormentis, *argum. text. in d. l. consensu. C. de repud.* Addo ego, quod cum habeant isti testes aliquam præsumptionem contra, non erit absurdum, eos isto casu torquere ad pur-

68 gandam illam præsumptionem. Aliàs † sola familiaritas non sufficeret ad inferendam torturam testi inhabili, *secundum Boss. in tit. de indic. num. 151. ad fin. & Plot. inter consil. crim. diuers. cons. 132. n. 24. vol. 1. in fol.*

69 Svblimita V. † & vltimo propositam tertiam principalem limitationem, vt nec etiam in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, admittantur testes domestici, nisi ij fuerint probatæ vitæ, & opinionis, text. est fere ad literam, *in d. cap. in literis. in fin. extr. de testib.* dum dicit: *Nec contra ipsos aliquos audias, nisi probatæ essent vitæ, & opinionis, de quibus verisimile non esset, quod deberent pro aliquo deierare.* Et per istum text. sic hanc declarationem in terminis firmauit Ruyn. *cons. 158. colum. fin. num. 27. in fin. versicul. nec eo prætextu. lib. 5. sequitur Gabr. tit. de testib. conclus. 10. num. 43.* Et propterea si domesticus esset aliàs inhabilis, & aliquam patereturexceptionem, tunc etiam quod simus in casu, in quo aliter quam per ipsos veritas haberi non posset, quod non sit testis integer, maxime in criminalibus, reprobata Baldi, & sequacium contraria opinione, bene demonstrat Boss. *in tit. de indic. & consider. ante tort. num. 165.*

70 Limita IV. Huius † primæ inspectionis regulam non procedere, quando testes domestici producuntur ad defensionem rei inquisiti, & ad illius innocentiam probandam, tunc enim eos admitti voluerunt Alberic. *in l. consensu. num. 10. vers. dicit etiam Goffredus. C. de repud. idem Alberic. in l. etiam. num. 6. vers. & est notandum. C. de testib. Addit. ad Salycet. in d. l. etiam. in additione magna, post medium, versicul. item, nisi ad probandum innocentiam. Marsil. in l. 1. §. ad quæstionem. num. 43. ff. de quæst. Paul. Girlan. de relaxat. carcerat. rubr. de absolut. innocent. quæst. 3. per totam*, vbi bene disputat materiam, respondet contrariis, & ponit casum in eo, qui ad excludendum delictum proponit probare negatiuam coactatam loco & tempore, quod scilicet tempore commissi delicti fuerit domi, *Plot. de in litem iurand. §. 4. num. 25. Crot. de testibus, part. 1. num. 29. Petr. Moncad. in addit. ad eundem Crot. num. 105. literis RR. vbi alios adducit concordantes, Diaz. regul. 746. in 8. limitat. vbi alios adducit Campeg. de testibus, reg. 11. in 22. fallent. Franc. Marc. decis. 423. numer. 23 Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. rubr. de testibus, in part. personas testium aggrediendo, verbo, domestici. num. 42. in 15 fallent. fol. mihi 89. Boss. in tit. de opposit. contra test. post num. 93. & in titul. de fauor. defens. num. 3. & in 4.* vbi infert ad probationem erroris confessionis, *Nouell. in pract. rubr. de testibus, in materia criminali, num. 84. fol. mihi 151. Natta consil. 459. num. 2. lib. 2. Emanuel Soarez in addit. ad Anton. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 12. de probat. delict. num. 9. litera D. Cephal. consil. 140. num. 8 seqq. lib. 1. Foll. in pract. crimin. in verbo, item quod sororem venenauit. & num. 17. Roland. consil. 7. num. 26. vol. 1. Ioan. Mar. Monticell. in repertorio testium, verbo, domestici fol. 28. colum. 2. versic. 4. & verbo, familiares. fol. 35 colum. 1. vers. 5. Gabr. rubr. de testib. conclus. 10 num. 42. vers. contrarium, &c. vbi plures alios refert, & num. 64. Viu. in commun opin. verbo, testes affines. versic. similiter innocentia. Bertazzol. consil. 235. numer. 11.* vt pariter loquitur in probatione negatiuæ, *lib. 1. & cons. 530. num. 1. & 6. & seq. & consil. 548 num. 20. & consil. 557. num. 13. lib. 2. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 491. numer. 4. seqq. & conclus. 26. num. 6. & conclus. 533. num 26.* Ex quibus iunctis iis, quæ in simili de testibus affinibus dixi *supra, q. 54. num. 33. seqq. 117. & 228.* & de teste inhabili dixi generaliter *infra, quæst. 62. num. 90.* negari non potest, hanc limitationem communiter * à Dd. esse recep- *

71 tam, etsi † contrarium senserint aliqui relati per Gabriel. *d. concl. 10. n. 42. in prin.*

72 Svblimita I. Hanc † quartam limitationem non procedere, quando ageretur de reprobatione aliorum testium, qui puta deponant inquisitum occidisse talem: si enim domestici vellent ad defensam contrarium deponere, quod scilicet eo tempore inquisitus esset alibi, & sic vellent aliorum testium pro curia examinatorum dicta improbare, & tunc in concursu magis creditur testibus fisci, quam rei domesticis, per ea, quæ de testibus affinibus dixi *supra, quæst. 54. num. 36.* & de testibus inhabilibus, *infr. quæst. 62. num. 92.* & in specie de domesticis scripserunt Plot. *de in lit. iuran. §. 4. num. 25. vers. quod intellige verum. Viu. in commun. opin. verbo, testes affines. vers. quod 3 procedit. Claud. ad Bertaz. cons. 135. numer. 11. litera D. in prin. lib. 1.* Imo isto casu eos non admitti ad testificandum, videtur probari *in cap. filij. in fin. cum ibi notatis per gl. de hæret. in 6.*

73 Svblimita II. Vt † in criminibus exceptis domestici non admittantur ad defensionem inquisiti, prout voluit Crot. *in tract. de testib. num. 104. per text. quem allegat in cap. filij. in fin. de hæret. in 6.* quem text. etiam ad id ponderauit Aret. *in cap. fin. extr. de testib.* Et † in crimine

74 hæresis non videtur ab hac sublimitatione discedere Mascard. *de probat. lib. 2. conclus. 855. numer. 24. & 25. vbi ad idem adducit Franc. Pegn. in directorio inquisit. in schol. 125. colum. 2. partic. 3.* Et † in crimine læsæ maiestatis scripsit Gi 75 gas *de crim. læsæ maiest. lib. 2. tit. quomodo, & per quos crim. læsæ maiestat. probet. quæst. 17.* motus auctoritate Croti, *in loco præcitato.*

Contrarium, † reprobato Aret. *in d. cap. fin. extr. de te- 76 stib. & post Angel. & Socin. quem allegat*, & tam in crimine læsæ maiestatis, quam aliis exceptis criminibus, apertè voluit Gabriel *lib. 7. de criminalib. conclus. 22. num. 7. versic. contrarium voluit.* Et † in crimine hæresis pariter, & con- 77 trarium videtur probari, *in cap. literas. extra, de præsumpt.* per quem text. communiter * receptum est, fratrem in * crimine hæresis admitti ad purgationem fratris, *vt patet ex Dd. relatis supr. in quæst. 54. num. 118.* Ergo idem & multo magis erit dicendum in domestico. Et facit pro hac contraria opinione: nam si, *vt infra in 12. principali limitatione huius regulæ dicam*, speciale est, vt domestici & familiares admittantur ad offensam in crimine hæresis, & læsæ maiestatis, ergo etiam multo magis admittendi sunt ad defensam, quæ fauorabiliot à iure reputatur, quam offensio. Et si hanc partem sustinere volueris, ad text. *in d. cap. filij.* erit facilis responsio, vt scilicet loquatur non generaliter, sed in casu, in quo producuntur domestici ad reprobationem aliorum testium, prout bene sæpius replicando animaduertit ibi gloss. quo casu indistinctè domestici repelluntur, etiam quod non simus in exceptis criminibus, *vt supra probaui in antecedenti sublimitatione, num. 72.* Vide, quæ de teste affine dixi *supr. q. 54. num. 118.* & de teste inhabili generaliter dixi *infr. q. 62. num. 96. & 97.*

78 Svblimita III. Eandem † quartam limitationem non procedere, quãdo reus esset valde suspectus,

& indiciatus de crimine: tunc enim domesticis testibus non datur plena fides, nec per illorum depositiones indicia purgantur, aut debilitantur: sed adhuc iis non obstantibus deueniri debet ad torturam, *secundum Paul.Ghirl.in tract.de relaxat.carcerat. in rubr.de absolu.innoc. q.3.num.4.* vbi ponit exemplum, quando inquisitus est malæ famæ, solitus ire de nocte armatus, & alia patrare homicidia, iuncta inimicitia cum occiso, vel si fuisset repertus cum gladio sanguinolento, vel eius biretum, arma, aut quid simile in loco homicidij pariter inuentum fuisset: stantibus enim, inquit ibi Ghirl. his indiciis vigentibus & facto proximis, non probatur innocentia inquisiti per domesticos, sed contra ipsum iudex deuenire debet ad torturam, per doctrinam Bar. *in l.fin. col.2. ff.de quæst.* Idem ibi Ghirl.

79 Sed † talis declaratio mihi nullatenus satisfacit, quia si esset vera, destrueretur in totum posita quarta limitatio, & nobis seruiret de vento. Velle enim eam intelligere, vt procedat, (prout intendit Ghirlan.) quando reus non est indiciatus, videtur nuga, quia reus non grauatus indiciis, non habet necesse probare suam innocentiam, & frustra eo casu dubitatur, an testes domestici admittantur ad defensionem, necne, quia sine alia defensione relaxandus est: quare si testes domestici ad defendam inducti non veniunt directe ad improbationem testium fisci, *iuxta tradita supr.num.72.* & tunc siue reus sit indiciatus, siue non, semper probant rei innocentiam. Et aduerte, quod hoc ideo dixi; *Nisi directe veniant ad improbationem testium, ipsi*: quia si puta, contra reum probatur per testes idoneos, quod est homo malæ famæ, solitus homicidia committere, & ire de nocte armatus, *vt in exemplis Ghirlandi*: testes autem rei velint probare, quod est vir bonæ famæ, non solitus delinquere, nec armatus incedere, tunc fam cum Ghirlan. vt illis testibus domesticis non credatur: non quia reus sit indiciatus, & suspectus, prout ipse opinatur: sed quia veniunt ad improbationem testium fisci, & sic subintrant allegata *supr.d.num.72.* Idem si probetur inquisitum tempore commissi delicti fuisse in loco delicti: testes autem domestici voluat probare, quod fuit eodem tempore alibi. Tunc enim nec illis credendum erit, cum veniant ad reprobationem aliorum testium. At si, puta, reus sit indiciatus propter malam famam, propter inimicitiam quam habebat cum occiso, propter minas in eum illatas, propter fugam, aut quid simile, & ad sui innocentiam probandam inducat testes domesticos, probantes, tempore homicidij ipsum stetisse domi: tunc etiam quod reus sit ex præmissis indiciis indiciatus, & suspectus, crederem, eius innocentiam probatam per istos domesticos; quia, vt dixi, non veniunt directe ad impugnationem testium fisci, & potest stare vtraq; probatio, & aliter dicere, esset, vt admonui, in totum destruere communem hanc quartã limitationem.

80 SVBLIMITA IV. vt † testes domestici ad defensam admittantur, quando res per alios commode probari non potest, aliter secus: vt puta, si agatur de delicto domi commisso, & ad docendum, quod reus non est culpabilis, inducuntur testes domestici: vnde non sic agatur de delicto, in quo alij interuenire potuerunt, secundum Alb. *in l.etiam.num.6. in fin. vers.quod si forte intelligendum est. C.de testib.*

81 Sed certe † hæc limitatio per Alb. per verbum forte considerata non est vera apud me, quia quando sumus in facto, in quo alij testes verisimiliter interuenire non potuerunt, quam domestici: tunc etiam excluso fauore defensionis domestici admittuntur, vt dictum est supra plene, *in 3.limit.num.35.seqq.* Ergo vt fauor defensionis in hoc specialitatem habet, secundum * communem mentem Dd. necesse est, vt limitatio procedat etiam in casu, in quo alij testes haberi possunt.

82 LIMITA V. eandem † regulam in domestico, vel de honesto, ac probatæ vitæ: nam & is à testificando non repellitur, *vt per Bartol.in l.etiam.num 2.C.de testibus.* vbi tamen isto casu requirit tantam dignitatem, & auctoritatem, vt illius fidem non effugiendam, merito iudex arbitretur, qui propterea ad hunc effectum, de eiusdem testis qualitate & conditione inuestigabit, *vt ibi per Bart. dissentit Brun.de indic.& tortur.part.1.quæst.2. num.11. in fin. Carer.in pract.crimin. de indic. & tortur. §.vlt. an testis.num.4.* Sæpissime enim receditur à regulis iuris communis, propter personæ eximiam honestatem, & dignitatem, *sicut pluribus exemplis demonstrat Felyn. in cap. super iis. colum fin. de accusat. reassumptis in proposito per Hippolyt.in l.1.§.ad quæstionem.num.9.sequentib. & iuncto num.43. ff.de quæst. quem in terminis referendo sequitur Diaz. reg.746. in 7 fallent. plures ad huius limitationis comprobationem adducit concordantes Gabriel.rubric.de testib.conclus.10. numer.10. Anch.Regien.quæst.69. num.7.part.2. Ioan.Mar.Monticell.in repertorio testium verbo,domestici. fol.28. colum.2.versicul.2. Mascard.de probat. lib.1. conclus.26.num.5. versicul. & illud. & conclus.533.num.8. & lib.3.conclus.1398.num.7.seq.* vbi *post Specul.ar. Archidiac. Felyn. & alios plures, quos allegat*, facit regulam generalem, quoc vbi dubitatur de corruptione testis ob aliquam causam, illius integritas & bonitas tollit omnem suspicionem, & facient in simili, quæ de tamen hac dixi *infra hanc quæst.num.127. in 2.inspect. & num.142.* vbi de famulo, & de teste inhabili generaliter *infra quæst.62. num.367.*

83 LIMITA VI. in † testibus instrumentariis, qui cum sint rogati, & ideo à partibus approbari, non possunt postea ab eis reprobari, sub prætextu, quod sint domestici, per regulam *l.si quis testibus. C.de testib.* Et in specie affirmarunt Marsil. qui pluribus hanc limitationem comprobat *in l.1.§.ad quæstionem.num.44.ff.de quæst. Bald. in l.etiam.num.3.versic.hæc vera sunt. & ibi etiam Salycet. numer.6. & Ioan.Sicar.num.7. versicul.nam in instrumentis. C.de testib. Diaz.regul.746.in 9.limitat.* vbi † tamen hoc videtur declarare, vt non procedat, quando pars ignorasset qualitatem domesticitatis, *Campeg.de testib.regul.11.in 1. fallent. Conrad.in pract. §.2.de offic.prator.in causa.ciuil.rubric. de testibus,in part.personas testium aggrediendo. verbo, domesticus.num.42.in 8 fallent.fol.mihi 86.Capoll.caut.219.num.4. Ioan.Mar.Monticell.in repertorio testium, verbo, domestici. fol. mihi 29. colum.2. versicul.1. & verbo, testes quot & quales requirantur in instrumento.fol.315 colum.2.versic.penult. & fin. Gabriel.tit.de testib. conclus.10. num.56.lib.1. Mascard.de probat.lib.1.conclus.533. num.29.seq.* facient in simili, quæ generaliter de testibus inhabilibus dixi *infra quæst.62. numer.110.seqq.*

Et hoc † idem, & multo magis procedere in testamentis, probat text. ibi Rom. & * communiter Dd. *inl. * ad testium. ff.de testam.* Faber *in §.pater.num.1. Institut.eodem.* quos in proposito refert Ioan.Mar.Montic. *in repertorio testium. verbo, testes in testamentis, qui esse possint.fol.mihi 324. col.1.versic.antepenult.* † Sed vide Dilect. *de arte testan.tit.2.* 86 *rubr.de testam.ordinan.caut.9.in fin. num.8. versic. cauendum quoque est.* vbi de famulicos hæredis scripti suspectos habere videtur in testamento. Sed vide, quæ generaliter de testibus inhabilibus in testamento adhibitis dixi *infra quæst.62.num.124.seqq.*

87 LIMITA VII. Quia † etsi domestici testes non deberent ad testificandum admitti, admissi tamen faciunt aliquod indicium, vel præsumptionem, *vt per Bal. in sua margarita, in versic.testes.colum.2.versicul.testes familiares.quem sequuti sunt, adden.ad Salycet.in l.etiam.in addit.magna, versicul.item nisi in extimatione rerum. & rursus, ad finem additionis, versic.item nisi sint plures. Marsil.in l.1.§.ad quæstionem.num.50. Florian.in l.3. §.lex Iulia. ff.de testib.quem refert & sequitur Felyn.in cap. cum dilecti. numer.11. versicul.sed prædicta procedunt. extra.de accusat.* vbi reddit rationem, quia

illicet domestico testimonio lex non resistit, sed non assistit, idem Bald. *in l.2.in princip. ff.de excusat. tut.* vbi, quod si domestici sint, plures plene probant, si vero sit vnus, facit indicium. *& Bald.refert Additio ad Capell.Tholos.in decis.4. vbi tamen quando sunt plures. & cum Bal. & Marsil in loui præcitatis, pertransire etiam videtur Bertazzol.in consil.542.num.17. & pro hac limitatione addo etiam allegatos infr. quæst.62.num.295.*

88 Contrarium, † &, ni fallor, verius affirmauit Abb. *in cap.in literis.numer.3. versicul. & vide bonum text. extra, de testibus*, ad id ponderans text. *in cap si testes. §. si testes eos. 4. quæst 3.* vbi dicitur, *testes, quos accusator de domo sua producit, interrogari non placuit.* Et sic nota, inquit Abb. ibi verbum, *interrogari*, quia ex eo datur intelligi, quod non debet recipi etiam ad faciendam qualemcunque præsumptionem, *sequitur idem Felin. in hoc sibi contrarius, in dict. cap. in literis. num.12. versic.2.nota*, Ioan. *Sicar. in l.etiam.nu.1. versicul.imo nec interrogandus. C.de testibus. Brun.in tractat.de indic.& tortur.part.1.quæst.2.numer.11.versicul.quandoq; testis non debet examinari propter timorem.* & ponderat text. *in l. pridem. C.de quæst. ibi, vt nunc pro hiis, neque aduersus eos in capitalibus, vel pecuniariis quæstionibus veritatis vim obtinere possit*, Blanch. *de indic.ad l fin. ff.de quæst. numer.361.seq. iuncto numer.363. Crier in pract.crimin. de indic.& tortur. §.vlt. an testis.num.6. Granmat.voto 6. numer.19. Monticell in repertorio testium, in rubric. testes quales esse debeant ad probandum indicium.fol.mihi 346. colum.1. versicul.1.& 2.* & vide in proposito bene loquentem Diaz. *in regul.746. in 1. fallent. versicul.sic tamen opponatur. & in 15.fallent. verb.cogita.* vbi dixit, quod si testis domesticus examinatur, quia pars non opponit, & tunc non solum facit indicium, sed probationem, ex iis, quæ infra ponam *in 15.limitat. huius reg.* & ista non sunt termini huius limitationis. Si vero parte opponente & contradicente examinatur, tunc tanquam examinatus contra iuris prohibitionem, necetiam indicium faciet, *vt per Aretin. in cap.ex parte. colum.5 num.21. extra, de testibus. cuius dictum reputat singulare, idem Felin. in d.cap.cum dilecti.colum.penult.num.13. de accusat. sequitur Marsil. in l.1.§. Diuus Antoninus. num.3. ff.de quæst.* & hos refert etiam Anton.Gomez. *variar.resolut.tom.3.cap 12. rubric.de probat.delict. numer.21.* volentes, quod testes parte opponente examinati, cum examinari non debuissent, non solum non probant, sed nec etiam faciunt indicium. Et sic vides, non esse verum assumptum Felini *in d.cap.cum dilecti, numer.11. post Florian. quem allegat*, videlicet, quod testimonio domestico lex non resistat, sed tantummodo non assistat: quia imo verius est, vt expresse resistat, cum domesticos testes interrogari prohibeat, *vt in d.l.testes eos. ff.de testib. & in cap.si testes § testes. 4.quæst 3.* & sic subintrat conclusio præmissa, quod testis, cuius examini lex resistit, examinatus nec etiam facit indicium, *vt per Aret & Gomez in locis præcitatis*, iunctis iis, quæ in simili & generaliter dicam de teste inhabili *infr.q 62.n.287.& 294.*

89 LIMITA VIII. Quando † domesticus deponeret contra alium domesticum, quia tunc cessat causa suspicionis, vt scilicet propter affectionem præsumatur non dicere verum, ideo à testificando non repellitur, *vt per Bartol.in l.etiam.numer. 4.C.de testibus.* vbi hoc declarat procedere, quando in teste adest sola ratio domesticitaris. At si adesset qualitas consanguinitatis, puta quod esset filius, tunc non potest pro patre domino domus contra alium domesticum deponere, *vt ibi per eum, in versicul. quod intellige, sequitur hanc limitationem, in d.l.etiam. num 31. ad finem, versicul. & si inter eos esset quæstio. & ibidem in additione magna, ad finem, versicul.item, nisi contra domesticum. Ioan.Sicar. num.8. versicul. quemadmodum etiam ipsi domestici. Campeg.de testibus, regul.11. in 4.fallent.* vbi reddit rationem, quia scilicet vna præsumptio tollit aliam, cum non sit verisimile, quod magis pro vno, quam pro alio dicat, *& allegat in idem Cardin. in cap.in literis extra de testibus, addo pro hac eadem 8.limitat. Conrad.in pract. de offic. prator.in causa.ciuil.rubr.de testibus, in part.personas testium aggrediendo, in verbo, domestici, numer.42.in 19 fallent. fol.mihi 89.(69) & Mascar.de probat.lib.1.conclus.533.num.34.iunctis iis*, quos in simili de affine contra affinem deponente retuli *supr.q.54.nu.79.*

Idem † & multo magis probaret, si contra suum dominum deponeret, de quo dixi *infra hac ead.inspect.num.* 90 143. & quid si deponat partim pro, & partim contra, vide *infr.num.93.*

91 LIMITA IX. Fauore † Ecclesiæ, pro qua admitti clericorum domesticos, probat text. *in cap.1.14.quæst. 2.* vbi tamen loquitur in ciuilibus causis, secus autem in criminalibus, & per istum text. hoc idem voluerunt Abb. *in cap.in literis, num.5.in fine, extra, de testibus, Adden.ad Salycet.in l.etiam, in addit.magna, ad finem, versicul.item, nisi producantur in fauorem Ecclesiæ, C eodem, Nell.de testibus.post num.11. Alb.de Malet.de testibus, cap.2.num.60. Campeg.de testibus, reg.11.in 14 fallent. Diaz.reg.746.in 29.fall. Conrad.in pract. §.2. de offic.prator.in causa.ciuil. in part.personas testium aggrediendo, verbo, domestici, num.42.in 20 fallent. fol mihi 89.colum.1.Monticell.in repertorio testium verbo, domestici, fol. mihi 28.col.2.vers.penult. Mascard.de probat.lib.1.conclus.533. num.35.*

92 LIMITA X. In † domestico vtriusque partis, nam & hunc non posse à testificando repelli propter parem affectionem, scripserunt Nell. *de testibus.post num.11. versicul.admittuntur tamen domestici, quando est par causa affectionis, Alb.de Malet.de testibus, part.2.num.70.* vbi, quod ita concluditur secundum * omnes, quando est par do- * mesticus, *Diaz.reg.746.in 12 fallent. Marsil.in l.de minore, §.tormenta, num.24.seqq.* vbi hanc limitationem pluribus comprobat, *ff.de quæst. Adden.ad Salycet.in d.l.etiam. in addit.magna, ad finem, versicul.item nisi sit pariter domesticus. Addit.ad Capell.Tholos.decis.4. versic.item, nisi sit pariter, Conrad. in pract.* §.2. *de offic.prator.in caus.ciuil.rubric.de testibus, in part.personas testium aggrediendo, verbo, domesticus, num.42.in 21.fallent.fol.mihi 89.colum.1.Gabr.lib.1 tit.de testibus.conclus. 10. numer.66. Monticell.in repertorio testium, verbo, domestici, fol.28.colum.1.versic.1.Mascard.de probat.lib.1.conclus.533 numer.36. & faciunt, quæ in simili de affine vtriusq; partis dixi supra.q.54.n.45.& seqq.*

93 LIMITA XII. quando † domesticus deponeret partim pro domestico, vel suo domino, & partim contra. Nam tunc fides testimonij non potest diuidi, & sicut aduersarius domestici vult vti eius dicto, in quo deponit contra domesticum, ita etiam debet pati, vt probet in eo, quod deponit contra ipsum. Probat enim in totum testis domesticus, quando illius testimonij commodum & incommodum est mixtum, *Salyc.in l.etiam, num.3.versic.sed attende, & ibi in additione magna, ad finem, versicul.item verum, nisi domesticus deponat pro & contra, C. de testibus, Felin.in cap.in literis, num.12.vers.3.nota, extra, eodem, Gabriel.lib.1.tit.de testibus, conclus.10. num.68. Conrad.in pract. §.2.de offic.prator.in caus.ciuil. rubr. de testibus, in part. personas testium aggrediendo, verbo, domestici, num.42.in 7.& 22.fall fol.28. & seqq. Ioan.Mar.Montic.in repertorio testium, verbo, domestici.fol.27.col.2.vers.fin. Mascard. de probat. lib. 1.conclus.533.num.37.*

94 LIMITA XII in crimine hæresis, in † quo non solum vxor, filij, familiares, acceteri domestici ad illius probationem, *vt per Gundisal.in tract. de hæret. cap.13. numer.11. iunctis aliis relatis per Peg.in Directo.inquisit.schol.125. ad 3.part. prout eos refert & sequitur Mascard. de probat. lib.3.* 95 *concluſ.858. nu.22.* † verum etiam ad id cogi & compelli possunt, cum hoc crimen secrete & in occulto committi soleat, & per consequens melius per domesticos, quam per alios probari potest, *vt ibid.per Mascard nu.23.* vbi concordantes allegat, sed an in hoc crimine ad defen-

fensam inquisiti testes domestici admittantur, *vide supra num.* 73 *& seqq.*

96 Et idem in crimine læsæ maiestatis, quod † domestici, & familiares ad illius probationem admittantur, etiam affirmatum adden. ad Salycet. *in l. etiam. in addit. magna, in princip.* vbi & idem in crimine plagij, & incendij, *Campeg. de testib. reg. 11. in 18. fall. Diaz. reg 746. in 21 fall.*

97 LIMITA XIII. Vt † probet testis domesticus contra producentem. Certum enim est, quod ego postea producentem. Certum enim est, quod ego postea producam inducere in testem pro me domesticum aduersarij mei, imo & illum cogere ad testificandum cõtra suum dominum, vel domesticum, *vt per Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 16. versicul. quid si aduersarius. Alb. in l. etiam. num. 1.* (5.)

98 *Castrens. num. 4. & Salyc. in 3. de testib.* Hoc † casu, si domesticus contra me aliquid deponat, nulli dubium, quod probat, quia illum procedendo, censeor approbasse, *vulgata l. si quis testibus. C. de testib. & in specie sic probat Nell. de testib. post num. 11. versic. idem, quando aduersarius. Campeg. de testib. regul. 11. fallent. 5. Ioan. Sicar. in d. l. etiam. num. 4. in fin. vers. sed sint cauti. C. de testib. & dixi generaliter infr. quæst. 62. num. 211 seqq.*

99 LIMITA XIV. Vt † licet domesticus non admittatur ad testificandum pro suo domino, admittitur tamen bene dominus ad testificandum pro suo domestico, familiari, vel subdito, *vt per Salycet. in l. etiam. num. 2. versic. sed quid contra & ibi etiam Ioan. Sicar. num. 8. vers. cæterum dominus ipse. C. de testib. Felin. in cap. in literis. num. 12. extr. de testib. & Ausfer. de probat. test. nu. 38. vbi allegat gloss. 1. in cap. insinuante, de offi. deleg. Petr. Moncad. ad Crot. de testib. num. 125. litera M, in verbo honesta. vers. sed quid in domino. Campeg. de testib reg. 11 in 3 fallent.* vbi facit generalem conclusionem, quod dominus, vel is, cui debetur reuerentia, vel obedientia, si producatur pro subiecto, siue subdito, valet eius dictum.

100 SVBLIMITA I. hanc 14. † limitationem, nisi persona domini esset adeo vilis, vt subditum, seu familiarem rimeret, quia tunc non admittitur pro eo ad testificandum, *vt per Felin. Ausfer. Moncad. & Campeg. in locis p. citatis.*

101 SVBLIMITA II. Vt † non per hoc sit testis omni exceptione maior. diminuitur enim illi de fide ob affectionem, quam dominus habet in suos, quæ quidem affectionis ratio non cessat, licet cesset ratio maioritatis & reuerentiæ, *vt pariter per Felin. Ausfer & Moncad. in locis practicatis.*

102 Hinc propterea † in criminalibus, in quibus testes omni exceptione maiores requiruntur, dominum non esse idoneum deponendo ad fauorem sui domestici, familiaris, vel subditi, & super iniuria aut offensa eis illata, *post Cyn. Spec. Bald. Ang. & alios, quos allegat*, adnotauit Franc. Curt. *in tract. de testib. num. 105. conclus. 55. refert, & sequitur, Ioan. Mar. Montic. in repert. test. verbo, domestici fol. 27. col. 2. vers. 1.*

103 Sed † vide Moncad. *in addit. ad Crot. de testib. num. 125. litera M, in verbo, honesta. in fin. versicul ego credo.* vbi dixit, quod isto casu fides domini pendet ab illius honestate, & propterea si sit persona honesta, & legalis, quod totum erit iudicis arbitrio relinquendum, erit etiam testis omni exceptione maior, saltem vt eius testimonium in nihilo detrahatur.

104 LIMITA XV. Parte † non opponente: admittitur enim tunc domesticus testis ad testificandum, & admissus probat, *vt per Bal. in l. si quis testibus, colum. fin. versicul. dubitatur. C. de testib. Felin. in cap. in literis. num. 12. versic. quod puto procedere. extr. de testib. Adden. ad Salycet. in l. etiam. in addit. magna, in fin. versicul. sed Specular. & Alb. de Malet in tract. de testib. cap. 2. num. 55. versicul. si autem aduersarius sciuit.* vbi magistraliter loquendo, & contrariis respondendo distinguit, & dicit, quod si inhabilitas, seu defectus testis respicit illius turpitudinem, & tunc partis non oppositio non operatur illius approbationem, quia eo casu testis repellitur propter publicum odium, & non propter priuatum commodum, ideo tacita renuntiatio partis per non contradictionem inducta, nihil operatur, *l. quos prohibet. ff de postul. an.* Si vero inhabilitas & defectus resultat ob affectionem, & sic ob particulare interesse, prout consideratur in teste domestico, & tunc per non oppositionem censetur remissa talis inhabilitas, *l. ita demum. C. de procuratorib. & dicam latius infra, in materia testis inhabilis, quæst. 62. num. 175. seqq. Addo nunc pro eadem limitatione, Diaz. reg. 746. in 1 fall. Campeg. de testibus, regul. 11. in 13. 21. & 24 fall. Gabriel. lib. 1. tit. de testibus, conclus. 10. num. 51. in princip. vbi alios adducit, Ioan. Mar. Montic. in suo repertorio testium, verbo, domestici. fol. 27. colum. 2. versicul. penult. Bertaz. consil. 542. num. 16. lib. 2.* Et † hæc limitatio videtur iudicio meo magis communiter * recepta, etsi contra eam senserint idem Bald. *in l. etiam. numer. 3. versicul. & dicit Nicol. de Matar. C. de testib. Specular. in tit. de teste, §. 1. num. 19. versicul. quid si vidit testem domesticum. Adden. ad Salycet. in d. l. etiam. post princip. versicul. & idem ibi dicit. & in fine additionis. versicul & prædicta vera, Corrad. in pract. §. 2 de offic. prætor. in caus. ciuil rubr. de testib. §. personas testium aggrediendo. verbo, domestici. num. 42. vers. hæc, repulsa. fol. 88.* 105 * + 106

SVBLIMITA hanc 15. limitationem, vt † procedat, quando pars, quæ non opposuit, sciebat qualitatem domesticitatis, & non opposuit: tunc enim tacite videtur remittere inhabilitatem, vnde secus, si illam ignorabat. Hoc in terminis, vltra ea, quæ generaliter dicam de teste inhabili, *infr. quæst. 62. nu. 185.* scripserunt Campeg. *de testib. reg. 11. in 13. fall. & ante eum Alb. de Malet. in tract. de testib. cap. 2. num. 54. in fin.* Vbi † tamen videtur hoc declarare, vt sufficiat scire quantitatem domesticitatis, etiam quod nesciret, quod de iure domestici testes non sunt ad testimonium admittendi, quod & idem voluit Diaz. *reg. 746. sub 1. limit.* 107

LIMITA XVI. In † probatione consanguinitatis, in qua testes domesticos admitti, probat text. *in cap. 1. 35. q. 6.* & hoc siue agatur ad dirimẽdum matrimonium contractum, siue etiam ad impediendum contrahendum, *c. videtur, qui matrim. accus. poss.* & non solum in impedimento consanguinitatis, sed etiam in quocunque alio impedimento, ex quo matrimonium veniret dissoluendum, *c super. eod. tit.* Et ita obseruatur de facto, *secundum gloss. in c. 1. 14. q. 2.* Nec obstat gloss. *in c. in literis. & post gloss Felin. ibi in prin. extr. de testib* Quia ad omnia vide bene respondentem Alb de Malet. *in tract. de testib. part. 2. n. 60. & seqq. iuncto num. 65.* 108

LIMITA XVII. Quia † domesticum testimonium suppletur ex magna idoneitate, & integritate alterius testis cum ipso examinati, per generalem regulam, quod vnius magna habilitas supplet alterius inhabilitatem, de qua dicam infra in materia testis inhabilis, *q. 62. num. 328.* & ad ibi tradita me remitto, sed in specie sic affirmarunt Franc. Cur. Papin. *in tract. de testib. concl. 1. in primo verbi. Adden. ad Salycet in l. etiam. ad fin. versicul. item nisi testis domestico accedat alius contestis idoneus. C. de testib Gabriel. qui alios refert in 1. lib. tit. de testib. conclus. 10. num. 48. in princip. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. rubr. de testib. §. personas testium aggrediendo. verbo, domestici, num. 42. in 23. fall. fol. mihi 89. col. 1. Bertaz. cons. 191. numer. 4. lib. 1. & cons. 530. num. 6 in fin. lib. 2. Montic. in suo repertorio test. rubr. numerus & dignitas testium defectum supplens. pag. 81. colum. 1. vers. 3 & pag. 82. col. 1. vers. 1. Mascar. de probat. lib. 1. concl. 26.* (16.) *num. 5. vers. 2. ad id.* 109

Item suppletur ex numero testium, & † propterea si domestici testes sint plures, quam duo, probant plene, sicut duo, ex allegatis per Adden. ad Salycet. *in l. etiam, in addit. magna, ad fin. versicul. item nisi sint plures domestici. (vbi etiam refert contrarium tenentes, Campeg de testib reg. 11. in 23. fallent. Diaz. regul. 746. in 19. fallent. Carer. in pract. in materia indiciorum, & tortura, §. vltimo, an testis. numer. 5. Gabriel. d. conclus. 10. post num. 48. vbi alios adducit Claud. in addit. ad Bertazzol. in consil. 235. num. 11. litera D. versicul. præterea licet text. Bertaz. consil. 30. num. 2. versicul. quod in casu isto. Mascard. de probat. conclus. 533. num. 32.* sed contrarium intuit Franc. Curt. *de testibus, conclus. 1. numer. 6. post Angel. in consil. 125. per text. in cap. in literis. extra, de testibus.* vbi tres domestici non probant illud, quod probarent duo integri: quod & idem post Ias. & Bertrand. quos allegat, voluit Monticell. *in suo repertorio test. rubr. numerus, & dignitas fol. 80. colum. 1. versic. 3.* Et facit, quia si domestici in totum repelluntur, vt dixi in regula: Ergo numerus non supplet defectum, secundum communem, de qua in simili, & generaliter, dixi de teste inhabili, *infr. q. 62. n. 309. & seqq.* Et ita forsan verius puto, quando domesticitas est talis, quæ in totum testem repellat, & non tantus in casu, in quo domestici admittantur: vide *infr. q. 62. n. 325. seqq* 110

LIMITA XVIII. In † factis antiquis, in quibus testes domesticos ad testimonium admitti, voluit Bal. *in cap 1. §. vasall. circa fin. si de feud. fuerit controuers. inter. domin. & agnat. per l. 2. C. quan. & quibus quarta pars. lib. 10. sequuntur Bertachin. in suo repertorio, verbo, domesticus. vers. 23. Adden. ad Salycet. in d. l. etiam. post medium additionis. versicul. item nisi in factis antiquis. C. de testib. Diaz. reg. 746. in 24. fall. Campeg. de testib. regul. 11. in 9 fall. Gabr. lib. 1. tit. de testib. d. conclus. 10. num. 63.* 111

Verum † ad istius limitationis veram intelligentiam, & declarationem, vide bene loquentem Aym. *de antiq. tempor. part. 1. sect. viso de fama. n. 14. & seqq. vsq; ad num. 18. & ad ibi per eum annotata me remitto.* 112

LIMITA XIX. In † probatione ætatis, ad quam domesticos admitti, post Castren. *in cons. 301. in princ. lib. 1 voluit Gabr. lib. 1. tit. de testib. concl. 10. num. 67. Ruin. consil. 194. nu. 3. lib. 1.* vbi ait, ætatem commodissime probari posse potius per domesticos, quam per extraneos, *sequitur Mascard. de probat. lib. 2. concl 668. nu. 19.* faciunt, quæ de parentibus in simili dixi *supr n 177.* 113

LIMITA XX. In domesticis Potestatis † & officialis, qui tempore syndicatus possunt esse testes pro eo, *Diaz. regul. 746 post 8. limitat.* vbi ex Paride de Put. in loco per eum citato, facit conclusionem, quod ad probandum innocentiam iudicis, qui per fiscum de crimine impetitur, admittuntur eius familiares, *Campeg. de testib. reg. 11. in 25. fall.* Et † idem de amico, post Ang. quem allegat, scripsit Ioan. Mar. Montic. *in suo repertorio test. verbo, amicus. fol. 17. col. 1. vers. 21. 2.* 114 115

LIMITA XXI. Quia † ad probandum furorem admittuntur domestici & familiares ipsius furiosi, tanquam magis informati, *Franc. in c. fin. n. 2. de haret. Paris. cons. 87. num. 29. vol. 3. refert & sequitur Ioan. Mar. Montic. in repertorio test. verbo, furor. fol. 394. col. 1. vers. 4. & 5.*

ARGVMENTVM.

Familiares, famuli, ancillæ, & serui, an & quando pro eorum dominis possint testimonium ferre, & quantum valeat eorum depositio:

SVMMARIA.

Familiares admittuntur in omni casu, in quo admittitur domesticus, & contra, quia hæc verba, familiaris, & domesticus, sunt synonyma, n. 117. & 118. seq. licet Abb. ibi relatus dixerit, familiaris verbum esse magis latum, quam verbum, domesticus.

Familiares qui dicantur, & de triplici genere familiarium, remissiue, n. 120. & 121.

Familiares regulariter repelluntur à testificando ad fauorem eius, cuius sint familiares, n. 122.

Familiares in iudicis in causa inquisitionis contra inquisitum, an possint esse testes, n. 123. & seqq.

Familiares Episcopi, Abbatis, seu alicuius magni Domini, cum sint honestæ personæ, non repelluntur à testificando pro eorum dominis, n. 127.

Familiaris familiaris mei, potest esse testis pro me, n. 128.

Familiaris procuratoris mei potest esse testis pro me, n. 129.

Familiares, qui non viuunt expensis alicuius, vel ab eo non habent salarium, non prohibentur esse testes ex sola habitatione & familiaritate, n 130.

Familiares examinati in casu, in quo non debeant examinari, licet non probent plene, faciunt tamen indicium, & præsumptionem, n. 131. & seqq.

Familiaritas repellens testem, debet esse magna, & non modica, n. 131. (133.)

Familiaris ad hoc, vt propter familiaritatem repellatur à testimonio, est probanda per excipientem non solum ipsa familiaritas, sed etiam causa familiaritatis, n 134.

Famuli & seruitores non possunt esse testes pro eorum dominis, nu. 136.

Famulus non potest esse pro suo domino testis, etiam de iis, quæ vidit ante famulatum, num. 137.

Famulus non habens salarium, potest esse testis pro suo domino, numer. 138, fallit si habeat expensas, licet non salarium, num. 139.

Famuli Cardinalis, Principis, aut alius illustrissimæ personæ, non prohibentur esse testes pro eorum dominis, num. 140.

Famulus tutoris non prohibetur esse testis pro suo pupillo, numer. 141.

Famulus Abbatis potest esse testis pro monasterio, n 143.

Famulus licet non possit esse testis pro suo domino, probat tamen in eo, quod deponit contra eundem dominum, n. 143.

Famulus expulsus non potest testificari contra suum dominum, quia præsumitur inimicus, n. 144.

Famulus qui fuit olim, si hodie non sit famulus, non prohibetur esse testis pro suo antiquo domino, n. 145.

Amplia in famulo licentiato, qui adhuc domi sui domini permanet, donec alium dominum inueniat, num. 146. & 147. vbi declaratu ampliatio. Limita primo, quia si fit examinatus tempore famulatus, nihil probat, etiam quod fit repetitus tempore, quo non erat amplius famulus, numer. 148. Limita secundo, quia adhuc post famulatum examinatus non est omni exceptione maior, num. 149. Limita tertio, quando famulus fuisset licentiatus fraude ad hoc, vt possit valide testificari, quia tunc nihil probat etiam examinatus post famulatum, num. 110. (150.) *sed quando isto casu præsumatur, vel non præsumatur fraus, num. 151. & seqq. vbi formantur plures conclusiones.*

Famula, vel ancilla, non potest esse testis pro suo domino regulariter. numer. 160. Amplia, quia examinata non facit aliquod indicium, vel præsumptionem, num. 161. Limita primo, parte non opponente, nn. 162. Limita secundo, in iis, quæ domi gesta sunt, & in quibus ipsa verisimiliter est magis informata, quam alius, n. 163. Limita tertio, quando desiisset esse ancilla, n. 164.

Seruus cum habeatur pro mortuo, testimonium ferre non potest pro aliquo, n. 165.

Serui testimonium est nullum ipso iure, etiam parte non opponente, n. 166.

Serui non possunt adhiberi in testes, nec in testamentis, nec in instrumentis, n. 167.

Serui, an & quando possint testificari contra suos dominos, num. 168.

Seruus, qui communi extimatione reputabatur liber, non prohibetur ferre testimonium, n. 169.

Serui depositio, iuncta alia semiplena probatione, quam faciat fidem, n 170. & seq.

Serui testimonium recipitur in casibus, in quibus veritas aliter haberi non potest, n. 172.

Serui testimonium recipitur in criminibus exceptis, n. 173.

Seruo

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa

Serui testimonium de facto proprio quomodo sustineat, & quibus aliis praesumptionibus, valet, & probatur. num. 174.

Seruis subornatis testimonium valet, num. 175.

Quid in statu libero, num. 177.

Testimonium existentis in libertate, pendente iudicio & lite super seruitute. an valeat, num. 176.

Testimonium serui facti liberi valet de iis, quae vidit in seruitute, num. 178.

Liberti testimonium ad fauorem sui patroni nihil valet, nu. 179. *& multo minus valet contra patronum, num.* 180.

QVÆSTIO LV. INSPECTIO II.

HÆc inspectio sicut quatuor habet capita, ita etiam in ea quatuor formabo regulas, & incipien-
117 do à familiaribus. Præmitto † inprimis, quod omnia superius dicta in prima inspectione de domesticis testi-
118 bus, procedunt etiam in familiaribus. Licet † enim Abb. *in cap. literis. post glossam, num.* 5. *vers. habet etiam.* dixerit, *familiaris* verbum esse magis latum, quam verbum,
119 *domesticus*: Non † tamen desunt alij, qui dixerunt, hæc inter se esse æqualia, & synonyma, *vt per Alber. in l. etiam. num.* 4. *versicul. & interdum. C. de testib.* vbi propterea dixit, quod domestici aliquando appellantur familiares, & familiares domestici, per text. *in d. cap. in literis. extr. de testib. & in cap. insinuante, de offic. delegat. bene iuribus comprobat Aufrer. de reprobatione testium, num.* 35. *adquidam, versic. vnde cum familiares. nec dissentit Felin. in d. cap. in literis. num.* 11. *vers. & per hoc patet.*

120 *Familiaris* autem significatio triplex est, larga † scilicet, stricta, & magis stricta: & si vis scire, qui dicantur familiares in larga, qui in stricta, & qui in magis stricta significatione, adeas bene declarantes, & exemplificantes, Bald *in d. c. in literis. num.* 1. *vers. familiares dicuntur omnes. Felin. ibid. etiam num.* 1. *vers. tertio nota. extra, de testib. & Aufrer. in tract. de reprob. test. num.* 36.

121 Et si magis in specie, qui † in iure pro familiaribus reputentur, dignoscere volueris, videas text. & ibi Dd. omnes, *in l. pronuntiatio. § familia. ff. de verbor. significat. in l. ædiles. § familia. ff. de ædil. edict. & in l. familiaria. ff. de relig. & sumpt. funer. Abb. post glossam in cap. in literis. numer.* 5. *versicul. familiares vero. Felin. ibid. num.* 1. *versic. sicut nomen familiæ. extra, de testibus. Nepos de Monte Albano in tract. de testib. in princip. num.* 4. *versicul. item dicuntur familiares. Feder. Schenck. de testibus, num.* 25. *versicul. familia appellatione. Alb. de Malet. de testibus, num.* 25. *versicul. familia appellatione. Alb. de Malet. de testibus, cap.* 2. *num* 34. *seq. Campeg. de testib. regul.* 11. *versic. familiares autem dicuntur. & seqq. Gabriel. lib.* 1. *tit. de testib. conclus.* 10. *num.* 2.

122 REGVLA I. sit † in hac secunda inspectione, quod familiares alicuius non admittuntur pro eo ad testificandum, text. est *in cap. in literis.* vbi notant communi-
* ter* omnes, *extra de testibus*, & præsertim ibi Bald. *num.* 1. *versic. præterea familiares.* vbi reddit rationem, quia scilicet familiares consueuerunt obedire domino suo per fas & nefas, *argument. text. in cap. cum ad sedem. de restitut. spol. & in l.* 1. *C. de rapt. virgin. Abb. in cap. in literis. num.* 3. *Felin. num.* 2. *Angel. in l. etiam. post num.* 2. *C. de testibus. Speculat. in tit. de teste, §.* 1. *num.* 14. *versicul. sunt etiam domestici.* vbi facit conclusionem generalem, quod omnes, qui sunt de familia producentis, siue sint liberi, siue non, dicuntur domestici, & consequenter à testimonio repelluntur, *Iacob. Ægid. in tract. de testibus, num.* 10. *versicul. item repelluntur testes. Feder. Schenck. de testibus, numer.* 25. *& 27. Aufrer. de reprobat. test. numer.* 35. *versicul. quia cum familiares. & numer.* 36. *versicul. secunda ratio. Alb. de Malet. de testib. cap.* 2. *numer.* 1. *in fin. & numer.* 33. *Crot. de testibus, num.* 124. *Iodoc. in pract. crimin. cap.* 50. *rubr. de reprob. test. numer.* 15. *Conrad. in pract. q.* 2. *de offic. prætor. in causa mil. rubr. de testibus, in part. personas testium aggrediendo. verba, domestici, numer.* 41. *versicul. & denique. fol.* 88. *Marsil. sing.* 5. *incip. regula est. Nauell. regul.* 216. *num.* 9. *Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, familiares, fol.* 34. *colum.* 2. *vers.* 1. *& sequentib. Gabriel. lib. de testib. conclus.* 10. *num.* 1. *vbi adhuc plures adducit. Mascard. de probat. lib.* 2. *concl.* 757. *num.* 1. *& seq. Felin. ibi num.* 35. Et quamuis dubio putat communiter* esse receptum, licet Archid. * & alij tenuerint per Gabr. *d. concl.* 10. *num. vltim. fin.* contrarium dicendum.

AMPLIA. propositum regulam, vt † procedat etiam 125
in fiscalibus iudicis criminaliter, & ex officio cõtra aliquem, pro aliquo delicto inquirentis, propter affectionem, quam verisimiliter habere præsumitur, ad causam, an sint admittendi, necne, vide Alb. *in l. etiam. in prin. C. de testib.* vbi inprimis facit conclusionem negatiuam, per text. *in cap. accusatores. 3. quæst.* 5. *& in cap. sequitur se iniuriam. § de domo. 3. quæst.* 4. & ita testatur, se tempore suæ repulisse à testificando birroarios, domicellos, & alios Potestatum familiares testificari volentes super inquisitionibus factis per ipsum Potestatem: deinde, inquit ibi Alb. aliquando etiam fuit seruatum contrarium, & tales testes fuerunt admissi, eo, quia talis causa non videtur esse iudicis producentis, nec illi iniuria illata, sed communis & Reipublicæ, &, sicut vides, inconstanter loquitur Alberic.

Contrariam opinionem, quod † scilicet domestici 124
& familiares iudicis admittantur in testes isto casu, veriorem credidit Alberic. de Malet. *in tract. de testib. cap.* 2. *num.* 53. *& 54.* ea motus ratione, quoniam domestici & familiares iudicis non dicuntur habere odium, vel affectionem per prosequutionem causæ, cum non versetur commodum eius, cuius sunt domestici, & vbi non agitur de commodo & interesse alicuius, tunc non solum admittuntur illius familiares, sed etiam amici, *vt ibi per eum.*

In † hac contrarietate reperio distinguentem Aufr. 125
de reprobat. test. num. 44. & dicentem, quod familiares iudicis in testes non sunt admittendi, quando iudex habet aliquam affectionem ad causam, vt quia procedit ex officio: si vero non habeat aliquam affectionem ad causam, quod erit, quando procedit ad instantiam accusatoris, & tunc testes de familia iudicis sunt admittendi, & casu quo inquit ibi Aufrer. quod primo casu admittantur, non tamen admittuntur, vt faciat plenam probationem. Hæc ibi Aufrer. Ex quibus † in summa 126
colligo, quod familiares iudicis ex officio inquirentis admittuntur ad testificandum, sed non sunt testes integræ fidei, & omni exceptione maiores. Et ita apud nos seruatur.

LIMITA I. huius † secundæ inspectionis regu- 127
lam, vt non procedat in familiaribus Episcopi, Abbatis, seu alicuius magni Domini, qui cum reputetur honeste & laudabilis vitæ, admittuntur pro eorum domino, & ad eorum fauorem ad testificandum, *vt per Bald. in cap. in literis. num.* 1. *extra, de testib.* vbi post Innocent. quem allegat, facit conclusionem generalem, quod familiares sui iuris, qui non attinent per sanguinem vel affinitatem, possunt esse testes, si sunt homines, & fide digni, quod iudicis arbitrio relinquetur, sequitur Felin. *in d. cap. in literis. numer.* 4. *&* 5. vbi respondet contrariis rationibus consideratis per Aret. ibidem contrarium tenentem, & facit aliam generalem conclusionem, quod scilicet, vbi dubitatur de mendacio, vel corruptione testis, propter affectionem præsertim, integritas & sanctimonia personæ tollit omnem suspicionem, ex Speculat. Abb. Archid. Bartol. Bald. & pluribus aliis ibi per eum allegatis, & hanc limitationem sequuti sunt adhuc idem Bald. *in l. etiam. num.* 3. *vers. sed Innocentius dicit. Ang. post num.* 2. *vers. sed Innocent. Salycet. numer.* 2. *versicul. quam not. & ibi in additionibus magna, post medium, versicul. hoc tamen fallit domestici Episcoporum.* vbi loquitur etiam in criminalibus, & Ioan. Sicar. *numer.* 6. *C. de testibus. Marsil. sing.* 5. *incip. regula est. vers.*

vers. limita, Nellus de testibus post num. 11. *in fine, vers. familiares autem, Aufrer. de reprobat. test. numer.* 36. *vers. fallit secundo, Alb. de Malet. in tract. de testibus, capit.* 2. *numer.* 34. *& sub numer.* 35. *Crot. in tract. de testibus, num.* 125. vbi dicit hanc limitationem esse tenendam, quia communiter* approbatur, *& ibi Petr. Moncad. in addit. litera M. in verbo, honesta, Diaz. reg.* 746. *in* 12. *fall. Campeg. de testibus, regul.* 11. *in* 2. *fallen. Conrad. in pract. §.* 2. *de off. prætor. in causs. ciuilibus, rub. de testibus, in parte, personas testium aggrediendo, verbo, domestici, num.* 42. *in* 2. *fall. folio mihi* 88. *Gabr. lib.* 1. *tit. de testibus, concl.* 10. *num.* 20. *vbi alios plures allegat, Ioan. Mar. Montic. in suo repertorio test. verbo, familiares. folio* 35. *colum.* 2. *vers.* 3. *Mascard. de probat. lib.* 2. *concl.* 757. *num.* 2. faciunt, quæ in simili de domestico dixi *supr. numer.* 82. & de famulo *infra num.* 140. & de testibus inhabilibus dixi generaliter *infra q.* 62. *n.* 357.

128 LIMITA II. Quia † licet familiaris meus repellatur à testificando pro me, non tamen repellitur familiaris familiaris mei, per ea, quæ in simili de domestico domestici mei dixi *supra num.* 29. *seqq.* & in specie plures in id allegat concordantes *Gabriel. lib.* 1. *tit. de testibus, conclus.* 10. *num.* 53. *& seq. sequitur Mascard. de prob. lib.* 2. *conclus.*
129 757. *num.* 3. Et † de familiari procuratoris mei, quod admittatur ad testificandum pro me, licet meus procurator non admittatur, *post Aufrer. & Rotam, quam allegat*, affirmauit Diaz. *d. reg.* 746. *in* 16. *fallent.*

130 LIMITA III. Vt † huius secundæ inspectionis prima regula procedat in illis familiaribus, qui non solum habitant cum eo, pro quo ad testificandum producuntur, vel in eius domo versari soliti sunt: sed etiam, qui vel viuunt illius impensis, vel habeant ab eo salarium: si vero nec impensas, nec salarium recipiant, ex sola habitatione, & familiaritate non repelluntur à testimonio, per ea, quæ in simili de famulis dixi *infra in* 2. *reg. huius inspectionis, num.* 138. *& seq.* & in specie de familiaribus scripserunt Alb. de Malet. *in tract. de testibus, part.* 2. *num.* 35. *ad finem*, vbi faciendo conclusionem in hoc, quod sufficiat, vel habere expensas, vel salarium, concordat opiniones inter se cõtrarias Cardinalis & Imolæ, *in cap. insinuante, de off. deleg. sequitur Campeg. in tract. de testibus, regul.* 11. *in* 7. *fall. & regul.* 12. *versic.* 5. *quia familiaris, Gabriel. tit. de testibus, lib.* 1. *conclus.* 10. *num.* 49. *Mascard. dict. concl.* 757. *nu.* 5. Vbi enim quis solet in alicuius domo conuersari sine impensa aut salario, dicitur potius amicus, quam familiaris, aut domesticus. Amicus autem non repellitur regulariter à testificando pro suo amico, *vt dicam latius infra hac eadem quæst. in vltima inspectione.* Et propterea dixit Rota, coram d. Cæsare de Grassis *in decis.* 82. *num.* 1. quod regulariter familiaritatis exceptio non repellit testem, licet secundum eius qualitatem, vel ei diminuat de fide, vel non, *iuxta gl. Innocent. Ioan. Andr. & Abb. in cap. in literis, extra de testib.* quod & idem affirmauit *in dec.* 73. *nu.* 1.

131 LIMITA IV. Quia † etsi familiares non admittantur ad testificandum, admissi tamen faciũt aliquod indicium, vel præsumptionem, *vt ex relatis per Gabr. tit. de testibus, libr.* 1. *conclus.* 10. *num.* 55. *per Io. Mar. Monticell. in repertorio test. in verbo, familiares. fol. mihi* 35. *colum.* 1. *vers. antepenult.* vbi loquitur etiam ad faciendum indicium in criminalibus, & in verbo, testes quales esse debeant ad probandum indicium, *fol.* 346. *colu.* 1. *vers.* 3. *& per Masc.*
132 *d. concl.* 757. *num.* 6. Cuius † contrarium cum voluerint alij relati per eundem Gabr. *d. concl.* 10. *post d. num.* 55. *& per Masc. dict. concl.* 757. *num.* 7. ideo pro resolutione vide, quæ in simili dixi supra, de domestico, *nu.* 87. *& seq.* & ad ibi tradita me remitto, & etiam vide, quæ in simili, & generaliter dicam de testibus inhabilibus, *infra q.* 62. *nu.* 261. *& seqq.*

133 LIMITA V. Quod † ad hoc, vt testes familiares repellantur, debent esse magna, non autem modica, & extranea, per ea, quæ in simili de amicitia dicam *infra in vltima inspectione huius quæstionis*, & in specie post Baldum & Bauer. quos allegat, animaduertit Moncad. *in addit. ad Crot. de testib. num.* 125. *litera M. in verbo, honesta, post medium addit. vers. & nota, quod ad hoc,* & ibi etiam posuit dicere, quod † excipiens contra testes de familia- 134
ritate non sufficit, vt dicat, quod sint familiares simpliciter, sed debet exprimere causam familiaritatis, & qualis sit, ad hoc, vt cognoscatur, an sit modica, vel magna, *ex gl. Host. Io. Andr. & alijs ibi per eum allegatis.*

REGVLA II. Sit † in hac secunda inspectione, quod 135
famuli & seruitores etiam liberi, non admittuntur ad testificandum pro eorum dominis: sic enim in specie de famulis affirmarunt Abb. *in cap. in literis, nu.* 3. *versic. & credo, extra de testibus*, vbi, quod in eo textu ii, qui sunt de familia, capiuntur pro seruitoribus, siue sint liberi, siue serui, ex quo stant in domo ad seruiendum, *argum. text. in l.* 2 *§ familiæ. ff. vi bon. rapt. cum alijs ibi per eum allegatis, Fed. Schenk. in tract. de testibus, nu.* 26. *vers. etiam liberi homines*, vbi etiam dixit, quod familiæ appellatione etiam liberi homines continentur, qui bona fide alicui inseruiunt, *Aufrer. de reprob. test. n.* 43. *Iod. in pract. crimin. cap.* 50. *rub. de reprob. test. num* 8. *Campeg. de testibus regul.* 13. *in princip. Nouell. reg.* 216. *num.* 10. *Gab. lib.* 1. *tit. de testibus, conclus.* 10. *numer.* 4. vbi alios plures refert, & sicut conclusionem generalem, quod homo liber, conuenta mercede seruiens, non est idoneus testis, *Paris. cons.* 67. *nu.* 85. *vol.* 3. Rolan. *cons.* 41. *nu.* 25. *volum.* 1. *Ant. Gomez. var. resolut. tom.* 3. *cap.* 12. *rub. de probat. delict. num.* 15. *vers. repellitur famulus. Masc. de prob. libr.* 2. *concl.* 758. *num.* 1. vbi huius regulæ generalem reddit rationem, quia scilicet etiam istis famulis potest imperari, ergo sunt inhabiles, *ad gl. in c. idonei, §. testis,* 3. *q.* 5.

AMPLIA I. Hanc † secundam regulam, vt nec fa- 136
mulus probet pro domino, etiam quod deponat de facto proprio, maxime si ad sui ipsius exonerationem, *vt per Aufrer. de reprobat. test. dict. num.* 43. *in fine, versic. adde quod famulus*, vbi ponit exemplum in famulo deponente reportasse librum, domino suo inuitato: iam inquit ibi Afr. non probat, quia deponit pro se ad deferre, §. item decreuerunt, *& ibi Bartol. ff. de* [illegible] *quam Ioan. Mar. Montic. in repertorio test. verbo, famulus, fol.* [illegible] *ibi* 35. *colum.* 2. *vers.* 2. *Mascard. de probat. libr.* 2 *concl.* 758. *numero* 2. *late Hippol. Rim. cons.* 315. *num.* 5. *& seqq. libr.* 3. & dicam latius *infra q.* 60. *num.* 23. in materia testis deponentis in causa propria.

AMPLIA II. Eandem † secundam regulam, vt nec 137
famulus admittatur ad testificandum, pro domino suo, de iis, quæ vidit ante famulatum, *vt per Felyn. post Bar. quem allegat in d. cap. in literis, sub num.* 10. *vers.* & dicit Bar. *extra de testibus, Abb. ibidem num.* 6. *in fine*, vbi quod sufficit esse famulum tempore testimonii, licet tempore contractus non esset.

LIMITA I. Regulam † non procedere in famulo nõ 138
habente salarium, nam is non prohibetur esse testis pro domino suo *Specul. in tit. de teste, §.* 1. *num.* 13. *in fine, versic. sed de quo mercenario, Roman. cons.* 420. *nu.* 4. *& ibi Mandos. in addit. Aufrer. de reprobat. test. numer.* 43. *vers. fallit in famulo, Marc. in l.* 1 *§. ad quæstionem, num.* 3. *ff. de quæst. & singul.* 4. *incip. regula est, versic. limita tu, & cons.* 68. *visa accusatione, num.* 22. *Crot. de testibus, nu.* 127. *vers. tertio fallit, & ibi Petr. Moncad. in addit. in verbo, salarium, litera N. Diaz. regul.* 746. *in* 3. *limitatione, Henric. Boic. in cap. in literis, colum fin. vers. circa hoc tamen, extra de testib. Gabr. lib.* 1. *titul. de testibus, concl.* 10. *num.* 5. *Put. decis.* 4. *num.* 6. *&* 7. *lib.* 1. *Bertaz. cons.* 542. *nu.* 15. *lib.* 2. *Masc. de prob. libr.* 2. *concl.* 758. *nu.* 7. Ex quibus sine dubio potest dici, limitationem esse communiter receptam à Dd.

SVBLIMITA I. Hanc † primam limitationem 139
non procedere, quando famulus, etiam quod non ha-

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

beret salarium, haberet tamen expensas: nam adhuc à testificando repellitur ad fauorem sui domini, per ea, quæ in simili de familiaribus dixi *supr. n.* 130. & in specie de famulis scripserunt Felyn *in cap. in literis, nu.* 1. *vers.* 2. *nota, extra de testib. Aufrer. de reprob. test. num.* 35. *in fine, vers.* 2. *nota, per text. in cap. fin. de verb. signif. in* 6. *Alb. de Malet. de test. b. capit.* 2. *num.* 35. *in fine. Lanfran. de testib. num.* 63. *vers. si autem est aliquis famulus, ad cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, extra de prob. Gabr. libr.* 1 *titul. de testib. concluſ.* 10. *nu.* 7. *& vbi alios adducit, Mascar. de probat. lib.* 2. *concl.* 758. *nu.* 8 Et ex iis etiam dici potest, hanc sublimitationem esse communiter * receptam, etsi aliter senserit Campeg. *de testib. reg.* 11. *in* 8. *fallen.*

140 LIMITA II. Propositam † secundam regulam, vt procedat in famulis vilibus, & ignobilium, prout sunt famuli scholarium, seu alterius priuatæ personæ, at secus in famulis alicuius magni domini, puta, Cardinalis, Principis, aut alterius Illustrissimæ personæ. Nam ii cum reputentur personæ admodum honestæ, & graues, & nisi tales essent, non starent ad talis personæ seruitia, ideo minime repellendos esse, dicendum est, per ea, quæ in simili de domesticis & familiaribus dixi *supr. n.* 82. *&* 427. & in specie de famulis sic affirmarunt Rom. *con.* 420. *nu.* 4. *vers. tamen si honestatem vitæ, & ibi Mandin. addit littera, d. alios refert concordantes, & conſ.* 7. *nisi necessaris, post nu.* 4. *Run. conſ.* 92. *præmittendum, num.* 3. *lib.* 1. *Aufrer. de reprob. test. n.* 43. *vers. fallit si sit famulus, Lanfr. de testib. nu.* 63 *vers. diuerse fuerunt opiniones, in repet. cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, extr. de probat. Campeg. de testib. regul.* 13. *in* 3. *fallen. Io. Sichar. in l. etiam, n.* 6. *C. de testib. Masc. de prob. lib.* 2. *concl.* 758. *n.* 9. *& lib* 3. *concl.* 1398. *nu.* 6. & est communis * limitatio.

141 LIMITA III. In † famulo tutoris, qui non prohibetur testimonium ferre pro pupillo: nam is dicitur famulus tutoris, & non pupilli, *Bal. conſ.* 464. *num.* 4. *par.* 1. Vbi declarat, nisi staret ad seruitium pupilli, & nisi ab eo reciperet mercedem, *Iac. Leo. inter conſ. matr. conſ.* 49. *n.* 55. *libr.* 1. *Nouell. reg.* 216. *n.* 11. *Io. Mar. Mont. in suo repertorio testium, verbo, famulus, fol.* 35. *col.* 2. *vers.* 5.

142 Et ex pari ratione famulum Abbatis non repelli à testificando ad fauorem Monasterii, affirmarunt Bal. *in conſ.* 444. *n.* 1. *lib.* 1. *Boſſ. in tit. de oppoſ. contra test. nu.* 116. *Maſc. de prob. liu.* 2. *concl.* 758. *nu.* 12.

143 LIMITA IV. Vt † licet famulus pro domino suo non admittatur in testem, & admissus non probet: admittitur tamen, & admissus probat in eo, quod deponit contra suum dominum ex iis, quæ in simili de teste affine deponente, contra suum affinem, dixi *supra qu.* 54. *n.* 79. & de domestico contra domesticum, *supr. nu.* 90. & in terminis de famulis, sic affirmarunt Capel. Tholoſ. *deciſ.* 4. *Montic. in repertorio test. verb. seruitor. fol.* 62. *col.* 2. *vers. pen. Io. Sichar. in l. etiam, num.* 4. *in fine, C. de testib. Mascar. d. concl.* 758. *n.* 10.

144 SVBLIMITA Hanc † quartam limitationem, vt non procedat in famulo per dominum expulso, præsertim ob scelera. Nam cum ex hoc inter eos orta dicatur inimicitia, *vt probaui supr. in præcedenti titul. de indic. & tortur. q.* 49. *nu.* 89. iccirco non admitti contra eundem dominum ad testificandum, & admissum non probare, in specie probarunt Aufr. *de reprob. teſt. nu.* 37. vbi ampliat, etiam quod famulus fuisset expulsus, vt ei fides non daretur, si contra dominum contigerit, vt examinetur, dummodo constet de sceleribus, propter quæ dicitur expulsus, Alb. de Malet. *de testib. c.* 2. *nu.* 52. *Campeg. de testibus, reg.* 13. *in* 1. *&* 5. *fallen. Montic. in repertorio test. verbo famulus, fol.* 35. *col.* 2. *vers.* 4. *Mascar. de probat. d. concluſ.* 758. *num.* 11. & loquuntur præcipue Dd. præcitati in famulo Episcopi, & sine dubio sublimitatio est communiter * recepta, quicquid in contrarium referat idem Montic. *verbo, domestici, fol.* 28. *col.* 2. *vers. fin.*

LIMITA V. Propositam † huius secundæ inspectionis secundam regulam, vt non procedat in eo, qui etsi olim fuerit famulus, non tamen talis est tempore ferendi testimonii. Nam eum non repellit à testificando, vltra ea, quæ in simili de domestico dixi *supr. nu.* 32. *hac ead. quæſt.* & generaliter de teste inhabili posui *infra q. .... nu. ....* adhuc & in specie de famulis, qui famulari desierunt, sic affirmauit Spec. *in titul. de teſte, §.* 1. *num.* 13. *vers. quid si olim fuit, argum. text. in l.* 3. *§ affinitates. ff. de poſtu.* Vnde secundum Vber. de Bonac. *relatum à Specul. in loco præcitato*, datur cautela, vt si quis velit famulos pro se inducere, eiiciat eos à suo seruitio per decem, vel octo dies antequam illos producat, & postea poterit ipsos inducere, & admittentur, *vt ibi per eum, quem etiam sequuti sunt Iod. in capit. in literis, nu.* 6. *Felyn. ibidem, num.* 8. *extra de testib. Alb. in l. etiam, num.* 6. *Caſtr. nu.* 2. *Ioan. Sichar. numer.* 9. *C. de testibus, Aufrer. de reprob. teſt. numer.* 36. *vers. ſallit quarto*, vbi reddit rationem ex Bal. *in d. cap. in literis*, quia scilicet famulus expulsus non seruat amorem, *Lanfran. de testib. numer.* 63. *vers. prædicta tamen intelige, in repet. cap. quoniam contra, in verbo, testium depoſitiones, extra de probat. Crot. de testib. numer.* 128. *vers. quarto fallit. Marſ. in l.* 1. *§. idem Numio, n.* 1. *ff. de quæſt. Campeg. de testib. reg.* 12. *in* 1. *fall. Diaz. reg.* 746. *in* 10. *fall. Corrad. in pract. §.* 2. *de offi. prætor. in cauſ. ciuil. rubr. de testib. in parte, personas testium aggrediendo, verbo, domestici, nu.* 42. *in* 5. *fallen. fol.* 88. *Anton. Gomez. variar. reſol. tom.* 3. *capit.* 12. *rubr. de probat. delict. num.* 15. *vers. quod tamen limita, vbi testatur de communi * Dd. opinione, Tiraqu. ceſſante * cauſſa, nu.* 101. *part.* 1. *Nouell. reg.* 216. *nu.* 9. *vers. sed qui quondam fuit famulus, Io. Mar. Montic. in repertorio testium, verbo, famulus. fol.* 35. *col.* 2. *vers. si. Gabr. titul. de testib. lib.* 1. *concl.* 10. *nu.* 9. *&* 10. *vbi alios plures adducit Maſc. de prob. lib.* 2. *concluſ.* 758. *num.* 3.

AMPLIA Hanc quintam limitationem, vt † procedat etiam in eo famulo licentiato, qui stat in domo antiqui domini, donec sibi de alio nouo domino prouideat: nam adhuc eum posse ad testem admitti, post Io. Andr. *in c fin. de verb. signif. & Iac. Leo. conſ.* 49. *nu.* 50. *inter conſ. matrim. diuerſ. libr.* 1. *quos allegat, affirmauit Iac. Nouell. d. reg.* 216. *nu.* 9. *vers. imo si famulus habuiſſet licentiam.* Et ampliatio † potest stare, dummodo eo tempore viuat sumptibus suis, secus si expensis domini, *per ea, quæ ſcripſi ſupra nu.* 130. *&* 138.

SVBLIMITA I. Eandem † quintã limitationem, vt procedat, prout loquitur in famulo examinato, postquam nõ est amplius famulus. Vnde secus si esset examinatus tempore famulatus, licet repetitus post famulatum, quia tum nihil probat, cum attendatur tempus examinis, & non repetitionis, *Cor. conſ.* 170. *vol.* 3. *vers. & licet alias, libr.* 10. *Gabr. d concl.* 10. *n.* 17.

SVBLIMITA II. Quia † adhuc licet iste sit post famulatum examinatus, non est testis omni exceptione maior, *Tiraq. ceſſante cauſſ. par. prima, nu.* 103. *Gabr. tit. de teſtibus, concl.* 10. *nu.* 18.

SVBLIMITA III. Vt † eadem quinta limitatio non procedat, quando dominus per fraudem famulum licentiasse ad hunc effectum, vt pro eo testificaretur, nam constito de fraude non est admittendus ad testificandum, & admissus nihil probat, *secundum Felyn. in d. c. in literis, n.* 10. *extra de testib. Alb in l. etiam, nu.* 6. *Caſtr. n.* 2. *ad fin. Ang. nu.* 2. *vers. iſta tamen cautela, Io. Sichar. nu.* 9. *vers. venia tamen Abbatis, C. de testib. Aufr. de reprob. testi. n.* 36. *vers. quod intellige, post quartam fallentiam, Lanfran. de testibus, num.* 63. *ad finem, versic. tamen si constaret, Petr. Moncad. in addit. ad Crot de testibus, numer.* 128. *litera O. in verbo, familiaris, Tiraquell. ceſſan. cauſ. par.* 1. *num.* 102. *Campeg. reg.* 13. *in* 1. *fall. Diaz. reg.* 749. *ſub* 10. *fall. vers. dum tamen simulate, Anton. Gomez. var. reſolut. tom.* 3. *capit.* 12. *rubr. de probat. delict. num.* 15. *versic. dum tamen non probetur fraus, vbi testatur de communi * opinione, Gab. tit. de testi. lib.* 1. *concl.* 10. *num.* 11. *

vbi

... d. concl. de probat. libr. 1. *...*

... ſ.

15 * ... ſ. communiter, * sed quando famulus licentiatus per fraudem hęctiatus, quomodo hoc probetur seu præsumatur? Varii varia dixerunt, ideo vt ne lias veritatem, facias infrascriptas conclusiones.

152 Prima sit conclusio, quod † fraus in dubio non præsumitur, ideo qui dicit famulum per fraudem licentiatum probare debet in terminis, *Henr. Boic. in c. in literis, col.* 2. *vers. aut est dubium, extra de testib. sequitur Gab. lib.* 1. *tit. de testib. concl.* 10. *n.* 12. *vers. in dubio autem.* Et facit conclusio generalis, quod in omni facto & negotio regulariter nec dolus nec fraus præsumitur, de qua *in l. dolum. C. de dolo, l. quoties. §. qui dolo. ff. de probat. l. si dolo, C. de rescin. vendit. l. dolus. & l. eleganter. ff. de dolo, cum aliis per Mascar. de probat. lib.* 2. *concl.* 1003. *nu.* 11. & dicam latius suo loco.

153 Secunda sit conclusio, quod † fraus præsumitur, si finita lite famulus reuertitur in continenti ad seruitia illius domini, pro quo iam deposuerat, Bald. *in cap. in literis, n.* 5. *extr. de testib.* vbi propterea, quod isto casu famulus est diligenter interrogandus, quare fuerit expulsus, & an sit reuersus nec ne, & si est vilis persona & suspecta, poterit torqueri, *arg. l. quicunque in fine, & l. mancipia, C. de ſeru. fug. sequitur Fel. ibi, num.* 10. *Alb. in l. etiam, num.* 6. *Caſtren. num.* 2. *ad finem, Ang. num.* 2. *vers. quæ fraus præſumitur. Ioan. Sichar. num.* 9. *vers. nam si post missionem, C. de testib. Marſil. in l.* 1. *§. idem Numio, n.* 2. *ff. de quæſt. Lanfr. de testib. nu.* 63. *ad finem, vers. quod præſumeretur, Ant. Gomez. dict. cap.* 12. *rub. de probat. delict. nu.* 12. *vers. & talis dolus, Mascar. d. concl.* 758. *num.* 5.

154 Tertia † sit conclusio præcedentis secundæ conclusionis declaratiua, quod fraus non præsumitur, si famulus non in continenti, sed ex interuallo, & diu post, ad seruitia domini reuerteretur, *vt per Felyn in d. c. in literis, n.* 10. *extr. de testib.* vbi addit in proposito duo notabi-

155 lia. Primum, quod † longum interuallum attenditur, non ante testimonium prolatum, sed post, & ideo non excluderetur fraus, &, si famulus diu antequam examinaretur, fuerit licentiatus, sed paulo post testimo-

156 nium prolatum rediret. Secũdum notabile est, † quod ad excludendum fraudem isto casu maxime prodesset probare, quod famulus ante suam depositionem quæsierit se cum altero domino accõmodare, *vt ibi per eum*, quibus ad hæc eadem adde Aufrer. *de reprob. test. n.* 36. *ad fin. vers. secus si ex interuallo, & vers. & oportet intelligere, Marſ. in l.* 1. *§. idem Numio, num.* 2. *ff. de quæſt.*

157 Quarta sit conclusio, quod † si famulus licentietur, lite cœpta, tunc cum præsumatur licentiatus ad effectum, vt possit examinari, ideo fraus inde præsumitur, *vt per Spec. in tit. de teſte, §.* 1. *n.* 13. *vers. vel dic, quod si ante litis contestationem, &c.* vbi in proposito litem cœptam considerat, per contestationem litis, *Bar. in l. etiam, n.* 5. *& n.* 7. *C. de test.* vbi magistraliter loquendo dixit, quod si mutatio conditionis testis cõtingit absq; aliquo facto producentis ad id destinato, vt puta, quia famulus recessit sua sponte à seruitiis alicuius domini, & tunc sine dubio potest pro eo testificari, quoniam desiit esse domesticus, *l.* 1. *§ firmatio. ff. de quæſt.* Si vero mutatio testis contingit facto producentis ad id destinato, & sic puta, famulus desierit famulari per licentiam, ei à producente datam, & tunc ei, cuius facto contingit mutatio, talis mutatio non prodest, *l.* 1. *§. si ſeruus. ff. de quæſt.* Ex quibus clare confirmatur proposita conclusio, volens fraudem præsumi, quãdo lite cœpta licentiatur famulus ad hoc, vt possit testificari, *& ad idem adduco Alberic. de Malet. in tract. de testib. c.* 4. *n.* 18. *Lanfr. de testib. n.* 63. *vers. quod*

258 *præsumeretur, &c.* Vbi † quod fraus isto casu præsumeretur multo magis, si famulus statim expulsus examinaretur, *Campeg. de testib. reg.* 13. *in* 1. *fall. in fin. Pariſ. conſ.* 104. *num.* 159. *libr.* 1. *cum aliis relatis per Gabr. de testib. lib.* 1. *concl.* 10. *nu.* 13. *& nu.* 15. *& nu.* 16. *vers. contrarium, &c.*

Contrarium, quod † non dicatur fraus, etiam quod 159 dominus, lite pendente, licentiat famulum ad hoc, vt possit testificari pro eo, nisi post testificationem incontinenti reuertatur ad eius seruitia, magis cõmuniter, * * ni fallor, receptum est à Dd. prout videre est apud Bal. *in d. c. in literis, post n.* 5. *vers. & de famulo expulſo ad cautelam, &c.* Et facit ratio ibi per eum allegata, quia scilic. famulus, postquam est expulsus, nõ seruat amorem domino suo, sicut nec affinis finita affinitate. Ergo parũ refert, quo tempore, & quo animo dominus eam expellat, si famulus spem reuertendi non habet, quia cessante amore & affectione, quæ ipsum ob domesticitatem à testificando repellit, cessare etiam debet repulsa, sequitur Felyn. *in d. c. in literis, nu.* 9. *vers. sed in hoc contrarium teneas.* vbi expresse dicit, quod dummodo famulus non sit dimissus simulate, h. e. ad tempus parum refert, cum dimissum ad hoc, vt possit testificari, quia non dicitur in dolo & fraude, qui sibi probationem parat per aliquod factum, sine quo alias succumberet, *l. a' patre, natura, §. cum autem, & ibi gl. ff. de neg. geſt.* & hoc non est subtrahere aduersario probationes, quia iure reputatur illicitum, & improbatum, *vt l.* 6 *si quis, in verbo, ſi præpoſita cognitionis. ff. de quæſtio.* sed sibi parare probationes, quod dixi, permittitur in iure, *vt ibi per eum, ad ſopra hac contraria opinione Aufr. de reprobat. teſt. n.* 36. *post vers. quod intellige. Marſil. in l.* 1. *§. idem Numio, nuã. vers. attamen. & ff. de quæſt. Diaz. reg.* 746. *ſub* 10. *fallen. vers. quod extende. Ant. Gomez. var. reſol. tom* 3. *c.* 12 *rub. de probat delict. nu.* 15. *vers. etiam ſi de proximo ſit exemptus, & plures alios allegat concordantes, Gab. d. concl.* 10. *nu.* 14. *& num.* 16.

Et si volueris hanc cõtrariam opinionem fulcire, non tñ credas, isto casu hunc famulũ esse inregulariter, & omni exceptione maiorem, *per ea, quæ ſcripſi ſupra n.* 140.

REGVLA III. Sit † in hac eadem secunda inspectione, quod ancilla non possit esse testis pro domino 160 suo, *Io. de Amic. conſ.* 196. *n.* 15. *Pariſ. conſ.* 67. *n.* 81. *lib.* 3. *Mant. conſ.* 213. *n.* 30. *lib.* 1. *Iod. in pract. c.* 50. *rubr. de reprob. teſt. nu.* 6. *Bertaz. conſ.* 478. *n.* 3. *& ibi Claud. in addit. Bertaz. Mascar. de prob. lib.* 1. *concl.* 90. *n.* 2. *Hect. Aemil. in tract. de teſt. verb. ancilla, num.* 1. *&* 2. *fol.* 183. vbi eam reddit testem in ... scilicet sub domesticorum nomine continendo, ... ciunt, quæ in simili de famula dixi *ſupra in reg. nu.* 135.

AMPLIA Hanc † secundam regulam, in tantum 161 ancillam nõ admitti ad testificandum pro domino suo, vt nec admissa faciat aliquod indicium, aut præsumptionem ex iis, quæ generaliter dixit Abb. *inc. in literis, in* 3 *not. ſub n.* 3. *vers. & not. quia dicit interrogari, extr. de teſt. & in specie adnotarunt Io. de Amic. d. conſ.* 196. *n.* 15 *Mascar. de prob. lib.* 1. *d. concl.* 90. *n.* 4. *Hect. Aemil. de teſt. verbo, ancilla. n.* 3. *fol. mihi* 148. *part.* 1. & quicquid alii contrarium senserint, ampliatio ista est verior, & tenenda, per ea, quæ in simili latius deduxi *ſupra nu.* 87. *ſeq.*

LIMITA I. Hanc † eandem regulam non procedere, parte non opponente, tunc enim ancillam ad- 162 mitti ad testificandum, voluit in specie Masc. *ducl. concl.* 90. *n.* 3. *allegat Ang. in auth. de teſt. in prin. col.* 1. *& Alex. de Neuo in conſ.* 6. *n.* 3. *hoc idem & in ſpecie etiam voluit Claud. in addit. ad Bertaz. in d. conſ.* 478. *nec diſſentit Hect. Aemil. in tract. de teſt. part.* 1. *verbo ancilla, n.* 4. *fol. mihi* 84. & si contra hãc limitat. tenuerint Bal. & alii relati *ibi per eundẽ Aemil.* sed cum limitatione stat cõmunis * opinio, *vt dixi ſup. n.* 104. *

LIMITA II. Quia † ancilla admittitur ad testifi- 163 candum in iis, quæ domi fiunt, ac in iis, de quibus ipsa verisimiliter est magis informata, quam alius, *l. conſenſus. §. ſeruis etiam ſeu ancillis, & ibi communiter Dd. omnes, C. de repud. facit gl. in l.* 3. *verbo, prohibet. (. ad l. Iul. de adult.* & in specie de ancilla sic affirmarunt Iodoc. *in pract. crim. c.* 51. *rub. de jaluatione teſt. n.* 10. *vers. poſtremo, (rot. d. conſ.* 131. *n.* 26.

lib.1. Alex. de Neuo cons.4.num.15. Mascar. d.concl.90. nu.7. seqq. vbi declarat, sicut etiam declarat Hect. Aemil. de test. d. verbo, ancilla, nu.5. & 6.par.1. Sed vide latius, quæ de domesticis testibus dixi *supra in 1.inspect.nu.35.seqq.*

164 LIMITA III. In ea ancilla, quæ † iam desiit esse ancilla, nam illam à testimonio non repelli, in specie voluerunt Crot. *cons.131.nu.5. Iacob. Leon. inter cons. matrim. diuers. consil.49. incip. in hac materia & lite, nu.50. lib.1. Mant. de prob. lib.1. d. concl.90. nu.10. Claud. in addit. ad Bertaz. cons.478. littera B. Hector Aemil. in tract. de test. d. verbo, ancilla, nu.7. fol.* 181.(185.) *par.1.* Verum quia hæc limitatio non procedit, vbi constat de fraude. Quando autem illa præsumatur, vel non, non adeo explicite à Dd. explicatur, ideo in occurrenti casu vide, quæ in simili de famulo dixi *supra nu.115.seqq.*

165 REGVLA IV. Et vltima † sit in hac eadem secunda inspectione, quod cum seruus habeatur de iure ciuili pro mortuo, ac propterea de iure ab omnibus officiis & muneribus arceatur, *l.quod attinet, l.in omnibus ff. de reg. iur.* iccirco eos ad testificandum minime admitti debere, probat tex. *in l. quoniam libert. C. de test. & in authent. c.1. §. si vero dicatur, coll.1. 7. & in l.pridem, C. de q. & in § sed neq. Instit. de testam. & in l. qui testamento, §. seruus. ff. qui test. fac. poss. & in cap. forus, in fin. extr. de V.S.* Edita per prædicta iura, iuncta ratione præmissa, regulam hanc firmarunt Spec. *in tit. de teste, §. 1. ver. item quod sed seruus, nu.3.* Dec. *post gl. in d.l. in omnibus officiis. ff. de reg. iur.* Nepos de Monte Albano *in tract. de test. nu. 7.* Iac. Butrig. *de test. in prin. n.20. versic.27. qui est seruus*, Iac. Ardi. *de test. in princ. nu.2. vers. reprobantur testes, si sunt serui*, Feder. Schenck *sub nu.27.* Nell. *de test. nu.23.* Ausf. *de reprob. test. nu.88.* Alber. *de Malet. de test. cap.5. nu.1.* Crot. *de test. par.1. nu. 13.* Camp. *reg. de test. regul. 111. in prin.* Montec. *in repertorio test. verbo seruus fol. mihi 62. col.2. vers.3. & seqq. vbi etiam de materia* Corrad. *in pract. §.2. de off. prætor. in causs. ciuil. rubr. de test. in parte, personas testium aggrediendo, verbo serui, num.69. fol.* 102 *col.2.* Masc. *de prob. libr.3. concl.1358. nu.14. seqq.* Rota coram d. Cæsare de Graff. *decis.72. nu.1. seqq.*

166 AMPLIA I. Hanc † quartam regulam, vt serui testimonium sit ipso iure nullum, possit q; propterea, etiam parte non opponente, iudicis officio à testificatione repelli, secundum Ang. *in authen. de test. §.1. n.2. quam in proposito referendo sequuti sunt Corrad. vbi supr. d. nu.69. fol.* 102 *&* Masc. *d. concl.*1358. *n.*16. & faciunt, quæ generaliter de testibus inhabilibus iudicis officio repellendis dixi *supra q.* 62. *nu.* 190.

167 AMPLIA II. Vt † nec etiam in testamentis & instrumentis possint serui in testes adhiberi per iura allegata, *vide supr. in reg. num.* 165. sed quid si fuit adhibitus, tanquam liber, an defecta seruitute possit deponere de contenentibus ipsius instrumenti vel testamenti, vide Dd. *in l. 1. C. de test.* Camp. *de test. d. reg.* 111. *in 6. fall. & tenus per Alb. de Mal. in tract. de test. c.5. n.7. seq.* cuius dicta referre non curam, quia seruorum vsus apud nos parum reperitur.

168 AMPLIA III. Vt & multo † minus possit idem seruus contra dominum testificari, præterquam in casibus, *de quibus in l. quicunque, C. de seruis fugitiu. text. est in l. pridem, C. de quæst.* Alb. de Mal. *in tract. de test cap.6. nu.1. in fine, versicul. dominum autem*, Campeg. *reg.* 111. *in 4 fallen.* Corrad. *in pract. §.2. de off. prætor in caus. ciuil. rub. de test. in parte, personas testium aggrediendo, verbo domestici, post nu.* 42 *fol.* 83. *& verbo seruus, num.69. in princip. fol* 0102. Montecell. *in repertorio test. verbo seruus. fol. mihi* 62. *col.2. versic.* 1. *vbi de materia & alios adducit, & ante istos Spec. in tit. de teste, §.1. n.39. versic. contra dominum vero.*

169 LIMITA I. Eandem † quartam regulam non procedere in eo seruo, qui communi opinione reputabatur pro libero, puta, si talis credebatur, vel ab omnib. vel a maiori parte populi, nam is a testificando non repellitur, ex allegatis per Spec. *in tit. de test. n.39. vers. tamen si testis, &c. iuncto ver. quod si tantum a maiori parte, &c.* (vbi tamen secus si à multis, & non à maiori parte fuerit liber reputatus) *Nell. de test. n.23. versic si tamen testis, Alb. de Mal. de test. c.5. n.3. iuncto nu.5. per totum*, (amplg. *de test. reg. 111. in 5. fall. Corrad. in pract. §.2. de off. prætor. in caus. ciuil. rub. de test. in parte, personas testium aggrediendo, verbo serui, n.69. ver. quæ tamen omnia, fol.*103. Masc. *de prob. lib.1. concl.*1358. *n.*17.

170 LIMITA II. Quia † licet serui regulariter ad testificandum non admittantur, dicit tamen glo. *in l. serui, ff. de testibus*, quod si præcedit semiplena probatio, tunc testimonium serui cum illa semiplena probatione faciet vnam probationem, refert & sequitur Nell. *de test. n.23. D. ad fin.* Sed † certe, si limitatio esset vera, destrueretur regula proposita, nec inueni gl. *in d.l. serui*, dicentem hoc, ad quod allegatur per Nellum.

171

172 LIMITA III. Vbi † veritas aliter haberi non potest, & sic in defectum probationum: vt dicit fere ad literam IC. *in l. serui, ff. de test.* gl. hoc ibi intelligit, tribus concurrentibus; primo cum tormentis, secundo præcedentibus indiciis, tertio vt interrogetur de suo facto tantum, non de alieno, sed Alb. de Malet. *in tract. de test. c.5 post num.1. iuncto n.4. per totum, post Io. And. quem allegat*, admittit, vt possit testificari isto casu, etiam de facto alieno, & ita etiam videntur de mente Dd. *vt ex allegatis per Nell. de testib. nu.23. versic. nisi in defectum probationum, & versic. nisi in casu necessitatis*, (amp. *d. reg.* 111. *in 1. fallen. Montic. in repertorio test. verbo serui fol.62. col.2. versic.4. Corrad. in pract. d.n.69. versic. declara etiam, fol.*102. Masc. *de prob. lib. 3. concl.*1358 *nu.*18. *& ante istos Spec. in tit. de teste, §.1. nu.39. versic. nisi in defectum probationum, faciant in simili generaliter tradita, de teste inhabili, infr. q.62. nu.*50.

173 LIMITA IV. In † exceptis criminibus, in quibus seruus à testificando non repelluntur, cum in iis delictis etiam inhabiles recipiantur, per ea, quæ dixi *infra q. 62. n.81. &* seq. sed in specie de seruis sic affirmarunt post alios, quos allegant Spec. *in tit. de test. §.1. nu.39. vers. nisi in crimibus exceptis*, Nell *de testib. d. nu. 23. vers. & nisi in crimibus exceptis*, Alb. *de Mal. de testib. c.5. n.1. vers. & nisi in casibus exceptis*, Campeg. *reg.* 111 *in 2. fall. Corrad. in pract. d. nu. 69. in fin. vers. item in crimibus exceptis, fol.*103. Masc. *d. concl.*1358. *nu.*19. **1365.**

174 LIMITA V. Quia † serui possunt deponere de facto proprio, sed cum tormentis, & iunctis præsumptionibus, *vt per Spec. tit. de test. §.1. n.39. vers. in facto tamen suo, Campeg. de test. reg.* 111. *in 3 fall. Corrad. in pract. d.n.69. in fin. fol.*103. Masc. *d. concl* 1358. *num.2.* & de hoc habemus text. cum gl. *in l. serui responso. ff. de test.* qui tamen text. *vt supra mox admonui*, loquitur in defectum aliarum probationum, & vbi veritas aliter haberi non potest.

175 LIMITA VI. Hanc † eandem quartam regulam nõ procedere in eo, qui actu est liber, & potẽtia seruus, vt puta in seruo sub conditione, nam per conditionis euentum, ex qua seruus euadat ille, qui liber existens, testificatus est, non irritatur eius testimonium, *vt per Alb. de Mal. in tract. de test. c.5. n.17. Campeg reg.* 111. *in vlt. fall. Masc. de prob. lib.3. concl* 1358 *n.*21. Corrad. *d. n* 69.

176 Et idem † in eo, qui in statu libertatis existens, licet pendeat iudicium super seruitute, quod admittatur ad testificandum, sed reseruetur in fine litis disputatio illius fidei & probationis, scripsit Nell. *de testibus, num.23. versic. & illud si testis, &c. & ante eum Speculat. in tit. de teste, §. 1 n.39. vers. sed si proposita.*

177 SVBLIMITA Hanc † sextam limitationem, vt nõ idem sit in statu libero, in eo scilicet, qui actu est seruus, sed potentia liber, vt puta, quia sibi libertas relicta est sub conditione, nam idẽ iudicamus de eo, quod de seruis, cũ attendatur tempus depositionis, & propterea nec etiam statu liber admittitur ad testificandum, *vt per Alb. de Malet. d.c.5. nu.16. Corrad. d.n.69. in princ. Campeg. de testib. d. reg.*110. Masc. *d. concl.*1358. *n.*16.

LIMI-

178 LIMITA VII. In seruo facto † libero, qui potest testificari dein, quæ antea vidit in seruitute, sicut pluribus earum auctoritatibus hanc limitationem probat Nepos de Monte Albano, *in tract. de testib. nu.72. & nu.74. vers. tamen pro aliis*, Ioan. Monach. *in suo defensorio iuris, §. quia, numer.5.* Ioan Marian. Monticell. *in repertorio testium, verbo, serui, fol. mihi* 62. *column.2. vers.3.* Mascar. *de probat. lib.3. concl.*1358. *n.*22. *& ante istos Specul. in tit. de teste, §.1. n.38 vers. pro aliis tamen.*

179 SVBLIMITA Hanc † septimam limitationem nõ procedere in liberto volente deponere ad fauorem sui patroni: nam ad testificandum pro eo non admittitur, cum adhuc pro domestico reputetur, secundum spec. *in tit. de teste, §.1. num.2. vers. & aliud est in liberto, vbi bene loquitur* Iacob. Egid. *in tract. de testib. nu.10. vers. item repellunt testes. Feder. de Schenck. in tract. de testibus, sub nu.27. Ausf. de reprobat. test. nu.64.* vbi ampliat, etiam in filiis libertorum, & tam in ciuilibus, quam in criminalibus, & etiam quod sit admissus, adhuc non probet, *vt ibi per eum Alb. de testib. c.2. nu.1. in fine*, Campeg. *de testib. reg.20. in princip.* Mascar. *d. concl.*1358. *n.*43.

180 AMPLIA Præcedentem † sublimitationem, vt multo magis procedat, si libertus vellet deponere cõtra suum patronum, nam admissus non probat, nec ad id potest cogi, nec etiam volens recipitur, *vt per Specul. in tit. de teste, §.1. nu.38. vers. item quod est libertus. Ausf. ver. de reprobat. test. nu.64.* Alber. *de Malet. de testib. dict. cap.2. numer.1. in fine*, Nepos de Monte Albano, *de testib. n.74.* Nellus *de testib. n.12. in fine, vers. libertus contra patronum, & est textus, in l. pridem, C. de quæst.*

ARGVMENTVM.

Subditi & vasalli, an & quando admittantur ad testificandum pro eorum dominis, & admissi qualem faciant fidem & probationem.

SVMMARIA.

Subditus quis dicatur, vel ratione feudi, vel ratione iurisdictionis, num. 181.

*Vasallus seu feudatarius potest esse testis pro domino suo, n.*182. *& 183. & 184. vbi de communi, licet aliqui relati num.*185. *contrarium dixerint.*

*Vasallus non potest esse testis pro domino suo, si iurauit illis fidelitatem, n.*185. *sed contra, nu.* 186.

*Vasallus pro suo domino potest esse testis, & ècontra secundum qualitatem personæ ipsius vasalli, n.*187. *ideo si is fuerit bonæ famæ, vel etiam deponat verisimilia, tunc vtique est idoneus testis, n.*188. *& seq. secus si sit malæ famæ, n.*190.

*Vasallus non admittitur in testem pro domino suo, si talis dominus sit persona terribilis, & soluta vim inferre vasallis, n.*191.

*Vasalli admittuntur ad testificandum pro domino suo, si de gestis in feudo & baronia, nu.*192. *secus de gestis extra feudum, & illius territorio, nu* 193.

*Vasallus licet non possit testificari pro domino suo, potest tamen contra dominum, nu.*196. *sed contra, nu.*194.

*Vasallus an priuetur feudo ex eo, quod testimonium protulit contra suum dominum, nu.*195.

*Vasallus potest testificari pro domino suo, quando feudum, quod habet, est paruum, secus si magnum, num.*197. *ed contra, nu.*198.

*Vasallus non potest testificari pro domino, quando agitur de re, quam habet in feudum, & sic commodum & interesse est commune, nu.*199.

*Vasallus valde amicus domino suo, non potest pro illo testificari, nu.*200.

*Vasallus pro domino suo nunquam est testis integræ fidei, & omni exceptione maior, nu.*201.

*Vasallis examinatis pro domino semper minus creditur, quam alijs non vasallis examinatis contra dominum, nu.*202.

*Subditus ratione iurisdictionis non prohibetur testimonium ferre pro domino suo, nu.*203. *vbi de communi, licet contrarium tenuerint aliqui relati nu.* 204.

*Subditus potest testificari pro domino suo, etiam quod is habeat in illos merum & mixtum imperium, nu.*205.

*Dominus an possit esse testis pro subdito suo. nu.*206.

Subditus potest testificari pro domino suo de iis, quæ gesta sunt in statu & territorio ipsius domini, secus si de gestis extra statum, num. 207.

*Subditus vilis, pauper, non verisimilia deponens, vel is, contra quem aliqua alia suspicio laboraret, non est idoneus testis pro domino suo, nu.*208

*Subditi angarij & parangarij, testes esse non possunt pro eorum dominis, nu.*209.

*Subditi nec possunt testificari pro eorum dominis, qui sunt natura terribilis, sæui, & tales, vt præsumantur subditis vim illaturi, nisi ad eorum fauorem deposuerint. nu.*210. *quando autem dominus ducatur talis naturæ, nu.*211.

*Subditi etiam in casu, in quo admittuntur ad testificandum pro eorum dominis, non sunt testes integræ fidei, & omni exceptione maiores, nu.*212.

QVÆSTIO LV. INSPECTIO III.

SVBDITVS, Aut † vasallus, quis alteri esse 181
potest, (quatenus attinet ad propositam testium materiam) duobus modis, vel ratione feudi, vel ratione iurisdictionis. Continebit igitur præsens inspectio duo capita: vnum de subditis ratione feudi, aliud de subditis ratione iurisdictionis. Sic partier & duas formabo regalas.

REGVLA I. Sit † affirmativa: quod vasallus ratione 182
feudi, & sic feudatarius potest esse testis pro domino suo, secundum communem * Dd. opinionem quã * dicunt probari *in cap. 1. & ibi etiam Abbas. 1. col. n.3. vers. nolo ex dicta parte, si de mutatione, vel domino in cuius fidelitatem iuraui, &c. addi. Soc. ibi oriatur, & in cap.1. §. item n.10, vbi idem Abbas. vers. pono ab extra, quid sit inuestitura, & in cap.1. quot casus sint necessar. ad proban. nouæ inuestit. & in cap. 1. §.1. de controuer. inuestitu. Ifern. in dict. cap. 1. column. pen. vers. alij dicunt, eodem tit. si de inuestit. inter dom. & vasall.* Ioann. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de teste, numer.20. in verbo, hominem. Baldus, qui testamento, §. potestatis, ff. de testamen. & in capit. ego N. episcopus, num.11. vers. ex hoc sumitur, extra de iureiurando. Nec in tractat. de testibus, num.12. in princip.* Crot. *in tractat. de testibus, num. 89. in princip. iuncto ver. & quod vasallus, & numer. 90. versic. tenendo tamen communem opinionem, vbi testatur de communi * opinione, & respondet rationi contrariæ. Afflict. decis.* * *304. post num.3. post 12. & num.14. vbi relatis vndecim opinionibus Doctorum, ita per illud consilium, nemine discrepante, concluſum fuisse testatur Paris. consil.75. numer.23. versic. prout etiam, lib.1. Cæsar. Vrsin. in addit. ad Afflict. dict. decis.304. post num.1. Gabr. tit. de testib. conclus.10. nu.16. Mascar. de probat. lib.3. conclus.*1398. *num.8.* (1.) *vbi pariter testatur de communi opinione.*

Et licet contra regulam tenuerint † gloss. *in c. de for-* 183
*ma, circa finem. 23. q.5. Alber. de Malet. in tract. de testib. capit.2. num.*31. vbi pro hac contraria affert duas rationes, Ausf. *de reprob. test. nu.94. vbi alios adducit*, Archi. & But *relati per Gab. tit. de test. lib.1. & concl.10. post nu.22. vers. contrarium in vasallo.* Campeg. *de test. reg.17. in prin.* Lacob. Nouell. *reg* 216. *n.* 13. Corrad. *in pract. de off. prator. in caus. ciuil. rubr. de testibus in parte, personas testium aggrediendo, verbo, vasallus, n.*46. *fol.*92. vbi relatis aliorum opinionibus, hanc contrariam negatiuam dicit veriorem. Non † per hoc tamen ab care- 184
cedas, quæ non solum magis communiter * a Dd. recepta est, sed etiam magis vera, declarata tamen, vt mox in sequentibus limitationibus dicam.

LIMITA I. Propositam regulam, vt † procedat in 185
illo vasallo, qui est obligatus domino ad præstandum certa seruitia tantum, & non ad fidelitatem, tunc enim verum est, quod potuit pro ipso domino testificari, vt

Patet in illis, qui tenent ab Ecclesia decimas in feudum, *extra de decimis, cap. quamuis*, secus in illo, qui est etiam obligatus ad præstandum sacramentum fidelitatis. Cum enim sacramentum habeat in se quandam speciem seruitutis, *c. indignum, extra de re iud.* seruus autem pro domino testificari nequeat, *l. seruus, C. de testib. cum alia relatis, nu.* 165. ita pariter nec vasallus pro dominio suo testificari poterit. Hæc sunt fere eadem verba posita per Spec. *in tit. de test. §. 1. vers. alij dicunt, iuncto n.* 21. *quem sequuti sunt Nell. in tract. de testib. nu.* 12. *ad medium, vers. vel dic, Alb. de Malet. in tract. de testib. part.* 2. *nu.* 27. *&* 28. *Campeg. de testib. regul.* 17. *in princip. iuncta* 2. *fallen.*

186 Contrarium scripsit Aluar. in † locis citatis, *in reg. sup. nu.* 182. vbi retorquendo argumentum dixit, quod imo vasallus admittitur ad testificandum pro domino eo, quia iurauit fidelitatem. Cum enim fidelitas cõtineat in se honestatem, & contra honestatem esset, si vasallus falsum deponendo pro eo daret ipsi lucrum, cũ aliena factura, ideo ratione iuramenti admittendus est in testem potius, quam repellẽdus, sequitur Affl. *d. dec.* 304. *nu.* 4. *iuncto nu.* 14. vbi testatur ista, nemine discrepante, fuisse conclusum in Neapolit. Consilio: non dissentit Vrsill. ad Affl. *d. decis.* 304. *post n.* 1. *vers. etsi iurasset fidelitatem, Masc. de prob. libr* 3. *concl.* 1398. *nu.* 4.

187 LIMITA II. Nisi † vasalli persona contrarium suaderet, eum scil. non esse admittendum in testẽ: nam, vt inquit Abb. *in c. accedens, il primo, nu.* 22. *vt lit. non contestat. & in c. insuper, in fin. de test. quem etiam sequutus est Felyn. in dict. cap. accedens, num.* 9. *& hos refert Corrad. in pract. §.* 2. *de offic. prætor. in causs. ciuilib. rubr de test. in parte, personas testium aggrediendo, verbo, vasallus, num.* 46. *sed Abb. folio mihi* 92. *colum.* 1. *& ante Corrad. Affl. d. decis.* 304. *nu.* 5. *vers. quarta fuit opinio, Aufrer. de reprobat. test. numer.* 94. vbi & alios refert, admittitur, & non admittitur ad testificandum vasallus, secundum qualitatem personæ ipsius vasalli, & domini, pro quo testificatur. De qualitate domini dicam mox *in sequentis limitatione*, nunc dicam de quali-

188 tate personæ ipsius vasalli: ideo † si vasallus erit bonæ famæ, & probatæ vitæ: tunc sine dubio non repelletur à testificando ad fauorem domini, *vt per Affl. d. dec.* 304. *nu.* 14. vbi dicit, quod vasallus virtuosus destrueret affectionem vasallagii propter veritatem, iuxta sententiam Philosophi 1. *Ethic.* ibi, *propter veritatem destruenda sunt familiaria, &c.* nec dissentit Mascar. *d. concl.* 1398. *nu.* 5. vbi *ex And. de Isern. in d. c.* 1. *quid si inuestitu. for. & ex Felyn. in d. cap. accedens, il primo, n.* 9. *vers. alias autem vt lit. non con-*

189 *test.* dixit, non esse præsumendum vasallum † probatæ vitæ, velle peierare, & propriæ animæ suæ salutem deperire, & propriæ animæ suæ salutem deperire, & multo magis admitteretur vasalli testimonium, si vltra bonam eius famam deponeret verisimilia, & aliorum testium depositionibus adiuuaretur, *vt notanter post Bald. quem allegat, voluit Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in titul. de test. §. 1. post numer.* 2. (20.) *in verbo dicat, litera K. & alios plures adducit concordantes, Gabr. libr.* 1. *rub. de test concl.* 10. *num.* 26. *ad fin. & per Bos. in titul. de oppos. contra test. num.* 99. *vers. tamen est aduertendum.* At † secus si vasallus non sit bonæ famę, quia tunc

190 non esse admittendum, in specie affirmauit Vrsil. *in addit. ad Affl. d. decis.* 304. *nu.* 2. *vers.* 2. *limitarem, & est de mente Bossy. d. nu.* 99.

191 LIMITA III. Quando † persona domini esset sęua, terribilis, & talis, quod quando vasalli suam voluntarem adimplere recusant, soleat illis vim inferre, aut similia facere: tunc enim non admittuntur in testes, *vt per Fel. in dict. c. in literis, nu.* 3. *vers. & colligitur hac distinctio, extra de test. Afflict. d. dec.* 304 *post nu.* 5. *&* 6. *& ibi Cæsar. Vrsill. in addit. sub nu.* 3. *Aufr. de reprob. test. num.* 36. *vers. sed pro concordia, Gabr. lib.* 1 *tit. de testib. concl.* 10. *&* n. 30. *Mascar. de prob. libr.* 3. *concl.* 1398. *num.* 16. Et faciunt, quæ in simili de subdito, ratione iurisdictionis, dixi *infra nu.* 210.

192 LIMITA IV. Vt tunc † demum vasalli pro domino in testes admittantur, quãdo scilicet agitur de probando factum, vel dictum in comitatu, baronia & feudo: tunc enim illi admittuntur, tanquam magis informati, & eo magis admittentur, si alii non interfuerint, nisi vasalli, quia tunc pariter, cum veritas aliter haberi, quam per eos, non possit, non improbatur vasallorum testimonium, *arg. text. in l. consensu, C. de repud. cum aliis in proposito allegatis per Affl. d. decis.* 304. *nu.* 9. *vers.* 9. *fuit opinio, & ibi Cæsar. Vrsil. in addit. nu.* 7. At † secus si dominus per

193 suos vasallos vellet probare id, quod alibi, & extra feudum factum vel dictum est, quia tunc non admittatur eorum testificatio, cum domino imputãdum sit, quare alios non adhibuerit testes, *arg. tex. in l.* 2. *ff. si quis caut. in l. si fideiussor. §.* 1. *ff. qui satisdar. cogantur, & in l. quoniam, C. de hæret. cum aliis in proposito per Affl. nu.* 9. *& per Masc. dict. concl.* 1398. *num.* 9. *& seqq. allegatis.* Sed ista est materia potius subditi, ratione iurisdictionis, quam ratione feudi, ideo vide *infra nu.* 208.

194 LIMITA V. Quia † etsi vasallus possit pro domino suo testificari, non tamen potest contra dominum, ad glo. *in c. de forma, ad fin.* 22. *qu.* 5. vbi quod vasallus, nec pro domino, nec contra dominum admittitur in testem, *& idem dicit Aufrer. de reprobat. test. num.* 94. *Corrad. in pract. §.* 2. *de offi. prætor. in caus. ciuilib. rubr. de test. in parte, personas testium aggrediendo, verbo vasallus, num.* 46. vbi pluribus relatis facit conclusionem, quod tam in ciuilibus, quam in criminalibus, & tam pro domino, quam contra dominum, vasallus non potest testimonium ferre: & in specie, quod non possit aut debeat contra dominum testificari, *allegat tex. in tit. de consuetudine rect. feud. §. similiter, & ibi præcipue Bal.* Imo disputant Dd. An † vasal-

195 lus privetur feudo ex eo, quod in causa capitali testimonium dixerit contra suum dominum, *vt videre est apud Iser. in cap.* 1. *§ sed & qui, nu.* 7. *lib.* 3. *tit. quæ sit prima caus. benefic. amit. Afflict. in c.* 1. *§ sed & qui delator, eodem tit. Ias. in l. sed & si hac. lj. de in ius voc. nu.* 41.

Verum † proposita limitatio succedit, retenta opi- 196
nione eorum, qui dixerunt, regulariter vasallum non posse pro suo domino testificari, & de quibus *supra nu.* 183. sed retenta contraria opinione, quam dixi magis communem, *supr. nu.* 182. videtur & verius dicendum, vasallum, sicut potest pro domino suo testificari, ita etiam & posse contra eum, per Nell. *in tract. de test. nu.* 12. *in fin. vers. vasallus autem*, vbi quod potest vasallus contra dominum testificari in causa feudi, *per l. aduersarius. C. de test. & idem tenet Affl post Bal. quem allegat, d. dec.* 304. *nu.* 7. *Campeg. de test. reg.* 17. *in* 3. *fall.* vbi quod vasallus potest testificari contra dominum litigantem cum alio vasallo, *Bertach. in suo repertorio, in verbo testes, qui esse possunt, nu.* 94. *sicut illum refert Montic. in repertorio, verbo vasallus vel subditus. fol.* 66. *col.* 2. *vers.* 4.

197 LIMITA VI. Vt † feudatarius possit pro suo domino testificari, quando feudum, quod habet, est paruum, secus si magnum, *vt per Spec. in tit. de test. §.* 1. *nu.* 29. 20. *vers. vel distingue, & ibi Io. And. in addit. in litera L. in verbo dicat. sequitur Nell. de test. num.* 12. *eod. vers. vel distingue, refert Affl d. decis.* 304. *post nu.* 1. *vers. prima opinio. Gabr. rubr. de test. libr.* 1. *concl.* 10. *nu.* 41.

Sed contrarium fuisse † de mente Affl. *in d. dec.* 304. 198
affirmat Cæsar. Vrsil. *in addit. ad eam, post num.* 1. *vers. quod ampliatur procedere.*

199 LIMITA VII. Quando † vasallus deponeret super re, quam habet in feudum ad ipsius, & ad domini commune commodum, quia tunc ratione interesse, quod habet, sine dubio admittendus non est in testẽ, Alb. de Malet. *in tract. de testib. cap.* 2. *nu.* 30. vbi quod hoc est indubitanter verum, *Afflict. post Ant. de Butr. & Alex. quem allegat, d. decis.* 304. *n.* 9. *& ibidem Cæsar Vrsill. in addit. num.* 4. *Nouel. regul.* 216. *nu.* 13. *vers. quod intellige, Campeg. de te-*

stibus, regul. 17. *in* 1. *fall. Gabr. lib.* 1. *tit. de testibus, concl.* 10. *nu.* 29. (26.). *Mass. de prob. lib.* 3. *concl.* 1398. *nu.* 17. *seq.*

200 LIMITA VIII. Quando † vltra vasallagium concurreret grandis amicitia inter feudatarium & dominum: nam tunc sine dubio non admittitur vasallus ad testificandum pro domino, secundum Affl. qui cõcordantes adducit, *dict. decis* 304. *numer.* 12. *vers. fallit, dicit ipse, iuncto num.* 14. *vers. dummodo non probetur, quod sit grandis amicitia, coniunctus sequitur Vrsil. in addi. ibi, nu.* 5. *Gabr. d. concl.* 10. *num.* 27. *&* 28. *vbi & idem si sit familiaris, Mascar. de prob. lib* 3. *concl.* 1398. *num.* 19. Et hæc limitatio pariter est indubitata, quia, *vt infra dicam in vltima inspectione huius quæstionis*, sola amicitia, quando grandis est, repellit testem à testificando.

201 LIMITA IX. Quia † in omnem euentum vasallus, seu feudatarius pro suo domino non est testis integræ fidei, & omni exceptione maior, *Alb. de Malet. in tract. de testib. part.* 2. *nu.* 29. 2. *vers. minor tamen ei secundum eos fides adhibetur, &c. post al. os antiquiores, quos allegat Afflict. d. decis.* 304. *post num.* 5. *vers. minor tamen ei fides adhibenda est, Gabr. libr.* 1. *tit. de testibus, concl.* 10. *num.* 32. faciunt in simili, quæ mox dicam de subdito ratione iurisdictionis, *nu.*

* 212. Et ista limitatio etiam recipitur communiter * ab illis Dd. qui affirmatiuam opinionem sequuntur, de quibus *supra nu.* 182. *in regula.*

202 LIMITA X. (Et † hæc limitatio infertur ex præcedenti) vt regula non procedat, quando pars suam intentionem probasset per testes non vasallos, nam tunc ad probandum contrarium vasalli non erunt eiusdem fidei & probationis, quia in pari numero magis erit credendum non vasallis, *vt per Vrsill. in addit. ad Afflict. d. decis.* 304. *nu.* 2. *sequitur e Masc. d. concl.* 1398. *num.* 12. *seqq.* vbi, relatis concordantibus, eam reddit rationem: Quia scilicet semper vasalli præsumuntur habere aliquam affectionem erga dominum, & ideo cæteris paribus redduntur in hoc impares, dummodo materia sit talis, vt ita possit esse bene nota non vasallis, sicut vasallis, aliter secus, *vt ibi per eum.*

Et hæc dicta sufficiant de subdito ratione feudi, veniamus modo ad vasallum ratione iurisdictionis.

203 REGVLA II. Sit † in hac eadem tertia inspectione pariter & affirmatiua, quod licit. subditus, seu vasallus ratione iurisdictionis nó prohibetur testimonium ferre pro suo domino, *vt per Fel post Bald. Imol & Io. de Anan. quos allegat. in cap. in literis, num.* 3. *extra de test.* eam affert rationem ab absurdo vitando sumptam, quia alias sequeretur, quod Princeps, vel Prælatus maxime habens magnum statum, & regimen, non inueniret testes in propriis causis. Et licet text. *in l. idonei, ff. de reglib.* velit, non esse idoneos eos testes, quibus imperari potest per producentem, intelligitur tamen text. ille de illis testibus, quibus possumus imperare, vel ratione patriæ potestatis, vel ratione particularis & priuatę iurisdictionis, vt est iurisdictio dominorum contra seruos. Non autem ratione vniuersalis iurisdictionis, quam Princeps habet in suos subditos: sic nempe post Felyn. *vbi supr.* regulam hanc fundant Dd. communiter, *vt videre est apud Bal. in l. eos, num.* 2. *Alb. in fine legu, Cast. n.* 2. *Ioan. Suhar. nu.* 2. *C. de testib. Afflict. decis* 304. *nu.* 7. *vers. sexta fuit opinio, iuncto nu.* 8. *Marsil. in l.* 1. *§. ad quæstionem, nu.* 2. *ff. de quæst. Aufr. de reprob. testium, num.* 36. *vers. fallit primo, Boss. in titul. de oppos. contra testes, num.* 69. *vbi ex Mart. in tractat. de Principe, titul.* 1. *concl.* 200. (300.) *prout ipsum allegat, ita dicit de consuetudine seruari, quod & ante eum testatus est Specul. in titul. de teste, §.* 1. *num.* 18. *& ibi Ioann. Andr. in addit. litera D. in verbo, obseruatur, addo & pro eadem regula, Diaz. regul.* 746. *in* 2. *limitatione, Gabr. libr.* 1. *titul. de testibus, concluſ.* 10. *num.* 21. *vbi plures alios refert, Ioan. Mar. Montic. in suo repertorio testium, verbo, vasallus. folio mihi* 66. *colu.* 2.

* *vers.* 3. *quibus apparet, ita cõmuniter * esse a Dd. receptum, prout*

testatur Boss in titul. de oppos. contra testes, numer 99. † Etsi 204
contrarium senserint gloss. *in dict. Ludouici, in verbo, super vari, ff. de testibus, Aluarot. in capit.* 1 *§. quid enim, colum. fin vers. nec obstat, quod imperare, in tit. quid sit inuestitura. ex rationibus bene deductis per Felyn. in d. cap. in literis, eodem num* 3. *vers. sed contra, &* per *Aufrer. de reprob. test. d. num.* 36. *vers. sed contra istam fallentiam, & per Alb. de Malet. de testibus, part.* 2. *numer.* 43 *iuncto num.* 45. *& seq. Campeg. de testib. regul.* 18. *in princip. cum aliis relatis per eundem Montisell. in d. verbo, vasallus, fol.* 66. *col.* 1. *vers.* 2. *& colum.* 2. *vers.* 2. Regula enim proposita non solum magis communiter * est recepta, sed etiam * est verior, declarata tamen, *vt mox audies in sequentibus limitationibus.*

AMPLIA Hanc secundam † regulam, vt licet ali- 205
qui in proposito considerauerint, an dominus in subditos habeat, vel non habeat merum & mixtum imperium, vt si habeat, non sit eo casu subditus in testem pro eo admittendus, ex quo potest dominus in vasallos minacem terrorem incutere, *arg. tex. in l. per impressionem, C. quod met. caus. & text. in d. l. idonei, ff. de test.* Si vero non habeat merum & mixtum imperium, sed tantummodo simplicem iurisdictionem, & tunc non prohibeantur vasalli pro eo testificari, cum magis sit præsumendum, vt timeant Deum, & eorum animę salutem, quam dominum, prout horum opinionem refert Affl *d. dec.* 304. *nu.* 11. *vers. decima fuit opinio, nec dissentit Alb. de Mal. in tract. de testib. par.* 2. *n.* 47. *vers. quod dictum possit optime exemplificari.* Hæc tamen distinctio communiter * reprobatur ex ratione considerata à Dd. de qua *sup.* * in regula, & propterea vasallum posse testimonium ferre etiam pro domino in eo habente merum & mixtum imperium, fuisse nemine discrepante resolutũ in Consilio Neapolitano, testatur Affl. *d. decis* 304. *nu.* 14. *vers. etiam quod in eum dominus habeat merum & mixtum imperium, &c.* probata distinctione prædicta, *vt ibid. n.* 11. *vers. decima opinio, iuncto num.* 12. *vers. hæc opinio non placuit, nec* [illegible] *Masc. de prob. libr.* 3 *concl.* 1398. *nu.* 4.

AMPLIA Rursus, quia † sicut subditus admittitur 206
ad testificãdum pro suo domino, ita etiam dominus admittitur pro subdito, & an verum sit, & quando, dixi *in prima inspectione huius quæstionis, n.* 99. *seqq.* hic non repeto.

LIMITA I. Dictam † secundam huius tertiæ inspe- 207
ctionis regulam, vt procedat, quando ageretur de probando factum, vel dictum in statu illius domini, cuius testis productus est subditus: at secus si ageretur de probando factum, aut dictum extra illius statum, quia tunc subditi & vasalli non videntur admittendi, & quatenus admissi, eis non est credendum, ex relatis per nos *supr. in* 1. *reg. n.* 192. *& seq.* qui optime loquuntur etiam in subditis ratione iurisdictionis, & illis addo Boss. *in tit. de oppos. contra test. nu.* 99. *post medium, vers. Et est aduertendum*, vbi bene comprobat hanc limitationem, eamque dicit esse ex mente omnium, & quod si quispiam de hoc dubitaret, esset sine iudicio.

LIMITA II. Quando † subditus esset vilis, pauper, 208
non verisimilia deponeret, aut aliqua alia suspicio contra eum laboraret, quia tunc sine dubio nulla ei fides adhibenda est, vt bene & rationibus & Dd. auctoritatibus, ac præsertim ex Rom. *in cons* 382. *n.* 5. comprobat Boss. *in tit. de oppos. cont. test. nu.* 99.

Eadem † propterea in vasallis, & subditis angariis, 209
& parangariis, cum habeantur pro vilibus personis, & multum subiectis, affirmarunt Affl. *d. decis* 304. *nu.* 14. *in fine. & ibi Gram. in addi. & pariter Vrsil. in addi. n.* 6. *idem Affl. d. in* 1. *in verbo, angaria, in fine, nu.* 10. *vers. vltimo scias, in tit. quæ sint regalia, idem Gramm. cons.* 21. *num.* 31. *Gabr. libr.* 1. *tit. de testibus, concl.* 10. *nu.* 25. *Masc. de prob. libr.* 3. *concl.* 1398. *num.* 20.

LIMITA III. Eandem † secundam regulam, vt non 210
procedat in eo principe, ac domino, qui est naturæ

tam terræ & terribilis, vt nisi suo modo subditus fecerit præsumatur illi violentiam illaturus. Ex hoc enim, quod habens iurisdictionem possit in subditos imprimere minacem terrorem, efficitur, vt iidem subditi nō admittantur ad testificandum pro eo, prout vltra per nos in simili allegatos de vasallo, ratione feudi, *supra n.* 192. in specie de subdito ratione iurisdictionis sic affirmarunt Bart. *in l. eos, num. 2. & ibi etiam Bal. num. 2. vers. vel distingue. Salyc. nu. 2. vers. alij moderniores distinguunt. Ioan. Sichar. num. 4. vers. licet in illis, C. de testib. Felyn. in c. in literis, num. 3. vers. sed pro concordia, extra eodem. Aufrer. de reprobat. test. num. 37. vers. sed pro concordia. Alber. de Malet. in tract. de test. c. 2. num. (47.) 37. in fine*, vbi post Bald. quem allegat *in l. 3. C. de testib.* dicit, quod quando dominus potest grauare subditos ad sui libitum, tunc pariter dicitur posse eis inferre minacem terrorem; secus in illis subditis, qui solum reddunt certum censum annuatim domino, & nihil aliud extimescunt, nam isti non prohibentur esse testes pro suo domino. Quod vltimum & ego credo verum. Sed primum, quod non possint esse testes illi subditi, qui possunt ad sui libitum à domino grauari, est contra ea, quę scripsi *supr. n.* (295.) 205. ideo melius iudicio meo loquutus est Bos. *in tit. de oppos. contra test.* vbi post Rom. quem allegat *in cons.* 382 *post n.* 5. declarando, an & quando dominus dicatur talis natus, vt debuerit metum subditis inferre ad hoc, vt suo tuæ, vt debuerit metum subditis inferre ad hoc, vt suo

211 modo testimonium dicant. hoc † iudicis arbitrio remittam affirmat, *addo & pro hac eadem limitatione Cæsar. Vigilan. addit ad Afflict. decis. 304. nu. 3. Gabr. lib. 1. tit. de testib. concl. 10. n. 22. vbi plures alios refert, Campeg. de testib. reg. 12. in 2 fallen. Diaz. reg. 746. in 2. limitatione, vers. quod intellige, Conrad. in pract. §. 2. de off. prætor. in caus. ciuil. rubr. de testib. in parte, personas testium aggrediendo, verbo, vniuersitatis, nu. 55. Boss. in tit. vers. habiti regum. fol. mihi 96. colum. 1.* Ex quibus sine dubio dici potest, hanc limitationem non solum

* communiter, * sed etiam ab omnibus, nemine discrepante, receptam esse.

212 LIMITA IV. Vt † in omnem euentum, & in omni casu subditi isti non sint testes integræ fidei, & omni exceptione maiores, per ea, quę in simili de subdito ratione feudi dixi *supra numer.* 201. & in specie de subditorum ratione iurisdictionis, adduco idem tenentes Alber. de Malef. *in tractat. de testibus, part. 2. numer.* 47. vbi eam adducit rationem, quia nunquam subditus euitat suspectionem amoris, vel timoris, & ad id ponderat text. *in l. donat.*, vbi præcipue Alber. de Rosat. *ff. de testibus*, qui non dicit repelli eos testes, quibus possumus imperare, sed solum non esse idoneos, & satis non dicuntur i[illegible], cum eis de fide diminuatur, *vt ibi per eum, & per Boss. in titul. de oppos. contra testes, numer. 100. versic. & quia dixi, Gabr. dict. conclus. 10. num. 23. vbi plures alios refert concordantes, Conrad. in pract. dict. vers. subditi Regum, fol. 96. col. 1. num. 55. in fine.*

ARGVMENTVM.

Coloni, inquilini, vel Emphyteutæ, an, & quando pro eorum dominis testimonium dicere possint, & quantum valeat eorum testificatio.

SVMMARIA.

Colonus non admittitur ad testificandum pro domino suo, n. 213.
Colonus adscriptitius non potest esse testis pro domino suo, n. 214. contra, n. 215. Concorda, vt nu. 216.
Colonus de consuetudine ad testificando non repelluntur, sed minor eis fides adhibetur, & ita seruatur tam in ciuilibus, quam in criminalibus, n. 217. & nu. 218.
Colonus partiarius non repellitur à testificando, num. 219 fallit, quando agitur de fructibus feudi, nu. 220. & nihilominus in omni casu erit in iudicis arbitrio, quanta fides sit illi adhibenda, nu. 221.

Inquilinus non repellitur à testificando pro domino domus, numer. 222.
Emphyteuta an & quando possit testificari pro domino suo directo, nu. 223.
Colonus non videtur repellendus à testimonio, quando non agitur de eius commodo, nu. 224 sed contra, nu. 225.
Coloni depositio suppletur ex habilitate alterius testis, num. 226. vel etiam ex numero testium, nu. 227.
Colonus est idoneus testis, quando agitur de probando possessionem fundi, in quo ipse laborabat, num. 228. declara, vt in num. 229.
Colonus potest esse testis pro domino suo, quando agitur de re minima, vel etiam quando est colonus rei minimæ, n. 230.

QVÆST. LV. INSPECTIO IV.

REGVLA In † hac quarta inspectione propo- 213
nitur negatiua, quod scilicet colonus non admittitur ad testificandum pro domino suo, *secundum glossin. pater, in fine. in verbo, in carta. Instit. de testament. & in cap. in literis, in verbo, de familia, extra de testibus. Specul. in titul. de teste, § 1. numer 12. versicul. domestici autem sunt, seruus, colonus, &c. Aufrer. de reprobat. test. numer. 21. in princip. Alber. de Malet. in tractat. de testib. par. 2. numer. 1. in fine, tantto num. 40. & 42. Lanfranc. de testib. ad cap. quoniam contra, de proba. in verbo, testium depositiones, numer. 64. vbi testatur de communi * opinione, Campeg. de testibus, regul. 14. in princip. Bal. consil. 293. column. 3. num. 8. vers. quantum ad tertium, Socin. cons. 135. num. 6. lib. 2. & cons. 146. num. 11. & 12. lib. 1. Alex. cons. 32. viso puncto, & dubiis, num. 2. seq. lib. 1. & cons. 116. nu. 16. libr. 4. & cons. 57. nu. 13. seq. libr. 7. Io. Faber. in l. 2. vers. item quod sint domestici, C. de test. Campeg. de testib. reg. 14. in prin. Nouel. reg. 216. nu. 179 Ioan. Mar. Mont. in suo repertorio testium, verbo, colonus pro domino, folio 16. col. 2. vers. 3. Gabr. libr. 1. tit. de testib. concl. 10 nu. 58. & 60. vbi plures alios refert, Rolan. cons. 50. nu. 18. & 19. lib. 2. Masc. de probat. lib. 1. concl. 320. n. 1. & lib. 3. (2.) concl. 1957. n. 47. & alibi pluries,* & communiter * Dd. etsi contrarium sit de *
mente aliorum relatorum *infr. n.* (115) 125. Sed pro concordia vide in *nu. 216. & seq.*

AMPLIA Hunc † regulam, vt multo magis procedat in colono adscriptitio, nam & hunc præcipue repelli à testificando ad fauorem sui domini, voluerunt glossi 1. *in cap. 1. in princ. 3. qu. 5. & in c. in literis, in verbo, de familia, extra de testib. Alber. de Malet. de testib. cap. 2. num. 40. & 42. Socin. iun. cons. 135. sub num. 6. libr. 2. Campeg. de testib. reg. 14. in princ. cum aliis relatis per Gabr. libr. 1. tit. de testib. concl. 10. n. 60. & per Masc. de probat. libr. 1. concl. 320. nu. 2. & lib. 3. concl. 1358. nu. 8.* 214

Contrarium, quod † imo adscriptitius colonus non 215
repellatur à dicendo testimonium pro suo domino, voluit glos. 1 *in Auth. de test. tit.* (60.) 40. *§ si vero dicatur seruilis, in verbo, sta fit, vers. item quid de adscriptitio, & Inst. de iure personarum, in princ. in verbo, aut serui, ibi, quare poterant prædicti & facere testamentum, & ferre testimonium, &c. & ibi præcipue Syluest. Aldobran. hanc communem * testatur opinionem, licet contra eam disputando teneat Specul. in tit. de teste, §. 1. ver. quid de adscriptitio, nu. 40. Aufrer. de reprobat. test. sub n. 11. vers. adscriptitius, &c. Campeg. de testib. (sibi tamen in hoc contrarius) reg. 200. (209.) in fin. vers. adscriptitius potest esse testis, & pro hac contraria opinione dicit esse text. expressum in c. 2. de Iudæis Michael. Crass. qui & de communi * testatur in suis* *
commun. opin. lib. 2. c. 17. q. 14. in prin. Boss. in tit. de oppos. contra test. nu. 104. vers. & concluso videtur, vbi, & quod plus est, facit conclusionem generalem, quod colonus sit idoneus testis, nisi ex eo, quod deponit, sit percepturus aliquod commodum.

Pro † concordia potes dicere, secundum glo. *in dict.* 216
cap. in literis, in verbo, de familia, extra de testibus, quod aut coloni, siue adscriptitii, siue alii sint tales, quibus imperari potest, & tunc omnino repelluntur à testimonio,

nio, aut non sunt tales, & tunc admittuntur, sed eis creditur plus, aut minus, secundum qualitatem affectionis. Et hanc glossæ distinctionem communiter esse approbatam testatur Alex. *in cons. 57. incip. in caussa & lite inter Magnificum, nu. 14. lib. 7. & relatis hic contrariis opinionibus, per transiit Hector Aemil. in tract. de testib. verbo, adscriptitius, nu. 6. vers. sed prædicta, fol. 227. part. 1.*

217 Potes † etiam & secundo loco dicere, quicquid de iure Dd. controuertant, quod de consuetudine coloni non repelluntur à testificādo pro eorum dominis: sed minor eis adhibetur fides, *vt per Spec. in tit. de teste, §. 1. nu. 12. vers. tamen secundum Vberium, quem sequuti sunt Ias. ibi. de test. nu. 11. vers. sed colonus. Aufr. de reprobat. test. post num. 21. Alber. in l. etiam, num. 2. C. de testib.* vbi hanc Speculatoris opinionem & æquam, & iuridicam credit, rationibus ibi per eum consideratis, *Gabr. lib. 1. tit. de test. concl. 10. nu. 59. vbi alios refert concordantes, Conrad. in pract. §. 2. de off. prætor. in caus. ciuil. rub. de test. in parte, personas testium aggrediendo, verbo, domestici, nu. 42. in fine, in 26 fall. fol. mihi 89. col. 2. Viu. in communi opin. verbo, testificari, vel testis esse potest colonus*, vbi testatur de veriori, & etiam communi, ac à cōsuetudine approbata opinione, *Hector. Aemil. in tract. de*
218 *test. dict. ver. adscriptitius, num. 4. eodem fol. 227. part. 1.* Et † licet Alber. *vbi supr. in d. l. etiam, nu. 2.* dixerit, cōmuniter *
& indistincte seruari, quod colonus à testificando repellatur, & Albericum referendo sequuti sint *Alber. de Malet. in tractat. de testibus, cap. 2. nu. 40. & seq. & Campeg. de testib. dict. reg. 14. in princip.* hodie tamen apud nos tam in ciuilibus, quam in criminalibus, magis communiter *
seruari opinionem Spec. quam & idem Alber. æquiorem affirmat, secundum veritatem testari possum, & hoc est, quod tacite voluit Rolan. *d. cons. 50. n. 18. seq. lib. 2. & Gabr. d. concl. 10. nu. 58.* vbi pluribus Dd. auctoritatibus relatis, testem colonum non dicunt esse repellendum: sed bene non esse idoneum. & consequenter sentiunt posse admitti, sed minorem fidem ei adhiberi, & ista est veritas.

219 LIMITA I. Propositam † regulam non procedere in colono partiario, nam & is à testificando pro suo domino non repellitur, *secundum Salyc. in l. quoniam liberi, column. final. vers. ex prædictis patet, de testibus, Bal. consil. 444. column. final. vers. ic. non obstat, quod vnus testis, volum. 1. Alexan. cons. 57. numer. 17. libr. 7. Socin. sen. consil. 228. numer. 7. libr. 2. Curt. Iun. consil. 168. numer. 15. versicul. non obstat etiam, Marian. Socin. iun. consil. 135. numer. 6. libr. 2. & consil. 146. numer. 10. eodem libro. Ruin. consil. 9. in fine, libr. 3. Neuizan. consil. 80. numer. 17. Paris. consil. 104. numer. 159. lib. 1. Gabriel. libr. 1. titul. de testibus, conclusion. 10. numer. 57. Menoch. de arbitr. quæst. libr. 2. casu 474. numer. 6.* vbi ampliat, siue agatur de proprietate, siue etiam de possessione, quod & ante eum dixerat Salyc. *in l. quoniam liberi, numer. 7. Codic. de test. Mascar. de probat. libr. 1. conclus. 320. numer. 3. & 4. licet prout refert Alber. in l. etiam, numer. 2. versicul. & alij dicunt, Cod. de testibus*, aliqui tenuerint contra hanc limitationem, non per hoc tamen ab ea recedas,
* quia communiter * recepta est per Doctores, & est ve-
220 rissima, declarata † tamen, vt non procedat, quando ageretur de fructibus fundi, quia tunc, cum tractaretur de proprio etiam commodo ipsius coloni, non debet in caussa propria testimonium dicere, *vt ex relatis per Gabr. dict. conclus. 10. eodem num. 57. & per Mascar. dict. con-*
221 *clus. 320. num. 9.* Et † nihilominus in omni casu versabitur iudicis arbitrium, qui ex qualitate rei & personarum isti colono partiario adhibebit, vel non adhibebit fidem, *secundum Dec. in consil. 100. numer. 8. quem refert & sequitur Menoch. d. casu 474. num. 7. Mascar. dict. conclus. 320. num. 5.*

222 LIMITA II. Vt regula procedat, prout † loquitur, in colono fundi, vnde secus in inquilino domus: nam is cum non possit dici domesticus, ideo nihil est, quod impediat eius testimonium pro domino domus, *& per Alex. de Neuo, in cons. 7. in præsenti causs. nu. 2.*

LIMITA III. In † emphyteuta, qui etsi non possit 223
pro domino suo testificari, quando agitur de re emphyteutica, quia tractatur tunc in consequentiam etiam de interesse ipsius emphyteutæ, secus tamen est, quando is non vertatur super re emphyteutica, quia tunc non prohibetur pro domino directo testificari, *sicut post And. de Butr. in caput. insuper, extra de test. voluerunt Alber. de Malet. in tractat. de test. cap. 2. numer. 30. iuncto numer. 32. Campeg. de test. reg. 79. Masc. de prob. libr. 3. concl. 1358. num. 11. seqq.*

LIMITA IV. Vt † regula non procedat, quando nō 224
tractatur de commodo ipsius coloni: si enim ex sua depositione colonus nullum consequitur commodū, videtur, quod sine vllo discrimine sit admittendus, *vt per Curt. iun. cons. 168. num. 15. quem post Bald. & Alex. in locis per eum relatis, referendo sequitur Mascar. de prob. lib. 1. conclus. 320. n. 6. nec dissentire videtur Boss. in tit. de oppos. contra test. n. 104. ad fin. vers. & concl. videtur.*

Sed certe hæc † limitatio non est vera, aut si vera est, 225
destruit regulam propositam, quia quando agitur de commodo coloni, tunc non est dubitandum, an repellatur, nec ne, quia colonus sit, vel domesticus, cum satis repellatur propter solum interesse, & ideo dum Dd. supra in regula allegati, dicunt, colonum non esse admittendum in testem, loquuntur etiam in casu, in quo non tractatur de eorum commodo, quare hanc limitationem, aut non veram simpliciter, aut declarandam, *iuxta ea, quæ posui supra num.* 217. multo verius crediderim.

LIMITA V. Quia † etsi coloni fides non sit integra, 226
cum non dicatur testis omni exceptione maior, *vt supra dixi nu.* 217. suppletur tamen, vel ex habilitate alterius, qui sit omni exceptione maior, *vt per Dec. in cons. 100. (146) n. 8. vers. 6. contra personam, Marian. Soc. iun. cons. 156. n. 12. lib. 1 quos in proposito refert & sequitur Gabr. lib. 1. tit. de testib. concl. 10. nu. 62. cum aliis infr. generaliter relatis de teste inhabili, q 62. n. 309. seqq.*

Vel ex numero † testium, *vt per Alex. cons. 57. num. 13.* 227
seq. lib. 3. Mar. Soc. iun. d. cons. 146. nu. 14. Curt. iun. cons. 168. col. 4. vers. præterea numerus maior, quos pariter refert Gabr. d. concl. 10. n. 61. & Masc. d. concl. 320. n. 10. cum aliis infr. generaliter relatis de teste inhabili, q 62. n. 309. seqq.

LIMITA VI. Quando † ageretur de possessione, in 228
qua colonus laborat, & ex eius depositione idem colonus commodum aliquod non perciperet, nam tunc cum nemo præsumatur de ea re magis informatus, quam ipse, idcirco admittitur in testem, *secundum Salyc. in l. quoniam liberi, numer. 7. Cod. de test. quam sequuti sunt Curt. iun. & Socin. in locis relatis per Mascar. de prob. lib. 1. concl. 320. nu. 7.*

Sed aduerte, quod † Salyc. loquitur eo loci de co- 229
lono partiario, de quo dixi *supra nu.* 219. aut si colonus non sit partiarius, nunquam crederem, eum esse testem integræ fidei, & omni exceptione maiorem, *vt dixi supra nu.* 217. *seq.*

LIMITA VII. Quando † tractaretur de re minima, 230
vel esset colonus rei minimę, puta, vnius sesculi frumenti: tunc enim admittitur in testem pro domino suo, *vt per Dec. in cons. 100. in caussa inquisitionis, col. fin. nu. 8. vers. 6. contra personam testis, Tiraq. de indi. in rebus exig. vers. 88. Masc. de probat. lib. 1. d. concl. 320. nu. 8.*

ARGVMENTVM.

Amici testimonium ad amici sui fauorem prolatum, an & qualem faciat de iure probationem & fidem.

SVMMARIA.

Amicus à testificando an repellatur pro suo amico, plures fuerunt

Docto-

Doctorum opiniones, num.231. quarum prima eſt, quod repellatur, num. 232.

Secunda eſt opinio contraria, quod imo ex ſola amicitia, quis non repellatur à teſtificando, nu.233.

Tertia eſt opinio, quod etſi a teſtificando non repellatur, admiſſus tamen non ſit integræ fidei, & omni exceptione maior, num.234.

Hinc amicum teſtem non facere ſemiplenam probationem dicetur, in nu.235.

Quarta eſt opinio, vt maxima amicitia repellat teſtem à teſtificando, leuis autem non, nu.236. & ſeqq.

Quinta eſt opinio, quod quando amicitia ſit maxima, teſtem non repellat, ſed ei de fide diminuat, nu. 239. & pariter ſi amicitia ſit leuis, adhuc de fide teſtis diminuatur, ſed ſecundum qualitatem amicitiæ, nu.240.

Sexta eſt opinio, quod iudicis arbitrio remittatur, quæ ſit amicitia repellens, vel non repellens teſtem, & pariter quantum ei ſit credendum, vel de fiae diminuendum, nu.241.

Vera reſolutio eſt, quod ſine amicitia ſit maxima, ſiue leuis, nunquam repellit teſtem à teſt ficando, ſed admiſſus non reputatur integræ fidei, a comni exceptione maior, quia ille de fide diminuitur, iuxta qualitatem amicitiæ arbitrio iudicis, numer.242.

Regula igitur ſit, quod amicus licet a teſtificando non repellatur, non tamen eſt integræ fidei, & omni exceptione maior, numer.243.

Amicus pro ſuo amico eſt teſtis integer, quando de illius commodo vel incommodo non agitur, nu 244.

Amici non prohibentur eſſe teſtes in inſtrumentis, nu. 245.

Amici teſtimonium ſuppletur, vel integritate conteſtiu, vel ex numero plurium teſtium, nu.246. & 247. Declara, vt d. num. 247. verſ. ſublimita hanc quartam.

Parte non opponente, non repellitur a teſtificando amicus pro ſuo amico, num.248.

Amicitia carnatiua & plena pietatis, non repellit teſtem à teſtificando, nu. 249.

Amicus vtriuſque partis pariter non repellitur à teſtificando, num. 250.

Vbi veritas aliter haberi non poteſt, amicus a teſtificando non repellitur, nu.251.

Compatriota pro ſuo compatriota teſtis eſſe non prohibetur, numer. 252.

Amicus ad hoc, vt propter amicitiam a teſtificando repellatur, eſt probanda non ſolum amicitia, ſed etiam qualitas amicitiæ, nu.253.

Et quid ſi teſtis interrogatus reſpondeat, ſe eſſe amicum producentis, ſicut alterius communiter, an tunc dicatur probata ſufficiens amicitia ad illum repellendum: dic quod non, numer. 254.

Idem ſi teſtis reſpondeat ſimpliciter ſe amicum, quia non per hoc intelligetur de amicitia repellente à teſtimonio, nu. 255.

Et quid ſi teſtis dicat ſe expoſiturum corpus ſuum in occurrenti caſu pro ſeruitio producentis, nu.256.

Amicitia an & quando præſumatur, per quem, & quomodo probanda, remiſſiue, nu.257.

QVÆSTIO LV. INSPECTIO V.

231 AMICVS, An † admittatur ad teſtificandum pro ſuo amico, & an admiſſus ſit integræ fidei, & probationis? non bene à Dd. eſt firmatum, cum plures apud eos ac varias inuenerim inter ſe diſſidentes, & etiam contrarias opiniones.

232 Vna enim, & † prima fuit opinio eorum, qui dixerunt, amicum non ſolum nō eſſe idoneum teſtem pro amico, ſed nec etiam fore ad teſtimonium admittendum, quę videtur probari, *in l.3. ibi, vel amicus ei ſit, pro quo teſtimonium dat. ff. de teſtib. canonizata in cap. ſi teſtes, verſ. ſi teſtium fides. 4. quæſt.3. facit text. in caput. quoties, extra eodem, ibi, vt iurent ſe non priuato odio, neque amicitia*, & ſic æquiparatur ibi odium, & amicitia. Vnde ſequitur, quod ſicut inimicus eius, contra quem producitur teſtis, repellitur à teſtificando, ita etiam debeat repelli amicus producentis, ad idem text. *in cap. quatuor 11. quæſt.3.* vbi probatur, quod non minus humanum iudicium peruertitur ódio, *dum*, vt inquit text. *contra quemlibet aduerſarium mouemur*: quam amore, *dum amico, vel propinquo complacere contendimus.* Et ſic ex quo ibi æquiparatur amicus & propinquus, quoad amorem, ſequitur, quod ſicut propinquus à teſtimonio repellitur, ita etiam repellatur amicus, & peritta, ac alia iura per eos allegata, hinc negatiuam opinionem firmarunt Spec. *in tit. de teſte, §.1. num.1. verſ. amicus. Aufrer. de reproba. teſtium, numer.50. verſ. amicitia repellit teſtem, Campeg. de teſtibus, regul. 21. in princip.* vbi ita firmat regulam negatiuam, per tex. *in dict l.3. ff. de teſtibus*, alios refert Ioann. Mar. Monticell. *in ſuo repertorio teſtium, verbo, amicus. fol. mihi 12. colum. 1. verſ. primo*, alioſque plures refert Ma car. *de probat. libr. 3. concl. 1357. nu.38.* Licet enim, *vt inquit Cicero in libello ſuo de amicitia*: prima lex amicitiæ ſit, *ne quid rogemus turpe, neve rogati faciamus.* Hæc tamen ſententia, *vt conſiderat Ioan. S. Bard. in l. eos, num.3. ad medium, de teſtib.* eſt philoſophica. Sed hodie noſtrorum hominum adeo corruptum eſt iudicium, vt amicitiæ leges aliter intelligentes putent, hoc eſſe amicitiæ proprium, in quauis re alteri obtecundari. Ideo à teſtimonio illum repellendum cautius videtur per prædicta.

Altera, † & præcedenti contraria fuit opinio eo- 233
rum, qui dixerunt ex ſola amicitia teſtem non repelli à teſtificando, quæ probatur præcipue *in l. ſecundum, iuncta gl. in verbo, adhibendos, ff. de vſur.* Et pro iſtum text. hanc ſecundam contrariam opinionem firmarunt Bald. *in l. eos, numer.1. C. de teſt.* dicens, quod licet Petrus voluerit eſſe in iudicis arbitrio dare, & non dare fidem teſti amico, verius tamē eſt, quod iudex debet arbitrari eum idoneum, niſi adſit alia ratio, quam amicitiæ, ſi enim, ſecundum Ariſt. *Ethic. 8. cap. 7.* inquit ibi Bald. amicus amico vult bona, ergo non vult falſum teſtificari, quia hoc eſſet malum, & non bonum, ſequitur Alexan. *conſil. 88. quoniam omne datum, num.14. libr.5.* ergo nomen amicitiæ non eſt expulſum à teſtimonio, *vt ibi per eum, Caſtrenſ. in dict. l. eos, num.1. Ioan. Sichar. ibidem, nu.3 in princip. vbi refert tradita per Bal. in loco præcitato. Alb. de Mal. in tractat. de teſt. capit. 2. num.20.* vbi reſpondet textui *in l. 3. ff. de teſt.* qui videtur æquiparare teſtimonium inimici, cum teſtimonio amici. nam inquit ibi Alber. ratio differentiæ eſt manifeſta, quia amicus non præſumitur velle, niſi bonum & honeſtum pro amico, *vt ſupra*. Inimicus autem omnia cupit contra inimicum, etiam quod inhoneſta ſint, quia inimicitia procedit non ab honeſtate, ſicut amicitia, ſed a malignitate, & mala parte, *idem Bal. in dict. conſ. 50. incip. videndum eſt primo, ſub num.1. libr. 2. & conſil. 444. incip. ad euidentiam, in fine, lib.1. Crot. in tractat. de teſtib. num.193. Alexan. conſil. 78. numer.3. lib.1. & conſil.57. inter conſilia matrimonialia, num. 7. libr.1. idem Crot. conſil.163. viſo & diligenter, num.23. lib.2. & conſil. 182. incip. præſens conſultatio, numer.51. eodem libr.2. Natta conſil.92. num.14 libr.1. & conſil.95. numer.13. libr.1. Corn. conſil.131. incip. in hac conſultatione, num.8. libr.4.* alios plures *refert idem tenentes, Gabr. lib.1. titul. de teſtibus, concluſ.11 numer.1.* vbi ex Alex. quem allegat. *in addit. ad Bar. in l.3. ff. de teſtib. teſtatur de communi* opinione, & Maſcar. de probat. * lib.1. concluſ.86. num.4. & nu.11. verſ. idem etiam, & num.12. & 14.* Ex quibus ſine dubio dicere poſſumus, hanc ſecundam opinionem eſſe magis communiter * à Dd. * receptam, quam primam.

Tertia, & † media quodammodo ſuccedit opinio 234
aliorum, qui dixerunt, amicum non repelli à dicendo teſtimonio pro ſuo amico: ſed bene admiſſum ad teſtificandum, non eſſe teſtem integræ fidei, & omni exceptione maiorem, & hanc tertiam opinionem ſequuti ſunt

ſunt, gl. in §. cogitandum, in verbo, teſtes, paulo ante finem, ibi, licet tanquam amico aliquantulum minor fides adhibeatur, in Authen. de monach. Alber. in l. eos, numer.1. ff. de teſtib. Cyn. *ibidem*, dum dicit, *iſtud tamen teneas, quod cum amicus admittitur, non facit tantam fidem ſicut alius.* Ioan. And. *in addit. ad Specul. in titul. de teſte, §.1. ſub numer.1. in addit. incip. quoties, vide quod ibi dixi, &c. Afflict. in titul. quæ ſuit prima cau. benef. amitten. §. porro ſi dominum, num. 20.* vbi dixit hanc eſſe veritatem, *Roman. conſil. 420. numer. 2. Nell. in tract. de teſtibus, numer. 5. verſicul. non ergo in totum repellitur, Aufrer. de reprobat. teſt. poſt numer. 10. verſicul. Spec. &c. iuncto verſicul. vnde Florianus. Alber. de Malet. de teſtibus, capit. 2. numer. 20. verſicul. idem videtur tenere. Campeg. de teſtibus, regul. 21. in 3. fallent. cum aliis relatis per Gabr. dict. concluſ.11. numer.2. & per Maſcar. dict. concluſ. 86. nu.3. & numer.5.*

235 Hinc † amicum teſtem non ſemiplene probare, ſicut probaret alius non amicus, voluerunt Bart. *in l. admonendi, numer.37. & Iaſ. ibidem in repetit. numer.178. & 179. ff. de iureiuran. Socin. iun. conſ.12. incip. in occurrenti, numer.11. libr.2. Aym conſil.281. numer.4. Corrad. in pract. §.2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. rubric. de teſtibus, verbo, amicus, poſt numer.64. folio mihi 100. Maſcar. dict. concluſ.86. num.5. Hector Aemil. in tractat. de teſtibus, part.1. verbo, teſtis amicus, n.13. fol.159.* Et certe hæc diſtinctio traditam in hac ter-
* tia opinione, videtur etiam communiter * recepta per Dd. nec impugnatur ab iis, qui dixerunt nomen amicitiæ non eſſe expulſiuum à teſtimonio ferendo, de quibus *ſupra in antecedenti opinione, num.233.* Poteſt enim ſtare, quod amicus teſtis non repellatur, ſed quod ei de fide diminuatur.

236 Quarta ſubintrat † opinio, pariter diſtinguens inter maximam & leuem amicitiam. Si enim, inquiunt Dd. amicitia inter teſtem & producentem intercedit maxima, quando ſcilicet inter eos eſt vnum velle, & idem nolle, idem, quando amicus veriſimiliter odio habet aduerſarium producentis, & ſit talis, vt veriſimiliter in teſte corruptionem præſumere faciat, & tunc tale teſtimonium non debet admitti, ſecundum gloſſ.
* *in l.1. §. amicos, in verbo, amicos. ff. de verbor. ſignificat. & in cap. accuſatores, tl 1. in gloſſ. magna, 3. quæſt. 5. ad medium, verſicul. nam non quilibet amicus. Bal. ind. teſtium fides, numer. 2. ff. de teſtibus. Alexan. conſil. 78. numer. 3. lib. 1. vbi quod ita communiter * tenent Dd. in cap. quoties, extra de teſtibus. Specul. in titul. de teſte. §. 1. num. 1. verſicul. & hoc ſi maxima. Bart. in l. admonendi, numer. 37. ibi, vel multum amicus parti, ff. de iureiuran. Bal. in l. ſi quis, column. fin. num. 8. verſic. aduerte, C. de teſtibus. Felyn. in cap. quoties, numer. 6. extra de teſtibus. Roman. conſil. 420. poſt num. 2 verſic. debet itaq; amicitiam allegans, & ibi Mandoſ. in addition. litera A. poſt verſ. ſed his non obſtantibus, ibi, ſi maxima, &c. Alexan. conſil. 7. in cauſſa, numer. 3. lib. 1. & conſil. 4. viſo proceſſu, num. 8. libr. 6. & conſ. 76. viſo libello, numer. 8. eodem libr. 2. Nell. de teſtibus, num. 5. in prin. iuncto verſicul. quod eſt verum. Aufrer. de reprobat. teſt. numer. 10. in fine. verſicul. veruntamen communiter tenetur. Alber. de Malet. in tractat. de teſtibus, cap. 12. numer. 17. in princip. iuncto verſicul. communiter Dd. videntur con. ludere. Crot. de teſtibus, numer. 193. in 1. & 2. fallent. vbi pariter teſtatur de communi* opinione, & ibi Petr. Moncad. in addit. in verbo, maxima, literis R R. per totam addit. Campeg. de teſtibus. regul. 21. in 1. fallent. Iacob. Port. conſil. 94. numer. 29. Boſſ. in tit. de oppoſ. contra teſt. numer. 102. verſicul. & communiter dicitur, iuncto verſic. verum, &c. & verſic. tamen, &c.* Paſett. *in conſ. 73. pro reſolutione, num. 6.* dicens, hoc procedere indubitanter in amicis coniunctis ſocietate quadam otioſa, & non multum egregia, *& conſ. 76. num. 2. & 3. conſil. 131. in cauſſa magnifica, num. 2. Corrad. in pract. §. 2. de offi. prætor. in cauſ. ciuil. rubr. de teſtib. in parte. perſonas teſtium aggrediendo, verbo amicus, num. 64. in princip. fol. mihi 100. col. 1.*
* Et certe ita communiter * à Dd. receptum eſſe appa-

ret, non ſolum ex præallegatis, ſed etiam ex relatis per Gabr. *libr. 1. tit. de teſtib. concl. 11. num. 4. per Ioan. Mar. Mont. in ſuo repertorio teſt. verbo, amicus, fol. mihi 12. colum. 1. verſ. 3. Maſcar. de probat. libr. 1. dict. concluſ. 86. num. 1. num. 6. num. 13. & num. 14. & per Hector. Aemil. in tractat de teſtib. in verbo, teſtis amicus, num. 3. num. 5. in fin. nu. 7. 8. & 9. & num. 23. ſeq.* Et † ratio concluſionis eſt, quia maxima amicitia 237
æquiparatur coniunctioni ſanguinis, *iuxta gl. in c. requiſiti, in verbo, nec eſt, extra de teſtamentis, cum aliis relatis per Crot. in conſil. 182. præſens conſultatio, num. 35. ſeq. lib. 2. & per Hector. Aemil. d. verbo, teſtis amicus, nu. 9. & latius per Petr. à Placha, in Epitom. delict. cap 43. num. 1. & ſeqq. & faciunt quæ dixi in præcedenti tit. de indu. & tort. q. 49. n. 59. & hoc eod. tit. q. 52. nu. 41.*

Si † vero inter teſtem & producentem amicitia nō 238
ſit magna, ſed leuis, & tunc eum non poſſe repelli à teſtificando, & admiſſum reputari idoneum teſtem, eſt de mente omnium Dd. allegatorum *ſupra numer. 236.* & in ſpecie ſic aſſumarunt gloſſ. *in dict. cap. accuſatores, tl 1 in gloſſ. magna, verſ. nam non quilibet amicus, 3. q. 5. Specul. in tit. de teſte, d. tl. §. 1. num. 1. verſ. & hoc ſi maxima, Bal. in l. 3. numer. 2. ff. de teſtib. Nell. de teſtib. numer. 5. verſ. ſecus ſi leuis. Alb. de Malet. de teſtib cap. 2 num. 17. ver. ſecus ſi ſit leuis, & verſ. ſi autem ſit leuis. Crot. de teſtibus, numer. 193. verſ. ideo Bart. &c. Campeg de teſtibus, regul. 21. in 1. fallen. Rom. conſ. 420. in propoſita quæſtione, num. 2.* vbi *poſt Innoc. quem allegat, in cap. inſinuante, de offic. delegat.* dicit, quod leuis inimicitia non confidetur, nec in aliquo derogat fidei teſtium, & Rom. refert Nutta. *in conſil 65. num. 13. libr. 1.* Vbi etiam dixit, quod qui vult repellere teſtem prætextu amicitiæ, debet probare amicitiam eſſe magnam, cum leuis non ſufficiat *per præallegata, & per Crot. conſ. 168. viſo & diligenter, num. 24. libr 2. Alexan. conſ. 76. viſo libello producto, num. 3. libr. 6. Bal. in l. 1. nu. 3 & ibi tertiam Felyn. pariter nu 3. extra de teſtib. & d. communi* poſt alios, quos allegat, teſtatur Maſcar. de probat. tit. ad concl. 86. num. 8. cum aliis relatis per Hector. Aemil. de teſtib. d. verbo, teſtis amicus, num. 14. 15. 16. 19. 20. 21. 24. & 25.*

Quinta, & † præcedenti in omni capite diſtinctio- 239
nis contraria adeſt opinio illorum, qui dixerunt, etiam quod amicitia ſit maxima, & ſtricta, inter teſtem & producentem, non per hoc eum repelli à teſtificando, ſed tantummodo de fide diminui, & ita in ſpecie aſſumarunt Bart. *in l. eos, num. 1. C. de teſtibus. Lanfran. de teſtib. in repet. cap quoniam contra, in verbo, teſtium depoſitiones, numer. 84. ad finem, verſ. amicus non repellitur, quantumcunque ſit magna amicitia, iuncto verſicul. tamen ſi eſt magnus amicus, multum ei de fide diminuatur, extra de probat. Campeg. de teſtibus, regul. 21. in 3. fallent. Fulgoſ. conſil. 11. incip. emphyteuta. columna 1. in fine. Socin. iun. conſil. 12. incip. in occurrenti, numer. 11. libr. 2. Ripa reſpon. 9. incip. ex longo, libr. 2. Decret. numer. 14. verſicul. item erat, & eſt amicus intimus, & reſpon. 3. incipien. viſis, libr. 4. numer. 5. Io. Marcan. Bucelli, inter conſil. matrimon. diuerſo. conſil. 70 in cauſſa Moranzona, numer. 16 lib. 1. & ibi Zilet. in addit. alios refert concordantes, Corrad. in practic. §. 2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. rubr. de teſtibus, in parte, perſonas teſtium aggrediendo, verbo, amicus, numer. 64. alios refert Gabr. dict. concluſ. 11. numer. 7. titul. de teſtibus, lib. 1. Hector. Aemil. in tractat. de teſtib. d. verbo, teſtis amicus, num. 12. fol. 158. part. 1.*

Et † pariter ſi amicitia ſit leuis, quod adhuc proſ- 240
lius qualitate aliquantulum diminuatur de fide teſtis, & ſic contra Innoc. & Rom. ac alios allegatos *ſupra nu. 238.* ſcripſerunt Alb. de Malet. *in tractat. de teſtib. c. 2. nu. 17. verſ. ſi autem ſit leuis, Ioan. Sicar. in l. eos, num. 3. in fin. verſ. licet verum ſit, C. de teſtib. Corrad. vbi ſupra, d. numer. 64. vbi in idem allegat Alexan. in conſil. 154. num. 4. volum. 5. Boſſ. in titul. de oppoſit. contra teſt. nu. 162. in princip. iuncto verſ. & communiter * dicitur*, vbi tractatur de communi opinione, Ioann. * *Mar. Mont. in ſuo repertorio teſtium, verbo, amicus, fol. mihi 12. colum.*

colum.1.verſic.fin. Maſcard. dict.concluſ 86.numer.15.libr.1. Hector. Aemil.in tractat.de teſtibus,part. 1.verbo, teſtis amicus, numer. 7.in fine fol.157.vbi ſeri & ſequitur Boſſ.in loco præallato, & faciunt ad hanc concluſionem etiam Doctores allegati *ſupra num.* 234. qui videntur generaliter loqui, tam in amico coniuncto maxima amicitia, quam leui.

241 Sexta † & vltima afferri poteſt opinio eorum, qui diuerſa, iudicis arbitrio remitti, quæſit amicitia repellens, vel non repellens teſtem a teſtificando, & pariter poſtquam teſtificatus fuerit, quantum ei ſit credendum, vel de fide diminuendum, iuxta amicitiæ & perſonarum qualitatem. Et in hanc vltimam ſententiam etiam ſupra relati Dd. qui diuerſas conſtituerunt opiniones, deſcendere procurarunt, vt videre eſt apud Bart. *in auth. l. eos, numer. 1. verſicul. hoc autem ſtabit in officio iudicis, Caſtrenſ.ibidem, numer.1.in fine, verſicul. ſed hoc totum, Salycet. in fine etiam numer. 1. Ioan. Andr. ſub numer. 3. poſt medium, Cardin. de teſtibus, Alexan. conſil. 78. numer.3. verſic. communiter ergo, libr.1. Alber. de Malet. de teſtibus, dict. cap.2.num. 12. in fin. Crot. de teſtibus num.93. verſic. ladex ergo, Campeg de teſtibus, regul. 21.num.4. fallen. Conrad. in pract. dict. numer.64. fol.100. verſic. quod relinquitur arbitrio iudicis, Boſſ. in titul. de offic. concurſ. dict. num. 102. in princip. tandem veriſimile que videtur compleat in arbitrio iudicis, tandem verſic. & ideo in effectu*, & *numer.* 3. vbi teſtatur, communem * opinionem eſſe in hoc cum Salyc. *in d.l.eos*, & propterea in hac materia eſſe formandam regulam, vt iudicis arbitrio relinquatur, vtrum credatur tali teſti, nec ne, Donat. Fl. *lib. 4. ſuarum concluſionum, verbo teſtis teſtificat. amicus, alios refert Gabriel. tit. de teſtibus, d.concl.11. num.5. dib.1. Maſcard. d.concl.86.num. 16. Hector. Aemil.d.verbo, teſtis amicus, num.* 10. *& ſeq. vbi etiam teſtatur de communi * opinione, ex Boſſ. in loco præallato.*

242 Quid † dicendum? Vera & practicea apud nos ea eſt opinio, quod teſtes amici indiſtinctè ad teſtificandum admittuntur, nec vnquam repelluntur, ſiue amicitia ſit leuis, ſiue magna, *prout voluerunt Doctores citati ſupra numer.* 235. *& 239. in 2. & 5. opinione*, admiſſi autem non ſunt teſtes integræ fidei, & omni exceptione maiores, *vtra opinionem 3. de qua ſupra num.* 234. quia illis defide diminuitur modo plus, & modo minus, iuxta qualitatem amicitiæ arbitrio iudicis, *iuxta vltimam opinionem relatam in præcedenti num.* 241. & cum, vt dixi, ita ſeruari, & iam ſupra hanc obſeruantiam ſatis à Dd. comprobatam eſſe appareat, remanet vt

243 REGVLA formetur † hoc modo, teſtem ſcilicet amicum, etiã à teſtificando non repellatur, non tamen eſſe integræ fidei, & omni exceptione maioris.

244 LIMITA I. Hanc † regulam non procedere, quando non agitur de commodo, ſiue incommodo amici: nam tunc amicus eſt integer teſtis, *vt per Alber. de Malet. in tractat. de teſtibus, part. 2. num. 12.* vbi poſt Alber. *quem allegat, in l. 3. ff. eodem*, dixit, in vno tantum caſu amicum eſſe teſtem omnino idoneum, quando ſcilicet deponit ſuper facto, quod non attingit amico pro commodo, vel incommodo, vt ſi deponat ſuper re vendita, quando amicus vendens non tenetur de euictione, *per Campeg. de teſtibus, regul. 21. in 2 fallen. Maſcard. de probat. libr.1. concluſ. 86. numer. 21.* & vide, quæ in ſimili de filiis & parentibus dixi *ſupra quæſt. 64. numero* [illegible].

245 LIMITA II. In † teſtibus inſtrumentariis, quia etſi amici contrahentium ſint, reputantur tamen idonei, & integræ fidei. *Nell. de teſtibus, in 6. quæſtione. Cur. in §. inter ſingulares obſeruationes. Gian. Mar. Monti de inſigni repertorio verbo amicus, folio 101. col. 2. verſ. Hector Aemil. in tract. de amicis, numer. 31. fol. 103. part. 1.* facit, quem ibi de affinibus & conſanguineis dixi *ſupra in q. 53. n. 44.* & generaliter de teſtibus inhabilibus dixi etiam *infra q. 62. nu. 110. ſeqq. & nu. 124. ſeqq.*

LIMITA III. Quia † ſi amici teſtis teſtimoniũ ſuppletur ex dicto aliorum conteſtium nõ amicorum, & ſic ex integritate alterius, *Corn. conſ. 131. in hac conſultatione. nu. 9. lib. 4. Alexan. conſ. 43. incip. viſis & ponderatu, nu. 33. vol. 4. Aſſil. in c. 1. §. porro, nu. 20. in fin. qua fuit prima cauſ. benefic. amit. cum aliis relatis per Maſcard. de probat. lib. 1. concl. 26 poſt num. 5. & concl. 86. num. 9. non diſſentit Hector Aemil. vbi ſupr. d. verbo, teſtis amicus, nu. 55. fol. 164.* faciunt, quæ in ſimili de affinibus & conſanguineis dixi *ſupra qu. 54. nu. 69.* & quæ generaliter de teſtibus inhabilibus dixi etiam *infra quæſt. 62. num. 228. ſeqq.* 246

LIMITA IV. Quia † pariter amici teſtimonium ſuppletur ex numero teſtium, ita vt vbi alias duo teſtes non amici plene probarent, probant tamen, ſi ſint tres aut plures, *Alex. conſ. 78. in cauſſa & lite, num. 3. verſ. accedit, lib. 1. & conſ 4. incip. viſo proceſſu inquiſitionis, num. 9. lib. 6. Alciat. in l. latæ culpæ, §. amices. nu. 4. ff. de verb. ſignif. vbi in tractat. de teſtibus, concluſ. 1. num 5. in fine, & numer. 6. etſi Ang. ibi relatus in conſ. 125. contrarium dixerit, Crot. in tract. de teſtibus, numer. 193. verſ. mediate tamen, addentes ad Bald. in l. eos, numer. 1. litera C. verbo, amicitia, & litera D. verbo, dicat Petrus. C. de teſtibus, item addentes ad Salyc. in l. item a Titio, verſic. item adde, C. eodem, Alexan. in l. prætor ait. §. quæritur, numer. 2. & ibi etiam Iaſ. num. 6. ff. de eden. Conrad. in cap. 8. 2. de offic. prætor. in cauſ. emol. trib. de teſtibus, in parte, ſi vero teſtium aggrediendo, verbo, amicus, nu. 64. in fine, verſ. item vbi fol. mihi 100. Gabr. lib. 1. titul. de teſtibus, concluſ. 11. num. 9. Monticell. poſt alios, quos allegat in ſuo repertorio teſtium, verbo, numerus, & dignitas, fol. 80. column. 2. verſ. 1. & 3. Maſcard. de probat. d. concl. 86. num. 10. Hector Aemil. d. verb. teſtis amicus, num. 6. 32. 33. 34.* Ex quibus facile dici poteſt, ita communiter * fuiſſe à Doctoribus receptum, iunctis iis, quæ in ſimili de affinibus & conſanguineis dixi *ſupra q. 54. n. 68.* & generaliter de teſtibus inhabilibus dixi etiam *infra q. 62. num. 306. ſeqq.* 247

SVBLIMITA Hanc † quartam limitationem, vt procedat in amicitia non maxima, ſed in leui, vel ſimplici, quæ non in totum teſtem a teſtimonio repellit, *iuxta eorum opinionem, quos retuli ſupra num. 233. & 228.* At ſi amicitia ſit maxima, teſtes à teſtificando repellens, *iuxta opinionem relatorum ſupra num. 236.* & tunc numerus non ſupplet, *per ea, quæ generaliter de teſte inhabili dixi infra quæſt. 62. numer. 317.* Et in ſpecie declarat Franc. Curt. *in tract. de teſtibus, num. 6. & ſeq. nec diſſentit Monticell. vbi ſupra dict. folio 80. columna 2. verſic. 2. verum retenta opinione. de qua ſupra num. 242.* quod ſcilicet amicitia, quantumuis maxima, non repellat teſtem à teſtificando, declaratio præcedens redditur dubia, ideo credetem dicendum id totum iſto caſu iudicis arbitrio eſſe remiſſum, *prout eſt de mente eiuſdem Franc. Curt. vbi ſupr. poſt num. 7.*

LIMITA V. Parte non opponente, † *Campeg. de teſtibus, poſt alios, quos allegat, reg. 21. in 5. fallen. Maſcar. concluſ. 86. num. 22.* faciunt, quæ in ſimili de affinibus & conſanguineis dixi *ſupra quæſt 54. num. 61.* & generaliter de teſtibus inhabilibus dixi etiam *infra quæſt. 62. num. 175. & ſequentibus.* 248

LIMITA VI. In † amicis coniunctis amicitia quadam charitatiua, vel, vt alii volunt iuſta, & pietatis plena, eorum enim teſtimonio non diminuitur de fide, *Abb. in c. quoties, num. 5. extra de teſtibus, Crot. conſ. 132. incip. præſens conſultatio, num. 52. ſeq. lib. 2. Alexan. dict. conſ. 78. numer. 3. lib. 1. alios refert, & bene declarat, quæſit iſta amicitia charitatiua, Hector Aemil. de teſtib. dict. verbo, teſtis amicus, nu. 26. ſeqq.* 249

LIMITA VII. In † amico vtriuſque partis: nam & is reputatur teſtis idoneus, *Alexand. conſ. 186. viſo proceſſu inter Ioannem, ſub numer. 1. lib. 7. Natta conſil 95. lib 1. Mandel. conſil. 59. quamuis habitationes, numer. 10. Marſil. in l.* 250

in l. de minore. §. tormenta. num. 27. ff. de quæſt. Maſcard. dicta concluſ 26. numer. 5. & concluſ. 86. numer. 7. Et poteſt

* dici communis * limitatio, iunctis iis, quæ in ſimili de affinibus & conſanguineis dixi *in quæſt. 54. numer. 45. ſeqq.*

251 LIMITA VIII. Vbi † veritas aliter haberi non poteſt, *vt per Plot. de in litem iuran. §. 4. num. 23.* vbi, quod teſtes amici admittuntur ad probandum furtum, vel dolum factum in ædibus actoris de die, vel de nocte, & ad probandum quantitatem rerum amiſſarum; quando alij teſtes in ipſa domo actu & habitu veriſimiliter haberi non poſſunt, *refert & ſequitur Hector Æmil. d. verbo, teſtis amicus. numer. 39. fol. 165.* Sed de hac re vide latius, quæ dixi *hac eadem quæſt. num. 35. & pluribus ſequentib.* & generaliter de teſte inhabili, *infr. quæſt. 62. num. 50. ſeqq.*

252 LIMITA IX. In compatriota, quem, niſi † alia contra ipſum vrgeat exceptio, ſatis idoneum teſtem eſſe crederem, ſaltem in ciuilibus, quicquid in contrarium dubitare videatur Franc. Curt. *in tract. de teſtib. concluſ. 30. numer. 65. ſequent. & poſt alios, quos allegat, conſuluit Bertazzol. conſil. 359. numer. 7. lib. 2.* ſed vide Bertrand. *conſil. 220. num. 10. part. 1.* Et quæ de teſte de vniuerſitate dixi *infr. quæſt. 60. num. 511. & ſeqq.* vbi fere eſt eadem materia.

253 LIMITA X. Vt † qui vult repellere teſtem prætextu amicitiæ, debeat non ſolum illam probare, ſed etiam debeat probare illius qualitates & circumſtantias, ad hoc, vt iudex poſſit iudicare, an ſit talis, quæ teſti fidem minuat, & quantum, *Natta conſil. 95. numer. 19. lib. 1. Mynſinger. in capit. quoties. numer. 10. extra, de teſtibus,* alias æquiuoca probatio interpretatur contra probantem, *capit. in præſentia, de probation. in terminis, Crot. conſil. 168. viſo & diligenter, numer. 25. lib. 2. Hector Æmil. de teſtibus, part. 1. dict. verbo, teſtis amicus, numer. 14. ſequentibus, fol. 159.*

254 Hinc infertur, quod ſi † teſtis examinatus reſpondeat, ſe amicum producentis, ſicut alterius communiter, tunc non dicitur probata talis amicitia, quæ reddere poſſit illius teſtimonium inualidum, *ſecundum Alexand. conſil. 4. incip. viſo proceſſu inquiſitionis, numer. 8. lib. 6.*

255 *faciunt, quæ ſupra poſui, num. 238.* Si † vero teſtis reſpondeat ſimpliciter, ſe amicum, pariter nec per hoc dicetur probata amicitia talis, quæ ipſum repellat, (præſuppoſita opinione eorum, qui voluerũt, ex magna amicitia teſtem repelli, *de quibus ſupr. numer. 236.*) quia, vt dixi probatio æquiuoca in dubio contra probantem interpretatur, & in ſpecie conſuluit Alexand. *in conſil. 78. in cauſſa & lite, numer. 3. lib. 6.* etſi contrarium ſenſerit *in conſilio 49. incip. repetitus, numer. 10. & ſequent. eodem libro, refert Hector Æmil. dict. verbo, teſtis amicus, numero 23.*

256 Quod ſi † teſtis interrogatus de amicitia, reſpondeat, ſe expoſiturum corpus ſuum in occurrenti caſu pro ſeruitio producentis, ex hac reſponſione maxima percipitur beneuolentia & amor. Tamen non per hoc redditur inutile eius teſtimonium, *vt per Alex. in conſ. 88. quoniam omne datum. num. 14. & 15. lib. 5.* Licet enim teſtis dicat, velle exponere corpus pro ſuo amico, non per hoc ſequitur, quod velit exponere animam deponendo falſum pro eo, *vt ibi latius per Alex. quem in propoſito refert & ſequitur Hector Æmil. d. verbo, teſtis amicus. numer. 17. fol. 159.*

257 Ideo amice Lector, ſi ſcire volueris, an † & quando præſumatur amicitia, per quem, & quomodo probanda ſit, adeas poſt alios *Maſcar. de probat. lib. 1. concluſ. 85. per totam, & Hector Æmil. in tract. de teſtib. verb. teſtis amicitiam deponens, vel probans, num. 1. ſeqq. fol. 153. ſeq. part. 1.* Ibi explicatur materia generaliter, & particulariter. Laus Deo, &c.

ARGVMENTVM.

De teſte infame loco præmiſſorum diſcutitur, quid, & quotuplex ſit infamia, qui dicantur infames infamia iuris, ſeu facti, & quomodo infamia probetur.

SVMMARIA.

Infamia morti æquiparatur, n. 1.
Infamia duplex eſt, alia iuris, & alia facti, d. n. 1.
Infamia in genere ſumpta eſt læſa dignitatis ſtatus, moribus & legibus improbatus, d. n. 1.
Infames infamia iuris, & infamia facti qui ſint, num. 2. & nu. 4. & ſeqq.
Infamia in quibus caſibus irrogetur à iure, d. n. 2.
Infames infamia iuris ſunt omnes illi, qui enumerantur in l. 1. ff. de infamib. n. 3.
Infames infamia iuris ſunt etiam illi, qui à ſtatuto, vel alia ſpeciali conſtitutione tales reputantur, n. 4.
Infames infamia iuris aliqui ſunt infames ipſo iure, aliqui autem medio ſententiæ, & qui ſint infames ipſo iure, qui autem per ſententiam, n. 5.
Infames infamia facti ſunt illi, qui non ſunt enumerati, in l. 1. ff. de infamib. ſed tamen commiſerunt tale quid, propter quod eorum opinio communiter eſt grauata apud bonos viros, numer. 6.
Damnatus publico iudicio efficitur infamis infamia iuris, n. 7. & hoc ſiue fuerit proceſſum per viam accuſationis, ſiue etiam per viam inquiſitionis, n. 8.
Damnatus autem priuato iudicio, non eſt infamis infamia iuris, præterquam in actione furti, vi bonorum raptorum, & iniuriarum, n. 9.
Iniuriarum delictum dicitur priuatum, & non publicum, n. 10.
Iniuriarum actione damnatus efficitur infamis, num. 9. & numer. 12. Amplia non ſolum, ſi iniuria ſit atrox, ſed etiam ſi ſit leuis, num. 11. ſed contra, num. 12. Limita, ſi iniuria ſit commiſſa ſine dolo, quia tunc de ea damnatus non efficitur infamis, n. 13.
Damnatus de crimine priuato ſine dolo commiſſo, infamis non eſt, n. 13.
Infamia nunquam incurritur ob delictum commiſſum ſine dolo, num. 13. etiam quod pœna infamiæ ipſo iure incurratur, numer. 14.
Infamia probatur ex confeſſione partis, n. 15. Amplia etiam in ficta confeſſione ex tranſactione reſultante, nu. 16. & 17. vbi declaratur. Limita in confeſſione extraiudiciali, n. 18.
Infamia probatur per ſententiam condemnatoriam latam ſuper crimine infamatorio, num. 18. fallit pendente appellatione ab illa ſententia, num. 19. & quid pendente cauſſa ad appellandum, n. 21.
Appellatio extinguit, vel ſaltem ſuſpendit vires ſententiæ, numer. 20.
Infamis quis non efficitur ex ſola probatione criminis, niſi adſit ſententia, vel confeſſio, n. 22.
Infamia facti probatur per teſtes, & per quot teſtes, an ſingulares admittantur, quomodo debeant deponere, & alia ad materiam, remiſſiue, n. 23.
Infamia canonica quæ ſit, & quinam ſint infames tali infamia, n. 24.
Ordo propoſitæ quæſtionis, n. 25.

QVÆSTIO LVI. PRÆLVDIA.

OPPONITVR III. contra teſtes, quod † ſunt infames. Infamiam autem, quam morti æquiparari, probat text. *in l. iuſta. ff. de manu. vind. & in l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ.*

Et quam duplicem eſſe, aliam ſcilicet iuris, & aliam facti, omnes Dd. *in l. 1. ff de his, qui not. infam. & in cap. teſtimonium. extr. de teſtib.* & alibi ſæpius, & * communiter exclamant:

Nihil aliud eſſe, quam iacturæ dignitatis ſtatum, mori-

bus & legibus improbatum, per text. *in l. cognitionum, ff. de var. & extraord. cognit.* voluerunt Bart. Castr. & alij, *in l. 1. ff. de his, qui not. infam. Gandin. in tit. quom. de malef. cognōsc. quando crimen est notor. n. 4. August. ad Ang. de malef. in verbo, quod fama publ. præced. nu. 8. Cyrill. in summa crim. rubr. 29. de quæst. n. 4. n. 9.*

Sed quinam sint infames infamia iuris, & qui infamia facti? vide text. *in l. 2. §. vltimo, & in l. qui autem, & in l. athletas, §. ait prætor, & per totum, ff. quib. ex caus. infam. irrog. & in l. ea quæ, & in l. site, & in l. decreto, & in l. fustibus, & in l. non damnatos, C. eod. ex quib. caus. infam. irrog. §. ex quibus dam, Instit. de pœna temere litigan. l. 1. & per tot. ff. de his qui not. infam.* Et omissis aliorum auctoritatibus, sufficiat allegare Conrad. *in pract. §. 2. de offic prætor. in caus. ciuil. rubr. de testib. in parte, personas testium aggrediendo, verbo, infamis, n. 13. iuncto num. 16. post medium, versic. qua de re. fol. 77. colum. 2. & fol. 80. col. 1.* vbi singulariter enumerat omnes casus, in quibus de iure irrogatur infamia, vide etiam Cal. *in margarita fisci, fol 99. prout sic eum allegat Clar. in pract. §. fin. quæst. 72. in prin.* vbi ponuntur 61. casus, in quibus pariter pœna ignominiosæ amissionis & infamiæ imponitur, & vide text. *in cap. infames, 6. quæst. 1.* ponderatum in proposito per Nep. de Monte Alban. *in tract. de testib. numer. 32. & seq.* vbi pariter plures enumerantur casus, in quibus infamia irrogatur, & latius *num. 15. & seqq.* quod & idem facit Lanfranc. *de testib. num. 74 vers. dic pro intelligentia.*

Verùm ne sic in abstracto, & remissiue proposita materia pertractari videatur, faciam breuiter pro facilioni cognitione eorum, præsertim quæ ad testium probationem & fidem attinent, nonnullas particulares conclusiones.

3 PRIMA sit conclusio, secundum Ias. *in l. cunctos populos, in 2. lect. nu. 54. C. de summa Trinit. & fide cathol.* quod infames infamia iuris sunt omnes illi, qui enumerantur à prætore. *in l. 1. ff. de his qui not. infam.* Et hoc ideo iuris infames appellantur, quia tales à iure reputati sunt. Vnde
4 inquit † ibi Ias. si vltra eos in d. l. 1. enumeratos succederet aliqua alia lex, constitutio, vel statutum, quod alios reputaret infames, & infamiæ pœnam in aliis casibus irrogaret, dubitandum non est, adhuc eos fore iuris infamia notatos, quia sufficit ad iuris infamiàm irrogandum, quod ius ita statuat, sequitur Conrad. *vbi supr. d. verb. infamis, n. 13. fol. 77. col. 2.*

5 SECVNDA sit conclusio, quod † ex infamibus infamia iuris alij sunt, qui ipso facto, vel, vt alij dicunt, ipso iure infames euadunt, alij vero secuta sententia. Infames ipso facto sunt illi, qui statim eo ipso, quod aliquid fecerunt, lex infamat eos, & de istis loquitur 1. pars d. l. 1. Infames ex sententia sunt illi, de quibus loquitur 2. pars d. l. 1. & qui infamiam non incurrunt, nisi post condemnationem, *vt ibid. per Ias. in d. l. cunctos populos, n 44. vers. & ex istis infamibus, in 2. lect. & ante eum per Bart. in d. l. 1. ff. de infam. sequitur Conrad. in loco citato, n. 13. & Viui. in commun. opin. verbo, accusare non potest, n. 2. & bene declarat Barb. in tract. de testib. in 2. part. nu. 13. Lanfr. de testib. in repet. c. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, nu. 74. dic pro intelligentia, extra, de probat.*

6 TERTIA sit conclusio, quod † infames infamia facti sunt illi, quos iure non dicunt infames, & sic non enumerantur in ea, *l. 1. ff. de his qui not. infam.* sed tamen commiserunt tale quid, propter quod communiter eorum opinio, fama, & existimatio remanet læsa, & grauata apud bonos & graues viros, ad text. *in l. non debet, ff. de dolo, & in l. honori, vbi scrib. ff. de obsequiis, gl. in c. infames, § porro in verbo, infamia, 3. q. 7.* prout ita hanc facti infamiam describendo tradiderunt Bald. Imol. & præsertim Felyn. *nu. 13. in c. testimonium, de testib.* & post illos Ias. qui huius conclusionis tria ponit exempla, *in d. l. cunctos populos, in 2. lect. num. 44. in fin. ver. quadam est infamia facti, iuncto num. 45. C. de summa Trinit. & fide cathol. Viui in commun. opin d. verbo, accusare non potest, num. 5. & ante istos Dyn. in c. infamibus, & ibi etiam Io. Andr. de reg. iur. Barb. in tract. de testib. par. 2. n. 13. vers quadam est infamia facti. Conrad. in pract. rubr. de testib. in parte, personas testium aggrediendo, verbo, infamis, n. 14. fol. 78. col. 2. in fin.*

7 QVARTA est conclusio, quod † damnatus de publico iudicio efficitur infamis infamia iuris, *l. infamem. ff. de publ. iud. l. 3. § l Iulia, ibi, quicq, iudicio publico damnatus erit, & ibi gl. in verbo, publico, ff. de testib.* Et hoc † non solum si fuerit processum per accusationem, sed etiam si
8 per inquisitionem, *secundum* * *communem, de qua testatur* * *Ang. in l. ea quidem, nu. 28. C. de accus. quem in proposito secutus est Clar. in pract. §. fin. q. 72. vers. damnatus, dixi infra, nu. 312. seqq. etsi Calder. in cons. 1. tit. de pœnis, ibi per Clar. allegatus contrarium dixerit.* Damnatus † autem priuato iudicio non
9 dicitur infamis, præterquam in actione furti, vi bonorum raptorum, & iniuriarum, *vt in d. l. infamem, ad literam legitur, sequitur Clar. in pract. §. 1. versic. priuata autem delicta, & dixi in 1. lib. tit. de delict. & pœnis, q. 18. nu. 9.* sed de actione iniuriarum mox in seq. conclusione dicam.

10 QVINTA sit conclusio, quod † etsi crimen iniuriarum dicatur priuatum, & non publicum, *l. iniuriarum causa,* vbi glos. & Salyc. *C. de iniur.* eo tamen crimine damnatum à iure reputari infamem, probat text. *ad literam, in d. l. infamem, ff. de publ. iud.* Et † hoc siue iniuria sit
11 atrox, siue leuis, secundum communem, * à qua non es- *
se discedendum, reprobatis contrariis, testatur Felyn. *in c. cum te, n. 9. extra, de re iud. quem secuti sunt Corset. in tract. de minimis, in 2. par. vers. 26. Conrad. in pract. §. 3. de offic. prætor. in caus. crim. tit. de iniuriantib. n. 2. fol. mihi 408. Clar. in pract. §. iniuria, vers. item condemnatus, Andr. Gail. pract. obser. lib. 2. obseru. 102. nu. 1.* vbi ampliat, siue ciuiliter, siue criminaliter agatur, & *n. 6.* testatur de magis * communi. *

12 Sed certe † vltra relatos per Felin. ac Conrad. & Clar. *in loch. præcitatis,* quod imo pro leui iniuria condemnatus non efficiatur infamis, voluerunt Tiraq. *in tract. de iudic. in rebus exig. pag. mihi 42. à tergo, vers. 64. & Petr. à Placha in epit. delict. c. 1. n. 22. vers. quo fit, vt actione iniuriarum damnatus, fol. mihi 35.* vbi dicit, hoc procedere tam de iure ciuili, quam canonico, *per iura ibi per eum allegata,* sequūtur plures alij relati per Andr. Gail. *vbi supra, n. 2. seqq.* vbi pluribus & similibus rationibus hæc comprobatur opinio, quæ forsan tanquam æquior & benignior, aceiam rationabiliter amplectenda erit.

13 SEXTA sit conclusio præcedentis conclusionis † declaratiua, quod licet condemnatus ex priuato crimine, in actione furti, vi bonorum raptorum, & iniuriarum, *vt supra dixi n. 9.* efficiatur infamis, per text. *in d. l. infamem, ff. de publ. iudic.* hoc tamen procedit, quando condemnatio fit ratione doli, *vt in d. l. 1. & per totum ff. de his, qui not. infam.* Secus si condemnatio fieret non ratione doli, sed culpæ etiam latæ, quia tunc non resultat infamia ex tali condemnatione, *sicut post gloss. in d. l. 1. in versic. quia pro socio, & in l furti, per illum text. ff. de infam. voluit Plot. de in lit. iur. n. 796. secundum antiquam impressionem, & secundum aliam in § 50. nu. 6. & est text. vbi Aret & alij, in §. suspectus, Instit. de suspect. tutor. quem in idem allegat Tiraq. de reuoc. donat. in verbo, reuertatur, num. 332. & seq.* Vbi † etiam
14 disputat, quod in pœna infamiæ impolita à iure, ipso iure, vel facto incurrenda, an tunc requiratur dolus, an vero sufficiat lata culpa? Et relatis contrariis videtur remanere in opinione, quod adhuc dolus requiratur, nec sufficiat lata culpa.

15 SEPTIMA sit conclusio, quod † ex confessione probatur, aliquem esse infamem; quæ enim probatio maior esse potest, quam oris proprij confessio? Sic in terminis voluit gl. *in l. sed & possessori, § fin. in verb probatum esse t. ff. de iureiur. quam secuti sunt Bart. in l. infamem, sub n. 10. ff. de publ iudic. & in l. ictus fustium, num. 3. ver. quærit ff. de his, qui*

qui notant infam. Bald. in l. 1. num. 4. vers. nota etiam hic. ff. eod. & in l. quoniam. in 2. lect. nu. 6. vers. quarto quero. ff. eod. & in l. Cassius Longinus. n. 12. vers. adde, quod nulla. ff. de Senator. Alex. cons. 152. n. 8. lib 5. refert & sequitur Gram. cons. 34. nu. 6. & voto 3. n. 36. & voto 30. nu. 25. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 895.

16 *n. 13. & n. 15.* Vbi † ampliat etiam in ficta confessione resultante ex transactione facta super crimine infamato-
17 rio, & *num. 14.* vbi limitat † in confessione extraiudiciali, sed quoad transactionem factam super crimine iniuriarum, seu alio infamatorio, vide Andr. Gail. *pract. obseruat lib. 2. n. 13. & omnib. seqq.* vbi bene probat ex huiusmodi transactione oriri infamiam, præterquam in duobus casibus. Primo, quando est facta ex auctoritate & iussu iudicis. Secundo, quando est gratuita, & pro pœna nulla pecunia soluta est.

18 OCTAVA sit conclusio, quod † per sententiam probatur, quem esse infamem, quando illa continet crimen tale, quod infamiam irroget. Sic enim videtur text. *in d. l. infamem. ff. de public. iudic. & in l. qui iudic. publ. ff. de accusat. voluit glos. in d. l sed etsi possessori. § fin. in verb probatum esset. ff. de iureiur. est de mente omnium allegatorum supr. num 15. in specie tradiderunt Innoc. in c. qualiter & quando. col. 5. post num. 10. vers. non obstat supra, extra, de accusat. Bald. in d. l. 1. numer. 3 ff. de his, qui not. infam. Viu. in commun. opin. verb. accusare non potest infamis. nu. 2. Mascard. de prob. lib. 2. d. concl. 895. num. 16.*

19 NONA sit conclusio † præcedentis conclusionis declaratiua, quod pendente appellatione à sententia condemnatoria super crimine infamatorio cōdemnatus non dicitur infamis, *vt per Boer. consil. 1. videtur dicendum. num. 2.* dum propterea vult, quod retineat iura ciuitatis, ac testamenti factionem actiuam & passiuam,
20 *sequitur Lancellot. in tract at de attent. cap. 12. in prefatione, numer. 12.* Et est † ratio, quia appellatio, si non exstinguit, saltem suspendit vires sententiæ & condemnationis, *ad text. in l. 1. in fin. ff. ad Trebell in c. 1. extr. de re iudic. in c. venientes. de iureiur. cum aliis relatis per Anton. Gomez. var. resolut. tomo 3. tit. de homicid. num. 69. & per Lancellot. de attentat. d. cap. 12. in prefatione, num. 108. seqq. iuncto num. 14.* Et quod
21 pendente † termino ad appellandum, an condemnatus eo interim dicatur infamis, vide ibid. per Lancellot *cap. 11. num. 25. & 41.* vbi pro & contra, infert, & an isto tempore condemnatus possit esse testis, vide *infra, num. 93.*

22 DECIMA sit conclusio, quod † ex sola probatione criminis quis non dicatur infamis, nisi adsit sententia, vel confessio, *gloss. in d. l. sed & si possessori. § fin. in verbo, probatum esset. ff. de iureiur. ind. quam secuti sunt Dd. allegati supr. num. 15. Gramm. cons. 34. num. 6. vbi alios refert, & voto 3. num. 56. & voto 30. num. 25. Gabr. Saray. in addit. ad Matthes. sing 62. post prin. additionis, & ante istos bene declarat Bal. in c. testimonium. n. 5. extr. de testib.* vbi, quod crimen, etiam quod sit notorium, non infamat infamia iuris, nisi secuta sententia.

23 VNDECIMA sit conclusio, quod † infamia facti (hucusque enim tractaui de probando infamiam iuris) probatur per testes, sed quot testes sufficiant, an singulares admittantur, quomodo debeant deponere ad hoc, vt dicantur concludenter probasse famam, & alia ad materiam, posui ad saturitatem *in præcedenti tit. de indic. & tortur. q. 47. n. 302. & seqq.* ideo hic non repeto.

24 DVODECIMA sit conclusio, quod † vltra infamiam iuris, & facti, *de qua supra,* datur alia species infamiæ, quam canonicam vocant, & verificatur in illis, qui impœnitentes persistunt in peccato mortali, *de qua in c. illi, qui. & in c. infames. & ibi gl. in verb. fures. 7. q 1. & per Abb. in c. testimonium. n. 6. vers. secunda infamia. & ibid. Felin. n. 11. Imol. n. 7. Henr. Boyc. n. 16. ext. de testib. Barb. in tract. de testib. part. 2. nu. 13. in fin. vers. quædam est infamia canonica. & dicam latius infr. hac tit. ad quæst. de reste existente in peccato mortali.*

His præmissis, conuerto † me ad materiam testis infamis, quę cum amplissima sit, habeatque multa distinctionum capita, imo sub se contineat etiam plures alias particulares quæstiones: Ideo vt ordinate procedamus, illam in duodecim articulos diuidendā putaui, in quorum primo generaliter agam de infame infamia iuris; in secundo dē infame infamia facti; in tertio de teste criminoso; in quarto de carcerato, vel accusato; in quinto de periuro; in sexto de Iudæo, hæretico, & infideli; in septimo de excommunicato, non confesso, & communicato, concubinario, seu alio in peccato mortali existente; in octauo de bandito; in nono de vsurario; in decimo de lenone & meretrice; in vndecimo de birroario; in duodecimo de diuersis aliis personis, quæ ob infamationem à testimonio repelluntur.

ARGVMENTVM.

Infamis infamia iuris, an & quando à ferendo testimonio repellatur, an vero potius admittatur.

SVMMARIA.

Infamis infamia iuris à testimonio repellitur, tam in ciuilibus, quam criminalibus, num. 26. & seqq. vbi de ratione huius regulæ.

Infamis repellitur ab accusando, n. 33.

Infamis caret fide, quia eius status est diminutus, & maculatus iuris dispositione, n. 27.

Testimonium ferre est dignitas & honor, n. 28.

Infamibus interdicta sunt ea, in quibus versatur honor & dignitas, n. 29.

Testimonium ferre reputatur inter actus legitimos, n. 30.

Infamibus sunt interdicti omnes actus legitimi, n. 31.

Testificari non possunt, qui ab accusando repelluntur, n. 32.

Infamis infamia iuris potest à testificando repelli iudicis officio, etiam parte non opponente, n. 34.

Infamis infamia ipso iure incursa repellitur à testimonio, etiam non expectata sententia ac declaratione, quod sit infamis, secus in infame ea infamia, quæ non ipso iure contrahitur, quia tunc non repellitur, donec fuit secuta condemnatio, & declaratio, n. 35. & seq.

Pœna etiam quod imposita sit ipso iure, requiritur tamen iudicis declaratio, n. 36.

Infames nec etiam cum tortura ad testificandum admittuntur, n. 37. seqq siue infamia sit iuris, siue facti. n. 40.

Tortura purgat inhabilitatem testis in ciuilibus, non autem in criminalibus, n. 38.

Infamia testis potest probari etiam post illius mortem ad effectum, vt illi tollatur fides, n. 41.

Infames testes nec etiam in testamentis admittuntur, si infamia sit iuris, n. 42. & seq.

Testes qui esse non possunt in iudicio, nec etiam esse possunt in testamentis, n. 42.

Infamis nec etiam contra infamem admittitur ad testificandum, n. 44. & 46. licet aliqui contrarium dixerint, n. 45.

Infamis depositio non suppletur ex fide alterius contestis fide digni, nu. 48. fallit, si cum dicto istius infamis concurrerent duo alij testes, n. 49.

Infames admittuntur in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, num. 50. & seqq. contra, n. 54. retenta prima opinione, declara illam, non quoad plenam probationem, sed tantum quoad indicium, n. 55. declara secundo, vt non, nisi cum tortura, num. 56. seq. declara tertio, quando sumus in facto, in quo & actu & habitu alij testes haberi non possunt, secus si actu tantum, & non habitu, n. 58. & 59. vbi etiam, quod ista qualitas, veritatem aliter haberi non posse, est articulanda & probanda.

Lusores & barratary admittuntur ad probandum, quod quis pecuniam in ludo vicerit cum falsis taxillis, n. 51.

Facta in prostibulo probantur per lenones, meretrices, & concubinarios, n. 52.

Infames admittuntur in probatione delictorum de nocte commissorum, n.53.

Infames nunquam admittuntur, etiam in casu alias admissi, nisi cum tortura, n.56.& 57.

Infames etsi examinari non debuissent, examinati tamen faciunt qualequale indicium, aut præsumptionem, n.61. sed an hoc indicium vel præsumptio sufficiat ad inquirendum, vel ad torquendum, n.62.& seqq.

Infames admittuntur ad testificandum in criminibus exceptis, puta hæresis, læsæ maiestatis, simoniæ, & aliis enumeratis, numer.70.

Infames etsi in exceptis criminibus ad testificandum admittantur, non sunt tamen integræ fidei, & omni exceptione maiores, n.71.

Infames & inhabiles testes admittuntur ad probandum crimina excepta, sed non admittuntur ad probandum adminicula dictorum criminum, quod quando verum sit, n.72.seqq.

Restitutus ab infamia, non prohibetur testimonium ferre, nu.79. dummodo restitutio sit facta ab habente potestatem restituendi, n.81.& seqq. vbi ponuntur personæ habentes talem potestatem.

Infamis potest dispensari à Principe ad ferendum testimonium, n.80.

Infamia occulta non repellit testem à testificando, ideo necesse est non solum, quod testis sit infamis, sed etiam, quod habeatur pro infame, n.86. bene verum est, quod probata infamia præsumuntur, etiam quod reputetur infamis, nisi contrarium probetur, n.87.

Infames non admittuntur in testes, etiam coram iudice, vel arbitro habente potestatem iudicandi ex æquitate, & sola facti veritate inspecta, n.88.

Infames an admittantur in testes in Euangelica denuntiatione, n.89.

Infamis testis an admittatur de facto proprio deponendo, nu.90. seqq.

Infames de consensu partium ad testificandum admittuntur, numer.92.

Infamis post condemnationem infamiæ in testem admittitur, si à tali condemnatione appellauit, n.93.

Infamia superueniens non tollit præcedentem depositionem, quia ad hoc, vt propter infamiam testis repellatur, ea debent esse tempore depositionis, & non post, n.46. sed quid si superueniat post iuramentum, & ante depositionem, n.95.

Infames testes recipiuntur in instrumentis, n.96.

Infamia testis debet probari per allegantem in specie, etiam probando causam infamiæ, n.97.

Infami testi dicenti in interrogatoriis partis se infamem, non creditur in præiudicium producentis, n.98. contra, n.99.

QVÆSTIO LVI. ARTICVLVS I.

26 REGVLA proponitur † negatiua, quod scilicet infamis infamia iuris nõ admittitur ad testimonium ferendum, tam in criminalibus, quam in ciuilibus, & de hoc sunt plura iura, tam canonica, quam ciuilia, *in c. nulli, 3.quæst.4. in c.constituimus.3.q.5. in c.qui crimen 6.q.1. in c testes. 2.q.7. in c.licet ex quadam. & in c testimonium. vbi late scribentes, & præsertim Abb. num.6. vers. prima, s. Fel. num.10. Henric. Boyc. nu.19. ver aut de infami infamia ciuili, Imol. nu.6. ver. nam infamia iuris. Bald. nu.5. extr. de testib. in c præterea. & ibi etiam gloss. & Dd. de testib. cog. & in l.3. §. lege Iulia. in fin. ibi, alij vero propter notam & infamiam vitæ suæ admittendi non sunt ad testimonij fidem. & ibi gloss. in verbo, palam. ff. de testib. item gloss. in l.1. quæ incipit, cunctos populos. in verbo, diuina. & ibi Bart. n.12. Bald. n.5 Ia. n.46. in 2. lect. & n.65. in 1. lect. Salyc. num.18. C. de summa Trinit. & fide cathol. idem Bart. in l. Cuncios colum. 2. vers. si infamia iuris ff. de Senator. Specul. in tit. de teste, §.1. num.28 ver. item excipitur, quod est infamis. Socin. reg.415. in princip. Nepos de Monte Alban. in tract. de testib. numer.24. Alber. de Malet in tract. de testib. part.1. cap.3. sub numer.2. ver. secundo con. ludite. Campeg. de testib. reg.29. in princ. Iacob. Butr. de testib. in princip. num.6. ver. octauo, quia infamis, & numer.17.27.& 35. Iacob. Ægid. de testibus, & eorum reprobat. in princip. nu.1. ad fin. ver. reprobantur testes. Feder. Scheneck. de testibus, numer.16. Nell. de testibus, num.19. Barbat. de testibus, part.2. num.17. Aufrer. de reprobat test. numer.23.24.31.& 54. ver. infamis infamia iuris. Lanfranc de testib. num.74 post medium, ver. hu sic declaratis. Crot. de testibus, num.56. Io. Bapt. Villalob. in suis commun. opin. lit.I. num.29. vbi de * communi.* Gig. de crim. læsæ maiest. lib.2. tit. quom & per quos crim. læsæ maiest. prob. quæst.3. num.1. Anton. Gomez. var. resolut. tom 3. c.12. rubr. de probat. delict. numer.15 vers. sexto repellitur infamis, vbi etiam testatur de communi opin. Roland. consil.3. num.22. seqq. vol.3. Clar. in pract. §. fin. q.24. ver. item infamis. vbi, quod hoc sine controuersia admittunt * omnes, ex Corrad. quem allegat in * pract. rubr. de testib. verb. infamis. n.12. fol.77. Iacob. Port. Imolen præceptor meus in cons.94. n.28. Monticell. in suo repertorio, verb. infamis. ver.2. fol. mihi 39. vbi alios plures allegat, Mascard. de probat. lib.3. concl.1356. n.2.*

Prima ratio propositæ regulæ ea est, quia † fundamentum testimonij est fides, *c. forus, de verb. sign.* sed infamis caret fide, cum eius status sit diminutus, & maculatus iuris dispositione, *vt probaui supr. n.1. in prin quæst.* merito ergo ad testimonium non admittitur, *prout hanc in terminis rationem considerarunt Abb. in d. cap. testimonium, sub n.6.& Felyn. n.10. extr. de testib.* 27

Secunda est ratio, quia † ferre testimonium est honor, *c. forus. in fin. extr. de verb. signif.* item est dignitas, *c. præceptum. ibi, generosa dignitatis testimonium. 32.q.5.* Sed ea, in quibus † dignitas versatur, omnino infamibus interdicta sunt *l.1. C. de infam. lib.10. l. famosi. & l. penult. C. de dignit. lib.12.* Ergo etiam videtur interdictum munus testificandi. *prout in specie hanc eandem rationem deduxerunt Spec. in tit. de teste, §.1. num.29. Alber. de Malet. de testib. part.1.c.3. num.18. Bald. in l.2. num.3. ff. de Senator. Luc. de Penn. l.1. numer.4. C. de infam eod. lib.10. Nep. de Monte Alba. de testib. numer.28. Henric Boyc. in c. testimonium, nu.16. in fin. ver. ratio, quia, extr. de testib Bald. ibid. n.8. ver. & est ratio. Corrad. in practic. de offic. pretor. in caus. ciuil. rubr. de testib. in parte, personas testium aggrediendo, nu.20. ad fin. & vers. & facit, fol. mihi 81. col.2. Lanfran. de testib. n.102. Mascard. de prob. lib.1. q.5 n.15. 16.& 18. Hector Æmil. in tract. de testib. in præludiis, in verb. testu locus generalis. n.16. fol 11. part.1.* 28

Tertia est ratio, quia † ferre testimonium computatur inter actus legitimos, *l penult. ibi, omne testimonium, & alias legitimas cõuersationes. C. de hæret. & Manich.* Sed † actº legitimi infamibus sunt interdicti, *c. licet ex quadam. extr. de testib.* Ergo etiam est interdictus actus testificandi. In specie sic consideratunt etiam Nep. de Monte Alb. *de testib. nu.31.& 41. Nell. de testib. post num.19. Lanfr. de testib. n.74. post med. ver. his sic declaratis.* 29

Quarta & vltima est ratio, quia † facilius repellitur quis ab accusando, quam à testificando, *c. de cætero. extr. de testib.* Sed † infamis infamia iuris repellitur ab accusando, *l. qui accusare. ff. de accusat. c.1. ibi nota per Dd. extr. eod. & est * communis, vt per Viu. in suis com. opin. verb. accusare non * potest. & alibi dixit, tit. de accusat. q.12. n.17. seqq.* ergo fortius repellitur à testificando, *sic nempe in proposito argumentatur Crot. de testib. part.3 n.39. ver. ista conclusio probatur.* 30 31 32 33

AMPLIA I. propositam regulam, vt † etiam parte non opponente iudex ex officio possit repellere testes infames. Sic enim per text. *in l. quos prohibet. ff. de postulan. post Bal. & Innoc. in locis per eum allegatis, affirmauit Crot. in tract. de testib part.3. nu.40.* & ibi Petr. Moncad. *in addit. lit. I. in verb. ex officio.* vbi alios adducit concordantes, etiam hoc procedere declarat in infame infamia iuris, qui omnino repellitur à testificando, & est inhabilis, *Campeg. de testib. reg.30. ver secundo habet locũ. Mascar. de prob. lib.3. concl.1356. n.11.& 12.* vbi etiam generaliter dixit, ꝙ potest iudex ex officio inquirere de conditione testis, & si illũ inhabilem inuenerit, repellere, *secundum Bald. in l.1. §. ji cura-* 34

curatores, ff. de magistra. conuenien. cum aliis relatis per Franc. Curt. Papien. in suo tract. de testib. conclus.23. n.46. dicam latius infr. q.62. n.190. vbi de teste inhabili generaliter pertractabo, & faciunt, quæ in specie de criminoso dicam *hac eadem quæst. art.3. n.145.*

35 AMPLIA II. quia tu scis, † & dixi *supr. in præludiis, nu.5. in 2. concl.* quod infamia iuris aliquando incurritur ipso iure, aliquando autem per sententiam, vnde infamia contracta ipso iure repellit testem statim, etiam non expectata sententia, licet secus in infamia, quæ non ipso iure contrahitur, quæ, donec sequatur condemnatio testem à testificando non repellit, *vt ex allegatis*
36 *per Tiraq. de reuocan. donat. in verb. reuertatur, nu.385.* Et † licet etiam in pœnis ipso iure impositis requiratur iudicis declaratio super facto, ex quo quid ipso iure incurritur, ad text. *in l. eius, qui delatorem, vbi Bartol. & Cardin. Alban. ad Bart. n.1 ff. de iure fisci, & in c. cum secundum, §. cõfiscationis, vbi* * *Ioan Andr. & alij, de hæret. in 6. & est communis, * vt apparet ex allegatis per Tiraq. d. verbo, reuertatur, nu.400. Decian. cons.11. nu.19. lib.2. Menoch. de arbitr. quæst. casu 220. nu.6. seqq. Oscasc. cons 64. nu.11.* Et ob id videatur, ꝙ nec etiam ante declarationem sit infamis repellendus à testimonio, ex quo tamen secuta declaratoria retrotrahitur, etiam ad actus antea gestos, ideo potest etiã ante dictã declaratoriam, constito iudici de facto irroganꝛe infamiam ipso iure, idem iudex eum à testificando repellere, *per prælegata.*

37 AMPLIA III. vt † tortura nec etiam purget infamiam, & ideo vbi testes ob infamiam veniunt repellendi à testimonio, nec etiam admittuntur cum tortura, *vt per Barb. in tract. de testib. ad c. testimonium, extr. eod. part.2. nu.15. ver. & ideo Bart. & c. & num.21. vers. secunda opposition, vbi reprobat gloss contrarium tenentem in §. si vero, in auth. de trien. & semiss. Addo Ceph cons.224. n.19.* vbi generaliter
38 dixit Aym. *quem allegat in cons.6. num.16.* quod † tortura purgat inhabilitatem testis in ciuilibus, non in criminа-
39 libus. Sed † ego nunquam vidi in ciuilibus datam testibus torturam ad effectum purgandi eorum infamiam.
40 Et † propterea hanc ampliationem crederem procedere etiam in infamibus infamia facti, qui etsi in ciuilibus non repellantur, bene tamen repelluntur in criminalibus, vnde nec etiam eo casu tortura purgabit infamiam per prælegata, quicquid in contrarium dixerit Felyn. *in cons.36. num.9. quem in proposito refert Montic. in repertorio test. verbo, infamis, fol.40. col.2. ver.5.* nam pro responsione aduertatur, quod Bald. & alij allegati per Fel. & Montic. eo loci, non dicunt, quod infames probent cum tormentis, sed quod in casu, in quo ad testificandum admittuntur à iure, prout est in subsidium, & quando veritas aliter haberi non potest, *de quo dicam infr. in 1. seq. limitat.* tunc, inquam, non admittuntur sine tormentis. Ergo, quod cum tormentis generaliter admittantur, & consequentia est falsa, vt de se patet, *vide infr. q.62. n.377. & seq.*

41 AMPLIA IV. vt † etiam post mortem testis possit probari illius infamia, ad effectum tollendi illi fidem, *secundum Spec. in tit. de teste, §.1. nu.29. vers. sed nunquid post mortem. quem referendo secuti sunt Alber. de Malet part.1. c.3. nu.32. Corrad. in pract. §.2. de offic. prætor. in caus. ciuil. rubr. de testibus. in parte. personas testium aggrediendo. verbo, infamis. n.15. in fin. vers. & ad prædicta. fol 79.*

42 AMPLIA V. in testamentis, † valet enim in materia testium argumentum de iudiciis ad testamenta, ita quod is, qui in iudicio testificari non potest, nec vtique id potest in testamentis, vt in terminis arguit Iurisconsul. *in l. qui testamento. l. eum qui. ff. de testament.* dum dicit, *eum, qui lege Iulia repetundarum damnatus est, ad testamentum adhiberi non posse existimo, quoniam in iudicio testu esse vetatur.*

43 *Crot. de testib. part.1. n.3.* Et nota, † quod text. ille loquitur in damnato repetundarum, & sic in publico infame, quia sententia facit rem publicam & notoriam, at secus est in occulto, *secundum Felin post alios quos allegat in c. testimonium. nu.16. extr. de testib. gl. in l. cum lege, in gl. fin. in fin. ff. de testam. quam sequuntur * communiter scribentes, vt attestatur Alex. in l.1. n.11. C. de testam. refert & sequitur Clar. in §. testamentum. quæst.55. vers. fin. Viui. qui alios refert, & ita ducit omnes tenere in d. l. cum lege. in suis commun. opin. in materia testium, verb. Infamis potest esse testis.* licet Ang. & Salyc *ibi per eum relatis*, contrarium dixerint, vide, quæ de criminoso dicam *infr. n.146.* & quæ generaliter dixi de testibus inhabilibus, etiam *infr. q.62 n.124. seqq.* *

AMPLIA VI. vt † infamis nec etiam admittatur 44
ad testificandum contra infamem, *vt per Felin. post gl. in c. testimonium nu.37. extra, de testib. & in c. licet causam. post num.7. de probat. & dicit Felin. in d. c. testimonium. quod illa gl. ibi approbatur per * omnes, Nell de testib. nu.16. in fin. Barbat. de * testib. part.1. n.49. seqq. vbi etiam refert aliorum opiniones. & bene loquitur in materia Alber. de Malet. de testib. c.3. n.7. seqq. vbi etiam respondet contrariis, & bene fundat hanc ampliationem, Lanfranc. de testib. in repet. c. quoniam contra. in verbo, testium depositiones. n.74. post med. ver. & non potest esse testis. extra, de probat. vbi dicit, quod Bartol. & communiter * Dd. ita te- * nent in l. cum mulier. ff. solut. matrim. Io. Sicar. in addit. ad Villalob. in sua collecta comm. opin. liter. I. post num.31. vbi etiam de communi, de qua per Viu. in suis commun. opin. verb. testis esse non potest periurus, vel infamis.*

Et † licet contrarium voluerit alia gloss. *in l.3. §. lege* 45
Iulia. in verb. palam. ff. de testib. & post gloss. relati per Barbat vbi supr. n.50. Spec. in tit. de teste, §.1. n.28. ver. nisi accusatus sit male fame, & c. Campeg. de testib. reg.29. in 4. fallen. Soc. reg.415. in 2. fallen. Corrad. in pract. §.2. ff. de offic. prætor. in caus. ciuil. rubr. de testib. §. personas testium aggrediendo. verb. infamis. nu.13. in fin. vers. quarto, quando infamis, fol.78 col.2. Ferrans Gargiar. inter cons. crim. diuers. cons.124. n.25. lib.1. in fol. Menoch. de arbitr. quæst. lib.1. q.27. Mascard. de probat. lib.1. concl.462. n.15. & lib.2. concl.857. n.4. & lib.3. concl.1356. n.56.& 72.

Non † per hoc tamen recedas à proposita ampli- 46
atione, quæ non solum communis * est, vt testantur Dd. * præcitati, verum etiam & verior, *vt ex rationibus deductis per Barbat. & Alber. de Malet. vbi supr. allegatos*, & faciunt in simili, quæ de teste criminoso dixi *infr. hac eadem quæst. in 3. artic. n.159.* & de periuro contra periurum, *n.190.* & de excommunicato contra excommunicatum, *nu.217.*

Et † vide in proposito præceptorem meum Iacob. Port. 47
Imolen. *in cons.94. n.18. seq & cons.96. n.31.* vbi videtur tenere, infamem admitti ad testificandum contra eum, cui amicus erat, & cum quo assidue versabatur, *ex rationibus ibi per eum allegatis.*

AMPLIA VII. vt † licet fides infamis infamia facti 48
in casu, in quo admittitur, & non est omni exceptione maior, suppletur per alium contestem, qui sit valde habilis & dignus, *vt dixi infr. in 2. art. in 1. sublimit. 6. limitat. principal. nu.113.* non tamen sic sit in infami infamia iuris, qui cum omnino repellatur à testimonio, ac etiam omnino sit inhabilis, iccirco non potest ex alterius fide suppleri, per regulam, quod id, quod nihil est, supplementum non recipit, *l sed si manente. ff. de precario.* Dicam latius infra in materia testis inhabilis, *q.62. nu 341.* & in terminis de infame, *declarat Franc. Curt. de testib. post nu.1. & post nu.2. & n.6. in fin. vers. aut est infamis infamia iuris. nec dissentit Crot. de testib. part.3. nu.37. & ibi in addi... per Moncad. lit. G. in verb. suppleri. dixi infr. de criminoso, nu.163. & latius Tiraq. de pœnu temperan. causa §1. n.124. Diaz. reg.752 in 1. limit. Mascard. de prob. lib.3. concl.1356. nu.7.& 8.*

LIMITA hanc † septimam ampliationem, vt pro- 49
cedat, prout loquitur, videlicet, quando cum depositione infamis infamia iuris adest alius testis valde dignus, nam tunc vnus non supplet alterum: secus si adsint duo alij testes, quia tunc illi duo plene probant, nec vtile per inutile vitiatur, sicuti per alios, quos allegant in specie, affirmarunt Campeg. *de testib. reg.29 in 9 fallen.*

Franc. Curt. de testib. regul. 3. & 4. vbi loquitur in materia, *Auffer. de reprob. test. nu. 54. & Moncad. in addit. ad Crot. de test. part. 3. d. num. 37. lit. G. in eod. verb. suppleri. ver. & dixit Fulgos.*

50 LIMITA I. propositam † regulam, & principaliter, vt non procedat in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, quam per infames, quia tunc eos admitti in subsidium, aperte voluit Bart. *in l. cunctos populos. num. 12. vers. nisi forte in subsidium. Iaſ. num. 48. vers. item nota. & num. 49. in 2. lectura, & in 1. lectura, num. 67. C. de summa Trinit. & fide cathol. Abb. in c. testimonium. n. 6. vers. admittuntur tales infamati. & ibi etiam Fel. post num. 12. vers. nisi in subsidium. Imol. n. 6. vers. intellige, nisi in subsidium. extr. de testib. Corn. conſ. 42. nu. 1. vol. 1. Campeg. de testib. reg. 29. in 1 fallen. Alber. de Malet. de testib. c. 3. n. 3. in fin. Lanfranc. de testib. n. 74. post med. vers. hac limitatio est vera. Crot. de testib. part. 3. nu. 45. Socin. reg. 45. in 4. fallen. Blanch. de indic. nu. 355. vers. in infame, quod admittatur. Ioan. Sicar. in addit. ad Villalob. in sua collecta comm. opin. lit. I. post n. 31. vers. limita, vt ibid. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. rubr. de testib. in parte, personas testium aggredien-do. verbo, infamis, nu. 3. in fin. ver. primus est casus. fol. 78. col. 2. Clar. in pract. §. fin. q. 24. ver. item infamis. vbi quod ita conclu-* dunt * omnes, prout dicit Aret. in c. 1. nu. 40. de accuſ. Menoch. de arbit. q. caſt. lib. 1. q. 27. n. 7. Maſcard. de prob. lib. 3. concl. 1356. nu. 52.* faciunt, quæ in simili de infame infamia facti dicam *infr. art. 2. n. 120. & de teste criminoso, in fin. n. 161.* & de teste inhabili generaliter dixi *infr. q. 62. n. 50. seqq.*

51 Hinc † dixit Salyc. *in l. ea quidem. n. 113. ad fin. C. de accuſ.* quod ad probandum famam, quod quis sit baratterius, & quod vicecum falsis taxillis, admittuntur similes lusores, ac baratterij, cum tales personæ se inuicem cognoscant, & inimul conuersentur, sequitur Corset.

52 *in suis singularib. verbo, mors. numer. 3.* Et † dixit Plot. *in l. si quando. C. vnde vi. §. 4. nu. 27.* quod licet lenones, meretrices, concubinarij, & infames, non sint regulariter testes idonei, tamen quando agitur de actu facto in prostibulo, quod scire non potest verisimiliter, nisi per eos, ex quo communiter aliæ honestæ personæ in eo non versantur, tunc ad probandum delictum, vel dolum malum, eo loci commissum, prædicti infames admittun-

53 tur. Et secundum † communem * theoricam, de qua * testatur Rolan. *in conſ. 3. n. 5.* infames admittuntur in delictis nocturnis, in quibus alij testes haberi non possunt.

54 Sublimitando I. hanc primam † limitationem, aduerte, quod contra eum insurgentes reperio, Iaſ. *in d. l. cunctos populos, in 2. lect. n. 46. vers. nunquid sit vera. C. de summa Trinit & fide cathol & Barbat. in tract. de testib. in repet. c. testimonium. extr. de testib. part. 2. nu. 15.* aperte demonstrantes, quod iura allegata per Bart. qui originaliter videtur ponere prædictam limitationē, minime illam probant.

55 Ideo † pro concordia inquiunt ipsi, & bene, iudicio meo, etiam in casu, in quo infames admittuntur in subsidium, aduerte, quod non plene probabunt, nec tanquam integræ fidei facient legitimam probationem, sed tantummodo indicium, & vbi alias alij testes plene probarent, illi non, nisi ad torturam, indicium producent. Sic nempe idem Iaſ. declarat *ibid nu. 46. in fin. vers. ideo illud, quod dicit Bart. iuncto n. 51. Barbat. etiam ibid. d. n. 15. in fin. & n. 16. in prin. & ante istos hoc idem voluerunt Salyc. in d. l. cunctos populos. n. 18. ad fin. & Fel. in c. testimonium. n. 12. & ibi etiam Abb. n. 6. vers. admittuntur tales infamati. in illis verbis, vt iudex ex eis eligat aliquam præsumptionem. extr. de testib.* Imo Dd. præfati loquuntur in infame infamia facti, de quo etiam dicam *infr. art. 2. nu. 121.* qui non sic in totum repellitur, sicut infamis infamia iuris: ergo multo magis in infame iuris infamia, ad quod etiam optime facit generalis illa conclusio, de qua dicam *infr. q. 62. num. 73.* quod scilicet testes alias inhabiles admissi in subsidium, & in casibus à iure exceptis, tanquam non integræ fidei, & omni exceptione maiores, tantum faciunt præsumptionem, non autem plenam probationem. Sed de hoc particulari, an ex hoc indicio possit quis inquiri, aut torqueri, vide *infr. n. 61. seqq.*

Sublimita II. vt † nec etiam in subsidium, aut vbi a- 56
lias veritas haberi non potest, infames admittuntur ad testificandum, nisi cum tortura, text. videtur clarus *in l. ob carmen. §. si ea rei conditio. ff. de testib.* dum dicitur ibi: *Si ea rei conditio sit, vbi arenarium testem, vel similem personam admittere cogamur, sine tormentis, testimonio eius credendum non est.* Et per istum text. sic in specie propositam sublimitationem firmarunt *gl. in l. 3. §. lege Iulia. in verbo, palam. ad fin. vers. & cum tormentis. ff. de testib. vbi allegat alium text. in auth. de testib. §. si vero. collat. 6. idem Bart. in d. l. cunctos populos. nu. 12. vers. & tunc cum tormentis. & ibi etiam Bald. nu. 5. in fin. vers. & cum tormentis. Salyc. n. 18. vers. & cum tormentis. Alber. n. 34. vers. adeo quod. Iaſ. in 2. lectur. n. 46. & in 1. lectur. nu. 67. C. de summa Trinit. & fide cathol. in c. testimonium. nu 6. ver. & tunc demum cum tormentis. extr. de testib. Campeg. de testib. reg. 29. in 1. & vlt. fallen. Alber. de Malet. de testib. c. 3. n. 4. & n. 15. ad med. Crot. de testib. nu. 45. vers. sed cum tormentis. Socin. reg. 415. in 4. fallent. Marsil. in pract. §. diligenter. n. 83. Corn. conſ. 42. nu. 2. lib. 1. Carrer. in pract. crim. in materia inditiorum, & torturæ, §. vltimo, an testis. nu. 26. iuncto num. 28.* vbi declarat, nisi deponant contra valde diffamatum, quia tunc contra eum admittuntur testes viles & infames, etiam sine tortura, quod tamen pro nunc firmo, *Paris. consil. 2. num. 83. lib. 4. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in cauſ. ciuil. rubric. de testib. in parte, personas testium aggrediendo. verbo, infamis. num. 13. in fin. versicul. primus est casus. fol. 78. colum. 2. Boſſ. in tit. de tortur. testium, numer. 3. ver. sic etiam Dd. Claram practic. §. fin. quæſt. 24. versic. item infamis. vbi, quod ita conclu-* dunt * omnes, prout dicit Aret. in cap. 1. num. 40. de accuſat. Hip- * pol. Rimin. conſil. 360. num. 4. lib. 4. Maſcard. de probat. lib. 3. concluſ. 1356. num. 52. & 70.* Etsi, vt dicam *infr. in 2. artic. numer. 125.* hoc procedit in infamibus infamia facti, qui in criminalibus, nec etiam in exceptis admittuntur sine tormentis, multo magis debet procedere in infamibus infamia iuris, quorum fides est deterior. ¶ Ad quæ vide etiam, quæ dixi *infr. in quæſt. 79. num. 23* in materia torturæ testium.

AMPLIA hanc † sublimitationem, vt procedat 57
non solum, quando testes infames admittuntur in subsidium, & vbi veritas aliter haberi non potest, prout punctualiter loquuntur præcitati Dd. sed etiam generaliter in omni casu excepto, & permisso à iure, vt admittantur, videlicet in crimine hæresis, læsæ maiestatis, & aliis, de quibus infra dicam in sequentibus limitationibus. Nunquam enim, nec in iis casibus, infames admittuntur sine tormentis, prout generaliter locuti sunt Spec. *in tit. de teſte, §. 1. num. 8. ver. sed non sine tormentis. Feder. Schenck. de testib. num. 16. Nouell. de testib. num. 19. Alexan. conſil. 11 num. 3. lib. 1. Grammat. conſ. 70. num. 10. ver. attamen ego dico. Marsil. in pract. §. diligenter. num. 62. Plot. de in lit. iurand. §. 4. nu. 29. Gigas de crim. læſæ maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læſæ maiest. probe. q. 3. n. 4. & q. 11. n. 9. Boſſ. in tit. de tortur. testium, numer. 3. ver. in contrarium tamen, vbi de * communi,* * *Menoch. de arbitr. q. lib. 1. q. 27. n. 7. Bertaz. conſ. 451. n. 10. lib. 2. vbi testatur, se ita alias practicasse. Oſaſc. deciſ. Pedem. 79. nu. 57. Rolan. conſ. 16. n. 17. lib. 2. & conſ. 3. n. 3. n. 52. vol. 3 Brunor. à Sole in suo conſil. crim. n. 114. Maſcar. de probat. lib. 1. concluſ. 462. n. 28. ſeq. & lib. 2. concluſ 857. n. 23. & concl. 894. n. 15. & lib. 3. concl. 1358. n. 57. ſeqq. Hieron. Laurent. deciſ. Auenionen. 98. n. 1. Ludou. Peguer. deciſ. crim. 27. nu. 3. ante fin. ver. & ideo quando, faciunt quæ de teſte criminoſo dixi infr. num. 162.* Et certe hæc sublimitatio, sicut supra ampliata, non solùm est communiter * recepta, sed etiam non inueni illi contradi- *
ctores, & vide *infr. q. 62. n. 379. ſeq.*

Et aduerte, *vt supr. numer. 54. & 55. admonui*, quod isto casu tortura non purgat infamiam ad effectum plenæ probationis, sed tantum quoad indicium.

• SVB-

58 SVBLIMITA III. eandem † primam limitationem, vt procedat, quando sumus in actu, in quo veritas aliter haberi non potest, non solum, quia alii testes non interuenerunt, sed quia ex eius natura, & verisimiliter interuenire non potuerunt, & sic quando actu & habitu testes alii non interuenerunt, prout *supr. n. 51. ſeqq.* posuimus exemplum in gestis in prostibulo, secus si actu tantum, & non habitu, quia tunc nec in subsidium infames recipiuntur, quæ generaliter & in simili dixi de testibus inhabilibus *infr. q. 62. n. 62. & ad ibi tradita me remitto.* Sed in terminis de infame consuluit Rol. *conſil. 3.*

59 *n. 47. ſeqq. vol. 3.* vbi etiam, quod † ista qualitas aliter veritatem haberi non posse, non præsumitur, sed est articulanda, & probanda per eum, qui testes infames pro-

60 ducere vult. Et † multo magis hanc sublimitationem procedere, si idem testis vltra infamiam pateretur alios defectus, ponit idem Roland. *d. conſ. 3. num. 4 ſeqq. & ante eum Paris. conſ. 2. n. 85. lib. 4.*

61 LIMITA II. eandem † propositam regulam, vt si infames iuris infamia, qui examinari non debebant, fuerint examinati, adhuc, etsi non faciant plenam probationem, faciunt tamen qualequale indicium, vel præsumptionem, vt per Brun. *de indic. & tortur. part 1. q. 2. nu. 19.* vbi facit conclusionem generalem, quod testis, qui examinari non debet propter infamiam: examinatus tamen facit non plenum, sed qualequale indicium, *per l. qui vltimo, in fin. ff. de pœn. & idem dixit Blan. de indic ad l. fin. ff. de qq. n. 352. in fi. ver vnde si infames, Barbat. de teſtib. ad c. teſtimonium, part. 2. nu. 17. extr. eod. Gigas de crim. læſæ mateſt. lib. 2. tit. quomod. & per quos crim. læſæ maieſt. probe. q. 3. num. 6. Anton. Gomez. var. reſolut. tomo 3. cap. rubr. de probat. delict. post num. 20. verſ. ſi vero repellitur propter infamiam.* faciunt, quæ in simili de infamia facti dixi *infr. in 2. art. nu. 122.* & quæ generaliter de teste inhabili dixi etiam *infr. q. 62. n. 261. ſeqq. iuncto num. 282.*

62 AMPLIA hanc secundam limitationem, vt † ex hoc qualiquali indicio, vel præsumptione resultante ex dicto infamium, possit iudex non solum inquirere, *vt per Bald. in l. cunctos populos, num. 5. in fin. ibi, ſecus quantum ad inſtructionem & informationem, & fundandam inquiſitionem ſuper tali delicto. C. de ſumma Trinitat. & fide cathol. quem ſequuti ſunt Brun. de indic. part. 1. quæſt. 2. numer. 19. Blanch. etiam de indic. ad l. fin. ff. de quæſt. num. 352. in fin. Barbat. in tract. de teſtib. ad cap. teſtimonium, extr. eodem, part. 2. poſt numer. 16. verſicul. & ideo Bald. &c. Alber. de Malet. de teſtib part. 1. cap. 3. numer. 17. Marſil. ſingul. 457.* iunctis aliis, quos de teste inhabili generaliter loquentes, allegaui *supr. q. 37. n. 26. & infr. q. 62. nu. 267.* & de infame infamia facti dixi *infr. in 2. art. n. 123.*

63 Verum etiam, & † ad torturam deuenire, *vt per Auſrer. de reprob. teſt. num. 54. ad finem, verſic. infamis infamia iuris, vel facti, Alber. de Malet. de teſtib. part. 1. cap. 3. num. 13. Lanfranc. de teſtib. ad c. quoniam contra, in verbo, teſtium depoſitiones, num. 74. in fin. verſicul. limita omnia prædicta. extra, de probat. Marſil. ſingul. 457. & 476.* vbi hoc videtur declarare, vt procedat in indiciis remotis, de quo dixi supra generaliter, *titul. de indic. & tortur. quæſt 37. nu. 20. ſeqq. vbi & alios plures in idem retuli, Grammat. voto 25. numer. 1. & deciſ. 11. num. 9 & deciſ. 34. num. 51. & conſil. 11. nu. 5. & conſil. 70. numer. 10. Mandoſ. ad Roman. in conſil. 451. numer. 8. litera F, Bertazzol. conſil. 474. num. 2. ſeqq. & conſ. 341. num. 10.* iunctis aliis, quos in infame infamia facti retuli *infr. in 2. art. num. 63.*

64 Contrarium † in vtraque parte huius ampliationis, & primo quoad torturam, quod ex infamium dicto nō oriatur sufficiens indicium, allegari possunt omnes Dd. supr. per nos relati generaliter *in tit. de indic. & tortur. quæſt. 37. num. 18. ſeq. & in ſpecie de infamibus illis, addo Guid. de Suzzar. de indic. & tortura, num. 91. Abb. & Marſil. in locis* relatis per eundem *Bertazzol. in conſil. 451. numer. 9. lib. 2.* Et quidem satis irrationabile videtur ex infamium fide ad hominis detenire torturam, quæ solet quandoque innocentes ad confitendum adducere, & est grauissimi præiudicii, vt omnes norunt. Præterea si infamium depositio aliud non facit, nisi quod producit qualequale indicium, *prout loquuntur Dd. allegati ſupra, numer. 61.* Quomodo potest dici, quod ex ea possit deuenire ad torturam? Ad quam, *vt etiam dixi ſupra, quæſt. 37. numer. 3. ſeqq.* indicia non debent esse qualiaqualia, sed grauia, certa, concludentia, & vrgentia. Certe non

65 video, quomodo † hoc possit stare, sicut etiam nec credo, quod sufficiat ad inquirendum, cum, *vt vidimus in 1. libro, tit. de inquiſitione, quæſt. 41. num. 14. verſicul. quinta fuit opinio, iuncto numer. 48.* ad inquirendum indicia, debent pariter præcedere non qualiaqualia, aut leuia, sed grauia & vrgentia, cum etiam de graui tunc agatur præiudicio.

66 Quare † distinguendo secundum veritatem in proposita ampliatione, vltra ea, quæ generaliter de testibus inhabilibus, *in ſeq. tit. de opposit. contra teſt. quæſt. 62. numer. 267. ſeqq.* dico sic, si agamus de inquisitione generali, hoc est, vt iudex ex dicto alicuius infimis possit inquirere de veritate eius, quod deponit, & sic, quod tale dictum aperiat iudici viam se informandi, instruendi, & inquirendi veritatem, & tunc bene procedat dictum Baldi, *in d. l. cunctos populos. & ſequacium relatorum ſupra, num. 62* quod scilicet infamium depositio sufficiat ad inquirendum. Et ita in effectu colligitur fuisse de mente eiusdem Baldi, eo loci, per illa verba, *ad inſtructionem, & informationem, &c.* & dixi *infra, quæſt. 62. d. numer. 267.*

67 Si vero agimus de torturainferenda, vel † etiam de formando inquisitionem specialem contra inculpatum ab infame ad effectum, vt eo contumace, & non comparente possit ad illius condemnationem deueniri, prout hodie practicatur, & dixi *ſupr. in 1. lib. titul. de inquiſition. quæſt. 11.* & tunc iterum distinguo, quod si isti testes infames sunt examinati, cum examinari non debuissent: Non video, *vt ſupra admonui*, quomodo ex eorum dicto possit deueniri ad tam graue præiudicium torquendi, vel formandæ, & transmittendę inquisitionis specialis, cum ex eo non oriatur, nisi qualequale indicium? Et quod ex hoc qualiquali indicio possit quis torqueri, vel specialiter inquiri, absurdissimum est, & contra omnium * mentem, & in terminis sic reperio * declarantem Blanch. *de indic. d. num. 353. in fin.* vbi *post Salycet. Oldrad. Bald. Fulgoſ. & Iaſ. in locis per eum relatis*, dicit, quod id, quod dicunt Dd. oriri indicium ex infamium examine, intelligi debet, si examinatio fiat in subsidium, (de quo etiam & mox dicam,) & sic in casu à iure permisso, secus si in casu, in quo examinari non debebant.

68 Si autem † infames examinantur in casibus exceptis, puta hæreſis, læsæ maiestatis, & aliis, de quibus dicam *infra in ſequenti limitatione*, vel in subsidium, & vbi veritas aliter haberi non potest, *prout dixi ſupr. in 1. limitatione, num. 50.* Et tunc si testes infames plures sunt, deponantque de delicto immediate, & de visu, vbi alias si infames non essent, reum conuincerent, & plene probarent, faciunt isto casu tantummodo contra præsentem indicium ad torturam, & contra absentem indicium ad formandum, & transmittendum ad inquisitionem, secus si non plures sunt, sed vnicus tantum, sic declarantem nempe quoad inquisitionem reperio Vulpell. *conſil. 39. in fine, quem ſequutus est Maſcard. de probation. lib. 3. concluſ. 1356 num. 5 & 6.* & quoad torturam, *Lanfranc. de teſtib. num. 74. in fin. iuncto num. 75. Gigas de crimin. læſæ maieſtat. libr. 2. rubric. quomod. & per quos crim. læſæ maieſtat. probe. quæſt. 3. numer. 3.* licet alii contra relati per eum *ibi numer. 5. Grammat. conſil. 1. numer. 5. Alexand.*

*cons.*11.*num.*2.*vers.& ideo,&c.volum.*1. *Osasc.decis.Pedemon.* 79.*nu* 36.*& seq. Brunor.à Sole in suo consil.crimin.num.*114. *Monticell.in suo repertorio test.rubr.de testib.in crim. læsæ maiest.*

69 *fol.mihi* 359.*colum.*2.*versic.*2. Et licet † Bertaz.*in consil.*157. *num.*13. videatur tenere, quod imo nec duo testes faciunt isto casu indicium ad torturam: veritas tamen, & * communis * opinio, vt ex præmissis apparet, est in contrarium, quando vt dixi testes deponant de ipso delicto principali: sed si deposuerint super adminiculis,& remotis, tunc non faciunt indicium, nec aliquid probant, etiam quod sint plures, *vt dicam in sequenti limitatione, num.*72.

70 LIMITA III. Regulam principaliter, † vt non procedat in infrascriptis enormibus,&exceptis delictis, in quibus etiam infames admittuntur. Primo in crimine læsæ maiestatis, *l.nullus,& l.famosi, ff.ad leg. Iul.maiest.* Secundo in crimine hæresis,*l.quoniam,de hæret.cap.vrgentis,& cap.in fidei fauorem, extra eodem.* Tertio in simonia, *cap.licet Ely. extra,de simon.* Quarto in crimine sacrilegii, *cap.hi qui,*16.*quæst.*4. *l.si quenquam,C.de episc.& cler.* Quinto in crimine fraudatæ annonæ. Sexto in causa dilapidationis bonorum Ecclesiæ, *cap.si quis presbyterum, de rebus Eccles non alienan.* Septimo in crimine fraudati census. Octauo in crimine perduellionis, *l.fin.ff.ad leg. Iul. maiest.* Hæc enim inter excepta crimina connumerantur per Specul.*in tit.de accusatore,* §.1.*num.*37. Et in iis casibus infames ad testificandum admitti, (sicut pariter & criminosos admitti dixi *infr.in* 3.*artic.num.*148.*& seqq.* scripserunt gloss.*in l.*3.§.*lege Iulia,in verbo,palam,ff.de testibus,* Felyn.*in cap.licet causam,post num.*7.*de probat.idem Specul. in tit.de teste,*§.1.*num.*28.*vers.nisi in exceptis,las.in leg.cunctos populos, num* 65.*vers.fallit quando,C.de summa Trinitat.in* 1. *lectura,* Campeg.*de testibus,regula* 29.*in* 2.*&* 3. *fallent. Nepos de Monte Albano de testibus,numer.*25. *Nell.de testibus, num.*9. *Barbat.de testibus, parte* 2.*num.*15.*versic. vnde ille textus, Alber.de Malet.de testibus, cap.*3.*num.*4.6.*&* 14. *Lanfranc.de testibus, num.*74.*post medium, versic.item fallit in aliquibus casibus,* Crott.*de testibus, numer.*43. *Socin.regul.*415.*in* 1. *fallent. Conrad in practic.rubric. de testibus, verbo, infamia, numer.*13.*in fine, folio mihi* 78. *Gigas de crimin.læsæ maiest.libr.*2. *rubr.quomod.& per quos crim.læsæ maiestat.prob. quæst.*3.*nu.*2. *Menoch de arbitr.quæst.libr.*1.*quæst.*27.*num.*7. *Mascard.de probat.lib.*3.*concluf.*1356.*num.*50.*& dixi generaliter infra,qu.* 62.*num.*81.*& seqq.*

71 SVBLIMITA I. hanc † tertiam limitationem, vt licet in prædictis casibus testis infamis admittatur, non per hoc tamen sit integræ fidei,& omni exceptione maior,*per ea,quæ in similis de infame infamia facti dixi infra, in* 2. *artic.num.*112. *& de criminoso dixi infra num.*155.*& generaliter de teste inhabili dixi etiam infra quæst.*62.*num.*383. Sed in specie de testibus,sic affirmarunt Alex.*consil.*11.*numer.*2. *versic.tamen non dicuntur integri testes, libr.*1. *Gigas de crimin. læsæ maiestat libr.*2 *rubric.quomodo & per quos crimen læsæ maiestat.prob.quæst.*3 *num.*3. *Mascard.de probat.lib.*2.*concluf.*855. *num.*9. Et ideo vbi alias vnus testis de visu faceret indicium ad torturam, præsertim in crimine læsæ maiestatis, hæresis, & aliis exceptis criminibus, si tamen fuerit infamis, hoc non operatur, nisi plures sint, *vt dixi supra, num.*68.

72 SVBLIMITA II. Quia † etsi in exceptis criminibus,& præcipue in crimine læsæ maiestatis,infames ad testimonium admittantur,admittuntur tamen ad probandum delictum principale, non autem ad adminicula ipsius delicti,fuit originalis doctrina Bart.*in l. quæstion.bus,ff.ad l. Iul.maiestat.* allegat text. *in cap. per tuas, ibi, an alia etiam adminicula suffragentur, etiam de simon.* Et ponit exemplum in eo, qui dum esset Rector prouinciæ, successorem non admisit, & sic crimen læsæ maiestatis commisit *iuxta text.in l.quitæ,& ibi Angel.ff. ad l.Iul.maiestat. cum alijs traditis per Gigant.de crimin.læsæ maiestat.lib.*1. *rubric. qualiter, & à quibus crimen læsæ maiestatis committitur.quæst.*32. Inquit ibi Bart. ad probandum, quod quis successorem non admiserit, admittuntur infames, sed ad probandum,quod ille successor erat legitimus,(successorem enim non legitimum non admittere, non est crimen læsæ maiestatis) non admittuntur. Simile facit doctrina Bald.*in auth.si testis productus, num.*7. *C.de testib.* vbi inquit, quod si statuto cauetur, quod super adulterio infames admittantur ad testificandum, non tamen admittentur ad probandum matrimonium, sine quo, vt certum est, adulterium non cõmittitur, & hoc, quia, vt ibi inquit Bald.in matrimonio non adest crimen adulterii, licet sine eo adulterium non committatur: & vltra Bartol. & Bald. in locis præcitatis, hanc eandem sublimitationem sequuti sunt Ioan.de Anan.& Afflict. *in loci præcitatis,per Gigan.de crimin.læsæ maiest.libr.*2.*rubric. quom.& per quos crim.læsæ maiest.probet. quæst.*5.*nu.*1. vbi etiam ex Grammat.*in consil.*31.*nu.*41. reddit rationem,quia scilicet in crimine læsæ maiestatis stricta interpretatio fieri debet, & vltra relatos per Gigant. addo Campeg. *de testibus, regul.*30.*versic.sexto quia, Conrad.in pract.*§.2.*de officio prator.in causa ciuil.rubr.de testibus, in parte, personas testium aggrediendo,verbo,infamis,num.*13.*in fine, versic. in crimine læsæ maiestatis, folio mihi* 78. *Dec.consil.*420.*numer.*15. *Paris.consilio* 2.*numer.*80.*&* 81.*libr.*4. *Boss.in titul. de indic. & considerat. ante tortur.num.*15.*& in titul. de fauor. defension. num.*4. *vers.sed non videtur tamen.* Vbi † videtur declarare, vt hoc non procedat quoad defensionem, ad quam inhabiles admittuntur etiam ad probandum adminicula fauore defensionis indistincte. Et ita seruari testatur *in titul. de crimine læsæ maiestatis, numer.*112.*& sequentib.vsque ad numer.*116. vbi alios adducit concordantes, & infert, *addo & Mascard.de probat.libr.*2.*concluf.*857. *numer* 35.*& libr.*1.*concluf.*462.*numer* 38. *Monticell.in suo repertorio test. rubric. de testibus, in crimin. læsæ maiest. folio* 359.*column.*1.*versicul.*3. faciunt optimè ad hanc sublimitationem Doctores allegati *supr. in quæstione* 37. *num.*18. *&seqq. iuncto num.*32. vbi probaui, quod etiam in atrocissimis, indicia remota non possunt probari per testes alias inhabiles & infames. Quibus † omnibus iuncta nihil esse credo, quod impediat dicere propositam sublimitationem esse à Doctoribus communiter * receptam.

LIMITANDO † præcedentem sublimitationem, aduerte,quod extra eã facere videtur regula illa, quod scilicet concesso vno censentur etiam concessa omnia alia, per quæ peruenitur ad illud vnum, de qua *in leg.ad rem mobilem,& in l.ad legatum, ff.de procurat. & in l.*2.*incip. cui iurisdictio,ff.de iurisdict.omn.iudic.* Igitur si infames probant crimen læsæ maiestatis, probare etiam debent ea, ex quibus ad tale crimen peruenitur, & sic etiam indicia remota, & adminicula. Et per hanc rationem, Bartol. doctrinam, *in d.l.in quæstionibus,* aut non veram, vel saltem declarandam, vt procedat in adminiculis non substantialibus, non autem in substantialibus, dixit in terminis *Ang.in l.famosi, nu.*3.*ff.ad l Iul.maiest* inferens ex hoc non esse verum exemplum, traditum à Bart. *in d.l. in quæstionibus*, quod scilicet infames, etsi admittantur ad probandum, quem non recepisse successorem, non tamen admittantur ad probandum, eum non esse legitimum, quia cum hæc qualitas, quod sit legitimus, sit de substantia criminis læsæ maiestatis, poterit secundũ prælegata etiam per infames probari, sicut ipsum crimen principale. Et cum ista Angeli opinione,& distinctione, videtur etiam insistere Salycet. *in authent.si dicatur,num.*11.*C.de testibus,* vbi propterea videtur reprobare Baldum *in dict. authent.si testis,* dum ponit illud aliud exemplum de statuto, admittente testes infames ad probationem adulterii, quod non per hoc videatur habilitasse eos ad probandum matrimonium: nam contra-

contradicit ibi Salycet.quia matrimonium est substantia adulterii, & non de adminiculis: ideo sicut testes infames probant adulterium, debent etiam posse probare matrimonium, tanquam de substantia adulterii. Nec obstat secundum eum tex. *in c.per tuas,extr.de simon.* quem Bart. vbi supr. pro sua opinione allegat, quia loquitur ille text. non de probandis adminiculis, sed de adminiculis ad probandum. Addo ad præmissa late disputantem Gig.*de crim.læsæ maiest.lib.*2.*rubr.quomod.& per quos crim.læsæ maiest.probe. quæst.*5.*per totam*, vbi pariter Angeli distinctionem sequendo, contra eandem Bartoli doctrinam affert duas alias regulas: Primam, quod idem iuris est de toto, quoad totum, quod de parte,quoad partem, de qua *in l.de tota.ff.de rei vendicat.* Secundam, quod qui vult consequens, vult etiam necessarium antecedens; & per has duas rationes vltra præmissas, & ipse concludit, quod sicut infames admittuntur ad probandum crimen læsæ maiestatis, ita etiam debeant admitti ad probandum illius adminicula: ex quibus deuenitur in cognitionem eiusdem criminis,præsertim si substantialia sint, *vt in exemplis relatis per Bar.& Bald.* Substantialia enim, inquit ipse,sunt ea adminicula, quibus non probatis, nec etiam dicitur probatum delictum principale, sicut dicitur in exemplo Bartoli,quod non probato, successorem non admissum esse legitimum, non dicitur probatum crimen læsæ maiestatis.& pariter in exemplo Bald. non probato matrimonio, non dicitur probatum adulterium: Ergo istis casibus sicut infames admittuntur ad probandum delictum principale,debent etiam admitti ad probandum prædicta adminicula non substantialia, quicquid in contrarium dixerint Bartol.& Bald.præcitati. Præterea inquit ibi Gigas, dato quod Bartolus & Bald.in eorum exemplis dicant veritatem, non illud est,eo, quia infames non admittantur ad probandum adminicula, sed alia ratio, nempe in exemplo Bartol. quia auctoritas successoris non testibus etiam legalibus,sed scriptura probanda est,*cap.nobilissimus,*97.*distin. l.prohibitus,C.de iure fisci,l.vnica,C.de mandat.princip.* In exemplo autem Bald. hoc ideo admittuntur à statuto testes infames ad probandum adulterium,prout sunt lenæ,lenones, & alii similes, quia tales personæ vt plurimum sunt ministri huiusmodi facinoris. Sed non sic solent esse ministri matrimonii, ideo ad illud probandum non admittuntur, & sic stãte rationis diuersitate, non est inferendum ex eorum exemplis generaliter, quod infames non admittantur ad probandum adminicula delicti, sicut admittuntur ad probandum delictum, quia ex præmissis viderur concludendum contrarium, quando adminicula sunt substantialia. Et ita etiam cum eadem distinctione tacite pertranlire videtur Paris.*consil.* 2 *num* 81.*in fine,* ibi,*intelligendo secundum Alexand post Angel.in d.l.in quæstionibus, volum.*4. *Boss.in d.tit. de crim.læsæ maiest. nu.*114.*in fin. vbi etiam allegat Felyn.in d.c. per tuas, in* 5.*notab.*

76 Sed vltima præmissa, quia † articulus iste est practicabilis, & sæpe aduocatorum, & iudicum, inter se altercantium capita torsit,in hac contrarietate Bartoli & Baldi, cum Angelo & Salycet. *in locis præcitatis*: vide quæso Barbatiam *in tract.de testibus, part.*1.*numer.*45.*sequ. in repetit.cap.testimonium, extra eodem*, dicentem primo, quod textus *in cap.per tuas, extra, de simon.* nullo pacto probat Bart.opinionem,ponderando illius verba,*vt ibi per eum,numer.*47.*versicul circa hoc est primo videndum,* prout etiam certe nec etiam mihi videtur illum textum probare Bart.intentionem, ibi enim non dicitur,quod testes criminosi, vel alias infames non probent adminicula delicti, sed quod cum non sint testes integræ fidei,& omni exceptione maiores, ideo sine alijs adminiculis non probant. Et ista fuit intentio Summi Pontificis eo loci,*prout adnotauit bene ibi gloss in verbo, adminicula,& post gloss.ibi Dd.omnes.* Deinde idem Barbat *eodem numer.*47.*in versicul.quoad secundum*, dicit, nihilominus opinionem Bartoli & Baldi esse fundatam in maxima æquitate,& ibi affert rationem,*& numer.*48. respondet Angel.& Salycet.in contrarium allegatis, cuius rationem & responsionem non affero, quia mihi non multum satisfaciunt. Demum ipse sic distinguendo concludit,si statutum admittit testes infames, *in causa adulterij*, & tunc procedat dictum Angel. & Salyc. quod admittantur etiam ad probãdum matrimonium, cum dicamur esse in eadem causa; si vero statutum dicat, quod infames admittantur *ad probandum adulterium*; & tunc procedat dictum Bartoli & Baldi, quod non admittantur ad probationem matrimonii, allegat pro hac sua distinctione aliam doctrinam Bartoli, *in l.non solent,ff.de aliment.& cibar.legat.* dum vult, quod si statutum mandat,*in causis damnorum datorum*, stari iuramento damnum passi: tunc & dominium probabitur iuramento: secus si statutum dicat, *in damno dato* stetur iuramento,&c.

Verùm † ista distinctio Barbar. licet in se vera sit, 77
non est tamen generalis, quia tangit solum exemplum Baldi,& dispositionem statuti, & non generalem iuris conclusionem,an scilicet verum sit, prout dicit Bartol. quod in casu,in quo inhabiles & infames admittuntur in exceptis criminibus ad probandum delictum principale, admittantur etiam ad probandum illius adminicula: ideo sequendo veritatem in omnibus prædictis, mea est opinio, quod Bartoli & Baldi conclusio cum eorum exemplis, *de quibus supra,num.*72.sit verissima, & quod ab ea, tanquam * communi, nec in iudicando,nec in consulendo recedẽdum sit. Pariter quoque cum Ang. & Salyc. Bartoli doctrinam fore intelligendam, vt procedat in probatione adminiculorum non substantialium,non autem substantialium verissimam esse opinor, per rationes ab illis consideratas, & præsertim à Gig.*in d.quæst.*5. Sed † quæ dicantur adminicula substantialia,& quæ non substantialia,in hoc ego dissentio à Salyc. Ang & Gigan. *in locis præcitatis*; ipsi enim credunt,illud dici de substantia delicti, sine quo delictum nõ potest stare,prout etiam ita credidit Boss. post Felin.quem allegat,*in d.tit.de crim.læsæ maiest.n.*114. *in fin.* & quia adulterium non potest stare sine matrimonio, nec crimen læsæ maiestatis committitur per non admittentem successorem, nisi probetur, quod is fuerit legitimus. Hoc ideo contra Bartol.& Bald.in eorum exemplis credunt testes, qui admittuntur ad probandum adulterium, & successorem non admissum, admitti etiam ad probandum matrimonium & successorem esse legitimum. Ego autem non sic credo in casu nostro hos terminos esse declarandos, quia etsi adulterium non possit stare sine matrimonio, matrimonium tamen nihil commune habet cum adulterio, nec potest dici illius substantia saltem intrinseca, (extrinseca autem forsan sic.) Item licet non detur crimen læsæ maiestatis in non admittente successorem, nisi is fuerit legitimus: istud tamen, an successor sit legitimus,necne, nihil commune habet cum denegata admissione, nec dicitur de illius substantia saltem intrinseca,nec ad illud aliquo modo infert: ideo credo Bartol.& Bald.in eorum exemplis optime loquutos, dum negant testes admitti ad probandum matrimonium, licet admittantur ad probandum adulterium, & admitti ad probandum successorem legitimum, licet admittantur ad probandum eum non admissum, quia vnum non infert ad aliud, nihil inter se vnum cum altero habet commune, nec vnum potest dici de alterius substantia intrinseca, verum quando adminicula tendunt & inferunt ad substantiam delicti prin-

principalis,puta ad probandum adulterium, volo probare amplexus, munera, colloquia secreta,& similia; vel ad probandum crimen lesæ maiestatis,volo probare nocturnas conventiculas, conuocationem facinorosorum hominum, & similia; & tunc quia ista adminicula dicuntur de substantia delicti, cum inferant ad ipsum delictum,nihil credo esse, quod impediat, quin & per infames probari possint, sicut etiam potest probari delictum principale. Et isto modo intelligendo limitationem Ang. & Sal. de substantialibus adminiculis loquentem, eam credo verissimam, & in practica seruandam. Considera bene,amice Lector,quia hæc alibi non sic bene explicata reperies.

79 LIMITA IV. Propositam † regulam non procedere in infame restituto ad famam & honores à Principe : nam & hunc restitutum posse ad testimonium admitti, probat text.*in l.3. §.lege Iulia, ibi, quive eorum in integrum restitutus non erit,sumpto argumento à contrario sensu,ff.de testibus,cap.prævaricator, 2.quæst.4.l.1. C.de sent. pass. Henric.Boyc.in c.testimonium,num.14.iuncto num.15.versicul.& tunc talu, & ibi etiam Ant.de But.& Bellam. num.38. extra,de testibus, Felin.in c.cum Ioannes, nu.11. de fide instrum. Campeg.de testib.reg.30.versicul.quarto,quando infamis,Ioan. Mar.Montic.in suo repertorio test. verbo,testis infamis, fol.mihi 40.colum.2. versicul.3. alios plures allegat Oddus in tract.de restitut.in integr.part.2.quæst.96.articul.1.num.6.seqq.vbi testatur de communi * opinione*, faciunt, quæ in simili de bannito restituto dicam *infr.hac eadem q.art.8.num.337.seqq.vbi vide.

80 AMPLIA hãc quartam limitationem, vt † & idem iuris sit in non restituto generaliter, sed in dispensato solum, & specialiter ad testificandum: nam talem sic dispensatum ab infamia, non esse à testimonio repellendum, *arg.text.in cap.cum l.& A.extra,de re iudic. & in cap.accusatus, §.licet,de hæret.in 6.* scripserunt Host. & Innoc.*in d.c.testimonium,& ibi etiam Henric.Boyc.num.15.versaut non restitutus,extra,de testib. Archidiac.in cap.paruuli,in glossa.antepenult.22.q.5.* vbi loquitur de dispensatione periurii,*de quo infr.suo loco dicam, Socin.reg.415.in 3 fallent.Menoch.de arbitr.quæst.lib.1.q.27.n.7. Mascard.de probat.lib.3. concl.1356.n.73.*

81 SVBLIMITA eandem † quartam limitationem, dummodo restitutio sit concessa ab eo, qui restituendi ad famam potestatem habet,aliter secus,*secundum Henric.Boyc.in d.cap.testimonium,num.14.& 15.extra,de testibus.*

82 vbi etiam ponit, quod † Papa potest ad famam & honores restituere, non solum clericum, sed etiam laicum,*cap.cum te,vbi præcipue Innocent.extra,de re iudicat.cap.*

83 *ex diligenti,extra,de simon.* Princeps † autem secularis potest pariter hanc restitutionem concedere laicis tan-

84 tum, *l.1.ff.de postulan.* Item † & Episcopus in casibus illis,in quibus potest dispensare : quia Ecclesia æquipa-

85 ratur Senatui,*c.Ecclesia,& ibi not.16.q.1.* Cuius † contrarium in hoc vltimo de Episcopo voluerunt Innoc. Hostien.& Spec.in locis ibi per Henric.Boyc.relatis, vide ad hæc *in 1.lib.tit.de inquisitione,q.6.num.45.versi.& an quilibet.*

86 LIMITA V. Regulam † non procedere in infamia occulta † nam ad hoc,vt testis repellatur, non solum requiritur,quod sit infamis, sed etiam, quod haberetur pro tali, secundum glossi.*in l.cum lege.ff. de testament.* * quam gloss.communiter * approbari dixit Alexand.*in apostill.ad Bartol in d.l.cum lege, idem Alex.consil.24.num 37. volum.2. Socin.iun.consil.31.num.33.lib.2. Campeg.de testibus, regul.29.in 7.fallent.Ioan.Baptist.Villalob.in sua collecta communi opin. litera l.num 31.* vbi pariter hanc limitationem * dicit * communem, ex Aret.*prout eum allegat, in cap.cum non ab homine numer.92.extra,de iudic. & de communi etiam testatur Gabr.qui plures alios adducit concordantes, tit.de testib. lib.1.quæst.9.n.10.& 11.in princip. Io.Mar.Montic.in suo repertorio testi.verbo,testis infamis, fol.mihi 40.col.2.versi.7.& fol. 41.col.1.versi.5.Mascar.de probat.lib.2 concl 705.n.19.& lib 3. concl.1356.n.55.*

SVBLIMITA † hanc quintam limitationem, vt 87 probata infamia testis, præsumatur etiam, quod is haberetur,& reputaretur pro tali,absque eo,quod id particulariter probatur,*secundum Bald.in l.1.C.de testam. Imol. Castren.Rapha.Cuman.& Aret.in l.ad testium,§.1.ff.de testam. per text.in cap.præsentium. §.testes.de testib.in 6.* vbi traditur modus probandi infamiam, & dicitur, satis esse probare,aliquem esse infamem,dummodo sigillatim, id est, cum expressione causæ, ex qua oritur infamia, illud probetur : quicquid in contrarium senserit Bartol.*in d. l.1. num.4. C.de testam.* cuius rationibus bene respondet *Crot.de testib.part.1.num.3.seqq.& ibi Petr.Moncad.in addit.litera D,& contra Bartol.est communis * opinio, vt testatur Alex. * in consil.152.num.16. lib.5. prout illum refert Crot.vbi supr.numer.4.in fin. Clar.in pract.§.final. quæst.53. versicul.sed nunquid excipiens.Gabriel.de testib.lib.1.conclus.19 num.10.versicul.& licet opinio.* vbi etiam & ipse testatur de communi opinione,pro qua vide,quæ de teste criminoso dixi *infran.147.& 157.*

LIMITA VI. In † iudice,vel arbitro,qui iudican- 88
di potestatem habet,æquitate, & sola facti veritate inspecta. Is enim potest admittere ad testimonium testes infames, *sicuti post Bartol.in l.filiusfamilias. num.6.ff.de donat. & Abb.in cap.dilecti filij, de iudic. voluit Menoch.de arbitr.quæst.lib.1.q.27.num.1.seqq.per text.in cap.per tuas. §.talis, extra, de simon.* vbi ab æquitatis temperantia admittuntur testes,qui ob infamiam alias reiicerentur. Et licet Imol.*in d.l filiusfamilias,*& Dec.*in d.c.dilecti filij.num.4.* contrarium senserint,eorum tamen rationes satis infirmas putat Menoch.qui illis bene respondet, *in loco citato,* † inferens etiam, inde valde dubiam reddi opinio- 89
nem Abb.post Innoc. *in cap.nouit, nu.45.de iudic.* volentis,in Euangelica denuntiatione testes infames repelli: cum iudicium illud sola facti veritate inspecta,& de æquitate tractati soleat.

LIMITA VII. In † teste deponente de facto pro- 90
prio,qui,etsi infamis sit,admittitur ad testificãdum, & admissus probat, sicut bene confirmat Iaf.*in l.cunctos populos.in 1.lectura,num.65.in fin.iuncto num.66.C.de summa Trinit.& fide cathol. Castrens.in l.2. §.si absens.ff.si ex noxal. caus.agat.Corrad.in practic.§.2.de offic.prætor.in caus.ciuil.rubric.de testibus,in parte.personas testium aggrediendo, verbo,infamis,num.13 in fin.versicul adde 11.fol.mihi 78.colum.2.*vbi, quod vnus testis infamis deponens de facto proprio, facit semiplenam probationem, *Mascard. de probat.lib.1. præfat.quæst.11.num.16.& lib.3.conclus.1356.numer.51.* Contrarium † cuius voluit Alexand. *in d.§.si absens,* "quem se- 91
quitur Crot.d.num.44.* Sed pro resolutione vide, quæ in hoc puncto dicam *infra, quæst.63.num.213.seqq.* vbi altius repetam materiam testis de facto proprio deponentis.

LIMITA VIII. Quia † de consensu partium testes 92
infames possunt ad testimonium recipi : & hoc in practica non habet difficultatem, probat Iaf.*in l.cunctos populos,num.67.versi.4.fallit, in 1.lect. C.de summa Trinit.& fide cathol.Campeg.de testib.reg.29.in 10.fall.* & faciunt,quæ generaliter de teste inhabili recipiendo de consensu partium,dixi *infr.q.62.n.177.seqq.*

LIMITA IX. Vt † condemnatus de infamia, si à 93
condemnatione appellauerit, possit pendente dicta appellatione, non obstante condemnatione, testimonium dicere,*per ea, quæ supra in præludiis huius quæstionis dixi,num.16.& seqq.in 9.conclus.& in specie sic affirmarunt Felin.in cap.testimonium, numer.17.extra, de testibus, Campeg. de testibus, regul.29. in 11.fallent. Aufrer. de reprobat.test. numer.11.& numer.24. versi.condemnatus de crimine famoso,* vbi ampliat, etiam quod post appellationem causa efficiatur

tur deserta,quia attenditur tempus depositionis, *vt ibi per eum*, ad quam materiam vide allegatos per Montic. *in repertorio testium, verbo, testis criminosus,folio mihi 24.colum.2.versi.1.& seq. & verbo, damnatus qui fuit in iudicio, folio 26.col.1.ver.pen.& fin. & verbo,testis infamis,fol.40.colum 2. versi.1.*

91 LIMITA X.Quia † superueniens infamia non diminuit de fide testimonii,prolati ante infamiam, *secundum Cyn.in l.si quis,num.10.C.de testibus, Ruyn.consil.15.nu.6. volum 6. Specul.in tit.de teste,§.1.num.27.* vbi, quod si post latum testimonium testis euadet criminosus, seruus, infamis,vel hæreticus, nihil officit : quia quod rite factum est,non debet ex alio euentu infirmari,*l.sancimus, C.de administr.tutor.* Nec est culpandus,qui testem idoneum induxit, si is postea sit malus effectus, quia diuinare non tenebatur,*l.si fideiussor, §.si debitor.ff.mandati, l. apud Celsum,§.fin.ff.de dol.except. Addo & pro eadem limitatione, Campeg.de testibus,regul.29.in 6 fallent. Alber.de Malet. de testibus,cap.3. nu.32. versi.quod verum, Crot.de testib.part.3. num.39. Mascard.de probat.lib.3.conclus.1356.num.10.* faciunt,quæ in simili,& generaliter de teste inhabili dixi * *infr.quæst.62.num.304.* Et sine dubio est communis * limitatio, etsi contrarium sensisse videatur Nell.*de test.lib. num 19.in fin.*

95 SVBLIMITA hanc † decimãm limitationem, vt procedat in infamia superueniente post depositionem testis : secus si superueniat post iuramentum, & ante depositionem, quia sufficit ad repellendum ipsum à depositione. Licet enim in depositionibus testium, quo ad quosdam effectus, attendatur tempus iuramenti, & non depositionis,imo etiam depositio retractatur ad tempus iuramenti, *vt pluribus probat Marsil.in suo singulari 113 incip.dictum testis.* tamen ad effectum, de quo agitur,attenditur tempus depositionis, & non iuramenti,*vt in terminis sic voluerunt Spec.in tit.de teste,§.1.nu. 27.versi.quid si testis erat testabilis, & ibi Ioan.Andr.in addit.in verbo,apparet, & in §.nunc videndum, n.14.& ibi etiam Ioan. Andr.in verbo,depositionis,eod.tit. Bald in c.super eo,n.2.extra, de testibus,Crot.in tract.de testibus,part.3.n.38.Aufrer.de reprobat.test.n.54. versi.infamis tempore depositionis, & n.90.versic. testis habilitas. Campeg.de testib.regul.30.versi.quarto,quando. Mascard.de probat.conclus.1356.num.9. & sine dubio est com-*
* *munis * declaratio,licet aliqui relati per Aufrer.vbi supr.contrarium dixerint,vide,quæ in simili dixi infr.de teste inhabili,q. 62.nu.307.*

96 LIMITA XI. In instrumentis,in † quibus infames recipiuntur in testes, si infamia sit occulta, *sicut post Bartol.in l.1.C.de testamento, voluit Campeg.de testibus, regul. 29.in 7.fallent. Barbat.de testibus,ad cap.testimonium, nu.24. versicul.posset etiam dici,part.2.extra,eodem.* faciunt *in simili, quæ de test.am dixi supra, num.43 & 44. & quæ etiam generaliter dixi in materia testis inhabilis,infra,quæst.62.num.110.& seqq.*

97 LIMITA XII. Quia † qui testem dixit infamem, non solum illud probare debet, sed etiam in specie debet deducere causam & qualitatem infamiæ, ad hoc, vt videre possit, an sit talis, quæ testem repellat, necne,*adnotat.per Bart.in l.1. C de testam. num.7.& ibi et-*
* *iam Iaf.num.6. versic.dicit etiam Bartol. & communiter * Dd. per text.in cap.præsentiam, §.testes,de testibus,lib.6. Iaf.in l.Titiæ textores,num.12.ff.de legat.1.Roman.consil.291.num.3.& ibi Mandos.in addit.sub verbo specifice, vbi ex Bocr.quem alle-*
* *gat in decis.321.num.2.testatur de crebriori * sententia, Dec.in cap.1.in 2.notab.in fine,de except. & de communi etiam testatur Montic.in suo repertorio test.verbo,infamis, versi.final. folio mihi 42.& rursus in folio 290 colum.2. versicul penult. & in singul. Clar.in pract. §.fin. quæst.53. versic.in hoc autem proposito.* vbi etiam,quod debet exprimi locus, & tempus commissi criminis, vnde infamia resultat, quicquid in contrarium deduxerit Barbat.*in tract.de testibus,part.1.n.42.seqq.*

versi,ad num.35. Et faciunt,quæ in simili de teste inhabili dixi generaliter,*infr.quæst.62.num.371 & de criminoso,numer.141.* (142.)

LIMITA XIII. Quia † testi dicenti in interroga- 98
toriis,puta,se infamem, non creditur ad affectum, eum repellendi à testimonio, vel tollendi fidem eius dicto,nisi aliunde de infamia appareat, *Nell.de testib.numer.19.versicul.si testis confiteatur,Campeg.de testib. regul.30. versicul.dic primo.* Cuius † contrarium, post Innocent. 99
& Speculat.*in locis per eum allegatis, voluit Alber.de Malet.in tractat.de testib.cap.3. num 61.seq. & vide,quæ in simili de teste inimico dixi supr.q.53.num.22 & 25.* Laus Deo.

ARGVMENTVM.

Infamis infamia facti,an a testificando repellatur,an vero admittatur, & admissis quam faciat fidem.

SVMMARIA.

Infames infamia facti in ciuilibus à testimonio non repelluntur, n.100.& n.106.licet alij contra,n.101.& seqq.vbi plures in proposito recitantur Dd.opiniones.

Infames infamia facti non admittuntur ad testificandum in causa ciuili ardua,n.107.

Infames infamia facti repelluntur à testimonio in casibus, in quibus à lege vel statuto requiruntur testes omni exceptione maiores,n.108.

Infames infamia facti non admittuntur ad testificandum in causa matrimoniali,n.109.

Infames infamia facti non admittuntur in probatione ingratitudinis,n.110.

Infamis infamia facti etsi in ciuilibus à testimonio non repellatur,est tamen in arbitrio iudicis,an aliqua,& quæ, & quando fides sit ei adhibenda,n.111.

Infamis infamia facti,etiam in casu,in quo ad testificandum admittitur,non est tamen integræ fidei,& omni exceptione maior,n.112.

Infamis infamia facti depositio suppletur ex magna habilitate contestis,n.113.

Infamis infamia facti bene probat, quando deponit verisimilia, vel eius dictum est adminiculatum aliqua alia præsumptione, & coniectura,n.114.

Infames infamia facti repelluntur à testimonio in criminalibus, nu.115. Amplia primo,multo magis si contra Cardinalem agatur,n.116. Amplia secundo,etiam in causa mixta,n.117. Amplia tertio, etiam in causa criminali ciuiliter intentata, n.118.sed contra,n.119.

Infames infamia facti admittuntur ad testificandum, etiam in criminalibus in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, n.120. Sed nec isto casu faciunt plenam probationem,sed tantummodo indicium,vel præsumptionem,n.121.

Infames infamia facti etsi in criminalibus ad testimonium non sint admittendi,admissi tamen faciunt aliquod indicium,vel præsumptionem,num.122. sed an ex hoc indicio vel præsumptione possit deueniri ad torturam,vel inquisitionem, nu.123. & seq.

Infames infamia facti vbi alias in criminalibus admittuntur, nunquam tamen admittuntur sine tortura, & an ad hoc requiratur etiam vtilitas personæ,n.125.

QVÆSTIO LVI. ARTICVLVS II.

INFAMIS infamia facti, an à testimonio repellatur, vt bene dignoscas, formabo duas regulas; Primam scilicet in ciuilibus ; Secundam in criminalibus.

REGVLA I. sit, quod † in causis ciuilibus infamis 1
infamia facti non repellitur à testimonio, *vt per Bart. in l.Cæsius, colum.7. versicul.si in causa ciuili, ff. de Senator & post gloss.in l.cunctos populos, num.[illegible] & ibi dec.[illegible] & in fin.*

n.[illegible]

numer.12. Paul.de Castr.numer.17. *in fine, Iason in* 1.*lectura, sub numer.*67. *versicul.primus est, & in* 2.*lectura, sub numer.* 43.*in fine, & numer.*47.*versicul.circa secundum*, C.*de summa Trinit.& fide cathol.Imol.in cap.testimonium; num.*5.*&* 6. *& ibi etiam Henric.Boyc. numer.*17.*extra, de testibus*, *Socin. regul.* 416. *Marsil.singul.*109.*in fine*, vbi dixit, quotidie infames infamia facti examinari in causis, *Nell.de testibus, sub numer.*19. *Campeg de testibus, regul.*31.*in* 2. *fallent. Speculat.in titul.de teste,* §.1. *numer.*28. *versicul.nam infamia de facto, Nepos de Monte Albano in tract.de testibus, num.*30. *Iacob. Aegid. de testibus, & eorum reprob.in princip. post num.*1. *versicul.sed in fama, Alber.de Malet de testibus, cap.*3.*post numer.*15. vbi ex Alber.de Rosate, *quem allegat in d.l.cunctos populos, in fine,*

* *numer.*34.*versicul.contrarium tamen.* ita dicit * communiter observari; & ita etiam de communi testatus est Lanfranc.*de testibus, numer.*74. *ante finem numer. versicul. infamis autem infamia facti, Crot.de testibus, part.*4. *num.*157. *& ibi Petr.Mencad.in addit. literis A A. Villalob. in sua collect. commun.opin.litera* I. *numer.*31. *in fine, vbi etiam testatur de*

* *communi* * *opinione, de qua & per Corrad.in pract.* §.2.*de offic. prator.in caus.ciuilib.rubr.de testib.in parte, personas testium aggrediendo, verbo, infamis, fol.mihi* 79.*num.*15. *Couarr.practic. quæst. cap.*18. *sub num.*1. *Menoch.de arbitr.quæst.lib.*1.*q.*17.*sub num.*4.

101 Et † licet hæc regula non transeat sine difficultate, cum in materia plures, & diuersæ, ac inter se contrariæ reperiantur Dd. opiniones, quas bene refert Barb. *in tractat.de testibus, in repetit.cap.testimonium, extra eodem, parte* 2.*numer.*1419. *& seqq.* & præcipue contra hanc regulam expresse tenuerit Cardin.*in d.cap testimonium, quem ibi refert Felyn.sub numer.*12. vbi indistincte voluit, quod infamis infamia facti in causa ciuili debeat à testimonio repelli, & hanc eandem sententiam late per octo fundamenta comprobat idem Barb.*vbi supra, num.*21.*& seqq.*

102 Bald. autem † *in d.l.cunctos populos*, C.*de summa Trinit. in* 5.*oppositione*, distinguendo in hac re dixerit, quod in causa ciuili ardua infamis de facto debeat repelli, (*prout mox dicam in sequenti* 1. *limitatione.*) in aliis vero debeat admitti.

103 Quarta † etiam fuerit sententia Abb.*in d.cap.testimonium*, qui in hac difficultate sentit cum Baldo, quod in causa ciuili ardua infamis infamia facti debet repelli, in aliis vero esse in arbitrio iudicis, an repelli, vel admitti debeat.

104 Diasque † alias distinctiones à prædictis diuersas posuerit Ioan.Andr *in cap.testimonium, quas etiam refert ibi Abb.sub num.*6. *& cum Io.Andr.transire etiam videatur Henr. Boyc.in d.c.testimonium, num.*28.

105 Nec non † etiam alias nouas distinctiones tentauerit Barb.*vbi supr.nu.*25.*in fin.iuncto num.*24. quarum vna facit differentiam inter ius ciuile & canonicum.

106 In † hac tamen opinionum contrarietate non per hoc recedas à proposita regula, quod scilicet infamis infamia facti admittitur regulariter ad testificandum

* in causa ciuili, quæ non solum communis * est, *vt præcitati Dd.testantur*, sed & magis communis, *prout in specie de magis communi testatur Socin.iun.consil.*32. *num.*31. *lib.*2. & etiam veri[illegible]ma, declarata tamen cum infra scriptis limitationibus.

107 LIMITA I. hanc primam regulam, vt † non procedat in causa ciuili ardua, quæ cum æquiparetur causæ criminali, *c.*1.*de restit.spoliat. in* 6. iccirco sicut in criminalibus infamis infamia facti repellitur, *vt dicam infr. in* 2.*regula, num.*115. ita etiam debet repelli in causa ciuili ardua, *Bald.in d.l.*1. *in* 5.*oppositione*, C.*de summa Trinitat. idem Bald.in cap.ad nostram, de probat. Ias.in dicta l.*1. C.*de summa Trinit. in* 1.*lectura, sub numer.*68. *versicul.secundo extende. Marsil.singul.*109.*versicul.scias tamen*, *Abb.in cap. testimonium, de testibus, sub numer.*6. *versicul. tertia est infamia, & ibidem Felyn.sub numer.*12. *in fine, Crot.in tractat.de testibus,*3.*parte, numer.*47. *& ibidem Moncad.in addit.litera* L, *&* 4.*parte, numer.*160. *Campeg.de testibus, regul.*31.*versicul.quinto fallit, Barbat.de testibus, parte* 2.*numer.*119. *Gig.de crim.læsæ maiest. lib.*2. *rubr.quom. & per quos crim.læsæ maiest. probe.q.*3. *num.*1. *&q.*5.*num.*8. *Couarr.pract.quæst.cap.*18.*sub num.*1.

108 LIMITA II. Prædictam † regulam non procedere in omnibus illis casibus, in quibus à lege vel à statuto requiruntur testes omni exceptione maiores; cum enim (*vt infr.dicamus in* 6.*limitatione,*) infames infamia facti non sint testes integræ fidei, iccirco in dictis casibus à testificando repelluntur, *Abb.in d.c.testimonium, sub num.*6.*vers.nota bene, extra, de testib. Socin.reg.*416.*in* 2.*fallen. Iason in l.*1. C.*de summa Trinit.num.*52.*in* 2.*lectura*, *Felyn.in cap.licet causam, sub num.*7.*de reprobat. Andr.Barbat.in tract. de testibus,*2.*part.sub num.*2.*&* 3. *& num.*18.*in fin. iuncto numer.*19. *Crot.in simili tract.de testib.*3.*part. num.*32. *&* 4.*part. num.*158. *Mascard.de probat.conclus.*1356.*sub num.*60. Tunc enim requiruntur testes, quibus omni no nihil possit opponi, gloss.*in* §.*item verborum, Instit.de inutil.stip. Bal.in l. optimam*, C.*de contr. & committ.stipulat.* at infamis de facto non est talis, quia hæc macula illi opponi potest; ergo hoc casu repellitur.

109 LIMITA III. & † illatiue ex præcedenti limitatione, vt eadem regula non procedat in causa matrimoniali, quæ cum æquiparetur causæ criminali, & in ea requiruntur testes omni exceptione maiores, *adgl.in c.mulieri, de iureiur.* Iccirco infames infamia facti à testimonio repelluntur, *Dec.consil.*133. *sub numer.*5. *Socin.iun. consil.*31.*num.*24. *&* 25.*volum.*2. *& consil.*86.*num.*11. *eodem volum.Ruyn.consil.*130.*num.*7.*volum.*4. *Grammat.consil.*26.*numer.*51. *Neuiz.consil.*4.*num.*6. *Alexand.consil.*5.*num.*14. *Paris.cons.*15.*num.*13.*lib.*2. *& cons.*51.*num.*53. *& cons.*59.*nu.*4. *lib.*4. *Couar.pract.quæst.c.*18.*sub nu.*1. *Menoch.de arbitr.quæst. lib.*1.*q.*27. *n.*9. *& seqq.*

110 LIMITA IV. dictam regulam, vt † non habeat locum, quando agit de probando ingratitudinem, hoc enim casu requiruntur testes summæ & integræ opinionis, *cap.*1. *& ibi Bald.quot teste: sint necess. ad prob.feud. ingrati. in vsibus feudorum.* Et ideo infames infamia facti non admittuntur ad testificandum, *Roman.singul.*469. *incip.dubitatio est magna, & ibi in addit. Socin.regul.*416.*in* 3. *fallent. Ias.in l.*1. C.*de summa Trinit.in* 1.*lectura, sub num.*67. *versicul fallit, quo ad probandum ingratitudinem, & in* 2.*lectura, sub num.*53.*versicul.item quod dictum est, Crot.in tract. de testib.*4.*part.num.*159. *Mascard.de probat. conclus.*1356.*numer.*64.

111 LIMITA V. Quia † licet regulariter in causa infamis infamia facti admittatur, est tamen in arbitrio iudicis, an aliqua, & quæ, & quando fides sit illi adhibenda, *cap.licet causam, & ibi Bald.in* 8.*notab. de proba. Abb. in d.cap.licet causam, numer.*7. *& Felyn.ibidem, num.*7. *Abb. in cap.testimonium, sub num.*6. *vers.tertia est infamia*, iuncto *versicul.in aliis vero, &c. de testibus*, *& ibidem Felyn. sub num.* 12.*ad medium, vers.sed Abbas, & iterum infr. vers.sed licet vtraque opinio*, vbi dicit, quod hæc opinio multum consonat æquitati.

112 LIMITA VI. Quia † in quibuscunque casibus, in quibus infamis infamia facti admittitur, semper ei de fide diminuitur, nec habet totalem fidem, quæ testi adhiberi solet, *gloss.in l.*3.§ *duæ autem sunt causæ, in verbo, non eandem, ff.de Carb.edict. & ibi Bart. idem Bartol.in l.Cassius, colum.*2.*versicul tamen minor fides, &c. ff.de Senat. & in l. cunctos populos, sub numer.*12. *& ibi Ias.in* 1.*lectura, sub numer.*63. *& in* 2.*lectura, sub numer.*47. *Castr.numer.*17. *in fine, Alb.post numer.*34. *Salycet.in fin. numer.*18. *versicul. fidem tum aliqualiter minuit, Cod.de summa Trinitat. Imol. in cap. testimonium*, de testibus, *numer.*9. *& ibi etiam Henric. Boyc.*

*in tract.de testib.c.*3 *nu.*15.*vers.minus tamen est sibi credendum, & num.*16.*in fin. Lanfranc.de testib.nu.*74.*ad fin.vers.infamis autem infamia facti. Corrad.in pract.rubr.de testib. verbo, infamis, num.*15.*vers.in ciuili vero, fol.*79. *col.*1. *Mascard.de probat.*

* *conclus.*1356.*num.*59.*lib.*3. *& est communis*, * *vt per Villalob. in commun.opin.litera* I.*num.*31. *in vltimo versic.* & faciunt in simili, & generaliter tradita de teste inhabili, *infr.q.* 62.*num.*383. & de infame infamia iuris dixi *supr.in* 1.*art. n.*71. & de criminoso dixi *infr.n.*155.

113 SVBLIMITA I. hanc † sextam limitationem, nisi haberet contestem tantæ excellentiæ, cuius superabuntia suppleret defectum istius; quia tunc in ciuili nihil fibi diminueretur de fide, *Bal.in l.si quis ex argentariis*, §.*cogentur, & ibi Ang. & Alex.ff.de edendo, Socin.reg.*416.*in* 3.*fall. Ias.qui multos allegat, in l.cunctos populos*, C.*de summa Trinit. sub num.*54.*in* 2.*lectura, vbi alios adducit concordantes, & in* 1. *lectura, num.*67.*versic.*3.*fallit*, Felyn.*in c.testimonium, nu.*13. *extra, de testib. Campeg.de testib.reg.*31.*in* 6.*fall. late per Franc. Curt.Papien.in tract.de testib.concluf.*1.*num.*1.*versic.nam licet dicto testi, & num.*2. *vers.sed si vnus testis, & num.*7. *versic.aut est infamia facti, Crot.de testib.part.*4.*num.*162.*late etiam Catellian.Cotta in suis memoral.vers.testis vnius integra fides*, Tiraquell.*qui infinitos alios propemodum adducit concordantes, de pœnis temper.cauf.*51.*num.*121. *Corrad.in pract.titul.de testib.in parte, dicta testium assum.in princip.num.*6.*fol.*116 *col.*1. *Mascard.de probat.concluf.*1356.*in fin. faciunt in simili, & generaliter de omni teste inhabili, tradita per Alexand.conf.*56.*num.*12. *vol.*2. *Felyn.in cap.nobis, in princip.de simon. & per Dec.late, in consil.*133. *& latius dicam in materia testis inhabilis, quæst.*62.

* *nu.*328. Et sine dubio hæc sublimitatio communiter * à Dd. recepta est, etsi contrarium sensisse videantur Alexan.Fulgos.Anchar. & Dec. *in locis relatis per Tiraq. vbi sup. d.cauf.*51.*n.*122.

114 SVBLIMITA II. eandem † sextam limitationem, vt non procedat, quando iste testis infamis infamia facti, vel deponeret verisimilia, vel eius dictum esset adminiculatum aliqua alia coniectura, vel præsumptione: tunc enim plene probat, quia illius defectus sic per ista verisimilia & præsumptiones suppletur, *secundum Bal.in l.cunctos populos, n.*5. *ante fin.* ibi, *vel quando videtur dicere, & deponere proxima veritati.* (& tamen non videtur velle isto casu talem testem esse integræ fidei.) & iterum infr. ibi, *item ex additis, & verisimilibus coherentiis potest sibi credi.* & rursus inf. ibi, *nisi tales testes habeant pro se adminicula, non creditur eis.* Castr.*ibid.nu.*17.*in fin.ibi, ideo non sufficerent duo testes, quoniam non sunt omni exceptione maiores, nisi concurrerent alia indicia, quæ coadiuuarent.* Et sic videtur velle contra Bald.*vbi supr.* quod iunctis adminiculis, sit testis omni exceptione maior, *Rom.cons.*451.*n.*8. *Carer.in pract.crimin.in materia indiciorum, & tortura*, §.*vltimo, an testis, n.*28. vbi propterea contra valde diffamatum de delicto, & sic concurrente fama admittendos, affirmat viles, & infames, & faciunt, quæ in simili de teste inhabili dixi *infr.q.*62.*n.*355.*seqq.*

115 REGVLA II. sit, quod † in criminalibus infamis infamia facti à testimonio repellitur, *gloss.in l.Cassius, in verbo, turpitudinem, & ibi Bart. vers.si vero quæras in causa criminali, ff.de Senator. idem Bar.in l.cunctos populos, sub num.*13. *& ibi Ias.in* 1.*lect.n.*68.*vers.alius casus est in criminalib. Salyc. n.*18.*vers.aut in causa criminali, C.de summa Trinit. & fide cathol. Ang.in l.prætoris, ff.de his qui not.infam.n.*4. *Castr.in l.*1. *n.*11.*ff.eod. Bal.in c.testimonium, nu.*8. *& ibid. Abb.sub num.*6. *vers.tertia scilicet infamia facti, Fel.n.*12. *Henric.Boic.num.*17. *Imol.n.*5. *& n.*6.*vers.sed infamia facti, extra, de testib. Alex.consil.*11.*n.*1.*vers. & dicit Bartolus, vol.*1. *Socin.reg.*416.*in* 1.*fallen. Crot.in tract.de testib.par.*3.*n.*46. *Aufr.de reprob.test.vers.infamis infamia iuris, vel facti, post nu.*54. *Lanfran.de testib.nu.*74. *post medium, vers.in causa autem criminali*, *Barbat.in tract.de testib.*2.*par.n.*21. *Campeg.de testib.reg.*31.*in princ. Alb.de Malet. de testib.c.*3.*n.*16. *Blanc.de indic. & tort. ad l.fin.ff.de quæst. nu-*

*mer.*352. *Osasc.decis.Pedem.*79.*n.*36. *Rol.consil.*3 *n* 23.*lib.*3 *Ilalob.in sua collect.commun.opin.litera L, nu.*31.*in fin. vbi testatur de communi* * *opinione, de qua etiam testatur Corrad.in pract.* * *ctic.*§.2.*de offic.prator.in caus.ciuil.rubr. de testi. in parte, personas testium aggrediendo, verbo, infamis, n.*15.*fol.*79 *quem refert Clar.in pract.*§.*fin.q* 24.*vers.item infamis.*

116 AMPLIA I. hanc regulam, vt † multo magis procedat, quando criminaliter agitur cõtra Cardinalem, contra quem testes quacunq; infamia notati, minime admittuntur, *c.Præsul.in fin.*2.*q.*5. *Ias.in l cunctos populos, in* 1.*lect.n.*67.*vers.*2.*fallit, C.de sum.Trinit. & fide cathol. Crot.in tract.de testib.par.*4. *n.*161.

117 AMPLIA II. Regulam † procedere non solum in causa criminali, sed etiam in causa mixta, in qua infamis infamia facti nec etiam admitteretur ad testificandum, *c.ex par.extra, de test. Soc.reg.*416.*sub* 3.*fall. vers.dictum quod in criminali, Ias.in d.l.cunctos populos, nu.*48. C.*de summa Trin. & fide cathol.* vbi etiam bene declarat, quando causa dicatur mixta, *Crot.in tract.de testib.par.*4.*sub num.*160. *Masc.de prob.lib.*3.*concl.*1356.*n.*68.

118 AMPLIA III. Vt † infamis infamia facti repellatur etiam in causa criminali ciuiliter intentata, *secun. Crot.de testib part.*3.*sub nu.*46.*vers.sed ista conclusio, & part.*4. *n.*160.*in fin.*

119 Sed † contrarium, & forsan verius, videntur affirmasse Spec.*in tit.de teste,* §.1.*nu.*28.*vers.nam infamis de facto, Imo.in c.testimon.n.*5.*ext.de testib. Nell.de testib.sub n.*19.(16.)

120 LIMITA I. hanc † secundam regulam, vt non procedat, vbi veritas aliter haberi non potest: quia tunc in subsidium infames infamia facti admittuntur ad testificandum, etiam in criminalibus, *secundum Bartol.in l. cunctos populos, sub nu.*12. *& ibi etiam Salyc nu.*18 *in fin. vers. nisi in subsidium, Alb.nu.*34.*vers.adeo quod Ias.num.*68.*in fin. & seqq.in* 1.*lectura, vbi hanc limitationem late comprobat, & in* 2.*lectura, nu.*48.*in fin.* C.*de sum.Trinit. & fide cathol. Crot. in tract.de testib.part.*3.*nu.*49. *Socin.iun cons.*61.*num.*18.*lib.*2. *Clar.in pract.*§.*fin.q.*24.*vers.item infamis, Mascard.de probat. concluf.*1356.*nu.*70. faciunt, quæ in simili de infami infamia iuris dixi *supr.n.*50. *& seqq.* & de criminoso dixi *infra. num.*161. & generaliter de teste inhabili dixi etiam *infra. q.*62.*n.*50.*seqq.*

121 SVBLIMITA hanc † primam limitationem, vt etiam isto casu infames infamia facti in subsidium admissi non faciant plenam probationem, sed tantummodo indicium & præsumptionem, *l.qui vltim.in fin. ff.de pœnis*, quam originaliter in id allegat Bart.*in d.l.cunctos populos, & hoc expresse declarat Ias.ibi, num.*51.*in* 2 *lectur.post Oldr. & Fulg.quos allegat, & ante Ias.ita etiam declarauit Salycet.in d.l. cunctos populos, n.*18.*in fin.vers.sed credo.* vbi, quod isto casu testes, qui alias sufficerent ad condemnandum, non sufficient, nisi ad torturam; *idem scripsit Fel.in cap.testimonium, nu.*12.*extr.de testib.Franc.Curt.de testib.concl.*62. & faciunt, quæ de infami infamia iuris dixi *sup.n.*54.*seq.*

122 LIMITA II. hanc † secundam regulam, vt licet infames infamia facti in criminalibus non debeant admitti, admissi tamen faciant aliquale indicium, *secund. Abb.in c.testimonium, n.*6.*vers.*3.*scilicet infamia facti, extra, de testib.Ias.qui alios allegat, in d.l.cunctos populos, n.*68.*in* 1.*lectura, vers.*1.*quod in criminalib. Aufr.de reprobat test verbo, infamis, nu* 54.*vers.infamis infamia iuris, vel facti, Cro..de testib in* 3.*part.num.*48. *Alb.de Malet.de test.c* 3.*n.*17. *Campeg.de testib. reg.*31.*in* 3.*fall. Mascar.de prob.concl.*1356.*n.*69.*lib.*3. faciunt, quæ in simili de infami infamia iuris dixi *supr.num.*61. & quæ de teste inhabili generaliter dixi *infr. q* 62. *nu.*161 *seqq & præsertim num.*282.

123 AMPLIA, vt † ex hoc indicio & præsumptione resultante ex dicto infamium infamia facti, possit deueniri nedum ad inquisitionem, *secund.Campeg.vbi supr.d. reg.*31.*in* 3.*fall.* imo etiam ad torturam, *sicut post alios, quos alleg.probauit Aufr.de reprob.testium, nu.*54. *vers.infamis infa-*

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

mia iuris, vel facti, & per Alb. de Malet. de test. par. 1. c. 3. n. 17. & dixi supr. de infami infamia iuris, in 1. art. n. 62. seq.

124 LIMITA † hanc ampliationem *secundum ea, quæ dixi de infamia iuris, sup. n. 66. & seq.* vt videl. procedat, quoad inquisitionem generalem, secus quoad specialem, quo verò ad torturam procedat, quando testes sunt plures, alias esset ridiculũ dicere, quod ex dicto vnius testis infamis etiã infamia facti poneretur quis ad torturam, cum certum sit, & alias dixi, q̃ dictũ vnius testis immediate de delicto deponentis non faciat indicium ad torturam si aliquam etiam minimam patiatur exceptionem, & in propriis terminis sic declarat Lanfran. *de test. n. 47. ad fin. vers. limita omnia prædicta, iuncto n. 75.*

125 SVBLIMITA generaliter † præcedentes duas limitationes, in quibus dixi, infames infamia facti admitti ad testificandum in criminalibus, vt si vltra facti infamiam in testibus concurreret vilitas personæ, non admittuntur ad testificandum, nisi cum tortura, *per ea, quæ dicam infr. q. 57. nu. 62. seqq.* vbi tractabo materiam testis pauperis, & vilis, & infame infamia iuris, dixi *supra, n. 56. & seq.* sed in specie de infame infamia facti, ita voluerunt Iaſ. post Bart. qui originaliter hanc firmat conclusionem, *in d. l. cunctos populos, nu. 47. in 2. lect. C. de summa Trinit. & fide cath.* vbi etiam remissiue ponit, quæ dicãtur istæ personæ viles, & abiectæ, quibus sine tormentis non creditur, Sallyc. *ibi. nu. 18. vers. posset etiam sic esse, Imol. in d. c. testimonium, n. 6. vers. posset etiam esse tanta vilitas, extra, de testib. Campeg. de testib. reg 31. in 4. sall. Alb. de Malet in tract. de testib. par. 3. n. 15. vers. subigit tamen Cynus, iuncto vers. posset tamen esse, & n. 16. in fin.* vbi expresse declarat, non sufficere solam infamiam facti, nisi vltra eam concurrat vilitas personæ, *Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in cau. ciuil. rubr. de testib. in parte. personas testium aggrediendo, verbo, infamis, n. 15. vers. in ciuili vero, fol. mihi 79. col. 1. Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læsæ maiest. probe. q. 11. nu. 9.* Et licet Barb. *in tract. de testib. par. 2. n. 18. & 21.* dubitet de huiusmodi declaratione, *per ea, quæ Bar. posuit in l. ex libero, ff. de quæst.* & bene per ipsum referuntur, non tamen negat idem Bart. *ibi, num. 16. in fin. vers. adde etiam.* quod cum hac eadem declaratione pertransit tota iuris prouidentia, imo solam facti infamiam, absq; vilitate personæ, sufficere ad torquendum testem, plurib⁹ probat Bos. *in tit. de tort. testium, nu. 3. vers. in contrarium tamen est gl. & c. vbi testatur de communi * opin. & vers. & ideo vide pro confirmatione, &c. & vers. procedit etiam in infami de facto, vbi testatur de magis communi * opinione,* licet Bartol. *in d. l. cunctos populos,* requirat etiam personæ vilitatem, *vt ibi per eum,* & Bossium etiam eo loci refert, & sequitur Clar. *in pract. § fin. q. 24. in prin.* faciunt, quæ in simili de infami infamia iuris dixi *supr. in 1. art. nu. 56. seqq.* & de crimino so dixi *infra, n 162.* & vide, *vt dixi,* quæ de vili teste posui *infr. q. 57. nu. 62. seqq.* & generaliter de testibus inhabilibus, *infr. q. 62. num. 379. seq.* Et vide etiam, quæ dixi de tortura testium, *inf. q. 79. n. 25.*

ARGVMENTVM.

De Teste criminoso.

SVMMARIA.

Regulariter criminosus à testimonio repellitur, n. 126. & seqq. vbi enumerantur plura genera criminosorum.
Homicida à testimonio repellitur, n. 127.
Fur à testimonio repellitur, n. 127.
Adulter, & incestum committens, à testimonio repellitur, n. 127.
Maleficus à testimonio repellitur, n. 127.
Sodomita à testimonio repellitur, n. 127.
Sacrilegus à testimonio repellitur, n. 127.
Sortilegus à testimonio repellitur, n. 127.
Criminosus repellitur à testificando, nõ solum is, qui per sententiã de crimine cõdemnatus est, sed etiam is, cõtra quem crimen oppositum probetur, n. 128. & seqq. vbi declaratur ista conclusio.
Testis dicitur criminosus non solum is, qui de crimine confessus, conuictus, aut condemnatus reperitur, verum etiam is, qui plurics pro delictu fuit inquisitus, & carceratus, nu. 131. contra, n. 132.
Testis, an dicatur criminosus ex vnico tantum crimine commisso, n. 133.
Emendatus à crimine, à testimonio non repellitur, n. 134. Limita hoc procedere in causa ciuili, vel etiam criminali ciuiliter intentata, secus in criminali causa criminaliter intentata, nu. 135. declara hanc limitationem duobus modis, vt num. 136. & 137. Limita 2. in causa matrimoniali, in qua emendatus de crimine in testimonium non admittitur, num. 138. Limita 3. quia emendatio non præsumitur, ideo per allegantem probanda, n. 139. & quomodo probanda, n. 140.
Testis criminosus admittitur parte non opponente, nu. 141. & nu. 143. & 144. vbi declaratur hæc conclusio duobus modis.
Criminis exceptio aduersus testem debet esse specialis, de quo crimine cum adiectione loci & temporis, n. 142.
Iudex ex officio potest repellere testem criminosum, etiam parte non opponente, n. 145.
In instrumẽtis & testamẽtis admittitur testis criminosus, n. 147.
Criminosus admittitur ad testificandum in criminibus exceptis, n. 148. & seqq. vbi enumerãtur in proposito talia excepta crimina, sed nec isto casu sunt omni exceptione maiores, n. 155.
Testis ad hoc vt repellatur tanquam criminosus, non sufficit eum probare criminosum, nisi etiam probetur, quod pro criminoso habebatur, & reputabatur, nu. 156. Quod procedit in testibus instrumentariis, & testamentariis, secus in aliis, n. 157.
Criminosus admittitur in testem contra alium criminosum, nu. 158. contra, n. 159.
Christianus criminosus an admittatur in testem contra Iudæum, n. 160.
Criminosus admittitur in testem in casu, in quo veritas per alios haberi non potest, n. 161. declara, non sine tortura, n. 162.
Criminosus, etsi examinari non debuisset, examinatus tamen facit aliqualem probationem, si coadiuuetur dicto aliorum testium, vel aliquibus adminiculis, n. 163.
Criminosus non repellitur à testificando, quando crimen commissit in fraudem testimonij ferendi, n. 164.
Crimen repellens criminosum à testificando, debet esse non leue, sed graue, & punibile, n. 165. quod procedit de iure ciuili, secus autem de iure canonico, n. 166.

QVÆSTIO LVI. ARTICVLVS III.

126 REGVLA sit, quod † testis criminosus à testimonio repellitur, siue simus in causa criminali, siue etiam in ciuili, *c. super eo, il 1. & ibi gl. c. testimonium, extra, de testib. c. constituimus, 3. q 5.* vbi † de homicida, maleficio, fure, sacrilego, adultero, incestum committẽte, venefico, periuro, falsario, sortilego, & similib. *l. 3. §. l. Iulia, ff. de testib. Spec. in tit. de teste, §. 1. sub n. 25. vers. item opponitur, quod est criminosus, & n. 82. vers. item quod est homicida, Abb. & Fel. in d. c. testimonium, ambo, n. 1. extra, de test. Campeg. de testib. reg. 27. in prin. Nell. de testib. n. 15. vers. criminosus, Lanfr. de Oria. de testib. n. 74. Barb. de testib. sub n. 17. ver. nota, quod perseuerans, part. 1. Alb. de Malet. de testib. part. 1. c. 3. n. 1. Steph. Aufr. de testib. nu. 29. vers. criminosus, Alex. cons. 25. sub nu. 10. vers. & præterea, lib. 4. Marsc. cons. 22. nu. 3.* vbi de criminoso fure, *Paris. cons. 83. sub n. 37. lib. 1. Grammat. cons. 35. n. 29. & seq. & cons. 26. num. 25.* vbi pariter de fure criminoso, *& voto 22. num. 4. Plot. in l. si quando, n. 298 in antiqua impressione, Boss. in tit. de oppos. contr. testes, num. 51. Roland. cons. 94. num. 37. lib. 4. Petr. à Placha in epit. delict. c. 8. n. 11. fol. 159.* vbi etiam de homicida, *Nouell. reg. 216. n. 28.* vbi de sodomita, *Mascar. de probat. lib. 1. concluſ. 464. n. 1. & lib. 3. concluſ. 1356. n. 43. & 48.* vbi etiam de homicida, *& concluſ. 1313. nu. 16.* vbi de sodomita, *Hector AEmil. in tract. de testib. in verbo, testis abigeus. fol. 20. in fin.* vbi *de fure & abigeo, Hieron. Laur. dec. Auenionen. 91. num. 91. vers. 1. nus alius testis,* vbi etiam loquitur de condemnato pro furto.

AMPLIA

128 AMPLIA I. hanc regulam, vt † procedat non solum in eo, qui de crimine per sententiam condemnatus est, vt loquuntur iura, & Dd. præcitati, sed etiam in eo, qui non fuit per sententiam condemnatus, quia adhuc repellitur, si crimen contra eum oppositum probetur, hoc probat text. *in c. super eo, il 1. de testib. & ibi glos. fin. quem sequuntur Abb. n. 3. Felyn, n. 3. idem Fel. in c. testimonium, nu. 8. C. de testib. Gramm. cons. 26. sub num. 25. vers. nec requiritur, & cons. 35. sub n. 29. & 30. Campeg. de testib. reg. 27. 8. sall. Andr. Barb. in tract. de testib. nu. 18 par. 1. Alex. cons. 152. num. 8. lib. 5.* vbi loquitur, quando constat per confessionem ipsius testis, quod sit criminosus.

129 LIMITA hanc primam ampliationem, vt † procedat indistincte de iure canonico, secus autem de iure ciuili, de quo iure requiritur, testem repellendum esse de crimine damnatum, *l. 3. §. lege Iulia, ff. de testib. & ita tenet gl. fin. in d. c. super eo, de testib. cum omnib. supr. in ampliat. citatis, & faciunt, quæ infr. posui in 7. art. n. 29 &. & seq. vbi vide.*

130 SVBLIMITA hanc proximam limitationem, † vt non procedat in his criminibus, quæ ipso iure inferunt infamiam absque sententia, vt pugnare cum bestiis: in his enim etiam de iure ciuili non requiritur cõdemnatio, & sic ante condemnationem criminosi à testimonio repelluntur, *vt per Felyn. in d. c. testimonium, de testib. sub n. 8. Imol in c. super eo, n. 2. de testib. Steph. Aufr. de test. n. 29. vers. criminosus.* Et de sodomita, quod repelli debeat, etiam non sequuta condemnatione, quia ipso facto habetur pro infami, tradit Nouell. *reg. 216. n. 28.*

131 AMPLIA II. Regulam prædictam, vt † criminosus habeatur, nec ad testificandum admittatur ille, qui pluries de delictis fuit inquisitus, & carceratus, licet nõ fuerit confessus, conuictus, vel condemnatus, *secundum Gram. in cons. 12. n. 13. & cons. 35. nu. 32. & Rol. cons. 94. nu. 36. lib. 4. vbi vltra alias Dd. auctoritates allegant text. in l. 3. §. lege Iul. & ibi gl. in verbo, publica. ff. de testib. & in c. testes, & ibi etiam gl. in verbo, in vinculis, 4. q. 3.*

132 Contrarium † voluisse videtur gloss. *in c. nonne, 8. q. 4. & in c. fin. 25. dist. in vlt. q.* vbi dixit, quod accusatio, siue inquisitio non constituit aliquem criminosum, nisi sit etiam conuictus, ad idem Gram. *voto 30. nu. 25.* & Foll. *in pract. crim. in verbo, item quod venenauit sororem, nu. 28* dum expresse dicunt, quem nõ reputari criminosum, si pluries fuerit accusatus, vel carceratus, nisi etiam sit conuictus, confessus, vel condemnatus. Et licet præfati Dd. non loquantur quoad effectum repellendi testem, sed quoad effectum torquendi, & puniendi, conclusio tamen firmata per gl. *in d. c. nonne, & in d. c. fin.* est generalis in vtroq; casu, & aduertatur, quod text. *in d. l. 3. §. leg. Iul. & ibi gl in verbo, publica. ff. de testib. & c. testes, & ibi gl. in verb. in vinculis, 4. q. 3.* nec non aliæ auctoritates allegatæ per Gram. & Rol. contrarium sentientes, loquuntur in carcerato, dum detinetur in carcere, in quo est timor, q̃ de facili subornari possit ob periculũ & necessitatẽ, in qua versatur, *vt notant etiam glossæ prælegatæ in d. verbo, publica, & in d. verbo, in vinculis, & de qua dicetur inf. in suo particulari loco,* nõ autẽ loquuntur in eo inquisito, qui iam liberatus est à carcere, & ab omni periculo, prout sunt termini propositæ ampliationis, quo casu per exceptionem huiusmodi nihil videtur esse diminuendum de fide ipsius testis, *vt bene deducit Paul. de Castr. in l. 1. C. ex quib. caus. infam. irrog.* vbi loquitur, etiam quod carceratus fuisset tortus, & istam contrariam opinionẽ credo veriorem.

133 AMPLIA III. supra firmatam regulam, † vt etiam ex vnico crimine quis repellatur à testimonio, & hæc ampliatio satis videtur probari ex tex. *in d. c. testimonium, in prin. de testib.* vbi dicit *reprobari testimoniũ eius,* cui opponitur crimen, & sic loquitur de crimine in numero singulari, qui numerus in vno verificatur: item satis probatur ex tex. *in c. constituimus, 3. q. 5. & ex aliis supr. in regula citata,* dum volunt, homicidam, adulterum, furem, & similes, repelli. In his enim, quæ sapiunt delictum ex vnico actu quis habetur pro homicida, adultero, aut fure, *secund. Rebuff. super consuet. tom. 2. in tract. de mercat. min. vend. art. 1. post gl. 1. n. 11. vers. secus si sint nomina, chart. 216.* Et licet huic ampliationi videatur obstare id, quod dicũt Dd. omnes in hac materia loquentes, dum volunt, criminosum ita demum repelli à testimonio, si in crimine perseueret, per text. *in d. c. testimonium, de testib.* pro respõsione tamen pro nunc dici potest, quod ille tex. non requirit perseuerãtiam actualem, *videlicet,* vt quis pluries delinquat, sed loquitur de perseuerantia in solo reatu, quia sc. non agit pœnitẽtiam de crimine, *prout illum text. intelligit Ioan. Andr. in d. c. testimonium, in verbo, perseuerat, & Host. in eod. verbo, Guid. Pap ibi. n. 3. Abb. n. 2. Fel. n. 1.*

LIMITA I. Supra dictam regulam † non procedere in criminoso emẽdato de crimine, qui à testimonio non repellitur, *d. c. testimonium, & ibi gl. in verbo, emendatus, de testib. Spec. in tit. de teste, §. 1. sub n. 24. vers. si vero sit emendatus, Barb. de testib. 2. par. in prin. Alb. de Malet. de testib. par. 1. c. 3. sub vers. si autem sit emendatus, Masc. de prob. concl. 464. n. 6. lib. 1. pluribus exornat Hier. Laur. decis. Auenion. 1. num. 13.* licet contrarium voluisse videatur *in decis. 91. num. 10.* vbi tamen loquitur in criminalibus, de quo mox dicam *in sequenti sublimitatione.* 12

SVBLIMITA I. hanc primam limitationem, † vt emendatus admittatur in causa ciuili vel criminali ciuiliter intẽtata. In his enim terminis loquuntur omnia sup. allegata: secus autẽ in causa criminali criminaliter intentata, in qua etiam emendatus de crimine non admittitur, *d. cap. testim. & ibi Dd. omnes de testib.* vbi *præsertim Abb. n. 8. & n. 12. Fel. n. 24 & n. 31. Spec. in tit. de teste, §. 1. n. 24. ver. si autem agitur criminaliter.* Rol. qui loquitur in emẽdato de crimine furti, *cons 57. nu. 39. lib 4. Barb. de testib. 2. par. n. 1.* Hier. Laur. qui similiter loquitur in condemnato pro crimine furti, *in dec. Auenion. 91. nu. 10. & est * communis opinio, sicuti post Barbat. & Conrad. quos allegat, testatur Clar. in pract. §. fin. q. 24. vers. quæro nunquid, in fin.* 135

LIMITATVR I. hæc prima sublimitatio, † vt non procedat, vbi agitur de modico præiudicio, quia tunc etiam in criminali emendatus admittitur, *Mascar. de prob. concl. 464. sub num. 8.* 136

LIMITATVR II. hæc † eadem prima sublimitatio, vt non procedat in causis criminalibus, in quibus recipiuntur testes, licet patiantur aliquam exceptionẽ, vt si agatur de probãdo innocẽtiam, quia in his emendatus non repellitur, *Masc. de prob lib. 3 concl. 1356. n. 17. vbi alios adducit concordantes.* Et facit, quia ad defensam, & ad probandam innocentiam etiam inhabiles admittuntur, *vt per Clar. in pract. §. fin. q 24. vers. quæro modo, & dicam alibi generaliter.* Et licet Hieron. Laur. *in decis. Auenion. 91. n. 10. & seq.* videatur voluisse, quod nec etiam in probatione innocentiæ recipiantur testes criminosi emendati, non per hoc tamen recedas à proposita limitatione, quia & verior, & communior est. 137

SVBLIMITA II. prædictam † primam limitationem in causa matrimoniali, in qua, cum, prout in criminali, testes integerrimi requirantur, *c. 1. de consanguin. & affin.* Iccirco in ea, licut etiam generaliter in omnibus aliis casibus, in quibus testes debent esse omni exceptione maiores, emendatus de crimine non admittitur, *Mascar. concl. 1365. n 16. & n. 1. vbi alios adducit.* 138

SVBLIMITA III. hanc † primam limitationem, quia quod criminosus sit emendatus, non præsumitur: ideo emendatio est probanda, *Host. in c. testimonium, de testib in verbo, perseuerat, & ibi Guid. Pap. n 3. Abb. ibid sub n 14. vers. ex his colligetur, Imol. in fin. Fel. n. 2. Gram. late 2 010 22 sub nu. 5.* Et licet gl. *in cap. Apostoli 2 q. 7.* distinguendo dixerit, quod in causa criminali emendatio non præsumitur, neq; in ciuili, si crimen fuit manifestum: at vbi crimen fuit occultum, tunc in ciuili præsumitur emenda- 139

tio, & huius gl. distinctionem sequutus sit Spec. *in tit. de teste*, §. 1. *vers. item opponitur, quod est criminosus, sub nu.* 24. & *Alex. in cons.* 149. *nu.* 5. *lib.* 5. hanc tamen gl. expresse reprobat Imol. *in d. c. testimonium, in fin. & Abb. ibi, sub num.* 14. *vers. ego sequor*, & Fel. *n.* 2. Et mouentur omnes ea ratione, quia crimen non fuit ita occultum, quin potuerit in iudicio probare, & qui probauit crimen, habet suam intentionem fundatam, vt debeat repellere testem, *cap. super eo, il* 1. *de testib.* & qui vult se iuuare ex emendatione, illam probare debet, *l* 2. *ff. de prob. cum similib.*

140 Probatur autem † emendatio per sacerdotem confessionis, *vt per Dd. omnes in d. cap. testimonium*, de testibus tradit Masc. *concl.* 465. *in fin.* Vel verius dic, emendationem probari per triennalem laudabilem vitam, & non alias, *prout in proposito, & in terminis, concordando contraria, voluit Hieron. Laur dec. Auenion.* 91. *n.* 10. *iuncta dec.* 1. *n.* 13. *& dixi in tit. de delictis, q.* 23. *n.* 26. *seq. lib.* 1.

141 LIMITA II. regulam † principalem, vt non habeat locum parte non opponente; quando enim pars nō opponente; quando enim pars nō ignorauit, testem esse criminosum, & non opposuit, post examinationem amplius opponere non potest, *Petr. de Anchar. in c. testimonium, de test. quem ibi sequitur Fely. n.* 3. *per illam text. & per text. in l. si quis testib. C. de testib. Cyn. in d. l. si quis testibus, Campeg. de test. reg.* 27. *in* 13. *fall. Masc. de prob. concl.* 464. *n.* 22. *lib.* 1. Dicam latius de teste inhabili, *infr. q.* 62. *n.* 175. *seqq.*

142 AMPLIA † hanc secundam limitationem, vt non sufficiat, si opponatur de crimine in genere, nisi etiam criminis species deducatur cum adiectione loci, & temporis, *c. præsentium, de testib. lib.* 6. *Salyc. in auth si dicatur, cod. de sacrosanct. eccles. collat.* 3. *col. num.* 12. *in fine, & ibi etiam Bal. nu.* 8. *pariter in fine*, C. *de testib. gloss. in c. pastoralis, in verbo, potestate, de except. gloss. in c. pia, in verbo, speciem, vers. non ergo, de except. in* 6. *Bart. in l.* 1. *num.* 8. *ff. de except. & in l.* 1 *in fine*, C. *de testam. Bald. in l. siue testerius, in prin. vers. ideo illud generale, ff. de legat. Rom. consil.* 290. *num.* 2. *& ibi in addit. Horat. Mandos. sub litera B. vbi ex Boerio inf. allegando testatur de crebriori* * *opinione, Campeg. de test. reg.* 27. *fallent.* 16. *Lanfr. de Oriano in tract. de testib. ad cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, nu.* 48. *de probat. Cattelian. Cotta in suis memorab. verbo, testis ad hoc, vt repellatur, vbi amplius, quod si obiectio sit facta in genere de aliquo crimine, nec testis repellitur, etiam quod postea probatio sit facta de crimine in specie, secundum Bald. Alexand. & Aret. in locis per eum allegatis*, præterquam fauore Ecclesiæ, *Mascar. d. concl.* 464. *num.* 23. *Clar. in pract. crim. § fin. q.* 53. *vers. ic in hoc autem proposito, vbi testatur de communi* * *opinione, ex Boer. quem allegat in decis.* 321. *num.* 2. *Viui. in commun. opin. in vers. criminosorum repulsa*, vbi dicit, quod licet aliqui relati per addentes ad Bar. *in d. l.* 1. *C. de testam.* contrarium asseruerint, non est tamen tutum in practica recedere à proposita ampliatione, quæ non solum * communis * est, & magis communis, sed etiam in Rota Romana canonizata, *vt ex decisionib. ibi per eum allegatis*, & faciunt, quæ in simili de infame dixi *sup. n.* 97. & de teste inhabili generaliter, *infr. q.* 62. *n.* 371.

143 SVBLIMITA I. eandem † secundam limitationem: quia licet nō fuerit oppositum de crimine in causa principali, poterit tamen opponi in causa appellationis, *gl. in c.* 1. *in verbo, sententia, de except. & ibi Abb. nu.* 8. *idem Abb. in c. super eo, il* 1. *sub num.* 1. *& ibi Felyn. sub nu.* 1. *de testib. Crot. cons.* 21. *n.* 2. *vol.* 3.

144 Quod † verum intellige, nisi pars malitiose caussa vexandi aduersarium distulerit opponere in 1. instantia, *ita declarat Abb. in d. c.* 1. *de except. n.* 9.

145 SVBLIMITA II. dictam † secundam limitationem: quia licet parte non opponente valeat testimonium criminosi, potest tamen iudex ex officio illum repellere, imo non debet iudex sequi dicta testis criminosi, *Pet. de Anchar. in c. testimonium, de testib. nu.* 4. *Felyn. sub n.* 3. *Henric. Boic. n.* 19. vbi reddit rationem, quia scilicet ad iudicis officium spectat, ne aliquis iniuste grauetur, *l. illicitas, in* 1. *r. spon. ff. de offic. præsid.* prout satis grauaretur pars ex productione & examine talium testium criminosorum: *addo & Barbat. de testib. n.* 5. Et in simili de infame, tradit Alex. *cons.* 152. *nu.* 15. *lib.* 5. *sequitur Masc. de probat. lib.* 3. *concl.* 1356. *nu.* 11. *& seq.* faciunt, quæ in simili dixi de teste infame, *supr. art.* 1. *n.* 34. & quæ generaliter dicam de testibus inhabilibus *inf. q.* 62. *nu.* 190. *& seqq. vbi vide.*

146 LIMITA IV. Regulam † principalem in testamentis, ac omnibus instrumentis, in quibus testis criminosus toleratur, si tempore, quo fuit adhibitus in testamento, vel instrumento, habitus ac reputatus fuerit idoneus, *Abb. in c. super eo, il* 1. *de testibus, sub num.* 1. *& ibi Felyn. num.* 1. & probatur per *l.* 1. *C. de testam. & tradit ibi Paul. de Castr. num.* 7. *adde Mascar. de probat. lib.* 1. *concl.* 464. *n.* 24. *& seq.* facit in simili de infame *supr. in* 1. *art. nu.* 96. *iuncto n.* 42. *seq.* & generaliter de testibus inhabilibus dixi *infra, q.* 62. *n.* 110. *seqq. & n.* 124. *& seqq.*

147 SVBLIMITA hanc † tertiam limitationem, quia ille, qui vult se iuuare ex eo, quod criminosus tempore testamenti pro idoneo fuerit deputatus, debet illud probare. Ex parte enim opponentis, ex quo fuit probatum, illum fuisse criminosum, est fundata eius intētio, quod etiam pro tali fuerit reputatus, *Bal. in l.* 1. *n.* 8. *& ibi Fulgo. C. de testam. Fel. in c. testimon. sub n.* 3. *de test. Paul. de Castro in d. l.* 1. *de testam. & in l. ad testimonium, § conditionem, sub n.* 1. *ff. de testam.* Et licet Bart. *in d. l.* 1. *C. de testam. n.* 4. *& in d. l. ad test. § conditionem, ff. de testam.* videatur voluisse contrarium: hanc tamen sententiam contra Bartol. tenent prælegati Dd. *cum multis aliis, quos refert Las. in d. l.* 1. *nu.* 4. *Fel. in d. c. testimonium, sub n.* 3. *de testib. & dixi de infame, supr. in* 1. *art. n.* 87. *& vide etiam infr. n.* 157.

148 LIMITA IV. Regulam † in criminalibus exceptis, in quibus criminosus in testimonio admittitur, sicut & infamem admitti, dixi *supr. in* 1. *art. nu.* 70. & faciunt, quæ generaliter posui *infr. q.* 61. *n.* 81. *seqq.*

149 Et primo † in crimine simoniæ est tex. *in d. c. licet Heli. de simon. & Abb. n.* 10. *gl. in l* 3. *§. lege Iulia, in ver. palam, ff. de testib. Gig. de crim. læsæ maiest. lib.* 2. *tit. quom. & per quos probe. crim. læsæ maiest. q* 3. *n.* 2. *Mascar. d. concl.* 464. *n.* 10.

150 Item † in crimine hæresis probat tex. *in c. fidei fauorem, de hæret. in* 6. *gloss. in d. cap. licet Heli, in verbo, indifferenter, de simon. & ibi Abb. n.* 18. *& nu.* 21. *Campeg. de testib. reg.* 27. 2. *fall. gloss. in l.* 3. *§. lege Iulia, ff. de testib. in verbo, palam, Mascar. concl.* 464. *n.* 11. *&* 13.

151 Item † in crimine sacrilegii, *Campeg. d. reg.* 27. *in* 3. *fall. Alb. de test. par.* 1. *c.* 3. *n.* 15. *Mascar. d. concl.* 464. *n.* 16.

152 Item † in causa dilapidationis, si bona Ecclesiæ fuerint dilapidata, *d. c. licet Heli, & c. si quis presbyterorum, de reb. eccl. non alienan. Camp. d. reg.* 27. *fall.* 5.

153 Item † in crimine fraudatæ annonæ, cum portitores furantur victualia à Repub. ad exercitum missa.

154 Item † in crimine fraudati census, quod admittitur, quādo quis pecuniam publicā subtraxit, prout omnes casus ponit *Camp. de test. d. reg.* 27. *& Masc. d. concl.* 464.

155 SVBLIMITA hanc quartā limitationē, † quia etiam in criminib. exceptis, in quib. admittūtur criminosi, non tamen isti testes soli faciunt plenā probationē, si nullis aliis adminiculis adiuuentur, *Abb. in c. per tuas, per illum tex. n.* 4. *de simo. & ibi Imo. sub n.* 5. *Gig. de crim. læsæ maie. lib.* 2. *tit. quom. & per quos crim. læsæ maie. prob. q.* 3. *n.* 6. faciūt, quæ in simili de teste infame posui *sup. art.* 1. *n.* 71. *&* 112. & de teste inhabili generaliter dixi *inf. q.* 62. *n.* 383. *seqq.*

156 LIMITATVR V. Regula, quia † non sufficit, quē esse criminosum, vt repellatur à testimonio, nisi etiā reputetur, & habeatur pro criminoso & inhabili. Hanc limitationem ponit Masc. *concl.* 27. *n.* 2. *qui alleg. Rim sen. cons.* 385. *num.* 50. *lib.* 2. *exstat decis. Gram.* 11. *num.* 12. *& decis.* 34. *num.* 49. facit, quod in simili dixi de infame, *supr. in* 1. *artic. num.* 86.

SVB-

157 SVBLIMITA † hanc quintam limitationem, vt non procedat, nisi in testibus descriptis in testamento, vel alio instrumento, quos oportet tempore testamēti non solum fuisse criminosos, sed etiam pro criminosis fuisse reputatos, *vt supr. dictum est in* 3. *limit.* Regulariter autem in aliis testibus sufficit probare, testem esse criminosum, vt repellatur, licet crimen eius non esset manifestum, nec pro criminoso haberetur, *ita tenet expresse Fel. in c. super eo, de testib. sub nu.* 1. *& est de mente Abb. in d. c. sub* * *num.* 1. *per illum text. de* * *communi testatur Clar. in pract. §. fin. q.* 53. *nu.* 3. *ver. sed nunquid excipiens*, vbi loquitur in infami, & vide *in d. art. n.* 87. *& supr. hoc eod. art. n.* 147.

158 LIMITA VI. principalem regulam, quod † testis criminosus admittitur contra criminosum, *secundum gl. in l.* 3. *§. lege Iulia, in ver. palam, ff. de testib. & Campeg. de testib. reg.* 27. 7. *fall. Mascar. d. concl.* 464. *n.* 14. *lib.* 1.

159 Contrariam sententiam, quod † imo criminosus nō admittatur contra criminosum, tenet & late comprobat glos. *in c. testimonium, de testib. & ibi Imol. & Fel. late, nu.* 37. *hoc idem firmat Bart. in l. cum mulier, nu.* 8. *ff. solut. matrim. & ibi Bald. Ang. & Rom. hanc partem tenet Spec. in tit. de test. §.* 1. *sub num.* 26. *ver. sed pone, & multos alios idem tenentes refert Felyn. in d. c. testimonium, sub num.* 37. Et ista contraria opinio est magis communis, * & etiam verior, prout etiam relatis aliorum aduersis & contrariis opinionibus bene comprobat & defendit Barb. *in tract. de testib. part.* 1. *nu.* 49. 50. *&* 51. & faciunt in simili, quæ de teste infame dixi *supr. n.* 44. *seqq. in* 1. *art.* & de periuro, *infr. n.* 190. & de excommunicato, *infr. n.* 257.

160 LIMITA VII. In Christiano, qui † admittitur in testem contra Iudæos, etiam quod sit criminosus, nec potest Iudæus contra eum excipere de crimine, *vt per Camp. d. reg.* 27. *vlt. fall. Mascar. concl.* 464. *num.* 30. Et pro hac limitatione allegantur tradita per Abb. *in c. Iudæi, de test.* qui distinguendo de mente Host. in vno tantum casu, id firmat, videlicet, quando Iudæus vellet opponere Christiano aliquid, quod esset crimen solum secundum legem Veteris Testamenti, & non esset crimē secundum legem Noui Testamēti, in aliis vero casibus firmat contrarium, quod possit Iudæus repellere Christianum ratione criminis: quia Iudæum iudicamus secundum legem Romanam: & sic secundum illam Iudæus repellet Christianum criminosum, *l. Iudæi*, C. *de Iudæ.* Item videmus, quod contra excommunicatum non admittitur testis criminosus, ergo nec contra Iudæum. Et hanc opinionem per hæc fundamenta, ante Abb. tenuit Host. & post eum Fel. *in d. c. Iudæi. nu.* 4. ideo limitatio non subsistit.

161 LIMITA VIII. regulam † principalem in casibus, in quibus veritas aliter haberi nō potest, in his enim criminosus admittitur, *Masc. d. concl.* 464. *n.* 9. *post Bart. in l.* 1. C. *de sum. Trin. n.* 12. *gl. in l.* 3. *§. lege Iulia, ff. de testib. in verbo, palam, Alb. de Malet. de testib. part.* 1. *c.* 3. *nu.* 4. *Marsil. in l. Diuus, sub n.* 7. *ff. de quæst. & in pract. crim. §. diligenter, nu.* 83. *Clar. in pract q.* 24. *sub num.* 19. *vers. infamia*, vbi de teste infame, de quo dixi *in* 1. *art. nu.* 50. *seqq.* vbi de infame infamia iuris, & secundum ibi tradita, declara hanc limitationem, & *in* 2. *art. n.* 120. vbi de infame infamia facti, & de teste inhabili generaliter dixi *infr. q.* 62. *n.* 50 *seqq.*

162 SVBLIMITA hanc † octauam limitationem, vt isto casu, & in omnibus aliis, in quibus testes reprobati à iure ex vitio suo admittuntur, non admittantur, nisi cum tormentis, *Marsil. in l. diuus, n.* 83. *& omnes in locis supra allegatis*, & probatur per text. *in l. ob carmen, ff. de testib. Gig. de crim. læsæ maiest. lib.* 2. *tit. quom. & per quos crim. læsæ maiest. probe. q.* 3. *n.* 4. *Alex. cons.* 11. *nu.* 3. *lib.* 1. *Boss. in tit. de tort. testium, n.* 3. *vers. sic etiam aly crimine notati, Io. Mar. Mont. in suo repert. test. in verbo, an & quando examinentur testes in tortura, fol. mihi* 160. *col.* 2. *ver.* 4. *& col.* 1. *ver.* 5. *Clar. in pract. q.* 25. *in princ. & dixi supr. de infame, in* 1. *art. n.* 56. *seq.* vbi de infame infamia iuris, & *in* 2. *art. n.* 125. vbi de infame infamia facti, & de vilibus dixi *infr. q.* 57. *n.* 62 *seqq.* & generaliter de teste inhabili dixi *infr. q.* 62. *n.* 379. *seq.* ¶ Et in specie de criminoso dixi *infr. q.* 79. *n.* 28. *&* 32. vbi de teste reprobato.

163 LIMITA IX. Quia † licet criminosus repellatur à testimonio, si tamen fuerit examinatus cum aliis testibus fide dignis, vel coadiuuetur aliis adminiculis, valet eius dictum ad aliqualem probationem, *Petr. de Anch. in c. per tuas, il* 1. *de simon. n.* 4. *&* 7. *Fel. in c. testimonium, de test. n.* 5. *Rim. sen. in cons.* 383. *lib.* 2. *Masc. d. concl.* 464. *nu.* 26. & dicam alibi in materia testis inhabilis, *infr. q.* 26. (62.) *n.* 328. sed ad hæc vide, quæ de infame infamia facti dixi etiam *supr. in* 2. *art. n.* 113. & secundum ibi tradita declara hanc limitationem.

164 LIMITA X. Quando † testis commisit crimen in fraudem testimonii promulgandi, quia tunc non repellitur à testimonio, *Monticell. in repert. test pag.* 24. *col.* 2. *vers.* 4. *qui allegat Butr. in cap. inquisitionu, num.* 23. *de accus.* faciunt, quæ in simili de inimico dixi *supr. q.* 53. *n.* 64.

165 LIMITA XI. Regulam, quia † ad repellendum testem tanquam criminosum, non sufficit quodlibet crimen, sed debet esse crimen graue, & animaduersione dignum, *Rimin. sen. cons.* 385. *n.* 58. *vol.* 2. *Natt. cons.* 161. *n.* 10. *vol.* 1. *Mascar. de prob. lib.* 1. *concl.* 27. *sub n.* 2. *& hanc tenet Card. Zabarell. & eam dicit* * *communem, in c. testimonium, de testib. & faciunt, quæ dixi infr. n.* 321. *seqq.* *

116 SVBLIMITA hanc † vndecimam limitationem, vt de iure ciuili transeat sine difficultate, quoniam de hoc iure requiritur, testem repellendum esse de crimine per sententiam condemnatum, *vt supr. dixi.* Ergo debet esse crimen animaduersione dignum; de iure autem canonico quodlibet peccatum mortale, quod sit continuatum, repellet testimonium, vt tenet, ac infinitis argumentis comprobat Abb. *in d. cap. testimonium, sub n.* 3. *vers. sed ego credo. & ibi idem tenet Fel. sub n.* 7. *vers. & cum istis transeo.* & ita communiter tenet dicit. *in d. c. inquisitionis, sub n.* 11. *de accus.* Nam de iure canonico quodlibet peccatum mortale, non data pœnitentia, grauissimum reputatur, ac æternaliter punitur, *§. nunc autem, vers. & quamuis*, 25. *distin.* Imo in causa criminali, quæ agatur in foro ecclesiastico quodlibet mortale, etiam non momentaneum, & transitorium, repellit testem, *Fel. in d. c. inquisitionis, sub n.* 11. vbi dicit, Dd. ita communiter tenere: vide, quæ dicam inf. de existente in peccato mortali, *hac ead. q. in art.* 7. *nu.* 1.

ARGVMENTVM.

De teste carcerato, vel accusato.

SVMMARIA.

Accusatus pendente accusatione regulariter à testimonio repellitur, n. 167.

Amplia 1. *idem in inquisito & denuntiato, qui pariter repellitur à testimonio, inquisitione, aut denuntiatione pēdente, n.* 168.

Amplia 2. *etiam in eo, cui per viam exceptionis crimen obijcitur, nu.* 169.

Limita 1. *vt regula procedat in criminalibus, secus in ciuilibus, vel etiam in causa criminali ciuiliter intentata, nu.* 170. *& hanc limitationem amplia, & declara, vt ib. n.* 171. *seq.*

Limita 2. *in criminalibus exceptis, in quibus etiam accusati ad ferendum testimonium admittuntur, n.* 173.

Limita 3. *vt eadem regula procedat in accusato de crimine capitali, & graui, secus in accusato de crimine leui, n.* 174.

Limita 4. *in accusato de falso, n.* 175. *contra, n.* 176.

Limita 5. *quia potest accusati examen poni ad partes, & expectari euētus causæ, & si sequatur absolutio testis probabit, n.* 177.

Limita 6. *in accusato per fraudem ad hoc, ne testimonium ferat. n.* 178.

Limita 7. *ad defensam, n.* 179.

Carceratus, dum in carcere est, testimonium ferre non potest, nu. 180. *Limita* 1. *dummodo testis fuerit carceratus pro crimine in-*

*famatorio, aliàs secus, n.*181. *Limita* II. *quia isto casu testium numerus supplet defectum, saltem quoad faciẽdum indicium, n.*182. *Limita* III. *quia liberatus à carcere, n.*183. *Limita* IV. *in eo, qui vel criminis suspicione caret, vel in carcerem non ob crimen, sed ob aliam causam coniectus est, n.*184. *Limita* V. *in testamento ad pias causas, n.*185.

QVÆSTIO LVI. ARTICVLVS IV.

ARTICVLVS iste continet duas quæstiones; Vnam de accusato; Alteram de carcerato; Ideo duę constituendæ sunt regulæ.

167 REGVLA I. sit † in accusato, quod is pendente accusatione à testimonio repellitur, *l. in testimonium, ff. de testib. canonizata in c. si testes, vers. in testimonium, 4. q. 3. In testimonium*, inquit ibi Iurisconsultus, *accusator citare non debet eum, qui in iudicio publico reus erit.* Ad idem text. *in cap. fin. ibi, Dd. omnes, extra, eodem. Non debet*, inquit ibi Summus Pontifex, *quia in criminibus ad testificandum admitti, pendente accusatione de crimine contra ipsum.* Et per istam iuram hanc regulam firmarunt Spec. *in tit. de teste, §. 1. versic. item quod pender accusatio, sub num.* 82. *Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læsæ maiest. probe. q. 4. n. 1. Stephan. Aufr. de testib. nu. 3. Crot. de testib. 3. part. nu.* 103. *Nepos de Monte Alb. in eodem tract. de testib. n.* 133. *Natta conf.* 161. *n.* 10. *lib. 1. Mascar. de probat. lib. 1. concl.* 27. *sub num.* 1. Ex pendentia enim causæ super delicto grauatur opinio accusati, ita vt non dicatur integri status, *Abb. in d. c. fin. de testib. in prin. Gigas & Aufrer. locis supra citatis*, & iste accusatus est infamis infamia facti, maxime quando delictum, de quo accusatur, est tale, quod infamiam irroget, *Imol. d. c. fin. de testib. sub n.* 1. *Crot. de testib. 3. part. n.* 103. *Boss. tit. de sent. n.* 89. *Mascar. d concl.* 1. *sub num.* 1. *Hector AEmil. in tract. de testib. verb. testis accusatus, n.* 3. *fol.* 26. Ideo non est mirum, si testis esse non potest.

168 AMPLIA I. propositam regulam, vt id, quod † dicitur de acculato, procedat etiam in inquisito & denuntiato, qui pendente inquisitione vel denuntiatione à testimonio repellitur, *Abb. d. c. fin. de testib. nu.* 6. *Felyn. ibid. sub num.* 1. *Aufr. de testib. sub num.* 3. *Masc. d. concl.* 27. *n.* 2. quicquid in contrarium sensisse videatur idem Masc. *ibi, sub num.* 6. *vers.* 4. *limita. & ante eum Alb. de Malet. de testib. part* 1. *c.* 3. *num.* 42. *& post eum Hector Aemil. vbi supr. num.* 11. *fol.* 32 *sed pro ampliatione addo eundem Hector. AEmil. ibid. n.* 4. *d. fol.* 29. Eadem enim est ratio in inquisitione & denuntiatione quæ in accusatione; ergo vtroq; casu eius testimonium non admittitur.

169 AMPLIA II. Vt † dicta regula procedat etiam in eo, cui per viam exceptionis crimen obiicitur: ille enim, qui excipit contra testem de crimine, videtur eum accusare, *c. fin. de testib. cogen. ita post Alb. de Malet. in loco per ipsum citato, dixit Masc. d. concl.* 27. *nu.* 4. *Hector AEmil. vbi supr. n.* 5. *fol.* 30.

170 LIMITA I. prædictam regulam, vt † procedat in criminalibus, prout loquuntur iura pro ea citata, secus in causa ciuili, vel etiam criminali ciuiliter intentata, in qua accusatus in testem admittitur, *d. c. fin. & ibi Abb. sub num.* 3. *Felyn. in prin. Bald. num.* 2. *Steph. Aufr. de test. sub num.* 3. *vers. fallit etiam in causa ciuili, Mascard. d. conclus.* 27. *sub num* 7. licet enim ex pendentia accusationis grauetur ipsius accusati; huiusmodi enim aggrauatio non sufficit in ciuili, vel cum ciuiliter agitur, *Aufr. de testib. sub num.* 3. *Hector AEmil. de testib. in verbo, testis accusatus, num* 8. *fol.* 31. & facit, quia iste accusatus non est infamis infamia iuris, sed infamia facti: ergo repellitur in criminalibus, non autem in ciuilibus, *per ea, quæ dixi supra, n.* 100. *iuncto n.* 115.

171 AMPLIA hanc primam limitationem, vt † accusatus in ciuili admittatur in testem, non solum pendente prima instantia, sed etiamsi iam sit damnatus, & appellauerit, quia pendente appellatione admittitur, *gl. sin. in d. c. fin. de testib. quam gl. sequitur ibi Bal. nu.* 3. *Abb. nu.* 5. *idem tenet Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de teste, §.* 1. *sub nu.* 83. *Aufr. de reprob. test. n.* 3. *Mynsing. in cap. fin. n.* 3. *extra, de testib. Crot. de testib. part.* 3. *nu.* 103. *& ibi Petr. Monca. in addit. vbi respondet contrarium, & part.* 4. *num.* 189. *vers.* 13. *quæritur, Hector AEmil. vbi supr. n.* 9. *fol.* 31. *& n.* 22. *fol.* 32.

SVBLIMITA, hanc † primam ampliationem non procedere in his causis ciuilibus, in quibus requiruntur testes integerrimi, ac omni exceptione maiores: is enim accusatus repellitur à testimonio, quia non est integri status, ac omni exceptione maior, *Abb. in d. c. fin. de test. in pri. quem ibi sequitur Felyn. sub n.* 1. & faciunt, quæ de infame infamia facti dixi *supr. in* 2. *art. n.* 107. 172

LIMITA II. Regulam † principalem in criminibus exceptis, in quibus accusatus in testimonium admittitur, *d. c. fin. de testib. in illis verbis, nisi forsan in exceptis, & ibi Abb. Imol. & Felyn. in princip. & Abb. ibidem, sub num.* 4. *Gig. de crim. læsæ maiest. lib.* 2. *tit. quom. & per quos crim. læsæ maiest. prob. q.* 4. *n.* 2. *Crot. de testib.* 3. *part. sub num.* 103. *Aufr. de test. n.* 3. In his enim propter criminum atrocitatem multa permittuntur, quæ alias denegantur, *Gig. 6. q.* 4. *in fo. sequitur Hector AEmil. vbi supra, num.* 6. *fol.* 30. *& num.* 7. vbi declarat, limitationem non procedere, quando is, qui de crimine læsæ maiestatis imputatur, esset alias homo bonæ famæ, vide, quæ de infame dixi *supr. num.* 70. & de criminoso dixi etiam, *n.* 148. *seqq.* & generaliter de testibus inhabilibus, *infr. q.* 61. *n.* 81. *seqq.* 173

LIMITA III. regulam † principalem, quia ad repellendum accusatum, delictum, de quo accusatur, debet esse graue, capitale, & infamatorium, secus si leue, quia accusatus de leui delicto non repellitur, *Masc. d. concl.* 27. *n.* 2. *vers. succurrit & illud.* qui Masc. loquitur in criminoso, idem tamen videtur dicendum in accusato: nam vbi verum sit, quod criminosus, quem constat talem esse, non repellatur pro crimine leui, multo minus ille, qui solum est accusatus, cum adhuc, eum criminosum esse, non constet: verùm quando verum sit, quod criminosus, si crimen leue sit, & non graue, repellatur à testimonio, vel non, dixi in materia testis criminosi, *supr. nu.* 165. *seq.* 174

LIMITA IV. Regulam † prædictam in accusato de falso, qui poterit esse testis pendente accusatione, & licet postea culpabilis reperiatur, adhuc eius testimonium non extinguitur, sed ei solum de fide diminuitur, *Aufr. de test. sub n.* 3. *in fin. Masc. d. concl.* 27. *n.* 6. & isti allegant Bart. *in l. Barbarius, colum.* 10. *& ff. de offic. prætor. Hector AEmil. vbi sup. n.* 10. *fol.* 31. 175

Verum † Bart. eo loci, *sub num.* 17. *ad fin. vers. non credo totaliter*, &c. non loquitur in teste, sed in Notario, qui pendente accusatione rogat se de instrumentis, dicitque, quod instrumentorum interim celebratorum fides non totaliter annihilatur, sed tantum diminuitur, si postea culpabilis appareat: sed in teste contrarium sensit, & paulo ante bene declarat, *in versicul. imo videtur, quod sit omnino prohibitum, &c.* tres affert rationes diuersitatis inter Notarium & testem, inter quas ea est vrgentissima, quia testis non potest esse infamis, tabellio autem sic: quare limitationem non credo veram, quia nullum est delictum, quod magis infamet hominem, illudq; ad nihilum magis reducat, quam falsitatis macula, & crimen, quod esse etiam grauissimum & fœdissimum, vbiq; Dd. exclament, *vt videre est post alios, quos allegant, apud Neuiz. cons.* 8. *n.* 36. *Afflict. decis. vlt. num.* 23. *& Boss. in tit. de falsis, n.* 72. *& alibi dicam.* 176

LIMITA V. regulam † supradictam; quia potest examen poni ad partes, & expectari euentus causæ, & si sequatur absolutio, testis probabit, *Io. Andr. in d. c. fi. & si sequatur absolutio, testis probabit, de test. & ibi Abb. sub num.* 2. *& n.* 5. *Felyn. sub num.* 2. *Mascard. d. conclus.* 27. *numer.* 3. Et licet hæc limitatio procedere tantum videatur in casu, in quo esset aliqua præsumptio, 177

ptio, quod aduersarius accusationem procurasset ad euitandum accusati testimonium, alias secus, *secundum Stephan. Aufrer. in tractat. de testib. sub num.* 3. *& est de mente Ioan. Andr. Imol. & Felyn. in d. cap. fin. de testib.* Abb. tamen *in d. cap. fin.* dicit, quod non esset malum, hanc limitationem indistincte obseruare, & eam etiam indistincte tenet *sub num.* 2.

178 LIMITA VI. Vt † regula non procedat, quando quis alterum accusaret malitiose, & per fraudem ad hoc, vt ipse accusatus à testimonio repelleretur: nam tunc non repellitur, *vt per Alber. de Malet. de testib. part.* 1. *cap.* 4. *sub num.* 68. *circa fin. Aufrer. de testib. sub num.* 3. *ante fin. vers. est tamen aduertendum, Bald. in auth. si testis productus dicatur, num.* 5. *C. de testib. Iaf. in l. si seruus plurium, §. si quis ante, n.* 6. *ff. de legat.* 1. *Bart. in l.* 2. *in* 2. *lect. n.* 6. *C. de testib. Hector. Æmil. de testib. in verbo, testis accusatus, nu.* 13. *&* 14. *fol.* 32. *& faciunt in simili, quæ de inimico dixi supr. q.* 55. *n.* 64.

172 LIMITA vltimo † regulam prædictam in causa criminali, ad defensam, & in omnibus aliis casibus, in quibus diximus criminosum in testimonium admitti; si enim ille, qui verè apparet criminosus, admittitur, multo magis debet admitti ille, qui solum est de crimine accusatus, & non habet difficultatem.

180 REGVLA II. sit in carcerato, quod † is testimonium ferre prohibetur, *cap. si testes omnes. §. lege Iulia, & ibi gl. in verbo, in vinculis, 4. q.* 2. *l.* 3. *§. Iulia, & ibi gloss. in verbo, publica. ff. de testib. Spec. tit. de teste, §.* 1. *vers. item quod accusatus contra quem, sub n.* 90. *Feder. Schenck in tract. de testib. num.* 17. *Lanfr. de Oriano in tract. de testib. seu in repet. c. quoniam contra, de probat. n.* 93. *vbi testatur de* + *communi, Ant. Gomez. var. resol. tom.* 3. *cap.* 12. *de prob. delict. nu.* 18. *in fin. vbi testatur de communi, Campeg. de test. reg.* 130. *in princ. Corrad. in pract. in tit. de testib. in parte, personas testium aggrediendo. pag.* 83. *nu.* 29. *Viu. in commun. opin. in versic. in testem non admittitur socius criminis, in fin. vbi dicit communem, ex Lanfr. in loco proxime citato, Mascar. de prob. lib.* 1. *concl.* 286. *in princ. & lib.* 3. *concl.* 1356. *num* 34. Et ratio, quare carceratus à testimonio repellitur, est vel propter notam infamiæ suæ, vel quia præsumitur, quod falsum testimonium diceret pro aliquo, qui ei promiserat, se eum liberaturum à vinculis, *ita dicit gl. in d. l.* 3. *§. lege Iulia, in verbo, publ. ff. de testib. quam gloss. referunt & sequuntur Anton. Gomez. & Mascard. in locis supra citatis.* Alia est etiam ratio, quia cum sint in vinculis, sunt suspecti de crimine, & quodammodo infames, *Alb. de Malet. in tract. de testib. par.* 1. *c.* 3. *n.* 51. *Corrad. in pract. vbi supr. d. pag.* 83 *sub eodem num.* 28. *& faciunt, quæ in simili supr. dixi, de accusato, n.* 167.

181 LIMITA I. hanc regulam, vt † procedat in carcerato pro crimine, quod infamiæ notam irrogat, secus autem in carcerato pro crimine, quod non infamat, *gl. in c. si testes, §. lege Iulia, in verbo, in vinculis, 4. q.* 2. *Steph. Aufr. de reprobat. test. n.* 1. *vers. carceratus, seu detentus, Corrad. in practic. vbi supr. pag.* 83. *sub num.* 28. *Mascar. d. conclus.* 268. *n.* 4. *& sic declarandus est tex. in d. l.* 3. *§. l. Iulia, ff. de test. & in d. c. si testes, 4. q.* 2. Quibus simpliciter & generaliter dicitur, positum in vinculis, seu carceratum non posse esse testem, prout etiam præfata iura sic generaliter loquentia limitauit Alb. de Mal. *in tract. de testib. par.* 1. *c.* 3. *sub n.* 50. Vide, quæ in simili de criminoso dixi *supr. n.* 165.

182 LIMITA II. Quia † licet carcerati testimonium non admittatur, vt faciat plenam fidem, plures tamẽ testes carcerati facerent bonum indicium ad torturam, ita tenent Alb. de Malet. *in tract. de testib. part.* 1 *c.* 2. *nu.* 50. *quem sequitur Campeg. in tract. de testib. reg.* 130. *Mascar. concl.* 268. *n.* 5. Et faciunt, quæ generaliter de testibus inhabilibus dixi *infra, q.* 62. *n.* 309. *seqq.*

183 LIMITA III. Quia † carceratus si liberetur à carcere, poterit testificari de his, quæ vidit tempore, quo fuit carceratus, sicut domesticus potest deponere de his, quæ vidit tempore domesticitatis, dummodo tempore depositionis non sit domesticus. Et imo remedium est, vt testis liberetur, quod postea testificari possit, *secundum Alb. de Malet in tract. de testib. part.* 1. *c.* 2. *nu.* 49. *quem refert & sequitur Campeg. reg.* 130. *fall.* 184

LIMITA IV. In † eo carcerato, qui criminis suspicione caret, vel si non propter crimen, sed ob aliam causam fuit in carcerem coniectus. Is enim poterit esse testis, *Campeg. d. reg.* 130. *Mascar. de probat. concl.* 269. *n.* 8.

LIMITA V. Regulam † supra firmatam in testamento ad pias causas, in quo testis adhiberi poterit etiam carceratus pro malef. Bal. *in reper. l habeat, nu.* 42. *C. de sacrosanct. eccles.* Campeg. *d. reg.* 130. *Masc. d. concl.* 268. *in fin.* Vide, quæ de testibus inhabilibus in testamento admittendis dixi *infr. q.* 26. *n.* 24. *seqq.* 185

ARGVMENTVM.

De Teste periuro.

SVMMARIA.

*Regula sit, quod periurus non potest testimonium ferre tam in causa ciuili, quam in criminali, n.*186.

*Amplia primo, etiam in periuro emendato, & qui pœnitentiam egit, n.*187.

*Amplia secundo, vt non faciat indicium ad torturam, nec ad inquisitionem formandam, n.*188.

*Amplia tertio, vt nec faciat indicium ad capturam, n.*189.

*Amplia quarto, vt nec admittatur in testem contra alium periurum, n.*190.

*Amplia quinto, vt periurus in parte, seu in vno repellatur, nec fidem faciat in aliquo, n.*191.

*Amplia sexto, etiam in periuro non in principali delicto, sed in accessorio & extrinseco, quia adhuc eius testimonium in totum reprobatur, n.*192.

*Amplia septimo, vt nec periurij defectus purgetur per torturam, n.*193. *Sed hæc ampliatio procedit in criminalibus, secus in ciuilibus, n.*194.

*Amplia octauo, vt neq; etiam generali dispositione admittente inhabiles ad testificandum possint periuri testimonium ferre, n.*195.

*Amplia nono etiam in crimine læsæ maiestatis, n.*196.

*Amplia decimo, in periuro quocunq; iuramento, tam assertorio, quam promissorio, & tam de præsenti, quam de præterito & futuro, n.*197.

*Limita primo, regulam non procedere in violante iuramentum temerarium, & illicitum, n.*198.

Sublimita primo hanc limitationem, dummodo certum sit, iuramentum esse illicitum, & temerarium, secus si dubium, num. 199.

Sublimita secundo, dummodo talis periurus pœnitens pœnitentiam egerit de huiusmodi illicito iuramento, alias secus, num. 200.

*Limita secundo in periuro dispensato à Papa ad testificandum, num.*201.

*Limita tertio in omnibus casibus, in quibus periurus excusatur à periurio, nam & in iisdem poterit etiam testificari, n.*202.

*Limita quarto in crimine hæresis, n.*203.

*Sublimita hanc quartam limitationem, vt in num.*204.

QVÆSTIO LVI. ARTICVLVS V.

REGVLA sit, quod † periurus testis de non posset, neque in causa ciuili, neque in criminali, *c. si quis conuictus, & c. paruuli, 22. q. 5. c. quicunque, 6 q. 1. c. ex parte, & ibi gloss. in verbo, de periurio, vbi Abb. n.* 3. *& Felyn. n.* 4. *de testib. cap. sicut nobis, & ibi gloss. fin. de testib. c. testimonium, eod. tit. de testib. & ibi Abb. n.* 7. *Felyn. nu.* 19. *gloss. in c. per tuas, de simon. in verbo, adulterij, gloss. in l. Lucius, in verbo, debeatur, in ff. de his qui not. infam. & ibi Dd. Alex. consil.* 114. *num.* 8. *vol.* 4. *Gram. cons.* 44. *nu.* 11. *Alciat. de præsumpt.* 4. *reg.* 2. *præsumpt.* 10. *in princip. Gig. in tract. de crimin læsæ maiest. tit quomodo & per quos crim. læsæ maiest. probe. lib.* 1. *q.* 11. *nu.* 1. *vide de commu-* 186

* ni.* Nepos de *Monte Albano in tractat. de testib. num. 23. Iacob. Butrig. in simili tract. cap. 1. num. 51. Alber. de Malet. cap. 3. n. 27. & cap. 6. n. 74. Lanfr. de Oriano in simili tract. de test. sub n. 77. Ægid. Bosi. in tit. de opposit. contra test. n. 19. & nu. 51. & in tit. de inquisit. num. 42. Tindar. in simili tract. de testib. cap. 11. & c. 12. n. 2. lib. 1. & cap. 4. n. 3 & cap. 7. n. 33. lib. 2. Rolan. cons. 16. n. 9. vol. 1. & cons. 94. n. 14. vol. 4. Ceph. cons. 233. n. 5. lib. 2. Clar. in pract. § periurium. num. 7. vers. repellitur. vbi, quod ita tenent communiter * Dd. ex Alber. in d. l. Lucius. nu. 3. ff. de his, qui not. infam. Viu. qui etiam de communi testatur in suis commun. opin. vers. testis esse non potest periurus. & alios plures adducit, & de communi etiam testatur Osasc. cons. 23. num. 31. seq. lib. 1.* Caret enim periurus eo, quod potissimum in teste requiritur, scilicet veritate, quæ debet esse pura & simplex, *c. pura. 3. q. 9.* Et eo quod semel violauit iuramentum, semper in eo remanet suspicio periurij. *gloss. in c. paruuli. 22. q. 5.* Et hoc maxime procedit in eo, qui committit periurium in testificando: nam ex quo semel deliquit in officio, semper est suspectus in eodem, *c. quicunque sciens. 6. q. 1. l. si aliquid. C. de suscept. & ar. lib. 10. Barbat. in tract. de testib. par. 3. n. 7.* Et de ista regula non est dubitandum. Primo, quia in iure est bene fundata. Secundo, quia communiter à Dd. recepta.

187 AMPLIA I. Regulam prædictam, vt † habeat locum, quantumque quis sit de periurio emendatus, ac de eo pœnitentiam egit, quia adhuc repellitur à testimonio, & in ciuili, & in criminali, *text. est in c. testimonium, & ibi gloss. in verbo, periurij. Abb. ibid. nu. 7. & Fenium. de testib. & ibi gloss. in verbo, periurij. Abb. ibid. nu. 7. & Felyn. sub nu. 19. in gloss. in cap. quicunque. in verbo, testimonium. 6. q. 1. gloss. in cap. per tuas. il primo, in verbo adulterij, de simon. & ibi Felyn. n. 10. gloss. in l. qui cum vno §. ignominia. in ver. absolutus. ff. de re milita. quam gloss refert & sequitur Bald. in l. Lucius, in fin. ff. de his, qui not. infam. Gig. de crim. læsæ maiest. tit. quom. & per quos crimen læsæ maiest. probe. q. 11. lib. 2. Lanfr. de Orian. in tract. de testib. sub num. 77. Alb. de Malet. in simili tract. c. 3. sub num. 27. Barb. de testib. part. 3. n. 5. & n. 17. Stephan. Aufr. in tract. de testib. vers. periurus. n. 81. Viu. in commun. opin. in verbo, testis esse non potest periurus. Corrad. in pract. in titul. de testib. §. personas testium aggrediendo. pag. 83. sub nu. 83. Ruyn. cons. 146. n. 4. lib. 5. Roland. cons. 16. n. 12. & 13. & cons. 73. num. 10. & 13. lib. 1. Ceph. cons. 234. n. 3. vol. 2. Mascar. de prob. concl. 1168. n. 16. & seqq. lib. 3. pluribus comprobat, & de communi testatur Osasc. cons. 65. n. 31. ad medium, lib. 1.*

188 AMPLIA II. regulam prædictam, vt † periurus non faciat indicium, nedum ad torturam, sed neq; ad inquisitionem formandam; sic enim, omissis antiquiorum auctoritatibus, post alios, quos allegant, plures voluerunt, *Roland. late in cons. 16. nn. 9. & seq. & cons. 73. n. 6. & seq. & num. 17. vol 1. & cons. 94. nu. 15. & seq. vol. 4. Ruyn. cons. 146. n. 2. vol. 5. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. n. 3. & seq. Ceph. al. cons. 234. (233.) nu. 4. & 234. nu. 1. vol. 2. Bursat. cons. 35. nu 5. vbi testatur de * commun, lib. 1. & cons 79. nu. 11. vbi similiter de communi, eod. volum. 1. Mascard. de probat. concl. 1168. n. 5. lib. 3. Marc. Ant. Eug. cons. 27. nu. 52. Osasc. d. cons. 65. nu. 31. ad finem, vbi etiam in idem allegat Sim. de Prat. cons. 178. n. 24. & seq. lib. 1.* Secuti enim fama, quæ processit à maledicis, & à personis non fide dignis, non facit indicium ad formandam inquisitionem, *c. qualiter & quando, il 2. de accus.* ita nec dictum testis periuri, quia in eodem est eadem ratio, *§. dicunt Dd. in locis supr. citatis,* ¶ quibus addo Honded. *cons. 200. num. 39.*

189 Imo, quod † plus est, quod testis periurus neq; etiam sufficiat ad capturam, tenet Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 10. quem refert & sequitur Ceph. al. cons. 233. n. 5. & nu. 8. vel 2. Rolan. cons. 94. (95.) n 21. lib. 4. Mascar. d. concluf. 1168. nu. 6.* sed ad hæc vide, quæ dixi *in tit. de indic.* de teste corrupto, *supr. q. 45. n. 12. seq.*

190 AMPLIA III. regulam, vt † periurus non admittatur etiam contra alium periurum, *ita tradidit Viu. in sub commun. opin. in verbo, testis esse non potest periurus. idem firmauit Plot. in l. si quando. §. 50. num. 4. C. vnde vi, vbi testatur de * communi.* Et probatur hæc ampliatio ex his, quæ * in simili dicunt Dd. quod infamis non admittitur ad testimonium etiam contra alium infamem, *Bartol. & post eum communiter * Dd. in l. cum mulier. ff. solut. matrim. * dixi supr. in 1. artic. num. 44. seqq.* ita etiam criminosus repellitur contra alium criminosum, *gloss final. & post eam scribentes in c. testimonium, de testib.* latè de hoc vltimo dixi *supr. nu. 168. seq.* & de excommunicato contra excommunicatum dixi *infr. n. 257.*

AMPLIA IV. Vt † periurus in parte, seu in vno re- 191
pellatur, nec fidem faciat in aliquo, *c. pura. 3. q. 9. Bald. in l. si ex falsis, in fin. C. de transact. & in l. fin. n. 18. (. de edict. diui Adriani toll. Felyn. in c. fraternitatis, n. 21. de haret. Alexan. cons. 44. num. 7. lib. 2. Rolan. cons. 16. num. 19. & cons. 73. n. 12. volum. 1. & cons. 94. num. 15. volum. 4. Plot. in l. si quando, § 50. num. 4. C. vnde vi.* Et ratio huius ampliationis est, quia iuramentum, super quo fundatur testimonium, est indiuisibile, & ipsum testimonium diuidi non potest, vt pro parte valeat, & pro parte pereat, *secundum Bald. & Dd. in locis supra citatis,* & faciunt, quæ in simili de teste falso dixi *infra quæst.... num...*

AMPLIA V. Vt † etiamsi quis probetur periurus 192
non in principali dicto, sed circa accessoria & extrinseca, adhuc in totum eius testimonium reprobetur, *secundum Bal. in d. l. si ex fals. in fin. C. de transact. Aym. consil. 6. n. 14. lib. 1. Rolan. cons. 94. n. 15. lib. 4. Mascard. qui alios allegat in tract. de probat. concl. 1168. n 121. lib. 3.* Testis enim debet veritatem super omnibus loqui in tantum, quod etiamsi deponeret super articulo impertinenti, diceretur periurus, ac in totum repelleretur, *secundum Aym. d. cons. 6. num. 19. & Alex. cons. 44. num. 7. lib. 2.* De veritate tamen huius ampliationis, & an, & quando, ac in quibus casibus periurus in aliquo, in totum reprobetur, videas ea, quæ de teste, in parte falso, dicentur suo loco *infra, quæst.... num....*

AMPLIA VI. Vt † periurij defectus non purgetur 193
per torturam, ita vt etiamsi sint torti testes periuri, adhuc non faciant indicium, neque ad inquisitionem, neque ad capturam, *Aym. consil. 6. numer. 16. & 48. lib. 1. Corrad in pract. in tit. de testibus, §. personas testium aggrediendo. pag. 83. in verbo, periurus, numer. 33. in fin. Ruyn. consil. 146. num. 2. & 4. volum. 5. Roland. consil. 16 num. 9 & 10. & consil. 134. num. 1. volum. 2. Marc. Anton. Eug. consil. 27. num. 54. Bursat. consil. 79. numer. 11. vbi etiam testatur de * communi, * Burs. consil. 79. numer. 11. vbi etiam testatur de * communi, * lib. 1. Mascard. de probat. lib. 3. concluf. 1168. num. 7. ¶ Honded. consil. 200. num 38.* vbi alij referuntur concordantes, & pariter de communi opinione testatur. Alios congerit Osasc. *consil. 65. num. 32. seq. lib. 1.* vbi reddit rationem, quia scilicet in simili, quod infamia testis per torturam non purgatur, tenuit Dec. *consil. 189. sub num. 13. quem sequutus fuit Aym. d. consil. 6. sub num. 16. & dixi supra, in 1. artic. nu. 37. seqq.*

LIMITA hanc ampliationem, vt † habeat locum 194
in causa criminali, in qua periurium non purgatur per torturam, secus autem in causa ciuili, *l. ob carmen, §. pen. ff. de test. § si vero, in auth. eod tit. Aym. d. cons. 6. n. 16. & n. 47. Rolan. cons. 16. n. 11. & cons. 73. n. 12. vol. 1. Ceph d. cons. 234. n. 18. & seq. Mascar. d. concluf. 1168. n. 12. & 15. Osasc. d. cons. 65. n. 32. & 33.* ita quoque de infamia, quod in causa ciuili per torturam purgatur, dixit Dec. *d. cons. 189. n. 13.* Sed in ciuilibus nunquam vidi iudices torquere testes ad purgandum eorum defectum, & si hoc facerent, nunquam reperirentur homines, qui se sponte examini subiicerent, & dixi infra in materia torquendi testes.

AMPLIA VII. Vt † neque etiam ex generali dis- 195
positione, qua caueatur, vt omnes testes inhabiles admittantur, periurus tamen non admittatur, nisi de eo specialiter caueatur, &c. *fuit sententia gl. in c. per tuas, in verbo adulterij, de simon. quam ibi sequutus est Abb. nu. 12. idem tenuit Roland. consil. 16. num. 13. lib. 1. & consil. 94. nu. 19. lib. 4. Ceph. consil. 134. num. 2. & Mascar. d. concluf. 1168. num. 10.*

Et probatur hæc ampliatio potissimum ex text. *in c. testimonium, de testibus.* vbi, licet testes de quolibet crimine emendati in ciuilibus admittantur, ab hac tamen dispositione excipitur periurus, qui quantumcunque emendatus semper repellitur, vt probant verba illius textus.

196 AMPLIA VIII. Vt † neque in crimine læsæ maiestatis periuri testimonium admittatur, *ita tenet Aym. consil. 6. n. 58. Mascar. de probat. concl. 462. num. 39. & 40.* In hoc enim crimine habilitantur testes inhabiles ratione personæ, non autem dispensatur inhabilitas circa dicta, *vt per Aym. & Mascard. in locis citatis.* Et licet contrariam sententiam, quod imo in tanto crimine testis periurus admittatur, tenuerit Gig. *in tract. de crim. læsæ maiest. titul. quom. & per quos crim. læsæ maiest. probe. q. 11.* addito temperamento, de quo *in cap. per tuas, de simon.* videlicet, si ex verisimilibus coniecturis, & numero testium, ex qualitate deponentium, & eorum, contra quos deponunt, ac aliis circumstantiis verum dicere præsumatur, *vt ibi per eum, nu. 3.* tamen effectu non videtur recedere ab hac ampliatione; tot enim concurrentibus, si periuro testi credatur, id non tam ex fide ipsius, quam ex aliis adminiculis eueniet.

197 AMPLIA IX. Vt ea, † quæ diximus de teste periuro repellendo, locum habeant in quolibet iuramẽto violato, tam assertorio, quam permissorio, & tam de præsenti, ac de præterito, quam etiam de futuro, & sic siue quis iurauerit id, quod erat falsum, siue non seruauerit id, quod ab eo iuramento fuerat promissum, *Abb. in c. testimonium, de testib. sub nu. 7. Felyn. ibid. post Ioan. Andr. Hostien. & alios ab eo relatos, sub num. 19. Stephan. Aufrer. in tract. de testib. sub num. 81. vers. periurus. Barbat. in simili tract. part. 3. num. 6. & Alber. de Malet. de testib. c. 2. ad fin. & cap. 3. num. 27. part. 1.*

198 LIMITA I. Regulam principalem, vt † non habeat locum in violante iuramentum temerarium, & illicitum, is enim à testimonio non debet repelli, *Hostien. in * cap. testimonium, de testib. qui dicit, Dd. ita communiter * tenere, quem refert & sequitur Abb. in cap. testimonium, num. 7. & Felyn. ibidem, qui dicit, omnes ita tenere, sub numer. 19. & ante eos idem voluit gloss. in cap. intimauit, in verbo, iuramento, de testibus, & ibi Abb. & Felyn. num. 7. & seq. alia gloss. in cap. constitutus, il 2. de testibus, & ibi Abb. in fine, Alber. de Malet. in cap. 3 num. 27. in suo tract part. 3. num. 6. Stephan. Aufrer. in simili tract. de testib. verfic. periurus, sub num. 81. Clar. in pract. crim. in § periurio, verfic. repellitur, num. 7.* Et ratio est, quia violans tale iuramentum non est periurus, illicitum enim iuramentum seruare non debuit, imo peccasset, si illud seruasset, gloss. *in d. cap. intimauit, in verbo, iuramento, de testib.*

199 SVBLIMITA I. hanc † primam limitationem, vt procedat, quando certum est, tale iuramentum esse illicitum, & temerarium, secus si sit dubium, quia tunc violans etiam tale iuramentum, dicitur periurus, & à testimonio repellitur, *Abb in cap. testimonium, de testibus, sub num. 7. & Felyn. ibidem, sub num. 19. qui dicit, hoc esse de mente Hostien. & omnium scribentium super d. cap. testimonium, de testibus, hoc idem firmat Barbat. in tract. de testibus, part. 3. sub numer. 6. Stephan. Aufrer. in simili tract. de testibus, in verbo, periurus, sub num. 82.* Et ratio huius sublimitationis est, quia non debuit iste in dubio propria auctoritate contrauenire iuramento, *cap. venerabilem, de election.* Et hanc rationem afferunt prælegati Doctores, *in locis citatis.*

200 SVBLIMITA II. Vt † limitatio procedat, dummodo de iuramento pœnituerit, alias nisi de eo pœnitentiam egisset, non admitteretur ad testimonium, etiam quod iuramẽtum fuisset illicitum, & temerarium, nisi in odium eius, qui eum ad tale iuramentum illicitum, & temerarium induxisset, *secundum Hostien. quem refert, & sequitur Abb. in cap. constitutus, il 2. de testibus, in fine, idem Abb. in cap. intimauit, de testibus, & post eum Felyn. numer. 7. & seqq. Alberic. de Malet. de testibus, cap. 3. numer 30. & seq. part. 1. Barbat. in simili tractat. part. 3. sub numer. 6.* Ratio est, quia quilibet temerarie iurans peccat mortaliter, *cap. 2. 22. quæst. 2. cap. & si Christus, de iureiur. and. Alber. de Malet. de testibus, cap. 3. num 30. part. 1.* Merito nisi peracta pœnitentia non debet ad testimonium admitti, *iuxta cap. testimonium, & tradita ibi per Dd. de testib.* Et faciunt ea, quæ de exsistente in peccato mortali dixi *infra in 7. artis.*

201 LIMITA II. Regulam † principalem non procedere, quando Papa dispenat, vt periurus in testem admittatur, *secundum Ioan. Andr. Ant. de Butr. ac Imol. in cap. testimonium, de testibus, quos omnes refert & sequitur Felyn ibidem, sub num. 22. vbi dicit, Dd. ita communiter * tenere, Specul. * lat. in tit. de teste, §. 1. num. 30. vers. sed quæritur vtrum, Alber. de Malet. in tract. de testibus. part. 1. cap 1. numer. 28. Mascard. qui alios allegat, de probationib. concluf. 1168. in fine, de communi.*

202 LIMITA III. Regulam † principalem in omnibus illis casibus, in quibus quis excusatur à periurio, vt quia lege permittente, vel Principe cogente, iuramentum nõ seruauit, vel in eo, qui milit petuniam per mutuum, qui egit infideliter, non soluendo in termino, & in summa limita in omnibus illis casibus, in quibus aliquis sine dolo à iuramento recessit. His enim casibus quis non repellitur à testimonio, cum non sit vere periurus, nam periurium non committitur sine dolo, *vt per Bald. in l. obseruare, §. proficisci, versic. sed nunquid iudex. ff. de offic. proconf. Paul. de Castr. in l. fin. ff. qui satisdar. cogan. & in l. qui iurasse, in princip. ff. de iureiur. Alex. in consil. 92. nu. 13 lib. 1.* Et pro hac limitatione vide ea, quæ tradit Felyn. *in cap. testimonium, sub num 23 de testibus. Plot. in l. si quando, §. 54. n. 4. & seq. C. vnde vi. Mascard. d. concluf. 1168. vbi de communi, n. 22. & seq. lib. 3.*

203 LIMITA IV. Regulam principalem, vt † non habeat locum in crimine hæresis, in quo fidei fauore periurum posse esse testem, statuit Pontifex, *in c. accusat. §. licet vero periurus, de hæret. in 6. tradit Gig. in tract. de crim. læsa maiest. tit. quom. & per quos crim. læsæ maiest. probe. q. 11 n. 2. lib. 2. Mascar. de probat. concl. 857. n. 5. lib. 2.*

204 SVBLIMITA hanc † quartam limitationem, vt procedat, quando ex indiciis manifestis apparet, quod testis periurus non ex animi leuitate, aut odij fomite, sed ex zelo iustitiæ deponat, & tam cõtra se, quam contra alios id, quod prius celauerat, reuelet: his enim omnibus concurrentibus, nunc demum admitti, voluit text. *in d. c. accusat. § licet vero, de hæret. in 6.* Et eum text. in his terminis esse intelligendum, declarat Aym. *d. cons. 6. n. 58. lib. 1. Gig. loco supra citato, Mascard. de probat. concl. 462. n. 40. lib. 1. & concl. 857. n. 9. lib. 2.*

ARGVMENTVM.

De Teste Iudæo, & hæretico, seu infideli.

SVMMARIA.

Regula sit, quod Iudæus testis esse non potest, nu. 205.
Amplia primo in hæretico, pagano, seu alio quocunq; infideli, numer. 206.
Amplia secundo etiam in eo, qui dubius est in fide, n. 207.
Amplia tertio, etiam in neophyta, & alio quocunq; ad fidem conuerso, num. 208. contra, num. 209. Distingue, vt num. 210. seqq.
Amplia quarto, etiam in hæretico pœnitente & crucem portante, n. 213. & 215. licet aliy contra, n. 214.
Limita primo contra alios Iudæos, vel alios infideles, nu. 216. vbi hoc ampliatur, siue producatur à Iudæo, aut alio infideli, siue etiam Christiano.

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

Limita secundo, quia productus a Christiano probat contra producentem, n.217.

Limita tertio, quia Iudæus siu infidelis productus à Christiano, contra alium Christianum, probat, propter paritatem odij, n.218. sed contra, n.219.

242 *est excommunicatus*, vbi † loquitur etiam in suspenso, *Nepos de Monte Albano in tract. de testib. nu. 40. seqq. Franc. in c. decernimus, n. 6. vers. regulariter ergo, de sent. excommun. Abb. Felyn. & Dd. communiter* * *omnes, in d. cap. veniens, extra, de testib. Nell. in tract. de testib. num. 20. Iac. Ægid. in simili tractat. num. 9. Ausfrer. de reprobat. test. num. 41. Alber. de Malet. de testib. nu. 33. Lanfran. de Oriano in repet. c. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, num. 76. vers. quarto quarto, iuncto vers. seq.* vbi, quod hæc conclusio est indubitata, secundum

* omnes, *in d. c. veniens, & ita tenent omnes Dd. communiter* * *in c. testimonium, de testib. Iodoc. in pract. crim. cap. 50. rubr. de reprob. test. nu. 16. Campeg. de testib. reg. 36. in princip. Nouell. reg. 216. n. 1. Conrad. in pract. vbi sup. d. num. 37. in prin. Roland. consil. 95. num. 22. seqq. lib. 4. Ioan. Mar. Monticell. in repertor. test. verbo, excommunicatus, fol. mihi 30. colum. 1. versicul. final. & colum. 2. versicul. 1. Bursat. consil. 20. numero 49. in fine, lib. 1.*

* *vbi etiam testatur de communi* * *opinione, Gabr. titul. de testib. lib. 1. conclus. 19. num. 1. Mascar. de probat. lib. 2. conclus. 705. n. 1. lib. 3. concl. 1356. nu. 26. & habemus decis. Put. 3. n. 3. lib. 1.*

243 Et † licet, quod imo excommunicatus admittatur ad testificandum, voluerint Cyn. *in l. edita, C. de edend.* & Fel. *in cap. intelleximus, col. 1. de iudic.* inaduertenter tamen, prout adnotauit, & eos refert Gabr. *d. concl. 19. eod. num. 1.*

244 *vers. contrarium dixit.* Et † pariter excommunicatum non esse infamem, asseruerit Bal. *in l. quid ergo, §. pœna grauior, in 2. lectura, col. pen. vers. vltimo quæro, ff. de hu qui not. infam. & Dec. in c. fin. colum. 2. vers. & ad hoc facit, de appellationibus.*

245 Non † per hoc tamen recedas à proposita regula, quæ, vt præfertur, sicut iuribus bene comprobatur, ita etiam

* à Dd. magis * communiter recipitur: & † quod ad in-

246 famiam distinguunt etiam communiter Dd. quod si quis excommunicatur ex causa famosa, vel ex contumacia non comparentis ad se excusandum pro delicto infamiam irrogante, & tunc ex excommunicatione efficitur infamis, secus si ex alia causa vel delicto, non irrogante infamiam, *secundum Rom. in sing. 689. Tiraquell. de retract. gloss. 9. num. 71. & post Innocent. Hostiens. Butr. Imol. & Felyn. in locis per eum allegatis, bene declarat Stephan. Lamberteng. in tract. de contract. eorum, gloss. 12. in verbo, agnatum non habuerit, q. 12. n. 45.*

247 Et † tamen omni casu fore repellendum à testimonio crediderim, cum semper reputetur turpis, & non honesta persona, *vt alias relatis comprobat idem Lamberteng. in loco citato, num. 46. & illis addo Roland. consil. 95. num. 24. volum. 4.*

AMPLIA I. propositam regulam, vt † procedat, etiam quod excommunicatio sit nulla, nam adhuc excommunicatus à testimonio repellitur, antequam fuerit declarata talis nullitas, *ad text. in c. veniens, il 2 in fine, & ibi Abb. in vlt. notab. nu. 5. vbi etiam allegat text. in c. cum contingat, de offic. delegat. & in cap. venerabilibus, prope finem, de sent. excommunicat. in 6. Felyn. in d. veniens, num. 4. Aret. ibid. in 8. notab. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in causs. ciuil. rubric. de testib. in parte, personas testium aggrediendo, verb. excommunicatus, post numer. 37. fol. mihi 85. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 705. nu. 3.* 248

LIMITA hanc † ampliationem, vt non procedat, quando is, qui dicit excommunicationem nullam, facerer se absolui ad cautelam, tunc enim sine dubio non prohibetur sic absolutus testimonium ferre, *prout sunt verba text. in d. c. veniens, il 2. in fine, extra, de testib. & ibi communiter* * *omnes, præsertim Bald. nu. 2.* vbi amplius, † quod * ista absolutio est vera absolutio, & non suspensio ex- 250
communicationis, *c. cum inter, de consuet.* sed expleta testificatione, ipso iure excommunicatio reuiuiscit, *arg. text. in l. si onus, §. 1. ff. de pact. Campeg. de testib. reg. 36. in 1. fallent. Gabr. de testib. concl. 19. num. 3. lib. 1.* vbi post Felyn. *in d. c. veniens*, declarat limitationem procedere: & sic absolutionem hanc ad cautelam fore concedendam, quando per alios probatib fieri nequit, *quod & idem voluit Io. Mar. Montic. post Io. Andr. in loco per eum relato in suo repert. testium, verbo, excommunicatus, fol. mihi 30. colum. 2. versic. 3. & 5.* vbi etiam post eundem Felyn. *d. cap. veniens, numero 32.* declarat, vt talis absolutio ad cautelam non possit 252
concedi à iudice delegato. Addo † pro eadem limitatione Mascard. *de probationib. libro 2 conclusione 705. numero 17. & Put. decis. 4. numero 20. libro 1.* Vbi † etiam ampliando hanc limitationem, quod excommunicatus, 253
qui fuit examinatus, non petita absolutione, potest iterum produci, & absolui, vt validè deponat, quando producens excommunicationem ignorabat, secus si sciebat, *secundum Card. in clem. 2. colum. 2. vers. & pro hac inducit, de testib.* vide, quæ absolutè simpliciter dicam *infra, num. 277.*

AMPLIA II. propositam † primam regulam, vt 254
exceptio excommunicationis possit opponi contra testem, non solum coram iudice ecclesiastico, sed etiam coram iudice laico: ita probat text. *in c. decernimus, ibi, vt iudices seculares, &c. & infr. in suis curiis, & iudicio, de sent. excom. in 6.* & hoc ibidem notat Franc. *n. 1. in 2. notab.* dicens amplius ex eodem text. prout & supra in regula admonui, quod si iudex laicus recusat admittere hanc exceptionem, potest ad illam compelli per ecclesiasticam censuram, & tam de iure canonico, quam de iure ciuili, *ad text. in authent. de sanct. Episcop. §. vt autem, & notatur in cap. nos sanctorum, 15. q. 6. cum aliis ibi per eum allegatis, Specul. in tit. de except. §. 2. vers. porro, in fin. Ausf. in tract. de reprobat. test. n. 41.* vbi alios adducit concordantes, & ad id ponderat text. *in c. postulasti, de homicid.* vbi excommunicatio fuit opposita coram Rege, & sic coram iudice secu-
lari, *& ibi hoc notant Ioan. de Anan. & Felyn.* Ratio præmissorum bene deducitur per Gemin. *in d. c. decernimus, num. 1. & seqq.* quia scilicet peccatum est communicare excommunicatis, & vbi iura canonica disponunt circa ordinaria litis, illa debent seruari etiam in foro laicorum, quando ex non seruatione incurritur peccatum, *c. possessor, cum ibi notatis per Dd. de reg. iur. in 6.* nec debet secularis potestas aliquem ad illos actus recipere, quem sua mater exclusit, vt saluus fieret spiritus eius, *cap. pia, de exceptionib. c. audi, 11. q. 3.*

LIMITA hanc secundam ampliationem, vt † licet 255
exceptio excommunicationis possit contra testem opponi coram iudice laico: non tamen idem iudex laicus potest de ea cognoscere, sed talis cognitio est remittenda ad iudicem ecclesiasticum, *vt bene probat Franc. in d. decer-*

e. decernimus, n. 4. vers. & sic ex his omnibus infertur, iuncto n. 5. de sent. excommun. in 6. vbi post Bald. *in l. 3. in fin. C. de iudic.* notabiliter hanc limitationem ampliat, etiam quod probatio excommunicationis offeratur per instrumentum, vel confessionem partis: adhuc enim talis probatio debet fieri coram iudice competenti, *vt ibi per eum.* Sed vide Gemin. *in d. c. decernimus, n. 4.* vbi distinguendo dicit, quod si dubitatur de validitate excommunicationis, talis cognitio bene spectat ad iudicem ecclesiasticum, *arg. text. in c. si iudex laicus, eod. tit. de senten. excommun. in 6.* Si verò dubitatur de facto, an scilicet testis sit excommunicatus, vel non, & tunc poterit etiam laicus iudex de hoc cognoscere, *vt per eundem Gemin. in c. cum C. laicus, de foro compet. in 6.*

256 AMPLIA III. In tantum † excommunicatum à testificando repelli, vt etiam, parte non opponente, iudex possit eum à testimonio arcere, *sicuti post Io. Andr. not. Fran. in d. c. decernimus, nu. 1. in fin. per text. in c. exceptione, extra, de except. Gemin. ibid. n. 3. in fin. vers. & hanc repulsionem, Burs. consil. 20. post num. 49.* & faciunt, quæ de teste inhabili ex officio per iudicem repellendo, dixi infr. generaliter, *in q. 62. n. 190.*

257 AMPLIA IV. Vt † excommunicatus non admittatur ad testificandum, etiam contra alium excommunicatum, *vt per Dd. in d. c. decernimus, & ibi præcipuè Fran. nu. 6. Gemin. num. 7. de sent. excommun. in 6. Bald. in c. testimonium, num. 11. extra, de testib. Specul. in tit. de teste, §. 1. nu. 32. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in causs. ciuil. rubr. de testib. in parte, personas testium aggrediendo, verbo, excommunicatus, post num. 37. fol. mihi 85. alios plures adducit concordantes Gabriel tit. de testib. concluss. 19. num. 4. lib. 1. Mascard. de probat. lib. 2.*

* *concluss. 705. num. 4.* Et ita se habet communis * opinio, licet Campeg. *post gloss. quam allegat in regul. 36. in 3. fallent.* contrarium senserit, faciunt, quæ in simili de infame contra infamem dixi *supra, hac eadem q. nu. 44. seqq.* & de criminoso contra criminosum dixi etiam *supr. n. 158. seq.* & de periuro, *num 190.*

258 AMPLIA V. Vt † contra testem, cui opponitur excommunicatio, sufficiat probare, illum aliàs fuisse excommunicatum, quia semel excommunicatus semper præsumitur excommunicatus, nisi doceatur de absolutione, *ad text. in c. proposuit, de cler. excomm. ministran. & ibi post gl. in verbo de absolutione, hoc notant Innoc. Abb. Anton.*

* *de Butr. & alij Dd. communiter,* * *cap sicut nobis, vbi præsertim Abb. de sent. excom. Cyn. in l. 2. §. quod obseruari, in 6. q. C. de iureiur. propter calum dan. & in l. sine posidetis, in fin. C. de probat. Spec. in tit. de præsumpt. §. species, n. 10. Aret. cons. 51. incip. videtur dicendum, col. 1. Dec. in c. post cessionem, nu. 18. de prob. & in l. non hoc, num. 8. C. vnde legit. Rota dec. 11. tit. de prob. in antiquis, Anchar. cons. 64. incip. motiua. Guido Pap. in tract. de præsumpt. numer. 32. Euerhar. in loco, de tempore ad tempus, num. 9. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 6. num. 1. Crot. de testib. num. 301. seq. Gabr. tit. de testib. concl. 19. n. 6. Mascar. de prob. lib. 2. concl. 705. num. 8.*

259 LIMITA † hanc quintam ampliationem quatuor modis, de quibus per Abb. *in d. c. sicut nobis, de sent. excommun. & per Alciat. de præsumpt. d. reg. 2. præsu. pt. 6. quos etiam reassumpsit Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 60.* Primò scilicet in excommunicatione conditionali. Secundò in iam excommunicato, qui nunc publicè habetur pro absoluto. Tertiò in iam excommunicato, qui dicit se absolutum, & perdidisse instrumentum absolutionis. Quartò, quando dicitur electio nulla, tanquam facta ab excommunicatis. His, inquam, casibus præsumitur absolutio in eo, qui prius fuerat excommunicatus, *vt per Abb. Alciat. & Menoch. in locis præcitatis,* apud quos etiam reperies concordantes.

260 AMPLIA VI. Vt † termino ad opponendum contra testem etiam lapso possit contra istos testes adhuc opponi exceptio excommunicationis, *clem. 1. & ibi Car. de except. Spec. de except. §. 2. col. fin. vers. idem quoq;. Bertachin. in suo repert. verbo, exceptio excommunicationis, vers. 1. & verbo, terminum ad opponendum, nu. 7. & verbo, testium impugnatio, n. 130. refert & sequitur Ioan. Mar. Montic. in reper. test. verbo, excommunicatus, fol 31. col. 1. vers. 4.*

AMPLIA VII. Vt † & idem sit in non confesso, & 261
non communicato, quem pariter non esse idoneum testem, post alios, quos allegant, scripserunt Ruyn. *cons. 106. nu. 6. vol. 5. Rol. cons. 24. n. 73. lib. 1.* Imo etiam & repellendum à testimonio consulendo, voluit Paril. *consil. 58. num. 83. lib. 4. nec dissentit Bursat. cons. 20. num. 49. lib. 1. Conrad. in practic. §. 2. de offic. prator. in causs. ciuil. rubr. de testibus, in parte, personas testium aggrediendo, verbo, peccata non confessus, num. 21. fol. mihi 81. colum. 2.* vbi tamen loquitur, quando quis perseuerat non confitendo, & non pœnitendo, & aliàs Rotam testem non communicatum reiecisse, testatur D. Cæsar de Grassis, *decis. 78. num 1. & seqq.* vbi ampliat, etiam quod testis dicat, se non communicatum propter inimicitias, nisi doceat de licentia aut tolerantia sui ordinarij, & ita intelligit Socin. iun. contrarium sentientem, *in consil. 31. numer. 26 seq. lib. 2.* quem mox adducam.

Contrarium, quod † imo non confessus, & nõ com- 262
municatus à testimonio minimè repellatur, plenè consuluit Socin. iun. videndus *in cons. 34. n. 45 seqq. lib. 2. & refert & sequitur Monticell. in suo repert. testium, verbo, excommunicatus, fol. mihi 31. col. 1.* nec dissentit Mascard. *de probat. lib. 3. concl. 1356 n. 27.* vbi loquitur, quando non est declaratus excommunicatus

Pro resolutione dicas, † quod si is, qui non confes- 263
sus, & communicatus in eo anno, in quo vult testimonium ferre, est ob id declaratus, & excommunicatus. Et tunc sine dubio, *per deducta supr. num. 241. in regul.* non potest ad testificandum admitti, tanquam infamis, infamia iuris canonica, *vt etiam probaui sup. n. 240.* & in specie adnotauit Gabr. *tit. de testib. concl. 19. n. 5. lib. 1. Mascar. de probat. lib. 2. concl. 705. nu. 6. & melius declarat, lib. 3. concluss. 1356 n. 27.*

Si verò † non est declaratus, & excommunicatus; 264
(donec enim declaratur, & excommunicatur, non potest dici excommunicatus is, qui sua peccata non est confessus, *vt per Abb. in c. omnis, de pœnit & remiss nu. 4.*) & tunc iste talis non habeatur pro infame infamia iuris, sed tantum infamia facti, ideo in criminalibus credere repellendum à testimonio, in ciuilibus autem non, licet nec etiam in eo casu integræ fidei reputandus sit, *per ea, quæ generaliter dixi sup. in 2. art.* De infame infamia facti, & in specie de non confesso, & non communicato, sic distinguendo declarat Socin. iun. *d. cons. 32. n. 29. vers. nec præterea, & n. 30. & 31. Conrad. vbi supr. d. n. 21. ver. nam nec text. & c. fol. 82. col. 1. Masc. d. concl. 1356. n. 27.*

LIMITA I. hanc primam regulam, † vt procedat in 265
excommunicato excommunicatione maiori, quæ non solum à perceptione sacramentorum, sed etiam à communione hominum fidelium hominem separat, *c. sicut. 11. q. 3. c. si quem, de sent. excom. in 6.* Et in specie de tali excommunicato ad testimonium non admittendo loquuti sunt, Io. Roycas *in suis singularib. hæreticalib. sing. 58. in prin. Rolan. cons. 95. n. 23. vol. 4. Mascar. de prob. lib. 2. d. concluss. 505. nu. 2.* At † secus in excommunicato excommu- 266
nicatione minori. Illa enim, etsi separet hominem à perceptione sacramentorum, *c. si celebrat, de cler. excommunic.* non tamen separat à communione fidelium, *vt per gloss. in c. si celebrat, in verbo, iurisdictionis,* ideo non repellitur à testimonio, *prout in specie post gloss in cap. decernimus, in verbo, & testificando, in prin. de haret. in 6. scripserunt Io. Roycas d. sing. 58. cum ibi allegatis per eum, Scipio Ianuarius in regul. excommunicatus, in 4. fallent. Gabriel. tit. de testib. concluss. 19. numer. 15. lib. 1. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in causs. ciuil. rubric. de testib. in parte, personas testium aggrediendo, verbo, ex-*

communicatus, num. 37. in fin. versic. limita 4. fol. mihi 86. col. 1. in prin. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 705. num. 9. & 10. & est * communis, * licet Innoc. in c. illa quotidiana, quem ibi refert Bal. num. 3. extra, de elect. contrarium dixerit, quorum opinionem
267 non veram affirmauit Mascard. d. concluſ. 705. num. 5. † Vel melius dicas, quod talis contraria opinio procedat, non vt excommunicatus excommunicatione minori in totum repellatur à testimonio, sed solum vt ei minor fides adhiberetur.

268 LIMITA II. In instrumentis † & testamentis, in quibus excommunicati non prohibentur adhiberi testes, tanquam à partibus approbati, per ea, quæ generaliter dixi infr. de testib. inhabilib. q. 62. n. 110 seqq. & n. 124. seqq. * communiter * in c. decernimus, & ibi præsertim Ioan. Andr. num. 2. Gemin. num. 9. & Franc. num. 6. versf. secundo limita, de sent. excom. lib. 6. qui alios referunt, Zabarell. in c. ex literis, in 3. oppos. de transact. Innoc. in cap. pia, num. 4. de except. & in c. nihil, in fin. de elect. Bald. in l. 1. num. 17. C. de hared. instit. Gabriel. d. tit. de testib. concluſ. 19. numer. 7. lib. 1. vbi alios adducit concordantes, Campeg. de testib. reg. 36. in 1. fall. Put. deciſ. 54. num. 17. ſeqq. lib. 1 vbi loquitur generaliter in omni actu extraiudiciali, Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. rubr. de teſtib. in parte, perſonas teſtium aggrediendo, verbo, excommunicatus, poſt numer. 37. verſicul. ſecundo limitat. fol. mihi 85. Ioan. Mar. Montic. in ſuo repert. teſt. verbo, excommunicatus, fol. 31. colum. 1. verſic. 2. vbi remiſſiue, & in verbo, teſtes quot & quales requiruntur in inſtrumento, fol. 315. colum. 2 verſic. 5. vbi etiam requiruntur, quod teſtes adhibiti in inſtrumento remiſſiuè, & fol 316. col. 1. verſ. 3. & in verbo, teſtes in teſtamentis, qui eſſe poſſunt, verſicul excommunicatus, fol. mihi 325. colum. 1. verſicul. 5. vbi refert Geminian. in loco præcitato, Ioan. Royas d. ſing. 58. ad medium, verſ. verum, & Mascard. de probat. lib. 2. concluſ. 705. num. 12.

269 SVBLIMITA I. hanc † ſecundam limitationem tribus modis, & primo, vt procedat, quando teſtis in inſtrumento apponitur ad probationem ipſius inſtrumẽti, ſecus ſi ad illius ſubſtantiam, vt per Franc. in d. c. decernimus, num. 6. verſ. quod procederet. & ibi declarat, quando dicatur teſtis adhibitus ad probationem, & quando ad ſubſtantiam, refert & ſequitur Gabr. d. concluſ. 19. nu. 7. in fin. Verùm conſidera declarationem Franchi, quia ſi vera eſt, videtur in totũ deſtruere propoſitã limitationem.

270 SVBLIMITA II. Vt † non procedat, quando inſtrumentum eſſet ſuſpectum de falſo, & excommunicatus in eo deſcriptus examinaretur ad illud comprobandum, & coadiuuandum, quia tunc non admittitur ad tale examen, & tanquam reprobatus repellitur, vt bene poſt alios declarant Gemin. in d. c. decernimus, n. 9. & Franc. n. 6. ver. 2. limita.

271 SVBLIMITA III. Vt † limitatio procedat in excommunicato occulto, ſecus in publico. Ita enim videtur de communi * mente omnium Dd. allegatorum ſupr. n. 268. & in ſpecie declarat, aliis relatis, Gabr. d. concluſ. 19.
272 nu. 7. Put. d. deciſ. 54. nu. 17. ſeqq. lib. 1. Vbi amplius, † quod nec occultus excommunicatus eſt idoneus teſtis in inſtrumentis, quando partes habebant notitiam excommunicationis.

273 LIMITA III. In † crimine hæreſis, ad cuius probationem admitti excommunicatum propter fidei fauorem, habemus text. expreſſum, in c. in fidei fauorem, de hæret. in 6. facit etiam text. in c. præſidentes, eod. tit. & per iſta iura, hoc idem voluerunt Abb. in c. per tuas, extra, de ſimon. Felyn. in c. teſtimonium, n. 22. de teſtib. Ioan. Andr. Dom. Anchar. in d. c. decernimus, vbi etiam Franc. num. 6. verſ. tamen limita primo, de ſent. excom. in 6. Guindiſal. de Villa Dieg. in tract. de hæretic. q. 13 n. 20. Fran. Squillace. de fide Cathol. c. 34. in prin. Iacob. Simanc. in Inſtit. Cathol. c. 62. n. 5. Ioan. Royas in ſuis ſingularibus hæreticalibus ſing. 58. ad fin. Gabr. tit. de teſtib. concl. 19. num 8. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. rubr. de teſtibus, ſectione, perſonas teſtium aggrediendo, verbo, excommunicatus, num. 37. verſ. 1. in crimine hæreſis, Io. Mar. Montic. in ſuo repertorio teſt. verbo, excommunicatus, fol. mihi 30. col. 1. ſub verſ. fin. ibi, Limita, niſi eſſemus in cauſa hæreſis, Mascard. de probat. lib. 2. concl. 705. n. 14. & concl. 857. n. 3. Ex quibus, & aliis generaliter traditis infr. q. 62. n. 1. ſeqq. apparet, hanc limitationem non ſolum eſſe communiter * receptam, ſed etiam non habere contradictorem.

274 LIMITA IV. Vt † regula procedat, quando teſtis erat excommunicatus tempore depoſitionis, ſecus ſi poſt depoſitionem efficiatur excommunicatus: nam per ſuperuenientem inhabilitatem non vitiatur depoſitio præcedens, vt dicam in materia teſtis inhabilis, infr. q. 62. n. 304. & de infamia ſuperueniente dixi ſupra, huc
275 ead. quæſt. num. 94. ſeqq. Sed † quid ſi teſtis tempore iramenti erat excommunicatus, tempore autem depoſitionis non, vel econtra, vide remiſſiuè per Franc. in 6. decernimus, n. 6. in fin. de ſent. excom. in 6.

276 LIMITA V. In † excommunicato ſub conditione, qui ſi pendente conditione teſtimonium ferat, licet poſtea conditio excommunicationis adueniat, valet præcedens depoſitio, nec talis conditio retrotrahitur, Bal. in c. præterea requiſiuit, nu. 6. verſ. quæro pendente excommunicatione, extra, de appellat. per notata in l. 1. §. furti, ff. de iis, qui notant. infam. prout eum refert Campeg. reg. 36. in 2. fall. nec diſſentit Maſc. d. concl. 705. n. 16.

277 LIMITA VI. In † abſoluto ab excommunicatione, quem poſſe teſtimonium ferre, ſecundum veriorem & communem * opinionem, de qua teſtatur Lan- *
fran. de Orian. in c. quoniam contra, in verbo, teſtium depoſitiones, nu. 76. verſ. ſed eſt dubium, poſtquam eſt abſolutus, extra, de prob. Fran. poſt alios, in d. c. decernimus, nu. 6. ver. niſi tempore depoſitionis ſit abſolutus, iuncto verſ. tertio nota, de ſenten. excomm. in 6. Campeg. de teſtib. reg. 36. verſ. quarto fallit, Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. rubr. de teſtibus, in parte, perſonas teſtium aggrediendo, verbo, excommunicatus, num. 37. verſ. 3. niſi excommunicatus ſit abſolutus, Roland. conſil. 24. num 75. lib. 1. Maſcard. de probat. lib. 2 concluſ. 705. num. 24. vbi remiſſiuè, & faciunt, quæ in ſimili de abſoluto ad cautelam poſui ſupra, n. 253.

278 SVBLIMITANDO hanc † ſextam limitationem, aduerte, quod contra eum multa poſſunt adduci, de quibus remitto Lectorem ad Abb. in c. teſtimonium, n. 10. extra, de teſtibus, vbi poſt relatas hinc inde contrarias opiniones facit longam diſtinctionem, Bal. ib. nu. 3. & n. 12. vbi diſputat ad partes hunc articulum, an ſcilicet excommunicatus abſolutus poſſit ad teſtificandum admitti, & nihil firmat Felyn. ib. nu. 25. & n. 26. vbi facit regulam, quod admittatur, & eam limitat duobus modis, Alb. de Malet. in tract. de teſtib c. 3. nu. 34 ſeqq. vbi relatis quinque opinionibus Dd. in materia loquentium, facit regulam, quod non repellatur, & eam pluribus modis declarat: quos etiam reaſſumendo Campeg. de teſtib. in reg. 37. facit ſimilem regulam, cum quatuor limitationibus, Io Mar. Montic. in ſuo repert. teſt. verbo, excommunicatus, fol. 30. col. 2. verſ. fin. vbi ponit aliam declarationem, Conrad. in pract. vbi ſupra, d. verbo, excommunicatus, n 37. verſ. in cauſa tamen, fol. 85. vbi declarat duobus modis, & Lanfran. & Alber de Malet. in locis ſupra citatis.

279 LIMITA VII. In † excommunicato occulto, quem non repelli à teſtificando, voluit Bart. in l. 1. poſt nu 2. verſ. quæro de infami, C. de teſtam. ſequitur Ias. ibid. n. 6. Felyn. in c. veniens, col. fin. in 2. limit. extra, de teſtib. prout hos relatos reperio apud Gabr. tit. de teſtib. concl. 19. n. 9. & ſeqq. & Maſcard. de prob. lib. 2. concl. 705. n. 18. ſeq.

280 Sed † contrarium eſt verius, vt voluerunt Innoc. Franc. Anton. de Butr. Felyn. in locis citatis per Gabriel. vbi ſupra, d. concluſ. 19. num. 11. verſ. contrarium in principali articulo, & n. 12. ſeqq. vbi bene fundat hanc contrariam opinionem, & per Maſcar. d. concl. 705. nu. 20. verſ. contrarium, quod etiam. quod excommunicatus, & n. 21. & 22. vbi refert rationes per Gabr adductas.

Addo

Addo & Put. deciſ. 3. lib. 1. vbi reſpondet contrariis rationibus, & deciſ. 4. nu. 10. ſeqq. vbi pariter dicit, quod contraria loquuntur in teſtibus inſtrumentariis, de quibus dixi ſup. n. 275. ſecus in iudicialibus.

Verùm ſi excommunicatio eſſet nota, vel probata iudici, coram quo teſtis producitur: tunc indiſtinctè & * communiter * tenetur, quod excommunicatus etiam occultus à teſtimonio repellatur, ex Imol. & Fel. in locis relatis per Gabr. d. concl. 19. n. 14. & per Maſc. d. concl. 705. n. 23.

281 LIMITA VIII. & generaliter, vt † in omni caſu, in quo teſtis infamis admittitur ad teſtificandum, de quo latè dixi ſupr. in 1. articul. in eo etiam caſu admittatur excommunicatus, argum. text. in c. tanta, de ſimon. & voluit Maſcard. d. concl. 705. n. 15.

282 REGVLA II. ſit † in hoc eod. 7. art. quod cum exiſtens in peccato mortali dicatur infamis infamia canonica, c. illi qui, ibi, quia infamiæ macula ſunt aſperſi, & infra, * ibi, quia infamia ſunt notati, 6. q. 1. c. infames, ead. cau. & quæſt. Anan. in c. teſtimonium, num. 7. de teſtib. Crot. de teſtib. nu. 33. part. 3.

283 Ideo † eum à teſtimonio repellendum, dixerunt Spec. in tit. de teſte, §. 1. n. 25. Abb in c. teſtimonium, nu. 6. verſ. ſecunda infamia. extra, de teſtib. vbi, quod hoc eſt indubitatum de iure canonico data perſeuerantia, Felyn. ibidem, num. 12. Barbat. in tract. de teſtibus, part. 3. num. 13. in fine, ver. quædam eſt infamia canonica, & latius, part. 1. numer. 27 ſeqq. vbi pluribus comprobat hanc regulam Campeg. reg. 32. in princip. Nell. de teſtib. num. 18. Aufrer. de reprob. teſt. num. 79. vbi ex allegatis per eum reddit duplicem rationem. Primo, quia per mortale peccatum quis excluditur à Deo; cum ergo ſit infidelis Deo, non præſumitur fidelis hominibus. Secundo, quia perſeuerantia in peccato mortali ſapit hæreſin propter inobedientiam, arg. text. in cap. ſciendum, 8. q. 1. & c. ſi quis presbyter, 81. diſt. Ideo ſicut hæreticus à teſtimonio repellitur; ita etiam repelli debet exiſtens in perſeuerantia peccati mortalis, Ang. de Peruſ. in addit. ad Iacob. Ægid. in tract. de teſtib. n. 3. vbi, quod aliqui contrarium ſentientes, malè huic concluſioni contradicunt, per rationem ibi per eum conſideratam de iudice ad teſtem, Alber. de Malet. in tract. de teſtib. part. 3. n. 20. ſeq. vbi dicit, quod licet aliqui Dd. ibi per eum relati, contrarium voluerint, eo quia ſi exiſtens in peccato mortali à teſtimonio repellatur, ferè nullus reperiretur teſtis, cùm nullus etiam ſine crimine viuat, c. niſi cum pridem, extra, de renuntiat. non per hoc tamen eſt recedendum à propoſita cõcluſione, tanquam veriori, & com-
* muniori, * duplici alia ratione. Primo, quia cum exiſtens in peccato mortali amittit ciuitatem; quia de ciuitate Dei conſtituatur de ciuitate Diaboli, mutetq; familiam; quia de familia Dei efficiatur de familia Diaboli: item mutet ſtatum, quia efficitur ſeruus peccati: ideo omnino per hæc dicendum eſt, eum pati maximã capitis diminutionem. ſicuti voluerunt Laur. in cap. qualiter & quando, il 2. de accuſ. & Arch. in c. ſequuti ſunt viam, 2. q. 2. Secundo, quia quodlibet peccatum mortale, ſaltẽ largo modo poteſt dici crimen capitale, quia ſic præcidit, & deformat mentem & animam ipſius hominis, prout voluit Arch. in c. infames, 6. q. 1. ideo ſicut capite diminuti, & capitaliter damnati á teſtimonio repelluntur, ita pariter repelli debent exiſtentes in peccato mortali, vel ſaltem non reputantur idonei teſtes, vt ibi per Abb. quem refert Bert in conſ. 202. n. 4. lib. 7. Addo & pro hac eadem regula, Lanfran. in c. quoniam contra, in verbo, teſtium depoſitiones, numer. 76 extra, de prob. Crot. in tract. de teſtib. n. 50. ſeq. vbi relatis quatuor Dd. opinionibus, tandem videtur in hac reſidere, ſaltem quo ad cauſam criminalem, Ruyn. conſil. 106. n 6. vol. 5. Plot. de in lit. iur. §. 50. n. 16. Rol. conſ. 24. n. 73. vol. 1. Clar. in pract. § fin. q. 24. verſ. quæro nunquid, in prin. vbi, quod licet aliqui dixerint, exiſtentem in peccato mortali repellendum á teſtimonio, vel ſaltem ei de fide diminui, vt per Alb. & per Bertrand in loco præcitato, veritas tamen eſt, quod omne peccatum mortale continuum & frequentatum repellit á teſtimonio, Maſcar. de probat. lib. 2. concl. 705. num. 11. Rota coram D. Cæſare de Graſis, deciſ. 78 num. 2.

284 AMPLIA I. hanc † ſecundam regulam, & illatinè ex ea, vt cum concubinarius non ſolum dicatur turpis perſona, vt per Aym. in conſ. 229. nu. 12. cum aliis relatis per Stephan. Lambert. de contract. eorum, & c. gloſſ. 12. n. 40. verum etiam propter peccatum mortale, in quo exiſtit, dici poſſit infamis infamia canonica, vt ex allegatis ſupr. n. 282.
285 Hoc † ideo eum fore á teſtimonio repellendum, poſt alios, quos allegant antiquiores, voluerunt Spec. in tit. de teſte, §. 1. nu. 82. verſ. item quod eſt concubinarius, & inceſtuoſus, Abb. in c. teſtimonium, in 1. not. ab. extra, de teſtib. Nell. de teſtib. num. 20. verſ. concubinarius manifeſtus, Aufr de reprob. teſt. num. 22. vbi loquitur etiam in cauſa ciuili, Barb. tt. de teſtibus, part 1. in repet. cap. teſtimonium, de teſtib. num. 21. verſ. & ex hu infert, vbi pariter loquitur etiam in cauſa ciuili. Et reddit rationem, quia concubinatus dicitur graue crimen, c. nullus, 22. diſtin. & c. præterea, & accipimus, de æta. & qualit. & c. veſtra, & c. fin. de cohab. cleric. & mulier. Ergo tanquam criminoſus á teſtimonio repellitur, vt ibi per eum, Plot. de in lit. iurand. §. 50. numer. 13. alias num. 802. ſecundum antiquam impreſſionem, Nouell. regul. 216. num. 23. Socin. iun. conſ. 31. num. 23. lib. 2. Iod. in pract. crimin. c. 50. rubr. de reprobat. teſt. nu. 19. Rolan. conſ. 63. num. 26. ſeqq. lib. 2. Conrad. in pract. in rubr. de teſtib. fol. mihi 80. num. 19. verſ. concubinarius, Clar. in pract. § fin. q. 24. verſ. quæro nunquid, vbi eam reddit rationem, quia ſcilicet concubinatus eſt peccatum mortale continuum, & frequentatum, Maſcard. de prob. lt. lib. 3 concluſ. 1356. n. 23. (33.)

286 AMPLIA I. propoſitam ampliationem, vt † procedat de iure canonico, tam in clerico, quam in laico, vt per Barbat. in tract. de teſtibus. part. 1. num. 41. in repet. c. teſtimonium, de teſtib. vbi aliis relatis dicit etiam hoc ius canonicum ſeruandum eſſe, etiam in temporalibus in terris Eccleſiæ ſubiectis, ad gl. in c. 2. de arbitr. in 6. Sed an idem ſit de iure ciuili, vide Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in cauſ. ciuil. rubr. de teſtib. in parte, perſonas teſtium aggrediendo, verbo, concubinarius, n. 19. fol. 80. & vide etiam inf. n. 296. ſeq. & num. 300.

287 AMPLIA II. eandem † ampliationẽ, vt multo magis procedat in concubinario deponente pro ſua concubina, de quo dixi ſupr. q. 54. n. 216. ideo hic nõ repeto.

288 AMPLIA III. Vt † id, quod dixi de concubinario, quod repellatur á teſtimonio, multo magis procedat in vxorato concubinam retinente, vel etiam in tenente duas cõcubinas: nam & is de iure ciuili dicitur infamis, ſecundum Bald. in l. 2. C. de inceſt. nupt. Dec. in conſil. 530. viſo puncto, poſt prin. Barbat. de teſtib. ad cap. teſtimonium, extra eodem, part. 4. num. 9. verſ. quid ſi haberet duas concubinas, vbi teſtatur de vetiori opinione, & nu 10. vbi reſpondet Barbat. tenenti contrarium, in l. 1. in fin. ff. de his qui not. infam. Et pro ampliatione eam, ex Bald. in loco præcitato, affert rationem, quia ſicut contrahens duo matrimonia eodem tempore efficitur infamis, l. eum qui, C. de adulter. Ita etiam tenens duas concubinas, vel vnam vxorem, & vnam concubinam, cum non dicatur magis priuilegiata incontinentia, quam caſtitas, vt in authent. de teſtib. & ea quæ par. § fin. cum aliis ibi allegatis per Bald. quem etiam ſequuti ſunt, Caccialup. in l. ſi qua illuſtris, num. 35. C. ad Orficia. Rolan. conſil. 63. num. 27. ſeq. lib. 2. Stephan. Lamberten. de contract. eorum, & c. gloſſ. 12. nu. 24. vbi pariter teſtatur de veriori opinione contra Bart.

289 AMPLIA II. Huius † ſeptimi articuli ſecundam regulam, & pariter illatinè ex ea, vt & idem ſit in adultero, qui cum dicatur eſſe in peccato mortali propter adulterium, imo & in crimine, vt ſupra probatur, hac ead. q. art. 3. n. 126. & ſeq. ideirco eum à teſtimonio repelli, probat

text. *in cap constituimus, 3. q. 5. Spec. in tit. de teste, §. 1. n. 25. vers. idem excipitur, quod est fur. Nell. de testib. n. 18. Ausrer. de reprobat. test. n. 48. Iodoc. in pract. crim. c. 50. rub. de reprobat. test. n. 19. Ripa respon. 1. super 5. decretal. incip. quidam Monach. nu. 1. Nou. reg. 216. n. 24. Mascar. de prob. lib. 1. concl. 65. n. 7. Hect. Æmil. in tract. de testib. verbo, adulter, n. 1. & seq. & n. 5. part. 1. fol. 51.*

290 LIMITA hanc secundam ampliationem, vt † procedat, vel in eo adultero, qui iam de adulterio est damnatus, prout in damnato de adulterio ad literam probat text. *in l. scio, & in l. ex eo, ff. de testib. & loquuntur Campeg. reg. 39. Ausr. de test. n. 10. Mascar. d. concl. 65. n. 7. Hector Æmil. vbi supr. d. verbo, adulter, nu. 3.* vel etiam in adultero manifesto, & notorio, *prout loquitur Mascar. d. concl. 65. n. 7.* vbi in terminis eum vocat manifestum adulterum, qui vel per sententiam est damnatus, vel in flagranti repertus, secus in occulto, aut non damnato, *vt per Mascar. d. concl. 65. n. 7. in fin. ver. intelligite tamen, iuncto num. 13. & per Hector. Æmil. d. verbo, adulter, n. 6. fol. 53.* Vide, quæ dicam *in seq. limit.*

291 LIMITA I. propositam † secundam regulam, repellentem eum, qui exsistit in peccato mortali, vt procedat, quando peccatum mortale est notorium, secus si occultum. Ita concordando contrarias opiniones, affirmauit Barb. *de testib. par. 1. nu. 31.* & ibi reddit rationem, quia scilicet, quando peccatum mortale est occultum, præsumitur pœnitentia, *vt dicam infr. in seq. limit.*

Sed vide Spec. *in tit. de teste, §. 1. nu. 24. vers. nam in occultis.* vbi declarat, hanc limitationem procedere in ciuilibus, secus in criminalibus, in quibus, siue peccatum sit manifestum, siue occultum, dummodo descendat ex crimine perpetuam infamiam irrogante, etiam quod peccator egerit pœnitentiam, repellitur à testimonio, si de peccato, & crimine, vel sit confessus, vel conuictus, vel etiam eius opinio apud homines grauata, *vt ibi per eum.*

292 LIMITA II. eandem regulam, vt † procedat, vt loquitur, videlic. in eo, qui perseuerat in peccato mortali, secus in pœnitente, data enim pœnitentia in peccatore cessat infamia, *c. illi qui, ibi, Nisi ei sacerdotali auctoritate subuentum fuerit. & iterum ibi, antequam sacerdotali auctoritate sanetur.* Ergo secus, vbi per pœnitentiam fuerint sanati, *6. q. 1. cum alius concor. relatu per gl. ibi, in verbo, nisi, Fel. in c. testimonium, n. 11. vers. sed sublato peccato, & ibi etiam Imol. nu. 7. vers. aduerte tamen, extra, de testib.* Ideo cessante infamia, & peccato, nihil est, quod impediat eorum examē, *vt per Spec. in tit. de teste, nu. 24. vers. si vero sit emendatus, Alber. de Malet. in tract. de testib. part. 3. nu. 27. vers. alia est infamia canonica, Lanfr. de testib. ad c. quoniam contra. in verbo, testium depositiones, n. 76. extra, de probat. Abb. in c. testimonium, nu. 6. vers. sed an sublato peccato mortali, vbi, quod ita* * *communiter tenetur, & ibi etiam Henric. Boyc. n. 16. extr. de testib. Ruyn. consil. 106. n. 15. lib. 1. Campeg. de testib. reg. 32. vers. fallit 1. Roland. cons. 24. nu. 74. lib. 1. Clar. in pract. §. fin. q. 24. vers. quæro nunquid, ad fin.*

293 SVBLIMITA I. hanc † secundam limitationem, vt procedat in ciuilibus, secus in criminalibus, in quibus pœnitentia & emendatio non videtur sufficere, vt criminosus admittatur ad testimonium, *vt per Spec. in tit. de teste, §. 1. n. 24. vers. si autem agitur criminaliter, & est communis, vt ex Barbat. & Conrad. in locis per eum relatis, testatur Clar in pract. §. fin. d. q. 24. eodem vers. quæro nunquid, in fin. & dixi supr. hac eadem q. in 3. art. n. 135.*

294 Sed aduerte, quod † hæc sublimitatio est intelligenda in eo, qui de peccato & crimine est conuictus, præcedente accusatione, *prout loquuntur Dd. allegati in d. 3. art. num. 135. & loquitur præsertim Clar. in loco præcitato.* Secus si non præcesserit accusatio: nam tunc si vellemus repellere testes pœnitētes, & emēdatos de peccato mortali, nullus vnquā admitteretur ad testificandū, quia nullus reperitur, qui tēpore vitæ suæ peccatū non commiserit.

SVBLIMITA II. eandem † secundam limitatio- 295
nem, quia in peccatore pœnitentia non præsumitur, quando peccatum mortale est notorium, ideo per allegantem est probanda, licet secus sit, quando peccatum est occultum, *vt per Barb. in tract. de testib. par. 1. n. 32. nec dissentit Clar. d. ver quæro nunquid, ad fin. & ante istos Spec. tit. de teste, §. 1. n. 24. vers. nam in occultis.*

LIMITA III. dictam † secundam regulam, vt pro- 296
cedat de iure canonico, secus de iure ciuili, secūdum quod non repellitur testis propter peccatum mortale, aut propter crimen, nisi de illo crimine fuerit condemnatus, *per ea, quæ dixi supr. in 1. art. n. 129.* Et in specie de exsistente in peccato mortali, sic declarando materiam, tradiderunt Ruin. *cons. 106. n. 15. vol. 1. Rolan. cons. 74. n. 76. lib. 1. Campeg. de testib. reg. 32. in 2. fallen. Ausr. de testib. nu. 79. vers. vt prædicta. Crot. de testib. n. 50. vers. tertia fuit opinio, Clar. d. q. 24. sub eodem verficul. quæro nunquid.* Vbi † tamen vide- 297
tur declarare, hanc limitationem nō procedere in peccato mortali successiuo, & frequentato, quod repellit testem etiam de iure ciuili, *secundum eum, & vide supr. numer. 286. & infr. n. 299. seq.*

LIMITA IV. Vt † regula procedat, prout loqui- 298
tur, videlicet in exsistente in peccato mortali, vnde secus in eo, qui sit leuis opinionis, ex eo, quod sit solitus dicere mendacia, quemquam non lædentia: is enim admittitur ad testificandum, licet minor fides ei adhibeatur, *sicut post Abb. in d. c. testimonium, de testib. & Dd. in c. licet, de probat. scripsit Campeg. de testib. reg. 2. in 3. fallen.*

LIMITA V. Vt † eadem regula procedat in pecca- 299
to mortali successiuo, vtputa in concubinario, vel alio, qui peccatum continuat: secus in momentaneo, & transitorio, quia illud non tantum aggrauat, quantum successiuum: & si aliter diceremus, pauci reperirentur testes, quia septies in die cadit iustus, *c. septies, ae pœnitent. distinct. 4.* & nemo sine crimine viuit, *c. nisi cum pridem, extra, de renuntiat. cum aliis per Ausr. de reprob. test. n. 79. vers. 1. dummodo, &c.* Et hinc propterea dixit Rota coram Domin. Cæsare de Grassis, quod in hac quæstione, exsistens in peccato mortali, an scilicet possit testificari, necne: maxime est attendenda perseuerantia, & consuetudo, *iuxta ea, quæ scripsit Felyn. Alber. & Bagarott. in locis per eum citatis.*

Sed hæc † limitatio videtur declaranda, *secund. Clar.* 300
in pract. §. fin. q. 24. sub d. vers. quæro nunquid vt procedat de iure ciuili, secundum quod peccatum mortale non repellit testem, nisi sit continuatum: secus de iure canonico, in quo solum peccatum mortale testem repellit, non sequuta pœnitentia, etiam quod sit momentaneum, *vt ibi per eum, & dixi supr. num. 296. seq.* præsertim quando peccatum mortale descendit ex crimine graui, cum tunc ex solo reatu non sequuta pœnitentia, satis dicitur peccator in peccato continuare, & perseuerare, etiam quod illud non nisi semel commiserit, *vt bene post Felyn. quem allegat, declarat Ausrer. de reprobat. test. d. num. 79. vers. sed dicta perseuerantia in crimine capi potest dupliciter.*

ARGVMENTVM.

De bannito, quando sit infamis, & quando ob infamiam a testimonio repellitur.

SVMMARIA.

Regula prima sit, quod bannitus, & in contumaciam condemnatus pro delicto, infamis est, n. 301. & 303. licet aliqui ibi relati, n. 302. contrarium dixerint.

Amplia primo, multo magis in bannito & condemnato propter homicidium, n. 304.

Amplia secundo, multo magis in eo, qui post litem contestatam aufugit, & permisit se condemnari, n. 305.

Amplia tertio, vt sit infamis non solum infamia facti, vt nu. 306. 307. & 308. & seqq. vbi hoc declaratur, verum etiam infamia iuris.

Amplia

Amplia quarto, vt bannitus infamis sit non solum, si condemnatus sit in contumaciam, vigore statutorum volentium contumacem haberi pro confesso, vt ibid. nu. 307. verum etiam si sit condemnatus secundum formam iuris communis, n. 311.

Amplia quinto, siue processum sit per viam accusationis, siue etiam per viam inquisitionis: vtroq; enim casu bannitus, & condemnatus infamis est: sed quando hæc ampliatio vera sit, vide ibid. n. 312. & seqq.

Amplia sexto, quia etiam de iure canonico bannitus infamis est, n. 318. seqq.

Limita primo, vt regula procedat in bannito & condemnato pro delicto famoso, secus si delictum non est famosum, nu. 321. vbi etiam de condemnato in pœnam extraordinariam, licet contrarium in bannito & condemnato pro vulnere, n. 323.

Limita secundo in bannito & condemnato pro delicto solum punibili vigore statuti, & non de iure communi, nam is infamis non est, n. 324. & 325. vbi declaratur hæc limitatio.

Limita tertio in bannito & condemnato in contumaciam, non ex probationibus præcedentibus, sed ex sola contumacia: is enim infamis non est, n. 326. & seqq.

Banniri & condemnari in contumaciam nemo potest, nisi super delicto præcedant plenæ probationes, vt n. 327.

Inquisitio hodie successit loco accusationis, n. 316.

Inquisitionis remedium hodie de consuetudine reputatur ordinarium, & non extraordinarium, n. 317. quod procedit etiam de iure canonico, n. 320.

Regula secunda sit, quod bannitus, cum infamis a iure reputetur, hoc ideo a testimonio repellitur, n. 328. licet aliqui relati ibid. n. 329. contrarium dixerint.

Amplia hanc secundam regulam, non solum in bannito secundum terminos iuris ciuilis, sed etiam secundum terminos statutorum, & consuetudinis volentis contumacem haberi pro confesso, nam & is bannitus a testimonio repellitur, n. 330.

Amplia secundo, etiam in bannitis, quibus conceditur saluus conductus ad effectum testificandi, nam & hi non sunt testes integræ fidei, n. 331. & seq.

Amplia tertio, etiam in bannito tolerato: tolerantia enim non tollit testis inhabilitatem, & criminis exceptionem, n. 333.

Limita primo hanc secundam regulam, vt non procedat extra locum banni: tunc enim potest bannitus testimonium ferre, nu. 334. declara, vt n. 335.

Limita secundo in condemnatis & bannitis iudicis officio nemine accusante, nam & is a testimonio non repellitur, n. 336.

Limita tertio, vbi veritas per alios haberi non potest, n. 351.

Limita quarto, quia etsi bannitus a testimonio repellatur, examinatus tamen facit qualequale indicium, n. 349. sed hoc indicium sufficit ad inquirendum generaliter, non autem specialiter, n. 350.

Limita quinto in bannito restituto, is enim testimonium ferre nō prohibetur, nu. 337. seqq. vsq; ad num. 349. vbi pluribus modis ampliatur & declaratur hæc quinta limitatio.

QVÆSTIO LVI. ARTICVLVS VIII.

BANNITVS an & quando à testimonio repellatur, vt bene dignoscamus, operæ pretium est primò videre, quando dicatur infamis, & in hoc

301 REGVLAM constituo affirmatiuam, † quod scili- 301
cet bannitus, & condemnatus pro delicto, ob eius non comparitionem & contumaciam, *iuxta ea, quæ latè deduxi in 1. lib. quæst. 11. sub tit. de inquisitione*, dicitur infamis. Sic nempe reprobatis contrariis, stantibus præsertim statutis, & generali consuetudine procedendi ad condemnationem contra contumaces, vti confessos de delictis, de quibus inquiruntur, per plures rationes bene demonstrat post antiquiores, quos allegat, Nell. *viden. in tract. de bannit. part. 1. 2. temp. q. 49. per totam, præsertim in versic. aduerten. lum, quod super eodem facto, vsq; ad finem quæstionu, sequitur Conrad. in pract. §. 3. de offic. prat. in cauf. crimin. rubr. de contum. & bannit. n. 25. fol. mihi 448. communem* * *dixit Rolan. cons. 41. num. 48. lib. 1. & faciunt Dd. allegati infr. in 2. reg. huius artic. n. 318. seqq.* vbi hoc ideo repellunt à testificando bannitum, quia infamem reputant.

Et licet contrarium quod † imo bannitus in contu- 302
maciam etiam vigore statutorum, volentium, contumacem haberi pro confesso, non dicitur infamis, affirmauerint Bart. *in l. ictus fustium, n. 8. ff. de hu, qui not. infam. Bal. l. 1. n. 4. C. de calumniat.* vbi, quod ita communiter tenent Dd *& in l. fin. in fin. C. de requir. reis. Fel. in rubr. de re iudic. n. 15. in fin. Marsil. in pract. §. postquam, n. 67. & in tract. de bannitis, in verbo, contumaciam, n. 48. & 145. Paul. de Castr. in l. ob hac verba, n. 2. ff. de hu qui not. infam. Foller. in pract. crim. in verbo, & confitebuntur in 4. part. 3. partis, nu. 36. cum aliis relatis per Fabr. Saraya in addit. ad Matthesil. sing. 62. ad medium addit. octau. vers. & an habitus pro confesso. & per Iac. Port. Imol. cons. 96. nu. 24. & Bal. vbi sup. referat. lar. in pract. §. fin. q. 71. vers. quæro nunc. Cephal. in cons. 355. nu. 6. lib. 3. Card. Alban. in lucubrat. ad Bart. in l. Cassius, n. 10. ff. de Senat. Burs. in consil. 122. nu. 6 lib. 1. vbi etiam testatur de communi* * *ex Claro in loco præcitato, Boss. in tit. de inquisit. post n. 54. vers. ergo multo magis.*

Non † per hoc tamen recedas à proposita regula, 303
quam bene defendit ab omnibus rationibus in cōtrarium adductis, *Nell. de bannit. d. q. 94.* & omissis aliis responsionibus, quæ in proposito possent dari, ea potissimum verissima est, vt contraria loquantur, ac debeant intelligi in simpliciter bannito, non autem in bannito, & condemnato simul, prout sunt termini nostræ regulæ. Nam, *vt dixi supr. in 1. lib. q. 11. n. 94. & 95. iuncto nu. 102. versic. limita tertio.* antequam contumax condemnetur, ponitur in banno, & hoc vocatur primum bannum, eo autem non comparente in termino huius primi banni condemnatur, & ista condemnatio vocatur à Dd. secūdum bannum. Primo casu, hoc est in primo bāno, bannum dicitur sententia interlocutoria, etiam quod contumax habeatur pro confesso, ideo non est mirū, si non infamat, quia ficta confessio infamiam non irrogat, *ad gl. & Dd. in l. 1. C. de modo mulctan. cum aliis relatis per Bald. & Dd. supr. in contrarium adductos.* Secundo autem casu bannum secundum non remanet in puro nomine banni, sed transit in condemnationem, & dicitur sentētia definitiua, non interloquutoria, *vt latè probaui, d. q. 11. n. 93. seqq.* Ideo sicut condemnatus de iure communi, & de crimine, infamiam irrogante, dicitur infamis, *l. 1. ff. de his qui not. infam. cum aliis adductis, hac eadem quæst. in præfat. n. 7. seqq.* ita pariter & condemnatus vigore statutorum. Sic in terminis, & bene, iudicio meo, respondet, & declarat Nell. *d. q. 64. prope fin. versic. & hanc partem veram credo.* vbi expresse dicit, quod hanc opinionem ipse veram credit, non ex vi fictæ confessionis ex banno in contumaciam dato resultantis, sed ex condemnatione subsequuta. *Et ita etiam reperio declarantem Flamin. Car. in tract. de exsequut. sent. c. 1. n. 447.* Et ita teneas. Vide ad comprobationem huius regulæ *inf. n. 309. seqq.*

AMPLIA I. Regulam, vt † multo magis sit infamis 304
bannitus, & condemnatus propter homicidium, vigore Bullæ Pii Quinti, contra homicidas, & bannitos, sub datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno eius primo 1566. tertio Nonas Iulii, & de qua in Bullario, *fol. 937. partic. 2.* quæ quidem Bulla loquitur non solum de homicidis bannitis & condemnatis, vel quorum delictum sit notorium, sed etiam de infamatis, prout eius verba clara sunt, ibi, *vel de homicidio infamati, &c.* eosque tanquam perpetuo infames omni officio & dignitate ptiuatos esse iubet, ergo multo magis locum habet in bannitis & condemnatis in contumaciam, *per ea, quæ in simili statuto Mediolani posuit Boss. in tit. de inquisit. num. 55. vers. & licet aliquando. iuncto nu 56.* Quicquid forsan secus esset, circumscripta simili statuto, vel constitutione, *ad ea, quæ dixi inf. n. 326. seq.* Verùm quod Bulla prædicta locum non habeat in bannito in contumaciam, expresse voluit Rota *dec. 523. tom. 1. fol. 126.* vbi etiam optimè declarat.

clarat, quando intelligantur prædicta verba Bullæ. Vbi vel de homicidio infamati, & faciunt, quæ dixi *inf. q.* 10. *num.* 108.

305 AMPLIA II. Vt † etiam multo magis sit infamis bannitus, qui fugiens, & se absentem faciens post litem contestatam permittit se condemnari, *vt per Matthes. singul.* 62 *in fin. nota, quod si reus.* vbi dixit, quod si reus post litem contestatam in actione furti, vel alia famosa absentauit se, & feratur sententia contra eum absentem vel indefensum, legitime tamen citatum, irrogatur tali casu sibi infamia iuris, non aliter, ac si sententia esset lata contra eum præsentem, *per l. non solum, §. fin. ff. de procur. & per l. primam, §. de qua. ff. de postul.* Quibus iuribus, iuncta gl. probatur, quod infamia per huiusmodi sententiam irrogata tollitur per restitutionem; ergo nisi restituatur, remanet infamia.

306 AMPLIA III. Vt † multo magis regula procedat in infamia facti, licet enim aliqui Dd. relati *sup. n.* 302. voluerint, bannitum non esse infamem infamia iuris, nemo tamen est, qui neget eum infamem infamia facti; * *per text. & ibi notant Bald. Salycet. & communiter * omnes, in l. fin. & ibi gl. in verbo, sed fama, C. de requir. reu.* Qui quidem

307 text. loquitur † non in bannito, & condemnato vigore statutorum volentium contumacem haberi pro confesso, sed secundum terminos iuris communis, *& iuxta*

308 *ea, quæ posui in tit. de inquisit. q.* 11. *num.* 2. *seq. lib* 1. Et † tamen Dd. volunt, eum esse infamem infamia facti, licet non iuris, *vt etiam per Afflict. in constit. grandis vtilitas. num.* 23. vbi amplius declarat, hoc non procedere, quando quis fuisset citatus domi, & citationem ignorasset, vel si sciuisset, habuisset tamen aliquam iustam causam non comparendi, quia tunc nec etiam incurrit infamiam facti, *vt ibi per eum, Nell. de bannit par.* 1. 2. *temporis, d. q.* 49. *vers. aduertendum, quod super eodem facto, Plot. de in lit iuran.* §. 50. *n.* 7.

309 Et † hæc ampliatio apud me non solum est verissima, verum etiam credere nouiter posse attentari, quod text. *in d. l. fin. C. de requirend. reu*, reputans infamem eum, qui absens in criminali causa condemnatus fuit, debeat intelligi non de infame infamia facti, sed de infame infamia iuris. Lex enim illa eum reputat infamem, qui sic in contumaciam pro criminali causa permittit se condemnari. Ergo est infamis infamia iuris, & non facti, cum ad irrogandum iuris infamiam sufficiat, quod ita ius statuat, *vt supr probaui, hæc eadem quæst in præludiis, nu.* 4. *in* 1. *concluſ.* Nec obstet ratio considerata per gloſſ. *in d. l. fin. in verbo, sed fama*, quod scilicet non sit infamis infamia iuris, quia de crimine non est damnatus, *l. athletas,*

310 *§. calumniator, ff. de his qui not. infam.* Nam † præterquam, quod ad inducendum iuris infamiam sufficit, quod ius ita statuat, etiam sine hominis ministerio, & condemnatione, *vt probaui supra in d.* 1 *conclus. num.* 4 *& num.* 5 *in* 2. *conclus.* Adhuc enim falsum est, hunc non esse condemnatum: nam & contra absentes iura permittunt deueniri ad condemnationem in certis casibus, *vt supra probaui in* 1. *lib. tit. de inquisit q.* 11. *num.* 1. & paria sunt ad irrogandum infamiam, vt quis condemnetur præsens, vel absens, *vt in terminis declarat Nell. vbi supra allegatus, de bannit. part.* 1. 2. *temporis, quæst.* 49 *prope finem, vers. hoc esse verum. sic ostendo.* Et nihilominus aduertatur, quod text. *in d. l. fin.* quoad infamiæ irrogationem contineatur simplici edicto contra latitantem proposito, cum commissa annotatione bonorum, *iuxta proposita per nos, lib.* 1. *d. q.* 11. *num.* 2. ergo non est requirenda condemnatio, si lex eam non requirit.

311 Et sic, † ni fallor, habemus text. clarum & apertum, *in d. l. fin. C. de requir. reis*, probantem, bannitum & condemnatum in contumaciam, dici infamem, non solum, quando est habitus pro confesso vigore contumaciæ, iuxta formam statutorum, & prout sunt termini propositæ regulæ, *de qua supr. num.* 301. sed etiam quando est simpliciter condemnatus, iuxta formam iuris communis, licet in hoc vltimo communis * opinio & communis intellectus *ad l. fin.* sit, vt habeatur solum pro infame infamia facti, & non infamia iuris, vide *inf. n.* 329. *&* 330.

312 AMPLIA IV. Vt † bannitus & condemnatus dicatur infamis, siue processum fuerit contra eum per viam accusationis, siue etiam per viam inquisitionis, fuerunt enim in hoc quatuor opiniones, *quas bene refert Nell. de bannit. part.* 1. *secundi temporis, quæst.* 50. *per totam*, quarum prima fuit gl. *in l* 1 *§ præterea, ff. de iust. & iur. tutor. & ibi etiam Dyn. & in l. fin & ibi etiam Cyn. eodem*, & vtrobique Rayner. de Forliuso, volentium, bannitum & condemnatum ex processu per viam inquisitionis non dici infamem. Altera † fuit opinio Abb. Pap. Odr. & Andr

313 de Pisis, volentium e contra, eum dici infamem, etiam quod per viam inquisitionis fuerit cõdemnatus, & cum hac secunda opinione concordant Dd. allegati *supr. hac ead. quæst. in præ'ud. n.* 8. *vbi vide.* † Tertia, & media succel-

314 sit opinio Bart. *in l. infamem, num.* 7 *ff. de public. iudic.* distinguentis, quod vbi iudex inquirit virtute arbitrij sibi cõcessi aliter, quam ex vi publici iudicij, *vt in l. nullum, C. de testibus, & aliis casibus supra positis in* 1. *lib. tit. de inquisit. quæst.* 1. *num.* 9. & tunc damnatus per inquisitionem non fit infamis. Si verò iudex inquirat super publico iudicio, quo casu tunc inquisitio succedit in locum directæ accusationis, & tunc talis sic per inquisitionem damnatus bene efficitur infamis. Rationes autẽ harum trium opinionum post Bartol. *in d. l. infamem* bene explicat, & refert Nell. *d. q* 59 *per totam, in discursu.* † Sed quarta, &

315 verior est eiusdem Nelli opinio, *ibid. in fine quæstionis, vers. sit ergo conclusio, post Ioan. Calder. & Nicol. de Neapol. quos allegat*, quod siue procedatur super publico iudicio, siue etiam priuato, dummodo crimen de se sit famosum, *iuxta terminos d. l. infamem. ff. de public. iudic. & dixi supr. nu.* 9. semper damnatus etiam per inquisitionem dicatur infamis. Et † hoc, quia cum hodie inquisitio successerit

316 loco accusationis, *l.* 2. *§ si ex publico, vbi Bart. num.* 12. *Bald. num.* 57. *ff. de adult. l penultim. ff. de public. iudic. l. congruit, ff. de offic. præsid. gloss. & communiter * Dd. in l. ea quidem, C. de accusat.* & † ob id inquisitionis remedium saltem de con-

317 suetudine reputetur ordinarium, non autem extraordinarium, *vt per Bald. in l. ea quidem, num.* 44. *& ibi etiam Alber. colum.* 2. *vers. de consuetudine tamen, Boss. in titul. de inquisit. num.* 8. *Anton. Gomez. ar. resolut. tomo* 3. *tit. de delict. cap.* 1. *num.* 8. *Anton. Gomez. ar. resolut. tomo* 3. *tit. de delict. cap.* 1. *num.* 10. *& num.* 49. *in fin. vbi testatur de communi * opinione, * mer. Clar. in pract. §. fin. q.* 3. *versic. sed certe quicquid sit de iure, Decian. cons.* 18. *num.* 195. *lib* 1 hoc ideo non debet in proposito constitui aliqua differentia inter istos procedendi modos, & si aliter diceremus, nullus hodie reperiretur infamis ex condemnatione, cum, vt notum est, omnes condemnentur per viam inquisitionis, etiam quod præcedat accusatio, *prout etiam bene considerat Nell. d. quæst. 59. post principium, ver. nam si diceremus.* Et ita credo

318 etiam se habere communem * Dd. opinionem, *prout testatur Angel. in l. ea quidem, num.* 28. *C. de accusat. & prout eum refert Clar. in pract. §. fin. q.* 72. *ver. damnatus, & dixi sup. in præludiis, n.* 8.

Et † licet Crot. *in cons.* 254. *n.* 6 *lib.* 2. prout illum refert Hector Æmil. *in tract. de testib. part.* 1. *verbo, bannitus, nu.* 10. *fol. mihi* 324. dixerit, bannitum per inquisitionem non incurrere notam infamiæ, præsertim de iure canonico, quod propterea in tertis Ecclesiæ quoad temporalem iurisdictionem maximè obseruandum affirmauit. Ego

319 tamen † verius credo, etiam de iure canonico hûc bannitum & condemnatum per inquisitionem esse infamem, & hoc, quia etsi de iure canonico inquisitionis remedium sit extraordinarium, & non ordinarium, secundum communem * Dd. opinionem, *de qua dixi in* * 1. *lib. titul. de inquisit. quæst.* 1 *num.* 8 *versic. sed vide.* Ista tamen

320 communis opinio non seruatur de facto; † quia etiam

de iure canonico, in quibuscunq; criminibus potest per inquisitionem procedi, & inquisitionis remedium est ordinarium, non autem extraordinarium, *vt per Clar. in pract. §. fin. q.* 3. *vers. sed certe quicquid sit de iure, iunctis aliis per nos relatis, d. q.* 1. *n.* 8. *in prin. & n.* 10.

321 LIMITA I. propositam regulam, vt † procedat in bannito & condemnato in contumaciam pro causa & delicto famoso: secus si delictum non est famosum. Ita probat text. *in l. fin. C. de requirend. reis*, vbi loquitur de bannito pro causa pecuniaria, *Felyn. in rubr. de re iudic. num.* 15. *in fin. Nell. de bannit. part.* 1. 2. *temporis, q.* 49. *in princip. vers. si enim est damnatus, & post medium quæstionis, versicul. hanc etiam partem, vbi ita intelligit text. in l.* 1. *C. de modo multan.* & loquitur etiam in eo, qui est condemnatus in

322 pœnam extraordinariam. Nam † tunc nec etiam irrogatur infamia, *Conrad. in practic. §.* 3. *de offic. prætor. in causs. criminal. rubric. de contumac. & bannit. num* 35. *fol.* 448. Sicut enim non omnis condemnatio in præsentem infamiam initicit, nisi sit vel pro publico delicto, *iuxta text. in l. infamem, ff. de public. iudic.* vel pro alio enumerato *in l.* 1. *ff. de his, qui notant. infam.* ita pariter nec hoc debet o-

323 perari condemnatio in absentem. Et † si contrarium quoad infamiam facti in condemnato in pœnam pecuniariam pro vulneribus, senserit Plot. *de in lit. iuran. §.* 54. *num.* 7.

324 LIMITA II. Et † hæc limitatio descendit ex præcedenti, vt regula procedat in bannito & condemnato pro delicto punibili, & reprobato à iure communi, secus si solum esset punibile, & reprobatum à statuto: nam tunc is infamis non erit. Sic enim per text. *in l. cassat, de act. & oblig. & post Bart. & Dyn. quos allegat*, volunt Nell. *de bannit. part.* 1. 2. *temporis, q.* 49. *in prin. vers. & ideo si damna-*

235 *tur.* † vbi tamen hoc limitat, quando statutum illud delictum faceret publicum, *iuxta notata per Bart. in l.* 1. *ff. de public. iudic.* Tunc enim efficeretur infamis, tanquam de publico delicto condemnatus, *iuxta l. infamem, ff. eodem*, etiam quod esset publicum iure statutario, ac non communi, *vt ibi per Nell.*

326 LIMITA III. Vt † eadem regula procedat in bannito & condemnato non ex sola contumacia, sed ex præcedentibus probationibus super delicto receptis; sola enim contumacia, non aliter constito de delicto, etiam quod ex eo statutum inducat fictam confessionem, infamiam non irrogat, *sicut pluribus demonstrat Alciat. de præsumpt. regul.* 22. *per totam, præsertim num.* 4. *refert & sequitur Conrad. in pract. in §.* 3. *de offic. prætor. in caus. crim. rubric. de contumac. & bannit. num* 35. *fol. mihi* 448. Imo con-

327 tumacem † non posse banniri & condemnari pro delicto, nisi plenè præcedant probationes super eodem delicto, de quo inquiritur, etiam in stante statuto, quod contumax habeatur pro confesso, pluribus demonstrat Martil. *in pract. §. postquam, num.* 48. *seqq. & in l.* 1. *num.* 129. *C. de rapt. virgin. & cons* 82. *nu.* 40. *& cons.* 117. *num.* 30. *seqq. Foller. in pract. crimin. in* 4. *part.* 3. *partis principalis, verbo, & si confitebuntur, num.* 15. *Boer. decis.* 63. *num.* 5. *Cephal. cons.* 241. *nu.* 65. *& 73. lib.* 2. *Ruyn. cons.* 68. *num.* 5. *lib.* 1. *Boss. in tit. de reis requiren. sub num.* 23. *& in tit. banniti quid admittant, num.* 18. * *in fin. Plot cons crim. diuers.* 72. *n.* 34. *vol.* 1. *& est * communis, vt latius dixi in* 1. *lib. tit. ad inquisit. q.* 11. *nu.* 16. *& ad ibi tradita me remitto.*

Hactenus de infamia banniti, videamus modo, quando possit esse testis, & in hoc

328 REGULAM secundam † constituo negatiuam, quod scilicet bannitus, cum, vt supra, infamis à iure reputetur, hoc ideo à testificando repellatur, *sicut ex Baldo, quem allegat in l. cum mulier, num.* 6. *ff. solut matrimon. voluit Marsil. in pract. crimin. §. aggredior, num.* 94. *& in tract. de bannit. verbo, exsules, num.* 8. *Donat. à Fl. lib.* 4. *conclusionum, verbo, testu. vers. bannitus, fol.* 311. *vbi allegat Iaſ. in l.* 1. *§. sublata. ff. ad Treb. & Aym. in consil.* 210. *&* 309. *quos hoc in specie*

dicentes non reperiisse, affirmauit Hector Æmil. in tract. de testibus, verbo, bannitus, num. 1. *& numer.* 2. *fol. mihi* 323 *part.* 1. Sed licet in specie hoc non dicant, satisfaciunt tamen eorum rationibus, dum bannitum æquiparant vel excommunicato, vel deportato, quo casu cum habeatur pro mortuo, perdatque omnia iura & beneficia ciuitatis, & iuris communis, *secundum magis communem, de qua per Iaſ. in consil.* 166. *&* 167. *volum.* 2. iccirco à testimonio fore repellendum, bene demonstrat Conrad *in practic. §.* 2. *de offic. prætor. in causs. ciuil. titul. de testibus, §. personas testium aggrediendo, verbo, bannitur, numer.* 38. *fol. mihi* 86. *sequitur Burſat. in consil.* 20. *numer.* 50. *lib.* 1. *vbi aliis relatis sequitur Burſat. in consil.* 20. *numer.* 50. *lib.* 1. *vbi aliis relatis sequitur Burſat. de magis communi * Dd. opinione*, & loquitur præ- * sertim in bannito propter homicidium, de quo etiam expresse loquitur Bulla Pij V. de qua feci mentionem *supra, numer* 304. *nec dissentit Mascard. de probat. lib.* 3. *conclus.* 1356. *num.* 38. *& bene comprobat Flam. Cartar. in suo tract. de exsequut. senten. c. fin. num.* 80. *& ibi etiam testatur de communi.*

Et † licet Bald. *in c. super eo, num.* 4. *extra, de testibus*, di- 329
xerit, bannitos de iure ciuili posse testimonium ferre, eo, quia tale bannum iuris infamiam non irrogat, cum potius fingatur contumax, quam conuictus, contumacia autem non infamet, & in hoc asserat concurrere communem * Dd. opinionem, & Bald. sic vt supra di- *
centem sequuti sint, Felyn *ibidem, num.* 6. *Alexand. de Nec* centem sequuti sint, Felyn *ibidem, num.* 6. *Alexand. de Nec-uo, consil.* 8. *num.* 8. *Alber. in* 4. *parte statut. quæst.* 72. *in* 1. *du-bio*, vbi etiam, quod hæc opinio communiter * appro- *
batur, & seruatur, *Campeg. de testibus, regul.* 53. *in princip. Laurent. Kirchouius cent.* 1. *suarum commun opin. conclus.* 23 *in* 1. *editione, & in* 2. *editione, conclus.* 43. *Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, bannitus, versicul.* 1. *fol.* 13. *Clar. in practic. §. final. quæstion.* 71. *versicul. præterea quæro, Mascard. de probat. lib.* 1. *conclus.* 162. *numer.* 34. *& lib.* 2. *conclus.* 731. *num.* 1. vbi tamen loquitur de exsule, *Hector Æmil. de testibus, verbo, bannitus, numer.* 3. *sequentibus, folio* 323.

Non † per hoc tamen recedas à proposita regula, 330
quæ verissima est, & procedit non in bannito simpliciter pro maleficio, secundum terminos iuris ciuilis, prout loquuntur omnes præcitati Dd. & præcipuè Bald. qui originaliter allegatur *in d. cap. super eo*, sed in bannito, secundum terminos statutorum, vigentium vbique generaliter, & volentium, contumacem haberi pro confesso: quo casu cum infamia irrogetur etiam iuris, prout reprobatis contrariis, probaui *supra, in* 1 *reg. num.* 301. *seqq.* iccirco eum à testimonio repelli, isto casu consentit etiam post Bart. quem allegat, idem Bald. *in d. cap. super eo, eodem numer.* 4. *versicul sed Bartol. dicit, Felyn. ibidem, per eo, eodem numer.* 4. *versicul sed Bartol. dicit, Felyn. ibidem, num.* 6. *& in cap postulasti, num.* 5. *de foro competen. Roland. consil.* 45. *num* 48. *seq. lib.* 1. *Kirchou. d. conclus.* 23. *nec dissentit Clarus in d. quæst.* 71. *eodem versicul. præterea quæro, & expresse declarat Hector Æmil. de testibus, d. verbo, bannitus, numer.* 11. imo de iure forsan verius posset attentari, quod & bannitus secundum iuris formam etiam statutis circumscriptis, sit iuris infamia notatus, *vt admonui supr. num.* 311. sed statutis prædictis concurrentibus, res omni caret difficultate, licet contrarium asseruerint Dd. relati *supr. num.* 302.

Et † licet rursus Clar. *in d. vers. præterea quæro, in fin.* di- 331
xerit, quotidie apud eum seruari, vt bannitis salui conductus concedantur, ad hoc, vt tutè possint se examini subiicere (prout etiam aliquando apud nos seruatum fuisse, negare non possum,) & ob id inferat, eos profuisse, negare non possum,) & ob id inferat, eos profuisse, negare non possum,) & ob id inferat, eos prof

testificandum admitti, sed non haberi pro integris testibus; ideo non est mirum, si etiam banniti admittuntur,& nihilominus, quod quando banniti ad se examinandum accedunt sub saluo conductu: tunc tanto minus eis credatur, eo quia certo sciunt se recessuros, ponit Boss.*in tit. de inquisit. n.60.*

333 AMPLIA huius † octaui articuli propositam secundam regulam, vt procedat etiam in bannito tolerato: tolerantia enim non tollit inhabilitatem testis, & criminis exceptionem, item nec infamiam, ideo nec etiam facit, vt à testimonio non repellatur, *secundum Felyn. in c. super eo, nu.1. extra, de testib. Abb. in c. nihil, num.15. de elect. Dec. in c.1. num.1. de except. quos in proposito refert & sequitur Io. Mar. Montic. in suo repert. test. verbo, criminosus, fol. mihi 22. col.1. vers. pen. & seq.*

334 LIMITA I. dictam † secundam regulam, vt non procedat extra locum bāni, extra quem potest bannitus & testimonium ferre, & alia officia exercere, *secundum Bal. qui ad id originaliter allegatur in l.1. num.17. versic. item possunt excommunicati, C. de hared. instit. quem in proposito referendo sequuti sunt, Corrad. in practic. §.2. de offic. pretor. in caus. ciuil. tit. de test. rubr. personas testium aggrediendo, nu.38. in fin. fol. mihi 8 & col.2. Io. Mar. Montic. in suo repertorio test. verbo, bannitus, fol. mihi 14. col.1. vers.1. Bursat. cons.316. n.46. lib.3. Mascar. de probat. lib.1. concl.162. n.34. vers. quæ conclusio, & lib.2 concl.731. n.2. vbi de exule, & lib.2. concl.1356. nu.38. Hector Æmil. in tract. de testib. verbo, bannitus, nu.8. & 9. fol. 314. part.1.*

335 SVBLIMITANDO † hanc limitationem, aduerte, quod illa apud me, vel non est vera, vel saltem est declaranda, vt procedat in bannitis nō propter delictum, & causam famosam, sed vel propter solam contumaciam, vel propter causam pecuniariam, *iuxta posita superius, num.321. seq.* At in bannito propter delictum, & crimen famosum, cōtrarium procul dubio verius est, quia infamia illum sequitur, quocunq; vadat, sicut lepra leprosum, *vt ex Alciat. & aliis, quos allegat, declarat Corrad. in pract. vbi supr. §.3. de offic. pretor. in caus. crim. tit. de contumac. & bannit. post num 35 fol. mihi 448.* ideo in omni loco fore à testimonio repellendum, dixit Roland. *in consil.41. num.49. lib.1.*

336 LIMITA II. eandem † secundam regulam, vt procedat in bannitis & condemnatis per inquisitionem iudicis officio, nomine accusante. Tales enim non incurrunt aliquam infamiæ notam, ideo bene probant, vt firmat Crot. *in cons.254. num.6. lib.2.* vbi ait, hanc opinionem maxime procedere de iure canonico, & obseruandam esse in terris Ecclesiæ subiectis, quoad temporalem iurisdictionem, *refert & sequitur Hector Æmil. in tract. de testib. par.1. verbo, bannitus, n.10 fol.324.* Sed hæc limitatio confunditur ex dictis per nos *sup. nu.312. seqq. & præsertim, n.318.*

337 LIMITA III. In bannito restituto: † nam ex quo etiam intelligitur restitutus ad famā, hoc ideo eum posse esse testem, *post Paul. de Leazar. quem allegat,* voluit Alex. *in cons.112. omissis argumentis, vers. & propriè loquitur,*

338 *lib.2.* † vbi pariter post Bart. quem allegat, hanc limitationem dicit veram esse, si bannitus cancelletur, quia bannum remittatur: secus autem si ex eo, quia condemnationem soluerit, *sequitur Marsil. in practic. §. aggredior, num.96. & hos omnes refert Hector Æmil. de testibus, d. verbo, bannitus, numer.13. fol.325. addo Bald. in cap. super eo, numer.4. vers. sed quid si est rebannitus, extra, de testibus, vbi bene fundat hanc limitationem, Corrad. in pract. §.2. de offic. pretor. in caus. ciuil. tit. de testibus, §. per onas testium aggrediendo, verbo, bannitus, sub num.38. fol. mihi 86. vbi allegat Alexand. & Marsil. in locis pracitatis, Matthesil. singul.62. nota, quod si reus, per*

339 *text. iuncta gl. Boss. in l.1 §. de qua, ff. de postul.* † & loquitur in restituto non per viam gratiæ, sed iustitiæ, videlicet propter iustam absentiæ causam, *Mascard. de probation. lib.3. conclus.1356. num.38.* Et licet Cæpoll. *in l. quod si fugitiuus, in princip. num.2. de adil. edict.* videatur tenere contrarium, † tamen contra Cæpoll. est communis * opinio, 340
vt expræallegatis apparet, & testatur Oddus, qui alios pro hac limitatione allegat in suo tract. de restit. in integr. part.2. q.96. artic.1. num.96. & seqq. & faciunt, quæ de infame restituto dixi *supr. n.79. hac ead. quæst. artic.1.* *

AMPLIA hanc tertiam limitationem, vt † procedat etiam in bannito restituto post iuramentum, ante 341
tamen depositionem: nam talis restitutio retrotrahitur ad tempus iuramenti, & valet depositio. *secundum Gandin. in tract. de bannit. q.70.* prout illum refert Nell. *in eod. tract. in par.1.3. tempor. n.16.* sentiens quoque esse regulare, vt attendatur tempus depositionis, non iuramenti, *per l. duæ causa, ff. ad Trebell.* Et licet contra hanc ampliationem faciat text. *in l. si quando, C. de testib.* & Bar. *in cons.147.* generaliter dixerit, quod si quando testis iurauit, non erat infamis, quando autem deposuit sic, valeat tamen eius dictum; ita à contrario sumpto argumento non debeat valere testimonium eius, qui tempore iuramēti erat infamis; non per hoc tamen recedas ab ea, quæ & verior & æquior est, *prout testatur Oddus de restit in integr. par.2. q.95. art.4. n.25. seqq.*

SVBLIMITA I. eandem † tertiam limitationem, 342
vt procedat in eo bannito restituto non solum aduersus bannum, sed esse expresse ad famam, honores, & dignitates. Per simplicem enim delicti indulgentiam non censetur restituta fama, *l. fin. C. de genera. abolit. l. generali. C. de sentent. pass.* secus per in integrum gratiosam restitutionem, *l.1. C. de sentent. pass. cum aliis relatis per eundem Odd. vbi supr. q.94. artic.4. num.14. seq. & q.96. articul.1. & 2. num.1. & seqq.* Ideo ad hoc, vt bannitus restitutus possit ferre testimonium, debet esse in integrum gratiose restitutus, non autem per simplicem indulgentiam remissus. Primo enim casu, vt dixi, infamia est sublata: secundo autem non; vide ad hæc, quæ dixi *in 1. lib. titul. de inquisit. q.6. n.45.*

SVBLIMITA II. Vt † licet bannitus restitutus 343
possit ferre testimonium, hoc tamen erit intelligēdum in causa ciuili, secus in criminali; licet enim Princeps possit delinquenti famam restituere, & iuris infamiam ex delicto incursam ei tollere, *l.1. C. de sentent. pass. l. final. §.1. C. eod.* non tamen potest tollere & remouere infamiam facti, quia opinio hominum de bonitate vel de malitia alicuius non potest remoueri à Principe, nec Princeps potest facere, vt homines credant, illum esse bonum, quem credunt, & credere volunt esse malum, *Abb. in c. cum te, num.9. & ibi Felyn. num.10. de re iudic. Roma. singul.469. incip. dubitatio est magna.* vbi, quod non nisi à Deo facti infamia aboleri potest, *Alc. in l. plus est, n.9. ff. de verb. signific. facit text. in c. Euphemium, 2. q.3. & dixi in 1. lib. d. quæst. 6. num.45. vers. & in proposito scias vnum agitur remanente facti infamia,* sequitur, quod bannitus restitutus possit in ciuilibus testificari, secus in criminalibus, *per ea, quæ dixi hac eadem quæst. art.2. numer.100. iuncto num.115. & est de mente Nell. in tractat. de bannit. in 1. part.3. temporis, num.16. prout illum refert Oddus in d. tract. de restitut. in integr. d.q.95 art.4. num.27.* licet dicat per hanc declarationem destrui quodammodo conclusionem: sed iudicio meo non destruitur conclusio, sed restringitur ad causam ciuilem tantum, *vt dixi.*

Et quando Princeps expresse restituit bannitum ad famam, etiam quoad facti infamiam, (*quod & posse, post Afflict. & Aym. quos allegat, scripsit idem Oddus, vbi supr. q.97. artic.2. num.9.*) tunc quidquid sit in hominum opinione, eum posse etiam in criminalibus testimonium ferre, sine dubio crederem, vt Principis expressa restitutio suum operetur effectum.

SVBLIMITA III. Vt † dicta tertia limitatio procedat in bānito restituto, vel per viam gratiæ, *vt dixi sup.* 344
num.338. & 342. vel per viam iustitiæ, *vt dixi supr. nu.339.* secus si per viam compositionis, & solutionis, *vt dixi sup. d. nu.338.* tunc enim sequuta compositione, resultat maior delicti probatio ob tacitam confessionem, *per ea, quæ posui in 1. lib. in tit. de inquisit. q.5. n.18. seqq. & ad ibi tradita me refero;* ideo nisi expresse fuerit fama reseruata, non crederem, hunc restitutum posse testimonium ferre.

345 SVBLIMITA IV. In † bannito propter homicidium, qui etsi restitutus sit, rebannitus absolutus, vel alias per viam gratiæ vel iustitiæ remissus in totum, aut pro parte, eiusq; sententia, & condemnatio, & processus fuerint quomodolibet cassi, & irritati; adhuc tamē tanquam perpetuò infamis testimonium ferre non potest, nec alia exercere, de quibus in Bulla Pij V. de qua feci mentionem *supra, n.304.*

346 Sed si † Princeps, non obstante dicta Bulla, bannitum hunc ad famam restitueret, quod tunc posset testimonium ferre, dubitandum non est.

347 SVBLIMITA V. Secundum † Odd. *de restit. in integr. d.q.96. art.1. n.97.* vt eadem tertia limitatio non procedat in bannito & condemnato pro falso testimonio; nam is testimonium ferre non poterit, etiam quod restitutus fuerit, vt ibi per eum, qui cum hac declaratione

348 concordat contraria. Et potest esse ratio, quia † testis, qui semel falsum deposuit, non potest amplius esse testis, etiam contra falsarium, *vt per Innocent. in cap.1. de confess. & in c.1. de lit. contest. prout illum refert Mascard. de probat. lib.2. conclus.746. n.5. Aufrer. de reprobat. test. nu.42. cum aliis adductis per Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, falsarius, vers.1. & seqq. fol. mihi 31. col.2. & alibi suo loco dicam.*

349 LIMITA IV. huius † octaui articuli propositam secundam regulam, vt etsi bannitus à testimonio repellatur, examinatus tamen facit qualequale indicium, ad inquirendum sufficiens, *vt per Menoch. de præsumpt. lib.1. q.88. n.13. qui allegat Boss. in tit. de inquisit. n.4. & n.61.*

350 SVBLIMITANDO hanc † quartam limitationem, aduerte, quod Boss. *d. nu.4. iuncto n.54. seqq. vsq; ad nu.62.* expresse loquitur, quoad inquirēdum generaliter, hoc est, quoad assumendum informationes, non autē quoad inquirendum specialiter, ac ad transmittendum inquisitionis formam, & ita etiam in facto obtinuisse, testatur *ibi, n.59. in fin.* Sententiam enim in contumaciam latam, & solum fundatam ex inquisitione formata ex dicto banniti, minime posse exsequutioni mandari, in terminis scripsit Flam. Cartar. qui alios citat, *in tract. de exsequut. sent. & c.c. fin. n.80.* & faciunt, quæ in simili de infame dixi *supr. n.62. seqq.*

351 LIMITA rursus † præcedentem sublimitationem, vt in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, tunc banniti testimonium sufficiat, etiam ad inquirendum specialiter, prout videtur fuisse de mente Boss. *in d. tit. de inquisit. n.58.*

ARGVMENTVM.

De Teste vsurario.

SVMMARIA.

Vsurarius, cum sit infamis, idoneus testis non est, n.352.
Amplia 1. quia in totum repellitur, n.353.
Amplia 2. & in vsurario occulto, n.354.
Limita hanc secundam ampliationem in testamentis, in quibus vsurarius occultus admittitur, n.355.
Amplia 3. vt vsurarius non possit esse testis, etiam post peractam pœnitentiam, n.356.
Limita in vsurario restituto, n.357.

QVÆSTIO LVI. ARTICVLVS IX.

352 REGVLA sit, quod † cum vsurarius sit infamis, *l. improbum, & ibi Dd. omnes, C. ex quib. caus. infam. irrog.* imo etiam sit infamis ipso iure, *vt per gl. in d.l. improbum, in gloss. fin. & est communis, * vt per Couar. var. resolut. lib.3. c.3. * nu.2.* Et hoc, etiam quod intra modum à iure ciuili permissum vsuras exerceat, quicquid dixerit gl. *i. in d.l. improbum,* quam communiter reprobari, dixerunt Salyc. *in d.l. improbum, nu.2. Gemin. cons.77. post nu.5. Couar. d.c.3. n.2. Clar. in pract. §. vsura, vers. ponitur etiam, & nouissimè Ludou. Peguer. decis. crim.31. nu.1.* iccirco à testimonio repellitur, tam in causa ciuili, quam in criminali, *Bal. & Castr. in d.l. improbum, C. ex quib. caus. infam. irrog. Bald. in l.1. in 7.q. C. de testam. Marsil. sing.273. incip. notissimum, Aufrer. de testib. n.44. vers. fœnus, Corrad. in pract. in rubr. de testib. §. personas testium aggrediendo, nu.20. pag.81. Mascar. de probat. lib.3. concl.1356. n.25. Lanfr. de testib. nu.102. Plot. de in lit. iuran. §.50. num.15. Clar. in pract. §. vsura, d. vers. punitur etiam, in fin.*

AMPLIA I. Vt † non solum non sit idoneus testis, 353
vt dicit Plot. in l si quando, n.804. secundum vnam impressionem, & secundum aliam, in §.50. n.15. C. vnde vi, sed est etiam penitus inhabilis, *ita dicit Corrad. loco sup. citato, n.20.* & est infamis infamia iuris, quæ penitus & in totum repellit testem, *Corrad. vbi supr. nu.12. pag.7. Dd. in 6. testimonium, de testib.*

AMPLIA II. regulam † supradictam, vt non so- 354
lum procedat in vsurario manifesto, sed etiam in occulto, cuius testimonium irritatur, quandocunq; detegatur vsurarius, *ita dicit Corrad. vbi supr. in pract. d. pag.81. sub n.20.* Et ratio secundum eum est, quia *l. improbum, C. ex quib. caus. infam. irrog.* generaliter asserit, omnes vsurarios esse infames. Cum ergo generaliter loquatur, comprehendit etiam occultos vsurarios, licet contrarium in hoc, quod occultus vsurarius non sit infamis, nec in eo habeat locum dispositio d legis, teneat Salyc. *in d.l. improbum, nu.4. quem sequitur Ludouic. Peguer. d. decis. crimin.35. n.3. vers. sunt tamen.* Sed quicquid sit de hac re, siue dicamus, vsurarium occultum esse, vel non infamem, semper erit à testimonio repellendus, si non ratione infamiæ, at saltem ratione criminis. Vsura enim est grauissimum crimen, *c.1. & toto tit. extra, de vsur.* Criminosus autem etiam occultus repellitur, si crimen contra eum oppositum probetur, *cap. super eo, il 1. & ibi Felyn. de testib. & est de mente omnium, in c. testimonium, de testib.*

LIMITATVR hæc † ampliatio in testamentis, in 355
quibus toleratur vsurarius, qui tempore, quo fuit adhibitus in testamento, erat occultus; nam vitium testis occultum non officit testamento, *Bald. in l.1. in 7.q. C. de testam.* sic & quilibet criminosus in testamento toleratur, si tempore testamenti crimen eius fuit occultum, *l.1. & ibi Dd. C. de testam.*

AMPLIATVR supradicta † regula, vt etiam post 356
peractam pœnitentiam vsurarum, non sit idoneus testis, *Bald. & Castrens. in d.l. improbum, C. ex quib. caus. infam. irrog. Barbat. in tractat. de testib. sub num.11. & num.23. part.2. Corrad. vbi sup. in pract. pag.81. num.20.* Et licet contrariam sententiam, quod imo vsurarius post restitutionem vsurarum non sit inhabilis ad testimonium, quia auctoritate *can. quanquam, de vsuris, in 6.* sit restitutus ad famam, teneat Bald. sibi contrarius, *in cap. pastoralis, prope finem, de offic. ordin.* & hanc opinionem de iure veriorem dicat Crot. *in tract. de testib. in 4. part. num.180. & seq.* prima tamen opinio communiter tenetur, *vt testatur idem Crot. loco citato.*

LIMITATVR regula † prædicta in vsurario restitu- 357
to, quæ tamen restitutio fit per solum Principem, *Salyc. in d.l. improbum, C. ex quib. caus. infam. irrog. sub nu.51. Corrad. vbi sup. in pract. pag.81. sub num.20.*

ARGVMENTVM.

De Teste lenone, & meretrice.

SVMMARIA.

Meretrices sunt infames, num 358.

Meretrix quæ dicatur, n.360.
Meretrix regulariter à testimonio repellitur, n.361.
Meretrix nec etiam in criminalibus testis esse potest, n.361.
Meretrix nec etiam in ciuilibus testis esse potest, n 362.
Meretrix non potest esse testis, etiam quod desierit meretricari, nu. 363.
Meretrix testimonium ferre potest in criminibus exceptis, n.366.
Declara, vt in nu.367. seq. vbi etiam, quod in crimine simoniæ.
Meretrices possunt esse testes in iis, quæ facta sunt in prostibulo, n.369.
Lenones testimonium ferre non possunt, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, n.364.
Quid in marito, qui consentit suam vxorem adulterare, nam & is leno dicitur, & an possit esse testis, n.365.
Leno potest esse testis de iis, quæ in prostibulo fiunt, cum veritas per alios haberi non possit, n.364.

QVÆSTIO LVI. ARTICVLVS X.

359 REGVLA sit, quod † cum meretrix sit ipso iure infamis, *ad text. in l palam, §. non solum, ibi, lege notatur, ff. de ritu nupt. & in l. athletas, §. ait prætor, ff. de his qui not. infam. gl. in l. 3 §. lege Iulia, ff. de testib. Alex. cons. 11. n. 1. vers. sed publica meretrix, lib. 1. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. tit. de testib. § personas testium aggrediendo, verbo, leno, & meretrix, nu. 18. fol. mihi 80.* Iccirco eam à testificando repelli, probat text. *in d l. 3. §. lege Iulia, ibi, quæ vepalam quæſtum faceret. & ibi gl ver. o palam, ff. de testib. Nepos de Monte Albano in tract. de testib. n. 21. Feder Schenck in simils tract. de testib. nu. 17. Iodoc. in pract. crimin. cap. 95. num. 10. Nouell. reg. 218. nu. 20. Gig. de crimin. læsæ maiestat. lib 2. tit. quom. & per quos crim. læsa in. maiest. prob. q. 13. num. 4. vers. mulieres enim, & num. 1. vers. di. cas, quod regulariter, Pariſ. conſ. 67. num. 80. lib. 3. Hieron. Magon. deciſ. Lucen. 89. num. 4. Mascard. de probation. lib. 2. concluſ. 1063. num. 40. & lib. 3. concluſ. 1356. num. 20. Ioan. Maria Montic. in ſuo repertorio, verbo, meretrix, fol. mihi 50. col. 1.*

360 Meretrix † autem, quæ propriè dicatur, bene explicat text. *in d. l. palam, in prin. iuncto §. 1. ff. de ritu nupt. Menoch. de arb. quæſt. lib. 2. caſu 328. Placha in epit. delict. c. 33. nu. 7. 8. & 9. vbi bene exornat, Gig. de crim. læſæ maieſt. lib. 2. tit. quomod. & per quos crim. læſæ maieſt. probe q. 13. n. 4. Duen. ſub reg. 312. Vaſ. in commun. opin. ſub verbo, rapt. fol. mihi 181. (182.) in 1. impreſſione, in paruis, Petr. de Bagarott. inter conſ. crim. diuerſ. conſil. 85. lib. 2. in 4. Cephal conſil. 140. num. 27. lib. 1. Ioſeph. Ludouic. in ſuis commun. opinion. concluſ. 64. per totam, Maſcard. de prob. concluſion lib. 2. concluſ. 1073. pariter per totam, Ludouic. Peguer. deciſ. crim. 12. n. 7.* apud quos, & apud relatos per eos omnes fere contigibiles quæſtiones in materia reperies, de quibus particulariter dicturus sum *infr. in 3. lib. ſuo tit. de delict. carnis*, in materia probationis adulterij. & inhonestatis. Pro nunc sufficiat Lectorem ad prædictos Dd. remisisse.

361 AMPLIA I. Regulam, vt † procedat non solum in criminalibus, secundum communem, de qua testatur Ias. *in l. cunctos populos, num. 54. & ibi addentes ad eum allegant concordantes, C. de ſumma Trinit. & fide cathol. Alex conſ. 11. num. 1. verſ. ſed publica meretrix, vol. 1. Crot. de testib. poſt numer 46. Iodoc. in pract. cap. 50. rubr. de reprobat. teſt. num. 26. Gig. de crim. læſæ maieſt. lib. 2. rubr. quomod. & per quos crim. læſæ maieſt. probet. q. 13. num. 1. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. rubr. de teſtib. in parte, perſonas teſt. aggrediendo, verbo, leno, & meretrix, verſic. & in criminalibus communis eſt opinio, num. 18 fol. mihi 80. Clar. in pract. §. fin. q. 24. verſicul. item meretrix, Nouell. reg. 216. num. 20. Roland. conſ. 24. num 84. lib. 1. Maſcar. de probat. lib. 2. concl. 1063. n. 40.* † Sed etiam in
362 ciuilibus. Sic enim generaliter, tam in criminalibus, quam in ciuilibus, loquuntur Dd. allegati, *ſupr. in regul. num. 358. ſeq. & in ſpecie voluerunt Iodoc. in pract. crimin. d. cap. 95. numer. 10. Conrad. vbi ſupra, d. num. 18. verſicul. ſed & in ciuil.* Et facit ratio, quia infamis infamia iuris tam in criminalibus, quam in ciuilibus repellitur à testimonio, *vt dixi ſupra, hac eadem quæſtione, articul. 1. numer. 26. ſeqq.*

363 AMPLIA II. Etiam † quod meretrix desierit meretricari, adhuc enim infamis reputatur, *vt bene probat text. in d. l. palam, §. non ſolum, ff. de ritu nupt. Non ſolum autem*, inquit ibi Vlpianus, *ea, quæ facit, verum ea quoque, quæ fecit, & facere deſiit, lege notatur, neq; enim aboletur turpitudo, quæ poſtea intermiſſa eſt.* Ideo non est mirum, si à testimonio repellitur, *vt expreſſe adnotauit gl. in l. 3. §. l. Iulia, in verb. palam, verſ. nota quod etiamſi deſiit, ff. de testib.*

364 AMPLIA III. Vt † & idem sit in lenone, *lenocinium* enim facere, *non minus eſt, quam corpore quæſtum facere*, inquit idem Vlpianus, *in d. l. palam, §. non eſt ignoſcendum, ff. de ritu nupt.* Ideo sicut meretrix propter iuris infamiam à testimonio repellitur, ita etiam repelli debent leno & lena pari infamia notati, *l. 1. in prin. ibi, qui lenocinium fecerit, & l. athletas, §. ait prætor, ff. de his qui not. infam.* & tam in ciuilibus, quam in criminalibus, *ſecundum Auſr. de reprob. teſt. num. 63. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. rubr. de teſtib. in parte, perſonas teſtium aggrediendo, nu. 17. verbo, leno & meretrix, fol. mihi 80. Maſcard. de probat. lib. 3. concl. 1356. n. 21.*

365 LIMITA hanc † tertiam ampliationem, vt nō procedat in lenocinio, quod facit maritus retinens vxorem in adulterio deprehensam: is enim per solam hanc retentionem adhuc leno dicitur, *l. 1. §. lenocinij, & l. mariti, ff. ad leg. Iul. de adult.* sed quia non est infamis ipso iure, nisi vt talis per sententiam declaretur, hoc ideo ratione dictæ infamiæ repellitur à testimonio, nisi post ipsam sententiam, *vt per gloſſ. in d. l. athletas, §. ait prætor, ff. de his qui not. infam. Auſr. de reprobat. teſt. n. 62. Conrad. ſub d. num. 16. Maſc. d. concl. 1356. n. 22.*

366 LIMITA I. huius † decimi articuli propositam regulam, vt non procedat in criminibus exceptis, in quibus etiam meretrices admitti, per text. *in c. licet Felyn. extra, de ſimon.* scripsit Nepos de Monte Alban. *in tract. de testib. num. 21.* vbi etiam de crimine læsæ maiestatis, *Gig. in tract. de crim. læſa maieſt. lib. 2. tit. quomod. & per quos crim. læſæ maieſt. probe. q. 13. num. 2. per text. in l. in quæſtionib. ff. ad leg. Iul. maieſt.* vbi Iulia, quæ meretrix fuit, dixerit coniurationem Catilinæ, *Maſc. de probat. lib. 1. concl. 462. nu. 7. & lib. 2. concl. 1063. n. 41* faciunt, quæ in simili de infame dixi *ſup. in 1. art. n. 70.* & quæ generaliter de testibus inhabilibus dicam *infr. q 62. n. 82. ſeqq.*

367 SVBLIMITANDO hanc † primam limitationem, aduerte, quod licet Butr. *in c. tanta, nu. 9. de ſimonia, relatus per Ioan. Mar. Montic. vbi ſupr. verbo, meretrix, in 2. verſ.* dixerit, meretricem nec etiam posse testem esse contra simoniacum, veritas tamen est, quod in eo crimine, sicut in aliis exceptis non prohibetur testificari, *per prælegata*, sed † non est integræ fidei, & omni exceptione ma-
368 ior, *vt per Gig. d. q. 13. n. 3.* vbi propterea infert, quod etiam in crimine læsæ maiestatis, dictum meretricis non sufficit ad torturam sine aliis adminiculis.

369 LIMITA II. Eandem regulam † non procedere in iis, quæ fact. sunt in prostibulo, in quibus cum veritas per alios scīti melius nō possit, quam per lenones & meretrices hoc ideo illos admitti, scripsit Salycet. *in l. ea quidem, n. 113. ad fin. C. de accuſ. Plot. de in lit. iur. ad l. ſi quando, C. vnde vi, §. 4. n. 27. Io. Mar. Montic. in ſuo repert. teſt. verbo, inſamis, fol. mihi 41. col. 1. verſ. 3. allegans, Bauer. in tract. de mora, par. 3. n. 3.* faciunt quæ in simili de infame in genere dixi, *ſupr. n. 51. & ſeq.* de teste inhabili, *infr. q. 62. n. 50. ſeqq.*

ARGVMENTVM.

De Teſte birroario.

SVMMARIA.

Birroarij reputantur communiter persona viles, & infames, nu. 370. ideo à testificando repelluntur regulariter, n. 371. & 373. licet aliqui relati, n. 372. contrarium dixerint.

Amplia

Amplia 1. vt nec birroarius credatur in iis, quæ sunt annexa eorum officio, & quæ illud antecedunt, vtputa si dicant, se aliquid facere de mandato iudicis, n. 374.
Amplia 2. vt nec illi credatur in iis, quæ pendent, & ſequuntur ex eorum officio, vt puta ſi dicant, in exſecutione ſe impeditos, vel aliqua verbali aut perſonali iniuria affectos, n. 376. ſeq.
Amplia 3. vt nec credatur contra reum, quem dicunt in flagranti captum fuiſſe, num. 378. & 379. vbi declaratur hoc procedere in grauibus, ſecus autem in leuibus.
Limita 1. quia birroariis creditur in iis, quæ ſpectant ad eorum officium, vtputa ſi deponant de exſecutione ab eis facta, vel alias, vt in num. 380. ſeq.
Limita 2. in illis birroariis, qui particulariter ſunt deputati ad inquirendum & capiendum delinquentes, quod exemplificatur & declaratur, n. 382. ſeq.
Limita 3. quia birroariis creditur, dicentibus in exſecutione bona non inueniſſe, n. 384. ſeq.
Limita 4. vt birroariis credatur, dicentibus bona, in quibus facta fuit exſecutio ſpectare ad debitorem, n. 386. licet aliqui relati, n. 387. contrarium dixerint.
Limita 5. quia birroariis creditur, ſi deponunt ad rei defenſionem num. 388. vbi etiam, quod admittuntur in ſyndicatu pro ſuo officiali, præſertim ſi in eorum depoſitionibus partim dicant pro dicto officiali, & partim contra, vt n. 389.
Sublimitatur iſta 5. limitatio, vt procedat duobus concurrentibus, videlicet primo, vt birroarii non ſtent amplius ad ſeruitia poteſtatis, ſecundo, vt non ſint extrema vtilitatu, alias ſecus, num. 390. & ſeq.
Limita 6. vt etiam in ſyndicatu poſſint eſſe teſtes contra ſuum poteſtatem, n. 392.
Limita 7. in bariſellis, qui habent annexam iuriſdictionem cognoſcendi cauſſas, & puniendi delinquentes, n. 394.
Limita 8. contra alium birroarium, n. 393.
Limita 9. quia eius depoſitio facit indicium ad inquirendum generaliter, n. 355.
Sublimita 1. generaliter omnes præcedentes limitationes, vt nunquam birroarii in criminalibus admittantur, niſi cum tortura, n. 399.
Sublimita 2. vt in omni caſu nunquam birroarius ſit omni exceptione maior, niſi eius dictum ſit adminiculatum, n. 397. ſeq.

QVÆSTIO LVI. ARTICVLVS XI.

370 REGVLA sit, † quod cum birroarii communiter apud homines reputati sint infames, & huiusmodi exercitio, vt plurimum non nisi vilissimi, & omni vitiorum genere aspersi applicentur, vt notum est, & in specie scripserunt Baldus *in l. fin. in 8. quæſt. C. de edict. diui Adrian tollend. poſt nnm. 47. idem Bald. Salycet. Innocen. in locis relatis per Ang. Bero. q. 84. nu. 1. Aufrer. de reprobat. teſt. num. 12. verſ. birroarius, in princ. Clar. in pract. §. fin. q. 7. verſ. habes igitur, in fin. & alii plerique per nos allegandi Dd.*

371 Iccirco eos non solum non esse † idoneos testes tam in ciuilibus, quam in criminalibus, sed etiam non admittendos, & omnino repellendos, præsertim in crimi-
* nalibus communiter * a Dd. receptum est, *vt videre est apud eundem Baldum, vbi ſupr. in d. l. fin. n. 47. ad finem, 8 q. C. de edict. diui Adrian. tollend. & in l. etiam, num. 5. & ibi etiam Salycetus C. de teſtibus, Ang. in ſciendum, ff. de vſuris, Lanfran. de teſtibus, in cap. quoniam contra, in verbo, teſtium depoſitiones, n. 64. verſ. quid de birroario, & ibi Bened. de Vad. in addit. extr. de probatio. Alber. de Malet. de teſtib. c. 2. n. 37. & nu. 57. Aufrer. vbi ſupra, de teſtibus, d. nu. 12. verſicu. birroarius, Campeg. de teſtibus, regu. 16. Bertachin. in ſuo repertorio, verſicu. birroarius poteſt eſſe teſtis, Auguſt. Bero d. ea quæſtione 48. nu. 1.* vbi loquitur de bariſellis, *Grammat. voto 21. nu. 1. vbi eos appellat Alguzerios, Grat. conſil. 43. num. 3. volum. 2. Boſſ. in titu. de denunciat. n. 12. & 13. Conrad. in pract. §. 2. de off. prætor. in cauſſ. ciuilibus, rubric. de teſtibus, in parte perſonas teſtium aggrediendo, n. 32. ſol. mihi 83. colum. 2. Burſat. conſi. 65. num. 12. lib. 1. & conſ. 16. nu. 87. lib. 2. & conſi. 330. n. 168. lib. 3. & conſi. 331. nu. 44. eodem libro 3.* vbi dicit, ita se in facto obtinuisse, *Ioſeph. Ludouic. deciſion. Lucen. 1. nu. 3. Donat. à Tin. lib. 4. conclu. in verbo, teſtis, verſi. birroarii, fol. 311. 2. facie, Paul. Granut. theorem. 19. nu. 3. ſequen. lib. 1. Maſc. de probat. lib. 1. concluſ. 89. in princ. & lib. 3. concluſio. 1358. nu 6. Hector. Æmil. in tract. de teſtibus, in verb. teſtis birroarius, num. 4. & num. 7. fol. 330. part. 1. Oſaſc. conſi. 65 poſt n. 4.*

372 Et licet † Bald. qui originaliter pro ista regula allegatur, *in dict. l. etiam. num. 5. C. de teſtibus*, non simpliciter censuerit, birroarios non esse admittendos in testes, sed tunc demum, quādo fuerint, vel familiares producentis, vel vilissimi. & ob id Grat. *dict. conſi. 43. num. 22.* dixerit, birroarios regulariter fore ad testificandum admittendos, nec ex eo solo, quod sint birroarii, reprobandos, nisi quando etiam alios defectus, puta, vilitatis, & familiaritatis patiantur, & in iis terminis loqui asserat Doctores, volentes eos à testimonio repelli: quod & idem etiam voluit Petr. Moncada *in addit. Crot. de teſtibus, part. 4. num. 125. & ante istos Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in titul. de teſte, §. 1. ſub num. 96. in additione, in verbo, artifex*, dixerit, etiam ex generali consuetudine, recepram esse, vt testes non repellantur ob exercitii vilitatem, imo istos satellites non sic viles, & infames, *prout ſupra adnotauimus*, sed eos milites, & militare voluerit Cassan. *in conſuetudine Burgund. titu. des iuſtices. §. 7. verſ. lamende, de ſimple reſcuſſe, num. 46 per text. in l. 1. C. de ſportu.*

373 Non per hoc † tamen recedas à proposita regula, tum quia magis communiter * recepta fuit, *vt ex prælle-* * *gatis* apparet, tum etiam, quia negari non potest, eos publice reputari vilissimos, infames, & omni vitiorum macula aspersos, ideo minime credendum, *Tiraq. de vtroque retract. §. 6. gl. 9. n. 2.*

374 AMPLIA I. vt birroariis fides non † adhibeatur etiam in iis, quæ sunt annexa eorum officio, & quæ illud antecedunt, vtputa si dicant, se habere in mandatis aliquid faciendi: nisi enim de mandato doceant, minime eis creditur. Sic enim in mandato de capiendo aliquem probat text. *in l. prohibitum, vbi Barto. in ſummario, num. 1. Luc. de Penna pariter in ſummario, & num. 3. verſicu. nota etiam, quod non creditur, C. de iure fiſci, Bald. in l. conſentaneum, in 8. notabil. C. quomodo & quando iud. Iaſon in l. cum proponas, numer. 7. C. de pact. Boer. deciſion. 170. numero 2. verſiculo, quia habens mandatum de capiendo, Boſſ. in titul. de careor. numer. 93. Clar. in practic. §. final. quæſtion. 28. verſ. dictum eſt, & dixi in 1. libro, titu. 4. de carceribus, & carceratis, quæſtion. 32. numer. 31.* † Et in simili de mandato citandi, quod
375 nuntio non creditur, hoc idem affirmarunt Ioann. Andr. *in addit. ad Specul. in titu. de citat. §. ſequitur, verſicu. ſed nunquid credetur, numero 6. in addit. incip. quoniam hunc articulum breuiter, &c. in fin. Bartol. in l. 1. §. quia carnis, num. 2. ff. de offic. præfect. vrb. Felyn. in capitul. quoniam contra, numero 13. in fine, extra. de probat. vbi ita communiter * tenent affir-* *mat, & in capitu 1. numero 13. verſicul. quarta concluſio, extra, de iud. Iaffred. deciſion. 228. incip. nuntio referenti, & latius dicam in quæſt. ciuil. ſub titul. de proba. libr. 2.* vbi particulariter de fide, & probatione publici nuntii pertractabo, & generaliter, tam de nuntio, quam de birroario, quod eis non credatur non solum in separatis, sed etiam in annexis ad eorum officium, adeas Masc. *de probat. libr. 1. concluſ. 189. n. 3 Hector Æmil. in tracta. de teſtib. verſ. teſtis birroarius, n. 21. fol. 334. par. 1.*

376 AMPLIA II. vt birroariis † non credatur, nedum in iis, quæ antecedunt eorum officium, *vt dixi in antecedenti ampliation.* verum etiam nec credatur in iis, quæ pendent, & sequuntur ex eorum officio, vtputa, si dicant in aliqua exsecutione ciuili, aut criminali, reali, vel personali, se fuisse impeditos: videntur enim isto casu deponere ad eorū exonerationem, ideo nullam fidem faciunt, *vt trad per Alc. de præſumt. reg. 3. præſumtione. 14. n. 7 Millem in praxi crim. proſequen. folio mihi 50. nu. 31. & 32. Boſſ*

in tit. de denuntiat. num. 12. Menoch. de arbitr. q. lib. 2. casu 112. num. 12. Paulus Granut. d. theorem. 19. n. 6. Mascar. de proba. lib. 2. conclus. 1115. nu. 8. Hector Æmil. de testib. verbo, testiu birroarius, n. 3. fol. mihi 331. par. 1. ¶ & dixi in tit. de carcer. & carcerat. q. 32. n. 80. Et † tanto minus eis credendum esse, si in

377 tali impedimento aliqua verbali, vel personali iniuria se affectos dixerint, cum tunc in eorum causa propria deponere dicantur, affirmarunt Franc. in c. cum parati. n. 35. in fin. extra, de appella. Alciat. de præsumt. d. præsumt. 14. n. 6. Iaſ. in l. properandum, §. siquidem, in 6. notabl. C. de iud. Marſi. ſingu. 560. ad finem, Franc. Marc. Delphinat 51. num. 2. ſeqq. part. 1. Tiraquel. in retract. conſanguin. §. 8. gl. 9. n. 14. Menoch. d. caſu 112 nu. 12. Petr. Royz. deciſion. Lituan. 2. n. 27. Gabriel. lib. 2. tit. de citat. concl. 4. n. 3. Cephal. conſi. 251. n. 69. ſeqq. lib. 2. Granut. d. theorem. 19. n. 6. Maſcard. de probat. lib. 1. conclu. 189. n. 6. & lib. 2. concl. 1115. n. 8. Hector. Æmil. in verb. teſtiu birro-

* arius, n. 29. & eſt communis, * vt dixi in 1. lib. tit. 4. de carcerib. & carcerat. q. 32. num. 80. ſeqq. & ſecundum ibi tradita declara hanc ampliationem.

378 AMPLIA III. vt † nec birroariis credatur contra reum, quem dicunt in flagranti crimine repertum, si enim nō creditur generaliter, propter eorū infamiam, & vtilitatem, ergo nec creditur isto casu, cum nulla specialitatis & diuersitatis ratio afferri possit, & licet non ignorem, quod contrarium sensisse videntur, post And. de Iser. Afflict. in constit. Regni humanitate, num. 28. Foll. in pract. crim. in verb. item quod fuit captus in flagranti crimine, n. 7. & alii relati per Granut. theorem. 19. n. 5. versic. contrarium,

379 &c. † Pro resolutione tamen, & secundum veritatem, distingue sic, quod aut sumus in grauibus aut leuibus: si in leuibus, probant, si in grauibus, secus: nisi in casu, in quo per alios veritas aliter haberi non potest, & tamen nec etiam tunc reputantur testes integræ fidei, & omni exceptione maiores. Sic nempe, vt solum admittantur in casu, in quo veritas per alios haberi nō potest, declarat Afflict in loco citato, & ibi amplius dicit, quod debet constare aliunde, quam ex dicto birroariorum, quod per alios veritas haberi non possit, refert & sequitur Foll. vbi supr. d. n. 7. & pariter, vt admittantur in leuibus, non in grauibus, declarat Boss. in tit. de denunt. n. 10. in fin. vers. tutius tamen est. & in leuibus loquitur Clar. in pract. § fin q. 8. vers. scias tamen, in fi. vbi ponit exemplum in repertis per birroarios cum armis, vel ad furandum vuas, aut quid simile facientib. Et quod etiam in grauibus, quando admittuntur ex eo, quod aliter veritas haberi non possit, quod tunc propter eorum vilitatem & infamiam non reputentur testes, omni exceptione maiores, confirmauit idem Clar. q. 7. vers. habes igitur in fine, dicam magis in specie infr. in 1. sublimitatio. generali. Et quod propterea non ad condemnandum, sed tantummodo ad torquendum sufficiant, bene declarat idem Clar. d. q. 8. cod. vers. scias tamen, in princ. quem refert & sequitur Paul. Granut. d. Theore. 19. nu. 5. ad hæc vide, quæ dixi 1. lib. tit. de delict. & pœn. q. 21. nu. 147. & ſeqq. iunct. nu. 155. & 157. & infr. hac ead. quæſt. in 2. principali limitat. num. 382. vbi fere eadem videtur materia.

380 LIMITA I. propositam regulam, † vt licet birroariis non credatur in iis, quæ antecedunt, vel sequuntur, ac pendent ab eorum officio, vt supra probaui, creditur tamen in iis, quæ spectant ad eorum officium, vt puta, si deponant de executione ab eis facta, sic mihi probat text. in d. l. 1. §. cura carnis ff. de offic. præfect. vrb. facit tex. in l.

381 apparitores. & ibi Bal. C. de exact. lib. 10. † Et in simili de nūtio, quod ei creditur in spectantibus ad eius officium, puta, quando deponit, se aliquem citasse, vel nō, personaliter, vel domi dimissa copia, probat tex. in c. parati, & ibi gl. in ver. nuntius, in fin. & communiter Dd. omnes extra, de appella. Spec. in tit. de citat. §. sequitur, sub n. 6. vers. & videtur, & ibi late Ioan. Andr. in addit. altos refert concordantes,

* Tiraquel. qui & de * communi testatur de retract. lignag. §. 8. gl. 9. nu. 10. Menoch. de arbitr. q. lib. 2. casu 112. n. 1. Andr. Gail. obſeruat. 54. num. 3. vers. ſed quid ſi nuntius dicat, lib. 1. & tam in nuntio, quam in birroario loquentes in materia huius limitationis adeas Masc. de probat. lib. 1. concl. 189. nu. 7. Hector Æmil. de teſtib. par. 1. verbo teſtiu birroarius, n. 19. & 36. licet enim vilissimum sit istorum birroariorū officium, creditur tamen illis in iis, quæ ad dictum officium pertinent, quia eo casu vilissima deponunt, vt per Bal. in l. fin. n. 47. in 8. q. C. de edict. diu. Adria. tollen. ſequitur Maſcard. d. concl. 189. n. 23. & cum ad hoc munus sint electi, in eo videtur approbata eorum persona & fides, l. ſi quis decurio. C. de falſ. l. apparitores. C. de exact. lib. 10. Bart. in l. ſi libraria, n. 4. ff. de reg. iur. vide ad materiam huius limitationis, quæ dixi illatiuè infr. in 3. & 4. limitatione.

382 LIMITA II. vt † regula non procedat in iis birroariis, qui sunt constituti particulariter ad inquirendū, & capiendum delinquentes. nam iis creditur, & ex eorum dicto sic per eos reperti possunt condemnari, nisi legitimam aliquam probauerint defensionem: & hoc, quia cum ad id specialiter deputati sint, videtur, quod probent, cum deponant de spectantibus ad eorum officium, per ea, quæ dixi in præcedenti limitatione, & in specie adnotauit Spec. in tit. de accuſa. §. 1. prope fin. n. 33. lib. 3. qui ponit exemplum in nocturnis custodibus, deputatis ad capiendū fures nocturnos, vel alios vltra horā prohibitam noctis silentio euntes. Item in positis ad custodiam alicuius passus, vt capiant, vel denuntient defraudantes gabellam, vel portantes res vetitas, sequitur Gandin. in tit. quomod. de malef. cognoſcat. per denuntiat. num. 4. Auguſt. ad Angel. de mal. fic. in verb. nec non ad denuntiationem, post nu. 6. Bar. in l. diuus, n. 8. ff. de cuſtod. & exhibit. reor. Bald. in l. magis puto, §. illud per illum text. in fine. ff. de reb. eor. Maſcard. de proba. lib. 1. concl. 189. nu. 13. & dixi de denuntiatore, in præcedenti tit. de indic. q. 52. n. 258. ſeq. Vbi

383 fere videtur eadem materia, † & vbi particulariter declaraui hoc procedere in delictis leuibus, secus in grauibus, quod & in specie affirmarunt Bartol. & Bald. in locis practicatis, Burſat. conſ. 330. n. 168. lib. 3. Maſcard. d. conclu. 189. nu. 13. Hector Æmil. de teſtib. verb. teſtiu birroarius, n. 34. iunctis aliis ſupra per nos relatis, hac ead. quæſt. in 3. ampliat. nu. 378. ſeq. & dixi infr. q. 63. n. 228.

384 LIMITA III. (& hæc limitatio † venit illatiue ex prima generali limitatione, de qua supra,) vt birroariis credatur de executione bonorum debitoris sibi commissa, vt puta si dicat, se non inuenisse bona, in quibus sententiam exsequi potuerit, ita vt contra fideiussores procedi possit, vel non inuenisse mobilia, ita vt in immobilibus executio decernatur. Ita enim per tex. in d. l. magis puto. §. ne tamen. ff. de reb. eor. scripserunt Bar. qui in apparitore loquitur, in l. a diuo Pio, §. in venditione. n. 7. & ibi communiter * Dd. omnes. ff. de re iudic. Bal. in l. 2. nu. 12. & nu. 14. C. quando fiſc. vel priuat. vbi loquitur in quocunq; executore, Ang. in auth. hoc ſi debitor, in 2. & 3. col. C. de pignorib. Alex. in l. decem. ſub num. 17. ff. de verb. oblig. & de nuntio

385 sic etiam affirmarunt Alc. de præſumt. reg. 3. præſumt 14. nu. 2. Tiraqu. qui alios plures refert de retract. lignag. §. 8. gl. 9. n. 28 Menoch. de arbit. q. lib. 2. caſu 112. nu. 20. Aſin. in pract §. 9. c. 9. & in specie de birroario loquitur Masc. de prob. lib. 1. concluſ. 189. n. 14.

386 LIMITA IV. & † pariter illatiue ex prima limitatione, vt birroariis credatur, si deponant bona, in quibus facta est executio, spectare ad debitorē, vt per Bald. in l. 2. n. 13. C. quando fiſc. vel priuatus, & in l. 1. C. de priuileg. fiſci. Alexand. in l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus, n. 17 ff. de re iudica. Alcia. de præſumtion. reg. 3. præſumtion. 14. nu. 4. Crot. conſ. 30. n. 57. & 58. vbi testatur de communi, & * ampliat etiam, quod pars contrarium medio iuramento affirmaret, Natta conſ. 634 n. 4. & 5. cum aliis relatis per Maſcard. de probat. lib. 1. concluſion. 189. n. 15. Luc. Pet. in ſua pract. Capitolini fori, lib. 8. rubr. de exſecut. rei iudicat. in ordinar. nu. 22. Aſin. an

practic.

387 practic. §. 9. c. 5. Et licet † contra hanc limitationem sensisse videatur Salycet. in l. 1. C. de priuileg. fiſci, vbi dixit, in hoc non esse credendum birroario, seu alii exsecutori, cum ei non sit data potestas iudicandi, quod bona sint illius, vel non, quia hoc non spectat ad eius officium, non per hoc tamen ab ea recedas, quia etsi non creditur plene, creditur tamen præsumtiue, donec contrarium appareat: præsumitur enim pro exsecutore, quod bene se informauerit, quis talia bona possederit, & si reperiat, fuisse possessa à debitore, creditur illi, & stante possessione, possessoris præsumuntur bona, donec contrariū probetur, prout idem Salyc. ibidem fatetur: nec nos hoc iudicandi stante contradictore spectat ad exsecutorem, seu birroarium, sed ad iudicem, qui exsecutionem decreuit, ad text. expressum in d. l. a diuo Pio. §. ſuper rebus, ff. de re iudica. verum pro relaxatione exsecutionis præsumitur, donec contrarium appareat, & hoc est, quod dicitur in limitatione.

388 LIMITA V. vt † etsi in criminalibus, & præsertim in grauibus birroarii testes omnino repellantur, vt supra dixi, non tamen repelluntur, sed probant, quando deponunt ad alicuius innocentiam probandam, & sic ad defensionem, vt per Hippol. Riminald. qui generaliter hanc ponit limitationem, in conſ. 183. num 9. lib. 2. refert & ſequitur Parl. Granut. theorem. 19. nu. 10. in fi. faciunt, quæ generaliter de teste inhabili dixi ¶. q.... n....

Hinc præcipue posse pro suo Potestate in syndicatu testimonium ferre, voluerunt Bald. in d. l. etiam, nu. 6. & ibi etiam Saly. C. de teſtib. Ang. in l. ſciendum. ff. de vſur. vbi asserit, se eum fuisse Potestatem à syndicatu propter testimonium birroariorum, Alexan. in addit. ad Bart. in l. 3. ff. de teſtibus, Paris. de Put. de ſyndic. ca. 1. in verbo, teſtu, n. 2. pag. 431. Amad. de ſyndic. num. 193. Aufrer. de teſtib. n. 12. vers. birroarius, I. anfran. de teſtib. nu. 64. vers. quid de birroario, & ibi Bened de Vad. in addit. Alber. de teſtib. cap. 2. num 36. ſeqq. Campeg. de teſtib. regu. 16. in princ. Bertachin. in ſuo repertorio, in verbo, birroarius poteſt eſſe teſtis, Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in cauſſ. ciuilib. rubric. de teſtibus, in parte, perſonas teſtium aggrediendo, verbo, domeſtici, in fine, versic. 25. vt pro officiali, fol. mihi 89. Burſat. conſil. 216. num. 87. lib. 2. Granut. d. Theor. n. 19. nu. 9 & 10. Maſcard. d. conclu. 189. num. 18. Hector Æmil. in tract. de teſtib. verbo, birroarius, nu. 9. & 10. vbi tamen ex Amad. & Paride de Put. in locis præcitatis, videtur declarare limitationem procedere in subsidium, & quando pro Potestate non possunt haberi alii testes, aliter secus, sed vetius dic, quod etiam simpliciter birroarii admittuntur ad defensiam, & pro Potestate, secundum Bald. & magis communiter * Dd. in locis præcitatis, & hoc speciali fauore defensionis, quæ generaliter nedum birroarios, sed omnes alios testes inhabiles admittit, vt infra dicam, q .... num....

389 Et multo magis † birroarii pro Potestate probarent, si partim pro eo, partim contra eum examinati deponerent: non enim isto casu testimonii eorum fides diuidi potest, vt per Bald. Aufr. Campeg. & Bertach. in locis nuper citatis, iunctis relatis per Granut. Theorem. 19. num 8. Masc. d. concl. 189. num. 19. Hector Æmil. d. verbo, teſtiu birroarius, n. 19.

390 Sublimita † hanc quintam limitationem, vt procedat duobus concurrentibus. Primo dummodo isti birroarii non stent amplius ad seruitia Potestatis, & vere recesserint ab eo, secundum Bal. & Salyc. in d. l. etiam, C. de teſtibus. Angel. in l. ſciendum, ſub num 1 ff. de vſu. Aufrer. de teſtibus, d. n. 12. Lanfran. de teſtibus, ſub dict. nu. 64. Alber. de teſtibus, d. c. 12. nu. 36. Campeg. d. reg. 16. in 2 fallen. Burſa. conſ 331. num. 44. lib. 3. Granut d. Thorem. 19 n. 10. Maſcard. d. concl. 189. n. 21 ſeq. Hector Æmil. de teſtib. d. verb. birroarius, n. 12.

391 Secundo, † dummodo etiam non sit adeo extremæ vilitatis, vt ab hinc eo, quod essent birroarii, repellerentur, vt per Bald. Aufrer. Lanfran. Alberic. de Malet. in locis practicatis, Conrad. in pract. § 2. de offic. prætor. in cauſſ. ciuil. rubric. de teſtibus, in parte, perſonas teſtium aggrediendo, verbo, domeſticus, nu. 41. in fin. verſic. 25. vt pro officiali ſolito mihi 89. Campeg. d. reg. 16. in 1. fallent. Granut. d. Theorem. 19. num. 10. Maſcard. d. concluſi. 189. nu. 20. Hector Æmil. de teſtibus, d. verbo, teſtiu birroarius, num. 11. Istis enim duobus casibus birroarius dicitur pati plures defectus: ideo non est mirum, si non admittitur, vbi alias admitteretur.

392 LIMITA VI. regulam prædictam, † vt birroarii non solum possint esse testes pro suo Potestate in syndicatu, vt dixi in præcedenti limitatione, sed etiam possint esse testes contra eum, ita Bald. in d. l. etiam, & ibidem Salyc. C. de teſtibus, quos ſequitur Campeg in tract. de teſtibus, regul. 16. in princip. Aufrer. in ſimili tract. de teſtibus, n. 12. versic. birroarius, Bertachin. in repertorio ſuo, & in verbo birroarius, versic. birroarius poteſt eſſe teſtis, Granut. comprobat d. Theorem. 19. nu. 9. Maſc. de prob. concluſ. 189. nu. 16. Hector Æmil. in tract. de teſtibus, in verbo, teſtiu birroarius, n. 17 vbi etiam dicit, quod licet possint contra eum testificari, nō tamen debent ad id compelli inuiti, propter reuerentiam, quā ei debent. Ratio huius limitationis, secundum Dd. in locis citatis, ea est, quia licet birroarii sint familiares Potestatis, potest tamen familiaris esse testis contra suū familiarem. Sed certe licet hoc casu non obstet impedimentum familiaritatis, supereſt tamen aliud impedimentum, videlicet, quod isti sunt birroarii, ac personæ vilissimæ, quæ non debent ad testimonium admitti, vt dixi in regula, ideo (non) crederem, limitationem esse veram, nisi forte, quando deponerent contra Potestatem de executione ab eis facta, vel de alio aliquo pertinenti ad eorum officium, quo casu birroariis creditur. iuxta ea, quæ in 1. & ſeqq. limitationib.

393 LIMITA VII. regulam † principalem in bartellis habentibus annexam iurisdictionem, & potestatem cognoscendi causas, ac puniendi delinquentes, prout sunt in ciuitate Lucensi, quorum officium non dedignantur facere etiam homines alicuius conditionis, vt per Ioseph. Ludouic. deciſ. Lucen. 1. num. 4. qui allegat Campeg in tracta. de teſtibus, regul. 26. (sed Campeg. nihil de hoc) idem posuit Granut. Theorem. 19. n. 11. vbi loquitur de facellitibus maioribus, & qui stant in capite. Ratio est, quia in istis cessat magna illa vilitas per Dd. considerata, ideo possunt ad testimonium admitti: sed vtcunque sit, birroarii sunt, licet bariselli & capitanei nuncupentur, & propterea nunquam crederem eos esse testes omni exceptione maiores, & quando deponerent, vel ad eorū exonerationem, vel in causa propria, iuxta ea, quæ posui ſupr. in 2. ampl. tunc minus eis credendum, quam aliis birroariis.

394 LIMITA VIII. regulam † supradictam, vt birroarii sint idonei ad testificandum inter ipsos birroarios, ex quo, nil Iudæus Iudæo, nil Catilina (ethego. Et ita in specie affirmauit Gran. d. Theorem. 19. nu. 12. per gl. in l. 3. §. lege Iulia. in verſ. palam, de teſtib.

Sed certe illa gl. communiter reprobatur, vt per gl. & Dd. omnes in c. teſtimonium, de teſtib. & late dixi in 1. parti ſupra de infante contra infantem. nu. 44. ſeqq. & in 3. artic. de teste criminoso, num. 159 & num. 190. vbi de periuro contra periurum, & num. 257. vbi de excommunicato contra excommunicatum.

Saluari tamen potest hæc limitatio in rebus gestis in loco, vbi soli birroarii versantur, & sic in subsidium, & vbi aliter veritas haberi non potest: talia enim per ipsos birroarios bene poterunt probari, vt in simili ea, quæ sunt facta in ludo, & in prostibulo probantur per ipsos lusores, ac per meretrices, secundum Rip. Hippol. Marſ. in pract. cri. §. diligenter, n. 124. Salyc. in l. ea quidem. col. 1. C. de accuſ. dixi ſupr. in 1. art. n. 51. ſeq. & facit text. in c. veniens, el 2 §. fin. de teſtib. vbi ea, quæ fiunt in capitulo, possunt per Canonicos probari, licet alias ad probādum, quod ibi

agitur, minus sint idonei, item quæ fiunt in domo, probantur per domesticos, & eos, qui habitant in domo, l. consensu. C. de repud. Alexan. cons. 64. nu. 5. lib. 1. notant Dd. in c. dilecti. vers. si tres, de elect. & dixi supra q. 55. nu. 37. vbi veritas aliter haberi non potest, testes etiam minus idonei admittuntur, late Gabr. lib. comm. concl. tit. de testib. concl. 8. per totam, & dicam generaliter infra in materia testis inhabilis.

IMITA IX. † regulam supradictam, vt birroario- 395
rum depositio, licet nō mereatur plenam fidem, tamen aperit viam iudici ad inquirendum, hoc est, ad assignandum informationes super eo, quod deponunt birroarii, & hæc limitatio procedit, etiamsi deponerent ad eorum fauorem, vt si dicerent iniuriam sibi illatam, vel se in exsecutione impeditos: adhuc enim talis eorum depositio sufficit ad inquirendum generaliter, vt late tradit Boss. titu. de denunti. sub num. 12. Iodo. in pract. cri. c. 15. rubric. de citat. reali, i. captura, nu. 31. Ceph. cons. 141. nu. 71. lib. 2. Asin. in pract. §. 9 c. 3. num. 5. in fin. Granut. * Theorem. 19. n. 7. & est communis, * vt dixi in lib. 1. titu. de carcer. q. 32. n. 82. & ibi etiam probaui, num. 83. quod quando cum depositione ipsius birroarii concurreret depositio alicuius alterius testis fide digni, aut illius loco aliqua alia valida coniectura, tunc faceret non solum indicium ad inquirendum, sed etiam ad torquendum, ibi videas, & ibi traditis addo Hector. Æmil. de testibus, verb. testu birroarius, n. 30. in fin. fol. 336.

396 Sublimita I. & generaliter omnes præcedentes limitationes, in quibus dixi in criminalibus, (in ciuilibus autem non est agendum de aliqua tortura) admitti testes birroarios, vt non admittantur, nisi cum tortura, per ea, quæ de infamibus etiam infamia facti, & vilissimis allegaui, supr. hac ead. q. in 2. art. nu. 125. Ex quibus satis bene dicitur comprobata huiusmodi sublimitatio, & licet Granut. d. Theorem. 9. nu. 15. vers. contrarium tamen, testetur, contrarium se vidisse seruari, eo quod birroarii, si essent isto casu carcerādi, nedum torquendi, nulli, si essent isto casu carcerādi, nedum torquendi, nullus reperiretur, qui vellet veritatem deponere, vltra quod non torquentur inhabiles, nisi inhabilitas resultet ex delicto, vt per Alex. post Barto. in l. ex libero. ff. de quæst. cum aliis ibi per eum allegatis· non per hoc tamen recedas * à proposita sublimitatione, quia secundum * magis cōmunem, de qua dixi supr. d. n. 275. si inhabilitas resultat ex vilitate & infamia, non admittuntur testes, nisi cum tortura. Et ita in contingenti casu seruarem in atrocib. ad magis afficiendum reum, ac ad purgandum maculam ipsius testis ex vilitate resultantem, & etiam à practicis iudicibus seruatum vidi etiam in non birroariis, qui tamen erant viles & pauperes. Quod si iudex hos birroarios ad offensam examinatos torquere noluerit (id enim in eius arbitrio sine dubio repositum est) sciat tamen, quod illis non tortis multo minor est adhibenda fides, quam tortis. Et hoc non habet difficultatem.

397 Sublimita III. easdem limitationes, † & etiam generaliter, vt in omni casu, in quo birroarii admittuntur in testes, non sint tamen integræ fidei, & omni exceptione maiores, quia multum eis de fide detrahitur ob eorum status vilissimam cōditionem, vt probatur in Authent. de testib. §. sancimus, in princ. & §. si vero ignoti, tenes I. anfr. de testib. d. nu. 64. vers. quid de birroario, Masc. d. concl. 189. nu. 24. Clar. in pract. §. fin. q. 7. vers. habes igitur, in fin. Ossasc. cons. 65. post n. 4.

398 Nisi † forsan eorum depositio esset adminiculata aliqua coniectura, vel depositione alterius fide digni: quia tunc illius inhabilitas suppletur per ea, quæ generaliter de teste inhabili, infr. q. ....num.... & in terminis de birroario voluerunt Grat. cons. 43. num. 22. seq. lib. 1. Masc. d. concl. 189. n. 6. Granut. d. Theorem. 19. nu. 13. Clar. d. vers. habes igitur, in fin.

ARGVMENTVM.

De diversis aliis personis, quæ ob infamia notam a testificando repelluntur.

SVMMARIA.

Regula sit; cum spurius infamis sit saltem infamia facti, nu. 399. iccirco a testimonio repellitur regulariter, n. 440. spurii enim non sunt in bello fortes, nec in fide constantes. nec Deo amabiles, nec hominibus honorabiles, & similia, n. 401.
Et propterea non defertur iuramentum in supplementum ex depositione spurii testis.
Amplia 1. regulam, vt multo magis in causis, in quibus requiruntur testes omni exceptione maiores, n. 403.
Amplia 2. multo magis in criminalibus, n. 404.
Amplia 3. etiam in spurio legitimato n. 405. talis enim etiam infamis est, n. 406.
Amplia 4. non solum in incestuoso, sed etiam in naturali, nato scilicet ex concubina, & ex soluto cum soluta, n. 407. seq. vbi redditur ratio, quia scil. concubinatus, licet de iure ciuili videatur permissus, non tamen est permissus de iure canonum, & constitutionum Pontificum, quæ seruanda sunt in terris Ecclesiæ.
Limita 1. in spurio bonæ vitæ, & famæ, n. 410.
Limita 2. in spurio religioso, n. 411.
Limita 3. in spurio nobili & magnæ cōditionis, & status, n. 412.
Limita 4. in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, n. 413.
Blasphemator regulariter non est testis omni exceptione maior, num. 414.
Amplia 1. quia in totum repellitur, n. 415.
Amplia 2. multo magis in causis grauibus, in quibus tales requiruntur omni exceptione maiores, vt in criminalibus, matrimonialibus & similibus, n. 416.
Limita 1. vt regula procedat in blasphematore, qui de blasphemia condemnatus est, secus in non condemnato, n. 417. contra n. 418. Dic etiam non condemnatum repelli a testimonio, si sit publicus sit, & cōsuetus blasphemare, aliter secus, n. 419. seqq.
Limita 2. in blasphemantibus iracundiam, n. 424.
Limita 3. quia blasphematorum depositio, etsi non sufficiat ad condemnandum, sufficit tamen ad torquendum, n. 425. Declara, vt n. 426.
Lusor regulariter a testimonio repellitur, n. 427.
Amplia multo magis, vt repellatur in causis, in quibus requiruntur testes omni exceptione maiores, n. 423.
Limita 1. vt lusor repellatur a testimonio, si fuerit consuetus ludere, & ludum frequentare, secus si non sit talis, nu. 429. seq. vbi etiam quomodo inducatur consuetudo, & frequentia ludendi.
Limita 2. in lusoribus ludorum non prohibitorum, n. 431.
Limita 3. dummodo probetur, quod testis sit lusor tempore testimonii, secus si antea, vel post, n. 432.
Limita 4. ad probandum ea, quæ fiunt in ludo, n. 433.
Ebrius regulariter a testimonio repellitur, n. 434.
Limita 1. si probetur ebrietas tempore testimonii, secus si antea, num. 435.
Sublimita in solitis ebriari, quia ii a testificando repelluntur, etiam quod tempore testimonii sint ebrii, n. 436.
Et hinc tabernarii, & popinones ad testificandum non admittuntur, n. 437.
Limita 2. regulam, vt procedat in penitus ebrio, secus in exhilarato, vel gaudente propter vinum, n. 438.
Histriones, & Buffones, qui in scenam prodeunt, ludicram artem exercentes, a testimonio repelluntur, n. 439.
Amplia, vt idem sit in arenariis, n. 440.
Limita in iis, qui quæstum causa talem artem exercent, secus si virtutis gratia, aut propria voluptatis, n. 441. seq.
Declara, vt in omni casu, in quo isti histriones admittuntur ad testificandum, id intelligatur non nisi cum tortura, n. 443.
Apostata a sua religione a testimonio ferendo repellitur, num. 444.
Amplia multo magis in apostata fidei, n. 445.

Decocti

Decocti & falliti a testimonio ferendo repelluntur, n. 446.
Limita 1. in causis criminalibus, secus in ciuilibus, nu. 447. nisi vltra decoctionem cessisset bonis, vel nisi causa ciuilis esset ardua, quia tunc his duobus casibus etiam in ciuilibus a testimonio repelluntur, n. 448. & 449.
Limita 2. quia etiam in criminalibus ad rei defensionem falliti, & decocti admittuntur, n. 450.
Limita 4. quando deponunt de facto proprio, n. 451.
Proditores a testimonio ferendo repelluntur regulariter, quia infames sunt, n. 452.
Amplia etiam in filiis proditorum, n. 453.
Amplia 2. etiam in iis, qui pro proditoribus supplicare, aut interuenire tentauerint, n. 454.
Limita has duas ampliationes, vt procedant in proditorib. Principis, secus in alio genere proditionis, n. 455.
Fugitivus a testimonio ferendo omnino repellitur ratione infamiæ, n. 456.
Prodigus a testimonio ferendo repellitur, si bonis interdictus est, secus ante talem interdictionem, & declarationem, nu. 457. seq.
Calumniator a testimonio ferendo repellitur, n. 459. & 460. vbi tamen, quod in hoc multum iudicis arbitrio tribuitur.
Litigator continuus, & multo magis lutium redemtor, a testimonio ferendo repellitur, n. 461.

QVÆSTIO LVI. ARTICVLVS XII.

399 QVÆRO I. in hoc 12. † & vlt articulo, an spurius à testimonio repellatur, an vero admittatur, & admissus faciat fidem, & qualem? Respondeo cum * cōmuni opinione Dd. quod cum spurius sit infamis infamia facti, secundum Azo. in summa, C. ex quibus causs. infam. in roget. colum. 1. versic. sed & infamia, Tiraquell. de nobilit. cap. 15. nu. 14. & seqq. vbi alios plures adducit concordantes, Firman. in suo repertor. verbo, infamis, vers. 74. & verbo, spurius, vers. 43. Soc. regu. 204 incip. iuramentum in probationis supplementum, full. 52. illustriss. Cardinal. Paleot. in tracta. de nothis, & spuriis, c, 55. n. 4. cum aliis relatis per Steph. Lamberteng. de contractibus eorum, & c. gl. 19. n. 3.

400 Iccirco etsi † à testificando non repellatur, non est tamen integræ fidei, & omni exceptione maior, vt videre est apud relatos per Plot. de in lit. iur. §. 50. n. 12. Marsi. sing. 273. in prin. vers. & ratio est. Crot. de test. part. 4. nu. 165. Ruin. cons. 35. nu. 7. vol. 4. (vbi amplius, quod est infamis infamia iuris, de quo pro nunc non disputo, Corra. in pract. §. 2. de offic. præt. in causs. ciuil. tit. de testib. rub. personas test. aggrediendo, verb. naturales, num. 25. fol. 82. col. 2. Arnal. Alb. in tract. de assert. cath & hæret. q 31. nu. 5. alios refert Masca. de prob. lib. 4. concl. 1356. n. 31.

401 Spurii enim non sunt † in bello fortes, nec in fide constantes, nec Deo amabiles, nec hominibus honorabiles, & contra eos valde exclamat Bonifa. Martyr, scribens Regi Anglorum, in c. si gens Anglorum, 56. dist. cum aliis relatis per Rolan. cons. 67. n. 73. lib. 3. Plot. d. § 50. nu. 12. ver. bastardi promti sunt ad omnia deteriora, Menoch. de arb. quæst. lib. 2 casu 464. n. 17.

402 Et hinc propterea ex † eorum dicto non deferri iuramentum in supplementum, aut in litem, scripserunt post alios, quos allegant Marsi. d. sing. 273. in princ. Plot. d. §. 50. num. 12. (Crot. de testib. part. 4. num. 166. Io. Maria. Montic in suo reper. test. verb. spurius, fol. mihi 64. col. 2. vers. 1. Et propterea nec etiam spurio ipsi deferri simile iuramentū, affirmarunt Socin. d. reg. 204. in 52. full. Menoch. d. casu 464. n 16. & 17. & de hoc latius dixi in q. ciui. suo loco.

403 AMPLIA I. vt in † causis, in quibus à iure, vel à statuto requiruntur testes omni exceptione maiores, spurii nedum non sunt integri testes, verum etiam in totum à testificando repellantur, vt per Crot. de testibus, part 4. d. n. 165. Ruy. cons. 36. nu. 7. lib. 4. vbi simpliciter dixit, quod non potest spurius esse testis, cum sit infamis infamia iuris, refert & sequitur Ios. Mar. Monticell. in suo reper. test. verb. bastardus. fol. mihi 14. col. 1. ver. 2.

Et † propterea in criminalib. in quibus testes omni exceptione maiores requiruntur, & in quibus à testificando sola infamia facti a testimonio repellit, vt dixi supra in 2. artic. huius q. n. 115. spurios minime ad testificandum admitti dubitandum non est, per prælegata. 404

AMPLIA II. huius 12. † articuli propositam in prima quæstione conclusionem, vt procedat etiam in spurio legitimato, nam & is non erit testis omni exceptione maior, vt in terminis voluit Plot. de in lit. iur. d. §. 50. nu. 12. vers. & predicta procedunt, Marsi. dict. singul. 273. vers. ego autem supradicta ae spurio ampliabam. † Et est ratio, vt ibi per Marsi. quia adhuc non obstante legitimatione dicitur infamis infamia facti, secundum Bald. in l. generaliter. C. de instit. & substit. sub condit. fact. & in c. fi. col. 2. de translat. episcop. vbi notabiliter dixit, legitimatum spurium assimilari medicato homini a morbo, remanente aliqua cicatrice, quod & refert Natta in consilio 621. n. 7. 405 406

AMPLIA III. vt † conclusio procedat non solum in spurio incestuoso, seu alias nato ex illicito coitu, sed etiam in naturali, nato scilicet ex soluto & soluta, seu etiam concubina domi retenta, nato & is tanquam infamis infamia facti non erit testis idoneus, secundum Plot. de in lit. iur. d. §. 50. n. 12. vers. & item procedit. Et † licet de iure ciuili concubinatus videatur permissus, & ob id tales naturales nō debere infames reputari, post Cagn. & Ias. in locis per eum relatis, senserit Steph. Lamberten. vbi sup. in tract. de contract. eorum, & c. gloss. 19. n. 3. in fine. Hæc tamen † obiectio cessat apud nos in terris Ecclesiæ, cū tam de iure canonum, quam de vigore aliarum constitutionum, vt suo loco dicam in tit. de delict. carnis, infra n. 123. ni fallor, libro, concubinatus sit expresse, & sub grauissimis pœnis prohibitus. 407 408 409

IMITA I. dictam huius † primæ quæstionis conclusionem non procedere in spurio bonæ vitæ & famæ, nam ex hoc suppletur spurietatis defectus, cum propter bonitatem, & legalitatem personæ recedatur à regulis iuris communis, secundum glo. in l. Titio fundus. ff. de condit. & demonstra. & vbi alias propter penuriā suspectum, de fide testis diminuitur, suppletur ille defectus, si idem testis sit bonæ & probatæ vitæ, ad ea, quæ generaliter dixi de testibus in habilibus infra q. 62. nu. 367. & de affinibus in simili dixi supra quæst. 54. nu. 48. & 130. & de domesticis dixi etiam supr. q. 55. num. 82. & 127. & in terminis de spurio bonæ famæ scripserunt Marsi. d. sing. 273. vers. limito tamen prædicta, inuēti is aliis ibi per eum cumulatis in l. 1. §. ad quæstionem n. 9. & seqq. usque n. 42. ff. de quæst. Plot. de in lit. iur. d. § 50 num. 12. vers. vnde limitant præmissa, Crot. in tract. de testib. part. 4. nu. 167. vers. aduertite tamen, Io. Mar. Monticell. in suo reperiorio test. verbo, spurius, fol. mihi 64. col. 2. vers. 2. faciunt, quæ generaliter de testibus inhabilibus dixi inf. q. 62. n. 367. 410

LIMITA II. (& hæc limitatio † venit illatiue ex præcedenti limitatione) in spurio religioso. Nam & is non obstante spurietatis defectu reputatur testis idoneus per ea, quæ in simili de teste affine religioso dixi supr. q. 54 nu. 48. & 130. & in specie nostra scripsit Marsi. d. sing. 273. vers. limito etiam istud, vbi propterea infert, quod vnus testis spurius religiosus faciet plenam probationem, & ex eius dicto, tanquam omni exceptione maioris, poterit deferri iuramentum in supplementū, 411

412 LIMITA III. in † spurio nobili, & magnæ conditionis, & status, nam & is reputatur integer testis, *vt per Marsi. d. sing. 273. vers. limito etiam prædicta*, vbi ponit exemplum in spuriis filiis principum, regum, & similium, nam tales, *inquit ibi Marsi.* propter nobilitatem & dignitatem personarum facient semiplenam probationem, & ex dicto suo tanquam ex dictis testis omni exceptione maioris, poterit deferri iuramentum in supplementum, *per text. in c. nobilissimus*, 97. *dist.* Item per text. *in l. filiusfa. §. nonnunquam, ff. de donat.* & per plura alia similia, & argumenta ibi per eum relata, quibus bene probatur, propter nobilitatem, & dignitatem personæ recedi a regulis iuris communis, *sequitur Plot. de in lit. iur. d. §. 50. n. 12. vers. nec in spurio, vel naturali nobili.*

413 LIMITA IV. in casu, † in quo veritas aliter haberi nō potest, nam tunc spurium admitti ad testificandum in specie, dixit idem Marsi. *d. sing. 273. vers. potes etiam limitare*, per ea, quæ generaliter de teste inhabili dixi infra *q. 62. nu. 50.* Et hæc limitatio non habet difficultatem, quia etiam, quod non simus in casu, in quo veritas aliter haberi non potest: adhuc tamen spurius ad testificandum admittitur, licet admissus non faciat integram fidem, vt dixi supra in regula prout etiam nec reputabitur testis integræ fidei in hoc speciali casu.

414 QVÆRO II. quid de blasphematore, † an is tanquā infamis a testimonio repellatur? In hoc varii varia dixerunt, regula tamen formari potest negatiua, quod scilicet blasphemator nō solum non sit testis idoneus, & integræ fidei, *prout voluerunt Rip. in l. admonendi, n. 180. vers. item in blasphematore, ff. de iureiur. Plot. de in lit iur. §. 50. nu. 14. vbi se fundat in infamia. Conrad. qui alios refert in pract. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. rubr. de testib. in parte, personas testium aggrediendo, verbo, blasphemus, num. 35 fol. 85. Rol. cons. 65. num. 25. vol. 2. Mascard. de prob. lib. 3. conclus. 1336. num. 39. Hector Æmil. in tracta. de testibus, verb. testis blasphemator, nu. 1. fol. 339. in fin. par. 1.*

415 Verum etiam † quod omnino sit a testimonio repellendus, scripserunt Gramm. *decisio. 11. num. 6. versic. imo lusores, & blasphematores, & voto 22. num. 4. & seqq.* vbi reddit rationem, quia scilicet blasphemia est crimen, & peccatum mortale, criminosus autem, & in peccato mortali exsistens a testificando repellitur, *vt ibi per eum, & suo loco supra dixi, Boer. decision. 301. nu. 13. Nouel. regu. 216. n. 23. Rol. cons. 94. n. 34. seqq. volu. 4. vbi post alios, quos allegat*, quia per blasphemiā quis Deo dicitur infidelis, & qui Deo infidelis est, hominibus fidelis esse nō pōt, *idem Rola. cons. 57. nu. 43. seq. eod. vol. 4. Ioan. Mari. Montic. in suo reper. te. verbo, blasphemi, fol. 14. col. 1. vers. 3. Hippol. Riminal cons. 183. nu. 25. vol. 2. Mascar. de prob. lib. 1 concl. 194. nu. 13. seq. vbi alios refert, Hector. Æmil. de test. d. ver. testis blasphemator, nu. 8 fol. 341. par. 1.* Ex quibus sine dubio apparet, propositam regulam communiter * esse a Dd. receptam, etsi contra eam de iure ciuili senserit Bal. *in cons. 152. num. 4. lib. 1. quem tamen reprobat Bertran. cons. 42 n. 1. lib. 6. sequitur Rota Romana coram D. Cæsare de Grassis, decis. 75. n. 6.* ¶ *Decia. qui alios refert in tract. crim. tom. 2. lib. 5. c. 6. num. 21.*

416 AMPLIA huius † secundæ quæstionis regulam, vt multo magis procedat in causis grauibus, & in quibus testes omni exceptione maiores requiūtur, prout sunt criminales, matrimoniales, & similes: tunc enim sine dubio blasphematores non debent ad testificandum admitti, *prout in specie firmarunt Dec. cons. 163. nu. 10. vers. 13. opponitur, Gram. dec. 11. num. 5. & voto 22. n. 4. Crot. cons. 245. n. 13. & 14. lib. 2. Plot. de in lit. iur. §. 50. nu. 14. secundum nouam impressionem. & n. 803. secundum antiquior, me Hector d. verbo, testis blasphemator, num. 2 seqq. & nu 11.* vbi alios refert, ¶ *Honded. cons. 100. n. 30.* & faciunt, quæ in simili de lusore dixi infr. *n. 428.*

417 LIMITA I. dictæ † huius secundæ quæstionis regulam, vt procedat in eo, qui de blasphemia est condemnatus, siue pluries, siue etiam semel & pecuniariter, secus si non sit condemnatus: nam & is non videtur, secus si non sit condemnatus: nam & is non videtur infamis ante condemnationem, & propterea non repellendus, *vt per Boer. post Isern. quem allegat in dec. 301. num 13. Couar. in c. quamuis, part. 1. §. 7. nu. 12. de pact. lib. 6. & in 2. part. lib. 5. decret. c. 8. num. 7. & 8. vbi videas, refert Hector Æmil. d. verbo, testis blasphemator, n. 3. seqq.*

Contrarium, † quod blasphematores probati, etiam non condemnati, nullam faciant fidem, voluerunt Alex. *cons. 152. nu. 8. vers. item per testes, lib. 5. Gram. decis. 11. nu. 1. coram D. Cæsare de Grassis, dec. 75. nu. 6. seqq.* vbi quod quis sit blasphemator, admittitur probatio per testes. 418

Sed † pro resolutione vide in simili, & generaliter, quæ de criminoso dixi *supra in 3. artic. n. 128. sequen.* † Et in specie crederem posse dici, etiam non condemnatū blasphematorem repelli à testificando, si is publicus sit, prout de publico blasphematore loquitur Roland. *consil. 94. nu. 34. lib. 4.* & in terminis concordando contraria tradidit Lamberteng. *de contract. eorum, & c. gloss. 12. num. 10 iuncto num. 39.* † Vbi propterea dicit, blasphematorem non esse infamem ante condemnationem, nisi is publicus fuerit blasphemator, quia tunc absque alia condemnatione est reputandus infamis. 419 420

Hinc consuetos † blasphematores, tanquam infames infamia iuris fore repellendos a testimonio, consuluit Alex. *d. cons. 152. num. 8. vers. item per testes, lib. 5. nec dissensit Rota coram d. Cæsare de Grassis, decis. 75. num. 8.* 421

Et eum, qui solitus est iurare, † mentiri, blasphemare, ac dicere mendacia, etiam sine alterius iactura non debere ad testimonium dicendum admitti, etsi admittatur, modicam, vel nullam, ei, præsertim in causis grauibus esse adhibendam fidem, consuluit Dionysius de Franciscis *inter cons. matrimonial. diuers. consil. 59. n. 30. lib. 1. Hector Æmil. de testib. dict. verbo, testis blasphemator, nu. 7.* 422 423

LIMITA II. eiusdem † secundæ quæstionis regulam nō procedere in blasphemantibus per iracundiam, *secundum Dec in cons. 163. incipient. in causa matrimon. num. 10. vers. non obstat illud, quod dicitur de blasphemia*, vbi quod licet in ludo quis quandoque per iracundiam blasphemauerit, non per hoc dicitur blasphemator, *vt per prædicta ibi per eum*, & addit, quod si deberent repelli a testimonio omnes illi, qui aliquando ludunt, & blasphemant per iracundiam, pauciſſimi forent ad testimoniū habiles, refert & sequitur Hector. Æmil. *in tract. de testib. d. verb. testis blasphemator, n. 12. 13. & 14. fol. 341. in fine*, & faciunt, quæ de blasphemante per iracundiam late dixi *in 1. lib. tit. de delict. & pœn. q. 20. n. 47. seqq.* 424

LIMITA III. vt † licet blasphematores nullam faciant fidem in criminalibus contra inquisitū quoad condemnationem, & de hoc non est dubium, talium tamē testium depositio bene sufficit ad torturam, sicut pluribus Dd. auctoritatibus comprobat Gramma. *d. decis. 11. n. 9. seqq. sequitur Paul. Meren. cons. crimin. diuersor. consil. 89. nu. 65. lib. 2.* & *hos refert Hector Æmil. vbi supr. d. verb. testis blasphemator, n. 17.* 425

Verum Dd. allegati † per Gramma. loquuntur generaliter de teste infami, de quo late dixi supra *in 1. artic. n. 61. seqq.* & ad ibi tradita me etiam remitto in decisione præsentis limitationis. 426

QVÆRO III. quid † de lusore, an is a testificando repellatur? Respondeo, quod repellitur regulariter: sic enim affirmantes repetio Alexan. *cons. 152. nu. 8. versi. item per testes, lib. 5. Gramma. voto 22. nu. 3. & decis. 11. n. 5. in fine, & num. 6. vers. imo lusores, & num. 7.* vbi quod cum ludus fortunæ producat multa mala, & præsertim perditionem proprii matrimonii, faciatque homines in desperationem venire, eos ad blasphemiam prouocando, ac ad Sanctorum, & Dei petulia, *vt dicit tex. in auth. vt alearum vsus, C. de relig.* Hoc ideo Hostiens. *in summa titul.* 427

titul. de excess. prælatorum, dixit, lusorem ludendo agere turpem vitam, & Alber. *in leg. 1. ff. de aleator.* dixit, aleatores maxime legibus exosos esse. Non est igitur mirū, si à testificando repelluntur, *vt ibi per Gram & per Nepot. de Monte, Alba. in tract. de testib. num. 16. iuncto nu. 19.* qui in argumentum allegat tex. *in ca. inter dilectos, circa princ. extra eodem, de excess. prælat. & in c. clerici, de vita, & honest. cleric. & per Aymo cons. 169. num. 5. vers. & de ludo, quod repellat a testimonio, Corra. in pract. §. 2. de off. præt. in caus. ciuil. rub. de testibus in parte, personas test. aggrediendo. verbo, lusores, num. 30. fol. mihi 82. Hipp. Rim. cons. 183. nu. 25. lib. 2. & latius cons. 723. num. 58. seqq. lib. 6. Io. Mar. Mont. in suo repertorio, de testibus, verbo, lusor, folio 48. col. 2. verfic. 1. Rol. consil. 34. nu. 3. & 4. lib. 2. & consil. 63. nu. 18. seqq. eod. lib. 2. vbi bene exornat hanc conclusionem, & cons. 94. nu. 37. seqq. lib. 4. & consil. 57. n. 40. eodem lib. 4. Bonac. post com. opi. par. 2. in extrauagan. pag. mihi 129. n. 79.* vbi quod in lusoribus tot sunt peccata, quot sunt puncta in taxillis, *Nouel. reg. 216. nu. 23. Masc. de prob. lib. 2. conclu. 995. num. 1. seqq. vbi pariter regulam exornat, & lib. 3. concl. 1356. num. 19.* Ex quibus facile dicere possumus, ita communiter * fuisse a Dd. receptum.

428 AMPLIA Hanc † conclusionem, vt multo magis procedat in causis, in quibus testes requiruntur omni exceptione maiores: in iis enim sine dubio lusores admitti non debent ad testificandum, *vt per Dec. in cons. 163. nu. 10. ver. 13. opponitur*, vbi loquitur in causa matrimoniali, *Gram. dec. 11. num. 1. iuncto nu. 6.* vbi loquitur in causa criminali, *Aym. d. consi. 169.* vbi pariter loquitur, quando agitur de crimine puniendo, *Crot. cons. 245. nu. 13. & 14. lib. 2. vbi etiam de cau. matrimoniali, & Crot. refert Hector Æmil. in tract. de testib. p. 1. verbo, blasphemator, nu. 11. fol. 341. Masc. d. concl. 995. n. 61.* vbi loquitur in criminalib. & faciūt quæ in simili de blasphemature dixi *sup. n. 416.*

429 LIMITA I. Huius tertiæ quæstionis conclusionem, vt ad effectum repellendi testem a testimonio non sufficiat probare, quod is aliquando luserit, sed requiritur quod sit consuetus ludere, *vt per Dec. d. cons. 163. nu. 10. vers. quod non dicitur lusor, refert Masc. d. concl. 995. nu. 6.*

430 vbi & idem si alioquin testis esset bonæ vitæ, & famæ: frequentia autem ludi non iudicabitur ex vno actu ludendi continuato, vna die sola, etiam si variis, & cum variis ac diuersis personis ludatur, sed ex diuersis temporibus, ita vt constet aliquem consueuisse in ludo vitam agere, *vt per Menoch. de arbitra. q. lib. 2. casu 399. nu. 21. quam inproposito refert, & sequitur Thomas Actius de ludo scaccorum, q. 8. principali, post num. 21.*

431 LIMITA II. Vt † regula procedat in lusoribus ludi prohibiti, *& ita loquuntur omnes Dd. sup. in regula allegatis*, secus si ludant ludo non prohibito, *Dec. d. cons. 163. n. 10. ver. accedit etiam*, vbi amplius, quod de consuetudine ludus non videtur prohibitus, *secundum Imo. in locis per eum allegatis*, sed de hoc alibi latius dicam in materia ludi vbi bene explicabo, an & qualis ludus sit à iure prohibitus, *sequitur Thomas Actius in suo tract. de ludo scaccor. quæst. 4. num. 39.*

432 LIMITA III. Vt † nec sufficiat probāre testem esse lusorē, nisi in specie probetur, quod talis fuerit tempore testimonii, *secundum Dec. d. consi. 163. nu. 10. versic. 4. non deponit, Corrad. in pract. §. 2. de offi. prætor. in caus. ciuil. rubric. de testib. in parte, personas test. aggrediendo, verbo, lusores, num. 23 fol. mihi 82. Mascar. de prob. concl. 576. & conclu. 995. nu. 6 lib. 2. faciunt quæ in simili, & generaliter de testibus inhabilibus, dixi infra quæst. 62 nu. 304.*

433 LIMITA IV. Quando † ageretur de probando quid factū in ludo, vt puta, quod quis luserit cum taxillis falsis, aut quid simile, quia tunc lusores facilius admittuntur, tum quia sunt magis informati, tum etiam quia non alii, nisi ipsi solent in ludis interuenire, *vt per Sal. in l. ea quidem, nu. 113. ad fin. C. de accus. Masc. d. concl. 995. nu. 7.* faciunt quæ in simili, & generaliter dixi *sup. n. 51. & 369.*

QVÆRO IV. Quid † de ebrio, an is a testimonio repellatur? Dic quod repellatur, & propterea examinatus nihil probat, *secundum Dec. in c. placuit, num. 8. de testibus, Rip. in l. fin. nu. 76. C. de reuoc. donat. Conrad. in pract. §. 2. de off. prat. in caus. ciuil. tit. de testib. rubr. personas test. aggrediendo, verbo, ebrius, n. 74. fol. 514. in fine*, allegat Bal. & Felin. *in c. 1. de testibus, per l. respiciendum, §. relinquunt, ff. de pœn. Nouel. reg. 216. n 3.* vbi eam reddit rationem, quia sc. ebrius nescit quid loquatur, & furioso, ac ignoranti æquiparatur, *l. 1. § furiosus, ff. de actio. & oblig. cum aliis ibi per eum allegatis, Camp. de testib. reg. 117 in princ. Ant. Gomez. var. resol. tomo 3. c. 12. num. 18. in fine, versic. 9: repellatur ebrius*, quia scilicet ebrius non solum reputatur alienus a mente sua, sed etiam vilis, & infamis, *Tiraq. de pœnis temper. causa 6. num. 8 pluribus exornat Mascard. de prob lib. 2. concl. 579. nu. 1. seqq. & lib. 3. conclu. 1358. num. 9. vbi alios refert concordantes.* Ex quibus sic etiam cōmuniter * a Dd. receptam fuisse, dici sine dubio potest. 434

LIMITA I. Huius † quartæ quæstionis conclusionem, vt procedat in eo, qui tempore testimonii erat ebrius, is nempe propter ebrietatem a testimonio repellitur. Secus si probetur fuisse ebrium ante eius depositionem, nam tunc admittitur, & admissus probat, per ea, quæ de teste inhabili generaliter dixi *infra q.... num....* & in terminis post Inno. & Abb. *in loci per eum allegatis* voluit Camp. *de testib. d. regul. 117. in 1. fall.* vbi dat cautelam examinandi ebrium, vt vadat ieiunus ad iudicem, vt bene digerat vinum antequam examinetur, *Aym. d. conclu. 169. num. 5 Masc. d. conclu. 579. nu. 6.* & facit in simili, quod dixi de lusore *sup. nu. 429.* 435

SVBLIMITA Hanc † limitationem, vt non procedat in eo, qui solitus est inebriari, is namque a testificando repellitur, etiam quod tempore testimonii non sit ebrius, nam tale genus hominum reputatur vile & infame, *vt in terminis voluit Ant. Gomez. var. resol. tomo 3. c. 12. rubric. de proba. delict. num. 18. in fine, vers. & adde, vbi in id allegat. text. in §. final. Instit. de succes. sublat. & ita dicit esse intentionem Dd.* 436

Hinc popinones, † vel vt aliqui vocant tabernarii, ii, sc. qui in tabernis, & popinis assidue versantur comedendo, bibendo, & ludendo, non admittuntur ad testificandum, *vt per Nepot. de Monte Alb. in tract. de testib. num. 18.* vbi in argumentum allegat text. *in l. humilem, C. de inceſt. nupt. in c. si consulterit, extra de accus. & in c. non oportet, 44. dist. Lanfran. de test ib. num. 99. per notata in c. test. extra eodem, quem refert Corrad. in pract. §. 2. de off. præt. In caus. ciuil tit de testib. in par. personas test. aggrediendo, ver. gulosi, nu. 22 fol. mihi 92. Rol. cons. 34. nu. 5. lib. 2. Masc. de prob. lib. 3. conclus. 1356. num. 28.* 437

LIMITA II. Dictæ † quartæ quæstionis conclusionem, vt procedat in penitus ebrio, vt non intelligat, quid agat, seu dicat, secus in exhilarato, seu gaudente solum propter vinum, secūdum Bal. *in c. 1 extra de testib.* vbi propterea dixit esse considerandum genus ebrietatis, *Dec. ibid. n. 6. idem Dec. cons. 12. n. 1. Rip. in l. fin. n. 69. C. de reuoc. donat.* modica enim ebrietas non impedit, quin quis testari, & contrahere possit, *l. si frater, & ibi Castrens. C. qui testa. facere poss.* item modica ebrietas delicti pœnam non minuit, *l. data opera, C. qui accus. non pos. Tiraq. de pœn. temperan. caus. 6. nu. 6.* ita pariter nec modica ebrietas testem a testificando repellit, *sicut his motus argumentatur Masc. de proba. lib. 2. de conclus. 579. nu. 8. seqq.* 438

QVÆRO V. Quid † de histrionib. (quos vulgo buffones appellamus) aut illis, qui artis ludicræ causa in publicā scenā prodeunt, & iis similib. an a testificando repellātur? Dic quod cum a iure infames reputētur, prout sunt verba text. *in c. 1. 4. q. ibi, Omnes etiam infamia maculo aspersi, id est histriones, &c. ab accusatione prohibentur*, ergo multo magis a testimonio, text. *in l 2. in fin. ibi, Et omnes propter præmium in scenam prodeuntes, famosos esse* 439

Pegasius, & Nerua filius responderunt, iuncta, l. seq. ff. de his qui not. an. infam. iccirco eos repelli à testimonio voluit Aufr. *de reprob. test. num. 11. ver. artu ludicra causa, &c. Masc. de reprob lib. 3 d conclus. 1356. num. 46.*

440 AMPLIA Huius † quintæ quæstionis cõclusionem, vt & idem sit in arenariis, vel bestiariis, iis scilicet, qui pecuniæ lucri caussa in arenam descendunt ad pugnandum cum bestiis, iuxta text. *in l. ob carmen, §. si ea res, ff. de testibus, & in l. 1. §. idem Senatusconsulto, & §. bestias, ff. de postul. & in l. 3. §. lege Iulia. ff. de testib.* Tales enim personæ cum infames in dictis iuribus reputentur, iccirco & à testimonio repelluntur: sicut enim vitæ non parcunt quæstus caussi, ita facile eiusdem quæstus caussa peieraturos lex Iulia eos præsumit, *d. l. 3. § lege Iulia, ff. de testibus, d. l. ob carmen, eodem §. si ea res. ff. eodem, Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 80. versicul. item, quod est arenarius, Aufrer. de reprobat. testium. num. 11. versic. arenarius, Hector Æmil. in tract. de testibus, verbo, arenarius, num. 1. folio 220. in fine, & verbo, bestiarius, num. 1 seqq folio 338. part. prima.*

441 LIMITA Eandem † conclusionem, vt procedat in iis, qui quæstus caussa artem ludicram exercent, & in scenam prodeunt, vt dicit text. *in d. l. 2. in fin ff. de his qui not. infa.* ibi *propter præmium in cenam prodeuntes, &c.* Vnde secus si virtutis, aut propriæ voluptatis caussa talia exerceant: tunc enim à testimonio non repelluntur, *secundum Aufrer. de reprob. test. post num. 11. versi. artis ludicræ caussa, vbi allegat gl. ff in d. l. 2. ff. de his qui not. infam. & in cap. 1. de vita & hon. cler. lib. 6.* Et ponit exemplum in iis, qui non in publico, sed in occulto infirmitatis, aut alterius honestatis caussa aliquid loci faciunt.

442 AMPLIA Hunc † limitationem, vt & idem sit in arenariis, & bestiariis, *de quibus dixi supr. nu. 440.* qui tunc demũ à testimonio dicendo arcentur, si pecuniæ caussa in arenam descendunt ad pugnandum cum bestiis: at secus si non lucri, sed virtutis ostendendæ caussa id fecerint, vt colligitur in dictis verbis, *d. l. 3. d. §. lege Iulia, ff. de test. ubi, si fe locarunt, &c. manifestius in l. 1. §. ad bestias, ff. de postul.* Non enim prohibetur bestiarius testimonium ferre, eo quia cum bestiis pugnauit, sed quia operas suas in hoc locauit, in dictis iuribus. Vnde cessante locatione operarum, cessat prohibitio testimonii ferendi, *vt in terminis voluit Hector Æmil. in tract. de testibus verbo, bestiarius, num. 4. fol. mihi 336. part. 1.*

443 DECLARA demum † huius quintæ quæstionis conclusionem, vt in omni casu, in quo artis ludicræ scenici, histriones, arenarii, bestiarii, & similes ad testificãdum admittuntur, vt puta in exceptis, vbi veritas aliter haberi non potest, & in aliis casibus, infr. generaliter enumeratis *q. 62 1.* vbi de testibus inhabilibus in genere pertractabimus, in iis inquam casibus non admittantur propter eorum infamiam sine tormentis, ad tex. expressum, *in d. l. ob carmen, §. si ea rei conditio. ff. de testib.* refert Hector *Æmil. in tract. de testib. d. verbo, arenarius num. 2. soluo mihi 121. parte 1.* & faciunt generaliter, quæ de teste infame dixi *supra in 1. art. num. 56.*

444 QVÆRO VI. An † apostata à religione sua possit esse testis? Dic quod non, triplici ratione. Primo, quia est infamis, cum sacrilegis, quod infamiam, æquiparentur, *cap infames, 6. q. 1.* Secundo, quia est perinrus, cum contrauenerit iuramento obedientiæ & religionis per eum in ingressu monasterii præstito. Tertio, quia est ipso iure excommunicatus, *cap. 2. ne cler. vel monach. secul. se imm. negot. lib. 6.* Ita per has rationes hanc conclusionem firmarunt Andr. Barba. *in tract. de testib. in 3. par. nu. 15. Ioan. Mar Montic. in suo repert. testium, verbo, apostata, versic. 2. Masc. de proba. lib. 1 concl. 112. n. 17. & 18. Hector Æmil. in tract. de testib. verbo, apostata, num. 2. seqq fol. mihi 198 part. 1.*

445 AMPLIA Hanc † conclusionem, vt idem, & multo magis procedat in apostata a fide, quem repelli a testimonio dicendo, probat tex. *in c. non potest, 2. q. 2. & in c. alieni erroris, & in cap. seq. 3. q. 4. Ioa. Mar. Mont. in suo repert. de testibus, d. verbo, apostata, versic. 5. Hector Æmil. de repert. de testib. d. verbo, apostata, versic. 5. Hector Æmil. de testib. eodem verbo, testis apostata, num. 1.* vbi ex Mantua *in singl. 154. incip. postquam de apostata, &c.* ampliat hoc procedere, etiam quod pœnituerit, per text. *in l. qui sanctam fidem, C. de apostat.* faciunt pro hac ampliatione, quæ supra posui *de hæretico, num. 206.*

446 QVÆRO VII. An † decocti, & vt vulgo dicuntur falliti, a testimonio repellantur, tanquam infames? Dic quod sic, Bart. & alii *in l. 1. C. de summ. Trinit. & fide cath. Bal. in specie in consil. 400. incip. in lib. Thesauraria, nu. 3. lib. 5. Masc. de prob. libr. 2. concl. 738. num. 1.*

447 LIMITA I. Huius † septimæ quæstionis conclusionẽ, vt procedat in caussis criminalibus, secus in ciuilibus, *Socinus iun. consil. 61. nu. 14. lib. 2. Aufrer. in addit. ad Capel. Tholos. decis. 173. Ioan. Mar. Mont. in suo repertorio testium, verbo falliti, versic. primo, fol. 31. Mascard. d. concluſ. 738. num. 2.*

448 SVBLIMITA I. Hanc † primam limitationem nõ procedere, quando vltra fallimentum cessisset quis bonis, quia tunc cum a iure reputetur infamis: iccirco nec in criminalibus, nec in ciuilibus admittitur, per ea quæ generaliter de infame infamia iuris dixi *supra in 1. articulo, num. 26.*

449 SVBLIMITA II. Vt † eadem limitatio non procedat in caussis ciuilibus arduis, quæ cum æquiparentur criminalibus, *l. propter litem. ff. de excusat. tuto.* ideo sicut in criminalibus falliti a testimonio repelluntur, ita etiam debent repelli in ciuilibus, *per ea quæ generaliter dixi supr. num. 107. & in specie Mascard. d. conclu. 783. num. 3.*

450 LIMITA II. Dictæ † septimæ quæstionis conclusionem, vt etiam in criminalibus admittantur falliti, si ad defensam deponant, per ea quæ generaliter dixi de testibus inhabilibus *infra quæstio. 62. num. 90. & in terminis voluerunt Socinus iun. d. consilio 61. num. 15. libr. 2. Ioan. Mar. Montic. in suo repertorio testium, verbo, falliti, versic. 31. colum. 2. Mascard. de probat. lib. 2. concluſ. 904. num. 3.*

451 LIMITA III. Quando † testis deponeret de facto proprio, & de iis, quæ ab ipso gesta sunt, quia tunc admittitur, etiam quod sit fallitus, *vt per Socin. iun. d. consil. 61. num. 16. lib. 2. Monticel. in d. verbo falliti. versic. 1 fol. 31. columna 2.* Et faciunt quæ generaliter de teste deponente in facto proprio dixi *infra q. 63. caput. 4 & ad ibi tradita me remitto.*

452 QVÆRO VIII. Quid † de proditore, an is tanquã infamis sit a testimonio repellendus? Dic quod sic, secundum Bald. *in caput. licet vniuersis, sub num 3. extra de testibus*, Martin. Lauden *in tract. de crimine læsæ maiestatis, quæstio. 43* Gig. *in simili tract. lib. 3. rubr. de proditor, quæst. 8. num. 4.* Conrad. *in practic. §. de offic. prætor. in causs. ciuil. tit. de testibus, rubric. personas testium aggrediendo, verbo, proditor, numer. 36. folio 85.* vbi hanc conclusionem ampliat duobus modis. † Primo, vt & idem sit in filiis proditorum, qui & ipsi infames a iure reputantur, *l. quisquis, §. fin. ad l. iul. maiest.* † Secundo etiam in iis, qui pro proditoribus supplicare, aut interuenire aliquando tentauerint, qui adhuc infames a iure habentur, *d. l. quisquis, §. denique, sequitur Mascard. de prob. lib. 3. conclu. 1356 num. 30. & 40.*

453

454

455 LIMITA Huius † octauæ quæstionis conclusionem, sic, vt supra ampliatam in eo, quod dixi, eam extendi ad filios proditorum, & ad supplicantes pro eis, vt procedat in proditoribus Principis sui Domini, & sic in committentibus crimen læsæ maiestat. prout loquitur tex. *in d. l. quisquis*, secus in aliis proditoribus. Proditor enim in iure multipliciter dicitur, *vt late dixi in 1. lib. tit. de delict. & pœn. q. 18. num. 73. seqq.* ideo ad alios proditores ampliationes prædictæ extendendæ non sunt: nam iure cautum non reperitur, vt illorum filii, vel prolis

sup-

supplicantes sint infames, sicut committentes crimen læsæ maiestatis: ideo sicut illi non sunt à testimonio repellendi.

456 QVÆRO IX. An † fustigatus à testimonio repellatur? Sine dubio dic, quod repellitur, quia vndique infamis est, *l. fustibus, C. ex quibus causs. infam. irroge. Aufre. de reprobat. test. sub num. 48. versi. fustibus casus, Conrad. in pract. §. 2. de off. prætor. in causs. ciuilib. tit. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo. verbo, fustibus, num. 28. folio mihi 83. Oldrad. consil. 191. num. 4. Mascard. de probat. lib. 3. conclusion. 1356. num. 33.* vbi etiam addit, quod si mille annis fustigatus viueret, non posset esse testis.

457 QVÆRO X. An † prodigus à testimonio repellatur? Dic, quod repellitur, *l. is cui bonis. vbi glo. Bal. & Castr. ff. de testam. §. testes, & ibi communiter * omnes, Institut. de testam. Specu. in tit. de teste, §. 1. sub num. 32. vers. item quod est talis, Alb. de Malet. in tract. de testibus, §. videndum, capit. 5. nu. 35. Aufrer. de reprobat. test. nu. 81. vers. prodigo, Campeg. de testibus, reg. 116. Mascar. de proba. lib. 3. concluſ. 1358. n. 38.* Et est ratio, tum quia æquiparatur pupillo, qui nec testamentum facere, nec testis esse potest: tum etiam quia est infamis de facto, *vt per Castrens.* qui has duas considerat rationes, *in d. l. is cui, sub num. 3. & sub nu. 5. ff. de testam.* ideo secundum tradita generaliter supr. *in 2. art. de infame infamia facti*, extende, & declara hanc conclusionem.

458 LIMITA Vt † eadem cõclusio procedat in eo prodigo, cui bonis fuit interdictum, sic enim loquuntur iura, & Dd. præcitati: secus si talis interdictio non est sequuta, quia tunc testis esse potest, & cetera omnia facere, etiamsi esset notorie prodigus, *ad gloss. in l. is cui, ff. de verbor. obligation. quam in proposito allegat Castrens. in d. l. is cui ff. de testam.*

459 QVÆRO XI. An † calumniator repellatur à testimonio? Dic, quod condemnatus de calumnia dicitur infamis, *leg. 3. & ibi Dd. C. de calumniat.* ideo tanquã actione famosa condemnatus repelli debet à testimonio, *l. quæsitum, in fine, vbi Alber. Bald. & Salycet. ff. de testibus, Aufrer. de reprobat. testium, num. 24. Mascard. de probat. lib. 3. concluſ. 1356. nu. 47. Menoch. de arb. quæst. lib. 2. casu 322. num.*

460 4. † vbi tamen in hoc multum iudicis arbitrio tribuit.

461 QVÆRO XII. Quid † de continuo ligatore, & litium redemtore? Dic, quod cum calumniator præsumatur, *vt per Menoch. qui concordantes adducit, lib. 5. præsum. 25. nu. 7* & vt dicit glo. *in l. fi. in l. morantur*, C. *mandat. cum aliis per Nicol. Pignolat. in add. ad Roman. singul. 318.* tales homines omnia mala sciunt & omnia mala faciunt: ideo sicut calumniator à testificando repellitur, vt dixi in præcedenti conclusione, ita etiam repelli debet cõtinuus litigator, & litium redemtor, *Roman. d. singul. 318. Cro. de testibus, 4. part. num. 183. Aufrer. de reprobat. test. nu. 85. Conrad. in pract. §. 2. de off. prætor. in causs. ciuilib. rubric. de testibus, in parte, personas testium aggrediendo, verbo, litigator, num. 85 fol. 109. Mascard. de probat. lib. 3 concluſ. 1358. num. 31.*

Laus Deo.

ARGVMENTVM.

Pauper, & vilis, quando ob paupertatem, & vilitatem à testimonio repellatur, & admissus, quam faciat probationem.

SVMMARIA.

Regulariter pauper non est testis integer, & omni exceptione maior, num. 1. contra, num. 2. sed prima opinio est verior, & magis communis, num. 3.

Pauper non solum non est integer testis, verum etiam omnino a testimonio repellitur, nu. 4. seqq. contra num. 8. seqq. vbi numero 14. quod hæc contraria opinio est verior, & magis communis.

Interdictio denotat regulam in contrarium, num. 5.

Testium remissio ad partes conceditur ob eorũ paupertatem, n. 9.

Paupertas non est de genere malorum, num. 11.

Probandi facultas non est angustianda, num. 13.

Pauper in criminalibus non solum non est testis integer, num. 15. verum etiam omnino repellitur, nu. 16. & 18. licet aliqui relati, nu. 17. in contrarium dixerint. Amplia 1. & multo magis si pauper sit persona turpis, nu. 19. vbi etiam econtra, quid si sit persona honesta. Limita primo, quia cum tortura pauper admittitur in criminalibus, num. 20. Limita secundo, quia etiam in criminalibus examinati ad fisci instantiam probant contra ipsum fiscum, num. 21. Limita tertio, quia ad rei defensionem & innocentiam probandum, etiam in criminalibus admittuntur pauperes, nu. 22. licet nec isto casu sint testes integri, & omni exceptione maiores, num. 23. Limita quarto, quia in criminalibus, etsi pauperes examinari non debuissent, examinati tamen faciunt indicium, num. 24. quod tamen declara, vt num. 25.

Pauper in caussa ciuili ardua, vel magna, non solum non est integer testis, num. 26. verum etiam nec ad testificandum admittitur, num. 27.

Pauper in caussa matrimoniali non solum non est integer testis, verum etiam ad testificandum nullo pacto admittitur, num. 28. 29. & 31. licet aliqui relati, nu. 30. contrarium dixerint. sed quid si pauper isto casu sit honesta persona, & quid si inhonesta? num. 32.

Pauper minime admittitur ad testimonium in confectione inuentarii, num. 34.

Ditioribus magis creditur, quam pauperibus, nu. 35.

Nobilioribus magis creditur, quam ignobilioribus, nu. 36.

Constitutis in aliqua dignitate magis creditur, quam sine dignitate existentibus, nu. 37.

Nobilioribus, ditioribus, & dignioribus, magis creditur, quam aliis, etiam quod numero minores sint, nu. 38. Limita nisi numerus aliorum testium esset in magno excessu, nu. 39. & 40. vbi quãdo dicatur magnus excessus. Sublimita limitationem, vt in nu. 41.

Est duo digni & honesti præsumuntur mille ribaldis, nu. 41. & seq.

Pauperi honesta vita magis creditur, quam diuiti malæ famæ, nu. 43.

Diuiti minus creditur, quam pauperi, quando diuitiæ fuerunt acquisitæ malo modo, puta per vsurariam prauitatem, n. 44.

Pauperes, qui in paupertatem inciderunt culpa, & facto suo, non solum non sunt integri testes, verum etiam omnino a testificando repelluntur, nu. 45.

Pauper testis, qui vltra paupertatem aliquem alium patiatur defectum etiam de se non sufficientem ad repellendum quem a testimonio, sine dubio & is a testificando repellitur, nu. 46.

Testes laboratores non sunt integræ fidei, & omni exceptione maiores num. 47. seq.

Artifices a testimonio repelluntur, si artem mechanicam exercent, nu. 49. & 50. secus si non exercent mechanicam artem nu. 51. sed omnino casu propter paupertatem non sunt testes integræ fidei, & omni exceptione maiores, nu. 52. & quæ in proposito dicatur ars mechanica, & vilis. n. 53.

Pauper dicitur is, qui de proprio labore, & artificio viuit, num. 48 seq.

Viles personæ quæ dicantur, nu. 54. seqq.

Viles a testimonio repelluntur, nu. 59. contra quod ob solam vilitatem testes non repellantur, num. 60. veritas est quod non repelluntur in totum, sed eis de fide diminuitur.

Viles ad testificandum non admittuntur sine tortura, n. 62. contra, num. 63. in hac contrarietate aliqui dixerunt id esse remissum iudicis arbitrio, nu. 64. sed hæc tertia opinio non placet auctori, n. 65. dic pro veritate quod si testis vilis est, alias persona honesta, non torquetur, nu. 66. secus si inhonesta, nu. 67. Si vero sumus in dubio, nec apparet de honestate, vel inhonestate testis, verior, & communior opinio est testem non torqueri, nu. 68. nisi in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, num. 69.

Vilis & pauper simul ob duplicem defectum, non solum non est

testis

testis integræ fidei, & omni exceptione maior, verum etiam omnino à testimonio repellitur, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, num. 70. & 71.

Viles admittuntur ad testimonium in duobus casibus, primo contra valde diffamatum. num. 72. secundo in casu, in quo nobiliores habere non possunt, num. 73. vtroque tamen casu non sunt testes omni exceptione maiores, nu. 74.

Pauper non repellitur à testificando. nec ei de fide diminuitur si aliàs sit persona honesta, & bonæ famæ. num. 75. seqq. vbi bene probatur hæc conclusio; sed tamen qualitas honestatis & bonæ famæ est probanda per allegantem, & non præsumitur in dubio, num. 82. seqq.

Honestas personæ in omni casu spectanda est, num. 76.

Fides non supplet paupertatem in iis, in quibus diuitiæ requiruntur, num. 78. secus in iis in quibus requiritur honestas personæ, num. 79. sed quid in iis, in quibus vtrumque mixtim requiritur? num. 80.

Bonus & bonæ famæ in dubio quis præsumitur, nu. 83. fallit vbi in specie requiritur à lege, vel a constitutione hæc qualitas bonitatis, num 84. item fallit vbi in contrarium adest aliqua specialis scientia præsumptio, num 85.

Paupertas est probanda per allegantem, nu. 86. seqq. vbi præsertim in iudicio.

Pauper quis dicatur præsumitur, & non diues, nu. 87.

Paupertas non censetur probata per testem, qui dicit se pauperem, num. 88 89.

Pauper testis quis dicatur. multæ fuerunt Dd. opiniones, vna fuit quod ille dicatur pauper, qui non habet tantum in bonis, quantum valet causa, n. 90. secunda fuit opinio eum dici pauperem, qui non habet in bonis aureos quinquaginta, nu. 91. & horum opinionum prima procedit in ciuilib. secunda in criminalib. num. 92. tertia est opinio quod iudicis arbitrio relinquatur, & ista est verior, & communior, num. 93. seqq.

Pauperis testimonium suppletur, vel ex legalitate alterius testis, num. 95. vel ex numero plurium testium, nu. 96.

Pauperes, & viles non repelluntur pro testibus in instrumentis, num. 97.

Pauperes testes quantum probent, & quanta sit eis fides adhibenda. iudicis arbitrio relinquitur, num 98. sed an hæc conclusio procedat etiam in criminalibus, num. 99. seqq.

QVÆSTIO LVII.

OPPONITVR V. Contra testes, quod sunt pauperes, & viles, in qua oppositione

1 REGVLA sit, † quod pauper nõ est testis idoneus. & integer, vel, vt alii dicunt, omni exceptione maior, qua paupertas ei de fide diminuit: sic enim per text. *in l. 3 in princ. ff. de testibus, canonicata in c. si testes, §. testium fides. quæstio. 3. ibi, & ex locuples vel egens sit, &c. in primis, versic. fid. & de persona, 2. q. 1. ibi, aut ne inopes sint.* Regulã hanc firmarunt Bal. *in c. si qui testium, num. 5. in princip. iuncto versicul. si autem nullus est famæ, extra de testib.* vbi notabiliter dixit, quod non est idoneus, qui egestate laborat, *l. qui satisdare, ff. de fideiussor. l. si creditores, ff. de priuileg. creditor. l. si vero, §. 1 ff. qui satisd. cogan.* Et ideo si pauper est bonæ famæ, & tunc reputatur idoneus (de quo tamen dicam infra in limitationibus,) si vero nullius famæ, hoc est, neque bonæ neque malæ, & tunc minus ei creditur, neque bonæ neque malæ, & tunc minus ei creditur, *Roman in l. 2. n. 3 ff qui satisdar. cogantur*, vbi quod ratione paupertatis dictum testis debilitatur, *Ancharan. consil. 104 in causa. colum. final. Alex. consil 18. num. 2. volum. 3. Socin. reg. 289. in 3 fallen. vers. dicit tamen ibi, &c. Ruyn. consilio. 138. nu. 27. vers. & pauperi simpliciter, lib. 5. & consilio. 130. nu. 10 lib. 5. & consil 150. num. 12. vers. quia licet alias pauper in 5. Paris. consil. 164. num. 2. libr. 4. Aym. consil. 249. sub num. 12. in princ. & in versicul. primo quoniam, Ripa in 3. respon. de ff consid. & matrim. num. 8 Socin. iun. consil. 183. n. 40. vol. 2. Natta cons. 666. num. 1. in 4 volum. Cephal. consil. 98. nu. 39. lib. 1. & cons. 169. nu. 13. eodem volum. 1. & consil. 227. nu. 69. lib. 2. Ofasc. Tedesch. consil. 66. num. 22. Claud. ad Bertazzol. consilio 210. nu. 7. litera B. versicul. nec diminuitur de fide, ibi, Imò, quod absolute diminuatur de fide &c.* Idem Bertaz. *consil. 170 num. 12. Plot. de in litem iuran. §. 50. num. 17.* vbi propterea infert, quod pauperi non est deferendum iuramentum in litem aut in supplementum, *Crot. de testibus, par. 3 num. 24. vers. ideo infert Aretinus*, vbi propterea, quod duo testes pauperes non bene probant. *Campeg. de testibus regu. 113. in princip. Catellian. Cotta in memoral. verbo paupertas repellat à testificando, Gabriel, de testibus, conclus. 18. num. 19. vbi alios refert, Menoch. de arbit. quæstio. lib. 2. casu 65. num. 12. versicul. verius itaque, & casu 96. num. 9. vers. est ratio. Soarez. in suo thesau. commu. opin. litera T. nu. 24. vbi testatur de communi* opinione. Viui in commun. opin. verbo, testis propter somam paupertatem, versic. & licet testis, Masc. de prob. lib. 3. concl. 1155. nu. 8. & num. 12. vos alios plures refert concordantes.*

* communi

Et † licet contrarium, quod imo testi propter solam 2
paupertatem nihil de fide diminuendum sit, affirmauerit Marsil. post Aret. quem allegat *in consilio 13. viso diligenter, &c. colum. 2. in l. ex libro, num. 8. vers. & hanc partem*, vbi dixit, tunc demum testi pauperi diminui de fide, quando scilicet concurrit cum aliis testibus ditioribus (de quo latius infra dicã) & in ceteris æqualibus, prout videtur loqui text. *in d. l. 3. ff. de testib.* secus autem si non concurrit cum aliis, & Marsil. *sicut supra dicentem*, referendo sequatur Moncad. *in addit. ad Crot. de testib. nu. 24. litera C. in verbo, plene probatum*, vbi propterea infert, ex dicto duorum testium pauperum induci plenam probationem, aliis testibus contrarium nõ deponentibus, à quibus nec dissentire videatur Claud. *in addit. ad Bertazz. cons. 210. num. 7. litera B. ver. nec diminuitur de fide*, vbi alios huius contrariæ opinionis adducit auctores, iũcto versicu. *neque huic me subscribo sententiæ*, vbi affirmat, satis impium sibi videri illis adimere testimonii ferendi perfectam auctoritatem, quibus fortunæ lusus ademit bona, cum tunc paupertatis qualitas aduersione digna sit, vbi pauperis fides in dubium reuocatur, prout loquitur text. *in §. sancimus, in Auth de testib. & in d. l. 3 ff. cod.* non autem simpliciter, si testis nullam aliam præter paupertatis notam patiatur.

Non † per hoc tamẽ recedendum putauerim à pro- 3
posita regula, quæ sicut magis cõmuniter * à Dd. recepta est, ita etiam & verior, & rationabilior apparet: ratio autem bene exprimitur *in d. l. 3. in principio ibi, vt lucri causa quid facile admittat, ff. de testibus*, per quem text. passim, & vbique communiter * omnes Doctores exclamant ex paupertate oriri in teste præsumtionem mendacii & corruptionis, *vt videre est apud gloss. in d. l. 3. in verbo, egens, & gloss. in c. testes. §. testium fides, in verbo, locuples. 4. q. 3.* vbi refert dictum Salomonis dicentis, *Paupertates ne dederis mihi, ne pauper periurem nomen Domini*, Cyn. *in l. 3. nu. 8. vers item ex rerum accidentia, C. de rel cred. Iacob. Ægid. in tractat. de testibus, num. 8. ver. quia timor est, Iodoc. in pract. crimin. c. 50. rubric. de reprob. test. num. 17. versicul. alter a ratio, Beninca. in suo tract. de pauperta. q 4 n. 44. versic. quamobrem, &c.* vbi refert dictum Meland. Philosophi dicentis, *Pauper si iustã causam dixerit aliquid accipiendi gratia dixisse existimatur, & non pro veritate, Menoch. de præsumtio. lib. 5. præsumt. 4. nu. 9. Mascard. de probat. lib. 2 conclusio 1003. n. 67. lib. 3. conclusio. 1155. nu. 2. seqq.* vbi bene exornat hanc rationem, *iuncto num. 32.* vbi notabiliter dixit, quod licet quandoque pauperes magis veritatem testificentur, quam diuites, frequentius tamen accidit, vt pauperes corrumpantur, quam diuites, & ideo Iurisconsultus, dum testi pauperi fidem diminuit, secutus est id, quod frequentius accidit, non id, quod raro. Igitur cum hæc ratio præsumtæ falsitatis & corruptionis generalis sit, siue pauper de se examinetur, siue etiam in concursu aliorum, ideo eo vtroque casu, & generaliter eum testem, integræ fidei, & non omni exceptione maiorem, indubitanter teneas.

* communi

AMPLIA

4 AMPLIA I. Propositam regulam, † vt non solum pauper non sit integer testis, verum etiam omninò à testimonia repellatur, & si admittatur, nihil prorsus probet: sic enim per illum text. *in d. l. 3. ff. de testib.* voluisse videtur ibidem glo. *in verbo, egens, & in d. c. si testes, §. testium fides, in verbo, locuples, 4. q. 3.* põderando illius verba, *ibi. admittitur tamen interdum, &c.* † Ergo regula est in contrarium, quod nõ admittatur propter illam dictionem, *interdum*, quæ denotat regulam in contrarium, ad notata per Ias. *in repetit. l. admonendi, n. 7. ff. de iureiuran. & per Dec. in l. actionibus, n. 23. ff. de in litem iuran.* Sed in specie, & expresse, quod nõ admittatur, affirmarunt Spec. *in tit. de teste, §. 1. n. 61. versic. item quod est pauper, Iacob. Butriga. in tractat. de testib. num. 3. Iacob Ægid. in simili tracta. de testib. n. 8 vers. repelluntur pauperes, Nell. de testibus, n. 30. Aufr. de reprob. test. n. 78. Iodoc. in pract. crimin. in cap. 50. rubr. de reprobat. testium, n. 17. versic. similiter pauperes à testando tolluntur, Paris. consil. 53. nu. 12. lib. 4. Anton. Gomez. variar. resolut. tomo 3. cap. 12. rubric. de probatio. delict. num. 19. vbi testatur de communi* opinione, Ioa. Mar. Monticell. in suo repertorio testiũ, verbo. pauper. fol. 54. colum. 1. versic. 1. plures refert Gabriel, tit. de testib. lib. 1. conclus. 18. n. 4. versic. contrarium, quod pauper, &c. aliosque plures adducit Mascard. de prob. lib. 3. conclus. 1155. n. 1.*

* communem

* Et hanc non solum communem, * & receptam, sed etiam ab ea se non audere discedere (& si cõtrarium verius existimet,) fatetur Claud. *in addit. ad Bertazzo. in consil. 210. nu. 7. litera B, vers. inepte, vt arbitror. lib. 1.*

6 Et † pro hac ampliatione põderari potest etiam tex. *in cap. in primis, versic. sed & de personis, 2. q. 1.* in illis verbis, ibi. *Aut ne inopes sint, aut ne forte aliquas contra Episcopum inimicitias habuissent.* Ex quibus cum à summo Pontifice in eo textu fiat æquiparatio paupertatis, & inimicitiæ, sequitur, quod sicut inimicus à testificando repellitur, *vt suo loco dictum est*, ita etiam repelli debeat pauper.

7 Pondero † etiam pro hac eadem ampliatione verba text. *in d. l. 3 in fine princ. ff. de testibus*, vbi habetur, quod si testis careat suspicione, vel ratione personæ, puta quod sit honesta, vel ratione causæ, quod neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ causa sit testificaturus, tunc vtiq; ad testimonium admittendus est: vnde arguendo à contrario sensu non est admittendus, vbi contra eum laborat suspicio, quod lucri causa sit testificaturus, Sed pauper talis est, *vt pleneprobaui sup. num. 3.* Ergo, &c.

8 Contrarium, † quod imo sola paupertas testem à testimonio dicendo non repellat, nisi aliunde sit persona suspecta, affirmarunt Abb. *in capit. si quis testium, nu 8. versicul. puto autem testem admittendum, & ibidem Imol. n. 3. versicul. sed in ciuili bene admittitur, nisi sit persona suspecta, &c. Ancharan. nu. 4. Butrig. n. 8. in fine, extra de testibus, Ias. in authen. præterea, nu. 27. in fine, & ibidem Dec. num. 16. versic. moderniores hic illam reprobant, C. vnde vir & vxor. Socin. regul. 289. in principio, iuncta 1. & 3. fallen. in versicul secus autem in vo, Rui. consil. 158. nu. 27. volum. 5. & consil. 150. n. 12. versic. & primo negatur, eodem volum. 5. Dec. cons. 163. nu. 4. versic. sed ad ista respondetur, Aym. cons. 249. n. 11. versic. primo quoniam, & versic. quia licet sola paupertas, & versi. licet aduocatus, Lanfran. de testib. nu. 85. Crot de testibus, part. 4. n. 133. Gabriel, libro 1. de testib. conclus. 18. n. 1. iuncto num. 4, vbi alios idem tenentes refert. Catellian. Cotta in suis memoral sub versic. paupertas repellit à testificando, Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. tit. de testib. in parte, person. testium aggrediendo, verbo, pauper, nu. 80. versic. in causa ciuili. folio mihi 107. Menoch. de arbit. q. lib. 2. casu 65. n. 12. versic. verius itaque, & casu 96. n. 2. Bertazzo cons. 68. n. 6. versic. quia respondetur, lib. 1. Beninca* in tractat. de pauperta. quæst. 4. n. 45. & de communi* testati sunt Viui. in suis commun. opin. verbo, testis propter solam paupertatem, in principio. Soarez in sua collecta commun. opin. litera T. num. 123. Claud. addit. ad Bertazzo. consil. 210. nu. 7. litera B. versic. sane, in reprincipali,* vbi adducit alios concordantes, cum quib. cumulari possunt etiam omnes Dd. relati *sup. in reg. num. 1.* qui dum affirmarunt testem pauperem non esse integræ fidei, & omni exceptione maiorem, tacite etiam sentiunt eum admitti, licet admisso, & examinato de fide propter paupertatem diminuatur, ita quod ex multitudine Dd. hanc contrariam opinionem tenentium facile dici potest illam magis communiter * receptam esse, & eam sequuta est Rota Romana coram Do. Cæsare de Grassis, *in manuscriptis 12. in impressis 81. nu. 1. & iterum coram eodem in manuscriptis 6. in impressis 75. n. 1. & iterum in manuscriptis, decis. 9. in impressis 70. num. 5.*

* communem

Faciunt † pro hac contraria opinione plura iura, & 9
rationes per præallegatos Dd. considerata, & in primis adducitur text. *in d. capi. si qui testium, extra de testib.* vbi conceditur remissio ad partes pro examinandis testibus pauperibus, ergo non repelluntur à testificando, quia si repellerentur, non vtique concederetur talis remissoria.

Secundo † ponderatur text. *in d. l. 3. ff. de testib. in illis* 10
verbis, & an locuples, vel egenus sit, vt lucri causa quid facile admittat. Quia si velit textus, quod non simpliciter egenus à testificando repellatur, sed tunc demum, si sit alias suspectus, quod lucri causa contra veritatem deponat: sic enim reperio textum illum ponderatum à Gabri. *rub. de testib. lib. 1. concl. 18. num. 1.*

Tertio facit, † quia paupertas non est de genere ma- 11
lorum, *cap. illa, in fine, 45. quæst. 1.* ideo non debet repellere testem à testimonio dicendo, in quo præcipue consideratur vitæ integritas, & legalitas, quæ non ex diuitiis, sed ex morum honestate inducitur, *l. siue oportet, §. cum quis, ff. de tutor. & curato. dat. ab his, cum aliis in proposito adductis per Crot, de testibus part. 4. num. 133. versicu. præterea, & tertio.*

Quarto † si ob paupertatem testis repelleretur, se- 12
queretur etiam, quod de iure Digestorum repelleretur filius familias, cum eo iure, omnia pleno iure patri acquirantur, exceptis castrensibus, vel quasi, *l. placet, ff. de acquir. hered.* consequens est falsum, *l. pater, ff. de testib.* ergo & antecedens.

Duas † alias rationes affert Crot. de testib. *d. par. nu.* 13
133. quas ibi apud eum videre poteris, quarum illa etiam non modice stringit, quia si aliter diceremus, multum angustaretur facultas probandi contra *l. quoniam, C. de hæret. & Manich.* cum hodie sit multo maior multitudo pauperum, quam non pauperum.

Et † ita residendo cum hac vltima cõtraria opinione 14
tanquã etiam magis communi * (licet etiam prima nõ * sit ratione, & probabilitate carens, vt demonstraui) cõcludo pauperem ob solam paupertatẽ à testificando nõ repelli, in causis ciuilibus, sed tantũ ei de fide diminui, vt in regula, quid autem in criminalibus, modo dicam.

AMPLIA II. Eandem † propositam regulam, vt 15
multo magis procedat in causis criminalibus, in quibus pauperes non solum reputantur à Dd. non integræ fidei, non idonei, & non omni exceptione maiores, prout voluerunt Ruy. *consil. 159. nu. 27. ver. & pauperi simpliciter, lib. 5. & consil. 149. num. 32. vers. prædicti autem non sunt tales, eod. vol. 5. Alex. cons. 15. num. 3. vol... Campeg. de testibus. reg. 113. in 3. fal. & est communis,* vt per Soarez. in suis com.* * opin. *litera T. num. 125. & etiam testatur Uctau. Ofasc. consi. 66. num. 22.*

Verum † etiam eos omnino inhabiles, & nõ admit- 16
tendos probat text. *in l. nonnulli C. de accusa.* vbi quod ob paupertatem quis repellitur ab accusando, ergo multo magis à testificando: cõsequentia patet euidenter, quia testimonium dicere est maioris præiudicii, quam accusare, cum iudex sententiam suam daturus sit secundum allegata, & probata, non secundum portectam accusationem, *l. qui accusare, C. de eden. cum aliis sic in proposito considerat. per Crot. de testibus. par 3 nu 24. versic. aduerte tamen,*

&c.

testis integræ fidei, & omni exceptione maior, verum etiam omnino à testimonio repellitur, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, num. 70. & 71.

Viles admittuntur ad testimonium in duobus casibus, primo contra valde diffamatum. num. 72. secundo in casu, in quo nobiliores habere non possunt, num. 73. vtroque tamen casu non sunt testes omni exceptione maiores, nu. 74.

Pauper non repellitur à testificando. nec ei de fide diminuitur si alias sit persona honesta, & bonæ famæ. num. 75. seqq. vbi bene probatur hæc conclusio; illa tamen qualitas honestatis & bonæ famæ est probanda per allegantem, & non præsumitur in dubio, num. 82. seqq.

Honestas personæ in omni casu spectanda est, num. 76.

Fides non supplet paupertatem in iis, in quibus diuitiæ requiruntur, num. 78. secus in iis in quibus requiritur honestas personæ, num. 79. sed quid in iis, in quibus vtrumque mixtim requiritur? num. 80.

Bonus & bonæ famæ in dubio quis præsumitur, nu. 83. fallit vbi in specie requiritur à lege, vel à constitutione hæc qualitas bonitatis, num 84. item fallit vbi in contrarium adest aliqua specialis scelerispræsumtio, num 85.

Paupertas est probanda per allegantem, nu. 86. seqq. vbi præsertim in iudicio.

Pauper quis dicatur præsumitur, & non diues, nu. 87.

Paupertas non censetur probata per testem, qui dicit se pauperem, num. 88. 89.

Pauper testu quis dicatur. multæ fuerunt Dd. opiniones, vna fuit quod ille dicatur pauper, qui non habet tantum in bonis, quãquod valeat causa, n. 90. secunda fuit opinio eum dici pauperem, qui non habet in bonis aureos quinquaginta, nu. 91. & harum opinionum prima procedit in ciuilib. secunda in criminalib. num. 92. tertia est opinio quod iudicis arbitrio relinquatur, & ista est verior, & communior, num. 93. seqq.

Pauperis testimonium suppletur, vel ex legalitate alterius testis, num. 95. vel ex numero plurium testium, nu. 96.

Pauperes, & viles non repelluntur pro testibus in instrumentis, num. 97.

Pauperes testes quantum probent, & quanta sit eis fides adhibenda, iudicis arbitrio relinquitur, num 98. sed an hæc conclusio procedat etiam in criminalibus, num. 99. seqq.

QVÆSTIO LVII.

OPPONITVR V. Contra testes, quod sunt paupetes, & viles, in qua oppositione

1 REGVLA sit, † quod pauper nõ est testis idoneus. & integer, vel, vt alii dicunt, omni exceptione maior, quia paupertas ei de fide diminuit: sic enim per text. *in l 3 in princ. ff. de testibus, canonicata in c. si testes, §. testium fides 2. quæst. 3. ibi, & ne locuples vel egens sit, &c. in primis, versic. sed & de persona, 2. q. 1. ibi, aut ne inopes sint.* Regulam hanc firmarunt Bal. *in c. si qui testium, num. 5. in princip. iuncto versicul. si autem nullius est fama, extra de testib.* vbi notabiliter dixit, quod non est idoneus, qui egestate laborat, *l. qui satisdare, ff. de fidei ussor. l. si creditores, ff. de priuileg. creditor. l. si vero, §. 1 ff. qui satisd. cogan.* Et ideo si pauper est bonæ famæ, & tunc reputatur idoneus (de quo tamen dicam infra in limitationibus,) si vero nullius famæ, hoc est, infia in limitationibus,) si vero nullius famæ, hoc est, neque bonæ neque malæ, & tunc minus ei creditur, *Roman in l. 2. n. 3 ff qui satisdar. cogantur*, vbi quod ratione paupertatis dictum testis debilitatur, *Ancharan. consil. 104. in causa. colum. final. Alex. consil 18. num. 2. volum. 3. Socin. reg. 289. in 3 fallen. vers. dicit tamen tibi, &c. Ruyn. consilio. 138. nu. 27. vers. & pauperi simpliciter, lib. 5. & consilio. 130. nu. 10 lib. 5. & consil 150. num. 12. vers. quia licet alias pauper in 5. Paris. consil. 164. num. 2. libr. 4. Aym. consil. 249. sub num. 12. in princ. & in versicul. primo quoniam, Ripa in 3. respon. de fponsal. & matrim. num. 8 Socin. iun. consil. 183. n. 40. vol. 2. Natta conf. 666. num. 1. in 4. volum. Cephal. consil. 98. nu. 39. lib. 1. & cons. 169. nu. 13. eodem volum. 1. & consil. 227. nu. 69. lib. 2. Ofa. Idem. consil 66. num. 22. Claud. ad Bertazzol. consilio 210. nu. 7. litera B. versicul. nec diminuitur de fide, ibi, Imò, quod absolute diminuatur de fide &c. Idem Bertaz. consil. 170 num. 12. Plot. de in litem iuran. §. 50. num. 17.* vbi propterea infert, quod pauperi non est deferendum iuramentum in litem aut in supplementum, *Crot. de testibus, par. 3. num. 24. vers. ideo infert Aretinus*, vbi propterea, quod duo testes pauperes non bene probant. *Campeg. de testibus regu. 113. in princip. Catellian. Cotta in memoral. verbo paupertas repellat à testificando, Gabriel, de testibus, conclus. 18. num. 19. vbi alios refert, Menoch. de arbit. quæstio. lib. 2. casu 65. num. 12. versicul. verius itaque, & casu 96. num. 9. vers. est ratio. Soarez. in suo thesau. commu. opin. litera T. nu. 24. vbi testatur de communi * opinione. Viui in commun. opin. verbo, testis propter so- * lam paupertatem, versic. & licet testis, Masc. de prob. lib. 3. concl. 1155. nu. 8. & num. 12. vos alios plures refert concordantes.*

Et † licet contrarium, quod imo testi propter solam 2
paupertatem nihil de fide diminuendum sit, affirmauerit Marsil. post Aret. quem allegat *in consilio 13. viso diligenter, &c. colum. 2. in l. ex libro, num. 8. vers. & hanc partem*, vbi dixit, tunc demum testi pauperi diminui de fide, quando scilicet concurrit cum aliis testibus ditioribus (de quo latius infra dicã) & in ceteris æqualibus, prout videtur loqui text. *in d. l. 3. ff. de testib.* secus autem si non concurrit cum aliis, & Marsil. *sicut supr. dicentem*, referendo sequatur Moncad. *in addit. ad Crot. de testib. nu. 24. litera C. in verbo, plene probatum*, vbi propterea infert, ex dicto duorum testium pauperum induci plenam probationem, aliis testibus contrarium nõ deponentibus, à quibus nec dissentire videatur Claud. *in addit. ad Bertazz. conf. 210. num. 7. litera B. Pater. nec diminuitur de fide*, vbi alios huius contrariæ opinionis adducit auctores, iũcto versicu. *neque huic me subscribo sententiæ*, vbi affirmat, satis impium sibi videri illis adimere testimonii ferendi perfectam auctoritatem, quibus fortunæ lusus ademit bona, cum tunc paupertatis qualitas aduersione digna sit, vbi pauperis fides in dubium reuocatur, prout loquitur text. *in §. sancimus, in Auth de testib. & in d. l. 3 ff. coll.* non autem simpliciter, si testis nullam aliam præter paupertatis notam patiatur.

Non † per hoc tamẽ recedendum putauerim à pro- 3
posita regula, quæ sicut magis cõmuniter * à Dd. recepta est, ita etiam & verior, & rationabilior apparet: ratio autem bene exprimitur *in d. l. 3. in principio ibi, vt lucri caussa quid facile admittat, ff. de testibus*, per quem text. passim, & vbique communiter * omnes Doctores exclamant ex paupertate orii in teste præsumtionem mendacii & corruptionis, *vt videre est apud gloss. in d. l. 3. in verbo, egens, & gloss. in c. testes, §. testium fides, in verbo, locuples. 4. q. 3.* vbi refert dictum Salomonis dicentis, *Paupertates ne dederis mihi, ne pauper per iurem nomen Domini*, Cyn. *in l. 3. nu. 8. vers item ex rerum accidentia*, C. de reb cred. Iacob. Ægid. *in tract. de testibus, num. 8. ver. quia timor est, Iodoc. in pract. crimin. c. 50. rubric. de reprob. test. num. 17. versicul. alter a ratio*, Beninca. *in suo tract. de pauperta. q 4. n. 44. vers. quamobrem, &c.* vbi refert dictum Meland. Philosophi dicentis, *Pauper si iustã causam dixerit aliquid accipiendi gratia dũtis, Pauper si iustã causam dixerit aliquid accipiendi gratia dũtis*, Menoch. *de præsumt. lib. 5. præsumt. 4. nu. 9.* Castellard. *de probat. lib. 2. consumtio. lib. 5. præsumt. 4. nu. 9.* Castellard. *de probat. lib. 2. conclusio 1003. n. 67. lib. 3. conclusio. 1155. nu. 2. seqq.* vbi bene exornat hanc rationem, *iuncto num. 32.* vbi notabiliter dixit, quod licet quandoque pauperes magis veritatem testificentur, quam diuites, frequentius tamen accidit, vt pauperes corrumpantur, quam diuites, & ideo Iurisconsultus, dum testi pauperi fidem diminuit, secutus est id, quod frequentius accidit, non id, quod raro. Igitur cum hæc ratio præsumtæ falsitatis & corruptionis generalis sit, siue pauper de se examinetur, siue etiam in concursu aliorum, iccirco vtroque casu, & generaliter eum testem, integ æ fidei, & non omni exceptione maiorem, indubitanter teneas.

AMPLIA

4 AMPLIA I. Propositam regulam, † vt non solum pauper non sit integer testis, verum etiam omnino à testimonia repellatur, & si admittatur, nihil prorsus probet: sic enim per illum text. *in d. l. 3. ff. de testib.* voluisse videtur ibidem glo. *in verbo, egens, & in d. c. si testes, §. testium fides, in verbo, locuples, 4. q. 3.* põderando illius verba, ibi. *admittitur tamen interdum, &c.* † Ergo regula est in contrarium, quod nõ admittatur propter illam dictionem, *interdum*, quæ denotat regulam in contrarium, ad notata per Ias. *in repetit. l. admonendi, n. 7. ff. de iureiuran. & per Dec. in l. actionibus, n. 23. ff. de in litem iuran.* Sed in specie, & expresse, quod nõ admittatur, affirmarunt Spec. *in tit. de teste, §. 1. n. 61. versic. item quod est pauper, Iacob. Butriga. in tractat. de testib. num. 3. Iacob Ægid. in simili tractat. de test. n. 8 versi. repelluntur pauperes, Nell. de testibus, n. 30. Aufr. de reprob. test. n. 78. Iodoc. in pract. crimin. in cap. 50. rubr. de reprobat. testium, n. 17. versic. similiter pauperes à testando tolluntur, Paris. consil. 53. nu. 12. lib. 4. Anton. Gomez. variar. resolut. tomo 3. cap. 12. rubric. de probatio. delict. num. 19. vbi testatur de communi * opinione, Ioa. Mar. Monticell. in suo repertorio testiũ, verbo. pauper. fol. 54. colum. 1. versic. 1. plures refert Gabriel, tit. de testib. lib. 1. conclus. 18. n. 4. versic. contrarium, quod pauper, &c. aliosque plures adducit Mascard. de prob. lib. 3. conclus. 1155. n. 1.*

* Et hanc non solum communem, * & receptam, sed etiam ab ea se non audere discedere (& si cõtrarium verius existimet,) fatetur Claud. *in addit. ad Bertazzo. in consil. 210. nu. 7. litera B, versi. inepte, vt arbitror. lib. 1.*

6 Et † pro hac ampliatione põderari potest etiam tex. *in cap. in primis, versic. sed & de personis, 2. q. 1.* in illis verbis, ibi. *Aut ne inopes sint, aut ne forte aliquas contra Episcopum inimicitias habuissent.* Ex quibus cum à summo Pontifice in eo textu fiat æquiparatio paupertatis, & inimicitiæ, sequitur, quod sicut inimicus à testificando repellitur, vt *suo loco dictum est*, ita etiam repelli debeat pauper.

7 Pondero † etiam pro hac eadem ampliatione verba text. *in d. l. 3 in fine princ. ff. de testibus*, vbi habetur, quod si testis careat suspicione, vel ratione personæ, puta quod sit honesta, vel ratione caussæ, quod neque lucri, neque gratiæ, neque inimicitiæ caussa sit testificaturus, tunc vtiq; ad testimonium admittendus est: vnde arguendo à contrario sensu non est admittendus. vbi contra eum laborat suspicio, quod lucri caussa sit testificaturus, Sed pauper talis est, *vt plene probaui sup. num. 3.* Ergo, &c.

8 Contrarium, † quod imo sola paupertas testem à testimonio dicendo non repellat, nisi aliunde sit persona suspecta, affirmarunt Abb. *in capit. si quis testium, nu 8. versicul. puto autem testem admittendum, & ibidem Imol. n. 3. versicul. sed in ciuili bene admittitur, nisi sit persona suspecta, &c. Ancharan. nu. 4. Butrig. n. 8. in fine, extra de testibus, Ias. in authen. præterea, nu. 27. in fine, & ibidem Dec. num. 16. versic. moderniores hic illam reprobant*, C. vnde vir & vxor. Socin. regul. 289. in principio, iuncta 1. & 3. fallen. in versicul. secus autem in vo, Rui. consil. 158. nu. 27. volum. 5. & consil. 150. n. 12. versic. & primo negatur, eodem volum. 5. Dec. cons. 163. nu. 4. versic. sed ad ista respondetur, Aym. cons. 249. n. 11. versic. primo quoniam, & versic. quia licet sola paupertas, & versi. licet aduocatus, Lanfran. de testib. nu. 85. Crot de testibus, part. 4. n. 133. Gabriel, libro 1. de testib. conclus. 18. n. 1. iuncto num. 4, vbi alios idem tenentes refert. Cattelian. Cotta in suis memoral sub versic. paupertas repellit à testificando, Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in causs. ciuil. tit. de testib. in parte, personas testium aggrediendo, verbo, pauper, nu. 80. versic. in caussa ciuili, folio mihi 107. Menoch. de arbit. q. lib. 2. casu 65. n. 12. versic. verius itaque, & casu 96. n. 2. Bertazzo cons. 68. n. 6. versic. quia respondetur, lib. 1. Beninca-* sa in tractat. de pauperta. quæst. 4. n. 45. & de communi * testati sunt Viui. in suis commun. opin. verbo, testis propter solam paupertatem, in principio. Soarez. in sua collecta commun. opin. litera T. num. 123. Claud. addit. ad Bertazzo. consil. 210. nu. 7. litera B. versic. sane, in reprincipali, vbi adducit alios concordantes, cum quib. cumulari possunt etiam omnes Dd. relati *sup. in reg. num. 1.* qui dum affirmarunt testem pauperem non esse integræ fidei, & omni exceptione maiorem, tacite etiam sentiunt eum admitti, licet admisso, & examinato de fide propter paupertatem diminuatur, ita quod ex multitudine Dd. hanc contrariam opinionem tenentium facile dici potest illam magis communiter * receptam esse, & eam sequuta est Rota Ro- * mana coram Do. Cæsare de Grassis, *in manuscripti 12. in impressis 81. nu. 1. & iterum coram eodem in manuscripti 6. in impressis 75. n. 1. & iterum in manuscripti, decis. 9. in impressis 70. num. 5.*

Faciunt † pro hac contraria opinione plura iura, & 9
rationes per præallegatos Dd. considerata, & in primis adducitur text. *in d. capi. si qui testium, extra de testib.* vbi conceditur remissio ad partes pro examinandis testibus pauperibus, ergo non repelluntur à testificando, quia si repellerentur, non vtique concederetur talis remissoria.

Secundo † ponderatur text. *in d. l. 3. ff. de testib. in illis* 10
verbis, & an locuples, vel egenus sit, vt lucri caussa quid facile admittat. Quia si velit textus, quod non simpliciter egenus à testificando repellatur, sed tunc demum, si sit alias suspectus, quod lucri caussa contra veritatem deponat: sic enim reperio textum illum ponderatum à Gabri. *rub. de testib. lib. 1. concl. 18. num. 1.*

Tertio facit, † quia paupertas non est de genere ma- 11
lorum, *cap. illa, in fine, 45. quæst. 1.* ideo non debet repellere testem à testimonio dicendo, in quo præcipue consideratur vitæ integritas, & legalitas, quæ non ex diuitiis, sed ex morum honestate inducitur, *l. siue oportet, §. cum quis. ff. de tutor. & curato. dat. ab his, cum aliis in proposito adductis per Crot, de testibus part. 4. num. 133. versicu. præterea, & tertio.*

Quarto † si ob paupertatem testis repelleretur, se- 12
queretur etiam, quod de iure Digestorum repelleretur filiusfamilias, cum eo iure, omnia pleno iure patri acquirantur, exceptis castrensibus, vel quasi, *l. placet, ff. de acquir. hered.* consequens est falsum, *l. pater. ff. de testib.* ergo & antecedens.

Duas † alias rationes affert Crot. de testib. *d. par. nu.* 13
133. quas ibi apud eum videre poteris, quarum illa etiam non modice stringit, quia si aliter diceremus, multum angustaretur facultas probandi contra *l. quoniam, C. de hæret. & Manich.* cum hodie sit multo maior * multitudo pauperum, quam non pauperum.

Et † ita residendo cum hac vltima cõtraria opinione 14
tanquã etiam magis communi * (licet etiam prima nõ * sit ratione, & probabilitate carens, vt demonstraui) cõcludo pauperem ob solam paupertatẽ à testificando nõ repelli, in causis ciuilibus, sed tantũ ei de fide diminui, vt in regula, quid autem in criminalibus, modo dicam.

AMPLIA II. Eandem † propositam regulam, vt 15
multo magis procedat in caussis criminalibus, in quibus pauperes non solum reputantur à Dd. non integræ fidei, non idonei, & non omni exceptione maiores, prout voluerunt Ruy. *consil. 159. nu. 27. ver. & pauperi simpliciter, lib. 5. & consil. 149. num. 32. vers. prædicti autem non sunt tales, eod. vol. 5. Alex. cons. 15. num. 3. vol... Campeg. de testibus. reg. 113. in 3 fal. & est communis, * vt per Soarez. in suis com. * opin. litera T. num. 125. & etiam testatur Octau. Ofa. consi. 66. num. 22.*

Verum † etiam eos omnino inhabiles, & nõ admit- 16
tendos probat text. *in l. nonnulli C. de accusa.* vbi quod ob paupertatem quis repellitur ab accusando, ergo multo magis à testificando: cõsequentia patet euidenter, quia testimonium dicere est maioris præiudicii, quam accusare, cum iudex sententiam suam daturus sit secundum allegata, & probata, non secundum correctam accusationem, *l. qui accusare, C. de eden. cum aliis sic in proposito considerat. per Crot. de testibus par 3 nu 24. versic. aduerte tamen,*

& ita etiam arguit Ang. de Malef. in verbo, & ad querelam, num.34. Anton.de Butr.in c.si qui testium, nu.8.in fin.Imo.ibid. nu.3.extra de testib. Ruin.consil.130.n.10.versi.quia in criminali. & ver.quemadmodum ergo in causa criminali, lib.4. & consil.149.n.34.versi.siue ergo habeamus respectum ad causam criminalem, libr.5.& consil.150.nu.12.versic.quod pater, & n. 13.versic.quia si essent tales, & n.15.versic.si ergo in causa criminali, eod.lib.5.Alb.in tracta de testibus, capit.5.nu.24.versi.in criminalibus, Soc.regul.289.in 2.fall. vbi, quod ita tenent communiter * omnes in d.c.si qui testium, extra de testibus, & de communi etiam testatur Ioan.de Anic.in consil.78.nu.5. Alexand.de Neuo, in consil.97.nu.18.& 19.Roland.cons.63. nu.34.lib 2.vbi etiam de communi, Bursat.consil.154.n.4.lib. 1.& cons.216.nu.92.lib.2.Octau.Osasc.cons.64.nu.35.Claud. ad Bertazzo.consil.210.litera B.versic.quod attinet ad crimina. Couarru.variar.resolu.libr.2.c.6.n.8.versi. præsertim in causis capitalibus.Corradus in pract.§.2.de offi.præt.in causis ciuil.tit. de testibus,rubric. personas testium aggrediendo, verbo, pauper, fol.107.n.80.in princip.vbi etiam de communi, & eod.nu. 80. in fin.in 2.limitatione,Gabriel,lib.1.rubric.de testibus,conclusio. 18.nu.5.Viui.in commu.opin.verbo, testis, propter solam paupertatem,in fin.versi. sed predicta, vbi pariter de communi,Clar.in pract.§.fin.q.24.ver.quæro etiam nunquid, Bonac.in comm.opin.crim.par.1.ver.testes viles,& pauperes,fol.mihi 172.in princ. vbi etiam de communi, Mascard. de prob.lib.3.conclus.1155. num.11.& concl.1358.num.37 eod.lib.3.*

17 Et † licet in contrarium, quod imo tam in ciuilibus, quam etiam in criminalibus testis ob solam paupertatem non repellatur, affirmauerint Abb.*in d.c.si qui testium,nu.8.ver.aduerte tamen, iuncto ver.puto autem, extra de testibus,Dec.in consil.163.num.7.versi.præterea non est verum, Menoch de arbit.quæst.lib.2.casu 96.n.4.Mascard.de probatio.lib.3.conclus.1155.num.13.& 14.vbi alios adducit,quos & ante eum adduxerat Gabriel. d. conclus.18.post num. 6.* † Ego 18 tamen non auderem à proposita ampliatione per tot Dd. vnanimiter firmata,in iudicãdo recedere, pro qua facit illa inconuincibilis ratio,quia scilicet in criminalibus testes non recipiuntur, nisi sint omni exceptione maiores, prout infra,suo loco, in materia testium inhabilium,in genere dicã, & tamen pauperes nõ esse tales, satis superq; demonstratũ fuit supra,*in regula,n.1.& seqq.*

19 Et † licet rursus Clar. in hac contrarietate, *in pract.§. final.quæst.24.versi.quæro etiam nunquid*, distinguendo dixerit, quod admittitur in testem pauper in causa criminali,si sit persona honesta,secus,si sit persona turpis: talis enim distinctio,quæ sine dubio in se verissima est, non resoluit penitus propositam dubitationem, quia quid si non apparet, quod sit turpis, vel honesta persona? Tunc intrant opiniones Dd. contrariæ, ideo non recedas ab ampliatione.

20 LIMITA I. Hanc † secundam ampliationem, quia cum tortura pauper admittitur in criminalibus, & sic tortura purgat illam suspicionem, quod scilicet propter solam paupertatem, & lucri causa quis sit falsum dicturus,de qua *in d.l.3.in princ.ff.de testib.* istud fuit originale dictum,Spec.*in tit.de teste, §.1.versicul. in primis vero, quem sequuti sunt, Nell.de testib.nu.30.ver.sed in criminalibus, Alb.de Malet.de testibus,c.5.n.24.in fin. Campeg.de testib.reg. 113.in 3.fallen.Gabriel,lib.1.rubr.de testib.conclusio.18.n.6.Couarru.variarum resolut.tomo 2.cap.6.num.8.ver.modo tortus, &c. Corrad.in pract.§.2.de offic.præto in caus.ciuil.titul. de testibus,rubr.personas testium aggrediendo, verbo.pauper,fol.107 n. 80.versic.Albericus, &c. nu. 81. versi.postremo ad præmissa.fol. 108.Mascard.de proba.lib.3.conclus.1155.nu.12.ad finem.*

Sed an, vbi alias pauperes, & viles admittuntur ad testificandum, admittantur sine tortura, vel cum ea? Vide ℑ.*num. 62.& seqq.* & secundum ibi posita,declara istam limitationem.

21 LIMITA II. Vt licet in criminalibus † pauperes non admittantur, si tamen ad fisci instantiam aliquid deponant contra fiscũ,probant cõtra eũ,*vt per Bonacos. in suis commu.opi.crim.part.1.versi.testes viles, vt pauperes,folio mihi 172. allegat Brun.inter cons.crim. diuers.cons.115.nu.41. tom.2.* Et faciunt quæ ℑ. de testib. inhabilib. quod probent contra fiscum & producentem,dixi *in q.62.nu.213.*

LIMITA III. Eandem † secundam ampliationem, 22 quia & in criminalibus testes pauperes recipiuntur ad probandam rei innocentiam, & sic ad illius defensionem,*Crot.de testibus,part.3.num.28.versic.quarto fallit, Mascard.de prob.lib.2.conclus.904.num.3.& lib.3.conclus.1155.n. 30.& 31.Natta consil.666.in princip.iuncto num.1.seqq,* vbi tamen, † quod nec isto casu est integræ fidei, & omni 23 exceptione maior, faciunt quæ in simili & generaliter de testibus inhabilibus ad defensam examinandis, dixi ℑ.q...num....

LIMITA IV. Dictam † ampliationem, quia & in 24 criminalibus pauperes examinati, licet examinari non debuissent,faciunt indicium ad torturam, *vt per Bertazzo.in consil. 210. num.7. lib.1. quem refert Mascard.de probat. lib.3.concl.1155.num.15.*

SVBLIMITANDO Hanc † limitationem aduer- 25 te,quod Bal.*in l.cunctos populos, C.de sum. Trin.& fide Catho.& Gramm in consil.1.nu.4.& 5.per Bertazzol. vbi sup.* allegati, licet non loquantur in paupere, loquuntur tamen de infame,quod plus est,sed præsupponunt testiũ pluralitatem, quasi quod numerus defectum suppleat etiam in criminalibus quoad torturam, *vt bene declarant Gram. d.cons.1.nu.4.& Natta cons.362.nu.10.* & alibi suo loco dicam in materia testis inhabilis, *q.62.n.312.* Et in specie in materia testium pauperum, quod numerus suppleat defectum, dixi ℑ.*nu. 96.* ideo declara hanc limitationem, vt procedat secundum ea,quæ tam de infame infamia iuris quã de infame facti, dixi sup.in præcedenti *q.in 1.art.nu.54.seqq.& in 2.artic.nu.120.seqq.*

AMPLIA III. Propositam † principalem regulam, 26 vt multo magis procedat in causa ciuili, ardua, & magna,in qua,(cum ea criminali æquiparetur,) pauper testis nõ solum reputatur non idoneus, non integer & non omni exceptione maior,*vt per Ruyn.in consilio,158.n. 17.(27) versic.idem ergo in ciuili causa, libr.5.* vbi loquitur in causa maioris partis bonorum alicuius, *Aym. consil. 249.n.10.in fine,versicul.& etiam iste testis,iuncto nu.11.* vbi loquitur in causa vnius hereditatis, *Cephal.consil.227.n. 68.libr.2.* vbi simpliciter loquitur in causa magna.

Verum etiam omnino † nec admittitur, *vt per Gabr.* 27 *rubric. de testib. lib.1.conclus.18.nu.8.in 3.limitatione, nec dissentit Masc.de prob.lib.3.conclus.1155.num.16.* faciunt quæ in simili de infame infamia facti, dixi *sup.in antecedenti q.in 2.art.num.107.*

AMPLIA IV. Eandem regulam, † vt idem & pari- 28 ter multo magis, sit in causa matrimoniali, quæ cũ grauis, & magna reputetur, hoc ideo pauperem, non solum non esse integrum, & plenæ fidei testem, dixerunt Ruy.*consil.149.nu.30.versic idem ergo,lib.5.& alii plures relati per Mascard. de prob.lib.3.conclus.1555.nu.17.*

Verum etiam eum omnino repelli,† & non admitti 29 ad testificandum,voluit idem Rui. *consi.130.nu.10.versi. quemadmodum ergo, lib. 4.& sequuti sunt plures alii relati per Gabriel,d.conclus.18.num.7.*

Et † licet contrarium pluribus defendat Dec.*in cons.* 30 *193.n.4.seqq.cum aliis relatis per eundem Gabriel, d.conclus.18. eod.nu.7.versic.contrarium, &c. & per Masc.d.conclus.1155. num.19.& 20.& Menoch.de arb.quæst.lib.2.casu 96.nu.5.*

Non † per hoc tamen ego discederem à proposita 31 ampliatione,præsertim, vbi agitur de dissolutione matrimonij, prout in iis terminis loquitur Rui.*d.cons.149. nu.33.versic.& quod pauper,lib.5.& consil.150.n.12.versic.igitur saltem in casu nostro, & num.13.versi.quando tamen agitur de dissolutione,& num.15.versi.igitur.vbi de matrimonio dissoluendo agitur,libr.5.*

E: † li-

32 Et † licet in hac contrarietate Mascard.*in d.concl.115. num.21.* distinguendo dixerit, quod in causa matrimoniali pauper honestæ vitæ admittatur, secus vero si sit
33 inhonesta persona. † Hæc tamen distinctio, licet in se verissima sit, non tamen tollit dubitationem, quia non resoluit, quid si appareat eum esse honestæ vel inhonestæ vitæ: prout sunt termini propositæ ampliationis: Ideo ab ea non recedas.

34 AMPLIA V. In † inuentarij confectione, in qua cum requirantur testes optimæ opinionis, prout dixit text.*in §.si vero absunt,in authent.de hæred.& Falcid.* hoc ideo testes pauperes, & non possidentes bona, minime recipiuntur, *vt dicit text.in d §.si vero absunt, Decius in authent.præterea, numero 16. versicul.secundo considerandum est,C.vnde vir & vxor, Gabriel lib. . . rubric.de testibus, d. conclusione 18.numero 13 Menoch.de arbitr.quæst.lib.3.casu 96.numero 13. Mascard.de probationib.lib.3.conclus.1155. num.23.*

35 AMPLIA VI. Vt † pauper reputetur testis diminutæ fidei non solum de se solus examinatus: sed etiam,& multo magis in communi aliorum testium diuitum contrarium deponentium eius,quod ipse deponit: vulgatissima enim, & verissima est iuris conclusio, quod ditioribus magis creditur, quam pauperibus, *secundum glossin d.§.si vero absunt, in verbo, substantiam, in authent.de hæred.& Falcid.Alber.in l.3.num.5.ff.de testibus,* vbi loquitur, etiam quod pauperes essent viri bonæ famæ, *Iacob.Butrig.in tract.de testibus, rubric. quibus potius credatur, numero 2. Aufrer.de reprobat.test.num.78. versic.verum cæteris partibus, Lanfranc.in cap.quoniam contra,in verbo,testium depositiones, numero 85. extra, de probat. Moncad.in addit.ad Crot.part.3.numero 24.litera C. Campeg.de testibus,regul.113. in princip.in 5.fallent. Marsil.in l.ex libero, num.18.versicul.& hanc partem,ff.de quæst. Dec.consilio 163. numero 6. ad finem, versicul.vel procedit,Couarruu.variar.resolution.tomo 2.cap.6. num.8.versicul.vnde constat quandoque, Corrad.in practic.§.2. de offic.prætor.in caus.ciuilib.titul.de testibus, rubric.personas testium aggrediendo,verbo,pauper, numero 80.in fine, in 4.fallen. folio 108. Roland.consilio 24.numero 50.volum.1.& consil.23. numero 8. libro 3. Menoch.de arbitr.quæst libro 2.casu 96.numero 9. Benincasa in tractat.de pauperate,quæst.4.numer.44. Ioan.Mar.Montic.in suo repertorio testium, verbo,diuiti potius quam pauperi,fol.444.colum.1.versi.final. vbi alios refert,prout alios refert Claud.in addit. ad Bertazzol.consil.210.numer.7. litera B. versicul.nec diminuitur de fide.* Ex quibus sine du-
* bio dicere possumus, ampliationem communiter * esse à Dd.receptam, & idem Claud.*in fin.d.addit.* dicat,se potius minus credere diuiti,quam pauperi,cum videat plerosque ingentes facultates non magis possidere, quam ab iis possideantur,& pauperes plerunque si non aliud,certe animum ab hisce curis humilioribus liberum possidere.

36 AMPLIA I. hanc † sextam ampliationem, vt & idem sit in nobilioribus, vt scilicet illis magis credatur, quam vilioribus,& humilioribus, *vt per gloss.in l.3.in verbo,plebeius,ff.de testibus, & in cap.si testes, §.testium fides,in verbo,quis decurio, 4.quæst.3. Iacob. Butrigar. in tractat. de testibus, cap.2. rubric.quibus potius credatur, numero 2. Lanfranc. in cap.quoniam contra,in verbo,testium depositiones,numer.85. extra,de probat.Francisc.Curt.in tractat.de testibus,numer.35. versicul.ideo pauci nobiles,* vbi *post Bald. quem allegat in l.testium,colum.penultim.C.de testibus,* dicit, quod pauci nobiles multis rusticis præferuntur,sicut etiam pauci Cardinales multis pannosis clericis, & pauci omni exceptione maiores multis suspectis, *Rolan.consil.45.num.43. lib.1. Ioan.Marian.Monticell. in suo repertorio testium, verbo, nobilis ignobili,folio 442. colum.1. versicul.penultim. vbi alios plures adducit.* Ex quibus pariter hanc eandem ampliа-
* tionem esse communiter * receptam, affirmare possumus.

AMPLIA II. Dictam † sextam ampliationem, vt 37 & idem pariter sit in testibus conditionis in aliqua dignitate: dignioribus enim semper magis credendum est,quam minus dignis, hi enim per text.*in d.l.3.ff.de testibus,ibi,verum quis decurio,ample ciuesit, cæperunt ibidem Bart.& Bal.in princip. Alb.num.2 Florian.num.3.* & *Iacob.in. de S.Georg.num.1.in 1.not.ab. facit etiam text.in l.3.§ si tamen pitures,ibi,ex dignitate,ff.de accusat. & in l.maiorem ibi,qui dignum.stem, ff.de pactis, & in l.filia,ibi, amplioris honoru, ff.de fide instrument. per quæ iura hanc præcipue firmauit ampliationem Stephan Lamberteng.in tractat. de contract eorum, &c. gloss.11.numero 38. vbi alios refert, quibus addo Iacob.Butrigar. in tractat.de testibus,cap.2.rubric.quibus potius credatur, numero 2. Francisc.Curt.in tractat.de testibus, numero 35.& 36. versicul.dignores ergo testes, Marsil.singul. 448. Ruyn.consil.158. numero 26.lib.5 Ioan Mar.n. Monticell.in suo repertorio testium,verbo,digniores sunt ignobilibus,fol.mihi 440.colum.2.versicul.penult. & fol. vbi alios plures adducit concordantes, & ibidem folio 441.colum.2.versic fin* Ex quibus omnibus ita etiam dicas à Dd.communiter * in hanc ampliationem * itum esse.

AMPLIA rursus † præcedentes duas ampliatio- 38 nes, vt nobilioribus & dignioribus credatur magis, quam ignobilibus & minus dignis, etiam quod isti sint numero plures,& illi pauciores *secundum gloss.in l.ob carmen, §.si testes,in verbo,simpliciter numero, & ibi etiam Bartol.in princip.ff.de testibus,& per gloss.in cap.in nostra, in gloss.magna, circa medium, quam ibi communiter * sequuntur Doctores,ex-* tra,eodem,sterum Bartol.in l.dicta proferre, §.si plures, circa finem,eodem,sterum Bartol.in l.dicta proferre, §.si plures, circa finem,ff.de arbitr. Imol.in l.inter pares, colum.2. versicul.etsi sint pares, ff.de re iudicat. quos omnes in proposito bene refert Stephan.Lamberteng.de contract.eorum, &c. gloss 11. numero 38. versicul.quod & in testibus constitutum est, & illis addo in terminis Ruyn.consilio 158.num.26.lib.5. Francisc.Curt.de testibus, numer.35. in princip. & versicul.ideo pauci nobiles, Federic. Schenck in tractat. de testibus, numero 55. vbi magistraliter loquitur Corrad.in pract. §.2. de offic.prætor.in causis ciuilib.titul.de testibus, rubric.personas testium aggrediendo, in princip. numero 3. folio mihi 73 alios plures refert Ioan.Mar.Monticell.in suo repertorio testium, verbo, digniores minus digni, folio 441.colum.1.versicul fin. & colum.2.versicul.3.& 4.& antepenult. & in verbo,nobilis ignobili, folio 442. colum.1. versicul.fin.*

LIMITA † præcedentem ampliationem, nisi ex- 39 cessus esset magnus, quia tunc pauciores nobilibus vel dignioribus non magis creditur, quam pluribus in magno numero minus nobilibus, & minus dignis. *sic enim expresse declarat Curt.de testib.d.nu.36. versic. nisi esset magnus excessus,Corrad.vbi supr.d n.3 fol.73.Monticell.d.verbo,digniores minus digni,fol.441.col.1.versic.1.* Et † quando dica- 40 tur magnus excessus in proposito, remittitur arbitrio iudicis,*vt per Franc.Curt.de testib.d.n.36.*

SVBLIMITA præcedentem † limitationem, vt nõ 41 habeat locum,quando cum vilitate testium concurreret etiam aliqua nota criminis, vel infamiæ, quia tunc dignioribus & nobiliorib. magis creditur, etiam quod in magno excessu & numero sint separati à testibus cõtrariis,ad notata per Abb.*in c.nostra,nu.4.in 3.quæst.extra, de testib.Felyn.ibid.n.1.* Boer.*decis.200.num.5. Mil.in repertorio,verbo,testis,num.83. Ioan.Mar.Montic.vbi supra, fol.441. col.2.versic.antepenult.* qui omnes communiter * tradunt, *
quod † testes duo digni & honesti præferuntur mille 42 ribaldis,& vilibus.

LIMITA modo † propositam sextam principalem 43 ampliationem, vt ea quidem non procedat, quando pauper est bonæ famæ, dives autem malæ famæ; quia magis creditur tunc pauperi virtuoso, quam diuiti vitioso, *Bald.in c.si quis testium,num.5. versic.& magis creditur, extra,de testibus, Alberic.in l.3.versicul.secus si dives,numer.5. iuncto num.6.ff.eod.Socin.d.reg.289.in 3.fallent.versic.& dicit.*

ipse Baldus, Campeg. de testibus, regul. 113. in 5. fallent. in fin. Alber. de Malet. in tractat. de testibus, cap. 5. num. 26. versic. minor tamen fides, Conrad. in practic. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. lib. titul. de testibus, rubric. personas testium aggrediendo, verbo, pauper, post num. 80. versic. sicq; etiam Socinus, &c. fol. 107. in fin. Ioan. Marian. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, diuiti potius, quam pauperi, versicul 2. fol. mihi 440. colum. 2. vbi ex Fulgos. quem allegat, *in l. testium, num. 2. ff. de testib.* dixit, magis credendum pauperi fideli, quam diuiti
44 mendaci. Nec † à præmissis dissentit Petrus Moncad. *in addit. ad Crot. de testibus, part. 3. num. 24. litera B. versic. vnum tamen nota.* vbi dixit, esse aduertendum, quod illa conclusio, quæ habet, testem diuitem præferendum testi pauperi, procedit, quando diuitiæ fuerunt acquisitæ honesto & iusto modo, secus si per vsurariam prauitatem, quia sicut ea ratione decepit se, & animam suam, eadem credendum est, quod & alios decipiat, *ad tradita per Bart. Aret. & alios ibi per eum allegatos, & dixi latius de teste vsurario supra in præced. quæst.* Ex quibus sine dubio dici
* potest, hanc limitationem fuisse à Dd. * communiter receptam.

45 AMPLIA VII. principalem † huius quæstionis regulam, vt multo magis procedat in iis, qui in paupertatem inciderunt culpa & facto suo: nam & ij non pertatem non reputantur à iure idonei testes, verum etiam omnino repelluntur, secundum Bald. *in cap. si qui testium, num. 5. versic. aut incidit in paupertatem, extra, de testibus,* vbi reddit rationem, quia scilicet is non solum rerum, sed famæ suæ prodigus est, & ideo repellitur, quia vitiosus in se, multo magis præsumitur vitiosus in alium, & *Bald. sic, vt supra dicentem, sequuti sunt, Socin. reg. 289. in 3. fallent. Catellian. Cotta in suis memoral. verbo, paupertas repellit à testificando, Conrad. in practic. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. lib. titul. de testibus, rubric. personas testium aggrediendo, verbo, pauper, num. 80. in fin. in 3. fallent. fol. 108. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 96. numer. 10. Claud. ad Bertazzol. consil. 210. num. 7. litera B. sub versic. nec diminuitur de fide, post prin. Gabr. qui alios refert lib. 1. suarum conclusionum, titul. de testibus, conclus. 18. num. 10. quos etiam refert Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1155. numer. 22. & ita passim, & communiter* a Dd. recep-
* tum est.

46 AMPLIA VIII. Eandem † regulam, vt multo magis procedat, quando testis vltra paupertatem patiatur aliquem defectum, etiam de se non sufficientem ad repellendum testem à testificando: nam tunc omnino repellitur, & reiicitur Quod enim vnica suspicio non operatur plures simul iunctæ id optime operantur, *l. instrumenta, l. rationes, l. non nudis, & l. non epistolis, C. de probat.* Sic nempe per hanc rationem in specie consuluit Aym. *in consil. 249. num. 11. versic. tamen istud non procedit, iuncto num. 12.* vbi infert ad pauperem, qui etiam sit famulus partis: quæ paupertas iuncta cum famulatu testem repellit, secundum Bartol. *in consil. 111. quæritur, colum. 2. in fin.* Item refert ad pauperem subditum producentis: licet enim sola subiectio testem non repellat, repellit tamen, iuncta paupertate, secundum Roman. *consil. 382. nu. 5. versic. secundo quia.* Item infert ad pauperem & affinem simul, secundum Ancharan. *in consil. 64. colum. penult. circa medium*, quod & idem post præcitatos Dd. confirmarunt Nouell. *regul. 216. num. 73. Conrad. in practic. § 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. titul. de testib. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, pauper, num. 80. post medium, versic. quod circa, &c. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 96. num. 7. & 8. Bertaz. consil. 170. num. 23. lib. 1. Octauian. Osasc. consil. 66. num. 22. versic. attamen istud est verum.* Et pro hac
* ampliatione, quæ etiam communiter * à Dd. recepta est, facit conclusio illa generalis, de quibus *infra q. 62. num. 381.* quod scilicet testes inhabiles, vbi alias admitterentur, nunquam tamen admittuntur, vt patiantur plures defectus.

47 AMPLIA IX. Et illatiue † ex regula, vt cum pauperes dicantur omnes illi, qui sic laboribus implicati sunt, vt eos tota die in agro esse oporteat, *ad glossi. in §. sed & propter paupertatem, Instit. de excusat. tutorum, quam in proposito allegat Natta in consil. 666. num. 3. lib. 4.* Necnon
48 & † magis generaliter pauperes etiam dicantur, qui de proprio labore, & artificio, viuunt, *secundum Abb. in cap. super his, in 3. not. ab. extra, de voto, quem in proposito sequutus est idem Natta consilio 666. eodem numero 3. cum alijs relatus per Herculan. in suo tractat. de negatiua, post. numer. 293. & Beninca. in tractat. de paupertat. quæst. 6. numer. 8. ad finem, versicul. item dicitur ab effectu paupertas, & numer. 21. etiam in fine.*

49 Iccirco † agricolas, artifices, aliosque laboratores, ac mercenarios, qui sic in agro, & de eorum artificio ac sudore vix viuere possunt, non esse testes integræ fidei, scripserunt Natta *d. consil. 666. numer. 3. versic. simili modo testes, & Cephal. in cons. 227. num. 9. lib. 2.* vbi amplius, quod nobilis euadens mercenarius amittit nobilitatem, *secundum Tiraq. in tract. de nobilitate, cap. 34. in fin.* & propterea non est
50 omni exceptione maior, *vt ibi per eum.*

AMPLIANDO rursus, ac † etiam insimul declarando præcedentem nonam ampliationem, aduerte, quod siars, quam quis exercet, est ars vilis, ignobilis, & mechanica, & tunc is artifex non solum non est testis integræ fidei, verum etiam omnino repellitur à testimonio dicendo, vt est text. *in §. sancimus, in fin. in authent. de testibus, ibi, & non quosdam artifices ignobiles, neq; vilissimos, neque nimis obscuros ad testimonium procedere:* & ibi gloss. *in verbo, ignobiles*, ponit exemplum in carpentarijs, qui stant in Curia communi, vel in spanaldis, vel aliis, qui artem obscuram & abiectam profitentur, *Nepos de Monte Albano in tract. de testibus, num. 16. & num. 20.* vbi ponit exemplum in mundante latrinas, & in radente homines in balneis, *Speculat. in tit. de teste, §. 1. numer. 66. versicul item quod est artifex, Feder. Schenck in tract. de testibus, numer. 16. in fin. Aym. consil. 163. num. 2. Mascar. de probat. lib. 3. concl. 1356. num. 36.*

51 Quod † si ars non sit mechanica, & vilis, & tunc licet artifices non sint de se viles, nisi vilem artem exerceant, & propterea ex simplici artificio non repellantur à testificando, vt per eandem glos. *in d. §. sancimus, in verbo, ignobiles, & bene explicat Igne. in l. 1. §. serui appellatione nu. 86. versic. non enim sufficit, ff. ad Syllan. nec dissentit Cephal. d. consil. 228. n. 63.* vbi infert ad factores alicuius domini, & alios similes. Negari † tamen non potest, quin si pauperes
52 sint, saltem propter eorum paupertatem ipsorum de fide diminuatur, *vt in ampliatione dixi supra, n. 47.*

53 Quæ † autem dicatur ars mechanica, & vilis, & quæ non, dic remitti iudicis arbitrio, *vt in terminis voluit Aym. in consil. 163. n. 2.*

54 AMPLIA X. dictam † principalem huius quæstionis regulam, vt procedat etiam in personis vilibus, & ignobilibus, quæ, an repellantur, vel non repellantur à testimonio dicendo, antequam videamus, in primis
55 præmittendum est, quæ dicantur viles personæ. Et † licet generaliter id iudicis arbitrio remissum esse dicant Doctores, *vt videre est apud Bald. in l. Gracchus, in princ. C. ad leg. Iul de adult. Aym. d. consil. 163 num. 2. Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, vilis, versic. 3. fol mihi 67. colum. 2. & Beninca. in tract. de paupertat. quæst. 6. numer. 20. & seq.* Adhuc † tamen, & magis in specie dicas inprimis vi-
56 les personas eas dici, quas nostra ætas villanos vocat, & qui ex infima plebe nati, humiles in iure nuncupantur, *C. de incest. nupt.* Quædam † vero viles sunt à
57 *l. humilem*, vilitate artificij, quales sunt ludij, histriones, buffones, ioculatores, & goliardi, *de quibus in c. vnico, de vita & honestat. cler. in 6. & in l. 1 ff. de his qui not. infam.* vbi de exercentibus ludicram artem. Quædam † autem sunt viles
58 personæ, quæ quamuis nullius artificij sint; tamen vel propter

propter eorum abiectam & inhonestam vitam, vel propter crimen ab eo commissum, infamiæ nota, aut facti, aut iuris afficiuntur insimul, & apud homines vilissimi reputantur, vt sunt lenones, meretrices, de publico delicto damnati, & alij, de quibus bene per Igne.
59 *in d. l. 1. §. serui appellatione, num. 81. seqq. ff. ad Syllan. & latius diximus in antecedenti quæst. 56.* Et † demum aliqui viles existimantur, non ex vilitate vitæ, artificij, infamiæ, aut criminis, sed quoniam eorum status iure ciuili & gentium diminutus est, quales sunt serui, & qui sub numero seruorum veniunt, *vt in §. serui appellatione, & supra dixi suo loco, in quæst. 55.*

Igitur in hac quæstione accipiendo viles personas eas, quas supra in prima specie exemplificaui, scilicet in villanis, aliisque ex humili & plebeio genere natis, vna fuit opinio, quod omnino repellantur à testimonio dicendo, per text. *in d. l. 3. ibi, an plebeius sit, ff. de testibus, iuncto §. sancimus, in fin. in authent. de testibus*, vbi expresse dicitur, quod si artifices sunt ignobiles, vilissimi, & nimis obscuri, non possunt ad testimonium procedere, ergo ratione vilitatis repelluntur, & non artificij, *prout bene notat glossi. ibid. in verbo, ignobiles.* Et hinc viles personas ad testimonium non admittendas voluit Oldrad. *consil. 192. num. 3. sicut illum refert Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. tit. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo, vilis, num. 83. in fin. fol. 109. colum. 1. Feder. Schenck in tract. de testibus, num. 16. in fin. plures refert Ioan. Mar. Montic. in suo repertorio testium, verbo, vilis, versic. 1 fol. 67. colum. 1. Roland. consil. 24. num. 65. lib. 1.* vbi post Bald. quem allegat *in authent. cui relictum, colum. 3. versic. attende, C. de indict. vid. tollen.* dixit, iuramentum vilium personarum nullum habere pondus, & quasi pro nihilo reputati apud bonos & graues viros.

60 Altera † & contraria fuit opinio eorum, qui dixerunt ob solam vilitatem quem non repelli à testificando, inter quos reperio Lanfran. *in tract. de testib. num. 85.* vbi dixit, quod licet verum sit, magis credi cæteris paribus nobili, quam ignobili, ratione tamen ignobilitatis quis à testimonio dicendo non repellitur, *Dec. in consil. 163. nu. 4. versic. sed ad ista etiam respondetur.* vbi pro hac sua contraria opinione adducit text. *in d. §. sancimus.* per quem dicit probari, artifices ignobiles à testificando non repelli (sed ille text ni fallor, magis probat primam opinionem,) & ante istos ita de generali consuetudine testantem Pileum refert Ioan. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de teste, §. 1. n. 96. versic. item est artifex, in verbo, artifex, lit. g.* vbi expresse dixit, quod hodie testes non repelluntur propter aliquod artificium, vilitatem, obscuritatem, vel ignobilitatem, nisi essent serui vel mercenarij producentis.

61 Tertia † & media quædam, ac etiam verior iudicio meo succesit sententia aliorum dicentium, quod vilitas sola testem à testificando non repellit, sed bene ei de fide diminuit, quam præcipue scriptam reliquit Bar. *in l. ex libero, in fin. ff. de quæst.* vbi expresse dicit, quod homines viles admittuntur ad testimonium etiam sine tortura, (sed hoc de tortura tangam *infr. in seq. ampliat.*) non tamen adhibetur tanta fides eis, sicut aliis, *& Bart. sicut supra, dicentem sequuti sunt Barb. in tract. de testib. part. 2. nu. 18. præsertim in versic. & concludit, &c. Crot. de testib. part. 3. nu. 24. sed contra istam opinionem, Marsil. in d. l. ex libero, ff. de quæst. Brun. de indic. par. 2. q. 4. n. 7. & 8. Boss. in tit. de tortu. test. nu. 8. quod & idem voluerunt Alb. de Malet. in tract de testib. c. 2. n. 37.* vbi alternatiue loquens dicit, quod ratione vilitatis, testis vel repellitur, vel saltem ei diminuitur de fide, *& Alber. refert Conrad. in pract. § 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. tit. de testib. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, vilis, n. 83. fol. 108. versic. & dicit Albericus. Natt. consil. 666. n. 2. lib. 4. nec dissentit Io. Mar. Montic. in suo repertorio testium, verb. vilis, fol. mih. 68. col. 1. versic. 2.*

62 AMPLIA I. propositam † decimam ampliationem, in tantum viles reputari non integræ, sed diminutæ fidei (etsi à testificando, vt dixi, non repellantur,) vt minime ad testificandum admittantur sine tortura, & hoc ob eorum vilitatem, ad text. *in l. ob carmen, §. ea rei conditio, ff. de testibus.* vbi arenarius, qui vilis persona reputatur, non nisi tormentis ad testimonium admittitur. Item ad text. *in §. si vero ignoti, in authen. de testib.* vbi ignoti testes ob eorum vilitatem in testimonio dicendo verberibus subiacere debent, *& ibi gl. in verb. verberibus, exponit, id est, tormentis. Addo aliam gl. in c. per tuas, il 1. in verbo, adminicula, de simon. & in c. cum P. in 1. gl. extra, de accus. Specul. in tit. de teste, §. 1 n. 66. versic. tamen quandoq; admittitur cum verberibus, & ibi Io. Andr. in addit. litera H. Bald. in l. milites, n. 5. versic. sed vt torqueatur testis. C. de quæst. Aufrer. de reprobat. test. num. 11. versic. arenarius.* Et hoc esse regulare, quod vili & ignobili non credatur sine quæstione, per text. *in d. §. si vero ignoti.* & per alia iura ibi per eum allegata, testatur Igne. *in l. 1. §. serui appellatione, n. 36. ff. ad Syllanian.* faciunt ad idem relati *infr. q. 79. n. 34.*

63 Contrarium, quod † imo ob solam vilitatem testis non torqueatur, originaliter voluit Bart. *in d. l. ex libero, versic. mihi videtur.* quod hoc nō sit bene dictum, *ff. de quæst. per text. in l. diuus, §. fin. ff. eod.* vbi deportatus in insulam, & etiam statu liber non torquentur, sicut alij liberi homines, & tamen constat eos esse viles & obscuros.

Nec obstat, inquit Bar. text. ex aduerso allegatus *in d. § ignoti, in auth. de testib.* quia ille text. non solum requirit vilitatem in testibus: sed etiam quod sint ignoti, & vlterius etiam, præsupponit apparere, quod illi festinauerint testimonij veritatem corrumpere, vt in illis verbis, *& aliquid apparuerit circa testimonij veritatem corrumpere festinantes.* Ideo non est mirum, si verberibus subiacere debent. At iis non concurrentibus, inquit Bart. viles ad testimonium admittuntur etiam sine tortura, licet eis de fide diminuatur: nisi alias simus in casibus inferendæ torturæ ex alia causa, quam ex vilitate, puta, vel quod vacillent, vel quod conuincantur de mendacio, vel quod sponte vadant ad testificandum. Et Bart. sic vt supra dicentem, referendo sequuti sunt, *Marsil. in d. l. ex libero, num. 3. & 4. Capoll. consil. 60 nu. 7. Barbat. de testib. part. 2. n. 18. Crot. de testib. part. 3 num. 24. versic. sed contra istam opinionem, Paris. consil. 151. n. 17. lib. 4. Brun. de indic. part 2. q. 4. nu. 7. & 8. Igne. qui magistraliter loquitur in materia, in d. §. serui appellatione, num. 76. in fin. & n. 77. 78. & 79. versic. si vero viles sint, & nu. 84. versic. excipiuntur, &c. & nu. 86. versic. tertio desiderat, Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. tit. de testib. rubric. personas testium aggrediendo, verbo, vilis, num. 83. ad fin. fol. 109. Gabr. lib 1. suarum conclusionum, conclus. 18. num. 6. in fin. Roland. consil. 24. num. 64. lib. 1.* vbi testatur de * communi * opinione, *Natta consil. 666. numer. 2. lib. 4. Boss. in tit. de tortur. test. num. 2. & num 3. versicul. aliquæ vero sunt personæ, & numer. 8. vbi, quod cum Bart. in d. l. ex libero, transeunt communiter * Dd. Ioan. Marian. Monticell in suo repertorio testium, * verbo, an & quando examinentur testes in tortura, fol. mihi 160. colum. 2. versicul. 4. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 1155. num 14.* Nec etiam obstet text. *in d. l. ob carmen, § ea rei conditio.* quia loquitur in arenario, qui non solum vilis est, sed etiam infamis, ideo iuncta infamia torquetur, & non ob solam vilitatem, *hoc in specie respondet Boss. d. num. 3. versicul. pro concordia, &c.* Et ad comprobationem huius opinionis vide, quæ ad idem dixi *infra quæst. 79. n. 33. & 35.*

64 In † hac contrarietate, Clar. *in § fin. quæst. 25. versicul. sed quæro nunquid vilis persona*, putat hoc esse relinquendum iudicis arbitrio, qui iuxta personarum qualitatem, & facti poterit arbitrari, an talis testis debeat torqueri, vel non, & nihil allegat pro sua opinione.

65 Ego vero † non possum ferre illorum decisiones, qui in controuersis Dd. opinionibus, quando aliud

ipse Baldus, Campeg.de testibus, regul.113.in 5.fallent.in fin. Alber.de Malet.in tractat.de testibus, cap.5.num.26. versic.minor tamen fides, Corrad.in practic.§.2. de offic.prætor.in causs. ciuilib.titul.de testibus, rubric.personas testium aggrediendo, verbo,pauper,post num.80. versic.sicq; etiam Socinus,&c. fol.107. in fin. Ioan. Marian.Monticell. in suo repertorio testium, verbo, diuiti potius,quam pauperi, versicul 2. fol.mihi 440. colum.2. vbi ex Fulgos. quem allegat,*in l.testium,num.2. ff. de testib.* dixit, magis credendum pauperi fideli, quam diuiti
44 mendaci. Nec † à præmissis dissentit Petrus Moncad.*in addit.ad Crot.de testibus, part.3. num.24. litera B. versic.vnum tamen nota.* vbi dixit, esse aduertendum, quod illa conclusio, quæ habet, testem diuitem præferendum testi pauperi, procedit, quando diuitiæ fuerunt acquisitæ honesto & iusto modo, secus si per vsuram iam prauitatem, quia sicut ea ratione decepit se, & animam suam, eadem credendum est,quod & alios decipiat, *ad tradita per Bart. Aret. & alios ibi per eum allegatos, & dixi latius de teste vsurario supra in præced.quæst.* Ex quibus sine dubio dici
* potest,hanc limitationem fuisse à Dd. * communiter receptam.

45 AMPLIA VII. principalem † huius quæstionis regulam, vt multo magis procedat in iis, qui in paupertatem inciderunt culpa & facto suo: nam & ij non solum non reputantur à iure idonei testes, verum etiam omnino repelluntur,secundum Bald.*in cap.si qui testium, num.5. versaut incidit in paupertatem, extra, de testibus,* vbi reddit rationem, quia scilicet is non solum rerum, sed famæ suæ prodigus est,& ideo repellitur,quia vitiosus in se,multo magis præsumitur vitiosus in alium, *& Bald.sic,vt supra dicentem,sequuti sunt, Socin.reg.289.in 3.fallent.Catellian.Cotta in suis memoral. verbo,paupertas repellit à testificando,Corrad.in practic. §.2. de offic.prætor.in causis ciuilib.titul.de testibus, rubric.personas testium aggrediendo,verbo, pauper,num.80.in fin.in 3.fallent.fol.108. Menoch.de arbit. quæst.lib.2.casu 96.numer.10. Claud.ad Bertazzol.consil.210. num.7.litera B.sub versic.nec diminuitur de fide,post prin.Gabr. qui alios refert lib.1.suarum conclusionum,titul.de testibus,concluf.18.num.10. quos etiam refert Mascard. de probat. lib.3.concluf.1155.numer.22 & ita passim, & communiter* à Dd. receptum est.

46 AMPLIA VIII. Eandem † regulam, vt multo magis procedat, quando testis vltra pauperratem patiatur aliquem defectum, etiam de se non sufficientem ad repellendum testem à testificando: nam tunc omnino repellitur,& reiicitur Quod enim vnica suspicio non operatur plures simul iunctæ id optime opetantur, *l.instrumenta,l.rationes, l.non nudi, & l.non epistolis, C. de probat.* Sic nempe per hanc rationem in specie consuluit Aym.*in consil.249.num.11. versaamen istud non procedit, iuncto num.12.* vbi infert ad pauperem, qui etiam sit famulus partis: quæ paupertas iuncta cum famulatu testem repellit, secundum Bartol.*in consil.111. quæritur, colum.2. in fin.* Item refert ad pauperem subditum producentis: licet enim sola subiectio testem non repellat,repellit tamen, iuncta paupertate, secundum Roman.*consil.382. nu.5. versaecundo quia.* Item infert ad pauperem & affinem simul, secundum Ancharan.*in consil.64.colum.penult.circa medium*, quod & idem post præcitatos Dd.confirmarunt Nouell.*regul.216.num.73. Corrad.in practic.§ 2.de offic.prætor.in causs.ciuil.titul.de testib.rubr. personas testium aggrediendo, verbo, pauper, num.80.post medium,versaquod circa,&c. Menoch.de arbit.quæst.lib.2.casu 96. num.7.& 8.Bertaz.consil.170.num.23.lib.1. Octauian.Osasc. consil.66. num.22. versaattamen istud est verum.* Et pro hac
* ampliatione, quæ etiam communiter * à Dd. recepta est, facit conclusio illa generalis, de quibus *infra q.62. num.381.* quod scilicet testes inhabiles, vbi alias admitterentur, nunquam tamen admittuntur, vt patiantur plures defectus.

AMPLIA IX. Et illatiue † ex regula, vt cum pau- 47
peres dicantur omnes illi, qui sic laboribus impliciti sunt, vt eos tota die in agro esse oporteat, *ad gloss.in §. sed & propter paupertatem, Instit.de excusat.tutorum,quam in proposito allegat Natta in consil.666.num.3. lib.4.* Nec non
& † magis generaliter pauperes etiam dicantur, qui 48
de proprio labore, & artificio, viuunt, *secundum Abb in cap.super his,in 3.notab. extra,de voto, quem in proposito sequutus est idem Natta consilio 666. eodem numero 3. cum aliis relatu per Herculan.in suo tractat.de negatiua, post.numer.293. & Beincas.in tractat.de paupertat.quæst.6.numer.8.ad finem, versicul.item dicitur ab effectu paupertas, & numer.21.etiam in fine.*

Iccirco † agricolas, artifices, aliosque laboratores, 49
ac mercenarios,qui sic in agro, & de eorum artificio ac sudore vix viuere possunt, non esse testes integræ fidei, scripserunt Natta *d.consil.666.numer.3. versaisti testes,& Cephal.in cons.227.num.9.lib.2.* vbi amplius,quod nobilis euadens mercenarius amittit nobilitatem, *secundum Tiraq.in tract.de nobilitate, cap.34.in fin.* & propterea non est omni exceptione maior, *vt ibi per eum.*

AMPLIANDO rursus, ac † etiam insimul declarando præcedentem nonam ampliationem, aduerte, 50
quod si ars,quam quis exercet, est ars vilis,ignobilis, & mechanica, & tunc is artifex non solum non est testis integræ fidei, verum etiam omnino repellitur à testimonio dicendo,vt est text.*in §.sancimus,in fin. in authent. de testibus,ibi,& non quosdam artifices ignobiles, neq; vilissimos, neque nimis obscuros ad testimonium procedere:* & ibi gloss.*in verbo, ignobiles*, ponit exemplum in carpentariis, qui stant in Curia communi, vel in spanaldis, vel aliis, qui artem obscuram & abiectam profitentur, *Nepos de Monte Albano in tract.de testibus,num.16. & num.20.* vbi ponit exemplum in mundante latrinas, & in radente homines in balneis, *Speculat.in tit.de teste, §.1. numer.66.versicul item quod est artifex, Feder.Schenck in tract.de testibus, numer.16.in fin. Aym.consil.163.num.2. Mascar.de probat.lib.3.concl.1356. num.36.*

Quod † si ars non sit mechanica, & vilis, & tunc li- 51
cet artifices non sint de se viles,nisi vilem artem exerceant,& propterea ex simplici artificio non repellantur à testificando, vt per eandem gloss.*in d.§.sancimus,in verbo, ignobiles, & bene explicat Igne.in l.1.§.serui appellatione nu.86. versanon enim sufficit,ff.ad Syllan. nec dissentit Cephal.d.consil. 228.n.63.* vbi infert ad factores alicuius domini, & alios similes. Negati † tamen non potest, quin si pauperes 52
sint, saltem propter eorum paupertatem ipsorum de fide diminuatur, *vt in ampliatione dixi supra, n.47.*

Quæ † autem dicatur ars mechanica,& vilis, & quæ 53
non,dic remittii iudicis arbitrio, *vt in terminis voluit Aym. in cons.163.n.2.*

AMPLIA X. dictam † principalem huius quæstio- 54
nis regulam, vt procedat etiam in personis vilibus, & ignobilibus,quæ,an repellantur,vel non repellantur à testimonio dicendo, antequam videamus, in primis
à testimonio dicendo, antequam videamus, in primis 55
præmittendum est,quæ dicantur viles personæ. Et † licet generaliter id iudicis arbitrio remissum esse dicant Doctores, *vt videre est apud Bald.in l.Gracchus,in princ.C.ad leg.Iul de adult. Aym.d.consil.163 num.2. Ioan.Mar.Monticell.in suo repertorio testium,verbo,vilis, versic.3.fol mihi 67.colum.2. & Beincas.in tract.de paupertat.quæst.6.numer.20.&* seq. Adhuc † tamen,& magis in specie dicas in primis vi- 56
les personas eas dici, quas nostra ætas villanos vocat,& qui ex infima plebe nati,humiles in iure nuncupantur, *l.humilem, C.de incest.nupt.* Quædam † vero viles sunt à 57
vilitate artificij, quales sunt ludij, histriones, buffones, ioculatores,& goliardi, *de quibus in c.vnico, de vita & honestat.cler.in 6. & in l.1 ff. de his qui not.infam.* vbi de exercentibus ludicram artem. Quædam † autem sunt viles 58
personæ, quæ quamuis nullius artificij sint; tamen vel propter

propter eorum abiectam & inhonestam vitam, vel propter crimen ab eo commissum, infamiæ nota, aut facti, aut iuris afficiuntur insimul, & apud homines vilissimi reputantur, vt sunt lenones, meretrices, de publico delicto damnati, & alij, de quibus bene per Igne. *in d.l.1.§.serui appellatione, num.81.seqq. ff.ad Syllan. & latius*
59 *diximus in antecedenti quæst.56.* Et † demum aliqui viles existimantur, non ex vilitate vitæ, artificij, infamiæ,aut criminis, sed quoniam eorum status iure ciuili & gentium diminutus est, quales sunt serui, & qui sub numero seruorum veniunt,*vt in §.serui appellatione, & supra dixi suo loco,in quæst.55.*

Igitur in hac quæstione accipiendo viles personas eas,quas supra in prima specie exemplificaui, scilicet in villanis, aliisque ex humili & plebeio genere natis,vna fuit opinio,quod omnino repellantur à testimonio dicendo,per text.*in d.l.3. ibi, an plebeius sit, ff. de testibus, iuncto §.sancimus,in fin.in authent.de testibus,* vbi expresse dicitur, quod si artifices sunt ignobiles, vilissimi, & nimis obscuri,non possunt ad testimonium procedere, ergo ratione vilitatis repelluntur,& non artificij, *prout bene notat gloss.ibid.in verbo,ignobiles.* Et hinc viles personas ad testimonium non admittendas voluit Oldrad.*consil.192. num.3. sicut illum refert Corrad.in pract. §.2. de offic.prætor.in causs.ciuil.tit.de testibus, rubr.personas testium aggrediendo, verbo,vilis,num.83.in fin.fol.109.colum.1. Feder.Schenck in tract. de testibus, num.16.in fin.plures refert Ioan.Mar.Montic. in suo repertorio testium,verbo,vilis,versic.1 fol.67.colum.1.Roland.consil.24. num.65.lib.1.* vbi post Bald. quem allegat *in authent.cui relictum,colum.3.versic.attende, C.de indict.vid. tollen.* dixit, iuramentum vilium personarum nullum habere pondus, & quasi pro nihilo reputari apud bonos & graues viros.

60 Altera † & contraria fuit opinio eorum, qui dixerunt ob solam vilitatem quem non repelli à testificando, inter quos reperio Lanfran.*in tract.de testib. num.85.* vbi dixit, quod licet verum sit, magis credi cæteris paribus nobili, quam ignobili, ratione tamen ignobilitatis quis à testimonio dicendo non repellitur, *Dec. in consil.163. nu.4. versased ad ista etiam respondetur.* vbi pro hac sua contraria opinione adducit text.*in d.§.sancimus.* per quem dicit probari, artifices ignobiles à testificando non repelli (sed ille text ni fallor, magis probat primam opinionem,) & ante istos ita de generali consuetudine testantem Pileum refert Ioan.Andr.*in addit.ad Specul.in tit. de teste,§.1.n.96.versaitem est artifex,in verbo,artifex,lit.g.* vbi expresse dixit, quod hodie testes non repelluntur propter aliquod artificium, vilitatem, obscuritatem, vel ignobilitatem, nisi essent serui vel mercenarij producentis.

61 Tertia † & media quædam, ac etiam verior iudicio meo successit sententia aliorum dicentium, quod vilitas sola testem à testificando non repellit, sed bene ei de fide diminuit, quam præcipue scriptam reliquit Bar. *in l.ex libero,in fin.ff.de quæst.* vbi expresse dicit, quod homines viles admittuntur ad testimonium etiam sine tortura, (sed hoc de tortura tangam *infr.in seq.ampliat.*) non tamen adhibetur tanta fides eis, sicut aliis, *& Bart. sicut supra, dicentem sequuti sunt Barb.in tract.de testib.part.2. nu.18. præsertim in versa& concludit,&c. Crot.de testib.part.3. nu.24. sed contra istam opinionem, Marsil.in d.l.ex libero,ff.de quæst.Brun.de indic.par.2.q.4.n.7.& 8. Boss.in tit.de tortu.test. nu.8.quod & idem voluerunt Alb.de Malet.in tract de testib.c.2. n.37.* vbi alternatiue loquens dicit, quod ratione vilitatis, testis vel repellitur, vel saltem ei diminuitur de fide, *& Alber.refert Corrad.in pract. § 2.de offic.prætor.in causs.ciuil. tit.de testib.rubr.personas testium aggrediendo, verbo,vilis,n.83. fol.108.versa& dicit Albericus. Natt.consil.666.n.2.lib.4.nec dissentit Io.Mar.Montic.in suo repertorio testium,verb.vilis,fol.mihi 68.col.1.versa2.*

AMPLIA I. propositam † decimam ampliatio- 62
nem,in tantum viles reputari non integræ, sed diminutæ fidei (etsi à testificando, vt dixi, non repellantur,) vt minime ad testificandum admittantur sine tortura, & hoc ob eorum vilitatem, ad text.*in l.ob carmen, §.ea rei conditio,ff.de testibus.* vbi arenarius, qui vilis persona reputatur, non nisi tormentis ad testimonium admittitur. Item ad text.*in §.si vero ignoti,in authen.de testib.* vbi ignoti testes ob eorum vilitatem in testimonio dicendo verberibus subiacere debent, *& ibi gl.in verb.verberibus, exponit,id est,tormentis. Addo aliam gl.in c.per tuas,il 1.in verbo,adminicula,de simon.& in c.cum P.in 1.gl.extra,de accus Specul.in tit.de teste,§.1 n.66. versatamen quandoq; admittitur cum verberibus,& ibi Io. Andr in addit.litera H. Bald.in l.milites, n.5. versased vt torqueatur testis. C.de quæst. Aufrer. de reprobat.test. num.11.versarenarius.* Et hoc esse regulare, quod vili & ignobili non credatur sine quæstione, per text.*in d.§.si vero ignoti.* & per alia iura ibi per eum allegata, testatur Igne.*in l.1.§.seruis appellatione,n.36.ff.ad Syllanian.* faciunt ad idem relati *infr.q.79.n.34.*

Contrarium, quod † imo ob solam vilitatem testis 63
non torqueatur, originaliter voluit Bart.*in d.l.ex libero, versamihi videtur.* quod hoc nõ sit bene dictum, *ff.de quæst. per text.in l.diuus,§.fin.ff.eod.* vbi deportatus in insulam,& etiam statu liber non torquentur, sicut alij liberi homines,& tamen constat eos esse viles & obscuros.

Nec obstat, inquit Bar.text.ex aduerso allegatus *in d. § ignoti, in auth.de testib.* quia ille text.non solum requirit vilitatem in testibus: sed etiam quod sint ignoti, & vlterius etiam, præsupponit apparere, quod illi festinauerint testimonij veritatem corrumpere, vt in illis verbis, *& aliquid apparuerit circa testimonij veritatem corrumpere festinantes.* Ideo non est mirum, si verberibus subiacere debent. At iis non concurrentibus, inquit Bart. viles ad testimonium admittuntur etiam sine tortura, licet eis de fide diminuatur: nisi alias simus in casibus inferendæ torturæ ex alia causa, quam ex vilitate, puta, vel quod vacillent, vel quod conuincantur de mendacio, vel quod sponte vadant ad testificandum. Et Bart.sic vt supra dicentem,referendo sequuti sunt, *Marsil.in d.l.ex libero,num.3.& 4.Capoll.cons.60 nu.7.Barbat.de testib.part.2. n.18.Crot.de testib.part.3 num.24.versased contra istam opinionem,Paris.cons.151.n.17.lib.4. Brun.de indic.part 2.q.4.nu.7. & 8. Igne. qui magistraliter loquitur in materia, in §. serui appellatione,num.76.in fin.& n.77.78.& 79. versaet vero viles fiunt,& nu.84.versaexcipiuntur,&c. & nu.86.versatertio desiderat, Corrad.in pract. §.2.de offic prætor.in causs.ciuil.tit.de testib. rubric.personas testium aggrediendo, verbo,vilis,num.83.ad fin. fol.109.Gabr.lib 1.suarum conclusionum,concluf.18.num.6.in fin. Roland.consil.24.num.64.lib.1.* vbi *testatur de * communi * opinione,Natta consil.666.numer.2.lib.4. Boss.in tit.de tortur. test.num.2. & num.3.versicul.aliquæ vero sunt personæ, & numer.8. vbi,quod cum Bart.in d.l.ex libero,transeunt communiter * Dd.Ioan.Marian.Monticell in suo repertorio testium, * verbo, an & quando examinentur testes in tortura, fol. mihi 160.colum.2.versicul.4. Mascard.de probat.lib.2.concl.1155. num 14.* Nec etiam obstet text.*in d.l.ob carmen, § ea rei conditio.* quia loquitur in arenario, qui non solum vilis est,sed etiam infamis,ideo iuncta infamia torquetur,& non ob solam vilitatem, *hoc in specie respondet Boss.d.num.3. versicul.pro concordia, &c.* Et ad comprobationem huius opinionis vide, quæ ad idem dixi *infra quæst.79.n.33. & 35.*

In † hac contrarietate, Clar.*in § fin.quæst.25.versicul.sed* 64
quæro nunquid vilis persona, putat hoc esse relinquendum iudicis arbitrio, qui iuxta personarum qualitatem,& facti poterit arbitrari,an talis testis debeat torqueri, vel non,& nihil allegat pro sua opinione.

Ego vero † non possum ferre illorum decisiones, 65
qui in controuersis Dd. opinionibus, quando aliud

scire nesciunt, iudicis arbitrio remittunt id, quod ipsi, quid verius, & iuri magis consonum sit, discernere forsan ignorãt, & vtinam hodie iudicibus non tanta à scribentibus eorum arbitrio remissa essent, quia non tantum grauarent pauperes homines, & inquisitos, tam in torquendo, quam in condemnando sub prætextu eorum arbitrij, prout quotidie faciunt. Crederem itaque, in proposita dubitatione sic posse distingui.

66 Quod † si vilis persona sit honestæ & probatæ vitæ, & tunc nullo pacto ob vilitatem testis examinatus debeat torqueri, *vt bene explicat Igne. in d.l.1. §. serui appellatione, nu.84. ff. ad Syllan.* non enim, inquit ibi Igne. ob id viles censendi sunt, qui fide & opinione probati sunt: liles censendi sunt, qui fide & opinione probati sunt: liles cet alias pauperes, aut patre inope procreati sint, *l. sed etsi vnus, §. interdum, ff. de iniur. l. 3. in princip. vers. nam si caret, ff. de testib. §. fin. Instit. de suspect. tut. l. suspectum tutorem, ff. eod. l. humilem, C. de incest. nupt.* isti torqueri non possunt, nisi subsistente causa legitima, & legibus probata, *l. ex libero, in prin. ff. de quæst. l. vnius, §. si testes, eod. tit. l. nullum, C. de testib.*

67 Si † vero e contra testis vltra vilitatem sit inhonestæ, & reprobatæ vitæ, & aliqua infamiæ nota, etiam facti, affectus: & tunc sine dubio erit torquendus, non propter vilitatem, sed propter illam notam, *vt per eundem Igne. in d.l.1. § serui appellatione, n.79. in fin. iuncto nu.99. ff. ad Syllan. refert Io. Mar. Montic. in suo repert. testium, verb. vilis, fol. mihi 68. col 1. vers. 3. quibus addo Ias. post Bart. in l. cunctos populos, n.47. in 2. lect. C. de sum. Trinit. & fide cathol. Salyc. ibid. numer. 18. versicul. posset etiam sic esse, Imol. in cap. testimonium, numero 6. vers. posset etiam esse tanta vilitas, extra, de testib. Campeg. de testib. reg. 31. in 4 fall. Alb. de Malet. in tract. de testib. c. 3. num. 15. vers. subijcit tamen, Cyn. iuncto vers. posset tamen esse, & numer. 16. in fin. cum aliis cumulatis per nos supra in præcedenti quæst. 56. num. 125.* vbi bene probaui infamiam etiam facti, iuncta vilitate, imo solam infamiam, secundum communem, * sufficere ad torquendum testem, ergo multo magis iuncta vilitate.

68 Si † autem testis non appareat, quod sit honestæ vel inhonestæ vitæ, & tunc veriorem credo, ac etiam communiorem * opinionem, *in d.l ex libero*, quod scilicet ob * solam vilitatem non torqueatur, sed ei de fide diminuatur, sicut etiam, quoad fidei diminutionem, assentit Clar. *d.q.25. eod. vers. sed quæro nunquid, in fin.* nisi forsan essemus in atrocibus, & vbi veritas aliter haberi non posset, quia † tunc non videtur absurdum, contra viles testes ad torturam procedere, *vt bene explicat, & comprobat idem Ign. in d. § seruis appellatione, num. 76. vers. caterum, iuncto n. 79. & 85. per text. in l. edictum, ff. de quæst. & per alia iura ibi per eum allegata, & Igne. refert & sequitur idem Montic. verbo, testis in criminalibus, fol. 354 col. 2. vers. 5.*

69

70 Ampliа † rursus eandem decimam principalem ampliationem in vili, qui etiam pauper sit: nam vilitas, iuncta paupertate, non solum testi diminuit fidem, & facit eum reputari nõ idoneum, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, *vt per Ruyn. in cons. 347. num. 3. vers. attento primo, quod est pauper, vilis, & abiecta persona, lib. 5. Alexand. cons. 15. num. 7. vers. & ratione vilitatis personæ, & paupertatis, lib. . . Claud. ad Bertaz. cons. 210. num. 7. litera B. in vlt. addit. ad fin. vbi ex Anton. Gomez. in loco per eum citato testatur de* * *communi* * *opinione.*

71 Verum etiam † omnino repellitur, & ad testimonium non admittitur, *vt per eundem Ruyn. in cons 130. n. 40. Paris. cons. 54. n. 57. lib. 4. Aym. cons. 249. num. 12. vers. accedit* * *etiam vilitas, Roland. cons. 63. num. 34. lib. 2. vbi de* * *communi, & cons. 16. num. 22. lib. 1. & cons. 73. numer. 28. eodem lib. 1. Bertazzol. cons. 359. num. 42. lib. 2. Octau. Osasc. cons. 66 n. 22. vers. attamen istud est verum, Nouell. reg. 216. num. 73. Anton. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 12. rubr. de probat. delict. n. 19. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 96. numer. 6. & 7.* vbi ampliat hoc procedere etiam in casu, in quo non requiruntur testes omni exceptione maiores. Faciunt pro hac ampliatione, quæ de paupere patiente alium defectum dixi *supr. num. 46.*

Limita Dictam † decimam ampliationem non procedere in duobus casibus. Primo contra valde diffamatum, contra quem etiam testes viles admitti post Innoc. quem allegat *in cap. cum l. & A. de re iudic.* scripsit Paris de Put. *in tract. syndic. verbo, testis, cap. 2. §. fuisemel interrogatus à Dd. num. 2. fol. mihi 312. col. 4.* vbi præsertim loquitur concurrente aliqua alia verisimilitudine, quod & idem repetiit *in verbo, tortura, cap. 11. §. an testes reprobati, n. 2. vers. & adde, quod testes viles.* 72

Secundo † in casu, in quo nobiliores haberi non possunt: nam tunc in defectum aliarum probationum, & ne probandi facultas pereat, etiam viles admittuntur, *vt per eund. Parid. in loco (corrupte tamen) allegatum per Io. Mar. Montic. in suo repert. test. verbo, vilis, fol. mihi 67. colum. 2. vers. fin.* † Vtroque tamen casu omni exceptione maiorem, & integræ fidei testem, eum reputarem. 73 74

Limita nunc † & principaliter propositam huius quæstionis regulam pluribus modis; & primo, vt nõ habeat locum in eo paupere, qui sit honestæ & probatæ vitæ, nam illum tunc non solum ad testificandum admitti, sed nihil ei de fide diminui, tam in criminalibus, quam in ciuilibus, probat text. *in §. sancimus, in fine, extra, de testib.* dum dicit, *Aut si non tales consistunt, ex vtroque tamen, quoniam fide digni sunt, testimonium perhibere,* & rursus infra, ibi, *sed vt, si qua de eius dubitatio fuerit, possit facile demonstrari testium vita, quoniam inculpabilis, & moderata est,* text. *in d.l.3. in fin. prin. vers. nam si careat, ff. eod.* dum ibi dicitur, *Nam si careat suspicione testimonium vel propter personam, à qua fertur, quod honesta sit,* & quæ sequuntur, *admittendus est.* Generale † enim est, in omni casu semper honestatem personæ spectandam esse, *l. sed etsi vnius, §. interdum, ff. de iniur. §. fin. Instit. de suspect. tutor. l. suspectum tutorem, ff. eod. l. humilem, C. de incest. nupt.* Et † ex magna fide testis suppleri illius habilitatem respectu personæ, dicit gl. *in d.l.3. verbo, egens, ff. de testib.* & generaliter etiam dixi *infra, q.62. n.367. in materia testis inhabilis.* & † dicebat magistraliter Alber. *in d.l.3. nu.4. post Iac. Butrig. ibi, quod in iis, in quibus requiritur idoneitas circa diuitias, fides non supplet paupertatem, nec ob fidem pauper dicitur idoneus, l. creditores alias. si credet

testium aggrediendo, verbo, pauper, num. 108. Natta cons. 666. num. 3. lib. 4. Herculan. de negativa, num. 293. vers. item si testis non habet tantum, Crot. consil. 27. num. 67. Iul. Scharlatin. inter consil. crim. diuers. consil. 118. num. 25. volum. 1. Cephal. consil. crim. diuers. consil. 118. num. 25. volum. 1. Cephal. consil. 227. num. 67. vol. 2. Ioan. Mar. Monticell. in suo repertor. test. verbo, pauper. fol. 54. colum 1. vers. 3. Beninc. in tract. de pauper. quæst. 6. num. 35. & 36. vbi illam gloss. dicit communiter * receptam, Bertaz. consil 68. num. 6. lib. 1. Claud. ad eundem Bertaz. cons. 210. num. 7. litera B. vbi pariter de communi, & receptа opinione, & quod ei non auderet obsistere, licet ilam non sibi placere asserat, & alios plures in idem adducit concordantes.

91 Secunda † fuit opinio, pauperem testem eum dici, qui non habet in bonis aureos quinquaginta, per text. in l. nonnulli, qui de accusatore loquitur, ff. de accusat. per quem text. hanc firmarunt opinionem Specul. in tit. de teste, §. 1. post num. 61. vers. item quod est pauper, Angel. de Malef. in verbo, & ad querelam, n. 34. vers. & pauper est in isto casu, Alber. de Malet. in tract. de testib. cap. 5. num. 24. vers. nam qui non habet 50. Natta cons. 666. num. 3. lib. 4. Ruyn. cons. 149. versic. sed in causa criminali, lib. 5. Herculan. de negativa, numer. 293. Beninc. de paupert. quæst. 6. num. 29. Vivs. commun. opin. verbo, testis propter solam paupertatem, versicul. & aduerte circa præmissa, Ioan. Mar. Mont. in suo repertorio testium, verbo, pauperi, fol. 54. col. 1. vers. 4. Mastar. de probat. lib. 3. conclus. 1155. num. 26.

92 Nec † miteris Lector, quod multi ex præcitatis Dd. vtramque firment, & sequantur opinionem, non enim per hoc sunt sibi ipsis contrarij, quia vtraque opinio distinctionis fœdere concordatur, cum scilicet prima procedat in ciuilibus, vt declarat Alexand. in consil. 15. nu. 3. lib. 3. quem sequitur Ruyn. in cons. 194. num. 34. lib. 5. secunda autem in criminalibus, vt per eundem Ruyn. ibidem, num. 33. vers. sed in causa criminali, eodem lib. 5. Alex. d. cons. 15. num. 2. lib. 3. Crot. in causa criminali, eodem lib. 5. Alex. d. cons. 15. num. 2. lib. 3. Crot. de testib. part. 3. numer. 24. vers. aduerte tamen, Claud. ad Bertaz. in cons. 230. num. 7. litera B. vers. quod attinet ad crimina, Bursat. cons. 216. n. 92. lib. 2. Octau. Osasc. cons. 64. n. 35. & consil. 66. n. 22.

93 * Tertia † fuit * opinio verior, ni fallor, & magis approbata, quod videlicet iudicis arbitrio remittatur, quis in proposito dicatur pauper testis, ex gloss. in auth. præterea, in verbo, locuples, in fin. C. vnde vir & vxor. quæ generaliter loquitur, prout generaliter id iudicis arbitrio remissum, voluerunt Bald. Alexand. Iaf. & Dec. quite * statur de * communi, in d. authen. præterea, num. 15. & 16. C. vnde vir & vxor, ibidem Curt. num. 23. & Peppus, num. 7. Alber. de testib. part. 3. numer. 24. vers. aduerte tamen, Claud. ad Bertaz. in cons. 230. num. 7. litera B. vers. quod attinet ad crimina, Bursat. cons. 216. n. 92. lib. 2. Octau. Osasc. cons. 64. n. 35. & consil. 66. n. 22.

93 * Tertia † fuit * opinio verior, ni fallor, & magis approbata, quod videlicet iudicis arbitrio remittatur, quis in proposito dicatur pauper testis, ex gloss. in auth. præterea, in verbo, locuples, in fin. C. vnde vir & vxor. quæ generaliter loquitur, prout generaliter id iudicis arbitrio remissum, voluerunt Bald. Alexand. Iaf. & Dec. quite * statur de * communi, in d. authen. præterea, num. 15. & 16. C. vnde vir & vxor, ibidem Curt. num. 23. & Peppus, num. 7. Alber. de testib. part. 3. numer. 24. vers. aduerte tamen, Claud. ad Bertaz. in cons. 230. num. 7. litera B. vers. quod attinet ad crimina, Bursat. cons. 216. n. 92. lib. 2. Octau. Osasc. cons. 64. n. 35. & consil. 66. n. 22.

94 Sed † in terminis de teste paupere scripsit præcipue idem Dec. in consil. 163. num. 6. vbi, quod testes dicuntur pauperes, & non pauperes, attenta eorum qualitate: nam si vnus nobilis non habeat, nisi quantum rusticus diues, adhuc erit iudicandus pauper, & non diues, secundum eius qualitatem, & nobilitatem, & econtra si vnus rusticus habeat tantum, quantum vnus nobilis pauper, erit etiam reputandus diues, secundum eius conditionem, & propterea infert, non esse pauperem eum rusticum, qui habeat suos boues, plaustra, vel alias bene staret, secundum conditionem rusticorum, & si aliter diceremus, inquit Dec. sequeretur absurdum, quod omnes rustici essent pauperes, & quod à testimonio repellerentur, quod non est dicendum, quia edictũ ff. de testibus est prohibitorium, & qui non sunt specialiter prohibiti, admittuntur omnes, l. 1. ff. de testib. cum aliis ibi allegatis per eum, qui tandem concludit, iudicium super testis paupertate pendere à iudicis arbitrio, qui secundum personarum qualitatem id optime existimabit, & quod & repetiit in d. auth. præterea, nu. 16. vers. & non videtur verum, vbi expresse reprobat primam supra positam opinionem, & illum sequuti sunt Couar. d. c. 6. nu. 8. & præsertim in vers. ex quo etiam apparet, vbi eandem primam opinionem reprobat, & illam iure non probari dixit Menoch. d. casu 65 num. 11. & casu 96. num. 1. & nu. 3. in fin. Clar. in pract. §. fin. quæst. 24. vers. quæro etiam nunquid, in fin. Michael Cras. in suis commun. opin. lib. 2. cap. 17 quæst. 25. in fin. vers. nota tamen, vbi de communi, Octau. Osasc. consil. 66. n. 2. vers. sed hoc non puto verum, vbi reprobat præcedentem secundam opinionem.

95 LIMITA III. Regulam, † vt licet pauper non sit testis integer, illius tamen fides suppletur, vel ex legalitate alterius testis, vt per Crot. de testib. part. 3. n. 27. Beraz. cons. 86. num. 6. vers. vltra quod, lib. 1. Masc. de probat. lib. 3. conclus. 1155. n. 20. iunctis iis, quos retuli generaliter infr. de teste inhabili, q. 62. n. 328. seqq.

96 Vel † ex numero aliorum testium, vt per Bald. in cap. si qui testium, num. 5. nisi quod deficit in fide, Socin. reg. 289. in 3. fallens. verficul. quia qui deficit in fide, Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causs ciuil. titul. de testibus, rubric. personas tedeprobat. lib. 3. conclus. 1155. num 20. Bertazzol. in consil. 210. numer. 7. vbi tamen loquitur in criminalibus, ac dicit, quod numerus supplet quoad torturam, non quoad condemnationem, prout etiam supra admonui numer. 25. & faciunt generaliter tradita de teste inhabili, inf. quæst. 62. n. 309. seqq.

97 LIMITA IV. Quia † in instrumentis viles & pauperes non reiiciuntur, cum per rogationem à partibus tacite censeantur approbati, ex allegatis per Marsil. in l. ex lucro, n. 9. ff. de quæst. & per Io. Mar. Montic. in suo repert. test. verbo, vilis, fol. 68. col. 1. vers. 1. faciunt, quæ generaliter de teste inhabili dixi infr. q. 62. n. 110. seqq.

98 SVBLIMITANDO † seu potius declarando omnẽ propositam materiam, aduerte, quod, an & quanta fides sit testi pauperi adhibenda, iudicis arbitrio remissum est, vt per Bald. in cap. si qui testium, num. 5 in fin. versic. & breuiter hæc omnia, extra, de testibus, per text. in l. 3. §. tu magis, ff. eodem, & Baldum sequuti sunt Abb. in d. cap. si qui testium, numer. 8. versicul. sed iudex secundum qualitatem personæ & quantitatem causæ arbitratur, quanta fides sit sibi adhibenda, Felyn. ibidem, numer. 8. versicul. & siue in criminali. siue in ciuili, Dec. consil. 163. num. 7. versicul. præterea non est verum, Aufrer. de reprobat. testium, num. 78. versicul. & siue in criminali, Socin. regul. 289. in 1. fallent. versicul. sed iudex, Campeg. de testibus, regul. 113. in 6. fallent. Alber. de Malet. de testibus, cap. 5. num. 26. in fin. vers. & breuiter potestis concludere, Aym. cons. 249. num. 14. vers. & posito quod istud committeretur iudicis arbitrio, Couarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 6. numer. 8. vers. omnia tamen ista, Corrad. in pract. vbi supra, d. verbo, pauper, num. 80. in princ. vers. licet dicat Abbatem, &c. fol. 107. Gabr. lib. 1. rubr. de testibus, concl. 18. num. 12. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 65. num. 12. vers. hoc totum ergo à iudicis arbitrio pendet, & casu 96 num. 3. Michael Cras. in suis commun opin. lib. 2. c. 17. q. 25. Ex quibus * sine dubio dici potest, ita communiter * à Dd. esse receptum, prout de communi testatur Mascard. de probat. lib. 3. d. concl. 1155. n. 32.

LIMI-

99 LIMITANDO † rursus præcedentem sublimationem, aduerte, quod aliqui ex Dd. præfatis, ac præcipue Abb. Felyn. Dec. & Aufr. in loco præcitato, aperte dicunt, quod etiam in criminalibus, iudicis arbitrio remissum est, quanta fides sit adhibenda testi pauperi, de

100 quo eorum dicto ego multum dubito: Quia † regula illa, quod probationes sint iudici arbitrariæ, de qua in d. l. 3. § tu magis, ff. de testib. in qua fundant se præcipue Bald. & alij ad dicendum, quod fides testis pauperis iudicis arbitrio remittatur, procedit in ciuilibus, non in criminalibus, saltem quoad condemnandum, vt bene declarat Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. rubr. de prob. nu.

102 22. fol. mihi 167. per l. fin. C. de probat. † Et propterea melius credo loquutum esse Osasc. in cons. 66. num. 22. vers. sed hoc non puto verum, vbi expresse dixit, relinquendum esse arbitrio iudicis, quis dicatur pauper, & quam fidem mereatur in ciuilibus, sed in criminalibus non est idoneus testis, vt per Dd. commu-

* niter * in d. c. si qui testium, tacite sentiens, iudicis arbitriũ in criminalibus cessare, quia iam certum est, in illis pauperes non admitti, vt plenè probauimus supr. n. 15. seqq. ideo si in aliquo speciali casu admittantur, non erunt testes idonei, & integræ fidei. Et ista est veritas. LAVS DEO.

ARGVMENTVM.

Infans, impubes, pubes, & minor, quando, & in quibus causis à testimonio dicendo arceantur, & admissi an saltem faciant indicium, & quale.

SVMMARIA.

Impubes, siue masculus, siue fœmina, à testimonio repellitur in ciuilibus causis. n. 1. seqq. vbi redditur ratio huius regulæ.

Testu dictum non iuratum non valet, vt n. 2.

Iuramentum impuberis minime valet, quia impubes iurare non potest, n. 3.

Pupillus iudicio caret, & quicquid videt aut audit, ignorat, n. 4.

Infans à testimonio repellitur, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, n. 5.

Infantia durat vsq; ad septennium, n. 6.

Pubes maior scilicet quatuordecim annorum, potest esse testis in testamentu, n. 8.

Impuberes minores scilicet quatuordecim annorum, multo magis repelluntur à testimonio in criminalibus causis, nu. 9. Amplia etiam in pubere, maiore scilicet quatuordecim, & minore viginti annorum, nu. 10. sed hæc ampliatio non seruatur vigore constitutionum Marchiæ, n. 11.

Impuberis testimonium est nullum iure ipso, etiam parte non opponente, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, n. 12.

Pubes, maior scilicet quatuordecim annorum, non prohibetur esse testis in causa ciuili, n. 13. fallit in causa ciuili ardua, n. 14.

Pubertati proximus, à testificando non repellitur, tam in ciuilibus, quam etiam in criminalibus, nu. 15. & 16. sed contra, nu. 17. concorda, vt n. 18.

Pubertati proximus admittitur in criminalibus, non ad faciendum plenam probationem, sed qualequale indicium, n. 18.

Minor viginti quinque, maior viginti, non repellitur à testificando in criminalibus, num. 19. contra, n. 20. sed prima opinio est verior, n. 21.

Minor admittitur ad testificandum in crimine læsæ maiest. tis, num. 22. Limita, dummodo deponat cum auctoritate tutoris, vel curatoris, alias secus, nu. 23. sed hæc limitatio non seruatur in practica, n. 24.

Minor admittitur etiam in criminalibus, quando dominus domus reperitur occisus in domo, & nescitur à quo, num. 25. & isto casu cum deponat de facto domestico, quod per alios haberi non potest, eius dictum solum non sufficit ad inquirendum, num. 26. sed etiam ad torquendum, num. 27. declara, vt numer 28.

Minores viginti admittuntur ad testificandum, ob defectum probationum, quando veritas aliter haberi non potest, nu. 29. & 31. licet aliqui contra, n. 30.

Minoru depositio sufficit ad torquendum in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, n. 32. sed contra, n. 34.

Minores duo etiam impuberes, faciunt plenam probationem, etiam in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, nu 33. contra, n. 34.

Minores ad hoc, vt admittantur in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, duo requiruntur. Primo, quod veritatem aliter haberi non posse constet aliunde, quam ex dicto eorundem minorum asserentium, puta eos non interfuisse, n 35. Secundo, quod sumus in casu, in quo de sui natura, actu, & habitu, alij testes non solum non interfuerint, sed etiam, quod nec interesse potuerint, alias secus, n 36.

Minores admittuntur etiam in criminalibus, quando iudex ex officio procedit, n. 37. contra, n. 38. declara, vt n 39. seqq.

Minoris testimonium licet in criminalibus non reiiciatur, receptum tamen facit aliqualem præsumptionem, etsi non plenam, saltem qualequale indicium. n. 44. & n. 45. licet aliqui contra, n. 45. declara, vt n. 47. seqq.

Infans, vel infantiæ proximus nullum prorsus in criminalibus facit indicium, n. 47.

Minoru depositio in criminalibus non sufficit, nec ad puniendum, nec ad torquendum, sed tãtummodo ad iudicis instructionem, & ad inquirendum veritatem, nu. 48. & sic ad inquirendum generaliter, n. 49. & 51 licet alij contra, n. 50.

Minoris depositio adminiculata aliis coniecturis, sufficit ad torturam, n. 52.

Pubes factus non prohibetur testificari de iis, quæ vidit in pupillari ætate, n. 53. licet alij contra, nu. 54 fallit, vbi sumus in actu, in quo maiores requiruntur non ad illius probationem, sed ad solemnitatem, vt puta in testamento, quia tunc non potest pubes factus testificari de iis, quæ vidit impubes in testamento in testem adhibitus, n. 155. Limita hanc fallentiam in testamento militis inter liberos, & ad pias causas, in quibus impubes in testem adhibitus potest postea pubes factus testimonium ferre, n. 56. & 57.

Testes in testamento militis inter liberos, & ad pias causas, requiruntur ad eius probationem, & non ad substantiam, vel solemnitatem, n. 56.

Pubes factus potest testificari de iis, quæ vidit in pupillari ætate, dummodo sint talia, vt potuerint eo tempore in illius sensum & intellectum cadere alias secus, nu. 58. & 59. explica, vt in n. 60. vbi de pubere deponente vidisse fabricari falsam monetam tempore pupillaris ætatis.

Pubes factus, non potest deponere de iis, quæ vidit in infantili ætate, nu. 71. item nec de iis, quæ vidit in impubertate, proximus tamen infantiæ. num. 62. declara, vt num. 63. & 64. videlicet, quando ea, quæ vidit in infantili ætate, erant talia, vt possent in illius sensum & intellectum cadere, veluta in probatione ætatis.

Proximus pubertati, & proximus infantiæ quis dicatur, n. 67.

QVÆSTIO LVIII.

OPPONITVR VI. contra testes, quod sunt minores, & impuberes, & quod propterea defectu ætatis non possunt testimonium dicere, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, quod, quando verum sit, vt videamus,

REGVLAM † constituo, quod impubes masculus, i minor scilicet quatuordecim annorum, tam in minor annorum duodecim, in ciuilibus causis à tem dicendo testimonium repelluntur à iure, text. est in l. 3. §. lege Iulia, ff. de testibus, qui textus non solum intelligi debet de causa criminali, prout in specie loqui videtur, sed etiam generaliter de omni causa, prout etiam generaliter loquitur deinceps in illis verbis, *Quidam propter lubricam consilij sui admittendi non sunt ad testimony fidem*, & & ibi gloss. *in verbo, lubricum*, exemplificat in impube- re, & alia gloss. *ibidem, in verbo, in rem*, illum textum expresse tendit ad causam pecuniariam, & demum altera gloss. *ibidem, in verbo, impubes*, facit conclusionem

generalem, quod minor quatuordecim masculus, & minor duodecim fœmina, non potest ferre testimonium. Et ita etiam postaliam gloss. *in l. inuiti, la 2. in verbo, sed nec pupillus, ff. eod. tit. de testibus.* generaliter loquuti sunt *Bartol. in d. § lege Iulia, in primis verbis, Specul. in tit. de teste, § 1. n. 33. vers. item excipitur quod est impubes, Ign. in l. 1. § impubes, num. 26. & 38 ff. ad Syllan. Dec. in l. 2. § item impuberes, nu. 9. ff. de regul. iur. Cagnol. ibidem, num. 20. Iacob. Butriger. in tract. de testib. num. 51. seq. Iacob. Ægid. de testib. num. 6. Feder. Schenck de testib. num. 13. Nell. de testib. nu. 21. Aufrer. de reprobat. testium, num. 57. Alber. de Malet. de testib. cap. 5 num. 19. Lanfranc. de testibus, ad cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, num. 2. iuncto num. 80. in fin. versic. quero secundo, extra, de probat. Campeg. de testibus, regul. 112. in princip. Viui. in commun. opinion. verbo, testis esse non potest pupillus, Conrad. in practic. § 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. titul. de testibus, rubric. personas testium aggrediendo, verbo minor, numer. 70. fol. 103. Clar. in practic. § fin. quæst. 24. vers. vidi quandoq; dubitari, in princip. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, minor. folio 50. colum. 2. vers. fin. & colum. 2. vers. 1. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1246. num. 1.* Et quidem hæc regula etiam in
* ciuilibus non solum est communiter * recepta, sed neminem, quem viderim, habet contradictorem. Ratio
2 regulæ † duplex principaliter à Dd. affertur: Vna est, quia testis dictum non iuratum, nihil valet, *l. solam, & l. iurisiurandi, C. de testib. cumper, & c. tuis, extra, eodem, cum simulatum.* Impubes † autem iurare non potest, *l. qui iurasse, ff. de iureiuran. l. 4. ff. de in lit. iuran. c. 1. 4. q. 3. c. paruuli & cap. pueri, 22. q. 4.* ideo non est mirum, si nec etiam potest testificari. Altera est ratio, quia † pupillus iudicio caret, & quicquid videt, aut audit, ignorat, *l. cum prætor, § non autem ff. de iudic. § præterea, Instit. quibus non est permiss. facere testam. l. fin. circa fin. ff. rem pupilli saluam fore, l. fi. ff. de iur. & facti ignor. l. 1. ad fin. C. de fals. mon.* Ideo sicut cœcus de coloribus non iudicat, nec testificatur, ita pariter nec pupillus de eo, quod videt, & audit.

5 AMPLIA I. Regulam, vt † multo magis procedat in infante. Nam is indistincte tam in criminalibus, quam etiam in ciuilibus à testimonio dicendo repellitur, *sic enim post Bald. in l. testium, col. 2. C. de testib. scripserunt Mars. in l. infans, n. 41. ff. ad leg. Corn. de sicar. Aufr. de reprob. test. n. 55. Gram. decis. 40. nu. 5. Mascard. d. concl 1246. num. 2. lib. 3.* Et hæc ampliatio est indubitata, quia si impuberes, minores scilicet annorum quatuordecim, non possunt, vt supra, esse testes, tanto minus possunt infantes, minores
6 scilicet septennio. † Eo enim vsque infantia perdurat, *l. si in fanti, C. de iure deliber.*

7 AMPLIA II Vt † idem sit in testamentis, in quibus licet pubes factus, & maior quatuordecim annorum possit esse testis in testamento, *vt notant Dd. & præcipuè Fulger in § testes autem num. 1. vers. sed hoc fortificatur,*
8 *princ. o vers. sed cur non ista pubes, Instit. de testam.* † non tamen sic est in impubere, quia is minime in testamento recipitur. *d. § testes autem, l hac consultissima, vbi Dd. & præcipuè Ias. n. 10 C. de testam. Crot. de testib. part. 1. n. 21. Campeg de testibus, reg. 112. in 7. fallen.* vbi ampliat etiam in testamento ad pias causas. Sed an pubes factus possit ferre testimonium super contentis in testamento, & de eo, quod vidit in pupillari ætate, dicam *infra num. 53. seqq. in 9. limit.* Vide, quæ de testibus inhabilibus in testamento recipiendis dixi *in quæst. 61. nu. 24. seqq.*

9 AMPLIA III. Vt † proposita regula, quæ in ciuilibus loquitur, multo magis procedat in criminalibus, in quibus cum testes requirantur magis idonei, quam in ciuilibus, quia de maiori præiudicio agitur, ideo nulli dubium, quod & in criminalibus cautis impuberes contra inquisitum à testificando repelluntur, vt probat ad literam text. *in d. l. 3 § lege Iulia, ibi, Quive impubes erit, & ibi gloss. in verbo, in reum, & in verbo, impubes. ff. de testib. cap. si testes, § lege Iulia, 4. q. 3. Igne. in l. 1. § impubes, n. 26. 36. & 38. ff. ad Syllan. Gram. decis. 40. nu. 15. Marsil. in l. infans, n. 41. vers. quinimo nec dum infans, sed etiam impubes, ff. ad leg. Corn. de sicar. Blanch. de indic. n. 346. Nouell. reg. 216. num. 18. Brun. de indic. 2. par. q. 4. num. 17. Paris. cons. 163. num. 7. lib 4. & cons. 164. num. 1. eod. vol. Crot. de testib. part. 1. num. 70. Gigas de crim. læsa maiestat. lib. 2. rubr. quomodo & per quos crimen læsa maiest. probet. q. 12 num. 3. Bertazzol. cons 3. num. 12. lib. 1. vbi alios adducit, & consil 351. num. 3. lib. 2. & ibi Claud. in addit. litera A, Mascard. d. conclus. 1246. n. 1. lib. 3.* Et pariter hæc ampliatio est indubitata, quia si in criminalibus à testificando repellitur pubes, & minor viginti, *in l. testimonium, ff. de testibus. & mox dicam,* tanto magis repelli debet impubes minor quatuordecim.

AMPLIA IV. (Et † hæc ampliatio venit ampliatiue ad præcedentem,) vt in criminalibus nõ solum repellatur impubes, vt modo dixi, sed etiam pubes, maior scilicet quatuordecim, & minor viginti, *l. ante omnium, ff. de testib. ibi, Aut qui minor viginti annis erit. Goss. in l. inuiti, la 2. in verbo, sed nec pupillus, vers. fin. in causa criminali etiam, ff. eod. Alber. in d. l. testimonium, in primis verbis, & num. 2. in prin. & ibi etiam Florian. in summario, Specul. in tit. de teste, § 1. num. 34. vers. nam in criminali. Bald. in d. l. inuiti, in fin. Nepos de Monte Alban. de testi. num. 54. vers. in causa vero criminali, Butrig. de testib. num. 11. versicul. in criminali autem, Iacob. Ægid. de testib. num. 6. versicul. in criminali repelluntur, Feder. Schenck de testib. num. 14. Nell. de testib. post num. 21. vers. in criminali vero, Aufrer. de reprob. test. num. 57. vers. nam in criminali, Alber. de testib. cap. 5. num. 19. versic. si autem sit pubes, Crot. de testib. part. 3. n. 70. Campeg. de testib. reg. 112. in prin. Angel de malef. in verbo, comparuerunt dicti inquisiti, & negauerunt totum, num. 13. vers. item minor viginti annis, Marsil. in l. de minore, num. 22. ff. de quæst. Amad. in tract. syndic. 1. num. 192. versic. item repellitur minor, Blanch. de indic. num. 349. Hieronym. Cuchal. in addit. ad Dec. in l. 2. § item impuberes, num. 11. litera A, vers. in causa tamen criminali, & ibi etiam Cagnol. num. 21. ff. de regul. iur. Plot. de in lit. iuran. § 4. num. 31. Gigas de crim. læsa maiest. lib. 2. rubr. quomodo & per quos crimen læsa maiestat. probet. quæst. 12. num. 1 Iodoc. in pract. cap. 50. rubr. de reprobat. test. num. 2. Diaz reg. 465. in princ. Alexand. consil. 64. ante num. 1. lib. 1. Anton. Gomez var. resolut. tomo 3. cap. 12. rubr. de reprob. dict. num. 12. vers. secundo repellitur, vbi testatur de * communi * opinione, Viui. in suis commun. opinion. verbo, testis esse non potest pupillus, vers. nam in criminalibus, Nouell. reg. 216. nu. 27. Roland. cons. 24. num. 66 lib. 1. Bertaz. cons 3. num. 5. lib. 1. Claud. ad eundem Bertaz. consil. 351. litera B. vers. imo in criminalibus, Bursat. cons. 201. num 143. lib. 2 vbi alios refert, & consil. 246. num. 15. lib. 4. Monticell. in suo repert. test. verbo, minor, fol. 50. col 1. vers. pen.*

Sed † hæc ampliatio non seruatur vigore constitutionis Marchiæ, *de qua in lib. 4. constitutionum, cap. 17. vbi videas,* & quid de minore viginti quinque annorum, vide *infr. num. 19.*

AMPLIA V. (Et † hæc ampliatio est generalis ad ciuiles & etiam criminales causas,) vt impuberis testimonium sit ipso iure nullum, ac inualidum, etiam parte non oppónente, vt per Angel. *in § 1. num. 3 in auth. de testibus.* vbi propterea subdit, quod licet ego non fuerim protestatus ante aperturam testium contra personas, & eorum dicta, prout est de more, tamen contra personam impuberis, & eius dicta, potero opponere, etiam attestationibus publicatis, cum tale testimonium sit ipso iure nullum, *& Angel. sic, vt sup. dicentem sequuti sunt Marsil. in l. de minore, post numer. 22. ff. de quæst. Dec. in l. 2. § item impuberes, num. 9. vers. & licet non opponatur. ff. de reg iur. Lanfranc. de testib. num. 2. Iacob. Butrigar. de testib. num. 1. Conrad. in pract. § 2. de offic prætor. in causs. ciuil. tit. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo, minor, num. 70. versicul. & addit Dec fol. 103. idem Marsil. consil. 28. num. 15. Blanch. de indic. post numer. 346. versic. nisi examinatus, Ioan. Marian. Mont. in suo repertorio test. verbo, minor. fol. 50. col 2. vers 2. Rol. in consil. 3. n. 27. vol. 3.* & faciunt, quæ in simili & generaliter de testibus inhabilibus dixi *infra quæst. . . num. . .*

13 LIMITA I. Propositam † regulam, vt procedat, prout loquitur in impubere, qui in causa ciuili à testificando repellitur, secus autem in pubere, maiore scilicet quatuordecim annorum, licet minore viginti: is enim in ciuilibus non prohibetur esse testis, *vt per Alb in l. testimonium, nu. 1. vers. nam in ciuili, & ibid. Florian. n. 1. vers. secus in ciuili. ff. de testib. Spec. in tit. de teste, § 1. n. 36. vers. & hæc in causa ciuili, Conrad. in practic. § 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. tit. de testib. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, minor, nu. 70. fol. 104. col. 1. vers. pubes tamen admittitur in testem in causa ciuili, &c.* † præterquam in ciuili ardua, *vt per Crot. de testib. part. 3. nu. 70. vers. ex quo videtur posse inferri, arg. text. in l. propter litem, § 1. ff de excusat. tutor.*

15 LIMITA II. Regulam † non procedere in proximo pubertati, qui cum à iure doli capax præsumatur, *sicut per text. in § in summa, Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. & per text. in l. excipiuntur. ff. ad Syllan. notat Igne. in d. l. excipiuntur, nu. 35.* hoc ideo non solum in ciuilibus ad testificandum admitti *per text. in l. fin. ff de liber. caus.* scripserunt Ioan Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de teste, num. 34. litera G. in verbo, 20. annorum, Alb. de Malet. de testib. c. 5. n. 20.*
16 *Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1246. num. 4.* Sed † etiam in criminalibus expresse sic voluit idem Igne. *in d. l. excipiuntur, num. 36. versicul dic proprius, iuncto num. 37. vsq; ad versiculum, cuius testimonium, &c* vbi bene ponderat illum textum, proximiorem impuberem non reuelantem sui domini mortem, quam sciebat. Si enim, *inquit Igne.* tale testimonium nullam faceret probationem, frustra ab eo fuisset desiderata detectio mortis domini. Vnde si lex eum puniat, si non detegat, necessario concluditur, quod detegendo aliquam faciat probationem, & sic concludit, impuberem proximum pubertati capacem esse testimonij, etiam in criminalibus, (vt illius propriis verbis vtar.) Proximus autem pubertati quis dicatur, dicam *infr. in vltima limit.*

17 Si † hæc limitatio esset vera, (prout eam sic simpliciter intellectam minime veram credo,) omnino destrueretur regula principalis huius quæstionis, volens impuberem non admitti in ciuilibus ad testimonium dicendum, de qua *supr. nu. 1.* Item destrueretur altera conclusio, de qua *supr. num. 10.* quod scilicet in criminalibus repellatur etiam maior quatuordecim annorum, dummodo sit minor viginti: ergo multo magis repellendus est impubes, etiam quod sit doli capax, & pubertati proximus. Nec obstat text. *in l. fin. ff. de liber. causs.* quia, *vt bene aduertit gloss. in l. inuiti, la 2 in verbo, sed nec pupillus, in vltimus verbis, ff. de testibus,* loquitur non de ferendo testimonio, sed de obligando ipsum impuberem. Nec etiam obstat text. *in d. l. excipiuntur.* quia loquitur in casu speciali, videlicet in morte domini occisi quo casu tota familia absque discrimine examinatur, & torquetur, *vt dicam infra in quinta limitatione.* Quod autem a iure speciali ratione statutum est, in consequentiam trahi non debet, *l. ius singulare, ff. de legib.*

18 Et † nihilominus potes dicere pro concordia: quod impubes, pubertati tamen proximus, & sic doli capax, admittitur etiam in criminalibus, non ad probationem faciendam, quia nullam prorsus facit, sed ad faciendum quale quale indicium, *per ea, quæ generaliter dicam infr. in 8. huius quæstionis limitatione, & in specie scripserunt gloss. in d. l. inuitus, in verbo, sed nec pupillus, in fin. ff. de testib. Alber. de Malet. de testibus, cap 5. num. 20. vers. pro hoc tamen, Lanfranc. de testibus, num. 1. vers. aut si doli capax sit, Dec. in l. 2. § item impuberes, num 10. vers. secundo fallit, & ibi etiam Cagnol. num. 20. in fin. versic. quando autem sunt doli capaces, ff. de regul. iur. Conrad. in pract. § 2. ff. de offic. prætor. in causs ciuil. tit. de testib. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, minor, num. 70. fol. 103. col. 2. in fin. versicul. septimo adde, Mascard de probation. lib 3. conclusione 1246. num. 5. & 6.* iunctis aliis allegatis *infra in d. 8. limitatione, num. 47. & 48.* vbi particulariter, an istud qualequale indicium sufficiat ad torquendum, vel inquirendum.

19 LIMITA III. V † eadem regula, sicut supra, ampliata in criminalibus, etiam in pubere, maiore quatuordecim annorum, & minore viginti procedat, prout loquitur, sed non se extendat ad minorem viginti quinque annorum, dummodo sit maior viginti, nam is in criminalibus non repellitur, prout probat text. sumpto ex eo argumẽto à contrario sensu, *in d. l. testimonium, ff. de testib. & per illum text gloss. in l. inuiti. in verbo, sed nec pupillus, vers. in criminali etiam, Spec. in tit. de teste, § 1. n. 34. versic. nam in criminali, & ibi Io. Andr. litera G in fine addit vers. rationem quare, &c. Nepos de Monte Alba. de test. n. 54. vers. in causa vero criminali, Nell. de testib. post num. 21. vers. nisi compleuerit viginti annos, Crot. de testib. part. 3. num. 70. versicul quia nisi sit maior viginti, Nouell regul. 216. num 27. ibi, nisi sint annorum viginti, &c. Gig. de crimin. læsæ maiest. lib. 2. rubr. quomodo & per quos crim. læsæ maiest. probet. q 12. numer 1. ibi, quia sit maior annis viginti, Conrad. in pract. § 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. tit. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo, minor, num. 70. fol. 104. colum. 1. vers. in criminali completo vigesimo anno, & iterum infr. in vers. & plus addit, vt in propt. rea reprobat Alber. de Malet. & Lanfranc. quos mox referam, contrarium tenentes, & ita etiam est de mente omnium * Dd. allegatorum supra, n. 10.*

20 Contrarium, † quod imo in criminalibus, etiam minor viginti quinque annorum à testimonio repellatur, voluerunt Bald. *in l. seruos, C. de testib. col. 1. in prin. ibi, vel in criminali minor viginti quinq; annis. Iacob. de S. Georg. in d. l. in testimonium, in 1. not. ab. ff. de testib. Marsil in pract. § dil genter, num. 80. ibi, licet minor viginti quinq; annis non debeat examinari in testem in criminali causa, & idem in consil. 28. num. 14. Alber. de Malet. de testibus, cap. 5. num 19 versicul si autem sit pubes, Lanfranc. de testibus, ad cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, num. 80. in fin. versicul. quæro secundo, ibi, nec minor viginti quinq; annis, & extra. de probat Grammat. consil. 45. num. 19. in fin. ibi, & pariter, vbi esset minor viginti quinque annis, qui pariter non debet admitti Roland. cons 3. num 26. lib. 3. & consil. 73 num 27. lib. 1. Blanch de indic post num. 348. dum refert Bald. in d. l. seruos, Mascard qui alios allegat, de probat. lib. 3. conclus. 1246. n. 14. Octau. Osasc. conj. 65. n. 11. & consil. 66. n. 17. in fin.*

21 Sed † horum Doctorum auctoritatibus non obstantibus, cum inaduertenter loquuti fuerint, & contra claram dispositionem text. *in l. in testimonium, ff. de testib.* requirentis in criminalibus testificationibus ætatem annorum viginti, non autem viginti quinque, non recedas à proposita limitatione, quæ & veritissima est, & etiam magis communiter * recepta, & eo præsertim, *
quia Baldus ex aduerso allegatus *in d. l. seruos.* id non firmat ex professo, sed obiter ex alio proposito, &, ni fallor, inaduertenter, & nihil ad id allegans, loquutus est, *Iacob. de S. Georg. Alb. de Malet. Roland. & Octau. Osasc. in locis, vbi supr.* in contrarium allegati, fundant eorum dictum, *in d. l. in testimonium,* quæ, vt dixi, probat contrarium eius, ad quod ipsi textum illum inducunt, *Marsil. in d. consil. 28. num. 14. & Grammat. in consil. 45. numer 19. in fine, pro eadem contraria opinione citati, allegant l. 13. ff. de testibus, & Alexand. in consil. 64.* Quibus in locis non probatur id, ad quod allegantur. Lanfrancus autem de testibus, *d. numer 80.* allegat *l. testamentis, ff. de testament.* quæ nihil ad propositum, *& iterum idem Marsil. in pract. § diligenter, numer. 8 allegat Ioan. Andr. in addit. ad Specular. de teste, § 1. versicul. item excipitur, quod est impubes, qui quidem Ioan. Andr tale quid minime dicit, & demum Major. d. conclusione 1246. numer. 14. allegat Iacob. Ægid. Crot. & Paris.* qui in locis per eum citatis loquuntur de minore quatuordecim anno-

annorum, & non de minore viginti quinque: vides ergo, quomodo in hunc errorem prædicti Dd. vnus post alium lapsi sunt.

22 LIMITA IV. In † crimine læsæ maiestatis, in quo nedum minores quatuordecim annorũ, sed omnes indistincte, nedum testimonium dicere possunt, sed etiam ad id coguntur & torquentur, ad text. qui hoc ad literam probat, *in l. de minore, in princip. ff. de quæst.* & per istum textum hanc limitationem firmarunt gloss. *in l. inuiti, la 2. in verbo, sed nec pupillus*, vers. *fallit autem in crimine læsæ maiestatis. ff. de testibus*, *Alber. in l. testimonium, num. 2. vers. fallit in crimin. ff. eodem*, *Igne. in l. 1. §. impubes, numero 24. & post numer. 26. & numer. 36. versicul. predicta autem in crimine læsæ maiestatis locum non habent. ff. ad Syllan. Dec. in l. 2. §. item impuberes, numero 10. versicul. & ista conclusio fallit, & ibi etiam Cagnol. numero 21. ff. de regulis iuris*, *Campeg. de testibus, regul. 113. in 4. fallent. Feder. Schenck de testibus, numero 13. versicul. nisi agatur de crimine læsæ maiestatis*, *Alber. de Malet. de testibus, cap. 5. numero 19. versicul. fallit in crimine læsæ maiestatis*, *Lanfranc. de testibus, ad cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, numero 2. versicul. excepta maiestatis causa*, *Moncad. ad Crot. de testibus, part. 3. numero 70. littera T. in fine additionis, versicul. predicta limita*, *Gig. de crimine læsæ maiestatis, libro 2. rubric. quomodo & per quos crimen læsæ maiestatis probetur, quæst. 14. numero 4. Corrad. in practic. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. titul. de testibus, rubric. personas testium aggrediendo, verbo, minor, numero 70. in 1. limitatione, folio 103. colum. 2. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, minor. folio 51. colum. 1. versicul. 1. & rubric. de testibus in crimine læsæ maiest. tis. folio 359. colum. 2. versicul. 3. Mascard. de probationib. lib. 3. conclusione 1246. numero 3. & lib. 1 conclusione 462. num. 4. & 5.* Vbi † declarat, dummodo deponat cum auctoritate tutoris, vel curatoris, *per l. Claram, C. de auctor. præst.* alias secus. Sed † declaratio non seruatur in practica, vt suo loco dicam *infra in titul. de reo confesso & conuicto.* Faciunt pro hac quarta limitatione, quæ generaliter de testibus inhabilibus admittendis in hoc crimine dixi *infra quæst. 62. num. 81. seqq.* & quæ etiam de minore in hoc eodem crimine, tanquam pro reo principali contra iuris regulas torquendo dixi *supra quæst. 41. num. 101. seqq.* Quod autem minor regulariter non possit cogi ad testificandum, dixi infra, de teste cogendo, *quæst. . . num. . .*

23

24

25 LIMITA V. Quando † dominus reperitur occisus in domo, & nescitur à quo: nam tunc ad perhibendum veritatem de nece domini, omnes de familia etiam impuberes admittuntur, *Alber. in l. testimonium, numer. 2. vers. fallit in criminibus, ff. de testibus, Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 34. in fin. vers. sed & pupillus Nell. de testibus, num. 2. vers. maxime si dominus dicatur à familia occisus. Aufrer. de reprobat. test. num. 57 vers. pupillus tamen, Alb. de Malet. de testib. cap. 5. num. 20 in fin. Campeg. de testibus, regul. 112. in 5. fallent. Corrad in pract. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. tit. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo, minor, numer. 70. folio 103. colum. 2. in 5. limitat. Mascard. de probat. lib. 3 conclusione 1246. num. 3. & præter omnes melius Igne. in l. 1. §. impubes*, 26 *num 39. versic. sin hoc Senatusconsulto. ff. ad Syllan.* † vbi amplius, quod cum isto casu agatur de facto domestico, quod per alios veritas aliter haberi non potest, icirco dictum impuberis in proposito operabitur aliquid plus, quam indicium ad inquirendum, *argum. text. in l. consensu, C. de repud. cum aliis allegatis per eum ibi, & rursus in l.* 27 *excipiuntur, num 37. ff eod. ad Syllan.* † vbi, quod plus est, quod etiam faciet indicium ad torturam, prout alias testatur apud eum seruatum fuisse per Senatum Rothomagensem in quodam ciue Faletiæ, qui vxorem suam, patiente tantum suo filio, occiderat: cuius filij fides ad quæstionem profuit, etiam quod esset impubes annorum tantum duodecim. Verum † ad hæc vltima, an sola depositio impuberis faciat indicium ad inquirendum, vel etiam ad torquendum, præsertim in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, remitto me ad ea, quæ latius ponam *infr. in seq. & 8. limit.*

2

LIMITA VI. Quia † vbi veritas aliter haberi non 29 potest, & sic in defectum aliorum testium, ac probationum, minores viginti, & etiam minores quatuordecim annorum ad testificandum admittuntur in criminalibus, *secundum Alb. in l. testimonium, num. 2. vers. & maxime si aliter veritas, &c. ff. de testibus, Specul. in tit. de teste, §. 1. numer. 34. versicul. Accursius tamen, Ias. in l. fin. C de his quib. vt indign. num. 7. Marsil. in l. de minore, num. 24. & seqq. ff. de quæst. vbi pluribus hanc limitationem exornat, & rursus in l. infans, num. 42. seqq. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & in pract. §. diligenter, num. 42. seqq. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & in pract. §. diligenter, num. 80. seqq. Alex. cons. 64. num. 1 lib. 1. Igne. in l. 1. §. impubes, num. 80. seqq. Alex. cons. 64. num. 1 lib. 1. Igne. in l. 1. §. impubes, num. 39. versic. nec ab re. ff. ad Syll. Crot. de testibus, part. 3. numero 71. & ibi Petr. Moncad. in addit. litera T. Grammat. consilio 45. num. 19. Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 2. quær. quomodo & per quos crimen læsæ maiest. probet. q. 12. num. 2. Carrer. in pract. crim. in tract. de indic. & tort. §. vltimo, an testis, num. 16. Plot. in tract. de in lit. iuran. §. 54. num. 31.* vbi ponit tria exempla huius limitationis, *Corrad. in prac. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. tit. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo, minor, num. 70. in fin. fol. 104. colum. 1. vers. admittitur etiam in subsidium, Diaz. regul. 465. in 1. limitatione, Vulpell. consil. 125. num. 6 Mascard. de probation. lib. 3 conclus. 1246. num. 7.* vbi declarat, dummodo iudex examinet ex officio, *iuxta ea, quæ dicam in sequenti limitatione*, alias secus, *& ante eum ita etiam declarat Campeg. de testibus, regul. 112. in 3. fallent.* Faciunt pro hac sexta limitatione, quæ in simili de testibus inhabilibus admittendis dixi generaliter *infra q. 62. num. 50. & seqq* Et † licet, quod nec in defectum aliarum 30 probationum impuberes admittantur, voluerit Dec. *in l. 2. §. item impuberes, numer. 10. rationibus ibi per eum allegatis, & ibidem Hieronym. Cucchalon in addit. numer. 11. versicul. sed an vbi, & Cagnol. num. 20. vers. quibus rationibus suadetur, ff. de regul. iur. Lanfranc. de testib. num. 2. versic. ideoq, nec in defectum quidem aliorum admittetur, &c. Corrad. vbi supra, d. numer. 70. vers. & vlterius vult Dec. &c. fol. 103. col. 2.* † non per 31 hoc tamen recedas à proposita limitatione, quæ non solum, vt vides, communiter * recepta est à Dd. sed etiam est verissima, adiectis tamen declarationibus, quas mox subiiciam.

AMPLIA † hanc sextam limitationem, vt in casu, 32 in quo veritas aliter haberi non potest, dictum vnius impuberis sufficiat ad quæstionem, per ea, quæ in propriis terminis latissime deduxit Marsil. *in l. de minore, num. 24. seqq.* (loquens tamen per verbum, *forte*,) *ff. de quæst. & in pract. §. diligenter, num. 80. seqq & in l. infans, numer. 42. seqq. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* vbi *nu. 46* testatur alias ex dicto duorum infantium reperisse occisorem eorum matris, & ita etiam alias in simili casu seruatum fuisse per Senatum Rothomagensem, testatur Igne. *in l. excipiuntur, n. 37. vers. cuius testimonium. ff. ad Syll. quem refert Clar. in pract. §. fin. sub vers. vidi qu. indog, dubit. 1, &c.*

Et † pariter, vbi veritas aliter haberi non potest, duo 33 impuberes facient plenam delicti probationem, *vt per eundem Marsil. in d. l. de minore, num. 28. ff. de quæst. & in l. infans, numer. 46. ad leg. Cornel. de sicar. & in pract. §. diligenter, numer 82. ex Alber. quem allegat in l. testimonium, ff. de testibus, & Marsilium sic referendo sequuti sunt Grammat. consil. 45. numer. 11. Carrer. in practic. in tract. de indic. & tort. §. vlt. an testis, num. 16. Moncad. in addit. ad Crot. de testib. part. 3. num. 70. litera T. post princip. addit. addo & Ias. in l fin. numer. 7. C. de his quib. vt indign.*

Verum † ego de hac ampliatione non solum dubito, 34 sed eam veram minime credo, quia vbi alias testes non admittendi admittuntur in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, adhuc tamen non sunt integri, & omni exceptione maiores, *ad trad. per Boss. in titul. de indic. num. 177. vers. non tamen credas, Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt.*

sumpt. 39. n. 5. vers. Nec obstant contraria. Rolan. cons. 24. n. 66. iuncto n. 69. lib. 1. vbi in terminis loquitur in minore, *Hipol. Riminal. inter cons. crim. diuers. cons. 84. num. 9. lib. 2. in fol. cum aliis, quæ de teste inhabili dicam infra generaliter, in q. 62. n. 73. & quæ dixi supra de indic. & tortur. q. 37. nu. 63. & q. 43. n. 40. & hoc eod. tit. q. 55. n. 53. & q. 56. nu. 54 seq. & num. 121.* vbi particulariter docui, testes infamia iuris seu facti affectos, etiam in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, admissos non esse integros, nec duos plenam facere probationem, nec vnum indicium ad torturam producere, ergo multo minus id operari debent minores & impuberes, qui intelligentia carent, & quid dicãt, audiant, aut videant, ignorant, *l. fin. ff. de iur. & fact. ignor. cum aliis supra citatis, & vt suo loco probauimus.* Et certum est, vnius testis depositionem nunquam de se facere indicium ad torturam, nisi sit omni exceptione maior. Et propterea Marsilius, qui originaliter hanc tenet opinionem, iure optimo reprobatur per Corrad. *in prac. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. titul. de testib. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, minor, num. 70. fol. 103. col. 2. vers. 6. adde, nec dissentit Mascard. de probation. lib. 3. conclus. 1246. num. 10.* vbi, quod isto casu pupillus non facit, nisi indicium ad inquirendum, (*de quo tamen latius dicam infr. in 8. limitat.*) & quidem nec ego rationibus præfatis possum Marsilio consentire, eo præsertim, quod non inueni Alb. *in l. in testimonium. ff. de testib.* dicentem, (sicut ipse eum allegat,) quod duo impuberes isto casu plene probent delictum, sed tantum dicit, quod admittuntur in testes, vbi veritas aliter haberi non potest, quod & ego etiam admitto, sed non per hoc sequitur, quod plene probẽt, imo contrarium, vt probaui. Nec etiam me mouet auctoritas Ias. *in d. l fin. C. de his quib. vt indign.* cum alleget Alex. & Ioan. Andr. qui *in locu per eum citatis* minime probant id, ad quod allegantur, quare opinio Marsilij caret lege, auctoritate, & ratione.

35 SVBLIMITA I. hanc † sextam limitationem, vt ad hoc, vt minor possit in testem examinari ob defectũ aliorum testium, & probationum, debeat ista qualitas in primis constare aliunde, quam ex dicto ipsorum minorum, qui puta examinati dicant alios in facto non interfuisse, nam non creditur ipsis sic volentibus sanare nullitatem eorum depositionis, *vt eleganter docuit Alex. in consil. 64 num. 6. lib. 1. quem referendo sequuti sunt Petr. Moncad. ad Crot. de testib part. 3. num. 70. litera T. versic. istud tamen intellige, Marsil. cons. 31. num. 33. & cons. 41. num. 6. & cons. 80. num. 62. seqq. & sing. 37. Alc. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 47. in fin. Rol. cons. 7. num. 16. lib. 1. & cons. 24. num. 68. eod. lib. 1. & cons. 27. lib. 3 num. 9. & cons. 3. num. 48. eod lib. 3. Mascar. de probat. concl. 1246. num. 8. lib. 3.* Sed de veritate huius sublimitationis vide, quæ in simili, & generaliter dixi *infra* de teste inhabili, *q. 62. n. 27. & 69.*

36 SVBLIMITA II. eandem † sextam limitationem, (& hæc sublimitatio venit ampliatiue ad præcedentem sublimitationem,) vt ad hoc, vt minores recipiantur in testes, ex eo, quod aliter veritas haberi non possit, non solum requiritur, vt modo dixi, vt constet, in facto & delicto alios testes actu non interfuisse, verum etiam quod ex illius natura & habitu verisimiliter alij interuenire non potuerint, vt in delicto commisso domi, in nemore, prostibulo, & similibus, vnde secus si solum alij testes non interuenerint, dummodo verisimiliter interuenire potuerint. Sic enim vltra ea, quæ generaliter de testibus inhabilibus dixi *infr. q. 62. n. 62.* reperio in propriis terminis de minore declarantes, *Alex. cons. 64. n. 5. lib. 1.* vbi pluribus exornat hanc limitationem Crot. *de testib. part. 3. num. 1. vers. nota tamen. & num. 72.* vbi bene loquitur in proposito, *Iacob de S. Georg. in dict. l. in testimonium, num. 2. vers. sed operæ pretium, &c. ff. de test. Plot. de in lit. iur. §. 4. num. 31. & 32. Ias. in l. fin. nu. 8. C. de his quib. vt indign. Rol. cons. 24. n. 66. seq. lib. 1.*

37 LIMITA VII. propositam † regulam, vt tunc de- mum in criminalibus non recipiatur testimonium minoris, quando is producitur ab accusatore, prout loquitur text. *in d. l. in testimonium. ff. de testibus*, secus si iudex per inquisitionem procedens, velit ex officio ipsum examinare, nam hoc ei licet interdicitur, *vt per Alb. post Guid. de Suzzar. quem alleg. at in l. in testimonium, num 2. vers. sicul. tamen si iudex vult, & ibidem Florian. codem numer. 2. vers. sicul. & ideo sit cautus iudex. Iacobin. de S. Georg. etiam num. 2. vers. tamen iudex proprio motu, ff. de testib. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 34. litera G. vers. moueor per notabile verbum. ff. de quæst. Blanch. de indic. ad l. fin. ff. de quæst. num. 349. Carrer. in pract. crimin. in tract. de indic. & tortur. §. vltimo. an testis, num. 25. Brun. de indic. par. 1. quæst. 2. numer. 17. Campeg. de testib. reg. 112. in 2. fallent Vulpell. cons. 39. num. 5.* maxime, quia non ad accusatoris instantiam, *Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium ruor. testis in crim. qui esse poss. fol. 355. colum. 1. vers. antepenult. Tiber. Decian. consil. 18. num. 56. lib. 1. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1246. post num.*

38 Et † licet contrarium subtilibus rationibus defendat Alex. *in cons. 64. nu. 3. & 4. lib. 1. nec dissentiat Cagnol. in l. 2 §. item impuberes, in fin ff. de reg. iur.* vbi dixit, quod nec in causa inquisitionis minor viginti annorum admittitur in testimonium.

39 Non † per hoc tamen recedas à proposita limitatione, quæ, non solum, vt vides, communiter * recepta * est, sed etiam est in se verissima, intellecta tamen non quoad plenam probationem, sed † tantum quoad in- 40 dicium, & præsumptionem faciendam, *vt mox dicam in seq. 8. limit.*

41 SVBLIMITA I. hanc † septimam limitationem, vt procedat in casu, in quo alij testes & aliæ probationes haberi non possunt: tunc enim permittitur iudici, testes minores ex officio recipere, aliter secus, *vt per Io. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de teste, §. 1. num 34. litera G. versicul. saltem in defectum probationum, Alexand. in consil. 64. num. 2. lib. 1. Iacob. de S. Georg. in d. l. in testimonium, num 2. ff. de testib. Cagnol in d. l. 2. §. item impuberes, numer. 22. in fin. ff. de testib.* & ita defectum probationum præsupponunt Dd. *supr. num. 37. in limitatione* citati, præsertim Campeg *regul. 112 in 3. fallen.* Marsil. *in l. de minore, num. 34. in fin. ff. de quæst.* Vulpell. *d. cons. 39. num. 5. ibi*, & in aliarum probationum defectum, Mascard. *d. concl. 1246. n. 7.*

42 SVBLIMITA II. Vt † eadem septima limitatio procedat in adultis, & sic in maioribus quatuordecim annorum, licet minoribus viginti, secus in minoribus quatuordecim, & sic in impuberibus, quorum testimonium nec etiam ex officio posse in criminalibus recipi, voluit Blanch. *de indic. ad l. fin. ff. de quæst. num. 349. quem refert & sequitur Carrer. in pract. in tract. de indic. & tortur. §. vltimo, an testis, num. 15. versicul. quod tamen intelligitur.* † Sed 44 credo, quod Dd. in limitatione allegati, generaliter loquantur etiam in impubere, & in practica ita seruatur, vt ex officio etiam impuberis testimonium recipiatur, saltem ad faciendum indicium ad inquirendum, vt modo dicam.

45 LIMITA VIII. Regulam, quia † etsi minoris testimonium in criminalibus non recipiatur: receptus tamen facit aliquam præsumptionem, &, vt Dd. dicũt, si non plenum, saltem qualequale indicium, *secundum Bald. in l. inuiti, la 2. in princip. post gloss. ibi, in verbo, sed nec pupillus, ff. de testibus, Speculat in titul. de teste, §. 1. num 34. versicul. quia quandoque, Nell. de testibus, post numer. 21. vers. nunquam tamen, Aufrer. de reprobat. test. num. 57. versic. nisi quantum ad præsumptionem faciendam, Campeg. de testibus, regul. 112. in 2. fallent. Angel. de malef. in verbo, comparuerunt dicti inquisiti, & negauerunt totum, numer. 13.* vbi declarat, dummodo

minor

minor examinetur ex officio, secus si ad instantiam partis, *de quo dixi supr. nu.37. Blanch. de indi. d. l. fin. ff. de quæst. vbi alios refert antiquiores, Brunor. de indic. 2. part. q. 4. post num. 17. & part. 1. q. 2. numer. 17. Vitu. in commun. opin. verbo, testis esse non potest pupillus, ibi, nisi quantum ad præsumptionem faciendam, &c. Anton. Gomez. variar. resolut. tomo 3 de delict. cap. 12. rubr. de prob. delict. num. 13. versic. secundo repellitur, ibi, bene tamen faceret indicium, &c. Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, rubric. testes in crimin. qui esse poss. fol. 355. colum. 1. versic. 4. Clar. in pract. §. fin. quæst. 24. versic. vidi quandoq; dubitari.* vbi, quod licet de iure minores quatuordecim annorum non possint testificari, tamen consuetudo admittit, quod possint examinari, si non vt probent, saltem vt possint ad veritatem indagandam, & hoc præsertim in criminibus atrocibus. Et ita asserit tenere glossas & Dd. teste Nice. *d. in concordan. gloss. cap. 30.* nec non etiam ita fuisse decisum per Capell. Tholos. *teste Aufrer. in decisione 237.* & quamplura delicta ex depositionibus huiusmodi puerorum in lucem venisse, se intellexisse testatur, facit pro hac ampliatione alia conclusio generalis, de qua *infra quæst. 62. num. 261. seqq.* vbi posui, quod testes inhabiles, & non admittendi, faciunt tamen indicium admissi & examinati, præsertim quando defectus respicit lubricum ætatis, *vt per Ignē. in l. 1. §. impubes, numero 38. ff. ad Syll. Flor. in l. 3. §. lege Iulia, num. 4. versic. sed si testis. & iterum in l. inuiti, la 2. prope finem, & in l. testimonium, numer. 2 versic. vel posset dici. ff. de testibus, Carrer. in pract. crimin. in tractat. de indic. & tortur. §. vltim an testis, num. 14. Anton. Gomez d. cap. 12. numer. 20. versicul. si vero testis repellitur propter ætatem, Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, rubric. testes quales esse debent ad proban. indic. fol. 346. colum. 1. versicul. 4. Mascard. de probationib. lib. 3 conclus. 1246. numero 10.* Et licet contrarium, quod † scilicet dictum impuberis nullum faciat indicium, suadere videatur ex iis, quæ magistraliter scripsit Alb. post Odofred. quem allegat *in l. in testimonium, numer. 1. in fin. ff. de testibus, iunctis aliis partim scriptis per eundem Ignē. in d. l. 1. §. impubes, numero 24. ff. ad Syll.* vbi dixit, dictum impuberis nullum facere indicium, si fuerit examinatus in alio iudicio, quā in crimine læsæ maiestatis, † non per hoc tamen recedas à proposita limitatione, quæ non solum communiter, * vt vides, à Dd. recepta est, sed etiam est in se verissima, iunctis aliis allegatis *infr. q. 62. n. 290.* adiectis tamen infra scriptis declarationibus.

47 Sublimita I. hanc † octauam limitationem, vt procedat vel in pubere, maiori scilicet quatuordecim annorum, vel in impubere, proximo tamen pubertati, & doli capace, *iuxta ea, quæ posui supr. num. 18.* tunc enim etiā in criminalibus non debuisset examinari, examinatus tamen facit indicium, *vt dixi d. num. 18.* Vnde secus in proximo infantiæ, vel in infante, nam is nullum prorsus faciet indicium, cùm, quicquid dicat, audiat, aut videat, prorsus ignoret, sic enim de doli capace, & pubertati proximo loquuntur Doctores supra in limitatione allegati, & sic in specie reperio declarantes Dec. *in l. 2. §. item impuberes, num. 10. versicul. 2 fallit, ibi, si sit doli capax, &c. & ibidem Cagnol. num. 21. versicul. quod adhuc intelligo in pubere doli capace, &c. & ibi affert bonam rationem, ff. de regul. iur. Lanfranc. de testibus, num. 2. versic. aut si doli capax sit, aliquatenus indicium facit, Brun. de indic. 2. par. quæst. 4. post num. 18. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in causs. ciuil. titul. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo minor, numer. 70 fol. 103. colum. 2. in 2. limitatione, ibi, Secundo in indicio faciendo, si sit doli capax, &c. Boss. in titul. de inquisitione, numer. 62. versicul. & hoc vbi tamen dictus minor sit proximus pubertati, &c.*

48 Sublimita II. Eandem † octauam limitationem, quia ista præsumptio, seu qualequale indicium, quod oritur ex dicto impuberis, & minoris, in criminalibus, non sufficit, nec ad puniendum, nec ad torquendum, sed tantummodo ad iudicis instructionem, & ad inquirendum veritatem, *vt per Bald. in l. seruos in princip. C. de testibus, & ante Bald gloss. in l. fin. C. de his quibus vt indign. Alber. post Iacob. Butrigar. quem allegat in l. in testimonium, numer. 1. versicul. quod intellige, & ibi etiam Florian num. 2. ff. de testibus, Ignē. in l. 1. §. impubes, numer 38. versicul. 2. dummodo, &c. ff. ad Syllan. Marsil. in l de minore, numer. 23. ff. de quæstion. vbi plures alios allegat, & in practic. §. diligenter, numer. 80. Brun. de indic. 2. part. quæst. 4. numer. 18. & quæst 2. numer. 23. Carrer. in practic. in tractat. de indic. & tortur. § vltimo, an testis, numer. 14. in fine, Blanch. de indic. ad l. final. ff. de quæstion. numer. 347. & sequent.* vbi ad id ponderatis antiquiorum auctoritatibus, Brunum sibi contrarium in loco mox allegando, tenentem merito reprobat, *Anton. Gomez. variar. resolut. tomo 3. de delict. cap. 12. de probat. delict. numer. 13. versicul. secundo repellitur, vbi, Nec adhuc integrum indicium, vt sufficiat ad torturam, &c. Conrad. in practic. §. 2. de offic. prator. in causs. ciuil. titul. de testibus, rubric. personas testium aggrediendo, verbo. minor, num. 70. fol. 103. colum. 2. in 4 limitatione, eodem versicul. vidi quandoq; dubitari, Mascard. de probationib. lib. 3. conclus. 1246. num. 5. num. 6. & num. 10. Bertazzol. consil. 3. num. 5. in fine, num. 5. num. 6. & num. 10. Bertazzol. consil. 3. num. 4. lib. 2. Boss. in titul. de iuncto num. 14. lib. 1. & consil. 351. num. 4. lib. 2. Boss. in titul. de inquisit. num. 62.* vbi generaliter, quod † qui non debuit examinari propter ætatem, facit qualequale indicium ad inquirendum. Et Bossium referendo declarat Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 88. num. 14.* scilicet, vt faciat indicium ad inquirendum generaliter, non autem ad inquirendum specialiter, hoc est, ad formandum, & transmittendum inquisitionem, quod & idem voluit Bertaz *consil. 3. num. 5 in fin. iuncto num. 14. d. l. 1.* Et declaratio est verissima. 49

Et † licet contrarium, quod scilicet depositio minoris, qui alias in criminalibus non debebat examinari, faciat indicium non solum ad inquirendum, sed etiam ad torturam, voluerint Iaf. *in l. fin. num. 6. C. de his quibus vt indign. Brun. sibi contrarius, de indic. & tort. part. 1. q. 2. nu. 18. ad fin. Mon. ad Crot. de testib. part 3 num. 70. litera Y. in fin. versic. notabis tamen, post Marsil. & Franc. Curt. in locis ibi per eum allegatis, Corn consil. 101. num. 2. lib. 2. prout eum refert Io. Marian. Monticell. in suo repertorio test. verbo, testes quos requiran. ad proban. indic. fol. 348. colum. 2. versic. Vulpell. consil. 39. numer. 5.* præsertim vbi veritas aliter haberi non potest, *prout tenent Marsil. & alij allegati supr. num. 32.* non † per hoc tamen recedas à proposita limitatione, quæ non solum magis * communiter, vt vides, à Dd. recepta est, sed etiam & verior omnino apparet ex iis, quæ in fortioribus terminis deduxi *supr. num. 34.* quæ hic repetere superfluum esset. 50 51 *

Nisi forsan † cum dicto impuberis concurrerent aliqua alia adminicula, & præsumptiones: nam tunc omnibus simul iunctis, non est inconueniens oriri sufficientis indicium ad torturam, *vt per Marsil. in l. infans, numer. 46. versic. & sic ex istis, ff. ad leg. Corn. de fals. Flor. in l. tenemur. 46. versic. & sic ex istis, ff. ad leg. Corn. de fals. Flor. in l. testimonium, num. 2. versicul. nisi habeat alia secum. ff. de testibus, Blanch. de indic. numer. 349. in fin. ibi, Nam tunc existimo quod faceret indicium ad torturam, si modo alia concurrerent, adde ver. in practic. crimin. in tractat. de indic. & tortur. §. circa testes, numer. 15. in fin. Anton. Gomez. variar. resolut. tomo 3 de delict. cap. 12. rubric. de probat. delict. num. 12. versic. si vero testis repellitur propter ætatem, ibi, vt iunctis cum aliis operetur torturam.* 52

Limita IX. Eandem † principalem regulam, vt licet impubes ad testificandum non admittatur, pubes tamen factus non prohibetur testificari de iis, quæ vidit in pupillari ætate, *ad gloss. quæ plurib. rationibus id comprobat in l. 3 §. Iulia, in verbo, impuberes, ver. sed quæri consueuit, & ibi etiam Bart. num 2. Alb. n. 26. Iac. de S. Georg. num. 14. Florian. numer. 5. vers. & hæc videtur communis * opinio, ff. de testibus, item gloss. in § testes autem, in verbo, impubes, & ibi* 53 *

*Aret. num. 4. Instit. de testament. item gloss. in l. notionem, §. instrumentorum, in verbo, quæ enim, ff. de verborum significat. & ibi etiam Bartol. numer. 3. idem Bartol. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 15. circa finem, ff. de verborum obligat. Speculat. in tit. de teste, §. 1. num. 35. vbi, quod ita tenent * omnes, & ibi Ioan. Andr. in addit. litera K, vbi alios refert antiquiores, Abb. in cap. fin. num. 3. de sentent. excommun. & in cap. cum nobis, num. 6. & ibi etiam Felyn. num. 9. vbi aliis similibus hanc comprobat limitationem, extra, de præscript. idem Felyn. in d. cap. fin. ad finem, de * sentent. excommunic. vbi, quod ita communiter * tenetur, & de communi etiam testatur Ignē. in l. excipiuntur, numer. 36. ff. ad Syllan. Nepos de Monte Albano in tractat. de testibus, numer. 56. seq. Iacob Ægid. de testibus, numer. 6. versicul. impuberes, Feder. * Schenck. de testibus, numero 14. vbi de crebriori opinione, * Nell. de testibus, numero 21. versicul. sed an factus pubes, Aufrer. de reprobat. testium, numero 57. versicul. sed an de his, Alber. de Malet. de testibus, cap. 5. numero 21, vbi etiam de communi, Crot. de testibus, parte 4. numero 294. Campeg. de testibus, regula 112. in 1. fallent. & regula 250. in princip. Dec. in l. 2. §. item impuberes, numero 11. vbi de communi, (licet ab ea, vt mox dicam, discedat,) ff. de regulis iuris, Cagnol. ibidem, numero 20. versicul. posset tamen pupillus, Alexand. consilio 88. numero 25. libro 5. Cuman consilio 91. incip. an productus in testem, colum. 1. Cephal. * consilio 98. numero 40. vbi de communi, * Conrad. in practic. §. 2. de offic. prator. in causs. ciuil. titul. de testibus, rubric personas testium aggrediendo, verbo, minor, numero 70. folio 103. col. 2. in 3. limitatione, vbi etiam de communi, (Clar. in practic. §. final. * communis * omnium sententia, vt dicit Calcan. consilio 110 post numer. 8. versicul. nec obstat, quod isti sint minores, &c. verum etiam, quod est indubitata, & de communi etiam testantur Villaleb. in suis communibus opinionibus, verbo, pupillus, num. 386. Emanuel Soarez in suo thesauro recept. sentent. litera T. numero 121. Viui. in suis communibus opinionibus, verb. testis esse non potest pupillus, versicul. fallit hoc, Bonacoss. in suis communib. opinionib crimin. parte 1. litera T. versicul. testis pupillus, in fine, folio mihi 167. à tergo, colum. 2. Mascard. de probationib. libro 3. conclusione 1246. numero 11. Hector Æmil. in tractat. de testibus, d. verbo, testis adultus, numero 4 & 5. folio 77. part. 1.* Et ita alias sub die 15. Decembr. 1562. die Lunæ, Rota Romana tenuit in vna Romanen. fideicommissi, *vt in 2. part* nouissimarum (quas vocant) decisionum, *decis. 220. num. 7.*

54 Et † licet hæc limitatio non placeat Dec. *in dict. l. 2. §. item impuberes, in fine, versicul. sed tamen considerandum est,* rationibus ibi per eum consideratis: non est tamen à communi recedendum, vt inquit Cagn. *in d. §. item impuberes, n. 20. vers. non est à communi recedendum, iunct. vers. ex quibus satis patet responsum, vbi bene respondet rationibus Decij, prout etiam respondet Viglius Zuich. in §. testes autem, n. 10. Inst. de test.* 55

Sublimita hanc † nonam limitationem, vt non procedat, quando testes maiores requirerentur à iure, vel statuto in actu, non ad illius probationem, sed ad solemnitatem, & substantiam, vt in testamento, in quo ad eius substantiam requiritur, vt testes non sint impuberes, *vt in §. testes autem, Instit. de testam.* tunc enim etiam impubes in testamento adhibitus, vel præsens, non potest pubes factus de iis, quæ in impubertate vidit, testificari, *vt per gloss. in d. l. notionem, §. instrumentorum, in verbo, quæ enim, ff. de verborum significat. & gloss. in d. l. 3. §. lege Iulia, in verbo, impubes, in fine, versicul. hæc autem sunt vera, & ibidem Bartol. num. 2. Alber. numer. 26. vers. & ad præsens, Florian. numero 5. in fine, versicul. & ex hoc sume conclusionem, Iacobin. de S. Georg. sub num. 4. versicul. addite, quod D. Panormitanus, &c. ff. de testibus, & per gloss. in d. §. testes autem, in verbo, neq; impubes, Instit. de testament. & per aliam gloss. in l. ad testium, §. conditionem. & ibi Bartol. num. 5. ff. de testament. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in titul. de teste, §. 1. numer. 35. litera K, post princip. Abb. in cap final. num. 3. de sentent. excommunicat. & in cap. cum nobis, num. 6. versicul. hoc verum, extra, de præscript. Felyn. in cap. cum nobis, numero 10. idem Felyn. in d. cap fin. ad fin. vbi, quod ita * communiter tenetur, Mencad. ad Crot. de testibus, part. 4. numero 194. literis SS. versicul. & hoc intellige procedere, Cagnol in l. 2. §. item impuberes, num. 20. versicul. & nisi testimonium ad solemnitatem requireretur, ff. de regulis iuris, Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio test. fol. mihi 258. col. 2. versic. 1. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1246. num. 12. Hector Æmil. in tract. de testibus, part. 1. verb. testis adultus, n. 8. & 10. fol. mihi 79.* * * 56

Limita tamen, † & declara præcedentem sublimitationem, vt non habeat locum in testamentis militis inter liberos, vel ad pias causas, in quo cum testes non requirantur ad eius substantiam, sed tantummodo ad probationem, habita tamen distinctione, de qua per Rotam in vna Romana de Alteris die Lunæ 20. Decembris, 1582 in nouissimis, *part. 1. decis. 34. num. 3. & 4. iuncto num. 8. & num. 12.* Iccirco † puberes testimonium de eo, quod viderunt in pupillari ætate, in confectione talis testamenti posse testimonium dicere, scripserunt Aret *in §. testes autem, numer. 4. in fin. versicul. ex ea ratione quæsse, Instit. de testam.* vbi aduerte gitandum retinquit Felyn. *in d. cap. cum nobis, num. 11. de præscript. Masc. de prob. lib. 3. d. concl. 246. n. 13.* vbi testatur de * communi. 57 *

Sublimita II. eandem nonam † limitationem, vt procedat, dummodo ea, super quibus deponit pubes factus, talia sint, vt tempore pupillaris ætatis caderent in sensum & intellectum pupilli: tunc enim bene potest de iis testificari, *vt per Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in titul. de teste, §. 1. numer. 35. litera K. versicul. ego salvo, quod dixi, &c. Ignē. per illum text. in l. excipiuntur, num 36. versicul. se vltra, & post numer. 38. ff. ad Syllan. Alber. ac Malet. de testibus, cap. 5. numero 22. in princip. & d. num. 102. in fine, Moncad. ad Crot. de testibus, part. 4 numero 194. literis SS. versicul. item si materia super qua testificatur, Mascard. de probation. lib. 3. conclus. 1246. numer. 11. vbi testatur de communi, Hector Æmil. in tract. de testib. part 1. verbo, testis adultus, n. 7 fol. 78. in fin. iunctis aliis, quos infra allegabo, num. 63.* Vnde † iccirco si sint talia, quæ in pupilli sensum & intellectum respectiue non cadant, quia tunc tale testimonium non valet, *vt per eundem Alber. de Malet. d. cap. 5. num. 22. vers. si autem non posset cadere, Campeg. de testib. reg. 112. in 6 fallent. & regul. 250. versicul. quod intelligas, iuncto vers. secundo latissimè, & in fin. versicul. ibi, si autem non posse cauere in mentem infantis, &c. Cagnol. in l. 2. §. item impuberes, num. 20. versicul. modo pupillus tunc temporis capax fuerit ff. de regulis iuris, Clar. in practic. §. fin. quæst. 24. versicul. vidi quandoq; dubitari, in fin. Hector Æmil. de testib. d. num. 7. iuncto num. 11 & num. 14. vers. diuersum autem.* 58

Et propterea † si adultus, seu pupillus factus pubes, deponat, se vidisse in pupillari ætate fabricari falsam monetam, eius testimonium minime recipitur, quia etsi viderit monetam tunc fuisse fabricatam, non tamen habebat intellectum cognoscendi, an illa moneta sic fabricata esset ex falsa materia, necne, *l. 1. §. impuberes, C. ae falsa moneta.* Et ita per hanc rationem hanc illationem firmauit Ioan. Andr. ad Specul. *in tit. de teste, § 1. numer. 35. litera K. prope finem. Alber. de Malet. d. c. 5. num. 22. versicul. & hoc modo intelligitur. Hector & Æmil. de testib. d. verb. adultus, n. 12.* 59

Sublimita III. dictam † nonam limitationem, vt habeat locum, quando pubes factus deponit de his, quæ vidit in impubertate, quo tempore habebat aliquam discretionem, *vt declarat Iacobin. de S. Georg. in l. 3 §. Iulia, num. 4. versicul. aut vult ferre testimonium, iuncto alio versicul. ibi, aut maior ætas, &c. ff. de testibus.* Vnde secus quando deponit de iis, quæ vidit in infantia, quia tunc tale testimonium nihil valet, *vt per Bartol. in d. §. lege Iulia, num. 2. in fin. per text. quem allegat in d. l. excipiuntur. ff.* 61

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text

ad Syllan.addit.ad Speculat.in tit.de teste,§.1.num.35.post additionem magnam Ioannis Andreæ, Roman.cons.157.num.1.ante * medium,vbi testatur de communi* opinione, Campeg.de testib. reg.250.vers.secundo, & latius Ioan.Mar.Monticell.in repert. test. fol.mihi 258.col.1.vers.fin. & col.2.vers.3.& 4. Hector Æmil.de testib.verb.testis adultus,nu.13.fol.81.part.1. vbi alios adducit concordantes.

62 Imo † non solum valet testimonium puberis, de visis in infantili ætate, verum etiam nec de visis in impubertate, quando erat proximus infantiæ, & sic necesse est,quod deponat de iis, quæ vidit & audiuit,dum erat proximus pubertati,secus si de alio tempore,vt per Alber.in d.l.3. §. lege Iulia, numer.26. versicul.aut non requirunter te es,Florian.ibidem,num.5.versicul.hoc tamen intellige verum,ff.de testibus, Ioan.Faber §.testes autem,num.2.in fin. vers. sed ipsi dicunt,& ibi etiam Aret.num.4.vers.sed de eo,quod vidit infans,vel proximus infantiæ,Instit.de testam.Abb.in cap.cum nobis,num.6.& ibidem Felyn.num.9.extra,de præscript.Feder. Schenck in tract.de testibus,num.15.vers.quæ gloss.ego veras esse intelligo, Alb.de Malet.de testibus,cap.5.num.21.vbi testatur de * communi* opinione, Campeg.de testibus,reg.250. vers.quod intelligas,ad finem, Dec.in l.2.§.item impuberes.num.11.vers.& hoc est verum,ff.de reguliis iuris, vbi pariter testatur de communi opinione,prout etiam testantur ibidem in addit.Hieron.Cucchal. litera A.in princip. Clar.in pract.§.fin.quæst.24.vers.vidi quandoq; dubitari,ad finem,Cephal.consil.98.num.40.lib.1.Viui.in commun.opin.verb.testis esse non potest pupillus, versicul.& istud procedit, Mascard.de probationib.libro 3.conclusione 1246.numer.11.

63 Limita rursus † præcedentem tertiam sublimitationem sic, vt supra ampliatam, vt non procedat, quando ea,quæ in infantia quis vidit, sunt talia, vt cadant in intellectum, & in sensum infantis, quia tunc pubes factus potest de illis deponere,& valet eius testimonium, prout originaliter voluit Ioan. Andr. qui plurib. hanc probat declarationem, in addit.ad Specul. in tit.de teste, §.1. numer 35. litera K. versic.hoc dictum,& c. vsq; ad finem additionis.

64 Vbi † ponit exemplum in probatione ætatis; Si enim, inquit Ioan.Andreas, pubes examinatur de ætate sui socij in scholis,cum esset annorum sex, & quæratur,an ille sit maior annis viginti quinque, & deponens sit annorum triginta, vel de ætate fratris, qui dicatur natus post ipsum, & in iis similia, quæ in sensum infantis cadunt: valet vtique tale testimonium, etiam quod deponat de infantili ætate, quia satis est, quod eo tempore potuerint cadere sub eius intellectu, tuxtaea, quæ potuerint cadere sub eius intellectu, iuxta ea, quæ posui supra,numer.58. & Ioannem Andream sic vt supra dicentem referendo secuti sunt Felyn.in cap.cum nobilis, num 9. vers.quod autem est dictum.extra, de præscript. Alber.de Malet. de testibus, cap.5.num.22.& 23. vbi,quod hæc opinio Ioannis Andreæ est verior, Campeg de testibus ,regula 250.versicul.secundo,& latissimè & versicul.sequent. Cagnol.in l.2.§.item impuberes, numero 20.versicul.hinc etiam,ff.de regulis iuris, relati per Mascard.de probationib.lib.3. d.conclusione 1246. numero 11. in fine, & per Hector.Æmil.in tract.de testibus,d.verbo,testis adultus, numero 6.& num.12.in fine, iuncto numer.14. & num.15. & opinio Ioannis Andreæ fuit canonizata in Rota, vt in nouissimis, par.2. in vna Romanen.fideicommissi.decis.220.num.8.die Lunæ, 20. Decembr.1582. Et facit, quod voluit Alexand.consil.88.

65 num.20.& 22.lib.5. volens, † valere testimonium puberis, dicentis, se in octauo anno cum asello portasse ligna de vno loco ad alium, quia talis actus cadit in puerum illius ætatis.

66 Esset † pro complemento propositæ sublimitationis videndum, quis dicatur proximus infantiæ, & proximus pubertati? Verum quia de hoc late dixi in quæstionibus meis ciuilibus, quæ forsan etiam possent quandoque in lucem venire: si Dei summa benignitate id mihi ætatis esset concessum, vt illas expolire,& in ordinem redigere valerem. Pro nunc Lectorem remitto ad Ioan.Andr. vbi supra, in addit.ad Speculat.in tit.de teste, §.1.numer.35.litera K. versus sciendum, Igne.in l.1. §.impubes, num.7.seqq.latissimè, & in l.excipiuntur, num.16.& 17.ff.ad Syllan.Roland.consil.57.numer.25.volum.1. Menoch.de arbitr. quæst.lib.2.casu 57. Viui.in commun.opin.verbo,pubertati proximus,fol.mihi 258.secundum antiquam impressionem, tomo 1. Bursat.cons.231.num.5.lib.3. Laus Deo.

ARGVMENTVM.

De muliere testimonium dicente in causa criminali.

SVMMARIA.

Mulier repellitur à testificando in causis criminalibus de iure canonico,n.1.sed contra,nu.2. Verum prima opinio est verior & communior,n.3.& 4.

Mulier de sui natura est mendax,fallax,periura,dolosa,mutabilis,fragilis,varia,& corruptibilis,n.4.

Mulier potest esse testis in causa criminali ciuiliter intentata, vt puta si agatur ad priuationem beneficij,n.5.

Mulier non potest testificari in causa ciuiliter intentata, quando pœna est applicanda fisco,n.6.& 7.

Causa dicitur criminalis,quando pœna applicatur fisco,n.6.

Mulier etiam in criminalibus ad testificandum admittitur, quando veritas aliter haberi non potest,n.8.

Mulier non prohibetur testificari etiam in criminalibus, quando iudex procedit ex officio, licet secus,si instante accusatore, numer.9.

Mulier non repellitur à testificando in crimine hæresis, læsa maiestatis,simoniæ,& aliis exceptis criminibus,n.10.seq.

Mulier etiam in criminalibus recipitur in omnibus illis casibus,in quibus infames recipiuntur,n.12.

Mulier,etsi in criminalibus non recipiatur ad faciendam plenam probationem,recipitur tamen ad faciendam aliquam præsumptionem,& indicium,n.13. sed contra,n.14.

Mulier ad rei defensionem & innocentiam probandam recipitur in testem,n.15.

Mulier admittitur ad testificandum, ex constitutione Marchiæ, dummodo alios non patiatur defectus,n.16.

Mulier de iure ciuili,etiam in criminalibus ad testificandum admittitur,n.17.contra,n.18.sed prima opinio est verior,nu.19. ideo in terris Imperij potest ad testificandum admitti, licet secus in terris Ecclesiæ,n.20.

Mulier de iure ciuili in criminalibus non admittitur, vbi agitur de pœna capitali,vel corporali,n.21.sed contra, nu.22.concordat,vt n.23.

Mulier si patiatur plures defectus, tunc nec etiam de iure ciuili ad testificandum admittitur,n.24.

Mulieris testimonium an faciat fidem, nec ne, iudex maximè inspicere debet illius qualitates,n.25.

Mulier nec etiam de iure ciuili in criminalibus potest dici testis omni exceptione maior, n.26.seq.

Mulieres duæ non plenè probant in criminalibus, numer.27.& quid in suppositione partus,num.30.& quid in crimine furti, num.31.

Mulierum numerus an suppleat defectum sexus, num.28.& 29.

QVÆSTIO LIX. CASVS I.

Opponitvr VI. contra testem, quod est mulier, ideoque in criminalibus caussis de iure canonico repellitur, (quid autem in ciuilibus, & quid in testamentis,dicam in 2.& 3.casu propositæ quæstionis.)

1 Regvla hæc † probatur *in capit.mulierem,ibi,nec testis esse, & ibi gloss. in verbo, nec testis, 33.quæstion.5.& in cap.forus, in fine, ibi, si vir,non fœmina, & ibi gl. ff.in verbo,fœmina, de verborum significat. item gloss.in capit.quoniam, in verbo, mulieres, versicul. istud sic intelligi debet, extra, de testibus, & ibidem Abb. numero 2. in princip. iuncto versiculo,*

culo, de iure verò canonico, vbi, quod hæc est * communis conclusio, Felyn.*numero 1. versicul.secus in caussa criminali*, Bald.*numero 4.* Imol.*numero 2. versicul.& hoc de iure canonico*, Anton.Butr.*post numer.6.* Henric.Boyc.*numero 4. item gloss.in cap.tam literis, in verbo, fœminas, versicul. alia mulier non admittitur in criminalibus, extra, eodem titul. de testibus,* Speculat.*in titul.de teste,§.1.numero 83. versicul.secundum canones autem,*Florian.*in l.ex eo, numero 3. & ibidem Iacobin.de S.Georg. numero 4. versicul. de iure autem canonico, ff.de testibus,*Faber *in §.testes autem,post numerum 1. versicul.sed in criminali,non de iure canonico,* Aretin.*ibidem,numero 2.versicul. sed de iure canonico,Instit.de testament.* Alb.*in l.qui testamento,§.mulier, numero 4. versicul.de iure autem canonico,* Castrens.*ibidem,numero 8.in fine, versicul.sed de iure canonico tenetur contrarium,* Imol.*numero 12.ad finem,versicul.de iure canonico comn.uniter* * tenetur,& c. ff.eodem titul. de testament.* Dec.*in l fœmina, numero 34.ff.de reguliis iuris*, vbi hanc con-
2 clusionem dixit * communem, (licet, vt mox ea referam,ab ea discedat,) *addentes ad Portium, in §.possunt, numero 2.Instit.de testament.litera B, versicul.de iure autem canonico, tractantes de testibus*, hanc omnes * communiter sequuntur,vt videre est apud Campeg.*regula 121.in princip.& in 2.fallent.*vbi pariter de communi,* Nepot.*de Monte Albano, numero 63.* Iacob.Butrigar.*numero 14. versicul.sed secundum canones,* Iacob.Ægid.*numero 5.* Feder.Schenck.*post numerum 38. versicul. in criminalibus autem, non secundum canones,* Aufrer.*post numerum 69. versicul. sed de iure,* Lanfranc. *numero 3.& post numer.80. versicul.si criminaliter non,* (rot.*parte 3. numero 55.& ibi* Petrus Moncad.*in addit.litera O*, vbi pariter de communi,* & relatis contrariis,illis plenè respondet, & vltra præfatos hanc eandem regulam firmarunt Blanch.*de indic. numero 351.* Anan.*consilio 17.post numer.16.* qui testantur de communi, Bonifac. *de Vitellin.titul.de testibus, numer.35.& 37.* vbi dicit,hoc esse expeditum in iure, Iodoc.*in practica criminal.cap.50.rubric.de reprobat.testium, numero 23.* Tiraquell.*de leg.connub.in l.9.numero 61.* vbi aliis relatis hoc testatur esse indubitatum, & quod ante Dec. nemo huic conclusioni aduersatus est, *prout & idem dixit* Horat. Lucius *inter consilia crimin.diuers.consilio 161. numero 17.libro 1.* Gigas *de crimine læsæ maiestatis, libro 2. rubric. quomodo & per quos crimen læsæ maiestatis probetur, quæstione 6. numero 1.* Corrad.*in practic. §.2 de offic.prator.in causs.ciuil.titul.de testibus, rubric.personas testium aggrediendo, verbo,mulier, numero 75.folio 105.columna 1.versicul.sic prohibetur mulier,* Duen.*regula 315.in princip.vbi alios citat,* Nouell.*regula 216.numer.9.* Anton.Gomez. *variarum resolut.tomo 3.cap.12.rubric.de probat.delict. numero 13.* Roland.*consilio 24.numero 13.libro 1.* Hippolyt.Riminald. *consilio 217.numero 1.libro 2.* vbi alios refert, Vulpell.*consilio 12.numero 7.* vbi de receptissima * sententia, *& consilio 95.numero 4.& consilio 68.numero 4.* Bonacoss.*in suis commun.opin.crimin.part.1.fol.117.à tergo,colum.1.versicul.mulier de iure ciuili,* Soarez.*in commun.opin. litera M, numero 263.* * vbi etiam de communi,* Villalob.*in sua collecta commun. opin.litera M, numero 143. Viui.in commun.opin. verbo, testis idonea potest esse mulier, numero 2.* vbi alios citat concordantes, *de quibus & per* Michael. Crass.*in suis commun.opin. lib.2.cap.17.quæst.10.& per* Clar.*in practic.crimin. quæst.24. versicul de iure autem canonico,* Octau.Osasc.*consil.65.num.10.* Bursat.*consil.346.numer.13.volum.4.* Mascard.*de probat.lib.2. conclus.762.num.1.& lib.3.conclus.1358.num.30.* ¶ Honded. *cons 100.n.24.*

Et † licet contrarium, quod imo de iure canonico mulier à testificando non repellatur, suaderi videatur, per text.*in l.ex eo,ff.de testibus*, in quo textu omnes legum interpretes fundant illam conclusionem, quod de iure ciuili mulier in omni caussa possit esse testis, de qua latius dicam *infra in vltima limitatione huius regulæ*, & tamen eadem lex de verbo ad verbum est canonizata, *in cap.ex eo,15.quæst.3.* Ergo nulla videtur differentia inter ius canonicum,& ciuile, prout in terminis sic bene deducit Felyn.*in d.cap.quoniam, num.1.in fin. versicul.& vnum considera,extra,de testibus.* Et licet etiam Dec.*in d.l.fœmina,numer.35.ff.de regul.iur.* prima facie multum bene hanc contrariam opinionem sustinens videatur respondere textui *in d.cap.mulierem, 33.quæst.5.& in cap.forus, de verborum significat.* quæ responsiones postmodum fuerunt repetitæ per Petr. Moncad. *in addit. ad Crot. de testibus, part.3. numer.55.litera O, versicul.aduerte tamen*, vbi & pro eadem contraria opinione adducit gloss.*in cap.2.de iudic.lib.6.in verbo,iure prohibente*, quæ sentit expressè esse, quod de iure canonico mulier possit esse testis in causa criminali criminaliter intentata, cum non magis sit prohibita in ciuili,quam in criminali, & dicat Dec.*in consilio 63.nu.37. lib.3.* quod etsi prima opinio videatur communis, non est tamen tuta, cum nulla lege probetur, imo de consuetudine & de facto seruetur, vt post Ioan. Andr.*ibi per eum allegatum*,testatur Alex.*consil.24.animaduersis,num.11. in 2.vol.*

Non † per hoc tamen recedendum putaui à proposita regula contra tot Patrum voluntatem, & ad contraria vide replicantem eundem Moncad.*in loco præcitato,versic.istis tamen non obstantibus*, vbi bene illam defendit, & sicut eadem regula, vt vides, magis * communiter à Dd. recepta est, & in terris Ecclesiæ omnino seruanda, vt mox dicam *infra,num.20.* ita etiam in se verissima est,& adiectis tamen infrascriptis limitationibus, ac declarationibus, multum rationabilis, & sensui naturali conueniens. Cum † fœminam mendacem,fallacem,periuram,dolosam,mutabilem,fragilem,variam, corruptibilem, & his similia, & antiqui, & moderni humanarum & legalium literarum interpretes vndique communiter * exclament,vt latissimè more suo & perbellè deducitur per Tiraquell.*de leg connub.l.9.num.49. sequent.* reassumit Mascard.*de probat.lib.26. conclus.762. num.3.seqq.* & ante istos in propriis terminis Alberic.*in l. qui testamento, §.mulier,num.1.ff.de testament.* Iacob.Ægid. *de testibus,numero 5.* Ioan.Faber *in §.testes autem, numero 1.* Instit.*de testament.* Aym.*de antiq.tempor.part.1.§.quæritur autem in hac materia, numero 36.folio mihi 74.* Horat.Lucius *d. consil.crimin.diuersor.161. numero 20. libro 2. & alibi passim & communiter* * Dd. omnes *supra in regula citati*, quos ad propositum iterum hic referre, esset prorsus inutile.

5 Limita I. huius † primi casus regulam, vt procedat,quando criminaliter agitur ad pœnam criminalem,vnde secus in causa criminali ciuili, ciuiliter intentata,vt puta etiam ad priuationem beneficij; nam tunc de iure canonico fœmina non repellitur à testimonio dicendo,ad text.*in cap.tam in literis,ibi, siue laicos, siue fœminas,& ibi gloss.in verbo,fœminas,extra,de testibus*, item *ad text. in cap.quoniam, & ibi gloss.in verbo,mulieres, versicul.cum vero agitur ciuiliter,& ibidem Abb.numero 1.versicul.nota,numero 2.versicul.secus si agatur ciuiliter*, Felyn.*in sua summario,& numero 1.* Bald.*etiam in summario,& num.4.* Imol.*in princip.* Anchar.*ibidem in summario, & numero 2. versicul.quod intellige verum,cum agitur ciuiliter.* Ioannes Andr.*in summario*, Anton.*de Butr. iuncto numero 6. versicul.si vero agitur ciuiliter*, Anan. *etiam in summario, extra, eodem titul.de testibus.* Sic enim textum illum *in dicto cap.quoniam*, admittentem in criminalibus mulierem ad testificandum contra presbyterum, intelligunt communiter * Doctores * præcitati, vt loquatur in caussa criminali ciuiliter intentata, quod & idem voluerunt Speculat.*in titul. de teste,§ 1.post numer.83. versicul. & etiam, vbi de crimine ciuiliter agitur*, Alberic.*in l. qui testamento, §.mulier, post numer. 4. versicul. nisi de crimine ageretur ciuiliter, & ibidem* Imol.*numer.12. ad finem, versicul.sed in caussa ciuili ex crimine,ff.de testament.* Florian.*in l.ex eo, post numer.2. versicul.secus si ciuiliter agatur de crimine, ff. de testibus,* Iacob Ægid.

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa

in tractat. de testibus, post numer. 5. versicul. in criminalibus autem, Auffrer de reprobation. testium, numer. 69. post medium, Lanfranc. de testibus, in repetit. cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones. post numer 80. extra, de probation. Campeg. * *de testibus, regul. 125. in 2. fallent. vbi testatur de communi* * *opinione, Duen. regula 315. in 1. limitatione, Corrad. in practic. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. titul. de testibus, rubric. personas testium aggrediendo, verbo mulier, numero 75. folio mihi 105. columna 2. versicul. limitant etiam, Clar. in practic. §. final. quæstione 24. versicul. sed de iure autem canonico, in fine, Mantic. in repertorio testium, rubric. testes in crimine qui esse possint, folio 355. columna 2. versicul. 4. Villalob. in suu communibus opinionibus, litera M. numero 143. versicul. in ciuilibus autem etiam criminaliter intentatis, Bonacoss. in commun. opinion. crimin. part. 1. verbo, mulier de iure ciuili. folio mihi 117. à ter-* *go, columna 1. vbi testatur de magis communi* * *opinione, Mascard. de probationibus, libro 2. conclusione 762. numero 15.*

6 SVBLIMITA † præcedentem limitationem, vt non procedat, quando ciuiliter ageretur, & tamen pœna esset applicanda fisco, nam tunc cum causa reputetur criminalis & non ciuilis, etiam quod pœna sit pecuniaria, secundum receptam Doctorum opinio-* nem, * de qua post Bartol. *in l. 3. post gloss. ibidem, in verbo, aureorum centum, ff. de sepulchr. violat. Curt. iun. in rubric. de iudic. numer. 18. Ludouicus Gomez. Institut de action. in princip. numer. 18. & fasc. ibidem, numero 15. testantur etiam alii relati per Duen. d. regul. 315 in 2. ampliatione, & Michael Cravv. in commun. opinion. libro 2. cap. 17. quæstione 11. in fine.* Hoc id-7 eo † fœminam non admitti ad testimonium dicendum, post Alexandrum, qui alios refert, *in consilio 19. num. 1. lib. 1. & Paris. 165. num. 2. lib. 4.* expresse affirmarunt Duen. & Cravv. *in locis nuper citatis*, & illis contradictorem non inueni.

8 LIMITA II. eandem † regulam, vt non procedat, quando veritas aliter haberi non potest, quam per masculos: nam tunc in subsidium iura canonica non repellunt fœminam à testimonio dicendo, *secundum Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in titul. de teste, §. 1. numer. 83.* * *litera H. in fine additionis*, vbi dixit, quod * communis practica admittendi in criminalibus testimonium fœminarum habet in se & veritatem, & æquitatem, quando veritas aliter haberi non potest, quod & idem affirmarunt Felyn. *in capit. quoniam, numero 1. versicul. sed ipsum non sequitur, & ibidem Abb. numero 2. versicul. & quod habet veritatem, Imol. numero 1. in fine, ibi, vel forte in subsidium, &c. extra, de testibus, Iason in l. final. numero 7. versicul. & licet in criminalibus, C. de his quibus vt indign.* vbi amplius, quod isto casu duæ fœminæ plene probent delictum (quod non credo verum, per ea, quæ dicam *infra, numero 27.* & quæ latius in simili de teste minori dixi *in præcedenti quæstione, numero 34.*) *Dec. in l. fœmina, numero 36. versicul. sed dato, quod communis opinio sit vera, & ibi in addit. litera B. in verbo, potest, ff. de regulis iuris, Marsil. consil. 5. numero 9. seqq. vbi late Gig. in tractat. de crimine læsæ maiestatis, libro 2. rubric. quomodo & per quos crimen læsæ maiestatis probetur, quæstione 6. numero 2. Duen. regula 315. in 2. limitatione, Nouell. regula 216. numero 19. versicul. sed quando veritas, Corrad. in practic. § 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. titul. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo, mulier, numero 75. folio 105. columna 1. versicul. item limitat, Crot. in tractat. de testibus, part. 1. numero 12. versicul. attamen si veritas aliter haberi non potest, & parte 3. numero 56. & ibi Petrus Moncat. in addition. litera P. alios adducit Viui in commun. opinion. verbo, testis idoneus potest esse mulier, numero 3. vbi alios plures refer: concordantes, Roland. consilio 7. numero 17. libro 1. & consilio 24. numero 14. eodem libro 1. Dec. consilio 63. numero 37. versicul. respondeo.* vbi, quod quando agitur de probatione alicuius facti, quod à fœminis tractatum est, & non à viris, admittuntur fœminæ ad testificandum etiam in criminalibus, *Octau. Osasc. consilio 65. numero 10. Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, fœmina, folio 36. columna 2. versicul 5. & in rubric. testes in crimin. qui esse poss. folio 355. columna 2. Bonacoss. in suis communib. opinion. crimin. part. 1. versicul. mulier de iure ciuili, in fine, folio 117. à tergo, Mascard. de probationibus, libro 2. conclusione 762. numero 16.* Ex quibus, iunctis aliis, quos generaliter referam de teste inhabili, isto casu etiam admittendo, *infra quæstione 62. numero 15.* dubium non est, hanc limitationem posse dici plus quam communiter * recepta-* tam.

9 LIMITA III. vt † eadem regula procedat, quando criminaliter agitur ad instantiam accusatoris, vnde secus, si iudex ex officio agat; vel per inquisitionem, vel per denuntiationem. Tunc enim etiam de iure canonico mulieris testimonium in criminalibus recipitur, *vt per gloss. in cap. tam literis, in verbo, fœmina, versicul. sicut in denuntiatione, extra, de testibus, & in cap. forus, in fine, in verbo, non fœmina, versicul. & in inquisitione, extra, de verborum signification. & habemus text. in dicto capit. quoniam, extra, eodem, quem sic interpretatur ibi gloss. in verbo, mulieres, in fine, versicul. aut in modum inquisitionis, & in figuratione casus illius canonis, in versicul. nota, quod in causa denuntiationis, & post gloss. ibi Imol. in primo notab. Ancharan. post numer. 2. Ioan. Andr. numero 4. Innocent. numero 1. Anton. de Butrigar. numero 2. in primo notab. & post numer. 6. Henric. Boyc. post numero 2. in primo notab. & post numer. 6. Henric. Boyc. post numero 4. iuncto numero 5. Speculat. in titul. de teste, §. 1. post numer. 83. ibi, vt causa inquisitionis, &c. Aretin. in §. testes autem, numero 2. versicul. sed in inquisitione sic, Institut. de testament. Addentes ad Port. in §. possunt, Institut. eodem, numero 2. litera B. in fine, versic. sed in inquisitione, vel denuntiatione, Auffrer. de reprobat. testium, numero 69. versicul. & hoc procedit, Lanfranc. de testibus, post numer. 80. versicul. nisi procedatur per viam inquisitionis, Duen. regula 315. in 4. fallent. Hippolyt. Riminald. consilio 217. numero 3. libro 2. Corrad. in practic. vbi supra, titul. de testibus, verbo, mulier, numero 75. folio 105. columna 2. in princip. Ioan. Marian. Monticell. in suo repertorio testium, rubric. testes in crimin. qui esse poss. folio 355. columna 2. versicul. penultim. Mascard. de probationibus, libro 2. conclusione 762. numero 21.* Ex quibus quin hæc limitatio possit dici communiter * recepta, dubitandum non est, * & est limitatio magna, destruens ferè in totum regulam: quia, vt suo loco dictum est, hodie de generali consuetudine in omnibus delictis iudex procedit ex officio.

10 LIMITA IV. In † crimine hæresis, læsæ maiestatis, simoniæ, & aliis exceptis criminibus, in quibus etiam de iure canonico fœminarum testimonium recipi, probat text. *in cap. tanta, & capit. per tuas, & ibi Doctores, & præcipuè Anan. numero 1. & sequent. extra, de simon. gloss. in capit. cum P. Manconella, de accusat. & in capit. in summa, 2. quæstion. 7. & in capit. forus, in fine, in verbo, non fœmina, versicul. tamen in criminibus exceptis, de verborum significat. Speculat. in titul. de teste, §. 1. post numer. 83. ibi, nisi in criminibus exceptis, &c. Imol. in cap. quoniam, post numer. 2. versicul. nisi in criminibus exceptis, & ibi etiam Henric. Boyc. numero 3. versicul. aut agitur de criminibus exceptis, Feder. Schenck. in tractat. de testibus. numero 38. in fine, Nell. de testibus, numero 32. Gig. de crimine læsæ maiestatis, libro 2. titul. quomodo & per quos crimen læsæ maiestatis probetur, quæstione 6. numero 5. & 6. Duen. regula 315. in 3. fallent. Alexand. consilio 11. numero 6. libro 1. Martin. Lauden. in tractat. de crimine læsæ maiestatis, quæstione 27. Ioan. Maria Monticell. in suo repertorio testium, rubric. de testibus in crimin. læsæ maiestatis, folio 359. columna 1. versicul. 5. Mascard. de probationibus, libro 1. conclusione 462. numero 6. & libro 2. conclusione 762. numero 22. apud quem plures alios reperies concordantes.* Ex quibus, iunctis aliis quibus *infra quæstione 62. numero 81. sequent.* vbi generaliter posui de testibus inhabilibus in criminalibus exceptis admittendis, facile dici potest, & hanc

* hanc eandem limitationem fuisse communiter * receptam à Dd.

11 Sed † hoc particulariter de hæresi, quando testimonium muliebre recipiat, vide declarantes Pala. Ruu. *in allega. hæresis, §. 12. & seq.* Arnal. Alb. *in repetit. cap. 1. de hæret. in 6. q. 16. num. 13. seqq.* & Iacob. Septimacen. *in Institut. Cathol. c. 61.*

12 LIMITA V. & generaliter, vt † in omnibus casibus, in quibus infames de iure canonico ad testificãdum admittuntur, in iisdem etiam & multo magis admittuntur fœminæ, *vt per gloss. in cap. mulierem, in verbo, nec testis, 33. quæst. 5. Butr. in cap. quoniam, numer. 6. ad finem, extra, de testibus, Gandin. in opere suo maleficior. in titul. de furibus & latron. num. 8. versicul. nisi in casibus, in quibus infames admittunt. Ioan. Maria Monticell. in suo repertorio testium, rubric. testes in crimin. qui esse poss. folio mihi 355. colum. 2. versicul. 1.*

13 LIMITA VI. Vt † etiam de iure canonico fœmina recipi possit in causis criminalibus, ad aliquam præsumptionem faciendam, sicut per illum text. *in d. c. quoniam, extra, de testibus, notat ibi Henric. Boyc. num. 2. versicul. secundum canones, iuncto numer. 5. versicul. vel dic, &c.* Licet, 14 quod imo fœmina, quæ † alias non debuit examinari, examinata nullum faciat indicium, in specie dixerit Horat. Lucius *inter consil. crim. diuers. & cons. 161. num. 18. lib. 1.* vide, quæ in simili & generaliter de testibus inhabilibus, an faciant indicium, vel præsumptionem, dixi *infr. q. 62. n. 261. seqq.*

15 LIMITA VII. Quia † ad defensionem rei, & ad illius innocentiam probandam etiam mulieres recipiuntur in testes; sic enim in muliere etiam famula ad defensam deponente, consuluit Alexand. *consil. 5. col. 5. volum. 3. & clarius Aym. consil. 119. numer. 9.* vbi loquens in crimine homicidij, dicit admitti mulieres ad probandum talis criminis innocentiam, *post Castrens. quem allegat in consil. 173. visa relatione, ad finem, volum. 1. & hos referens pluribus rationibus hanc comprobat limitationem, Hippolyt. Riminald. consil. 217. num. 6. seqq. lib. 2. nec ab iis dissentit Roland. consil. 57. numer. 45. volum. 4. & sequitur etiam Mascard. de probationib. lib. 2. conclusion. 904. numer. 5.* Et faciunt, quæ in simili & generaliter de teste inhabili ad defensam admittendo, dixi *infra, quæstione 62. num. 90. seqq.*

16 LIMITA VIII. Ex † constitutione Piceni, secundum quam etiam mulieres in statu ecclesiastico in criminalibus admittuntur, *vt dixit Vulpell. consil. 74. in fin. nu. 11. & est constitutio in 4. lib. cap. 13.* vbi loquitur in omnibus maleficiis, vel quasi, & dummodo non patiatur alium defectum, *iuxta ea, quæ mox dicam in 2. sublimitatione sequentis limitationis.*

17 LIMITA IX. & principaliter † propositam huius primi casus regulam, vt procedat, prout loquitur, videlicet de iure canonico, vnde secus de iure ciuili, secundum quod nec in criminalibus mulier à testificando repellitur, ad text. *in l. ex eo. ff. de testibus*, cuius verba sunt hæc: *Ex eo, quod prohibet lex Iulia de adulteriis testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur etiam, mulieres testimonium in iudicio dicendi ius habere*, & ibi hoc præcipuè notat Florian. *numer. 2.* Similem habemus text. *in l. qui testamento, §. mulier, & hoc ibi notat etiam Castrens. in fin. versicul. & breuiter de iure ciui. ff. de testament. Speculat. in titul. de teste, §. 1. num. 83. versicul. item quod est mulier*, Ioan. Fab. *in §. testes autem, num. 1. versicul. sed de iure ciuili. Aretin. ibidem, numer. 2. Institut. de testament. Felyn. in cap. quoniam, num. 1. versicul. de iure autem ciuil. iuncto versicul. & sic intellige glossam, extra, de testibus, vbi in id ponderat etiam text. in l. 3. §. lege Iulia, ff. de testibus, & respondet text. in l. in quæstionibus, ff. ad leg. Iul. mate tat. qui prima facie videbatur in contrarium vrgere.* Quod & idem voluerunt Abb. *in dicto cap. quoniam, post* * *nu. 2.* vbi, quod hæc est communis * conclusio, *Imol. numer. 2. versicul. sed de iure ciuil. Antonius de Butr. post numer. 6. Henric. Boyc. numer. 2. addentes ad Port. in §. possunt, numer. 2. Institut. de testament. litera B. versicul. item potest esse testis. Tractantes de testibus, videlicet Campeg. regula 125. in 1. & 2. fallent. vbi etiam de communi, Nepos de Monte Albano, numer. 66. Iacobus Butrigar. numer. 14. Feder. Schenck post numer. 38. versicul. quanquam aliud, Auffrer. numero 69. Lanfrancus numero 80. versicul. idem in delictis, de iure ciuil. Crot. parte 3. numero 57. vbi pariter testatur de communi,* * *& refert dicta per Felynum in loco præcitato, Iodoc. in practic. crimin. cap. 50. rubric. de reprobation. testium, numer. 25. versicul. nam ex ratione iuris ciuil. Duen. regul. 315. in 5. fallent. Corrad. in practic. §. 2. de offic. prator. in causs. ciuil. titul. de testibus, rubric. personas testium aggrediendo, verbo, mulier, num. 75. fol. 105. colum. 2. versicul. de iure autem ciu.* Et hanc conclusionem vltra prælegatos non solum communem, * sed etiam magis com-* munem respectiuè affirmarunt Grammatic. *consil. 12. numero 17. Blanch. de indic. numero 350. Bolognin. ad Butrigar. in consilio 16 post numer. 16. Bertrand. consilio 259. numero 2. libro 3. parte 2. Grat. consilio 57. numero 3 libro 2. Socin. consilio 54. numero 6. libro 3. Gig. de crimin. læsæ maiestatis, libro 2. titul. quomodo & per quos crimen læsæ maiestatis probetur, quæstione 6. numero 3. Anton. Gomez. variarum resolutionum tomo 3. cap. 13. de delict. rubr. de probation. delict. numero 13. versicul. sed dubium necessarium est, iuncto versicul. sed his non obstantibus*, vbi amplius, quod ab hac conclusione in iudicando & consulendo non est recedendum, *Horat. Lucius inter consil. crimin. diuers. libro 1. consilio 161. numero 4. Roland. consilio 24. numero 3. libro 1. vbi amplius, quod ita practicatur ex allegatis ibi per eum, Bursat. consilio 346. numero 13. libro 4. Viui. in commun. opinion. verbo, testis idoneus potest esse mulier, Clar. in pract. §. fin. numero 24. versicul. quæritur, Emanuel Soarez inter suas receptas sententias, litera M, num. 25. litera T, numero 131. Bonacoss. inter commun. opinion. crimin. versicul. mulier, de iure ciuil. folio 117. à tergo, parte 1. Michael Cravv. libro 2. commun. opinion. cap. 17. quæst. 9.* vbi, quod hoc est expeditum de iure ciuili, *Mascard. de probat. lib. 2. concl. 762. num 11.*

18 Et † licet contrarium, quod imo de iure ciuili mulier non admittatur ad testificandum in criminalibus, voluerit Iacobus de Arena, *relatus per Ioannem Andr. ad Speculat. in titul. de teste, §. 1. numero 83. litera H. cuius rationem bene reassumit, & comprobat Ioannes Faber in §. testes autem, numero 1. versicul. sed videtur, quod etiam de iure ciuili, iuncto versicul. & hoc fortificatur, Institut. de testament.* Et cum hac contraria opinione pertransire videantur Gandin. *in titul. de furibus & latron. numero 8. in fine, Lanfranc. de testibus, numero 3. versicul. ego vero, Hippolyt. Riminald. consil. 217. numero 2. libro 2. Bursat. consilio 20. numero 22. libro 1.* licet primam fateatur communem, & plures alij relati per Horat. Lucium, *dict. consil. crimin diuers. 161. numero 16. libro 1.* licet eandem primam dixerit & ipse magis communem.

19 Nihilominus † quam durum sit contra frequentiam tantorum Patrum calcitrare, vnusquisque consideret, & ideo ego nec in iudicando, nec in consulendo recederem à communi limitatione, quam etiam veriſimam credo, adhibitis tamen declarationibus, quas mox subiiciam. Rationi autem per Iacob. de Aret. confideratæ, ac per Ioannem Andr. & per Fabrum reassumptæ in locis nuper citatis, bene respondet idem Fabet *in d. numero 1. versicul. satis posset dici, &c. & respondet etiam Crot. de testibus, part. 3. numero 57. versicul. nec obstet huic conclusioni*, & iam idem Ioan. Andr. qui refert Iacob. de Arena contrarium tenentem, fatetur * communiter * practicari contrarium eius, quod dicit Arena, prout ilsic testantem refert Abb. *in d. cap. quoniam, numero 2. ad fin. vers. sed Ioan. Andr. & c. & ibid. Felyn. nu. 1. vers. sed ipsum non sequitur, &c. extra, de testib.*

20 Et † firma stante sic proposita limitatione, effectus,

& vtilitas illius erit hæc, quod in terris Ecclesiæ seruabitur ius canonicum, in terris autem Imperij seruabitur ius ciuile, *sicut in terminis sic affirmarunt Florian.in l.ex eo, in fine, verficul.& hoc scire est vtile, & ibi etiam Iacobin.de Sancto Georg.numero 4.versicul.& ius ciuile seruabitis, ff. de testibus, Crot.de testibus, part.3.numero 58.in fin. versicul.& quia ista diuersitas, Horat.Lucius d.consil.crimin.diuersor.161.numero 17.libro 1. Hippolyt.Riminald.d.consil.217.numero 2.lib.2. Vulpell.consil.12.numer.7.* vbi, quod ius canonicum isto casu seruandum est etiam in terris Ecclesiæ mediatè subiectis.

21 SVBLIMITA I. hanc † nonam limitationem, vt procedat in illis criminalibus caussis, in quibus pœna mortis, aut aliqua alia membri abscissionis, aut corporalis non imponitur: at secus si talis corporalis pœna imponatur; tunc enim cum de grauissimo agatur præiudicio, & fœmina non possit dici testis omni exceptione maior, prout infra probabo in 3. sublimitat. ne propter exceptiones, ex eius sexu resultantes, *de quibus dixi supra, num* 4. absurdum videtur isto casu illas admitti, prout non admitti voluerunt plures relati per Tiraquell.*de leg.connub.l.9.num.62.& per Iacobin.de S.Georg.in d.l.ex eo, num.4 ff.de testibus, & per Crot.de testibus, part.3.numer.54.versicul.3.principaliter quæritur, & per Anton.Gomez. variarum resolut.tomo 3.de delict.cap.12.rubr.de probat.delict. in §.testes autem, num.2.versicul.nisi in crimine publico, Institut.de testamen.adden.ad Port.Institt.eodem, §.possunt, num.2.liter.B. versic.nisi in crimine publico, &c. Auffrer.de reprobat.testium, post num.69. Horat.Lucius inter consil.crimin.diuersor.lib.1.consil.161.num.16. Hippolyt.Riminald.d.consil.217.num.2.iuncto num.5.lib.2.Bursat.consil.346 num.13.lib.4.* vbi, quod hæc opinio est maximè æquitati consona, quod & ante eum affirmauit Imol.*in l qui testamento, §.mulier, num.12. ad fin.ff.de testament.* licet, *vt infra eum referam*, contrarium communiter teneri per Dd.affirmauerit.

22 Contra † hanc sublimitationem totam Legistarum cohortem insurgere, dixit Tiraquell.*de leg.connub.d.numer.62.in fin.versicul.cui tamen opinioni, quem refert Mascard. d.conclus.62.num.14.etiam in fin.* Et pariter hanc contrariam opinionem dixit communem * Soarez *in commun. opin.litera T. num.131.& Alexan.quem allegat in consil.12.numer.6.colum.1.versicul.circa quartum, lib.1. & de magis communi testatur Iacobin.de S.Georg.in d.l.ex eo, num.4.ff.de testibus, & ab ea in consulendo aut iudicando minimè recedendum, dixit Anton.Gomez.vbi supra, d.cap.12.num.13.versicul.sed his non obstantibus, alios refert Clar.in practic.§ fin.q.24.versicul.adde quod,* * *& ante istos sic contra propositam sublimitationem * communiter teneri, affirmauit Imol.in l.qui testamento. §.mulier, sub numer.12.versicul.vltimo per hunc text.& c.ff.de testam.*

23 Quid † dicendum? Dic, quod etiam in capitalibus, & vbi agitur de pœna mortis, admittitur mulier ad testimonium dicendum, de iure ciuili, secundum magis * communem * opinionem, de qua testantur Dd.nuper citati, sed admissa nõ est omni exceptione maior, *vt docebo infra in 3.sublimitatione.* Et ita procedat sublimitatio proposita, & est concordia, & resolutio verissima, & practicata.

24 SVBLIMITA II. eandem † nonam limitationem non procedere, quando mulier esset infamis, vel aliunde pateretur aliquam aliam exceptionem: nam tunc nec de iure ciuili in criminalibus ad testificandum admittitur, *secundum Bartol.in l.qui testamento, §.eum qui, num.1.Imol.ibidem, in §.mulier, in summario, & Iacob.de Sancto Georg.in princip.ff.de testam. Marsil.consil.102.num.15. Anton.Gomez.variar.resolut.tomo 3.de delict.cap.12.rubr.de probat.delict.num.13.versicul.quod intelligo, &c. Vulpell.consil.95.nu.5.* vbi, quod isto casu mulier nec in subsidium admittitur, *Mascard.de probat lib.2.conclus.761.num.20.* optimè faciunt, quæ de inhabili patiente plures defectus dixi *infra q.62.n.381.* Et † hinc inde iudicem, vt bene percipiat, an mulieris testimonio adhibenda sit fides, necne, illius qualitates considerare debere, scripsit Iodoc.*in practic.crim.c.50.rubr.de reprob.test.n.25.* 25

SVBLIMITA III. dictam † nonam limitationem, vt licet de iure ciuili fœmina in criminalibus admittatur: Hoc tamen præcipuè casu non potest dici intégræ fidei, & omni exceptione maior: *sic enim voluerunt Capoll.consil.crim.32.num.2.& 3. Alex.consil 70.num.14.versic. bene facit, lib.2. Aym.consil.99.num.5.vbi alios refert, & de antiq.tempor.part.1.§.quæritur etiam in hac materia, num.36.sequent.vbi bene comprobat hanc limitationem, fol.mihi 74. Dec. in l.fœmina, num.36.versicul.& casu, quo mulier, ff.de reg.iur. Corrad.in pract.§.2.de offic.prator.in causs.ciuil.tit.de testibus, rubr. personæ testium aggrediendo, verbo, mulier, num.75.fol.105. colum.2.ad finem, Horat.Lucius inter consil.crimin.diuersor.consil. 161.num.19.lib.1. Bertaz.consil.3.numer.19.lib.1.& consil.291. num.22.lib.2.Bursat.consil.20.num.22.* vbi, quod in criminalibus propter præiudicij magnitudinem, mulieri plenè non creditur, *lib.1.& consil.346.num.13.versicul.nihilominus, &c.lib.4. Roland.consil.7.num.12.& consil.24 num.63. lib.1.Cephal.consil.233.num.23.lib.2.Hieron.Magon.dec.Luc.89. num.3.* 26

Hinc † in criminalibus duas fœminas non plenè probare delictum ad effectum condemnandi reum, dixit Dec.*in d.l.fœmina, n.36.versicul.& non sunt integri testes.ff. de reg.iur.sequitur Corrad.vbi supra, d.nu.75.versicul.& quod duæ mulieres, &c.* 27

Et † hinc etiam licet Dec. & Corrad. vbi supra, in locis præcitatis dixerint, numero testium suppleri dictum mulieris. Aduerte tamen, ne erres, quod † in capitalibus, & vbi agitur de pœna mortis imponenda, tres fœminæ reum non conuincunt, *prout voluit Gandin.in tit.de furibus & latron.num.7.sequitur Hippol.Riminald.consil.217. num.5.lib.2.* 28 29

Et rursus † aduerte, quod licet idem Dec.*in consil.342.num.1.* voluerit, per duas fœminas plenè probari suppositionem partus, loquitur tamen non, quando criminaliter agitur ad pœnam, sed quando ciuiliter ad dissolutionem matrimonij, quo casu secundum magis communem * etiam fœminæ ad testificandum admittuntur, *vt mox dicam infra, num.33.* Et facit, quod † voluit Antigel. Aret. *in consil.71.num.57.& 58. lib.1.consil.crimin.diuersor.* quod scilicet furtum, quando agitur ciuiliter, probetur per duas mulieres, vnde secus, quando agitur criminaliter, *vt per eundem Hippolyt.Riminald. d.consil.217.num.5.versicul.& quod inquit Angel.sed quid in ciuilibus, vide infra, numer.35.seqq.* 30 31

ARGVMENTVM.

De muliere testimonium dicente in causa ciuili.

SVMMARIA.

Mulier in causis ciuilibus ad dicendum testimonium admittitur, n.32.

Mulier in causa matrimoniali non repellitur à testificando, n 33.

licet alij contra, n 34.

Mulier in ciuilibus causis reputatur testis magnæ fidei, & omni exceptione maior, n.35.seq.sed contra, n.37.& 38. vbi præsertim in causis arduis, & magnæ quantitatis.

Mulier in causa feudali non est testis idonea, nu.39.fallit in fœmina illustri, & habente feuda, & castra, n.40.

Mulier non potest esse testis in scriptura priuata, in casu l.scripturas, C.qui pot.in pign.hab.n.41.contra, nu 42. sed prima opinio est verior & receptior, n.43.

Mulier non admittitur in testem ad probandum tenorem instrumenti deperditi, n.44.seqq.fallit, n.46.

Testes ad probandum tenorem instrumenti deperditi, debent esse omni exceptione maiores, n.44.

Iuramentum in supplementum plenæ probationis, an possit deferri ex depositione vnius mulieris, n.36.seq.

Mulier in contractibus & instrumentis non recipitur in testem, n.46.& 48.

Virgini testi magis creditur, quam corruptæ, n.50.

Masculis testibus magis creditur, quam fœminis, n.49. Limita, quando fœmina esset bonæ famæ, & masculus malæ famæ, nu. 51.& 52. Limita secundo, quando fœminæ deponerent pro reo, & masculi contra reum, num.53. Sublimita hanc vltimam limitationem, vt n.54.

QVÆSTIO LIX. CASVS II.

32 REGVLAM propono † in hoc secundo casu affirmatiuam, quod videlicet in causa ciuili, mulier ad dicendum testimonium admittatur: sic enim expressè probatur *in l.ex eo, ff.de testibus, & in l.qui testamento, §.mulier, ff.de testam.& in cap.ex eo, 15.quæst.3.* Quæ iura si bene inspiciantur, loquuntur generaliter in omni iudicio etiam ciuili, & propterea tam de iure ciuili, quam canonico, regulam hanc bene procedere, affirmarunt *gloss.in cap.si testes, § hermaphroditus, in verbo, ad testimonium, versicul. in iudicio autem esse potest, 4.q.3. & in cap.forus, in fin.in verbo, fœmina, versic.sed in ciuilibus, extra, de verborum signif. Specul. in titul.de teste, §.1.num.83.versicul.item quod est mulier, Felyn.in cap.quoniam, num.10.in princip.iunctoversic.de iure autem ciuili, & ibidem Henric.Boyc.num.2.versicul.aut quoad probationem, Iason.in l.fin num.19.C.de codicill.Adden.ad Aret.in §.testes autem.litera A, in fin.versicul.in causis autem ciuilibus, tractantes de testibus, videlicet Iacob.Butr.num.14.in fin.versicul.in ciuilibus sic, Iacob.Æquil.num.5.versicul.in ciuilibus autem admittitur, Feder. Schenck.post num.38. Nell.num.32. Auffrer.num.69 versicul. in ciuilibus autem, Crot.parte 4.num.154. Iodocus in pract.crim. cap.50.rubr.de reprobat.testium, num.23. Maran.in tract.de ordin.iudic.in 4.parte princip.num.33. Lamberten de iure patronat.part.1.artic.2.quæst.7.num.15. Igne.in l.1.§.iusta, num.54. ff.ad Syllan. Gulielm. de Benedict.in repert.cap. Raynutius, in verbo, testamentum, il 1.numer.64. Duen regula 313.in princip.* * *& est communis, * vt per Emanuel. Soarez. in suo thesauro recept.opin.litera M, numero 258. Michael Graff.in suis commun. opin.lib.2.cap.17.quæst.6.in princip.* vbi, quod omnes dicunt, hoc esse indubitatum, *Mascar.de probat.lib.2.conclus. 764.n.7.*

33 AMPLIA I. Regulam † hanc, vt procedat etiam in causa matrimoniali, quæ, etsi grauis reputetur, & forsan etiam criminali æquiparetur, ad text.*in cap.mulieri, extra, de iureiurando*, non tamen per hoc in ea à testimonio dicendo mulieres repelluntur, sicuti probat text.*in cap.super eo il 2.& ibi Hostiens.in verbo, testimonium, & Abb.in 3.not.ab.extra, de testibus, facit text.in cap.videtur, 35. quæst.6.* vbi habetur, quod etiam coniuncti vtriusque sexus in testificationem causæ matrimonialis admittuntur, & per ista iura hanc firmarunt ampliationem, *gloss.in cap.forus, in fin.in verbo, non fœmina, versicul.sed in ciuilibus & matrimonialibus, de verborum significat. Speculat.in titul.de teste, §.1.post numer.83. versicul. in ciuilibus autem, & matrimonialibus, Iacobin.de S.Georg.in l.ex eo, numero 4.* * *versicul.addite quod, ff.de testibus, vbi testatur de magis * communi opinione, Alexand.quem allegat in consilio 12. Redemptoris nostri circa primum dubium, libro 1. Addentes ad Aret.in §.testes autem, litera A, in fine addit. Institut.de testibus, Campeg.de testibus, regula 125.in 3.fallent. Iacob.Butrigar.de testibus, numero 14.in fine, Feder.Schenck.de testibus, post numer.30. Auffrer. de reprobat.testium, numero 69. versicul. in ciuilibus autem, & in matrimonialibus, Socin iunior consilio 31. numero 13. volum.2.* * *vbi etiam de communi, * & seruata opinione, Duen.regula 315. post 1.ampliationem, versicul.sed his non obstantibus, vbi etiam de communi, Tiraquell.de leg.connub.l.9.numero 64.in fine, vbi relatis contrariis cum hac residet opinione, quam & dicit communem, & pro ea alios citat concordantes, Emanuel Soarez.in suo thesauro recept.sentent.litera T, numero 129.* vbi ampliat, etiam quod agatur de separatione matrimonij, *& testatur etiam de communi, ex Couarruu. quem allegat, de sponsal. 2.part.cap.8.§.final.versicul.non in hac, Roland.consilio 93.numero 5.libro 3.Michael Graff.in commun.opin.on.libro 2.cap.17. quæst.11.versicul.contrariam opinionem, Mascard.de probation. libro 2.conclus.761.numero 7.* Et ab hac communi, seu potius magis communi * opinione, non crederem esse vllo pacto in iudicando aut consulendo recedendum: licet † contrarium senserint, idem Speculat.*in titul.de rescript.§.ratione forma, ver.nec igitur, numero 35. Abb.in cap.si pro debilitate, num.4.extra, de offic.delegat. Bald.consil.122.quia vnus teste, lib.2. Alexand.in consilio 143.quoniam abunde, numero 4.lib.2. Dec.in consilio 133.viso processu, numero 3.quos in proposito refert, sed non sequitur, Tiraquell.vbi supra, d.num.64. in prin.* 34

AMPLIA II. Quia † in ciuilibus caussis admissa 35 mulier in testem, reputatur integræ fidei, & omni exceptione maior, *vt per Crot.de testibus part.4.num.154.* vbi expressè dicit, quod isto casu nihil de eius fide detrahitur, & quod propterea actori † probanti suam intentio- 36 nem per vnam mulierem, deferri potest iuramentum in supplementum probationis, *secundum Abb.in c.ex insinuatione, col.2.versicul.& quod dictum est vnius testis, extra, de procur.quem sequuti sunt Caccialup.in repetit.l.admonendi, col.61. versicul.hinc inferri potest quæstio, & ibid.Ripa num.178.ff.de iureiur.prout eos refert Tiraquell.de leg.connub.d.l.9.num.74.versicul.quanquam huius, quod diximus*, vbi & pro hac eadem ampliatione ponderat text.*in d.c.super eo, de testibus*, vbi probatur, quod duæ mulieres plenè probant matrimonium, quod & voluit Dec.*in consil.342.n.1.* Ergo sequitur, vnam facere semiplenam probationem, & esse integræ fidei, ac omni exceptione maiorem, cum certum sit, in causa matrimoniali testes debere esse tales, *c.1.& ibi Dd. extra, de consanguin.& affin.cum aliis ibi allegatis per Tiraquell.* qui & alio vtitur ad id argumento. Nam secundum magis communem Dd.opinionem, *de qua dixi infra, numer.64.* certum est, mulierem posse esse testem in codicillis; sed in codicillis testes debent esse omni exceptione maiores, *l.fin.C.de codicill. Ang.consil.128.in facto proponitur, Dec.consil.342.col.1.versicul.postremo considerandum est.* Ergo negari non potest, quin & sit omni exceptione maior. Et propterea Tiraquell.*in loco præcitato, num.56.versicul.nam quamuis, &c.* expressè dixit, quod mulieribus semper plenè creditur, nisi aliud sit, quod eorum fidem minuat aut tollat.

Contrarium, quod † imo & in ciuilibus fœmina in 37 testem admissa non sit integræ fidei, & omni exceptione maior, affirmarunt Alexand. Aym. Cæpoll. Gozad. & alij relati per Tiraquell. (qui isto casu non magis vni, quam alteri opinioni adhærere videtur,) *in d.l.9.nu.73.& 75.iunctis aliis per nos relatis, supra num.26.seq.* qui etsi in criminali causa loquantur, eadem tamen ratio fragilitatis, & suspicio mendacij, ac periurij, de qua dixi *supra, num.4.* & ex qua mouentur Dd. ad tollendum mulieri completam fidem & probationem, in vno casu, & in criminalibus, militat etiam in alio, & in ciuilibus, prout generaliter, & in ciuilibus fœminam non esse integræ fidei, demonstrat Aym.*de antiquit.tempor.part.1. §.quæritur etiam in hac materia, numer.38.sequent.fol.mihi 74. Crot. post Alexand. quem allegat in tract.de testibus, part.1 num.10.* Et † propterea hanc contrariam opinionem multo ve- 38 riorem crediderim in caussis ciuilibus arduis, & magnæ quantitatis, nec non in matrimonialibus, vbi de illius dissolutione agitur, text.enim in ex aduerso allegato *cap.super eo, il 2.de testibus*, non loquitur quoad solutionem matrimonij, & forsan si rectè inspiciatur eius sensus, non bene etiam probat primam opinionem, cum loquatur de mulieribus consanguineis admittendis, & non admittendis, secundum distinctionem, de qua ibi.

39 LIMITA I. huius † secundi casus propositam regulam non habere locum in caussa feudali, in qua cum testes requirantur summæ & integræ opinionis, ad text.*in cap.1.in fin.quot testes sint necess.ad proband.feud.ingratitud.* Iccirco in ea fœminas ad testimonium non admitti, probat text.*in cap.1.pariter in fine*, qui testes sunt necessarij ad nouam inuestituram probandam, & per ista iura hanc limitationem firmarunt Bald. Aluarot. & communiter cæteri alij Dd.*in d.cap.1. Roman.in l.admonendi,numero 119.ff.de iureiurando, Felyn.in cap.quoniam, versicul.fallit primo,extra,de testibus, Iason in l.si quis agere,numero 19.versicul.& præterquam in feudis, C.de codicill. Cacciallup.in tractat.de feud.cognit.art 6.numero 2. Gulielm.de Bened. in repetit.cap.Raynutius, in verbo,duas habens filias, numer.30. extra,de testament. Cato Saccus in repetit.d.l.admonendi, numero 19. Afflict.in cap.1.numero 104.de controuer.inuestit.& in d.cap.1.num.35.qui testes sint necess.ad proban.feud.inuestitur. Iacobin.de S.Georg.in l.ex eo, numero 2. ff.de testibus, Ioan.Feder.in §.testes autem, numero 2.versicul.item nota,quod est darecasum, Institut.de testament. Dec.in l.fœmina,numero 37 ff. de regulis iuris, Adden.ad Abb.in cap.forus, numero 4.litera D, versicul.item adde,quod mulier non admittitur, extra, de verborum significat.Aufrer.de testibus,numero 96.in fine, Moncad.ad Crot.part.4.numero 156.litera Z, versicul.istam conclusionem limita etiam in feudis,Iodoc.in pract.crimin.cap.50.rubr. de reprobat.test. num.24. Tiraquell.de legib.connub.l.9.numero 65.vbi alios adducit concordantes, Corrad.in pract.§.2.de offic.prætor.in causs.ciuil. titul. de testibus, rubr.personas testium aggrediendo,verbo,mulier, numero 75.folio 105. colum.1. versicul.nec in feudis,& colum.2.in 1.limitatione, Duen.regula 313.*

40 *in 1.limitatione*, vbi † ex Afflicto,*in loco per eum citato*, sublimitat hanc limitationem non habere locum in fœmina illustri habente,puta,feuda,& castra sub se, nam talis poterit esse testis etiam in caussa feudali,*vt ibi per eum, quem sequutus est Mascard. de probat. lib.2. conclus.764. num.* 2.&3.

41 LIMITA II. In † scriptura priuata tribus testibus subscribenda in casu,*l.scripturas, C.qui potior.in pignor. habean.* in qua testes fœminas non admitti, voluit originaliter Bald.*in d.l.scripturas,in verbo,trium virorum, numero 4.in fine,versicul.isto ergo casu, &* Bald.*sequuti sunt* Felyn.*in cap.ita quorundam,numero 1. extra, de Iudæ. Alexand.ad Bartol.in l.qui testamento, §.eum qui, litera B, versicul. & adde quod mulier.ff.de testament.Socin.regula 419.in princip. Marsil singul.& 1.Cremens.singul.144.incip.quanquam mulier,numero 2.Iason in l.final.numero 19.in fin. C.de codicill. Curt.sen. in repetit.l.si quis maior, C.de transaction. Dec.in cap.quoniam contra,in 8.notab.extra,de probat. & in cap.quoniam, numero 18. & ante eum Felyn. numero 4. (qui tamen cogitandum relinquit) extra,de testibus, & in l.fœminæ, numero 32.& 33. ff.de regulis iuris*, vbi hanc limitationem à contrariis defendit, & ab ea minime recedendum censuit Hieron. Cucchal.*in addit.ad Dec.in d.l.fœminæ,d.numero 32.litera B, in verbo,scriptura. Vbi, quod doctrina Baldi in d.l.scripturas,est*

* *communiter * approbata per Dd.Catel.Cotta in suis memoral. verbo,mulier regulariter potest esse testis*, vbi & huius limitationis bene reddit rationem, Hieron. *Zannet.in tractat. differentiarum iuris canon.& ciuil. different. 26. numero 38. Aym.de antiq.tempor part.1.versicul.quæritur etiam in hac materia,numero 34.seqq.fol.43.colum.3.secundum vnam impressionem, & secundum aliam, folio 56.& secundum vltimam,folio 73. Crot.de testibus, parte 4.numero 156. & ibi Petr.Moncad in addit.litera Z, respondet contrariis ex Dec.vbi supra,in d.l.fœmina,Tiraquell.de legib.connub.l.9.numero 69. vbi plures alios adducit in idem concordantes, Duen.regul.313.in 3.li-*

* *mitatione,vbi testatur de veriori & communiori * opinione, de qua etiam per Roland. consilio 84.numero 3. volum.3. Couarruu.practic.quæstion. cap.22. numero 5. versicul.primum illud constat, Michael Craff.in suis commun.opinion.lib.... capit.17. quæst.6. versicul.limita hanc communem conclusionem, Mascardus de probationibus, libro 2.conclusione 764. numero 5. & 6.*

Et † licet contrariam opinionem, quod scilicet isto casu fœminæ in scriptura priuata in testes admittantur, suadere videatur ex rationibus deductis per Felyn.*in d. cap.quoniam,num.4.vers.posset autem de hac fallentia dubitari, extra,de testibus*, Cassan.*in consuetudine Burgund. in titul.de succession.rubr.7.§.4.fol.239.colum.4.num.11. Adden.ad Abb. in cap.forus,numero 4.litera D.post princip. addit. de verborum significat.* Et primam opinionem non bene iure probari deducat idem Tiraquell.*de ll.connub. vbi supra, numer.69.* iunctis aliis relatis per Mascard.*d.conclus.764.num.7.* & ante eum per Couar.*pract.quæst.d.c.22.num.3.* qui tenent etiam, fœminas esse idoneas in subscribendo scripturam priuatam.

Non † tamen recedas à proposita limitatione, quæ non solum,vt vides,magis communiter recepta est,sed etiam verissima, intellecta tamen, vt procedat secundum terminos*d.l.scripturas, C.qui potior.in pign.habean.* videlicet, quando contenditur de hypotheca cum alio habente publicum instrumentum, secus si de tali prioritate & potioritate non disputetur, quia tunc nihil est, quod impediat fœminam posse esse testem in scriptura priuata,*sicut in specie voluerunt Petr.Moncad. ad Crot.de testibus,part.4.nu.156.litera Z, in prin.* Couar.*pract.quæst.d.c.22. nu.5.vers.quibus ipse responderem,* Mascar.*d.concl.764.post num.7.vers.attamen limitationem nostram intelliges, &c.* Et hac adhibita distinctione, bene concordantur contrariæ prædictæ opiniones.

LIMITA III. In † probando tenorem instrumenti deperditi, ad cuius probationem cum testes debeãt esse non solum boni & idonei, sed etiam valde periti, instrumenti scilicet defectus, & literas Notarij cognoscentes, ad Bart.*in authen.si quis in aliquo,num.6.vers. hoc dico breuiter, C.de eden.in l.sicut iniquum, num.2. C.de fide instrum.& in l.1 num.27.ff.si cert.petat. & in l.2.§.diuus,n.ne-*

4.ff.de iure fisci, Dec.in cap.2.sub num.14.extra,d.prob.& in c.cum dilecta,num.3. de confir.vtil.vel inutil.& in c.quoniam contra,ad fin.de prob.& in cons.82.viso processu agitato, num.3. & cons.215.in casu vertente,num.1.Lanfran.in pract.c.9.n.47. Afflict.dec.302.num.5.cum aliis relatis per Tiraquell. de retract. conuent.§.1.gloss.7.num.55.seq.& de ll.connub.l.9.numer.66. vers.illud autem receptum est, & per Mascard. de probat.lib.1. conclus 32.num.29.& lib.2.conclus.764.num.10.& conclus. 908.num.6.& alibi forsan in quæstionib. nostris ciuilib.plenius dicemus. Hoc † ideo,fœminas minime idoneas reputari, scripsit Bartol.*in l.1.num.27.ff.si cert.pet. sicut illum referunt Duen.d reg.313 in 4.limit.Tiraq.de leg connub.d.l 9.num.66. Mascar.de probat.lib.2.concl.764.n.8.& 9.* qui † & illud ex ratione proposita addunt, quod econtra, si mulier erit perita, poterit etiam super tenore instrumenti deperditi testificari.

LIMITA IV. Quia † nec in contractibus mulier recipitur in testem, Aret.*in §.testes autem, nu.1. vers.nec in contractibus, Institut.de testam.* Et † licet quod imo in instrumentis mulier non prohibeatur esse testis, dixerit Bald.*in l.scripturas, nu.4.in fin.vers.isto ergo casu, C.qui potior. in pignor.habeãn. Adden.ad Abb.in c.forus, num.4.litera D,in prin.vers.& adde quod,extra,de verbor.signif.* Ego tamen non recolo vidisse instrumentum, seu contractum, in quo sint in testes adhibitæ fœminæ, vide generaliter *infra, q.62.n.110.seqq.*

LIMITA V. Quia † etsi mulier in causis ciuilibus à testimonio dicendo non arceatur, non tamẽ est tantæ fidei,quantæ est masculus, & ideo si hinc inde reperiantur testes contraria deponentes, magis credendum est masculis,quam fœminis,data paritate in numero testium,& in qualitate personarum, Speculat.*in titul.de teste, §.postquam, numero 4. Abb per illum text. in cap.forus, numero 3. ibi addentes, litera C, in verbo, fœmina, de verborum signi-*

significat. Felyn.in cap.quoniam, numer.6. extra, de testibus, Baid.consil.454.quis melius,lib.4.Dec.in l.fœmina,numero 35. in fine, & num.36.ff.de regulis iuris, Marsil.singul.611. Petrasan.*singul.11. Tractantes de testibus, videlicet Nepos de Monte Albano,numero 159.Aufrer.numero 69.ad finem,Lanfranc.post numer.80.verficul.attende tamen, Crot.parte 3.numero 57.in fine verficul.data tamen paritate, & ibi Petr.Moncad.in addit.litera Q.& part.4.numer.155. Tiraquell.de legib.connubial. l.9.numero 70. vbi plures alios adducit concordantes, & numero 72.* vbi infert ad iuramenti delationem præstandam potius masculo, quam fœminæ, Corrad.*in practic. §.2. de offi .prætor.in causs.ciuil.titul.de testibus,rubric.personas testium aggrediendo, verbo,mulier, numero 75.folio 105.columna 2.& in princip.d.§.numero 6.folio 75.columna 1. Corn.consilio 319. numero 10.libro 1. Gabriel.titul.de testibus,libro 1.conclusion.4. numero 58. vbi & alios refert, Duen.regula 313.in 4.limitatione,verficul.circa quam, Aym.de antiquit.tempor.part.1.§.quæritur etiam in hac materia,numero 37.in fine, verficul.ideo cæteris paribus,folio mihi 74.* Ioan.*Mar.Monticell in suo repertorio testium,verbo,fœmina, folio 36.columna 2. verficul.3. & rubric.testium, quis præferatur, folio 333.colum.1. verficul.vbi alios plures adducit.* Ex quibus limitationem hanc fuisse à Dd. * communiter * receptam, vnusquisque tutè affirmare potest.

50 Et † sicut masculo potius creditur, quam fœminæ, ita & in concursu fœminarum, potius creditur virgini incorruptæ,quam viduæ,& corruptæ,*Barbat.in cap.caussam matrimonij, numero 13.de probat.sicut illum refert Monticell.d rubric.testium, quis præferatur,fol.442. volum.1. versic.1. Nec dissentit Gabriel,qui alios refert,d.rubric.de testib.conclus.4. num 67.*

51 SVBLIMITA I. hanc † quintam limitationem, vt non procedat, quando fœminæ essent bonæ famæ, & masculi malæ famæ. Nam tunc magis esset credendum fœminis,quam masculis, *Alberic.in l.in multis,numero 3 ff.de statu homin. Afflict.in cap.1. numero 36.qui testes sint necess. ad proband.inuestitur. in vsibus feudorum, Duen.regula 313. in 4.limitatione, in fine, verficul. quod dictum etiam in-*

52 *telige*, vbi † ampliat *ex Alber.& Afflict. in locis præcitatu*, etiam quod masculi deponerent verisimiliora, quod & verissimum, & notabile sibi videri affirmat, *nec dissentit Tiraquellus de legibus connub. l.9. numero 63. in fine.*

53 SVBLIMITA II. Eandem † quintam limitationem non procedere, quando fœminæ deponerent pro reo,masculi autem pro actore. Et idem si fœminæ deponerent pro innocentia & defensione carcerati, masculi autem ad fisci, vel accusatoris fauorem, quia tunc etiam magis creditur fœminis, quam masculis, gloss.*in cap.clerici,81.distinct in gloss.fin.* vbi dixit, quod si duo testes clerici deponant, me commisisse fornicationem, vel aliud delictum certa die, & duo laici deponant oppositum, quod tota illa die fui cum eis, ita quod non potuissem delinquere, quin ipsi vidissent, debeo absolui, quia magis creditur laicis, quam clericis, fauore defensionis, licet alias secus esset, *sic in simili,in fœminis voluerunt Corset.singul.verbo,testis, el 9. Marsil.in l.vnus facinoru,§.in ea causs.num.8.ff.de quæ.* Sebastian.*Sap.in addit.ad Abb.in cap.quoniam,in verbo,de iure, litera C.extra,de testibus,* Hieron. *Cucchal.in addit.ad Dec.in l fœminæ, numero 36. litera A.in verbo,masculo.ff.de regulis iuris, Adden.ad eundem Abb. in cap.forus, numero 3.litera C. in verbo, fœmina, de verborum significat. Tiraquell.de legib.connub.l.9.num.71. Roland.consilio 57.numer.45.lib.3. Gabriel.titul.de testibus,conclus.4.numero 42.lib.1.vbi alios adducit,* Monticell. *d.rubric.testium quis præferatur,fol.443.colum.1.versic.fin. Duen.regula 313.in 4.limitatione, ver.quod tamen est verum, iuncto ver. quod non*

54 *procedit*, vbi tamen limitat, † nisi masculi deponerent verisimiliora, *Mascard.de probation.lib.1.conclusione 134.numer.7.*

ARGVMENTVM.

De muliere recipienda in testem in testamento.

SVMMARIA.

Regula sit, quod de iure ciuili in testamentis mulier non potest in testem adhiberi,n.55.& 56.

Amplia 1.vt & idem sit in hermaphrodito,nu 57.nisi prævaleat in sexu masculino,quia tunc masculo æquiparatur,& non repellitur,nu.58. vbi etiam, quomodo probetur, hermaphroditum incalescere potius in vno sexu,quam in alio.

Amplia 2.etiam de iure canonico,nu.59.contra,nu.60.sed prima opinio est verior,& magis seruata n.61.

Amplia 3.etiam in testamento rustici,n.62.

Amplia 4. etiam in testamento,in quo sunt instituti venientes ab intestato,n.63.

Limita 1.in codicillis, nu.64. etiam quod omnes testes essent fœmina,n.65.& idem in testamento, in quo est apposita clausula codicillaris,n.66.

Limita 2.in donatione causa mortis,n.67.

Limita 3.in testamento inter liberos,n.68.declara,dummodo inter liberos legitimos & naturales, secus inter naturales tantum,& bastardos,n.66.

Limita 4.in testamento ad pias causas,n.70.

Limita 5.in testamento militis,n.71.

Limita 6.in testamento facto tempore pestis,nu.72.contra,n.73. declara,vt n.74.& 75.

Limita 7.in declaratione ambiguæ voluntatis testatoris, n.76.

Limita 8. quando agitur de probando contrariam voluntatem testatoris,prioris voluntati reuocatoria,n.77. con.a n.78. declara,vt n.79.

Limita 9.quando statutum requireret in test.numero duorum,aut trium testium,nu.80. sed secus si requirerentur numerum quatuor aut quinq, testium,n.81.

Limita 10.in fœmina,quæ communiter fuerit reputata pro num.82.

QVÆSTIO LIX. CASVS III.

REGVLA sit, quod † in testamento mulier de iure ciuili in testem adhiberi non potest,ad text.*in §.testes autem,ibi,sed neq; mulier, & ibi gloss.litera G. Aretin.in 2. notab.in princip.& num.1.versicul.dic,quod mulier, Marc.Anton.Bauer.num.1.& num.10.Ozzer.numer.14. Institut.de testament. ad text.in l.qui testamento, §.mulier, vbi verba textus sunt satis clara,ibidem Bartol.numer.1. Roman.num.2. Imol.in summario,ff.eodem titul.de testam.gloss.in cap.si testes §.hermaphroditus,in verbo,ad testimonium, 4.quæst.3. gloss.in cap.mulierem,in verbo, nec testis 33.quæst.5. gloss.in cap.forus,in fin.in verbo,non fœmina,vers.item in testamentis,de verbor.signific. & cap.tam literis,in verbo,fœminas, vers.nec in testamento admittitur,extra,de testibus,gloss.in l.ex eo,in verbo,ius habere, & ibidem Iacobin.de S.Georg. num.3 ff.de testib. Specul.in tit.de teste, §.1.post num.83.vers.nisi in testamentis, Sebast.Sap.in addit.ad Abb.in cap.quoniam,in addit.incip.an & quando mulier,versic. & in specie dicas, & ibi etiam Felyn.num.2. versic.fallit secundo, Imol.num.2.versic.non admittitur tamen, Anton. de Butr.post num.6.ibi, præterquam in testamento,Henric.Boyc num.1.eod. tit.de testib.Portius in §.possunt,num.2. & ibi Zilet.in addit.litera B.Institut.de testam.Dec.in l.fœmina,post num.25.ff.de regul. iur.tractantes de testibus, videlicet Campeg.regul.124.in princip. Nepos de Monte Alb.num.64. Iacob.Butrig.numer.14. Iacob. Ægid.numer.5. versicul.in testamentis, & alias vltimis voluntatibus, Feder.Schenck num.38. Aufrer.num.69.prope finem, Lanfranc.num.80. Crot.part.1.num.5.& vltra præfatos,Iodoc. in pract.crim.cap.50.rubr.de reprobat.testium, num.25. Tiraq. de legib.connub.l.9.num.56.vers.id quod videre licet, Gig de crimine læsæ maiestatis, lib.2.tit.quom.& per quos crim.læsæ maiestat.probe.q.6.num.4.Couar.in cap.cum esset, num.14.extra,de testam.Corrad.in pract.§.2.de offic.prætor.in causs.ciuil.tit.de testib.rubr.personas testium aggrediendo,verb.mulier.fol.105.col. 1.n.75.in prin.& col.2.ver.secundo in testamentis,Duen.reg.313.*

in 2.

in 2. limitat. & regul. 314. in princip. Nouell. reg. 216. num. 19. vers. mulier in testamento, Viui. in commun. opin. verbo, testis esse non potest mulier, num. 1. Clar. in §. testamentum, q. 55. vers. scias tamen, vbi, quod hoc est expeditum in iure, & quod ita omnes Dd. nemine discrepante tenent ex Bello. quem allegat, in cons. 14. num. 8. & quotidie docet experientia, Soarez in suo thesauro recept. sentent. litera M, num. 258. vbi etiam de communi, de qua per Michael. Crass. in suis commun. opinion. lib. 2. cap. 17. quæst. 6. in fin. & in suo tract. de success. ex testamen. & ab intestato, §. testamentum, quæst. 57. num. 2. Ioseph. Ludouic. in suis commun. opin. conclus. 69. num. 1. Mascar. de

56 probat. lib. 2. concl. 763. num. 1. Et † sicut hæc regula est in se verissima, & contradictores non habet, ita etiam est plena rationibus, de quibus remitto Lectorem ad Alberic. in l. qui testamento, §. mulier, num. 3. in fin. vers. vnde sorte alia ratio, ff. de testam. Ioan. Faber in §. testes autem, numero 1. Instit. eodem, Tiraquell. de leg. connub. d. l. 9. num. 56. ver. nempe propter suspicionem falsitatis, Duen. d. regula 313. in 2. limitatione, in fin. Mascard. d. conclus. 763. numer. 2. & 3. apud istos enim multiplices propositæ regulæ habebis rationes.

57 AMPLIA I. huius tertij † casus regulam, vt procedat etiam in hermaphrodito, qui pariter nec in testamento recipietur in testem, quia in omni casu, in quo mulier à testificando repellitur, in eo etiam repellitur hermaphroditus, vt per Specul. in tit. de teste, §. 1. nu. 82. in fin. versic. item quod est hermaphroditus, & ibi in addit. Ioan. Andr. litera G, verbo, hermaphroditus, Abb. in cap. quoniam, numero 2. versicul. quid in hermaphroditis, extra, de testibus, numero 49. Nell. de testibus, numero 20. verficul. hermaphroditus non admittitur, Ioan. Marian. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, testis hermaphroditus. fol. 38 col. 2. ver pen. vbi alios adducit.

58 LIMITA hanc † ampliationem, vt procedat, quando hermaphroditus præualet in sexu fœmineo, vel saltem non magis in vno, quam in alio sexu, vnde secus si præualeat in masculino, quia tunc masculo æquiparatur, & non repellitur à testificando, l. queritur, ff. de statu homi. l. repotundarum, §. 1. ff. de testib. c. si testes, §. hermaphroditus, 4. q. 3. & ibi gl. in verbo, ad testimonium, item gloss. in §. testes autem, in verbo, sed neq; mulieres, ver. quid de hermaphrodito, & ibi etiam Aret. Instit. de test. am. Adden. ad Abb. in cap. forus, numero 4. litera D, in fine additionis, vers. quid autem de hermaphrodito, vbi etiam, an credatur ei, asserenti, se in vno sexu potius quam in alio incalescere, & alia ad materiam ibi habentur, Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. tit. de testib. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, mulier, & hermaphroditus, num. 75. in prin. fol. 105. Aufrer. de reprobat. testium, num. 40. versic. si tamen magis incalescit, Iacob. Ægid. de testibus, num. 56. Iacob. Butrig. de testibus, numero 25. & de com-

* muni * Vasquium, quem allegat, testatur Michael Crass. in tractat. de success. ex testam. vel ab intesta. §. testamentum, q. 57. num. 9.

59 AMPLIA II. Vt † & idem sit de iure canonico, secundum quod mulier, nec etiam in testamento testis esse poterit, & hoc erit seruandum in terris Eccle-

* siæ, secundum communem * Dd. opinionem, de qua testatur Alexan. in consilio 70. numero 13. volum. 2. vbi valde miratur de quodam consultore, qui dixerat communem contrariam, Dilect. de arte testan. titul. 2. caut. 2. numero 107. Bellon. consil. 14. post num. 8. Brun. in tract. de forma, quæst. 8. Crot. de testibus, part. 1. num. 9. versicul. contrarium, & forte melius, & numero 10. in princip. vbi huic opinioni, tanquam meliori, videtur assentire, etsi contrariam dixerit communem, vt mox eam referam, Couarru. in cap. cum esses, numero 14. de testamen. vbi pariter hanc sequitur sententiam, vti probabiliorem, licet contrariam fateatur communem, sed vltra prædictos hanc ampliationem communiter fuisse receptam, testatur etiam Ioan. Baptist. Villalob. in commun. opin. litera M, numero 144. Viui. in commun. opin. de testibus, verbo, testis esse non potest mulier in testamentis, numero 2. Emanuel Soarez in suo thesaur. recept. sentent. litera M, numero 165. vbi non solum testatur de communi, sed etiam de veriori opinione, sed & de veriori, & magis communi * testatur Clar. in §. testamen- *
tum, quæst. 55. versicul. sed quid de iure canonico, in fine, ea motus ratione, quia nunquam debemus constituere differentiam inter ius canonicum, & ciuile, nisi illa expressa in eodem iure reperiatur, & ita etiam contrariis relatis ab hac non esse discedendum, affirmauit Michael Crass. in suo tractat. de success. ex testament. vel ab intesta. §. testamentum, quæstione 57. numero 3. Et cum hac eadem opinione pertransit Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 763. num. 4. licet contrariam fateatur communem ibid. num. 16. Ioseph. Ludouic. in suis commun. opin. conclus. 69. in 1. ampliat.

Contrariam opinionem, quod † imo de iure canonico, & in terris Ecclesiæ mulier possit esse testis in testamento, tanquam communem * sequuti sunt, 1mol. in * l. potest, nu. 4. ff. de leg. 1. Ruin. consil 192. num. 7. lib. 2. Pariſ. consil. 51. num. 16. lib. 3. Ias. in l. hac consultissima, num. 9. C. de testamen. Natta in d. l. hac consultissima, §. ex imperfecto, num. 175. Hieron. Zannett. in tract. differ. vtriusq; iur. differen. 26. nu. 38. Crot. de testibus, part. 1. numer. 9. & 10. versicul. tenendo tamen aliam opinionem, vbi, quod hanc sequuntur communiter canonistæ, (licet prima sibi melior videatur, vt supra eum retuli,) & illam ampliat procedere, etiam quod omnes testes essent fœminæ, Couar. in c. cum esses, num. 44. extra, de testament. vbi pariter de communi, licet primam crediderit probabiliorem. Et vltra prædictos hanc eandem contrariam opinionem communem * dixerunt, * & sequuti sunt, Addentes ad Aret. in §. testes autem, lit. A, vers. item ampliauit, Instit. de testam. Vasq. lib. 2. de success. creat. §. 12. num. 13. seq. Duen. reg. 314. in 3. fallent. Mascard. de probat. d. concl. 763. num. 16. licet in num. 4. cum prima pertransisse videatur.

Sed quicquid isti dicant, † & testentur, non recedas 61 à proposita ampliatione, quæ non solum à Dd. magis communiter * recepta est, sed etiam vsu per Notarios * obseruata, qui nunquam solent etiam in terris Ecclesiæ fœminas in testamento in testes adhibere.

AMPLIA III. Vt † & idem sit in testamento con- 62 dito à rustico, in quo licet à iure sit diminutus numerus testium, tamē, quoad ipsorum idoneitatem, nihil reperitur immutatum: igitur quod non est immutatum, attendi debet, l. sancimus, C. de testam. l. præcipimus, in fin. C. de appellat. cum alii in proposito post Alex. quem allegat in consil. 177. num. 6. versic. nec etiam prædictis obstat, & consil. 70. num. 16. volum. 2. bene deductis, Crot. in tract. de testibus, part. 1. num. 5. versic. stud amplia, & ibi Petr. Moncad. in addit. litera F. vbi respondet contrarius, sequitur Mascar. de probat. lib. 2. conclus. 763. n. 5.

AMPLIA IV. Vt † & idem sit in testamento, in 63 quo sint instituti venientes ab intestato. Nam adhuc in eo fœminæ non possunt esse testes, sicut post Bald. & Natt. quos allegant, scripserunt Ioseph. Ludouic. in suis commun. opinion. conclus. 69. in 3. ampliat. Mascard. d. conclus. 763. num. 6.

LIMITA I. huius † tertij casus propositam regu- 64 lam, vt non procedat in codicillis, in quibus fœminas posse in testes adhiberi, voluerunt gloss. in l. qui testamento, §. mulier, in verbo, non poterit, & ibi Bart. numer. 4. Adden. ad Bart. litera B, post addit. Alexand. Alber. num. 3. iuncto num. 4. versic. item contra, vbi respondet contrarius, Rom. nu. 2. versic. item in codicillis, Castrens. nu. 6. & 7. Goffred. in princip. ff. de testament. addit ad gloss. in §. testes autem, in verbo, neque mulier, & ibi Faber, numer. 2. versicul. sed an mulier, Aretin. numer. 1. versicul. in codicillis autem, & ibi Anton. Caius in addit. litera A, in princip. Instit. eodem titul. de testament. Speculat. in titul. de teste, §. 1. numer. 83. versicul. quid de codicillis, & vbi Ioan.

Ioan. Andr. litera K. & in addit. seq. Iacobin. de S. Georg. in l. ex eo, numero 3. versicul. in codicillis autem, ff. de testibus, Sebastian. Sap. in additon. ad Abb in capit. quoniam, in addit. incip. an & quando mulier, versicul. potest etiam esse testis in codicillis, & ibidem Felyn. numero 2. versicul. sed istud non procedit in codicillis, Henric. Boyc. post numer. 1. versicul. aut in aliis vltimis voluntatibus, extra, de testibus, Adden. ad Port. in §. possunt, numero 2. litera B, versicul. in aliis autem negotiis, Instit. de testament. idem Abb. in capit. forus, numero 4. & addentes ad eum, litera D. * vbi, quod ita communiter * tenetur, extra, de verborum significat. Ias. in l. final. numero 17. C. de codicill. vbi etiam, quod ita communiter tenetur, & obseruatur. Tractantes de testibus, videlicet Campeg. regula 124. in 2. fallent. Nepos de Monte Albano numero 65. Iacob. Ægid. numero 5. in fine, versicul. in codicillis autem, Nell. post numer. 32. Crot. part. 1. numero 6. vbi, quod hac fallentia est communiter approbata, & ibi Petr. Moncad. in addit. litera N, respondet contrarius, Tiraquell. de leg. connub. l. 9. numero 60. iuncto numero 70. in fine, versicul. quod ex eo, vbi, quicquid in contrarium dixerit Dec. in l. fœmina, numero 25. & seq. ff. de regulis iuris, ista est communis opinio, & contra eundem Dec. tenent omnes vbiq; scribentes, Socin. regul. 419. in 3. fallent Nouell. regula 216. numero 19. in fin. versicul. sed in codicillis, Conrad. in practic. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. titul. de testibus, rubric. personas testium aggrediendo, verbo, mulier, numero 75. folio 105. columna 1. numero 3. limitatione . . . * & vltra præcitatos hanc communem * dixerunt Viui. in commun. opin. verbo, testis esse non potest mulier, numero 3. Vbi am-

65 pliat, † etiam quod omnes testes essent fœminæ, Emanuel Soarez in suo thesauro recept. sentent. litera M, numer. 349. Vasquius de success. creation. §. 12. numero 68. & §. 15. numero 42. & de success. progress. §. 30. numero 12. Michael Grass. in suo tractat. de success. ex testam. & ab intesta §. codicillis, quæstione 22. numero 12. & §. testamentum, quæstione 57. num. 4. vbi, quicquid ambigat Dec. in d. l. fœmina, non est vllo pacto ab hac communi recedendum, Mascard. de probat. lib. 2. concl. 763. num. 7.

66 Et † ex prædicta limitatione vtiliter nota, quod cum * hodie in testamentis communiter * apponatur clausula codicillaris, ideo in casu, in quo idem testamentum sustinetur vigore dictæ clausulæ in vim codicillorum, non enim vitiabitur, si testes fœminæ adhibitæ fuerint, vt per Bald. in l. qui testamento, §. mulier, in fine, versicul. in ea glossa, ff. de testament. Ias. in l. final. numero 17. C. de codicill. Aretin. in §. testes autem, numero 1. Instit. eodem, Campeg. de testibus, regula 124. sub 2. fallent. versicul. secus si in testamento esset adiecta clausula codicillaris, Moncad. in addit. ad Crot. de testibus, part. 1. numero 6. litera H. in fin. vbi alios adducit concordantes.

67 Et † etiam nota, quod & idem in donatione causa mortis fœmina poterit adhiberi in testem, sicut voluit Aret. in d. §. testes autem, sub numer. 1. Instit. de testament. Et dicit gloss. in l. final. in verbo, quinq; testes, C. de codicill. quod in omni vltima voluntate, excepto testamento, fœmina admittitur in testem. Et ita tenent omnes, ac ita obseruatur, prout dicit Ias. in d. l. fin. numer. 17. Et in specie de donatione causa mortis, bene infert Michael Crass. de success. ex testamento, & ab intesta. §. donatio causa mortis, q. 11. num. 3.

68 LIMITA II. Dicti † tertii casus propositam regulam non procedere in testamento inter liberos, in quo & fœminas posse in testes adhiberi, affirmarunt gloss. in authent. quod sine, C. de testament. Iacobin. de S. Georg. in l. ex eo, numero 3. versicul. item potest esse testis, ff. de testibus, Adden. ad gloss. in §. testes autem, in verbo, neq; mulier, & ibi Aret. numero 1. versicul. sed in testamento facto inter liberos, & Adden. ad Aret. litera A. versicul. quod declarat procedere, Instit. de testament. Alexand. ad Bartol. in l. qui testamento, §. eum qui, litera B. in principio additionis, Bald. ibidem, in §. mulier, in fine, versicul inter liberos tamen, Roman. numero 2. versicul. fallit interfilios, Castrens. numero 7. Goffred. versicul. item in testamento, Imol numero 11. ff. de testament. Seba stian. Sap. in addit. ad Abb. in cap. quoniam, in addit incip. an & quando mulier, versicul. tamen potest esse testis, Felyn. ibidem, numero 3 extra, de testibus, Adden. ad Port. in §. possunt, numer. . . litera B. versicul. fallit in testamento, Instit. de testam. Adden. ad Abb. in cap. forus, numero 4. litera D. in princip. versicul. adde tamen, extra, de verborum significat. Ias. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, numero 6. C. de testament. & in l. final. numero 18. C. de codicill. Dec. in l. fœmina, num. 19. vers. & quod supra dictum est, & numer. 20. in fin. vers. & quod posit mulier, ff. de regul. iur. Campeg. de testib. reg. 124. in 1. fallent. Lanfranc. de testibus, numer. 80. & ibi in addit. litera H. Crot. de testibus, part. 1. numero 7. Tiraquel. de leg. connub. l. 9. numer. 59. vbi, quod in hoc omnes conueniunt, & de communi * testatur etiam Grat. 190. numero 3. Ripa de * peste, in priuilegio vltim. volunt at. numero 24. Natt. in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, numero 166. C. de testament. Corrad. in practic. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. tit. de testibus, rubric. personas testium aggrediendo, verbo, mulier, numero 75. fol. 105. colum. 1. in 1. limitatione, Viui in commun. opinion. verbo, testis mulier esse non potest, numero 6. Clar. in §. testamentum, quæstione 8. versicul. secundo infertur, Emanuel Soarez in suo thesauro recept. sentent. litera M, numero 262. Michael Crass. de success. ex testam. vel ab intesta. §. testamentum, quæst. 11. num. 5. Fran. Zunt. in suo consil. pro vxore, nu. 63. seq. iuncto num. 497. seqq. Ioseph. Ludou. in suis commun. opin. conclus. 69. in 2. fallent. vbi de veriori, & magis communi, Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 763. num. 8.

SVBLIMITA hanc † secundam limitationem, vt 69 procedat in testamento condito inter liberos legitimos, & naturales: vnde secus in condito inter naturales tantum, & bastardos, nam in eo fœminæ non recipiuntur in testes, vt per Bald. qui, relatis contrariis, in hac opinione residere videtur, tanquam vltimo loco per eum recitata, in l. qui testamento, §. mulier, vers. in ea gloss. ff. de testam. & cum Bald. in loco præallegato pertransire etiam videtur Dec. in l fœmina, num. 31. & ibi in addit. litera A. in verbo, bastardum, ff. de regul. iur. Imol. in d. §. mulier, num. 11. versicul. si autem essent naturales tantum, &c. vbi pluribus comprobat hanc sublimitationem, nec dissentit Viui. in commun. opin. verbo, testis esse non potest mulier, in fin. numero 7. vbi in idem allegat declarantem Mant. apophthegma. 74. Et ita videtur communis * opinio, licet in contrarium motiuando aliquid di- *
xerit idem Bald. in l. final. C famil. erciscun. ad cuius distinctionem se remittit Castrens. in d. §. mulier, numero 7. versicul. hoc tamen verum, & Castrensem refert additionator ad Bart. in d. l. qui testamento, §. eum qui, litera B, post additionem Alexandri, Sebast. Sap. in addit. ad Abb. in cap. quoniam, in addit. incip. an & quando mulier, vers. imo voluit Bald. extra, de testibus.

LIMITA III. In † testamento ad pias causas, in 70 quo & fœmina in testem recipitur, vt per Bald. in l. 1. num. 9. C. de sacrosanct. eccles. adden. ad gloss. in §. testes autem, in verbo, neq; mulier, & ibidem Aret. numer. 1. versicul. vel idem ad pias causas, & ad Aret. Ant. Caius in addit. litera A. versicul. & ibidem ampliat procedere, Instit. ut. de testament. & ibidem etiam Marc. Anton. Bauer. numer. 11. seq. addentes ad Bald. in l. qui testamento, §. mulier, litera B, in ver. liberos, & ibidem Roman. numero 2. versicul. fallit etiam in testamento ad pias causas, & Castrens. numero 8. ff. eodem titul. de testament. Sebastian. Sap. in addit. ad Abb. in cap. quoniam, in addit. incip. an & quando mulier, versicul. potest esse testis, vbi, quod hoc procedit tam de iure ciuili, quam canonico, & testatur de communi * Fe- *
lyn. ibidem, numero 3. versicul. quod autem in testamento ad pias causas, vbi, quod hoc est indubitatum de iure canonico, extra, de testibus, Addentes ad eundem Abb. in cap. forus, numero 4. litera D. versicul. & adde quod licet regulariter, de verborum significat. Alexand. consilio 102. numero 6. lib. 7. Dec. in l. fœmina, numer. 27. & 28 ff. de regul. iur. vbi respondet contrarius, Campeg. de testibus, regul. 124. in 4 fallent. Crot. de testib. part. 1 numero 8. vbi, quod hæc opinio est tenenda in practica.

quia

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text

quia communis, *licet contra eam faciant plures rationes ibi per eum relatæ, Petr. Moncad ibi ad Crot. in addit. litera K, vbi pariter testatur de communi, Socin. regula 419. in 2. fallent. Tiraquell. qui alios plures refert, de legib. connub. l. 9. numero 58. Corrad. in practic. §. 2. de offic. prætor. in causis ciuil. tit. ul. de testibus, rubric. personas testium aggrediendo, verbo, mulier, numero 75. folio 105. columna 1. in 2. limitatione, & vltra per ea statos de communi etiam testati sunt Bellon. consilio 13. post numer. 8. Ferran. Vasq. de success. creat. §. 22 numero 4. Tiraquell. de priuileg. pia causse. priuileg. 5. Mantica de coniectur. lib. 6. tit. 3. num. 5. Clar. in §. testamentum, quæst. 6. vers. tertio inferior, & quæst. 55. vers. sed quid de iure canonico, vbi, quod ita seruandum est in vtroq; foro, Villalob. in commun. opin. litera M, numer. 144. Viui. in communibus opinionib. verbo, testis esse non potest mulier, num. 4. Soarez in suo thesauro recept. sentent. litera M, num. 260. Ioseph. Ludouic. in commun. opin. conclus. 69. in 3. fallent. Michael Craff. in tractat. de successio. ex testam. vel ab intesta. §. testamentum, quæst. 18. num. 4. Mascard. de probationib. libro 2. conclusione 763. numero 10. & post numer. 11. vbi etiam refert contrariam opinionem tenentes, prout & eos refert Tiraquell. de ll. connub. d. l. 9. nu. 57 sed à communi non est recedendum.

71 LIMITA IV. In testamento † militis, in quo & mulierem posse in testem recipi, affirmauit additio post glossin. §. testes autem, in verb. neq; mulier, & ibid. Aretin. numer. 1. versicul. vel idem in testamento militis, & ad Aret. Anton. Caus. in addit. litera A, versicul. amplio istam conclusionem, & Bauer. numer. 26. Institut. de testament. Zilet. ad Port. in §. possunt, num. 2. litera B, versicul. fallit in testamento militis, Institut. eodem, Dec. in l. fœmina, numer. 29. in fin. versicul. & pari ratione, ff. de regulis iuris, Ripa in tractat. de peste. in rubr. de priuileg. vltim. voluntat. num. 24. Campeg. de testibus. regul. 124. in 3. fallent. Petr. Monead. ad Crot. de testibus, part. 1. num. 5. litera E, vbi omissue, Bauer. in § plane. num. 5. Institut. de testament. milit. * vbi de communi, * sicut illam refert Soarez in suo thesaur. recept. sententi. litera M, nu. 261. & de communi etiam Michael. Craff. in suis commun. opin. lib. 3 cap. 17. q. 8. Ioseph. Ludou. concl. 69. in fall. Duen. reg. 314. in 1. limit. Mascar. de prob. lib. 2. concl. 763. num. 12.

72 LIMITA V. In † testamento facto tempore pestis, in quo fœminas adhiberi posse in testes, suadetur ex traditis per Iaf. Alexan. & Bertran. *in locis relatis per Duen. regul. 314 n. 2. in princ.* dum volunt fœminas in subsidium non repelli à testimonio, de quo & nos diximus *supra, n. 8.* Sotr. ad limitationem ex professo defendit Crot. *de testibus. part. 1 nu. 11. & 52.* vbi testatur, se alias in occurrenti casu ita consuluisse, & obtinuisse, & ibi Pet. Moncad. *in addit. litera L.* dicit, hanc opinionem esse multùm æquam, & pro ea facit, quia tempore pestis iuris ciuilis * solemnitas non attenditur: secundum * communem, de qua per Rip. *in tract. de peste, in vlt. priuileg. Vasq. de succes. creat. §. 12. n. 23.*

73 Contrarium † suaderi videtur, quia, vt fatetur idem * Crot. *de testibus, vbi supra, num. 11.* magis * communis Dd. est opinio, quod tempore pestis testamentum fieri non potest cum minori numero testium, quam septem, & dato, quod eo tempore sit diminutus numerus testium de iure canonico, per text. *in c. cum esses, de testam.* non tamen inde sequitur, quod illi non debeant esse idonei, per id, quod in simili de testamento ruri facto notant scribentes *in l. fin. C. de codicill.* Et in specie deducit Alex. *consil. 70. num. 16. lib. 2.* Qui propterea concludit, tempore pestis fœminas non posse esse testes in testamento, quod & idem affirmarunt Dec. *consil. 244. Grammat. decis. 62. num. 16. Ripa in tractat. de peste, rubr. de priuileg. vltim. voluntat. num. 19. ver. contrariam sententiam, Ruyn. consil. 20. volum. 5. vbi de communi,* * *Anton. Gabriel. lib. 4. rubr. de testament. conclus. 4. num. 5. sicut eos refert Michael Craff. in tractat. de success. ab intestat. vel ex testament. §. testamentum, quæst. 57. numer. 8.* qui etiam de veriori opinione testatur, *Ioseph. Ludouic. concl. 69. in 2. ampliatione, iuncta 5 fallent.* vbi † tamen 74 videtur declarare, hoc non procedere, quod probaretur, quod nec actu, nec potentia masculorum copia eo tempore haberi potuisset, quia tunc admittit, fœminas posse esse testes in testamento facto tempore pestis, ex Ripa, quem allegat *in eodem tractat. de peste, in 2. quæst. 2. quæst. princip. num. 21. & ex Bello. in consil. 13. num. 8.* & cum hac declaratione potius concordare has contrarias opiniones.

Datur † etiam alius casus, in quo proposita limitatio 75 locum habebit sine difficultate, in testamento scilicet eius, qui in ciuitate permansit, vt labenti Reipublicæ subueniret, in quo & fœminas potuisse in testes adhiberi, scripsit Ripa *de peste in rubr. de priuileg. vlt. voluntat. numer. 22. quem referendo sequuti sunt Ant. Caius in addit. ad Amer. 22.* quem referendo sequuti sunt *Ant. Caius in addit. ad Amer. 22. quem referendo sequuti sunt Ant. Caius in addit. ad Amer. 22.* quem referendo sequuti sunt *

128 LIMITA I. Huius † tertiæ illationis regulam non procedere, quando veritas aliter haberi non potest. In iis enim, quæ aliis quam iudicibus & arbitris cognita esse non possunt, eorum testimonium recipitur, prout est text. *in c. cum dilectus, & ibi gl. in verbo, & si tres, in fine, extra, de elect. item gl. in c. non sine, in verbo, cognouerint, in fine, ibi, propter inopiam probationum, &c. & ibidem Abb. num. 11. de arbit. Alb. in l. ne in arbitris, num. 1. vers. imo etiam remouetur, C. de arbitr. Felyn. in c. cum à nobis, num. 13. in 9. fall. & ibidem Anton. de Butr. numer. 10. in colum. 4. ver. puto tamen, quod in subfidium admittetur, attenta qualitate personæ, extra, de testibus, Socin. reg. 199. in 6. fallent. Aufrer. de reprobat. testium, numer. 11. verbo, arbiter, verficul. fallit nono, Campeg. de testibus, regul. 61. verficul. fallit primo, Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causis ciuil. titul. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo, iudex, num. 63. fol. 100. colum. 1. in princip. in 9. limitat. Ioan. Marian. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, inhabiles, fol. 74. colum. 2. versic. 2.* vbi ampliat, etiam quod testis tractet de consequendo laudem, aut de euitando dedecus, *Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. quæst. 73. num. 31. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 124. num. 41.* vbi multum bene ponderat, & inducit text. *in d. c. cum dilectus, Hector Æmil. in tract. de testibus, part. 1. verbo, arbiter, numer. 29. fol. 213.* Ex quibus sine dubio iunctis iis, quæ in simili, & generaliter posui infra de teste inhabili, *q. 62. numer. 50. seqq.* hanc limitationem communiter * à Dd. factā recepta, af-

* firmare possumus.

AMPLIA

Texto deteriorado e/ou

129 AMPLIA Hanc † primam limitationem, vt procedat non solum si iudex, aut arbiter causa finita, deponat coram alio, verū, etsi ea pendente testificetur, tunc enim isto casu ob inopiam probationum, si delegatus sit iudex ad hunc effectum, remouetur à munere iudicandi, *cap. dilecto. & ibi notant omnes, & præcipue Henric. Boyc. num. 2. extra de testib. Alb. in l. ne in arbitris, num. 1. vers. imo etiam remouetur, C. de arbit. Abb. in cap. cum à nobis, num. 1. colum. 3. vers. vel fuit remotus ab officio. & ibidem Ant. de Butr. num. 10. colum. 4. vers. ideo dicit Ioan. Calder. &c. extra de testib, Spec. in tit. de teste §. 1. num. 79. Alb. de Malet. in tract. de testib. c. 4. nu. 23. vers. concluditur primo. vbi declarat materiam, & num. 39. vers. si autem esset iudex delegatus, Campeg. de testib. reg. 61. versic. fallit primo.* vbi *ex Alber. de Malet. in loco præcitato*, ad hoc, vt iudex iste remoueatur ad effectum testificādi, duo requirit, causæ scilicet aliqualem cognitionem, & quod lis non fuerit contestata, & latius *in regu. 59. per totam*, vbi latissime ponit, quæ alia requirantur, ad hoc vt isto casu iudex remoueatur, & testificetur, *Corrad. in pract. vbi supr. d. verbo, iudex, nu. 63. in fin. vers. sed si remotus fuerit, fol. 100. colum. 1. Mascar. de probat. lib. 2. concl. 950. num. 12. ad fin.*

130 SVBLIMITA Hanc † primam limitationem, vt nec etiam in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, iudex, aut arbiter dicatur testis integræ fidei, & omni exceptione maior, sed quanta fides sit illi adhibenda, iudicis arbitrio remittitur, *secundum Felin. in c. cum à nobis, num. 3. vers. non tamen, de testib. Anton. de Butr. ibidem num. 10. col. 4. vers. quanta tamen fides. Aufr. de reprob. test. nu. 11. verbo, arbiter, in 9. fall. vers. non tamen erunt. Menoch. de arbit. q. lib. 1. d. q. 73. post num. 31. Monticel. in reper. test. verbo, inhabiles, fol. 74. col. 2. vers. 2. Mascar. de prob. lib. 1. conclus. 124. nu. 43. seqq.* vbi late disputat de veritate huius sublimitationis, & eam declarat, tu tamē omnino vide, quæ in simili *infra posui de teste inhabili q. 62. num. 73.*

131 LIMITA II. Eiusdem † tertiæ illationis regulam non procedere, quando ante sententiam, vel laudum expirauit iudicis, aut arbitri iurisdictio, puta, vel quod sit expiratum compromissum, vel quod perierit instantia, vel quod fuerint allegati suspecti, aut alias ab officio remoti: tunc enim non prohibetur ipse iudex, aut arbiter testimonium ferre, *vt per Spec. in tit. de teste, §. 1. post num. 80. vers. quod si iudex fuit vt suspectus recusatus. Bald. in l. ne in arbitris, num. 10. vers. & ideo si arbiter. Salycet. ibidem nu. 3. vers. aut alio modo erat finitum, &c.* vbi declarat, *C. de arb. Felin. in c. cum à nobis, num. 7. & ibi Imol. num. 3, vers. tu potes clarius concludere, iuncto vers. primo casu, &c. Anto. de But. num. 10. colum. 4. vers. secundus, quando in causa, extra de testibus, Henric Boyc. in 6. dilecto. num. 3. eod. tit. Aufrer. de reprobat. test. post num. 11. verbo, arbiter. ver. fallit tamen. Alb. de Malet. de testib. c. 4. num. 28. versic. si vero vult testificari, & num. 34. in fin. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. tit. de testibus, rub. personas testium aggrediendo, verbo, iudex, num. 63. in 1. limitat. fol. 99. colum. 2. Mascard. de prob. lib. 1. concl. 124. num. 14. Hect. Æmil. de testib. verbo, arbiter. n. 23. fol. 211. par. 1.*

132 SVBLIMITA I. Hanc † secundam limitationem, vt dunc demum procedat, si lis sit coram alio, & in iis tantum, quæ pertinent ad litis ordinationem, non autem in iis, quæ respiciunt litis decisionem: quia tunc iudici, aut arbitro non creditur, etiam quod amplius iudex aut arbiter non sit, *vt per Bald. in d. l. ne in arbitris, nu. 10. vers. aut expirauit causa, Alb. de Malet. de testib. c. 4. num. 30. vers. si vero cognitio expirauit, Rimin. sen. cons. 432. num. 16. seq. Mascard. d. concl. 124. nu. 15.*

133 SVBLIMITA II. Quia iudex, † vel arbiter, eo ipso, quod ab aliqua parte est suspectus allegatus, efficitur illius præsumptus inimicus, & si non capitalis, (nisi suspicio allegetur ex causa capitalem inimicitiam inducente, quia tunc etiam capitalis præsumitur inimicus,) ad tex. *in c. suspicionis, & ibi gloss. in verbo, forsan prouocatus, de offic. delegat.* ideo in casu, in quo iudicis, aut arbitri iurisdictio expirat, ac finitur, ex eo, quod fuerit allegatus suspectus, nunquam crederem eum testem integræ fidei contra illam partem, quæ ipsum pro suspecto habuit, per ea, quæ supra, de teste inimico, suo loco dixi.

134 LIMITA III. Regulam † non procedere, quando iudex vel arbiter, coram alio deponeret contra ea, quæ ipse gessit, quia tunc cessat ratio, propter quā ipsi a testificando repelluntur, scilicet propter affectionem ad gesta per ipsum, ideo creditur etiam in pria iudicium tertii, *vt per Salycet. in l. ne in arbitris, num. 3. ad fin. C. de arbitr. Felin. in cap. cum à nobis, num. 11. & ibi etiam Imol. num. 3. ver. vel nisi adducantur, vbi reddit rationem. Anto. de But. num. 10. colum. 4. ad fin. versicu. septimus casus, extra de testibus. Aufrer. de reprobat. test. num. 11. verbo, arbiter. versicu. fallit septimo, Albe. de Malet. de testibus, capit. 4. post numerum 35. Campeg. de testibus, regu. 60. versic. 5. repellitur, & regula 61. in 8. fall. n. Corn. consi. 73. num. 4. lib. 1. Socin. regu. 199. in 4. fallen. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. tit. de testibus, rub. personas testium aggrediendo, num. 63. verbo, iudex inseptima limitatione, folio 99. & in decima limitatione, fol. 100. Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo arbiter, fo. 13. colum. 1. versic. 1. Mascard. de probat. lib. 1. concluf. 124. num. 38. & lib. 2. concluf. 949. num. 24. Hector Æmil. de testibus, verbo, arbiter, num. 32. folio 214 part. 1.*

135 SVBLIMITA Hanc † tertiam limitationem non procedere, quando iudex, vel arbiter, deponendo contra gesta per ipsum, allegaret absque probatione alterius errotis, vel excusatione suam turpitudinem, ex qua resultaret crimen, per quod à testimonio repelleretur: nam tunc etiam quod deponat cōtra gesta per ipsum, non tamen probat in alterius præiudicium, cum faciat se criminosum, *vt per Felin. in c. cum à nobis, num. 11. versicu. istud autem intellige verum, Imol. ibidem num. 3. ad finem, versicu. quod videtur intelligendum, Anton. de But. num. 10. colu. 4. in fine, versi. si tamen, Abb. num. 2. ad fin. colum. 4 versic. & in casu quo deponeret contra se, extra de testibus, Aufrer de reprobat. testium, num. 11. in 7. fallent. versic. quod intelligit Siculus, Campeg. de testibus, reg. 60. versi. quinto repellitur, Conrad. vbi supr. in pract. rub. de testibus, verbo, iudex, nu. 63. in 10. limitatione, folio 100. colum. 1. Menoch. de arbit. q. lib. 1. quæst. 73. post num. 15. Mascard. d. concluf. 124. num. 39. lib. 1. Hector Æmil. in tract. de testib. d. verbo, arbiter, sub num. 32. fol. 214. part. 1.*

136 LIMITA IV. Regulam † non procedere, quando ex depositione iudicis, vel arbitri nemini infertur præiudicium, *Felin. in d. c. cum à nobis, nu. 11. versi. fallit sexto, extra de testib. Aufrer. de reprobat. testium, verbo, arbiter, num. 11. versic. fallit sexto, Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator, in caus. ciuil. tit. de testib. rub. personas testium aggrediendo, verbo, iudex, num. 63. in sexta limitatione. folio 99. colum. 2. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1 q. 73. num. 14. & num. 15. in fin.* vbi quod difficile est dare casum huius tertiæ limitationis, *Mascard. de prob. lib. 1. concluf. 124. num. 36. & 37. & lib. 2. concluf. 950. num. 11. Hector Æmil. de testib. part. 1. d. verbo, arbiter, num. 31. fol. 214.*

137 LIMITA V. Quod † licet iudicis assertioni super stylo & consuetudine minime credendum esse, scribunt Bart. Alex. Dec. Marsi. & alii allegati per Mascard. *de probat. lib. 2. concluf. 949. num. 17.* Creditur † tamen, si

138 illius assertio fuerit iurata, & in modum testimonii coram alio recepta, *ex iis, quæ notauit Aym. in cons. 48. sub nu. 1. & in specie post Bart. Barba. Felin. & alios quos allegat, scripsit Menoch. de arbitr. quæstio. lib. 1. quæstio. 73. num. 16. seqq.* vbi facit conclusionem generalem, quod scilicet creditur iudici declaranti, quid ex iuris communis dispositione obseruari cōsueuerit. Et quidem, si, vt suo loco in quæstionibus ciuilibus dixi, stylus, & consuetudo iudicii potest probari per testes de eo informatos & instructos, certe multo magis poterit probari per eos, qui a-

lias fuerunt iudices, nisi agatur de iustificatione suæ sententiæ, quia tunc sine dubio minime creditur, *per ea, quæ dixi supra num. 111.*

139 LIMITA VI. Quia † iudicis testimonium recipitur ad declarandum aliquod verbum dubium a se prolatum: cum enim declaratio nullum ius nouum afferat, sed tantum ambigua aperiat, *l. heredes palam. §. si quis post. vbi late Bart. ff. de testamen. Dec. in l. edita. nu. 48. sequen. C. de eden.* Hoc ideo testimonium iudicis declaratorium non improbari a iudice, in specie voluerunt Bald. *in l. ne in arbitris. post num. 11. & ibi etiam Salyc. num. 3. ad fin. versic. sed hoc vltimum limita. C. de arbit. Anton. de Butr. in cap. cum à nobis. numer. 10. colum. 4. versic. sextus casus. & ibid. ante eum, Bald. nu. 8. extra de testibus. Campeg. de testibus, regu. 61. in vlt. fallent.* vbi quod potest examinari iudex super sano & conueniente intellectu verborum ab eo prolatorum, *per l. ab exsequutore. ff. de appellat faciunt ea, quæ posui inf. in seq. limitatione, & tradita in simili per Menoch. de arb. q. lib. 1. q 73. num. 16 seqq.*

140 LIMITA VII. Quia pariter † & iudicis testimoniũ recipitur coram alio ad illi declarandum aliquod factũ ambiguum & intricatum, vt sic bene instructus à primo iudice super ambiguitate illius facti melius informatus sententiam desuper ferat, *vt per Bartol. in l. si societatem. §. arbitrorum. num. 29 versicu. quæro quando examinatur. ff. pro socio. Felin. in cap. cum à nobis. numero 8. & ibidem Anton. de Butr. num. 10 colum. 4. versic. quintus, quando requiritur, vt simplex instructor, extra de testibus. Aufrer. de reprobat. testium. num. 11. verbo, arbiter. in secunda fallen. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. tit. de testib. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, iudex. num. 63. in secunda limitatione, folio 99. colum. 2. alios refert Menoch. de arbitr. quæst lib. 1. quæstio. 73. num. 10. & num. 16. & seqq.* vbi pluribus comprobat, quod prohibitus aliquid facere vel dicere, non censetur prohibitus iam factum, aut dictum declarare. *Mascard. de probation. lib. 1. conclus. 1294. num. 18. Hector Æmil. in tract. de testibus, part. 1. verbo, arbiter, num. 24.*

141 SVBLIMITANDO Hanc † septimam limitationem aduertas, quod contra eum tenuit Butr. *in consi. 24. colum. penult. quem sequitur Ruin. in consilio 168. num. 14. & 15. lib. 1. & iura per Bar. in dict. §. arbitrorum, allegata non multum stringere, adnotauit Menoch. d. quæst. 73. nu. 11. & 12.* Ideo
142 pro † declaratione aduertas, quod ad hoc, vt eadem limitatio procedat, & vt isto casu valeat tale iudicis testimonium, ad plenam probationem quatuor concurrere debent. Primo, vt factum sit obscurum. Secundo, vt iudices illud declarantes sint duo. *Sic enim expresse declarat Bart. dict. §. arbitrorum, Menoch. dict. quæst. 73. nu. 10. versic. sentit tamen eo loco Bart. Mascard. dicta conclusione 124. num. 20. & 21.* Tertio, vt non agatur de magno partis præiudicio, *Aretin. consil. 163. colum. 6. in princ. Soc. sen. consil. 64. num. 47. lib. 4. Aym. consilio 265. nu. 4. Menoch. dict. quæst. 73. n. 12. in fin. Mascar. d. conclus. 124 nu. 21.* Quarto, vt aliunde obscuritas declarari non possit, *Menoch. d. q. 73. nu. 11. iuncto num. 13. Mascard. d. conclus. 124. n. 21.*

143 LIMITANDO Rursus † præcedentem sublimationem aduerte, quod licet iudicis testimonium etiam in declaratione facti dubii non recipiatur, nisi quatuor prædictis requisitis concurrentibus ad plenum præiudicium plenamque probationem, recipitur tamen ad iudicis instructionem & informationem: & sic vt eidem aliquam faciat præsumtionem. sic enim expresse dem aliquam faciat præsumtionem. sic enim expresse sentiunt omnes Doctores allegati *supra in limitatione nu.* 140. *& in specie scripserunt Felin in d. cap. cum à nobis. num. 8. ext. de testib. & ibidem Anton. de Butr. nu. 10. colum. 4. post versiculum quintus, quando requiritur,* vbi putat isto casu qualemqualem fidem esse iudici testificanti adhibendam, (licet addat, quod possent esse iudices tales, & tot, vt etiam plena adhiberetur fides, quod iudicis arbitrio relinquit) *Anan. cons. 17. nu. 13. Ias. consi. 10 nu. 5. Rimin. jun. consi. 432. nu. 14. volum. 3. Socin. regu. 199. in prima fallen. Aufrer. de reprobat. testium, num. 11. verbo, arbiter, in 2. fallen. in fin. Corrad. in pract. vbi sup. dict. verbo, iudex, num. 63. in secunda limitatione. fol. 99. colum. 2. Mascar. dicta conclusio. 124. nu. 19. Hector Æmil. de testib. par. 1. d. verbo, arbiter, nu. 24.*

LIMITA VIII. Principalem † huius illationis regulam, vt non procedat, quando iudicis aut arbitri testimonium reciperetur de consensu partium, quia tunc illud validum esse vltra ea, quæ generaliter de teste inhabili dixi *infra quæst. 62. num. 177.* in specie affirmarunt Felin. *in cap. cum a nobis, num. 9. & ibidem Imol. num. 3 ad fin. versic. idem videtur extra de testib. Campeg. de testib. reg. 61. in 15. fallen. Aufrer. de reprob. testium, nu. 11. verbo, arbiter, in 4. fallen. Socin. regu. 199. in 3. fallen. Corrad. in pract. vbi supr. d. verbo, iudex, num. 63. in 4. limit. fol. 99. col. 2. Menoch. de arbit. q. lib. 1. q. 73. nu. 28. & lib. 2. casu 107. post n. 2. Mascar. d. conclus. 124. num. 23. Hector Æmil. d. verbo, arbiter, num. 27.* 144

LIMITA IX. In instrumentis, † in quibus iudicis decretum non interuenit: in iis enim iudicem posse in testem adhiberi, nihil est, quod impediat, *vt per Felin. in cap. cum à nobis. num. 8. versic. fallit tertio. & ibi etiam Anton. de Butr. num. 10. colum. 4. verfic. tertius, quando vltra. extra de testibus. Aufrer. de reprobat. testium, num. 11. verbo, arbiter. versic. fallit tertio. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causis ciuil. tit. de testibus. rubric personas testium aggrediendo, verbo, index. numero 63. in tertia limitatione, folio 99 colum. 2. Hector Æmil. vbi supra de testibus, verbo, arbiter. num. 36.* faciunt, quæ in simili de aduocato dixi *infra numer. 182.* & generaliter de teste inhabili, pariter *infra quæst. 62. numero 110. sequentibus.* Et † aduerte, quod ideo dixi, in instru- 146
mentis, in quibus iudicis decretum nõ interuenit, quia vbi alias tale decretum requireretur vltra numerum testium, iudex non potest fungi duplici officio: & sic post decretum interpositum non poterit in eo adhiberi in testem, *vt per Felinum, Aufrer. & Hector Æmil. in locis præcitatis.* 145

LIMITA X. Quia † etsi iudex vel arbiter non admittatur in testimonium, quando de se, vel gesta per ipsum iustificando agit, vel de honorem & laudem cõsequendo, vel etiam de euitando dedecus, ac vituperium, *vt per Bald. in l. ne in arbitris. nu. 11. C. de arbit. Abb. in cap cum à nobis. num. 2. colum. 4. versic. sed concorda. & ibidem Anton. de Butr. num. 10. col. 4. post 2 versiculum, sextus quando sunt plures. extra de testibus. Corra. in practica, §. 2. de offic. prætor. in causis ciuil. tit. de testib. rubric. personas testium aggrediendo, verbo, iudex, nu. 63. versic. & hi ratione affectionis, folio 99. Menoch. de arbit. quæst. lib. 1. quæ. 73. num. 40. Mascar. de probat. lib. 1. conclusio. 124. num. 40. & est communis,* * *vt per Hector. Æmil. qui alios refert in tract. de testib. part. 1. verbo, arbiter, num. 34. in principio.* 147

Vbi † tamen de iustificatione iudicis, aut arbitri, vel gestorum per ipsos non agitur: & sic nec de eorum laude, aut vituperio, tunc eorundem testimonium recipi, & admitti, vltra Bald. Ant. de Butr. Menoch. & Mascard. in locis præcitatis, affirmarunt Adde. ad Salyc. *in dict. l. ne in arbitris, litera A, in fine additionis, versic. sed eis tunc creditur.* * *Abb. in d. cap. cum à nobis. num. 2. colum. 4. versi. aut nullum interesse. Felin. ibid. num. 12. extra de testib Campeg. de testib. reg. 60. versi. 4 repellitur. Aufrer. de reprob. testium, nu. 11. verbo, arbiter, versic. vnde sicut. iuncto versic. fallit 8. Corrad. d. verbo, iudex, in 9. limitat. num. 63. fol. 99. Socin. regu. 199. in 5. fallen. Put. decis. 85. num. 2. lib. 1. & est* * *communis, vt per relatos ab Hectore Æmil. in tractatu de testibus, verbo, arbiter. nu. 33. & 34. verbi vero ista autem.* 148

SVBLIMITA Omnes † limitationes prædictas, 149
quia in omni casu, in quo iudicis, vel arbitri testimoniũ recipitur, non plene creditur quam testibus: ideo sicut vnus testis nõ plene probat: ita etiam nec plene probabit vnus iudex, *Specul. in tit. de teste. §. 1. num. 76. versicu. sed dic, quod vni iudici. Bald. in l. ne in arbitru. numero 11. versic. non*

non dico quod propter hoc. Alber. ibidem num. 1. versi glos. hic, &c. & num. 4. versicu. communis tamen opinio est in contrarium. Paul. de Cast. numero 4. versi. sed si esset vnus. Salycet. nu. 3. versic. etsi est vnus. C. de arbit. Abb. in cap. cum a nobis, num. 2. columna 3. verficu. non tamen crederetur vni soli. Felin. ibidem num. 7. in fine, versicu. non tamen credetur plus quam vni testi. Imo. num. 3. versi. & tunc si est vnus solus. Anton. de Butr. num. 10. colum. 4. versi. quarto quando vult attestari, &c. Ioan. Monac. in cap. Romana. num. 4. versicu. quid de iudice, de testibus, in 6. Campeg. de testibus, reg. 60. versi. sexto non potest esse testis. Lanfranc. de testib. num. 69. versi. aut producitur super declaratione. Mascar. de prob. lib. 1. concl. 124. num. 16. Hector Æmil. de testib. par. 1. verbo. arbiter. num. 19.

150 Erit † ergo necesse ad inducendam plenam probationem, vt saltem duo iudices, vel arbitri examinati cõcludenter deponant: & tunc plene probabunt, *Specul. de testibus, §. 1. num. 76. versi. vbi autem sunt duo. Bald. in d. l. ne in arbit. num. 11. versic. sed quando sunt plures. Alb. ibid. num. 4. versi. vbi tamen essent duo, vel plures. Castren. num. 4. versi. si sint plures. Salycet. num. 3. dict. versic. etsi est vnus. C. de arbit. Imol. in dict. cap. cum a nobis. num. 3. versic. si vero sunt plures, de testibus, Ioan. Monac. in d. c. cum Romana. num. 4. post versi. quid de iudice. ibi, verum si sint plures, &c. de testib. in 6. Mascard. d. conclus. 124. num. 16. Hector Æmil. dict. verbo, arbiter, nu. 19.*

151 Bene † verum est, quod dato concursu, hoc est, quod si contra depositiones iudicum adsint depositiones aliorum non iudicum, magis creditur iudicibus quam aliis testibus, data in ceteris inter eos paritate, *vt per Spec. in tit. de testib. §. 1. num. 77.* vbi magistraliter loquitur.

152 SVBLIMITA II. Et † etiam generaliter easdem omnes præcedentes limitationes, vt in omni casu, in quo iudicis seu arbitri testimonium recipitur: quanta fides sit illi adhibenda, iudicis arbitrio remittitur; quia aliquando qualem qualem facit probationem, aliquãdo etiam plenam fidem. *Sic enim post Inno. & Butr. in locis per eum allegatis, scriptum reliquit Blanch. in tract. de compromiss. q. 8. principal. num. 22. sicut ipsum refert & sequitur Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. quæst. 167. nec dissentit Mascard. de probat. lib. 2. concl. 930. num. 12.*

153 Verum † hoc iudicis arbitrium satis à iure restrictũ censeo, cum iam *supra num. 44.* determinatum sit, quod de consensu partium plene probet: sine autem tali cõsensu, vnus probat semiplene, duo autem plene, *vt pariter supra num. 149 sequenti.* Et sic parum, aut nihil erit isto casu, iudicis arbitrio relictum.

154 SVBLIMITA III. † Eadem limitationes, vt etsi in prædictis casibus, arbitrorum testimonium recipiatur: non tamen illi possunt ad testificandum cogi; nisi vtraque parte volente, *vt est text. in ca. quoniam vero legem. in Auth. de testib. collat. 7. Hector Æmil. de testib. part. 1. verbo, arbiter. num. 20. fol. 201.*

ARGVMENTVM.

De teste aduocato.

SVMMARIA.

Regulariter testis esse non potest aduocatus in caussa, in qua est aduocatus, & hoc propter præsumtam affectionem, num. 155.

Testis esse non potest aduocatus etiam finita aduocatione & patrocinio, num. 156. licet alii contra, num. 157. distingue, vt num. 258 seqq.

Aduocatus testis esse non potest, quando ex sua depositione consequitur commodum, vel honorem, vel etiam euitat dedecus, vel vituperium, alias secus, num. 158. sed contra quod indistincte non posit esse testis, num. 159. distingue, vt nu. 160.

Aduocatus testis esse non potest pro suo clientulo, etiam in caussa appellationis, num. 161. Ampliatur etiam quod in caussa appellationis non sit amplius aduocatus, num. 162. sed contra ampliatur omni, num. 163. concorda. num. 164.

Clientulus non potest esse testis pro suo aduocato, num. 165. Limita finito patrocinio, num. 166.

Aduocatus etiam non salariatus testimonium ferre non potest pro suo clientulo, num. 167.

Testis nec etiam esse potest ille aduocatus, qui ab vna parte pecuniam recipit, pro vt altero non patrocinetur, num. 168. contra, num. 269.

Aduocatus non prohibetur ferre testimonium, quando inducitur ab eo, contra quem patrocinatus est, aduersus eum, pro quo patrocinium præstitit, num. 170. sed rectius facit isto casu aduocatus, abstinendo se a tali testimonio, num. 171.

Aduocatus electus, sed qui nondum cepit aduocare, testimonium ferre potest pro suo clientulo, num. 172. fallit quando iam conuenisset de salario, nam tunc repellitur a testimonio etiam non incepto patrocinio. nu. 173 sed contra fallentiam, num. 174.

Aduocati depositio facta ante susceptum patrocinium, non debilitatur ex subsequenti patrocinio, num. 175.

Aduocatus in vna caussa non prohibetur esse testis in alia, num. 176. licet alii contra, num. 177.

Aduocatus in vno articulo, non prohibetur esse testis in alio, num. 178. quando articuli sunt disiuncti, & non connexi, secus in connexis & coniunctis, num. 179. & propterea aduocatus in caussa possessorii potest esse testis in petitorio, num. 180 sed contra hæc, num. 181.

Testes instrumentarii non prohibentur esse aduocati contrahentium, num. 182. & nu. 183. vbi præsertim de instrumento transactionis, & n. 184. vbi etiam idem in actis iudiciariis. Sed quid si post confectionem instrumenti, aduocatus adducatur ad istius comprobationem, distingue, vt num. 185 & 186.

De consensu partium non prohibetur aduocatus testimonium ferre, nu. 187.

Vbi veritas aliter haberi non potest, aduocatus non prohibetur testimonium ferre pro suo clientulo, num. 188. contra, n. 189. declara, vt d. nu. 189. & 190.

Aduocatus etsi in subsidium admittatur pro suo clientulo, non tamen admittitur sine tortura, num. 191. contra num. 192.

Testimonium aduocati suppletur ex fide alterius testis, num. 193. contra, nu. 194.

Testis esse non prohibetur aduocatus, quando est bone conditionis & famæ, locupletior partibus, & agitur de modica re, numer. 195.

QVÆSTIO LX. ILLATIO IV.

RECVLA Sit † in hac quarta illatione, quod aduocatus in caussa, in qua est aduocatus, propter præsumtam affectionem, testimonium ferre non potest, textus est apertus *in capit. si testes omnes. §. testes quos accusator. 4. quæst. 3.* dum dicit, *Patroni quoque in caussa, cui patrocinium præstant, testimonium non dicant.* item text. *in l. fin. ff. de testibus,* cuius verba sunt hæc: *mandatis cauetur, vt præsides attendant, ne patroni in caussa, in qua patrocinium præstiterint, testimonium dicant, &c.* Notant hoc ibi omnes Doctores communiter, * & præsertim Odofred. *in princ.* * *versi. & prohibentur aduocati, iuncto versic. sed quæritur qua est ratio. Alber. ibidem num. 1. & post num. 6. Bald. in l. omnibus. num. 4. & ibi etiam Alb. nu. 4. versic. item certum est. Paul. de Cast. num. 3. versi. item ratione officii, Ioan. Sichar. num. 3. versi. non possunt esse testes inquam. C. de testibus, Ang. in l. quoniam liberi. nu. 4. in fin. versi. etiam idem in aduocato. C. eodem. & ibi etiam Cyn. circa fin. versic. & eadem quæstio sit in aduocato. Iacobin. de Sancto Georgio in l. nullus. num. 2. versic. & idem in aduocato. ff. de testibus, Alb. in l. deferre. num. 3. ff. de iure fisci. idem Albe. in l. in tantum. §. vniuersitatis. num. 4. versicu. item aduocatus repellitur. ff. de rerum diuision. Bald. in l. dictantibus. num. 4. ad finem. versicu. de quarto patet exemplum in aduocato. & ibidem Ias. num. 7. & 8. Ioan. Sicar. num. 8 vbi testatur de recepta opinione,* * *C. de testament. Aretin. in l. qui testamento. num. 2. colum. 2. in fin. versic. præterea si aduocatus. ff. de testa-*

men. Spec. in tit. de teste. §. 1. num. 74. Felin. in cap. cum à nobis, num. 13. versicu. ex prædictis infertur. extra, de testib. Dec. in cap. insuper. num. 41. versicu. sed respondetur, & ibi etiam Anton. de Butr. num. 8. in fin. versi. sic & procurator & aduocatus repellitur. Henric. Boyc. num. 5 extra cod. Archid. in c. Romana. num. 1. post med. in verbo, caussam, & num. 2. in verbo, in testem. & ibi etiam Ioan. And. in princ. vbi quod de hoc non dubitatur, & in verbo, vel aduocatus. Ioan. Monach. num. 1. versi. multo minus in principali, iuncto num. 4. in fin. versi. in ea gloss. &c. de testib. in 6. Rota de appellat. in nouis decis. 52. num. prim. versi. & sicut aduocatus, & procurator repellantur. Nepos de Monte Alban. in tract. de testibus, num. 142. Iacob. Ægid. de testibus, num. 14. versic. nec aduocati. Nell. de testib. num. 31. Aufrer. de reprob. test. num. 8. Alb. de Malet. de testib. cap. 4. num. 4. & num. 6. versi. si vero susceperit. Iod. in pract. crim. c. 50. rub. de reprob. testium, nu. 11. Campeg. de testibus. reg. 58. in princ. Corrad. in pract. §. 2. de offic. præto. in causs. ciuil. tit. de testib. rub. personas testium aggrediendo, verbo. aduocatus. num. 59. fol. 97. Ioannes testium aggrediendo, verbo. aduocatus. num. 59. fol. 97. Ioan. an Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo aduocatus, fol. 10. colum. 2. versi. 3. & 4. Dec. consi. 310. num. 3. Ioan. de Anic. consi. 53. num. 9. & consi. 120. num. 9. Corn. consi. 309. nu. 5. lib. 4. Aym. consil. 281. num. 4. & consi. 56. num. 14. Natta consi. 161. num. 11 lib. 1. Pariss. consil. 58. numer. 17. in 4. Cephal. consi. 65. num. 22. lib. 1. Emanuel Soarez inter suas receptas opiniones, littera T, num. 193 Mascard. qui alios refert, de probat. lib. 1. consil. 66. num. 1. & 2. & lib 3. conclus. 1357. post num. 3. vbi, * quod hæc regula est communis, * & num. 34. pluribus exornat, Hector Æmil. in tract. d. testib. par. 1. verbo, aduocatus. num. 3. 4. 6. 8. & num. 10. Dicitur enim aduocatus testis iuris, vt per Specul. in tit. de posit. § 3. n. 3. par. 2. & ideo non potest vno & eodem tempore esse testis iuris & facti, vt dixit gl. in d. si testes omnes. §. testes quos accusator, in verbo, patroni. 4. q. 3. & faciunt, quæ in simili de procuratore dixi infra in sequentibus relatione, num. 196.

156 AMPLIA I. Hanc regulam etiam finita aduocatione, & patrocinio. Sic enim vltra ea, quæ dicam in sequenti ampliatione de caussa appellationis, & quæ de procuratore dixi infra num. 198. in specie scripserunt Bald. in l. omnibus, nu. 4. C. de testib. vbi dat rationem, quia scilicet adhuc sua interest suam ignorantiam non detegi, Salyc. ibidem, nu. 6. versi. sicut nec aduocatus. Adden. ad Abb. in c. cum a nobis. num. 4. littera C, in fin. extra de testib. & ibi etiam Ant. de But. num. 12. versi. si is pro quo patrocinatus est, iuncto versi. sive causa, in qua fuit aduocatus. Mascard. qui alios refert in suo tract. de prob. lib. 3. concl. 1357. num. 4. Et ad hæc bene facit tex. in d. l. fin. ff. de testib. qui loquitur etiam de patrono, qui iam patrocinium præstitit, & sic per verbum præteriti temporis, vt patet ibi, patrocinium præstiterint, &c. Et ita etiã loquitur text. in c. Rom. de testib in * 6. prout pariter * communiter etiam loquuntur Dd. in materia loquentes, ac præsertim Spec. in tit. de teste. §. 1. n. 74. versi. item quod fuit in eadem caussa. Ias. in rubr. C. de procur. num. 4. & in l. quoties. num. 14. versi. sed contra prædicta. C. de iudic. & in l. dictantib. num. 7. C. de testamen. quos in proposito refert & sequitur Hector Æmil. in tract. de testib. par. 1. verbo, testis aduocatus. num 9. fol. 86. Nec dissentit Surd. decisione Mantuan. 219. vbi disputata materia in hanc partem illum Senatum inclinasse testatur.

157 LIMITANDO I hanc † primam ampliationem aduerte, quod contra eam sentire videntur Iacob. Ægid. in tract. de testib. num 13. in fin. versi. nos distinguimus. Nell. in eodem tract. num. 31. versic. item admittitur negotio finito. idem Mascard. de probat. lib. 1. conclusione 66. num. 9. in fi. versi. secundo limita. ac plures alii per nos relati de teste procuratore infr. nu. 158 199. Ideo † pro concordia distingue, quod prima opinio & sic propolita ampliatio procedit, quando aduocatus ex sua depositione consequitur aliquod commodum vel honorem, aut etiam agit de euitando aliquod dedecus, & vituperium: tunc etiam finito officio non admittitur in testem. Secunda autem, & sic contraria opinio procedit, quando nullatenus agitur de eius crimodo, honore, aut dedecore, fuit originalis distinctio Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de teste. §. 1. versi. sed pone, quod administrator. numer. 24. in verbo, dominicalibe quem sequuti sunt, Abb. in cap. insuper. numer. 8. versi. mihi in hoc plus placet. Felin. num. 10. Dec. num. 14. extra de testib. Mylis in suo repertorio, verbo, testis non potest esse aduocat. Ioan. de Imol. in cap. ex literis, numero 13. versic. & plus videtur, extra de transact. Mynsing. respons. 55. numer. 18. & in c. insuper. num. 4. & 5. quos omnes in proposito refert & sequitur Hector Æmil. de testibus, verbo, aduocatus, num. 13. folio 87. vbi quod hæc distinctio Ioan. Andr. est communiter * recepta. & num. 42. folio 101. * part. 1. Et faciunt, quæ in simili de negotiorum gestore dixi infra num. 265. & de procuratore etiam inf. num. 200. &c.

SVBLIMITANDO Rursus † præcedentem limi- 159
tationem, & distinctionem aduerte, quod contra eam fortiter vrgere videtur, quia & si in aduocato cesset cõmodum, aut incommodum, honor, vel dedecus, adhuc tamen videtur repellendus. quia non cessat affectio, quam habet ad caussam. Ita post Imol. quem allegant in cap. cum à nobis. sub numero 7. versiculo. si autem vult testificari, extra de testib. adnotarunt Maran. de procuratore loquens, de probat. libro 3. conclusio. 1232. num. 12. & in specie de aduocato Hector Æmil. dict. verbo. aduocatus. num. 4. folio 101. ponderans etiam ad id gloss. in §. quoniam vero legum, in verbo, prohibitione. ibi, sed quid si pretium non accipiat. in Authen. de posui infra num. 162. Ideo † pro resolutione huius con- 160
prohibitione. ibi, sed quid si pretium non accipiat. in Authen. de testibus, collat. 7. iuncto alius, quæ in simili de caussa appellationis trarii dicerem, aduocatum, etiam quod de illius commodo, aut incommodo, laude, vel vituperio non agatur, & si à testimonio non repellatur finito officio, non tamen propter reliquias affectionis reputari testem integræ fidei, & omni exceptione maiorem, p out consuluit Aym. in consi. 56. nu. 4. lib. 1. quem etiam refert Hector Æmil. d. verbo, aduocatus. num. 11. fol. 86. in fin par. 1. Et vide in proposito Surd. d. decis. 219.

AMPLIA II. Huius † quartæ illationis regulam, vt 161
nec in caussa appellationis aduocatus possit in testẽ produci a suo clientulo contra partem aduersam. Sic enim aperte probat text. in cap fin. incip. Romana. & ibi gloss. in verbo, appellations, littera B. Archid. in princ. & nu. 1. Gemin. numer. 1. versic. aduocatus, vel procurator, iuncto num. secunde. Franc. in summario, & in prim. notab. de testib. in 6. Nell. de testibus, num. 2. versi. & qui non admittitur. iuncto num 31. Aufrer. de reprobat. testium. post num. 8. Alber. de Malet. de testibus, capitu. 4. post numerum 4. & num. 6. versi. si vero susceperit. Lanfranc. de testibus, post num. 67. versi. si autem prostiterunt patrocinium. Campeg. de testibus, regula 58. in princ. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in caus. ciuil tit. de testib. rub personas testium aggrediendo, verbo, aduocatus, num. 59. folio 97. Mascar. de probat. lib. 1. conclusio. 66. nu. 4. Hector Æmil. de testib. verbo. testis aduocatus. num. 16. fol. 89. part. 1. vbi alios plures adducit cõcordantes, & vide, quæ in simili de procuratore dixi infra num. 204. & seqq. & secundum ibi tradita amplia & declara propositam ampliationem.

AMPLIA Rursus † præcedentem secundam am- 162
pliationem, vt procedat nedum, quãdo aduocatus, qui patrocinium præstitit in prima instantia, reddat etiã aduocatus in caussa appellationis: (tunc enim res caret omni prorsus difficultate, & videtur indubitabilis,) sed etiam si non sit amplius in eadem caussa appellationis aduocatus, & hoc, quia adhuc videtur affectionem habere ad caussam, in qua alias aduocauit, & per consequens repellendus, secundum Imo. in c. cum a nobis. n. 7. versi. si autẽ vult testificari. text. de testib Lanfr. de testib. sub n. 67. versi. si autẽ præstitisset, iunctis aliis per nos relatis supr. n. 159. Et licet † contrarium, quod scilicet in secunda instantia, 163
& sic in caussa appellationis non perhibeatur testis esse ille, qui fuit aduocatus in prima instantia, si hodie amplius

plius in secunda non sit, affirmarint Bart. in cons. 213. incip. an aduocatus, num. 2. Alb. de Malet. de testib. par. 1. cap. 4. num. 6. versi. in alia autem instantia, Mascar. de probat. lib. 1. con-
164 clus. 66 sub num. 4. Pro † concordia tamen dicere potes, prout etiam supra dixi num. 160. quod isto casu non repellitur aduocatus: sed tamen non est omni exceptione major. Et ista est veritas.

165 AMPLIA III. eandem † regulam, vt sicut aduocatus non potest esse testis pro suo clientulo, ita nec etiam clientulus possit testificari pro suo aduocato, quasi quod sit eius domesticus, vt in c. 1. in princ. & in §. hoc ita, de content. inter me & domin. de portione fratris, in vsib. feudor. Alb. in l. fin. nu. 7. ff. de testib. (vbi tamen, quod forte text. ille loquitur de alio clientulo,) Spec. in tit. de teste, §. 1. nu. 13. versi. quid si olim fuit. Alber. de Malet. de testib. c. 2. num. 39. per text. quem allegat in l. respiciendum. §. furta, ff. de pœnis, Campeg de testib. reg. 19. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 307. num. 1. & seq. vbi dicit, quod licet text. in d. §. furta, per Alb. allegatus, nõ bene videatur probare hanc ampliationem, eo, quia loquitur de clientulo commorante in domo patroni, quod in clientulis nostri temporis verum esse non potest; quia vt plurimum non commorantur in domibus patronorum: non per hoc tamen ab ea est recedendum, cùm satis hunc clientulum fore repellendum, præsumta suadeat affectio, quam erga suũ
166 patronum habet tempore patrocinii: † finito autem patrocinio cessat affectio, & sic nihil est, quod impediat illius testimonium, sicuti post Specul. quem allegat vbi supr. & arg. text. in l. 3. §. affinitatis, ff. de postulan. concludit idem Mascar. eadem conclus. 307. nu. 4. addo pro eadem ampliatione eundem Mascar. lib. 3. conclus. 1357. nu. 49.

167 AMPLIA IV. Vt † à testimonio repellatur non solum aduocatus salariatus, sed etiam non salariatus, & sic qui gratis inseruit: imò in eo maior præsumitur affectio, quam in alio, qui soluta sibi mercede patrocinatur, ideo & eo magis videtur repellendus, vt in terminis voluit Mandos. in addit. ad Roman. cons. 420. littera A, sub vers. sed contrarium, &c. ibi, secundo facit, &c. & facit in simili, quod de sollicitatore non salariato dixi infra num. 246. Et ita etiam videtur de mente Surdi in decis. Mantuana 219. nu. 5. & 6.

168 AMPLIA V. Vt † nec etiam possit esse testis ille aduocatus, qui ab vna partium pecuniam recepit, vt alteram aduersam partem non foueat cum suo patrocinio, vt per Alb. de Malet. in tract. de testib. c. 4. nu. 7. in fin. & nu. 8. vbi reprobato Speo. contrarium tenente, testatur de veriori opinione, & pro ea duas affert rationes: primò propter receptionem pecuniarũ, quia iam contractus habet exsecutionem pro parte, ideo videtur repellendus: secundò, quia negare nõ possumus, quin aduocatus iste qui pecuniã recepit, habeat affectionẽ ad caussam, refert & sequitur Mascar. de prob. lib. 1. concl. 66. n. 5. & 6.

169 Contrarium, † quod imo possit isto casu aduocatus esse testis, sentire videtur Spec. in tit. de testib. §. 1. nu. 75. vers. quid si recipit pecuniã. & ante eum Hostien. in summa, sub tit. de testib. §. quis possit esse testis. col. 5. vers. quid si aduocatus. Et teddunt rationem, quia scilicet edictum de testibus est prohibitorium, nec reperitur cautum, tunc aduocatum non admittendum, sequitur Aufre. de reprobat. testium. num. 8. vers. sed vbi recepisset pecuniam. & nu. 79. vers. pecuniam recipiens. (vbi tamen secus, si pecuniam accepisset, vt testimonium diceret, vel non diceret, quia tunc videtur corruptus.) Campeg. de testib. reg. 58. in 7. fall. Corrad. in pract. §. 2. de offi. præto. in causs. ciuil. tit. de testib. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, aduocatus, nu. 59. fol. 97.

170 LIMITA I. hujus † quartæ illationis regulam, vt nõ procedat, quãdo aduocatus inducitur in testem ab eo, contra quẽ patrocinatus est, aduersus eum, ad cuius fauorem patrocinium præstitit; tunc enim admittitur, & probat pro vtraque parte, ad ea, quæ in simili notaui infra de procuratore, n. 222. & de negotiorum gestore, num. 268. & de sollicitatore, nu. 258. & de socio. nu. 396. sed in terminis de aduocato adnotarunt, Bart. in l. omnibus, nu. 7. in fin. & ibi etiam Ioan. Sichar. num. 3. vers. non autem prohibentur. C. de testibus, gloss. in l. fin. in gloss. 1. vers. item quid si præstitit, ff. de testibus, vbi etiam, quod isto casu potest cogi ad testificandum, sed de vltimo dixi infra numero 223. seqq. Bald. in d. l. fin. versic. nota aduocatum. & ibi etiam Fulgos. vers. hoc verum. iuncto vers. pro hac sententia bene facit. Alber. num. 2. verfic. & aduerte. iuncto num. 3. Florian. in princ. & num. 1. in fin. vbi reprobatis contrariis, dicit tenendam esse opinionem gloss. ibi Felin. in cap. cum a nobis, num. 13. verfic. idem si produceretur contra eum. & ibi etiam Anto. de Butr. num. 12. vers. idem si pars contra quam, iuncto vers. sequen. & vers. ex quo habes. iuncto alio versi. si susscepit officium aduocationis, & sequent. extra de testibus. Henric. Boyc. in cap. insuper, num. 1. eodem tit. de testibus, gloss. in capit. Romana, in verbo, in testem, & ibi Archidiac. num. 1. ad finem, verbo, appellantis, de testibus, in sexto. Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 16. versic. sicut alias dicitur de aduocato, & numero 77. vers. hoc autem certum est. Lanfran. de testibus, ad cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, num. 67. extra de reprobat. vbi quod hoc est clarum, Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. tit. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo, aduocatus, num. 59. in quarta limitatione, fol. 97. Pariss. cons. 70. num. 4. seqq. lib. 4. vbi pluribus comprobat hanc limitationem, t'vt. decis. 56. lib. 3. Vivi. in commun. opinio. verbo, testis esse non potest aduocatus, in fine, Hector Æmil. in tract. de testibus, par. 1. verbo, aduocatus, num. 14. folio 88. vbi etiam in idem allegat Specul. tit. de aduocato, §. nunc tractemus, num. 12. & 13. Franc. in cap. Romana, nu. 3. de testib. in 6.

LIMITA II. dictam † regulam in aduocato electo, 172
qui tamen nondum incepit aduocare. Nam is pro suo futuro clientulo non prohibetur testimonium ferre, vt per gloss. in l. fin. in gloss. 1. vers. quod si nondum præstiterunt, ff. de testibus, in fine dictæ glossæ, in vers. & sunt hæc vera. idem dicit, si ante cœptam aduocationem mandatum fuerit reuocatum. Et hanc gloss. vltra alios in simili allegatos infra de procuratore, num. 230. sequuti sunt in specie Felin. in cap. cum à nobis, num. 13. vers. idem si fuisset electus in aduocatum. & ibidem Anto. de Butr. num. 12. in principio extra de testibus, Corn. cons. 309. nu. 5. lib. 4. Alber. de Malet. in tract. de testibus, cap. 4. num. 20. vers. præterea affectio, vbi testatur de communi, & reddit rationem, quia affectio in esse futuro non repellit testem, Campeg. de testibus, post nu. 67. vbi pariter testatur de * communi, Corrad. in pract. §. 2. de offi. præto. in causs ciuil. tit. de testib. rub. personas testium aggrediendo, verbo, aduocatus, nu. 59. in 2. limit. fol. 57. Vivi. in commun. opin. verbo, testis esse non potest aduocatus, vers. est etiam idoneus testis, vbi de * communi, de qua etiam per Eman. Soarez in suo thesauro recept. sent. littera A, nu. 66. Hector Æmil. de testib. par. 1. verb. aduocatus, num. 22. & 23. fol. 92. Ratio autem huius limitationis ea communiter à Dd. affertur, quia lex non simpliciter prohibet aduocatum esse testem, sed cum limitatione, videlicet quãdo patrocinium præstitit, d. l. fin. ff. de testib. vbi ergo deficit casus limitans, ibi cessat prohibitio.

SVBLIMITA. Quia † & si aduocatus cõtra suum 171
clientulum in testem, vt dixi, admittatur, rectius tamẽ facit, abstinendo se à tali testimonio, si id honestè recusare potest. Inuerecundum enim quodammodo videtur, eum testimonio lædere, quem aliquãdo in eadem causa patrocinando adjuuauit, vt per Iustum Reuberũ in sua de testibus tractatione methodica, pag. 92 in prin. sicut illum refert & sequitur Hector Æmil. in tract. de testibus, par. 1. verbo, aduocatus, num. 14. folio 88. vbi etiam in idem allegat Specul. tit. de aduocato, §. nunc tractemus, num. 12. & 13. Franc. in cap. Romana, nu. 3. de testib. in 6.

173 SVBLIMITA Hanc † secundam limitationem, vt non procedat, quando aduocatus iam cum suo clientulo de salario conuenit. Nam tunc repellitur à testificando, etiam quod nondum inceperit patrocinari, *secundum Guil. quem in proposito refert Alber. in l. fin. numer. 6. ad med. ff. de testib.* Et hoc quia statim, quod conuenit de salario cum aliquo, dicitur illius aduocatus, *l. 1. §. aduocati. ff. de var. & extraord. cognitio.* & pro cliente aduocare tenetur, quem in fide sua suscepit, *l. quisquis, C. de postulan.* Et licet tex. *in d. l. fin.* dicat, *patrocinium præstiterint*, subaudi tu, vel præstare promiserint, *vt ibi per Alber.* cuius opinionē sequi etiam videtur Alber. de Malet. *de testib. c. 4. nu. 6.* Et * licet, vt mox dicam, ea communiter * à Doctoribus reprobetur, illam tamen æquiorem credidit Mascar. *de probat. lib. 1. concluſ. 66. nu. 10. in fin.*

174 Contrarium, † quod imo aduocatus à testimonio non repellatur, etiam quod de salario conuenit, dummodo non adhuc illud receperit, vel patrocinium præstiterit, voluit originaliter gloſſ. *in d. l. fin. gloſſ. 1. verſ. quod ſi nondum præſtiterunt. ff. de teſtib. quam ſequutus eſt ibidem præcipue Fulgoſ. verſ. auctoritas tamen iſtius Guili. l. Specul. in tit. de teſte. §. primo, num. 75. & ibi in addit. litera D. vbi bene gloſſam à contrariis defendit, Imol. in cap. cum à nobis. numer. 7. de teſtib. vbi pariter reſpondet contrarium, Anton. de Butr. in cap. inſuper. num. 12. verſ. ſi aſſumpſit, & conuenit de ſalario, iuncto alio verſ. ſi conuenit de ſalario, extra de teſtib. Ioan. Andr. in capit. primo, ante numerum 1. & ibi etiam Geminian num. 6. in fine. Franc. poſt numer. tertium, verſic. ad idem, de teſtibus. in 6. Nell. de teſtibus, poſt numer. 31. Aufrer. de reprobat. teſtium, num. 8. verſic. & quod dictum eſt, Lanfranc. de teſtibus, numer. 67. vbi teſtatur * de communi, * Campeg. de teſtib. regul. 58. in 1. fallent. Corn. conſil. 309. ex pluribus, numer. 15. lib. 4. Emanuel. Soarez in ſuo theſauro recept. ſentent. litera A. numer. 96. Ioan. Mar. Monticell. in ſuo repertorio teſtium, verbo, aduocatus, fol. 10. colum. 2. verſic. 5. Maſcar. de probat. lib. 1. concluſ. 66. num. 10.* vbi pariter teſtatur de communi, licet contrariam, *vt ſupra, eum retuli*, dixerit æquiorem. ſed de communi etiam teſtatur Hector Æmil. *in tractat. de teſtib. verbo aduocatus, numer. 24. fol. 92. part. 1.* Et ita etiam teſtatur Surd. *d. deciſio. Mantua. 219. num. 6.*

175 LIMITA III. Eandem † regulam: quando aduocatus ante ſuſceptum patrocinium teſtificatur: non enim talis teſtificatio debilitatur ex ſubſequenti patrocinio, *ſecundum Odofred. in l. fin. colu. 1. verſic. Or ſignori, iuncto verſ. alij dicunt. ff. de teſtib.* vbi relatis contrariis, hoc ampliat procedere, etiam quod tempore depoſitionis ſciret ſe futurum aduocatum, *Spec. in tit. de teſtib. §. primo, nu. 74. verſ. euaneſcit autem. Alber. de Malet. de teſtib. c. 4. num. 4. verſ. quod verum, & nu. 5.* vbi reſpondet Imol. contrarium tenenti, *in c. cum à nobis, num. 5. verſ. an autem ille, qui fuit teſtis, extra de teſtib.* dicit que illius opinionem veram eſſe in iudice, vt repellatur à iudicando: ſecus in aduocato, vt repellatur à teſtificando, *vt ibi per eum*, Roman. qui de procuratore loquitur, *in conſil. 186. in caſu propoſito, numer. 8. Campeg. de teſtib. regul. 58. in 1. fallent. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 66. num. 10. Hector. Æmil. in tract. de teſtib. part. 1. num. 23. verbo, aduocatus.*

176 LIMITA IV. Quia † aduocatus in vna cauſſa, non prohibetur eſſe teſtis in alia: ſic enim vltra in ſimili allegatos infra de procuratore, *num. 213.* & de ſollicitatore, *nu. 255.* & de negotiorum geſtore, *num. 271.* in ſpecie de aduocato ſcripſerunt, Imola *in cap. cum à nobis. nu. 7. ad fin. verſ. vbi tamen quis eſt aduocatus, extra de teſtib. Aufrer. de reprob. teſtium, poſt numer. 8. Campeg. de teſtib. regul. 62. in 9 fallent. Lanfranc. de teſtib. num. 67. verſic. in alia autem * cauſſa. vbi teſtatur de communi * opinione, de qua etiam teſtantur Viui. in ſuis commun. opinio. verbo, teſtis eſſe non poteſt aduocatus. Eman. Soarez in theſaur. recept. ſentent. litera A. num. 96. Maſcar. de probat. lib. 1. concluſio. 66. num. 7. ſeqq. Hector. Æmil. de teſtibus. part. 1. verbo, aduocatus, num. 21. fol. 91.*

Etſi † Mylis in ſuo repertorio, *in verbo, teſtis eſſe non poteſt aduocatus. Anton. de Butr. in c. ex literis. de tranſact. & Cephal.* 177 *in conſil. 65. numer. 22. lib. 1.* contrarium dixerint. Sed hanc limitationem amplia & declara, ſicut ampliaui, & declarauiinfra de procuratore, *d. num. 213. & ſeqq.* quia materia eſt eadem.

LIMITA V. Vt etiam † in eadem cauſſa aduocatus 178 poſſit eſſe teſtis, quando articuli ſunt diuerſi, vt puta quia aduocauit in vno articulo, & vult deponere in alio, nam tunc non prohibetur, per ea, quæ in ſimili de procuratore dixi infr. *num. 218.* & in ſpecie de aduocato ſcripſerunt, Ant. de Butr. *in c. cum à nobis, numer. 12. in fin. extra de teſtib. Gemin. in c. Romana. num. 8. & ibi etiam Franc. num. 2. de teſtib. in 6.* quo loci, † idem Franc. declarat li- 179 mitationem procedere in articulis diſiunctis, & non connexis: ſecus in connexis & coniunctis, *prout etiam idem declarat Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. tit. de teſtib. rub. perſonas teſtium aggrediendo, verbo, aduocatus, num. 59. ad fin. fol. 97.*

Et propterea † aduocatum in cauſſa poſſeſſorii poſ- 180 ſe eſſe teſtem in petitorio, vltra in ſimili infra allegatos de procuratore, *nu. 214.* affirmarunt in ſpecie adden. ad Spec. *in tit. de teſtib. §. 1. num. 74. in fin. lit. C. in fin. additionis. Ant. de But. in c. cum à vobis. nu. 12. ad fin. & ibi etiam Imol. nu. 8. in fin. extra de teſtib. Rip. in l. naturaliter. num. 18. verſ. quarto in fin. extra de teſtib. Rip. in l. naturaliter. num. 18. verſ. quarto infertur. ff. de acquir. poſſeſſ. Viui. in commun. opin. verbo teſtis eſſe non poteſt aduocatus, in princ. Hect. Æmil. qui alios refert in tract. de teſtib. verbo, aduocatus, nu. 29. fol. mihi 96.*

Verum † in hac quinta limitatione vide non ſine ra- 181 tione dubitantem Corrad. *in pract. §. 2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. rub. de teſtib. in parte, perſonas teſtiū aggrediendo, verbo, aduocatus, fol. 97. num. 59. in fin. iuncto nu. 60. verbo, procurator, verſ. at primum non puto tutum, dixi in ſimili de procuratore, infr. nu. 219. & ſeq. vbi vide.*

LIMITA VI. In † contractibus, & inſtrumentis, in 182 quibus aduocatum poſſe recipi in teſtem, ſcriptum reliquerunt Spec. *in tit. de teſte. §. 1. nu. 75. verſ. nihilominus tamen. Alex. & Bart. in l. deferre. §. item decreuerunt, in verbo, deferre, verſ. & de aduocato adde, & c. ff. de iure fiſci. Imol. in c. ex literis, num. 3. & num. 13. circa fin. verſ. Innocentius vero, extra de tranſact. Felin. in c. cum à nobis. num. 13. verſic. fallit in caſu, iuncto nu. 8. verſ. 3. extra de teſtib. Franc. in c. Romana. num. 8. verſ. in contractibus vero. de teſtib. in 6. Alber. de Malet. de teſtib. cap. 4. num. 8. in fin. verſic. ſubdit tamen Speculator. Campeg. de teſtib. regul. 58. in 9. fallent. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prat. in cauſis ciuil. titul. de teſtib. rubr. perſonas teſtium aggrediendo, verbo, aduocatus, numer. 59. in 1. limitatione, fol. 97. Ioan. Mar. Monticell. in ſuo repertorio teſtium, fol. 316. colum. 1. verſic. 2. & colum. 2. verſic. ante penu. Maſcar. de probat. lib. 1. concluſ. 66. numer. 9. Hector Æmil. in tractatu de teſtibus, part. 1. verbo, aduocatus, num. 37. & 38. fol. 100.* faciunt quæ in ſimili de iudice dixi ſupra, *num. 145.* & generaliter de teſte inhabili dixi etiam *infr. quæſt. 62. nu. 110. ſeqq.*

Et † in ſpecie in inſtrumento tranſactionis inter par- 183 tes initæ aduocatum poſſe in teſtē recipi, notant communiter * Dd. per illum tex. *in c. ex literis, & ibi præcipue * Abb. num. 1. Imol. num. 2. extr. de tranſact. Felin. in c. cum à nobis. num. 8. verſ. fallit 3. de teſtib. Alber. poſt Bald. in l. fin. nu. 4. ff. de teſtib. Campeg. de teſtib. regul. 58. verſ. nonò fallit. Maſcar. d. concluſ. 66. nu. 12. & 13. Hect. Æmil. d. verbo, aauocatus, num. 34. & 35 fol. 98. & ſeq.*

Et † non ſolum in contractibus, ſed etiam in iudiciis, 184 & ſic in actis, quæ per clientem ſuum in iudicio geruntur, aduocatum in teſtem admitti voluit Ioan. de Imol. *in d. c. ex literis, ſub nu. 2. ext. de tranſact.* & ſic vox deſcripta aduocati plus operatur, quam vox viua ipſius: quod Abb. *in d. c. ex literis. nu. 1. in fin.* dicit eſſe mirabile: nam vox deſcripta in actis, ſiue in inſtrumento, facit fidem etiam tempore aduocationis, vox autem eius viua tūc non admittitur, *vt per Abb. in loco prædallegato, quem ſequitur Maſc. d. concl. 66. nu. 16. & poſt eum Hector Æmil. d. verbo aduocatus, nu 33 fol. 98.*

185 SVBLIMITA Hanc † ſextam limitationem, quia & ſi in inſtrumentis ad illa ſolemnizandum recipiantur in teſtes aduocati: ſi tamen poſt celebratum inſtrumentum inducantur ad illius comprobationem, & tūc ſi hoc tempore, quo inducuntur, non ſunt amplius aduocati, bene etiam admittuntur, & recipiuntur ad talē comprobationem, ſic enim *poſt Ant. de But. Imol. & Felin. in locis per eum citatis*, bene concludit Hector Æmil. *de teſtib. d. verbo, aduocatus, nu. 36. fol. 99. part. 1.*

186 Si † vero adhuc eo tempore ſunt aduocati in cauſſa, & tunc minime admittuntur ad comprobationem dicti inſtrumenti, etiam quod tempore illius celebrationis bene fuerint recepti, *vt per Specul. in titul. de teſte, §. 1. numer. 75. verſic. ſed ſi quis infraſcriptus ſit teſtis, Innocent. in capit. ex literis, ſub num. 1. & ibidem Abb. num. 1. verſ. & circa hoc dicit Innocentius, extra de tranſact. Alber. de Malet. in tractat. de teſtibus, cap. 4. numer. 8. verſic. notandum eſt etiam, Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 66. numer. 2. in fin. verſi. primo amplia, & numer. 3 verſi. quid poſtremo, & numer. 15. & 16. Hector Æmil. in tractat. de teſtibus, part. 1. d. verbo, aduocatus, numer. 40. fol. 100. in fin.* Et licet contrarium, quod imo & iſto caſu aduocatus in teſtem admittatur, conſulendo tenuiſſe videatur Aymon. *conſil. 57. num. 14.* loquitur tamen ipſe in caſu ſpeciali, de quo infra, *numero 195.* videlicet in aduocato locuplete, bonæ famæ, & quando agitur de re modica, quo caſu generalitet aduocatus etiam in inſtrumento nō deſcriptus admittitur ad teſtificandum pro ſuo clientulo: ideo non inferendum ad noſtram concluſionem, *vt per Maſcard. qui ſic in terminis reſpondet Aymoni in loco citato, dict. concluſ. 66. num. 17.*

187 LIMITA VII. De † conſenſu partium: tunc enim nemini dubium eſt, aduocatum in teſtem admitti, per ea, quæ generaliter de teſte inhabili dixi infra, *quæſt. 62. num. 177.* ſed de procuratore dixi *hac eadem quæſtion. num. 236.* & de ſollicitatore, *num. 259.* & de negotiorum geſtore, *num. 269.* Sed in ſpecie de aduocato, voluerunt Speculat. *in tit. de teſtib. §. 1. num. 75. verſi. quod ſi aduocatus, Felin. in cap. cum à nobis, num. 13. verſ. idem ſi de conſenſu partium, & ibi ante eum Anton. de But. num. 12. verſ. ſi aſſumſit, & præſtitit, extra de teſtibus. Ioan. And. in cap. Romana, ante num. 1. in verbo, recipiatur. & ibidem Geminian. nu. 9. verſ. quid ſi aduerſarius conſentit, Franc. poſt numer. 8. verſicul. niſi aduerſarius conſentiret, de teſtib. in 6. Aufrer. de reprobat. teſtium, num. 8. verſic. aduertendum tamen, Alber. de teſtib. cap. 4. num. 6. verſic. niſi produceretur, Campeg. de teſtib. reg. 58. in 3. fallent. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in cauſis ciuil. titul. de teſtib. rub. perſonas teſtium aggrediendo, verbo, aduocatus, num. 59. in 3. limitat. fol. 97. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 66. num. 18. Hector Æmil. in tract. de teſtibus, partic. 1. verbo, aduocatus, numer. 18. & 27. fol. 90. & 94.* vbi alios adducit concordantes.

188 LIMITA VIII. Vbi † veritas aliter probari non poteſt. Si enim agitur de probando actum, in quo alij teſtes non interuenerunt: tunc in ſubſidium aduocati teſtimonium recipitur, *vt per Ioan. And. ad Speculat. in tit. de teſte, §. 1. num. 74. in fin. litera C. Anton. de Butr. in cap. cum à nobis, num. 12. in fin. extra de teſtibus.* Et ab iſtorum opinione in iudicando non eſſe recedendum, (licet de iure contrarium verius ſibi videri affirmet, *vt mox eum referam.*) dixit Alber. de Malet. *in tract. de teſtibus, cap. 4. numer. 6. verſic. addit tamen vnum, & num. 7. Lanfranc. de teſtib. numer. 67. verſic. vbi autem veritas, Campeg. de teſtibus, reg. 58. in 5. fallent. Corrad. in practic. §. 2. de offic. prator. in cauſis ciuil. titul. de teſtibus, rubric. perſonas teſtium aggrediendo, verbo, aduocatus, num. 59. in 5. limitation. fol. 97. Aymon. conſil. 56. num. 13. Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 66. num 14. Hector Æmil. in tractat. de teſtibus, part. 1. verbo, aduocatus, numer. 30. & 31. fol. 96. 97.* vbi relatis contrariis tandem dicit, maxime notandum eſſe id, quod dixit Alber. de Malet. *in loco præallato*, videlicet in iudicando non poſſe recedi ab opinione Ioannis Andr. & Antonii de Butr. Pro qua etiam faciunt ea, quæ generaliter de teſte inhabili poſui infra, *quæſt. 62. num 50. ſeqq.* & de procuratore etiam infra, *hac eadem quæſt. num. 237.* & de negotiorum geſtore, *num. 270.*

SVBLIMITANDO Hanc † octauam limitatio- 189 nem aduerte, quod contra eam Dd. allegant Imol. *in d. cap. cum à nobis, numer. 7. verſicul. dixit etiam hic Dominus Antonius, extra de teſtibus*, ſed reuera Imola eo loci non contradicit ſimpliciter, ſed tantum illam non veram credit in caſu, in quo actus de ſui natura talis ſit, vt potuerint in eo alii teſtes interuenire, licet nō interuenerint: & ſic videtur limitationē declarare, vt procedat in actu, qui de ſui natura non poſſit per alios probari, quam per aduocatum, aliter ſecus. Et ita in effectu expreſſe etiam declarat ibidem Felin. *num. 13. in fin. verſ. quæ iura non faciunt, nec diſſentit Alber. de Malet. de teſtibus, d. cap. 4. num. 6. in fin. & num. 7.* vbi teſtatur de verioti opinione, licet, *vt ſupra eum retuli*, affirmauerit ab opinione Ioannis Andreæ & Butrii in iudicando non eſſe recedendum. Et † certe apud me hæc declaratio eſt veriſ- 190 ſima, per ea, quæ de teſte inhabili generaliter dixi infra, *quæſt. 62. num. 61. ſeq.* licet bene crederem, etiam in omni caſu, in quo alii teſtes interuenire potuerint, ſi tamen non interuenerint, aduocati teſtimonium recipi, ſi non ad plenam probationem, ſaltem ad aliquam præſumtionem faciendam, per ea, quæ in ſimili de procuratore dixi infra, *nu. 243.* & in ſpecie adnotarunt, Imol. vbi ſupra allegatus, *in d. c. cum à nobis, Alb. de Malet. d. cap. 4. nu. 6. ad fin. verſ. poſſet tamen, Maſcard. de probat. lib. 1. concluſ. 66. nu. 14. verſ. vel ſaltem.*

SVBLIMITA II. Eandem † octauam limitatio- 191 nem, vt etſi aduocatus admitratur teſtis in ſubſidiū pro ſuo clientulo, non tamen valet eius dictū, niſi quæſtioni ſubiiciatur, *ſecundum Innoc. in c. ex literis, num. 1. extra de tranſact. ſequitur Matthæſ. ſing. 188. nota quod in ſubſidium, in fin. num. 2. & hoc refert Hector Æmil. de teſtibus, part. 1. verbo, aduocatus, nu. 32. fol. 98.* & faciunt tradita per Rolan. *conſil. 98. num. 53. vol. 4.* Sed † declaratio hæc vera non eſt, 192 quia nunquam teſtes propter inhabilitatē torquentur, niſi inhabilitas reſpiciat infamiam, *vt infra dixi quæſt. 62. num. 380.* & ita practicatur.

LIMITA IX. Regulam † non procedere, quando cū 193 aduocato coniunctus eſt alius teſtis idoneus, quia tunc validum atque ratum erit illius teſtimonium, per regulā, quod inhabilitas vnius teſtis ſuppletur ex idoneitate alterius, de qua infra, *quæſt. 62. nu. 328.* ſed in ſpecie adducitur Ioan. de Amic. *conſ. 121. col. 4. verſ non obſtat, quem ſi allegat Maſcar. d. concluſ. 66. nu. 19. & ambos refert Hector Æmil. de teſtib d. verbo, aduocatus, nu. 46. fol. 103.* † Sed 194 certe de hac limitatione multum dubito per aliā regulam volentem, quod nunquā vnius inhabilitas ſuppletur ex fide alterius, quando illa eſt in totū teſtes repellens, de qua infra, *d. quæſt. 62. nu. 341.* & vide quæ in ſimili de ſollicitatore dixi, *hac ead. quæſt. nu. 256. ſeq.*

LIMITA X. Quando † aduocatus eſſet bonę condi- 195 tionis, & famæ, locupletior ipſis partibus, & quæſtio eſſet ſuper re modica: tunc enim teſtimonium illius nō videtur inualidum, cum non ſit veriſimile, quod talis vir fuerit corruptus ad ferendum falſum teſtimonium, ſed potius debeat ceſſare omnis ſuſpicio falſitatis pro re modica, *vt in caſu, in quo conſuluit Aym. conſil. 56 num. 14. quem ſequuti ſunt Maſcard. d. concluſ. 66. nu. 17 & Hect. Æmil. de teſtibus. part. 1. d. verbo, aduocatus, num. 45 fol. 102.* vide quæ in ſimili dixi de procuratore, *infra nu. 241.* & de ſollicitatore, *num. 254.* & generaliter de teſte inhabili dixi, *infra quæſt. 62. num. 367.*

ARGVMENTVM.

De teste procuratore.

SVMMARIA.

REGVLA sit, quod procurator in caussa, in qua est procurator, testis esse non potest, nu. 196.

Amplia 1. & multo magis in procuratore, domino litis effecto, numer. 197.

Amplia 2. etiam finito officio, nu. 198. contra, nu. 199. distingue, quod potest testificari, finito officio, si ex sua depositione nullū consequitur commodum, vel honorem, aliter secus, num. 200. declara hanc distinctionem. nu. 202. & 203.

Amplia 3. & multo magis, quando procurator deponit de iis, quæ ipse fecit, num. 201.

Amplia 4. etiam in secunda instantia, & sic in caussa appellationis, num. 204. etiam quod tunc fuerit reuocatum mandatū, & non sit amplius procurator. nu. 205. & 206. & siue sit procurator appellati, siue procurator appellantis, num. 207. limita ampliationem, quando procurator appellantis, produceretur ab appellato, contra appellantem, & econtra, quia tunc non prohibetur esse testis, num. 208.

Amplia 5. etiam in procuratore reuocato lite pendente, nu. 209. contra, num. 210. distingue, nu. 211.

Amplia 6. siue procurator habeat mandatum, siue non, nu. 212.

Limita 1. regulam, quia procurator in vna caussa, non prohibetur esse testis in alia, num. 213. sublimita in caussis connexis, numer. 217.

Limita 2. quia procurator in caussa possessorii, non prohibetur esse testis in petitorio, & contra, nu. 214.

Limita 3. in duobus procuratoribus constitutis ab vna, & eadem persona in diuersis caussis, nam vnus non prohibetur testificari in caussa alterius, nu. 215.

Limita 4. in procuratore generali ad omnes caussas, nam per hoc non prohibetur testificari in ea caussa, in qua non procurauit, numer. 216.

Limita 5. vt procurator constitutus in vno articulo caussæ, non prohibeatur testificari in alio, num. 218. contra, nu. 219. declara, vt num. 220. seq.

Limita 6. quando procurator producitur ad testificandum contra eum, qui ipsum constituit procuratorem, nu. 222.

Sed an isto casu possit procurator, vel aduocatus cogi ad testificandum contra suum principalem, nu. 223. seqq.

Limita 7. in procuratore, qui non acceptauit mandatum, n. 229.

Limita 8. in procuratore, qui acceptauit mandatum, sed adhuc non incepit agere, nu. 230.

Limita 9. in procuratore, qui re integra, & antequam inceperit agere mandato renuntiauit, num. 231. amplia limitationem, etiam quod inceperit agere, dummodo renuntiauerit mandato ante litem contestatam, nu. 232. licet contra, nu. 233. amplia 2. eandem limitationem, etiam quod simus in casu, in quo procurator possit reassumere caussam, cui renuntiauit, num. 234 licet contra, nu. 235.

Limita 10. de consensu partium, nu. 236.

Limita 11. in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, numer. 237.

Limita 12. in caussa criminali, in qua pœna capitalis principaliter non imponitur, etsi in consequentiam, nu. 238.

Limita 13. in affine, & consanguineo procuratoris, nu. 239.

Limita 14. in domestico, & familiari procuratoris. nu. 240.

Limita 15. in procuratore bonæ vitæ, & famæ, nu. 241.

Limita 16. in clerico procuratore, nu. 242.

Limita 17. quia etsi procurator pro suo principali non probet plene, facit tamen aliquam præsumtionem, nu. 243.

QVÆSTIO LX. ILLATIO V.

196 REGVLA Sit † in hac quinta illatione, quod procurator in caussa, in qua est procurator, testis esse non potest, text. est in cap. insuper, in fin. & ibi gloss. in figuratione casus, versicul. item non potest quis, & in verbo, admitti, Abb. post numer. 8. versicul. vide Bart. & c. Dec. num. 41. versic. sed respondetur, Anton. de Butr. num. 8. in fin. versic. sic pro curator, & aduocatus repellitur, Anan. numer. 3. extra de testibus, Anton. de Butr. in cap. cum à nobis, numer. 13. versic. dic si quaritur, & ibi etiam Felin. numer. 14. versic. de procuratore autem, extra eodem, Archidiac. in cap. Romana, num. 1. post medium, in verbo, caussam, & nu. 2. in verbo, in testem, Ioan. Andr. in princip. vbi quod de hoc non dubitatur, & in verbo, vel aduocatus, Ioan. Monach. numer. 1. versic. multo minus in principali, Geminian. numer. 7. versic. quæro de ratione, Franc. numer. 4. in fin. versic. in ea glossa, de testibus, in 6. Speculat. in titul. de teste, §. 1. numer. 74. & ibi in addit. litera L. verbo, contra, & litera N. verbo, eum repelli, Bart. in l. omnibus, nu. 6. versic. tertio modo legitur, & ibi etiam Alber. numer. 4. per totum, vbi plures reddit rationes, & testatur de veriori opinione, Salycet. numer. 6. Paulus de Castro, numer. 1. versic. item ratione officii, & numero 3. versic. sed quid in procuratore, Ioan. Sicar. numer. 3. versic. non possunt esse testes, inquam, C. de testibus, Angel. in l. quoniam liberi, num. 4. versic. quid autem sit in procuratore iudicis, & ibi etiam Fulgos. numer. 3. C. eodem Alber. in l. fin. num. 45. & 6. ff. de testibus, vbi reprobata glossi in verbo, in exsequutoribus, versic. in procuratore, contrarium tenente pluribus hanc regulam comprobat Odofred. in d. l. fin. colum. 2. versic. sed quid in procuratore & ibi etiam Fulgos. in fin. Florian. numer. 1. versic. tu potes plenius dicere, ff. de testibus, Iacobinus de Sancto Georg. in l. nullus, numero 2. versic. quid autem de procuratore. ff. eodem, gloss. in l. deferre, §. idem decreuerunt, in verbo, interrogari, & ibi etiam Bartol. numer. 2. in princip. iuncto versic. tu dic breuiter, Alberic. numer. 2. ff. de iure fisci. Baldus in l. dictantibus, numer. 4. versicul. ad tertio opar. exemplum in procuratore, & ibi Iason numer. 7. Ioannes Sicar. numer. 8. vbi testatur de recepta * opinione, C. de testament. Romanus consil. 420. post numer. 1. Paris. consil. 58. numer. 17. lib. 4. Gratil. 420. post numer. 1. Paris. consil. 58. numer. 17. lib. 4. Grat. consil. 51. numer. 8. lib. 2. & consil. 28. numer 2. eodem volum. Natta consil. 564. num. 16. lib. 3. Bertrand. consil. 178. vsque procedit, numero 17. volum. 2. Cephal consil. 65. num. 22. libr. 1. Rota de appellat. in nouis decision. 52. numer. 1. versic. & sicut procurator, Franciscus Marc. decis. Delphina 1312. quæritur quia de parte, numer. 4. part. 1. Nepos de Monte Albano, de testibus, numer. 145. Iacob. Ægid. de testibus, numer. 13. versic. procuratores, Nellus de testibus, numer. 31. in princip. post medium, versicul. aut contra voluntatem partis, Auffrerius de reprobatione testium, numero 83. Alber. de Malet. de testibus, cap. 4 numero 10. sequent. Lanfranc. de testibus, numer. 67 versic. quæro quarto, quid de procuratore, Crot. de testibus, numer. 134. & ibi Petrus Moncada in addit. litera R. Iodoc. in pract. crimin. capit. 50. rubric. de probatione testium, num. 1. Campeg. de testibus, regul. 62. in princip. Corrad. in practic. §. 2. de offic. prætor. in caussis ciuil. titul. de testibus, rubric. personas testium aggrediendo, verbo, procurator, numer. 60. fol. 67. Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo procurator. fol 56. colum. 2. versic. fin. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 73. numer. 5. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1232. numer. 1. sequentib. & conclus. 1357. post numer. 3. vbi de communi * regula, & numer. 35. Hector. Æmil. de testibus, par. 1. verbo. aduocatus, num. 4. fol. 84. & verbo, affectionem habens. num. 16 fol 107. Rota coram Domino Cæsare de Grassis, decis. 71. num. 1. faciunt, quæ de aduocato dixi supra, num. 155.

197 AMPLIA I. Et † multo magis in procuratore effecto domino litis & instantiæ, nam & is sine dubio à testificando repellitur, vt per Bald. in l. omnibus, nu. 3. & ibi etiam Alber. nu 4. versic. & pro hac opinione facit, Salyc. num. 6. versic. alia ratio potest esse, Ioan. Sicar. nu. 2. vers. ratio autem in procuratore est, C. de testib. idem Alber. in l. fin. num. 5. ff. de testib. Franc. in cap. Romana, nu. 7. vers. & sic patet, de testib. in 6. Alb. de Malet. de testibus, cap. 4. num. 13. in fin. Corrad. in pract. §. 2. de offic. prat. in causs. ciuil. tit. de testibus, rub. personas testium aggrediendo, verbo, procurator, post numer. 60. fol. 97. Campeg. de testibus, reg. 72. sub 3. fall.

198 AMPLIA II. Vt † nec etiã finito officio possit procurator esse testis in caussa, in qua procurauit, secundum dum Imol. relatum per Alb. de Malet. in tract. de testib. c. 4. num. 18. versic. Imola tamen tenet, Rota de appellat. in nouis decis. 52. num. 2. Gabriel. tit. de testibus, conclus. 12. numer. 2. lib. 1. Ioan. Marian. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, procurator, fol. m. hi 57. col. 1. versic. penult. Mascard. lib. 3. conclus. 1357. num. 4. vbi alios refert, & valde conferunt Dd. supra allegati, num. 156. vbi de aduocato, & infra, nu. 245. vbi de sollicitatore.

199 Contrarium, † quod imo finito officio, & mandato procurator possit esse testis in caussa, in quo procurauit, affirmatunt Alber. in d. l. deferre, numer. 3. versic. alii dicunt, ff. de iure fisci, Bald. in cap. insuper, num. 8. extra de testibus, Speculat. in tit. de teste, §. 1. numer. 74. post medium, versic. item quidam dicunt, & ibi in addit. litera A. & ante illam additionem, in alia additione incip. adde quod Bald. Iacob. Ægid. de testibus, num. 13. in fin. versic. nos distinguimus, Nell. de testibus, num. 31. versic. item admittitur negotio finito, Auffrer. de reprobatione testium, post num. 7. Alber. de Malet. de testibus, cap. 4. num. 11. versic. quidam tamen, Campeg. de testibus, reg. 62. in 1. fallent. Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, procurator, fol. 57. colum. 1. versic. 3. Mascar. de probat. lib. 3. conclus. 1232. num. 8. & 9. Et faciunt pro hac contraria opinione Dd. in simili allegati supra, num. 157. vbi de aduocato.

200 Pro † concordia reperio Dd. communiter * distinguentes, quod finito officio potest procurator testis esse, si ex sua depositione, nullum consequatur commodum, vel honorem, aliter secus, Bart. in l. an omnibus, num. 7. C. de testibus, Fulgos. in l. quoniam liberi, num. 4. versic. sed si de alto negotio, C. eod. vbi magistraliter loquitur, Florian. in l. fin. num. 1. versic. sed si caussa esset finita, ff. de testibus. Bartol. in l. deferre, §. idem decreuerunt, num. 2. versic. si autem caussa est finita. ff. de iure fisci, Felin. in cap. insuper, num. 10. & ibi etiam Anton. de Butr. num. 8. in fin. extra de testibus, idem Anton. de Butr. in cap. cum a nobis, nu. 13. versic. si in caussa, in qua fuit procurator, extra eod. Alber. de Malet. in tract. de testib. cap. 4. nu. 16. & num. 20. versic. mihi tamen placet, & versic. sequen. Campeg. de testib. reg. 62. in 6. fallent. Mascard. d. conclus. 1232. num. 11. Hector Æmil. de testib. verbo, aduocatus, num 42. fol. 101. part. 1. Et conferunt ad hanc distinctionem Dd. in simili allegati de aduocato, supra, nu. 150. & infra de negotiorum gestore num. 265.

201 Et † hinc procuratorem non posse esse testem si deponit de eo, quod ipse fecit propter affectionem, quam præsumitur habere ad gesta per eum, etiam quod officium sit finitum, præsertim si agatur de validitate, aut inualiditate dictorum gestorum, scripserunt Bart. in d. l. omnibus, num. 7. in fin. versic. nisi forte quæretur de valore actus gesti per eum, C. eod. Florian. in l. fin. num. 1. versic. sed si caussa esset finita, ff. de testibus, & faciunt, quæ in simili de tutore & curatore potui infra, num. 274.

202 Hæc † distinctio in ea parte, in qua dicitur procuratorem non recipi in testem, finito officio, quando de eius commodo, vel incommodo agitur, laude, vel vituperio, sine dubio verissima est: & nullam apud me habet dubitationē, sed in alia parte, in qua præsupponitur, illum esse idoneum testem finito officio, quando non agitur de eius commodo, vel incommodo, laude, vel vituperio, non transit iudicio meo sine difficultate, propter affectionem, quæ adhuc restat in caussa, in qua fuit procurator, prout in simili dixi de aduocato, sup. n. 150. & in specie bene adnotauit Mascar. de prob. lib. 3.

203 conclus. 1332. n. 12. Ideo † verius dicerem, quod & si isto casu admittatur, non tamen sit integræ fidei, & omni exceptione maior, prout consuluit Aym. consil. 56. n. 4. lib. 1. quem referendo sequitur Hector Æmil. de testib. part. 1. verbo, aduocatus, num. 11. fol. 86. in fin. & dixi in simili de aduocato supra num. 159. & seq.

204 AMPLIA III. Huius † quintæ illationis regulam, vt qui procurator fuit in prima instantia, nec etiam in

secunda instantia, & sic in caussa appellationis possit esse testis pro eo, pro quo procurauit, Speculat. in tit. de teste, §. 1. nu. 74. Bald. in l. omnibus, n. 4 & ibi etiam Saly. et. n. 6. versic. nec quod fortune est in caussa appellationis, C. de testibus, Fulgos. in l. quoniam liberi, post num. 4. C. eod. Iac. de Sancto Georg. in l. nullus, nu. 2. versic. nequit in caussa appellationis, ff. de testib. Alexan. ad Bart in l. deferre, §. idem decreuerunt, in verbo, deferre, litera A. versic. & quod dicitur in eadem caussa, ff. de iure fisci, Ioan. Sicar. in l. dictantibus, num. 8. versic. immo etiam, vbi † loquitur, etiam quod tunc sit reuocatum, & ibi 205
etiam Ias. num. 7. versic. immo quod fiat procurator, C. de testamen. Henric. Boyc. in cap. insuper, num. 4. versic. fallit in caussa appellationis, extra de testibus. Et pro hac ampliatione habemus text. expressum vbi notant omnes, in cap. Romana, & ib gloss. in verbo, appellationis, litera B. Archidiac. in princ. C. n. 1. Ioan. Andr. in princ. in verbo, appellationis, Geminian. n. 1. vers. aduocatus, vel procurator, Franc. n. 2. Franc. in princ. in summario. & in notab. num. 1. de testib. in 6. Vell. de testibus, num. 2. versic. & an non amittitur, numero non 31. Alber. de Malet de testib. cap. 4. num. 13. in fin. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1232. num 21. Et facit quæ in simili de aduocato dixi supra, nu. 161. & seq. vbi quæ ampliatur hæc con- 206
clusio, etiam quod procurator in caussa appellationis, non sit amplius procurator.

AMPLIA Hanc † tertiam ampliationem, vt procedat non solum in procuratore appellati, sed etiam in 207
procuratore appellantis, & contra utroque casu, non potest testimonium ferre pro suo principali contra partem aduersam, vt per Ioan. And. in c. Romana, in princ. in verb. appellantis, vers. idem tamen in appellato. & ibi etiã Gem. post nu. 5. Franc. num. 8. vers. & idem est econtra. Auctib. in 6. Aufr. de reprob. test. nu. 83. vers. item in caussa appellationis.

LIMITA Eandem † tertiam ampliationem, vt non 208
procedere, quando procurator appellantis reuocatur ab ipso appellato, contra eundem appellatum in principalem, vel econtra, tunc enim admittitur ad testificandum, & probat etiam pro vtraque parte, sic enim aperte voluit gloss. in d. cap. Romana, in verbo, testem. quam ibi sequuti sunt, Archidiac. num. 2. Io. An. Andr. num. 2. versic. quæ gloss. intelligas, &c. Ioan. Monach. n. 1. in verbo, appellantis, versic. ego econtrario sensi. iuncto n. 2. & 3. addendo ad Gemin. ibid. nu. 2 litera B. Franc. n. 8. vers. sed pro appellante fac, de testib. in 6. Aufrer. de reprobat. testium, nu. 83. vers. item contra dominum appellatum, Paris. cons. 70. n. 9. lib. 4. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 66. nu. 4. vers. limita ampliationem, Hector Æmil. in tract. de testib. part. 1. verbo, aduocatus, n. 19. fol. 90. Faciunt, quæ de iudice dixi supra, nu. 97. & generaliter de procuratore dixi etiam infra, num. 222. & de aduocato supra, nu. 170.

AMPLIA IV. Dictam † huius quintæ illationis re- 209
gulam, vt procedat etiam in procuratore reuocato lite pendente: nam cum is in fraudem reuocatus præsumatur, hoc ideo in testem non admittitur, Rota de testib. in nouis, decis. 11. Iac. de Sancto Georg. in l. fin. n. 2. & 3. ff. de testib. Ioan. Sicar. in l. dictantibus, n. 8. vers. immo etiam, C. de testam. Felin. in c. cum a nobis, nu. 14. vers. & habet illum locum, & ibi etiam Ant. de Butr. nu. 13. vers. tenent tamen omnes de Rota, de testib. extra, Franc. in c. Romana, nu. 2. vers. tum quod si procurator, (vbi tamen non se bene firmat) de testib. in 6. Aufrer. de reprob. testium, num. 83. vers. & habet illud locum. Alb. de Malet. de testib. c. 4. nu. 17. Lanfranc. de testib. nu. 68. in fin. vers. adde vnum dictum notabile, Corrad. in pract. §. 2. de offic. prætor in causs. ciuil. tit. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo, aduocatus, nu. 50. vers. ampliatur etiam. fol. 97. Campeg. consil. 70. num. 14. lib. 4. Rota coram Domino Cæsare de Grassis, decis. 71. nu. 3. Mascar. de probat. conclus. 1232. nu. 6. lib. 2. iuncto nu. 11. & 12. vbi ampliat hanc conclusionem, etiam quod ex sua depositione procurator reuocatus commodum, aut laudem non cõsequatur, licet Fulg. & Imol. ibi per eum relati contrarium dixerint.

Et † licet contra hanc quartam ampliationem sensi- 210
tu Bald.

rit Bald. *in d.l. dictantibus, num. 5. C. de testament.* vbi dixit, quod si procurator vult testificari, aut aliũ substituat, vel faciat sibi reuocari mandatum: quod & idem affirmarunt plures relati per Mascar. *d. conclus. 1232. num. 8. 9. & 10 ac præsertim Imol. relatus per Franc. in d. cap. Romana, n. 2. in fin. de testibus, in 6.* Non per hoc tamen crederem ab
* ea recedendum, cum, vt vides, communiter * recepta
211 sit. † Et nihilo minus potes etiam dicere, quod huiusmodi contraria opinio posset forsan verificari in procuratore reuocato ante litem contestatam: non autem lite pendente, prout sunt termini propositæ ampliationis, per ea, quæ in simili de renuntiatione mandati dixi supra, *num. 232.* & in specie sic distinguendo concordat Mascar. *d. conclus. 1232. num. 13.*

212 AMPLIA V. Siue † procurator habeat mandatum, siue non. Omni enim casu repellitur a testificando, quia satis est, quod faciat se procuratorem, secund. Ioan. And. *in c. Romana, in princ. in verbo, procurator, vers. idem in illo, qui iure coniunctionis, & c. de testibus, in 6.* vbi ponit exemplum in coniuncto comparente pro coniuncto sine mandato: quod quidem exemplum omni caret dubitatione, cum tunc obstet testi duplex exceptio, vna quod se procuratorẽ faciat: altera quod sit cõiunctus.

213 LIMITA I. Propositam † huius quintæ illationis regulam, vt procurator in sua caussa non prohibeatur esse testis in alia, per ea, quæ in simili de aduocato dixi supra, *num. 176. seq.* & de sollicitatore dixi infra, *nu. 255.* & negotiorum gestore, *num. 271.* sed in specie de aduocato sic affirmarunt, Bart. *in l. deferre, §. idem decreuerunt, num. 2. ad fin. versic. si vero aliquis vellet procuratorem producere, in testem in alia caussa, de iure fisci, Salycet. in l. omnibus, nu. 6. versic. & eadem ratione, ac ibi etiam Castrens. num. 3. in fin. versic. sed quid in procuratore, C. de testibus, Florian. in l. fin. nu. 2. & ibi etiam Iacobin. de Sancto Georg. num. 1. ff. eod. Abb. in c. insuper, num. 8. col. 5. versic. si vero sit procurator in alia caussa, & ibidem Ancharan. num. 3. versic. si autem vnus, Henric. Boyc. num. 4. extra de testibus, Prob. ad Ioan Monach. in cap. Romana, post num. 4. versic. adde præterea, & ibi etiam Franc. nu. 6. iuncto num. 9. de testibus, in 6. Aufrer. de reprobat. testium, numero 83. versic. item & in alia caussa, Alb. de Malet. de testibus, cap. 4. num. 19. in fin. Lanfranc. de testibus, num. 67. post vers. quæro quarto, Campeg. de testib. reg. 62. in 9. fallent. Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, procurator, fol. 57. col. 3. versic. 3 & 4. Corrad in pract. §. 2. de offic. prator. in causis ciuil. tit. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo, procurator, post num. 60. fol. 97. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 166. num. 8. in fin. & lib. 3. conclus. 1232. num. 17. Verall. decis. 76. lib. 1. in manuscriptis.*

214 AMPLIA I. Hanc † primam limitationem, vt propterea procurator in caussa possessionis non prohibeatur esse testis in caussa proprietatis, sicut in simili debeatur esse testis in caussa proprietatis, sicut in simili de aduocato dixi *supra, num. 180.* & in specie de procuratore scripserunt Alexan. ad Bartol. *in l. deferre, §. idem decreuerunt, in verbo, deferre, litera N. versic. adde quod in alio ff. de iure fisci, Iacob. de Sancto Georg. in l. fin. num. 1. ff. de testib. Felin. in c. cum a nobis, nu. 14. vers. & dicit hic Domin. Antonius, extra de testib. Dec. in cap. insuper, nu. 30. eodem tit.* vbi generaliter de aduocato, procuratore, & sollicitatore, *Aufrer. de reprobat. testium, post num. 83. versic. & dicit Antonius, Alber. de Malet. cap. 2. num. 20. Campeg. de testib. reg. 62. in 9. fallent. Corrad. vbi supra d. verbo, procurator, num. 60. post medium. fol. 98 Mascar. de probat. lib. 3. conclus. 1232. num. 18.*

215 AMPLIA II. Dictam † primam limitationem, vt procedat, etiam quod sint duo procuratores constituti in diuersis caussis ab vna, & eadem persona: nam vnus non prohibetur testificari in caussa alterius, *vt notant Dd. in c. insuper, & ibi præsertim Innoc. in prin. Bald. nu. 1. vers. dicit Innoc. & Ioan. And. post nu. 2. Ant. de Butr. num. 4. Abb. num. 8. col. 5. vers. & plus dicit Innoc. extra de testib. Campeg. de testib. reg. 62. in 11 fall.*

AMPLIA III. Vt † eadem prima limitatio procedat etiam in procuratore generali constituto ad omnes caussas: nam non per hoc prohibetur testis esse in caussa, in qua non procurauit, *vt per Alber. in d. l. deferre, num. 2. de iure fisci, Bald. in d. cap. insuper, num. 1. versic. ergo idem in generali procuratore,* (vbi tamen loquitur, si non acceptauit mandatum in caussa, in qua vult testificari) extra de testibus. 216

SVBLIMITA Vno † modo hanc primam limitationem, vt non procedat in caussis connexis: nam procurator in vna caussa prohibetur etiam in alia connexa testimonium ferre, *Franc. post Ioan. Andr. quem allegat in cap. Romana, num. 9. vers. nisi caussæ essent connexæ, vel dependentes, de testibus, in 6. Mascar. d. conclus. 66. num. 8. in fin. vers. limita istam, & lib. 3. conclus. 1232. num. 20. Hector Æmil. de testib. part. 1. verbo, aduocatus, num. 21. vers. limitatur prædicta opinio. fol. mihi 91. vide infra num. 221.* 217

LIMITA II. Eandem † huius quintæ illationis regulam, vt nõ procedat in diuersis articulis: nam procurator constitutus ad vnum articulum caussæ, puta ad impetrandum rescriptum, non prohibetur testificari in alio, per ea, quæ in simili de aduocato dixi, *supra nu. 178.* sed in specie de procuratore scripserunt Bald. *in l. omnis, num. 3. vers. ideo ergo, & ibidem Salycet. num. 6. vers. vbi autem, loan. Sicar. num. 5. de testibus, Ioan. Andr. in cap. Romana, in verbo, iudicio, versic. item nec de procuratore ad certum articulum, & ibi etiam Gemman. num. 8. Franc. num. 2. eodem tit. de testibus, in 6. Aufrer. de reprobat. testium, num. 83. ad fin. versic. item in eadem caussa, Alb de Malet. de testibus, cap. 4. nu. 14. Campeg. de testibus, reg. 62. in 2. fallent. Paris. consil. 70. numer. 13. vol. 4. Mascar. de probat. lib. 3. conclus. 1232. num. 19. & 22.* Et sine dubio hæc limitatio videtur communiter recepta * per Dd. † & si non sine ratione eam impugnet Corrad. *in pract. §. 2. de offic. prætor. in causis ciuil. tit. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo, procurator, num. 60. versic. ad primum non puto tutum. fol. 97. col. 2. in fin.* vbi dicit, quod licet articuli sint diuersi, non tamen per hoc cessat affectio, quam procurator ad vnum articulum, semper habet ad totam caussam, sicut in simili videmus de aduocato, qui & si non sit dominus litis, & instantiæ, tamen generaliter in tota caussa repellitur à testificando, ergo & idem in procuratore, cum fortius repellatur procurator quam aduocatus, *vt per Felin. in cap. contra nobis, num. 7 de testibus.* † Quare saluando limitationem dicas, vt bene isto casu procurator in vno articulo admittatur in alio, sed non sit testis integræ fidei, & omni exceptione maior, † & tamen quod quando articuli sunt connexi, & coniuncti, tũc omnino a testimonio repelletur, *vt per Franc. in d. cap. Romana, num. 2. & per Mascar. d. conclus. 1232. num. 22. iunctis aliis per nos in simili supra relatis, num. 217.* 218 219 220 221

LIMITA III. Quia † etsi procurator non admittatur pro suo clientulo, admittitur tamen productus ab aduersa parte, & probat tam pro producente, quam contra, *secundum glossam cap. Romana, in verbo, in testem, versic. & isto casu de testibus, in 6. Anton. de Butr. in cap. cum a nobis, num. 13. versic. sed admittitur ad instantiam eius, extra eodem tit. de testibus, Henric. Boyc. in cap. insuper, num. 1. eodem tit. de testibus, Archid. in d. cap. Romana, num. 1. ad fin. in verbo, appellantis, & ibi etiam Ioan. And. num. 1. in fin. vers. idem de procuratore contra dominum, de testibus, in 6. Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 74. versic. quidam tamen ipsum admittunt contra dominum, iuncto num. 77. vers. hoc autem certum est. gl. in l. fin. in gl. 1. vers. item quod si præstitit, & ibi Florian. in princ. iuncto nu. 1. in fin. vbi reprobat contraria, & Iacobin. de Sancto Georg. num. 4. ff. de testib. Bart. in l. omnibus, num. 7. in fin. & ibi etiam Ioan. Sicar. num. 3. versic. non autem versic. hoc est verum, & ibi Thom. Diploua. in addit. litera B. in verbo. procurator. ff. de iure fisci, Nepos de Monte Albano in tract. de testibus, num. 145. vers. pro Sempronio tamen, Null. de testib. nu. 31. versic. potest tamen esse* 222

esse testis, Aufrer. de reprobat. testium, num. 83. versic. & quod supra dictum est, Alb. de testibus, cap. 4. num. 15. in fin. Campeg. de testibus, reg. 62. in 5. fall. Paris. consil. 70. num. 4. seqq. lib. 4. vbi bene comprobat hanc limitationem, *Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 66. n. 9. & lib. 3. conclus. 1232. num. 16.* & faciunt quæ de aduocato dixi in simili *supra, num. 170.* & de sollicitatore *infra, num. 258.* & de negotiorum gestore, *nu. 268.* & de socio, *nu. 399.* Et sine dubio hæc limitatio est verissima, & communiter * recepta, & si eam impugnet Abb. *in d. c. insuper, num. 8. col. 5. in princ.*

223 AMPLIA Hanc † limitationem, vt contra suum principalem procurator, & aduocatus (& sic hæc ampliatio est etiam communis cum aduocato) non solum in testem admittatur, & probet, vt supra dixi, sed etiam cogatur ad testificandum, sic instante, & petente eiusdem principalis aduersario, *vt per glos. in l. fin. in verbo. præstiterunt, versic. item quid si præstitit, ff. de testibus, Bart. in d. l. omnibus, num. 7. in fin. C. de testibus, Alb. de Malet. de testibus, c. 4. num. 6. versic. imo posset cogi, & cap. 6. numero 16. Campeg. de testib. reg. 58. in 8 fall. Paris. consil. 70. num. 6. seqq. lib. 4. vbi bene comprobat hanc ampliationem, Put. decis. 56. lib. 3. Mascard. de probat conclus. 66. numero 9. versic. imo isto casu, lib. 1. Hector Æmil. qui plures alios refert, & de communi * testari videtur in suo tract. de testibus, verbo, aduocatus, nu. 38. fol. 94. pvrt. 1.* *

224 LIMITA Præcedentem † ampliationem, vt procurator, vel aduocatus possit ad testificandum cogi ab aduersa parte non durante procura (vt ita dicam) vel aduocatione, sed ea finita, *vt per Put.* (qui tamen dicit contra eius votum, alio auditore sentiente, nihil fuisse conclusum) *in decis. 294. lib. 2. vbi bene loquitur, sequitur Hector Æmil. alios referens, de testibus, part. 1. verbo, aduocatus, num. 26. ad fin. fol. 94.*

225 Sed † quod indistincte etiam durante officio possit aduocatus & procurator isto casu cogi ad testificandum, tacite sentire videtur Put. *in d. decis. 56. lib. 3.*

226 SVBLIMITA Rursus † præcedentem limitationem non procedere in tribus casibus. Primo, quando procurator, vel aduocatus assumsisset officium procuræ, & aduocationis in fraudem, nec posset cogi ad testificandum. Secundo, † quando pars aduersa ante receptionem officii, vel incontinenti eidem procuratori, vel aduocato denuntiauit, ne reciperet patrocinium, eo quia intendit ipsum in testem producere contra suũ principalem, & iste secundus casus nõ multum differt
227 228 à primo. Tertio, quando † veritas aliter haberi non potest. Iis enim tribus casibus potest procurator, & aduocatus ad testificandum cogi, etiam durante patrocinio, *prout de primo adeas bene comprobantem, Hect. Æmil. d. verbo, aduocatus, num. 26. ad fin. & de aliis duobus videas plures referentem concordantes Aufrer. de reprobat. testium, num. 8. versic. sed nunquid quando pars.*

229 LIMITA IV. Et † principaliter propositam regulam non procedere, quando procurator mandatum non susceptit, nec acceptauit: tũc enim nulli dubium, quod pro mandante non prohibetur testimonium ferre, *gloss. in c. Romana, in verbo, fuerat. de testib in 6. Bald. in l. fin. in gl. 1. ff. de testib. Ab. in c. insuper. post num. 8 col. 5. versic. item dicit, & ibi etiam Ant. de But. num 4. vers. ex hoc infert Anchar. num. 3. vers. item istud est verum. Henric. Boyc. num. 3 in princip. & nu. 6, vers. quod intellige, Innoc. in vers. & si fuerit institutus, iuncto versic. quoniam etiam inter laicos, Ioan. And. post num 2. extra eodem tit. de testib. Aufrer. de testib. nu. 83. vers. item quod si non acceptauerit.*

230 Immo † si etiam acceptauerit mandatum, sed non adhuc inceperit agere, non prohibetur pro mandante testis esse, *vt per gloss. in d. l. fin. in gloss. 1. in princ. versic. qui si nondum præstiterunt, & in fin. gloss. versic. & sunt hæc verba, Ioan. Sicar. in l. omnibus. numer. 4. C. de testibus Alber. de testibus, cap. 4. num. 11. ad medium, iuncto num. 12. seq. & post num. 14. vbi bene comprobat, & respondet contrariis, Lanfranc. de testibus, numero 67. versic. dic si nondum præstiterit, Campeg. de testibus, reg. 62. in 2. fall. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1232. num. 14. seq.* & faciunt quæ in simili de aduocato dixi supra, *num. 172.* & quæ de renuntiatione mandati, dixi *in seq. limit.*

LIMITA V. Regulam † non procedere, quando, ante quam procurator ageret, & sic re integra mandato renuntiauit: tunc enim tanto magis poterit pro mandante testificari, cum, vt in antecedenti limitatione dixi, id etiam possit sine renuntiatione, dummodo agere non inceperit, *vt per Bald. in cap. insuper, num. 1. in fin. vers. idem etiam videtur, Ioan. And. post num. 2. & Anton. de But. nu. 4. versic. idem dicit Innoc. Ab. num. 8. col. 5 vers. idem, secundum eum, Anch. num. 3. vers. item si recepit, Henric. Boyc. nu. 3. vers. aut recipit mandatum, & num. 6. vers. idem si receperit, extra de testib. Franc. in c. Romana post n. 7. de testib. in 6. (Campeg de testib. reg. 62. in 12. fall. Mascar. de prob. lib. 3. conclus. 1232. nu. 6. vers. & idem dicendum est, & post num. 15.* 231

AMPLIA I. Hanc † quintam limitationem, vt procedat etiam, quod procurator inceperit agere, dummodo renuntiet mandato, ante litem contestatam: satis enim renuntiatio dicitur facta re integra, si illa fiat ante litem contestatam, *vt per Anchar in c. in uper. num. 3. versic. item si recipit, & ibid. Ant. de But. num. 4 vers. idem dicit Innocentius, vsque ad vers. ex quibus, & c. Ioan. And. post num. 2. extra de testib. Franc. in cap. Romana, num. 7. vers. imo tenet iuncto vers. & sic patet, de testib. in 6. Campeg. de testibus, reg. 62. in vlt fall.* † Etsi contrarium voluerit Henr. Boy. *in d. c. insuper. num. 3. vers. sed credo latius,* & faciunt adnotata per Franc. *in d. cap. Romana,* qui propterea hoc cogitandum reliquit, *num. 7. vers. cogita tamen.* 232 233

AMPLIA II. Eandem † quintam limitationem. vt procurator, qui mandato re integra renuntiauit, possit pro mandante testimonium ferre, etiam quod simus in casu, in quo is possit postea reassumere caussam, de quo *in c. si duo, de procurato.* cum satis sit, quod possit non reassumere, *secundum Ioan. And. in d. c. insuper, nu. 2. in fin. quem ibid. sequuti sunt, Ant. de But. nu. 4. vers. dicit Ioan. And. Ab nu. 8 col. 5. vers. idem secundum eum, extra de testibus, Franc in cap. Romana, n. 3. vers. etiamsi talis procurator, de testib. in 6.* † Etsi contrarium voluerit Campeg. cum relatis per eum, *in tract. de testib. reg. 62. in 12. fall.* 234 235

LIMITA VI. Principalem † huius illationis regulam non procedere, quando procuratoris consensu partium recipitur: tunc enim nemini dubium est, illum ad testificandum admitti, per ea, quæ in simili de aduocato dixi, *supra, num. 187.* & de negotiorum gestore, *infra, num. 269.* & de sollicitatore, *num. 259.* & in specie de procuratore sic affirmarunt Bart. *in l. deferre, §. idem decreuerunt, ad fin. ff. de iur. fis.* Florian. *in l fin. num. 1. in fin. ibi, nisi vtraque parte volente, & ff. de testib.*, Paulus de Castro *in l omnibus, num. 3. in fin. versic. nisi agatur de consensu, C. de testib.* Ioan. And *in c. Romana, ante num. 1. in verbo, recipiatur, & ibid. Gemin. num. 9. vers. quid si aduersarius consentit,* Franc. *post num 8. vers. nisi aduersarius consentiret, de testib. in 6. Nell. de testibus, num. 31 post medium, versic. de procuratore, & c. Aufrer. de reprobat. testium, numer. 83. vers. item & in eadem caussa de consensu partis, Alber. de Malet. de testibus, cap. 4 post numer. 15. Campeg. de testibus, regul. 62. in 5. fallent. Paris consil. 70. numer. 10. lib. 4. vbi quod ita tenent omnes * Canonistæ. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1232. num. 23.* & faciunt quæ generaliter de teste inhabili dixi infra, *quæst. 62. num. 177.* 236 * *

LIMITA VII. In † casu, in quo veritas aliter haberi nõ potest: nam tũc in subsidium procurator admittitur in testem pro sito principali, per ea, quæ in simili de aduocato dixi supra, *n. 188.* & de negotiorum gestore, dixi infra, *nu 270.* sed in specie de procuratore tenent Anton. de Butr. *in c. cum a nobis, num. 13. vers. in fi-* 237

fidium

sidium tamen admittitur, extra de testibus, Ioan Andr. in c. Romana, num. 1. in fin. versic. sed illa iura loquuntur in defectum probationum, & vide quæ generaliter de teste inhabili, in subsidium admittendo, dixi infra, *quæst. 62. nu. 50. & seq.*

238 LIMITA VIII. In † causa criminali, in qua pœna capitalis principaliter non imponitur, & si in consequentiam: nam in ea, pro suo principali procurator admittitur, *vt per Francisc. Curt. in addit. ad Alexan. in l. dictantibus, litera A, verbo, esse testis, &c. post medium addit. C. de testiam.*

239 LIMITA IX. Quia † etsi procurator meus repellatur a testificando pro me: non tamen repellitur affinis, seu consanguineus procuratoris mei, *vt per Felin. in cap. cum à nobis, num. 15. ad fin. versic. ex quo puto idem de consanguineo, extra de testibus, Ioann. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, procurator, fol. 57. colum. 2. col. antepenult. Bolognin. in authen. habita, sub num. 96. versic. sed quæritur vlterius, C. ne filius pro patre, vbi loquitur in patre aduocati, & ie-* * *statur de communi* * *sequitur Hector Æmil. de testibus, part. 1. verbo aduocatus, num. 44. fol. 102. Mascard. de probat. lib.*

240 *3. conclus. 1232. num. 26.* † Vbi idem de domestico & familiari.

241 LIMITA X. In procuratore bonæ vitæ, † & famæ, quem minime repelli a testificando probat Mascar. arguendo in simili de solicitatore (*de quo infra, nu. 254.*) ad procuratorem (*in suo tract. de probat. lib. 3. conclus. 1232. nu. 27. seq.*) sed hanc limitationem intelligas secundum

242 ea, quæ de aduocato dixi supra, *num. 195.* † Et hinc clericum procuratorem posse pro suo principali testificari, tradidit idem Monticel *d verbo, procurator, fol. 57. col. 2. versic. 6. ex Bellam. quem allegat in decis. 605.*

243 LIMITA XI. Quia † & si procuratoris depositio non plene probet pro suo principali, facit tamen aliquam præsumtionem, *vt per Campeg. de testibus, reg. 67. in 7. fallent. Alber. de Malet. de testibus, cap. 4. numer. 16. versic. subiicit tamen, Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. titul. de testibus, rubri. personas testium aggrediendo, verbo, procurator, num. 60. post medium, fol. 97. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1232. num. 24. seq. vbi allegat in idem Menoch. in consil. 62. num. 86. lib. 1.* vide quæ de aduocato dixi supra, *num. 190.*

ARGVMENTVM.

De teste sollicitatore.

SVMMARIA.

Regula sit negatiua, quod scilicet sollicitator testis esse non potest in causa, in qua sollicitat, nu. 244.

Ampliat 1. etiam in eo, qui olim fuit sollicitator, num. 245.

Ampliat 2. etiam in sollicitatore non salariato, num. 246. licet alii contra, num. 247. sed prima opinio est verior, & communis, num. 248. & multo magis procederet. si sollicitator sine salario haberet aliquod interesse in lite, vel esset consanguineus principalis, num. 249. vnde secus in eo, qui sollicitat sine salario, ex causa pietatis, & amore Dei, nu. 250.

Limita 1. Regulam vt procedat in sollicitatore deputato, & electo a principali, num 251. secus autem in electo, & deprauato a procuratore, num. 252. declara tamen hanc limitationem, vt in num. 253.

Limita 2. in sollicitatore qui sit persona honesta, & bonæ conditionis & famæ, nu. 254.

Limita 3. quia sollicitator in vna causa, non prohibetur testimonium ferre in alia, num. 255.

Limita 4. quia sollicitatoris depositio suppletur ex depositione alterius testis, nu. 256. declara, vt num. 257.

Limita 5. quia probat sollicitator contra suum principalem, nu. 258.

Limita 6. de consensu partium, num. 259.

Limita 7. quia quod testis sit sollicitator non præsumitur, ideo probandum per opponentem, num. 260.

QVÆSTIO LX. ILLATIO VII.

REGVLA Sit † negatiua in hac sexta illatione, quod 244
sciliçet sollicitator pro domino suo testis esse non potest, *Alexand. ad Bart. in l. deferre, §. idem decreuerunt, litera E. versic. quid autem in sollicitatore, ff. de iure fisci, Felin. in c. cum à nobis, num. 15. & Ant. de But. num. 13. ad fin. versic. de sollicitatore autem, extra de testibus, Abb. in c. insuper, num. 15. & ibi etiam Dec. nu. 47. & ibidem ad eum addentes, litera C. in verbo, sollicitatore, vbi alios refert, eodem tit. de testib. Aufrer. de reprobat. testium, nu. 89. verbo, sollicitator, Alber. de Malet. in tracta. de testibus, cap. 4. num. 19. Lanfranc. de testibus, num. 88. verbo, sed quæro nunquid sollicitator, Iodoc. in pract. crim. cap. 50. rubr. de reprobatione testium, nu. 11. Campeg. de testibus, reg. 77. Nouell. reg. 216. num. 14. Anchar. consil. 217. incip. ad corroborationem, colum. fin. in princ. versic. contra alium testem, sciliçet Lippum, Alexan. consil. 152. num. 7. Aym. consil. 181. num. 5. Paris. cons. 58. num. 17. lib. 4. Riminald. sen. consil. 289. nu. 17. lib. 2. Grat. consil. 5. inter consilia matrimonialia, num. 7. part. 1. Prosp. Paseth consil. 162. num. 3. Octan. Cacheran. consil. 66. num. 23. lib. 1. Grammat. decis. 73. num. 20. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in causs. ciuil. tit. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo, sollicitator, num. 61. fol. 98. Gabr. tit. de testibus, conclus. 12. num. 1. lib. 1. Ioan. Mar. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, sollicitator, fol. 64. col. 1. versic. penult. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 73. num. 6. Vtu in com. opin. verbo, testis esse non potest aduocatus, versic. similiter sollicitator causæ, Mascard. de prob. lib. 3. conclus. 1317. num. 1. & 2. Hector Æmil. in tract. de testibus, part. 1. verbo, testis affection... habens, num. 18. fol. 107.* Ex quibus hanc regulam communiter * à Dd. receptam esse dubitandum non est. *

AMPLIA I. Hanc † regulam vt non solum qui nunc 245
est sollicitator, sed nec etiam, qui iam fuit, possit testimonium ferre in causa, in qua sollicitauit, *ex allegatis per Lanfranc. de testib. num. 88. versic. sed quæro nunquid sollicitator, Gabr. d. conclus. 12. n. 2. Corra. d. verbo, sollicitator, num. 61. fol. 98. Mascard. de probat. lib. 3. conclu. 1232. num. 7.* vide quæ in simili de aduocato dixi supra, *num. 156. seqq.* & de procuratore, *num. 198. seqq.*

AMPLIA II. Eandem † regulam, vt procedat ne- 246
Testis de vniuersitate nullatenus admittitur, quando alias est inhabilis, & plures patiatur defectus, n.524.

Testis de vniuersitate nunquam admittitur, quando ille idem est procurator ipsius vniuersitatis, n.526.

Testis de vniuersitate non admittitur, quando vel omnes de vniuersitate agunt, vel omnes procuratorem seu syndicum constituerunt, numer.527.& 528. vbi etiam quod causa sit mixta, intentata scilicet nomine vniuersitatis, & singulorum simul.

Testis de vniuersitate non potest esse is, qui sustinet onera litis, expensas, & sumptus subministrat, n.531.

Testis de vniuersitate non admittitur in probando solutionem debiti, n.532.

Testes de vniuersitate non sunt idonei in causis onerum, & gabellarum, n.533.

Testibus de vniuersitate ad fauorem suæ vniuersitatis deponentibus minus creditur, quam aliis contradicentibus, nu.534. Limita, vt n 535.

Testis de vniuersitate, quamuis admittatur ad testificandum pro sua vniuersitate, non est tamen integræ fidei, & omni exceptione maior, & sic vnus non probat semiplene, nec duo probant plene, num.536.& 538. licet alij contra, n.537. Limita, quando ipse testis depo . . . de gestis in capitulo & congregatione, gaudet . . . omni exceptione maior, n.539.

Testis . . . is non sit integræ fidei, eius tamen dic . . . ex depositione aliorum testium fuit digno . . . numero, n.540.seq.licet alij contra, n.542. declara . . . 43.

P* 4 QVÆ-

QVÆSTIO LX. ILLATIO XVII.

450 REGVLA sit † in hac 17. illatione affirmatiua, quod scilicet testis de vniuersitate admittitur ad testificãdum pro sua vniuersitate, *Bal. in c. insuper, nu. 3. & ibi etiam Felyn. num. 1. vers. est etiam regula, vbi affert duas rationes, extr. de testib. Bald. in c. cum nuntius, in 1. not ab. vbi & ipse reddit rationem, & ibi Anton. de Butr. num. 3. Anan. num. 1. in 1. not ab. extra, eodem, Bald. in c. tertio loco, num. 4. vers. item nota, & ibi etiam Dec. num. 45. de probat. Speculat. in tit. de teste, §. 1. numer. 2. vers. sed nunquid in causa vniuersitatis, Ias. in l. dictantibus, num. 4. vers. sic in simili dicimus, C. de testam. Alberic. in l. tantum, §. vniuersitatis, num. 3. & sequentib. ff. de rerum diuisio. vbi bene comprobat & respondet contrariis, Castrens. in d. §. vniuersitatis, num. 3. Salyc. in l. parentes, num. 7. C. de testibus, Casar Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 400. in princip. Bonifac. de Vitalin. in rubr. de testibus, num. 13. Franc. Curt. in tract. de testibus, concluſ. 3. num. 11. Auſrer. de reprobat. testium, num. 91. versic. testes an poßint, Alber. de Malet. de testibus, cap. 4. numer. 71. Crot. de testibus, num. 129. Corrad in pract. §. 2. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo, vniuersitatis, numer. 55. fo. 95. vbi alius relatus testatur de communi, * Marsil. in l. 1. §. * lio seruum municipum, nu. 1. ff. de quæst. vbi, quod ita tenent omnes, Tiraquell. in tract. res inter alios acta, fol. 4. vers. hanc quoq; est, Socin. reg. 408. in princip. vbi etiam de communi, * Menoch. de * arbitr. quæst lib. 2. casu 106. num. 5. vers. adferri etiam solet, Hieron. de Monte de finib. regen. cap. 57. num. 1. & cap. 58. numer. 11. Roland. consil. 72. num. 4. lib. 2. Monticell. in suo repertorio test. verbo, vniuersitatis testes, fol. 69. colum. 1. ver. 1. & colum. 2. ver. 1. & seqq.*

451 AMPLIA I. hanc † regulam, quę simpliciter loquitur in testibus de vniuersitate, vt procedat non solum in testibus vniuersitatis ecclesiasticæ, prout loquitur text. *in d. cap. insuper, extra, de testibus, & ibi præcipuè Felyn. in summario, & num. 1. ver. est etiam regula, Anton. de Butr. in 1. not. ab. ibi, & quilibet de Ecclesia, &c. Anton. de Butr. in cap. cum nuntius, num. 3. extra, eod. Socin. regul. 408. in princip. vbi * de communi, * Viu. in commun opin. verbo, testes de collegio, ver- * sic. interpretatur quoque, vbi etiam de * communi, Hieronym. de Monte de finib. regen. d. cap. 57. num. 1. iunctis aliis, quos infr. referam, nam* vbi de clericis, & num. 460. vbi de canonicis, & num. 463. vbi de mo* chis.*

452 Verum etiam † & in testibus vniuersitatis secularis, & admissos enim pro sua vniuersitate admittendos, & admissos idoneos reputari, affirmat unt Felyn. *in c. insuper, n. 2. ver. sed contrarium, & melius Abb. idem, nu. 2. col. 2. ver. ex qua ratione infertur, & col. 3. ver. sed vbi non adsunt, extr. de testib. Afflict. decis. 400. n. 5. ver. sed istam differentiam, & ibi in addit. per Vrsill. col. 1. ver. quam regulam, Alb. de Malet. de testib. cap. 4. n. 72. vers. hæc ratio, & ver. seq. & vers. in iudicando tamen, Hieron. de Monte de finib. regen. d. q. 57. post num. 1. ad finem, iuncto num. 2.*

453 Et † hinc ciues in testes admittendos pro sua ciuitate, pariter scripserunt Bar. *in l. in tantum, §. vniuersitatis, n. 1. ver. vnde tenet gl. Alber. ibid. n. 3. seqq. iuncto n. 7. vers. nec obstat, quod quis, vbi bene comprobat, & respondet contrariis, Odofr. colum. 2. ver. Hor Signori, ff. de rer. diuis. Bonifac. de Vital. rubric. de testib. n. 13. vers. idem dico de vniuersitate ciuitatis, Menoch. de arb. quæst. lib. 2. casu 106. nu. 5. in fin. & nu. 6. & seqq.* vbi de magis * recepta * sententia, & etiam respondet contrariis rationibus adductis per Petrasan. contratium sentientem, *in sing. 24. post num. 4. & seqq.*

454 Et † licet contrariam, quod imo testes de vniuersitate seculari non probent, nec admittantur ad testificandum pro sua vniuersitate, dixerint * communem, ex Dec. *in c. insuper, n. 6 extr. de test. Plot. de in lit. iuran. §. 4. n. 26. Viu. in commun. opin. verbo, testes de collegio vel vniuersitate, in prin. Villalob. in sua collecta commun opin. lit. S. n. 61.* non per
455 hoc † tamen recedas à proposita ampliatione, quæ ve- * rissima est, & communis, * nec Dec. ex aduerso allegatus per Plot. & Viu. *in d. c. insuper, n. 6.* testatur vllo pacto de communi contraria, sed tantum *in num. 18.* dicit eam communem, non generaliter, sed tantum in casu, in quo commodum spectat ad singulos de vniuersitate, quo casu, *vt mox dicam infr. num. 496.* non solum testis de vniuersitate seculari, sed etiam ecclesiastica, nihil probat pro sua vniuersitate, & ita etiam Villalob. *in d. lister. S. nu. 61.* loquitur, quando seculares viuunt ex redditibus vniuersitatis, & sic, quando commodum spectat ad singulos, vnde circumscripto singulorum commodo, nõ minus admittuntur testes de vniuersitate seculari, quam illi de vniuersitate ecclesiastica.

LIMITA † hanc primam ampliationem, vt etsi testes de vniuersitate seculari admittantur ad testificandum pro sua vniuersitate, non sunt tamen integri, & omni exceptione maiores, *sicut post Io. Andr. Bald. Alber. & Alex. in loc. per eum relatis, bene consutatis contrariis, demon- strat additionator ad Fel. in d. c. insuper, num. 2. lit. A. Card. cons. 102. incip. super facto testamenti, in fin. Anton. de Butr. in c. cum nuntius, n. 3. in fin. extra, de testib. Alber. de Malet. in tract. de test. c. 4. n. 71. in fin. & n. 7. in prin. iuncto ver. mihi autem, & c. vsque ad vers. in iudicando tamen, Marsil. in l. 1. §. seruum municipum, n. 2. ff. de quæst. Camp. de testib. reg. 99 in 3. fall.* 456

Et licet, † quod imo testes de vniuersitate seculari, 457 sint prorsus integri, nedum admittendi, videatur fuisse de mente Felyni, & aliorum allegatorum *supr. n. 452.* Ego † tamen ab hac limitatione nunquam discedendum 458 putatem, quia opinio mea est, vt testes etiam de vniuersitate ecclesiastica non sint integræ fidei, & omni exceptione maiores, *vt dixi infr. num. 536.* Ergo multo minus erunt integri testes de vniuersitate seculari, quib. semper minus creditur, quam testibus de vniuersitate ecclesiastica, *vt bene demonstrat in proposito Hieron. de Monte, de finib. regen. d. q. 57. n. 1. in fin. & n. 2.*

AMPLIA II. propositam † regulam (& illatiue ex 459 præcedenti ampliatione) in clericis, quos ad fauorem suæ Ecclesiæ ad testificandum admitti, probat text *in c. insuper, & ibi gl. post figurationem casus, vers. nota quod cle- ric. in c. insuper, & ibi gl. post figurationem casus, vers. nota quod cle- rici, & in verbo, Ecclesia, vbi adducit alia iura, & ibi etiam Abb. in summario, in 1. not ab. & n. 2.* vbi, quod iura canonica ita communiter * disponunt, *Bald. in summario, Ant. de Butr. * in summario, & num. 4. ver. ex quibus infertur, Dec. n. 3. in 1. no- tab. Anch. in summario, Henric. Boyc. num. 11. Ioan. Andr. num 1. tab. Anch. in summario, Henric. Boyc. num. 11. Ioan. Andr. num 1. Anan. in prin. ver prælatus & clerici, extra, de testibus. idem Bald. in cap. cum nuntius, per illum text. in prin. & ibi gloss. in verbo, re- pellendi, Anton. de Butr. in summario, Anan. numer. 1. Anchar. num. 1. seqq. extra, eod. citul de testib. item text. in c. super pruden- tia, & ibi gloss. in figuratione casus, 14 q. 2. Abb in cap. tertio loco, Alb. de Malet. in tract. de testib. cap. 2. nu. 60. & c. 4. num. 70. Lanfranc. de testib. nu. 64. ver. vnum tamen aduerte, Viu. in com- mun. opin. verbo, testes de collegio, vers. interpretatur quoque, vbi de communi. * Hieron. de Monte in tract. de finib. regend. q. 57. * numer. 1. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, vniuersitatis testes, fol. 71. col. 1. ver 3. & verbo, clericus, fol. 15. colum. 2. ver. 3. & versic. final. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 306. num. 4.* faciunt ad hanc ampliationem, quæ dixi in duabus seqq. ampliationibus.

AMPLIA III. Vt † & idem sit in canonicis, quos 460 in testes induci posse ad fauorem sui capituli, probat *text. in c. super prudentia inductus, vt ibi per gloss. in figuratione casus, 14 q. 2. item in c. cum R. canonicus, & ibi etiam gloss. extr. de offic. delegat. iunctis aliis allegatis per Alb. in l. in tantum, §. vniuersitatis, num. 3. ver. ad confirmationem, ff. de rer. diuision. Henric. Boyc in c. insuper, num. 11. extra, de test. Bald. in cap. tertio loco, num. 3. ad finem, ver. ibi, regularis, id est, monachus, vel ca- nonicus, extra, de probat. Jacob. Ægid. in tract. de testibus, nu. 3. Nell. de test. nu. 2. Franc. Curt. de testib. concl. 4. post num. 15. Au- frer. de reprobat. testium, numer. 14. & num. 91. verbo, testes an poßint esse, in 4. fallen. ver. ad idem facit, Alber. de Malet. in tract. de testib.*

de testib. cap. 5. num. 27. Mascard. de probat. lib. 1. concluſ. 261. n. 6. & nu. 9. Hector Æmil. in tract. de test. verbo, testis, Abb. num. 13.

461 AMPLIA rursus † hanc tertiam ampliationem, vt canonicus non solum possit esse testis in causa sui capituli, sed etiam in causa concanonici, *Ausr. de reprob. test. numer. 13. ver. adde, quod. Alber. de Malet. de testibus, cap. 4. nu- mer. 76.* (vbi tamen hoc declarat non procedere, quando canonici insimul habitarent, *Crot. de testibus, num. 168. Campeg. de test. reg. 99. in 8. fall. Mascar. de probat lib. 1. conclus. 261. n. 7.*

462 LIMITA eandem † tertiam ampliationem, in causa præbendæ ipsius canonici, in qua, cum agatur de proprio & singulari commodo eiusdem canonici, hoc ideo illum non esse idoneum, tradiderunt Abb. *in c. in- super, nu. 7. & ibid. Felyn. n. 6. ad medium, ver. ad idem quod no- tat d. Abb. &c. & post n. 9. vers. & ex hoc pulcrè, extra, de testi- bus, Ausr. de reprobat. testium, nu. 1. ver. ex qua Siculus infert, & n. 91. verbo, testes an poßint, in 4. fallent. vers. ad idem facit, Crot. de testib. nu. 172. in fin. vers. & ex hoc infertur, Viu. in commun. opin. verbo, testes de collegio, ad fin. ver. ex qua Siculus infert, Ma- scard. de probat. lib. 3. conclus. 1357. num. 29. & lib. 1. concl. 3 post num. 17.*

463 AMPLIA IV. principalem † huius illationis regu- lam, etiam in monachis, quos pro suo monasterio idoneos reputari testes, scripserunt Bal. *in c. 3. loco, n. 3. ad fin. vers. ibi, regularis, id est, monachus, & nu. 4. in verbo, fratres, extra, de probat. Odofr. in l. tantum, §. vniuersitatis, col. 2. versic. Hor. Signori, ff. de rer. diuis. Henric. Boyc. in c. insuper, num. 11 de testib. Afflict decis. 400. num. 2. ver. & ideo monachus. Nepos de Monte Albano in tract. de testib. n. 61. & seq. Iacob. Ægid de te- stibus, num. 3. & numer. 12. Nell de test. num. 22. Fran. Curt. de testibus, concl. 4 post num. 15. Alber. de Malet. de testibus, cap. 5. numer. 27. Campeg. de testibus, regul. 94. in 3. fallent. Bonifac. de Vital. rubr. de testibus, num. 13. Mandel. consil. 10. numer. 25.* vbi
464 idem † in monialibus, *Mascard. de probat. concl. 3. numer. 11. & seq. lib. 1. Hector Æmil. de testibus, part. 1. verbo, testu, Abb. num. 16.*

465 AMPLIA V. Et † magis generaliter, in omnibus fratribus conuentualibus, & regularibus, qui pariter pro suo monasterio poterunt testimonium ferre, sic enim de istis præcipue loquitur text. *in d. c. insuper, & ibi notant omnes, extra, de testibus, ac præcipuè idem Abb. num. . . colum. 2. in prin. vers. item aduerte, Felyn. in summario, Dec. post n. 2. ver. & hoc concedatur, & n. 3. in 1. not ab. in c. tertio loco n. 3. in fin. vers. sibi regularis, & n. 4. ver. circa quod dic, Anchar. nu. 3. extra, de probat. Alb de Malet. de testib. c. 5 n. 27. Campeg. de testi- bus, r g. 93.*

466 AMPLIA VI. Idem † in fratribus minoribus, & prædicatoribus, quos etiam pro eorum monasteriis testimonium dicere posse, scripserunt post alios, quos allegant, Franc. Curt. *in tract. de testib concl. 4. n. 15. ver. facit quod notat Bar. &c. Alb. de Malet. de test c. 5. n. 28. iuncto n. 29. Mascar de probat. lib. 1. concl. 3. post num. 12.*

467 Et † insuper eosdem fratres prædicatores posse adhiberi in testes testamento, in quo eorum monasterio aliquid relinquitur, scripserunt Dec. *in c. insuper, n. 21. extra,*
468 *de testib* † vbi etiam idem de fratribus S. Augustini, *Felyn. in cap. tertio loco, num. 3. in fin. ver. vnde infert, & ibidem Bald. num. 4. ver. hac ratione fratres prædicatores, Dec. numer. 18. &*
469 *num. 47. extra, de probat.* Et † quid si in testamento, in quo sunt in testes adhibiti, nihil eis relinquitur, vide *infra, q. 61. n. 126. seqq.*

470 AMPLIA VII. In † testibus de aliquo collegio, qui non repelluntur à testificando pro suo collegio, *Bald. in c. cum nuntius, in 1. not ab. extra, de testib. Specul. in tit. de te- ste, §. 1. n. 22. vers. sed nunquid in causa vniuersitatis, vel col- gij gloss. in l. in tantum, §. vniuersitatis, in verbo, rescripserunt, & ibidem Bartol. ante num. 1. versicul. & inducitur ista text. Alber. vbi sup. seqq. vbi bene comprobat, & respondet contrariis ff. de re-*

*rum diuis. Bald. in c. 3. loco, nu. 3 ad finem, verbo, vniuersitas, vbi ponit differentiam inter collegium & vniuersitatem, & ibi etiam Dec. num. 45. extra, de probat. Salyc. in l parentes, nu. 7. C. de test. Iacob. Butrigar. in tract de testibus, num. 10. Franc. Curt. de test. concl. 3. num. 13. Auſrer. de reprobatione testium, num. 91. versic. testes an poßint, Alberic. de Malet. de test. cap. 4. num. 71. Bonifac. de Vitalin. rubric. de testibus, num. 13. Corrad. in practic. §. secun- do titulo, de testibus, rubric. personas testium aggrediendo, verbo, vniuersitatis testes, numer. 55. fol. 95. vbi aliis relatis testatur de communi * opinione, Monticell. in suo repertorio testium, verbo, * vniuersitatis testes, fol. 69. col. 2. ver. 1. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 318. n. 1.*

AMPLIA VII. Et † multo magis, vt regula procedat in illis de vniuersitate, qui sunt religiosi, & sacerdotes: ij enim eo magis præsumuntur veritatem dicere, & ideo etiam magis ad testificandum admittuntur pro sua vniuersitate, per ea, quæ de vniuersitate ecclesiastica dixi *supr. nu. 451.* & in specie de religiosis loquuti sunt *Dec. in cap. insuper, nu 20. de test. & in c. tertio loco, nu. 46. de probat. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 400 colum. 2. ver. & est opinionis, Nell. de testib. n. 22. Alber. de Malet. de test. cap. 5. nu- mer. 29. Aym. de antiq. temp. part. 4. sect. quid in lib. officialis, post num. 7. Hieron. de Monte de finib. regen. q. 57. num. 1. Viu. in commun. opin. verbo, testes de collegio, ver. interpretatur quoque, vbi de * communi.* 471 *

AMPLIA IX. Etiam † in conuersis, quos pariter 472 pro eorum Ecclesia posse testificari, scripserũt Abb. *in c. insuper, numer. 2. col. 2. ver. item aduerte, extra, de test. Iacob. Ægid. in tract. de test. n. 12. Nell. de test. n 22. Camp de test. regul. 95. Hier. de Monte de finib. regen. q. 57. nu. 1. ver. sive seculares, sive conuersi.*

AMPLIA X. Quia † testes de vniuersitate sunt 473 idonei testes, quando agitur de donatione, vel legato relicto Ecclesiæ, *Bart. in l. in tantum, §. vniuersitatis, nu 1. col. 2. ver. vnde tractatur de donatione. & ibidem Fulgos. num. 3. in fin ff. de rer. diuis. Felyn. in cap. insuper, num. 2. post medium, extra, de test. Bald. in d. cap. insuper, num. 3. ver. vnde si relinquitur aliquid ciuitati, Auſrer. de reprobat. testium, nu. 91. verso, testes an poßint esse. post princ. & in 4 fallen. vers. quibus Felynus addit, Marsil. in l. 1. §. seruus municipum, num. 10. ver. & idem tenet, ff. de quæst. Aym. de antiq. tempor. part. 1. sect. quid in lib. officialis, num. 20. in fin. & num. 21. ver. & hoc modo, Nicol. Fe- stas. in tract. de collect. cap. 1. part. 3. sub num. 24 seqq. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 106. nu. 4. vbi de receptissima * omnium * sententia, & ita etiam testatur Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1414. n. 16.*

LIMITA hanc decimam ampliationem, vt procedat, quando legatum, vel donatio est facta Ecclesiæ, in vtilitatem Ecclesiæ vniuersalem, & non singulorum, prout est, quando pro fabrica, sicut exemplificant Dd. præcitati, secus si in singulorum vtilitatem, vt puta, si legatum vel donatio esset facta ad effectũ faciendi vnam cappam, vel vnam tunicã singulis de vniuersitate: tunc enim illi non sunt idonei testes, cum de eorum proprio commodo & interesse agatur, per ea, quæ generaliter dicam *infr. in 1. princip. limitatione huius regulæ, & in specie sic declarant Salycet. in l. parentes, num. 7. in fin. vers. & exemplum habes in legato dubitando inter eos, Bartol. in l. in tantum, §. vniuersitatis, n. 1. in fin. & ibi etiam Fulgos. n. 3. ff. de rer. diuis. Dec. in cap. insuper, num. 18. extra, de testibus, Auſrer. de reprobatione testium, numer. 91. verbo, testes an poßint esse, in 4. fallent. versi- cul. secus si esset facta donatio, Marsil. in l. 1. §. seruus munici- pum, n. 10. in simili, ver. secus si esset facta donatio, ff. de quæst.*

AMPLIA XI. huius † 17. illationis regulam, vt te- 474 stes de vniuersitate admittantur non solum in subsidium, & vbi veritas aliter haberi non potest, quo casu nullus contradicit eos fore admittendos, *vt ex allegatis per Masc. de prob. lib. 1. concl 3. num. 13. & per Hector Æmil. de testibus, verbo, Abbas, num. 4. fol. 19. part. 1.* sed etiam generaliter, & etiam in casu, in quo per alios veritas haberi possit,

possit, vt per Abb. in cap. insuper, num. 2. ad finem, ver. an autem
* admittantur, vbi, quod ita communiter * sentiunt Dd. in cap. &
fi Christus, de iureiurand. Felyn. in d. cap. insuper, num. 7. in 6. fal-
lent. Christus, de iureiurand. Felyn. in d. cap. insuper, num. 7. in 6. fal-
lent. vbi bene hanc ampliationem comprobat, & respondet con-
trario, Dec. in d. cap. insuper, numer. 28. & in cap. tertio loco, nu-
mer. 48. & ibidem Abb. num. 5. vers. secundo colligitur, extra, de
* probat. qui pariter de communi * Dd. opinione testantur, Auffer.
de reprobat. testium, num. 1. verbo, testes an possint esse, in 5. fallen.
Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 106. num. 8. Io. Mar. Mon-
tic. in suo repertor. test. verbo, vniuersitatis testes, fol. 69. colum. 2.
ver. 2.

475 Contrarium, † quod imo testes de vniuersitate non admittantur ad testificandum pro vniuersitate, nisi in subsidium, & vbi veritas aliter haberi non potest, post glos. Bald. Innoc. & Host. quos allegat, scripsit idem Felyn. in c. cum nuntius, num. 2. extra, de testib. vbi loquitur de clericis pro sua Ecclesia, Dec. in d. c. tertio loco, num. 48. & 49. vbi respondet contrariis, & tenet de veriori opinione, (licet primam dixerit communem,) vt sup. eum retuli, Anton. de But. in d. c. tertio loco, nu. 14. ver. hoc verum, Nepos de Monte Alb. in tract. de testib. num. 61. vers. sanè tamen illud intelligas, Franc. Curt. de testib. conclus. 3. post num. 12. ver. quinimo Speculat. &c. Socin. consil. 17. num. 5. lib. 1. Grammat. consil. 22. num. 10. ver. item accedit, Petr. Gerar. sing. 24. num. 4. seqq. vbi pluribus hanc opinionem comprobat, Beninten. decis. Bononien. 70. num. 8. ad finem, Corrad in pract. §. 2. tit. de testibus. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, vniuersitatis testes, numer. 55. in 2. limita-
tione, fol. 95. Mascard. de probationib. lib. 1. conclusione 318. nu-
mer. 2.

476 In hac † contrarietate Dd. audi quæso Dec. in c. tertio loco, nu. 49. in fin. distinguentem inter clericos seculares, & religiosos, vt in clericis secularibus vera sit prima, & communis opinio, in religiosis autem bene procedat secunda contraria opinio, sed parcat mihi in hoc Dec.

477 quia † de iure multo verius videtur contrarium, cum religiosi sint magis fide digni, quam seculares, vt probauit sup. nu. 471. ergo magis indistincte sunt admittendi ipsi religiosi, quam seculares.

478 Ideo † melius iudicio meo, pro concordia potes dicere, quod vtroq; casu scilicet, tam in subsidium, quam alias, testes de vniuersitate admittantur, secundum primam opinionem, sed quando in subsidium, tunc sunt omni exceptione maiores, vt dixi inf. n. 480. secus si non in subsidium, vt pariter probaui infra, num. 536. Et ista est veritas.

479 AMPLIA XII. Vt † multo magis testes de vniuersitate & collegio admittantur, quando agitur de probando aliquid, quod gestum sit in capitulo, collegio, vel congregatione, tunc enim in subsidium, cum per alios veritas haberi non possit, illi iidem, qui in capitulo, collegio, aut congregatione interuenerunt, in testes sine dubio recipiuntur, & idonei reputantur, ad text. in cap. veniens, il 2. extra, de testib. & in l. consensu, §. penul.
* C. de repud. notant vtrobiq; communiter * Dd. & etiam text. in
cap. super prudentia, ibi, qui eadem negotia tractauerunt, &c. &
ibi gloss. magna, in verbo, tractauerunt, 14. q. 2. & in specie Bart.
in l. in tantum, §. vniuersitatis, num. 1. colum. 2. vers. quid dicen-
dum, & ibidem Alberic. num. 7. Fulgos. num. 1. vbi, quod hoc est
expeditissimè verum, ff. de rerum diuis. Salyc. in l. parentes, nu. 7.
vers. sed dic, secundum Doctores, & ibidem Ioan. Sichar. num. 5.
vers. aut enim inquiunt, C. de testibus, Bald. in d. c. veniens, nu. 9.
Abb. in cap. insuper, num. 2. colum. 2. versic. primo casu, & ibi et-
iam Henric. Boyc. numer. 6. ver. aut quæris de aliis, Dec. num. 14.
& 27. extra, de testibus, Anton. de Butr. in cap. cum nuntius, nu. 3.
ver. dic si quæritur de his, quæ agantur in capitulo, & ibi allegat
iura concordantia, & ibi etiam Ancharan. num. 2. ver. circa hoc,
& Ioan. Andr. post num. 4. extra, eod. tit. de testibus, gloss. in cap.
tertio loco, in verbo, intrati, ver. & merito, & ibi etiam Felyn. nu-
mer. 3. ad medium, Abb. num. 5. Bald. num. 7. Imol. ante num. 1.
vers. nota, quod in gestis per capitulum, Anton. de Butr. num. 5. in
5. notab. Anchar. in 3. notab. Dec. num. 18. & sequentib. extra, de
probat. Feder. Schenck in tract. de testibus, num. 29. Albr. de Ma-
let. de test. cap. 4. numer. 71. versicul. Doctores tamen, vbi, quod
ita communiter * concludunt Doct. tam iuris ciuilis, * quam canonici, Campeg. de test. regul. 99. in 1. fallent. Boni-
fac. de Vitalin. in rubric. de test. numer. 13. ver. & specialiter de
hu, Gerar. singul. 24. numer. 1. in 1. conclus. Plot. de in ist. iuran.
§. 4. numer. 26. ad finem, vbi aliis relatis ampliat hoc pro-
cedere tam in ciuilibus, quam in criminalibus, Afflict.
decis. 400. num. 1. dicendum est, & ibi in addit. per Vrsill. col. 1.
ver. idem videntur, Viu. in commun. opin. verbo, testes de collegio,
ver. interpretatur ista communis, vbi pariter de communi, * & *
loquitur tam in ciuilibus, quam in criminalibus, Me-
noch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 106. num. 1. Monticell. in suo re-
pertorio testium, verbo, vniuersitatis testes. fol. 70. colum. 1. ver. 2.
& col. 2. ver. 4. & fol. 71. colum. 1. ver. 1. Mascard. de probat. lib. 1.
concl. 295. n. 18. & lib. 3 concl. 1378. nu. 35. & concl. 1414. nu. 14.
& faciunt, quæ de teste inhabili generaliter dixi infra, q.
62. num. 50. seqq.

AMPLIA † hanc duodecimam ampliationem, vt 480
isto casu testes de vniuersitate sint omni exceptione maiores, & integræ fidei, & sic admittuntur etiam in casu, in quo testes requiruntur integri, & legales, vt probat text. in d. cap. tertio loco, extra, de probat. vbi probatur, eos admitti ad reprobandum instrumentum, & tamen eo casu requiri testes omni exceptione maiores certum est, vt suo loco dicam, & ita in specie notat Dec. in d. quod forte non haberet locum, iuncto num. 52. Etsi contrarium videantur sensisse Mascard. d. conclus. 1414. numer. 15. & Menoch. d. casu 106. numer. 3. cum allegatis per eos, sed certe Menochius idem, post numer. 8. retinet primam opinionem, etiam in casu non priuilegiato, & vide, quæ in proposito dixi infra generaliter de teste inhabili, q. 62. num. 73.

LIMITA I. eandem † 12. ampliationem, volen- 481
tem, vt testes de vniuersitate eo magis admittantur, quando per alios factum probari non potest, vt proce-
dat, quando factum est tale, vt actu & habitu per alios probari nequeat, secus si actu tantum, & non habitu. sic nempe aliis relatis concordantibus reperio, declarantes in specie, Gerard. d. sing. 24. n. 1. ver. quod limitarem, Menoch. d. casu 106. n. 2. Masc. d. concl. 295. nu. 18. ver. sed istud postremum, & conclus. 1414. nu. 14. & optime faciunt, quæ generaliter de teste inhabili dixi infr. q. 62. n. 62. seqq.

Sed † certe hæc limitatio confunditur ex allegatis 482
supr. nu. 474. vbi probaui, hos testes admitti simpliciter, & generaliter etiam in casu, in quo veritas per alios probari possit. Ideo † pro resolutione eandem limita- 483
tionem intelligas solum, ad hoc, vt dicatur is testis o-
mni exceptione maior: nam nisi simus in actu facto, in quo actu & habitu alij testes non interuenerint, nec in-
teruenire potuerint, nunquam testis de vniuersitate, erit omni exceptione maior, etsi fuerit admissus, vt dixi supr. n. 478. & 480. Et ista est veritas.

LIMITA II. Dictam † 12. ampliationem non pro- 484
cedere, quando agitur de commodo singulorum ipsius vniuersitatis, quia tunc etiam quod tractetur de gestis in capitulo, in quo non nisi capitulares interuenerunt, non tamen ipsi sunt idonei testes, quia tractant de pro-
pria vtilitate, & interesse, & sic in causa propria depo-
nere dicuntur, per ea, quæ generaliter dicam infr. in 1. li-
mit. princip. proposita regulæ, & in specie ita adnotarunt Felyn.
in cap. insuper, num. 6. post medium, ver. ad idem ponderato, &c.
Abb. ibidem, numer. 2. colum. 2. ver. hoc membrum intelligerem;
Dec. numer. 16. extra, de testibus, idem Felyn. in cap. veniens, il 2.
num. 21. vers. secundo limita, extra, eodem, Auffer. de testibus, nu-
mer. 91. verbo, testes an possint esse, in 4. fall. in fin. Mascar. de pro-
bat. lib. 1. conclus. 295. num. 19. & vide, quæ generaliter dixi
supr. num. 59.

SVB-

485 SVBLIMITANDO † istam secundam limitationem, aduerte, quod contra eam fortiter faciunt scripta per Lanfranc de test. num. 73. ver. dubito tamen, & latius per Dec. in d. cap. insuper, post num. 16. & 17. extra, de testibus. Ideo
486 pro resolutione declara, † illam non procedere, quando agitur de probando aliquod factum, in quo non nisi capitulares interuenire possunt, prout est electio, aut quid simile: tunc enim testes de capitulo admittuntur, etiam quod de eorum proprio commodo agatur, vt per Felyn. qui in specie hanc ponit declarationem, in d. cap. venient. n. 21. ver. & pro. edere absq; dubio, & faciunt Dd. allegati supr. hic ead. q. n. 58.

487 AMPLIA XIII. Propositam † regulam in probatione confinium, in qua testes de vniuersitate ad testificandum admitti, scripserunt Ruyn. cons. vlt. num. 16. lib. 4. Ripa in l. 1. § fin autem collegium, num. 2. ff. ad Treb. quos in proposito referendo sequitur Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 106. n. 5. Nicol. Festa. in tract. de collect. part. 3. c. 1. sub num. 24. seqq.

488 AMPLIA XIV. Vt † sicut testis de vniuersitate, admittitur pro ipsa vniuersitate, ita etiam admittatur contra vniuersitatem, Spec. in tit. de teste, §. 1 nu. 22 ver. sed & contra ipsam vniuersitatem, Iacob. Butrigar. in tract. 1. de testibus, n. 4. Alber. de Malet. de testibus, cap. 4 num. 7. versic. idem tenuit, Campeg. de testibus, regul 99. in 10. & in 12. fall. & rursus in 7. fall. vbi idem contra alium de vniuersitate, de quo etiam per Menoch. de arb. quæst. lib. 2. d. casu 106. & n. 18. & 19. Sed an
489 isto † casu possit inuitus cogi ad testificandum, ista est materia, c. cum nuntius, extra, de testib. & dicam in spe. te infra, q. 61. n. 94.

490 AMPLIA XV. Vt † ad fauorem vniuersitatis admittantur testes de vniuersitate, etiam quod agatur de reprobatione instrumenti, prout probat text. in cap. tertio loco inductus, vt per gl. ibi, in figuratione casus, Fel. in sum-
mario, Abb. ante num. 1. vers. singulares de vniuersitate. extra, de probat. Ferran. Gargiar. inter consil. Arim. in diuers. consil. 126. n. 13. lib. 1.

491 AMPLIA I. Hanc † 15. ampliationem, vt isto casu testes de vniuersitate reprobent instrumẽtum, nedum præsumptiue, sed etiam vere, vt per Ioan. Andr. in d. cap. ter-
tio loco, num. 5. & per Felyn. num. 7. qui reprobat in hoc Innocen. ibi contrarium tenentem, in verbo, vnanimis, etsi Inno. ceterum sequi etiam videatur Abb. ibi, n. 4. vers. quo casu dixit hic Inno-
cen. sed ab ampliatione non recedas.

492 AMPLIA II. Eandem † 15. ampliationem, vt ad reprobandum instrumentum sufficiant duo vel tres testes de capitulo sic contra instrumentum deponentes, dum de gestis in capitulo testificantur, non autem est necesse, vt omnes de capitulo, vel duæ ex tribus partes desuper examinentur, (prout non bene opinatus est Abb. in cap. tertio loco, num. 4. ver. ego pono intellectum.) Sic enim re-
probato Abb. eo loci hanc ampliationem ibid. defendit Felyn. num. 7. ante medium, nec dissentit Dec. nu. 32. ver. in
g. off prima, & numer. 33. vsque ad numerum 36. vbi licet late videatur defendere opinionem Abbatis, tamen in nu-
mer. 35. versic. secundo principaliter, ab ampliatione non di-
scedit, dummodo testes deponant sub quadam forma, de qua ibi per eum.

493 LIMITA † hanc decimamquintam ampliationem, vt procedat, quando testes de vniuersitate reprobantes instrumentum, deponunt de gestis in capitulo, prout lo-
quitur text. in d. c. tertio loco, secus si deponant de aliis ge-
stis extra capitulum. Primo enim casu sunt omni exce-
ptione maiores, vt dixi sup. n. 480. Secundo autem non, vt infr. n. 536. Ideo pariter primo casu reprobant instru-
mentum: secundo autem non reprobant, vt per gl. in d. c.
tertio loco, in verbo, iurati, ver. & merito, &c. & ibid. Abb. post
num. 5. Ant. de But. n. 13. Felyn. nu. 3 ver. in text. ubi fratres, &c.
Dec. n. 18. vers. sed aduertendum est, & nu. 32 vers. & isti testes,
& sum. 51. seq.

AMPLIA XVI. In † probatione consuetudinis 494
non soluendi decimas, vel gabellas, in qua ad huc-
rem vniuersitatis illos de vniuersitate admitti, affirma-
runt Felyn. in cap. insuper, in fin. extra, de testib. Franc. Curt. in
tract. de test. concl. 4. n. 14. ad fin. Tiraq. res inter alios acta. fol. 4.
ver. hinc postremo, vbi alios refert, Masc. de prob. lib. 3. concl. 1357.
num. 60.

LIMITA I. Et † principaliter propositam huius 495
decimæsextæ illationis regulam, vt procedat in iis, quæ respiciunt commodum & vtilitatem vniuersitatis, non autem singulorum, in quibus singuli de vniuersi-
tate ad testificandum admittuntur, vt in regula di-
ctum est. Et in specie sic affirmarunt Felyn. in d. cap. insuper, nu-
mer. 6. versic. secus si effectus vtilitatis, & ibi etiam Abb. numer. 2.
column. 2. ver. si vero non singulariter, Dec. numer. 19. Henric.
Boyc. num. 13. extra, de testibus, Anan. in cap. cum nuntius, nume-
ro 2. in fin. ver. secus si commodum applicetur solum vniuersitati,
& ibi etiam Ioan. Andr. num. 4. vers. si vero non singularibus,
& ibi in addit. litera B, vbi ponit exemplum, quando agi-
tur de re spectante ad vniuersitatem in proprietate &
vtilitate, Anton. de Butr. num. 3. versic. si agitur de testimonio,
Ancharan numer. 2. ver. aut ex illo actu, eodem titul. de testibus,
extra, Felyn. in cap. tertio loco, numero 3. in fin. ver. & per istum
textum, extra, de probat. Bald. in l. in tantum, §. vniuersitatis,
numero 1. colum. 2 ver. quædam sunt, quæ possunt, Bald. ibidem
in prima lectura, in princip. Alber. numer. 7. ver. aut agitur de his,
Odofred. colum 2. ver. & consueui ita distinguere, Fulgos. nume-
ro 2. ver. idem in his, quæ aguntur, ff. de rerum diuis. Salycet. in l.
parentes, num. 7. ver. aut de his, quæ aguntur, & ibidem Ioan. Si-
chard. num. 5. ver. aut illa controuersia, C. de testibus, Angel. in l.
omnibus, num. 2. in fine, ver. aut tunc quæstio respicit vniuersita-
tem, & non singulos, C. eodem, Roman. consilio 508. num. 5. ver.
quoad secundum, & ibi Mandos. in addit. litera C. plures alios
refert concordantes, Afflict. decis. 400. num. 2. ver. quædam sunt,
Francisc. Curt. in tractat. de testibus, conclus. 3. numero 11. Au-
ffer. de reprobat. testium, numer. 91. verbo, testes an possint esse, in
4. fallent. ver. secus si affectus vtilitatis, Alber de Malet. de testi-
bus, cap. 4 num. 7. versi autem sint, Lanfranc. de test. numer. 73.
versicul. si autem illud, Campeg. de testibus, regul. 99. in 2 fallent.
vbi, quod ita omnes * Doctores concludunt, Couarruu. practic. *
quæst. cap. 18. num. 14. ver. & eadem probat. &c. Capic. decisio-
ne 112. numer. 4. seq. Ruyn. consil. 72. numero 4. lib. 2. Aym. de
antiq. temper. part. 1 sect. quid in libro officialis, numer. 17. Ber-
tazzol. consil. 45. numer. 17. Menoch. de arbitr. quæst. casu 106.
num. 4 vbi de receptissima omnium sententia, & numero 5. &
sequentib. vbi respondet contrariis adductis post Arcon. Instit. de
rerum diuis. in princip. per Gerard. singul. 24. num. 4 seqq. Hie-
ron. de Monte, de finibus regen. quæst. 58. num. 2. 6. 7. & 9. vbi et-
iam de communi, Mascard. de probationib. lib. 3. conclus. 1414.
numer. 1. ver. secus autem esset, vbi de communi * & receptis- *
sima opinione, Nicol. Festa. sunt tractat. de collect. part. 3. cap. 1. sub
numer. 24. seqq. vbi etiam de communi, & eam à contrariis de-
fendit.

Secus † in iis, quæ singulorum commodum & vtili- 496
tatem respiciunt, in quibus eosdem singulos de vniuer-
sitate ad testificandum non admitti, in specie voluc-
runt Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in titul. de teste, §. 1 nu-
mer. 22 litera H, in verbo, ciuili causa, ad finem, Bartol. in l. in
tantum, §. vniuersitatis, numer. 1. co. umn. 2. ver. aut non spectat
principaliter, & ibid. Bald. in 1. & 2. lect. Alb. num. 7 versicul. aut
causa vniuersitatis, Odofr. col. 2. in fin. ver. est aliqua causa vni-
uersitatis, Fulgos. numer 2 versicul. vbi autem commodum, ff. de
rerum diuis. Salycet. in l. parentes, numer. 7. versicul. aut illa sunt
vniuersitatis, & ibi etiam Ioan. Sichard. num. 5. versicul. aut quæ-
ris de his, C. de testibus, Angel. in l. omnibus num. 2. versicul. aut
respicit singulos, C. eodem, Felyn. in cap. cum à nobis num. 5. in 4.
fallen. in princip. & latius, numer. 6. in 5 fallent. vbi late infert,
comprobat & exornat, & præsertim in versic. ad idem ponderat.
&c. & versicul. est verum, &c. vbi respondet rationibus Abba-
tu contrarium sentientis, extra, de testibus, Bald. in cap. insuper,
num,

num.3.versicul.quod verum est, nisi singuli sperent commodum, & ibi etiam Abb. numero 2. columna 2. ad medium, versicul. si
* vero quaritur, Dec numero 18. vbi, quod communis * opinio est contra Abbatem contrarium sentientem, Ancharan. numero 5. Henric. Boyc. numero 12. ver. quia agitur, Anan. numero 4. extr. eodem, idem Bald. in cap. cum nuntius, in princip. ver. posset tamen per accidens, & ibi etiam Anton. de Butr. numero 3. ver. si de iis, quæ extra capitulum aguntur, Ancharan. numero 2. ver. aut loquimur de his, Ioan. Andr. post num. 4. ver. si vero quæratur, & ibi in addit. litera B. vbi ponit exemplum generale, quando proprietas est vniuersitatis, sed vtilitas singulorum, Anan. numero 1. ver. quod intellige verum, eodem titul. de testib. extra, Roman. consilio 7. numero 4. & consilio 508. numero 5. ver. quoad secundum, & ibi Mandos. in addit. litera C. vbi alios refert Afflict. decis. 400. numero 5. versicul. aut illud negotium, & ibidem Vrsill. in addit. colum. 1. in fin. ver. quam regulam sic ampliatam, Aufrer. de reprobatione testium, numero 1. verbo, testes an possint esse, in 4. fallent. Alber. de Malet de testibus, cap. 4. numero 71. ver. si vero sint alia, Lanfranc. de test. nu-
* mero 3. vbi de * communi, Crot. de testibus, numero 131. Campeg. regul. 99. in 2. fallent. vbi, quod ita omnes Dd. concludunt, Coarruu. practic. quæst. cap. 18. numero 4. versicul. quibus suffragatur, vbi, quod ita omnium consensu diffinitum est, Capic. decis. 152. num. 4. & seqq. Beninten. decis. Bononien. 70. num. 7. Aym. de antiq. tempor. part. 1. sect. qui in libro officiali, num. 19. Corrad. in practic §. 2. de test. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, vniuersitatis testes, numero 55. in 1. limitatione, folio 95. vbi etiam de communi, Hieron. de Mon. de finibus regen. quæst. 58. numer. 2. ver. aut quæstio est, & numer. 10. vbi ex Marsil. in l. 1. §. seruus municipum, numero 10. de quæst. ita dicit
* omnes Dd. tenere, Roland. consilio 72. numero 13 seqq. lib. 2. vbi aliis relatis testatur de communi, * Octau. in Osasc. decis. Pedemont. 99. numer. 39. Ioan. Marian. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, vniuersitatis testes. folio 69. colum. 1. ver. 1. & colum. 2. ver. 1. & versicul final. Nicol. Festas. in tractat. de collect. part. 3. cap. 1. numero 24. & seqq. Bertazzol. consilio 178. numero 10 5. lib. 1. vbi alios refert, & testatur de * communi, Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. d. casu 106. numero 13 seqq. vbi respondet contrariis, Mascard. de probationib. lib. 1. conclus 318. numer. 3. vbi alios plures refert concordantes, & lib. 3. conclus. 1414. num. 10.
* vbi testatur de communi, * & receptissima Doctorum sententia, quam etiam sequuta est Rota Romana coram Domino Cæsare de Grassis, decis. 16. in manuscriptis, in impressis autem 85. numero 3. Et sine dubio hæc limitatio, sicut verissima est, ita etia. & magis communiter * à Dd. recepta est: et-
497 si contrarium † suaderi videatur ex traditis per eundem Abb. in d. cap. insuper, numero 2. colum. 2. ad finem, versicul. primum membrum distinctionis, & per Gerard. singul. 24. in fine, versicul. tertia conclusio, & per Campeg. in d. regul. 99. in secunda fallent. versicul. contrarium tamen, & in vndecima fallent.

498 Sed † quo casu dicatur respicere, vel non respicere singulorum vtilitatem, vide generaliter text. in l. ciuitatibus. in princip. ff. de log. 1. remissiuè, per Bar. in l. in tantum, §. vniuersitatis, numer. 1. in fin. ver. & quæ dicatur, Alber. ibidem, num. 7. ver. & quod aliquid sit, ff. de rerum diuis. Felyn. & Dd. in cap. eam te, extra, de rescriptis, & facias infrascriptas conclusiones.

499 Prima † sit conclusio, & ea quidem generalis, quod causa dicitur spectare ad vniuersitatem, & non ad singulos: quando agitur de re, cuius proprietas & etiam vtilitas est ipsius vniuersitatis: si vero proprietas sit vniuersitatis, vtilitas vero singulorum, & tunc causa dicitur spectare ad singulos, non autem ad vniuersitatem, ita declarat Io. Andr. in c. cum nuntius, n. 4. ver. si vero non singularibus, & ibi addit lit. B. extra, de testib. Anchar. in c. insuper, nu. 5. extr. eod. vbi pariter dicit causam ad singulos spectare, & non ad vniuersitatem, quando agitur de possessione, cuius fructus in singulos distribuitur, Angel. in l. omnibus, num. 2. in fin. ver. aut tunc quæstio respicit vniuersitatem, & non singulos, C. de testibus. vbi contra tunc causam ad vniuersitatem, & non ad singulos spectare affirmat, quando agitur de re, cuius emolumentum ponitur in arca Communis, & non singulorum.

Secunda † sit conclusio, quod causa dicitur spectare ad vniuersitatem, & non ad singulos, quando agitur de molendino, cuius introitus & fructus ad vniuersitatem pertinet, etsi commoditas molendini ad singulos referatur, Angel in d. l. omnibus, numer. 2. in fine, ver. aut tunc quæstio respicit vniuersitatem, & non singulos, C. de test. Alb. in l. in tantum, §. vniuersitatis, num. 6. versicul. aut est cauere, ff. de rerum diuis. Hieron. de Monte de finib. regen. quæst. 58. num. 9.

Tertia † sit conclusio, quod causa dicitur spectare ad singulos, & non ad vniuersitatem, quando agitur de nemore, vel de pascuis, in quibus singuli de vniuersitate ligna incidunt, vel oues, ac sua animalia pascenda tenent, vel quando eorum ius pascendi & lignandi per vniuersitatem venditur, & pretium in arca communi reponitur, Iac. de Sancto Georgio in l. nullus. num. 8. vers. deinde si esset quæstio. ff. de testibus. Felyn. in cap. insuper. num. 2. ad medium. & nu. 6. vers. secus si effectus vtilitatis. extra de testibus. Afflict. decis. 400. post numer. 6. vers. vel est quæstio de nemore, cuius fructus venduntur, ibidem Felyn. in capit. 3. num. 3. in fine. vers. & idem si est quæstio de nemore, & ibi originaliter Bal. numer. 4. versicul. vel est quæstio de nemore. extra de probation. idem Bal. in l. parentes, num. 4. in princip. de testibus. Aufr. de reprobatione testium, numer. 91. verbo, testes an possint esse, post princip. & in 4. fallent. vers. secus si effectus. Marsil. in l. 1. §. municipum, numer. 10. post medium. ff. de quæstion. Couarru. in pract. quæst. capit. 18. num. 4. vers. qua ratione. Hieronymus de Monte de finibus regen. quæst. 58. numer. 8. Vbi
503 idem, † quando pro iure lignandi soluitur datium, vel merces, de quo etiam per Capic. decis. 152. numer. 6. Socinus regul. 408. in 6. fallent. in fin. Rolan. consil. 72. numer. 15. libr.
* 2. Et hæc conclusio sine dubio etiam communiter * à Doctoribus recepta est.

504 Qvinta Sit † conclusio, quod pariter causa dicitur spectare ad singulos de vniuersitate, & collegio, quando agitur de prælio & vinea, ex cuius fructibus singuli de vniuersitate & collegio viuunt, & alluntur, Felyn. in c. insuper, nu. 5. extra de testib. Bal. in cap. cum nuncius, ante nu. 1. extra eodem. Aufr. de reprobationes testium, num. 91. verbo, testes an possint esse, in 3 fall. Marsil. in l. 1. §. seruus municipum, nu. 8. ff. de quæst.

505 Sexta Sit † conclusio, quod etiam causa dicitur spectare ad singulos de vniuersitate, quando agitur de lite, in qua, si vniuersitas succumberet, esset in singulos imponenda collecta, Angel. in l. omnibus. numer. 2. vers. aut respicit singulos. C. de testib. Iac. de Sancto Georgio in l. nullus, numer. 8. vers. concludite. ff. eodem. Felyn. in cap. insuper, numer. 6. vers. vel si est causa. & ibi Bal. nu. 3. vers. & in hoc exemplo. Afflict. decisio. 400. post numer. 6. vers. & ideo dicebat Bal. Alber. in l. in tantum. §. vniuersitatis, numer. 6. versicul. quod dicemus. ff. de rerum diuision. Idem Bal. in capit. 3. loco, numer. 4. versicul. aut testes possint, extra de probat. Aufrer. de testibus, numer. 91. verbo, testes an possint esse, in 4 fallen. vers. sed si est causa. Marsil. in l. 1. §. seruus municipum, numer. 10. ad fin. ff. de quæst. Nicol. Festas. in tractat. de collect. part. 3. sub numer. 24. sequentib. capit. 1. Rolan. consil. 2. post numer. 3. lib. 2. Bertazzol. consil. 178. num. 5. libr. 1. vbi de communi. * Menoch. de arbit.
* quæst. libr. 2. casu 106. nu. 15. Mascard. concl. 1414. nu. 5. & 6. lib. 3. Et si aliqui alii ibidem relati, nu. 7. contrarium dixerint, vide ad materiam huius sextæ conclusionis infra in 7. & 8. concl.

506 Septima Sit † conclusio præcedenti contraria, quod causa nõ ad singulos, sed ad vniuersitatem spectare dicitur, quando agitur de lite, in qua etiam, quod vniuersitas succumberet, non esset imponenda collecta, vt per omnes Dd. in præcedenti conclusione allegatos, & in specie per Baldum in capit. insuper, numer. 4. versicul. sed si hoc non timent, extra de testibus. Alber. in l. in tantum. §. vniuersitatis, numer. 6. versicul. aut est causa. ff. de rerum diuis. Bald. in capit. tertio loco, numer. 4. versicul. aut non oportet ponere mandatum ad marsupium, extra de probat. Aufrer. de reprobatione testium, num. 91. verbo, testes an possint esse, in 4 fallent. reprobatis. secus dicit ipse. Marsil. in l. 1. §. seruus municipum, nu. 10. ff. de quæst.

507 Octava Sit † conclusio præcedentium duarum cõclusionum declaratiua, quod quando incertum sit, an ex succumbentia in lite sit singulis imponenda collecta, nec ne, tunc causa non dicitur spectare ad singulos, & sic præposita sexta conclusio procedit solum, quando est certum, collectam imponi, secus si hoc sit dubium, & sic præcedens septima conclusio procedit etiam, quod incertum sit, collectam fore, vel non fore imponendam, vt per Alb. in dict. l. in tantum. §. vniuersitatis.

num. 7. in fin. ff. de rerum diuis. Aymon de antiquit. tempor. post Iac. Butrig. Alex. quos allegat part. 2. sest quid in libro officialis, num. 22. Rolan. cons. 72. num. 4. vers. pro cuius sententia, lib. 2. casu 106. numer. 15. ad fin. Mascar. de probat. libr. 3 conclus. 1414. num. 8.

Limita II. Et † principaliter propositam regulam 508
non procedere in causa criminali, in qua testem de vniuersitate non admitti scripserunt Abbas in cap. insuper, num. 2. colum. 2. vers. veruntamen. & colum. 3. & numer. 3. & ibi etiam Felyn. numer. 104. vbi adducit iura, & rationes, Henric. Boyc. numer. 16. Dec. numer. 29. extra de testibus. Innocentius in capit. cum nuncius, versic. secus in criminali, extra eodem. Bald. in l. in tantum, §. vniuersitatis, in 1. & 2. lectura, ff. de rerum diuision. Francisc. Curt. in tractat. de testibus, conclusion. 3. numer. 13. Aufrer. de reprobat. test. numer. 91. verbo, testes an possint esse, vers. fallit 2. Bertazzol. cons. 169. numer. 6. & 7. lib. 1. Menoch. de arbit. quæst. libr. 2. casu 106. num. 17. vbi de communi. * Mascar. de probat. lib. 1 conclus. 295. num. 14. & * lib. 3. concl. 1414. nu. 9.

Ampliа Hanc † secundam limitationem, vt in 509
criminalibus nec ad defensam testis de vniuersitate pro vniuersitate admittatur, vt per Felyn. in c. insuper, n. 4. vers. & maxime. & ibid. Abb. nu. 3. eodem vers. maxime. Aufrer. de reprob. test. nu. 91. verbo, testes an possint esse, vers. fallit secundo. Marsil. in l. 2. §. seruus municipum, num. 4. ff. de quæst. Conrad. in pract. §. 2. tit. de testib. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, vniuersitatis testes, fol. 95. num. 55. in 5. limitat. Menoch. de arbit. quæst. libr. 2. d. casu 106. num. 17. vers. id quod fortius procedit, quando tota vniuersitas deliquisset. Ex quibus facile
dici potest, hanc limitationem communiter * à Dd. * 510
fuisse receptam: etsi † contrarium consulendo tenuerit Bertaz. cons. 45. nu. 19. libr. 1.

Limita III. Eandem † regulam, vt in criminalibus 511
testis de vniuersitate non admittatur ad fauorem alterius cuiusdam vniuersitatis contra alium extraneum accusatum, vt per Felyn. in capit. insuper, num. 4. vers. cul. & circa hanc fallentiam. Abb. ibidem, etiam num. 4. vers. in criminalibus vero, extra de testibus. Anton. de Butr. in capit. cum nuncius, num 4. versic. sed si de vniuersitate. Anchar. ibidem numer. 3. vers. si autem accusauit. Ioann. Andr. num. 4. vers. sed cum quis, extra eod. Specul. in titul. de teste. §. 1. num. 22. in fine. Aufr. de reprob. test. numer. 91. verbo, testes an possint esse, sub 2. fallen. vers. quod secundum Felynum. Alb. de Malet. de testib. capit. 4. num. 73. vers. sed si aliquis. Campeg. reg. 99. in 9. fallen. Marsil. in l. 1 §. seruus municipum, numer. 5. ff. de quæst. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 106. num. 17. vbi de communi, * Monti- *
cell. in suo repertorio testium, verbo, vniuersitatis testes, fol. 69. colum. 2. vers. 5. Bertazzol. cons. 259. num. 7. libr. 2. vbi in specie de compatriota, de quo particulariter dixi supra qu. 55. nu. 252.

Svblimita I. Hanc † tertiam limitationem, vt 512
non procedat ad defensam, nam vnus de vniuersitate potest ad defensionem alterius de vniuersitate examinari, vt per Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 106. numer. 21. Mascar. de probat. libr. 3 conclus. 1414. num. 13. Etsi † con- 513
trarium affirmasse videatur Anton. de Butr. in cap. cum nuncius, num. 4. vers. sed si de vniuersitate, extra de testibus. Sed
pro † concordia potes dicere, quod prima opinio pro- 514
cedit, quando vniuersitas est magna, secunda autem, quando est parua, per ea, quæ generaliter dixi infra numer. 518.

Svblimita II. In † defectu aliorum testium, & 515
in subsidium, vbi aliter veritas haberi non potest: tunc enim vnus de vniuersitate non prohiberur ad fauorem alterius de vniuersitate testimonium ferre contra extraneum accusatum, Abb. in dict. cap. insuper, numer. 4. post vers. in criminalibus vero, extra de testibus. Anton. de Butr. in dict. capitul. cum nuncius, numer. 4. ad finem, & ibi etiam Ancharan. numer. 3. versicul. in defectum nisi. Ioannes Andr. numero 4. ante fin. eodem titul. de testibus, extra. Speculat.

intelligo de teste, §. 1. num. 22. vers. quod intellige, iuncto versicul. nisi in defectum, &c. Aufrer. de reprobatione testium, numer. 91. verbo, testes an possint esse, sub 2. fallent. vers. nisi in defectu aliorum, Alb. de Malet. de testibus, cap. 4. post numer. 73. Campeg. de testibus, reg. 99. in 6 fall. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 295. sub nu. 15.

516 SVBLIMITA III. Quando † accusator non extraneus, sed alius de eadem vniuersitate, nam tũc propter parem affectionem testis eiusdem vniuersitatis, cuius est accusator, non prohibetur esse testis, *vt per gl. in cap. super prudentia, in verbo, Stephani, in princip. 14. quæst. 2. Felyn. in cap. insuper, num. 4. versic. secundo nota, & ibidem Abb. a num. 4. vers. hæc procedunt, quando, Dec. numer. 31. extra de testibus, Aufrer. vbi supra sub dict. 2. fallent. vers. verum supra dicta fallentia, Campeg. de testibus, regul. 99. in 5. fallent. Marsil. in l. 1. §. seruus municipum, num. 6. ff. de quæst. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, vniuersitatis testes, fol. 69. column. 2. vers. antepenult. & fol. 70. colum. 1. vers. 1. Mascard. de probat. libr. 1. conclus. 295. sub num. 15. & libr. 3. concl. 1414. num. 10.*

517 SVBLIMITA IV. (Et illatiue ex † præcedenti sublimitatione) vt propterea testis de vniuersitate admittatur contra suum prælatum accusatum ab ipsa vniuersitate, *vt per gloss. in capit. super prudentia, in verbo, Stephani, vers. sicut etiam potest, 14. quæst. 2. per text. in cap. latior, 2. qu. 7. Abbas in cap. insuper, numer. 4. in fine. versicul. hinc dicunt Doctores Henric. Boyc. ibidem num. 16. vers. fallit quando, extra de testibus, Anton. de Butr. in cap. cum nuncius, numer. 4. vers. dic, quod si accusatus prælatus, vbi adducit alia iura, Ancharan. ibidem, num 3. Innocent. in fine, Ioan. Andr. num. 4. vers. in criminali accusato prælato, extra eod. Speculat. in tit. de teste. §. 1. numer. 22. vers. puta accusatio prælati, & vers. si prælatus accusatur, Paulus de Castr. in l. instantum. §. vniuersitatis, in prin. vers. item dico Innocent. ff. de rerum diuis. Alber. de Malet. in tract. de testib. c. 2. n. 63. & c. 4. post nu. 73. Campeg. de testib. reg. 99. in 9. fallen.*

518 SVBLIMITA V. Dictam † tertiam principalem limitationem, vt procedat, quando vniuersitas est magna; secus si parua, *vt per Abb. in capit. insuper, numer. 4. versicul. sed restringenda est eorum opinio, & ibi Felyn. numer. 4. in fine, vers. tertio nota, extra de testib. Anton. de Butr. in capit. cum nuncius, numer. 4. ad fin. Ancharan. ibidem, num. 3. versicul. quod est verum, Ioann. Andr. numer. 4. in fine, versic. vnde nimis large, Ioann. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de teste. §. 1. numer. 22. litera N. verbo, ciuili causa, in vlt. verb. Aufrer. de reprobatione testium, numer. 91. verbo, testes an possint esse, in 2. fallent. ad finem, versicul. sed nihilominus, Alber. de Malet. de testibus. capit. 4. numer. 73. ante medium, & versicul. & hæc opinio.* vbi † quod hęc opinio est æquissima, etiam in causa ciuili, *quod & idem voluit Campeg. de testibus, regul. 99. in 4. & 6. fallent. Marsil. in l. 1. §. seruus municipum, num. 7. ff. de quæst. Menoch. de arbitr. quæst. libr. 2. casu 106. numer. 20. Mascard. de probat. libr. 1. conclus. 295. numer. 15. sequ. vbi alios refert, & lib. 3. conclus. 1414. num. 12.* Et ab hac distinctione, quæ, vt vides, communiter * recepta est, non recedendum vllo pacto putaui, etli contra eam senserit Dec. *in d. c. insuper, nu. 30.*

520 SVBLIMITA VI. Eandem † tertiam limitationem, vt procedat, prout loquitur in criminalibus, vnde secus in ciuilibus, in quibus vnus de vniuersitate non prohibetur alterum eiusdem vniuersitatis inducere in testem contra extraneum, *vt per gloss. in capit. super prudentia, in verbo, Stephani, in vers. sed nunquid, 14. quæstione 2. Abbas in dict. capit. insuper, numer. 4. extra de testibus,* vbi tamen quod alio casu plus, & minus creditur testi, secundum quantitatem affectionis & familiaritatis.

521 LIMITA IV. Principalem † eiusdem decimæ septimæ illationis regulam non procedere in causa ciuili, ardua, & magna, quæ cum æquiparetur criminali, hoc ideo, sicut in criminali causa testis de vniuersitate non admittitur, ita etiam non admittitur in tali ciuili, & ardua causa, *sicut scripserunt Felyn. in capit. insuper, numer. 5. ad fin. extra de testibus, Marsil. in l. 1. §. seruus municipum, num. 8. in fine. ff. de quæst. Franciscus Curt. de testibus, conclus. 3. num. 13. Aufrer. de testibus, num. 91. verbo, testes, an possint esse, sub 3. fallent. in fin. Crot. de testibus, num. 130. Vrsil. in addit. ad Afflictum, decision. 400. column. 2. vers. nisi tractaretur de causa ardua, iunctis aliis, quos infra referam in sequenti limitatione.*

522 LIMITA V. Vt † nec testes de vniuersitate ad fauorem vniuersitatis admittantur, quando esset magna affectio ob annexum commodum, vt puta, quia ageretur de magno honore, vel de aliqua iurisdictione, aut etiam toto statu ipsius vniuersitatis, per ea, *quæ generaliter dixi in præcedenti limitatione, & in specie sic affirmarunt Felyn. in capit. insuper, post numer. 5. extra de testibus, Bald. in capit. cum nuncius, ante numer. 1. versic. idem si esset quæstio, extra eodem, Vrsil. in addit. ad Afflict. decis. 400. column. 2. versicul. nisi tractaretur, Franciscus Curt. in tractat. de testibus, conclus. 3. num. 13. versicul. idem in causa magni honoris, Aufrer. de reprobatione testium, numer. 91. verbo, testes an possint esse. sub 3. fallent. versicul. idem dicit Socinus, regul. 408. in 3. fallent. Marsil. in l. 1. §. seruus municipum, post numer. 8. versicul. & idem dicit. ff. de quæst. Conrad. in practic. §. 2. titul. de testibus, rubric. personas testium aggrediendo, verbo, vniuersitatis testes, numer. 55. in 6. limitatione, fol. 95. Menoch. de arbitr. quæst. dicto casu 106. numer. 11.* † *vbi tamen post Bald. Couarru. quos allegat, hoc totum iudicis arbitrio relinquit, quod & idem affirmauit Mascard. dicta conclusione 1414. num. 18. sequ. Nicol. in tractat. de collect. part. 3. cap. 1. sub numer. 27. in fin. vers. nisi saluando dicas.*

524 LIMITA VI. In † teste illo de vniuersitate, qui vltra id, quod sit de vniuersitate, patiatur aliquem alium defectum, vt puta, quod sit infamis, excommunicatus, vel alias inhabilis: tunc non admittitur, *vt est tex. in d. cap. cum nuncius, & ibi hoc notant Ioann. Andr. numer. 2. Anan. † num. 1. vers. dummodo alias sit idoneus, iuncto num. 3.* 525 *Anton. de Butr. num. 2. extra de testibus, & in teste salariato ab ipsa vniuersitate nullatenus admittendo, loquitur Menoch. de arbitr. quæst. libr. 2. d. casu 106. num. 12. ex Dec. quem allegat in consil. 94. num. 2.*

526 LIMITA VII. Quando † testis de vniuersitate est etiam procurator ipsius vniuersitatis: nam tunc nullatenus admittitur, per ea, quæ generaliter dixi in præcedenti limitatione, faciunt in simili, quod dixi de Prælato *infra numer. 568.* & in specie probat tex. *in dicto capit. insuper, extra de testibus,* in illis verbis: *'Dummodo vnus ex vobis, vel duo ad agendum & respondendum instituantur, quorum testimonium in causis, in quibus actores, vel respondentes sunt instituti, non debet admitti, & ibi hoc notant Baldus, Abbas, Ancharan. & Felyn. in summario, idem Ancharan. num. 3. in 2. not. ab. Ioannes And. num. 1. Anan. nu. 3. Henric. Boyc. nu. 6. iuncto num. 15. Antonius de Butrio in summario, & num. 3. in 4. not. ab. & nu. 4. vers. non obstat prædicta, vbi respondet contrarius Bald. in cap. cum nuncius, in princip. vers. intelligo dum modo non procuret causam, & ibi etiam Ant. de Butr. num. 2. in fin. vers. dic, si causam in propria persona agat, Felyn. nu. 2. vers. tertio quod non sint procuratores, extra eodem, tit. de testib. Alb. de Malet. de testibus, capit. 2. num. 64. & cap. 4. num. 70. versic. dum tamen sit alius, Ianfr. de testib. numer. 64. post vers. vnum tamen aduerte, & facit ad hanc limitationem, quod dixi in seq. limitatione.*

527 LIMITA VIII. Regulam † non procedere, quando omnes de vniuersitate agerent, vel omnes procuratorem seu syndicum constituissent ad agendum: tunc enim is, qui in mandato procuræ comprehensus est, pro sua vniuersitate testimonium ferre non potest, *Plot. de in lit. iuran. §. 4. num. 26. vers. maxime vbi omnes, iuncto versicul. quod limita nisi omnes, & Plotum refert & sequitur Aldo-*

[illegible] in addit. ad Dec. in capit. tertio loco, numer. 45 litera [illegible] Vrsil. in com. num. opin. verbo. testes de collegio, versic. & hoc potissimum, Socin. consil. 178. numero [illegible] or. 1. Roland. consil. 72. numer. 17. libr. 2. vbi † ampliat, quod si causa est mixta, quia scilicet intentetur tam nomine vniuersitatis, quam singulorum, tunc singuli de vniuersitate non poterunt super ea testimonium ferre.

529 LIMITA IX. Eandem † regulam non procedere, quando omnes de vniuersitate testificarentur, quia tunc videntur esse testes in causa propria, & propterea tale testimonium improbatur, *Bal. in capit. tertio loco, numer. 5. in princip. extra de probat. vbi reddit rationem, Plot. de in litem iur. §. 4. numer. 26. versic. maxime, vbi omnes, Afflict. decis. 400. num. 6. versic. fallit nisi omnes, & ibi Vrsill. in addit. column. 2. in fine, versicul. & quod hic notatur, vbi exornat hanc limitationem. Vrsi. in commun. opinion. verbo testes, de collegio,*
530 *vers. & hoc potissimum,* & si † in contrarium faciant scripta per eundem Bald. *in d. cap. tertio loco, eodem num. 5. vers. sed gloss. &c.*

531 LIMITA X. In † eo teste de vniuersitate, qui, etsi vniuersitatis procurator non sit, sustinet tamen onera litis, puta subministrando illius expensas, & sumptus: is enim non erit in eadem lite idoneus testis, *vt per Gram. cons. 22. nu. 9. in fin. Rolan. consil. 72. nu. 3. libr. 2. Vrsill. in addit. ad Afflict. decis. 400. col. 2. vers. & idem quando ipsi testes, Caputaq. decis. 264. nu. 1. par. 13.*

532 LIMITA XI. Quia † testes de vniuersitate non probant solutionem debiti, *ex relatis per Vrsil. in addit. ad Afflict. decis. 400. colum. 2. post princ. Aym. de antiquit. tempor. part. 1. sect. quid in libro officialis, post numer. 20.* vbi idem quando solutione non probata esset imponenda singulis aliqua collecta (de quo dixi *supra num. 505.*) & *numer. 21. ad finem.* vbi tamen quod testes religiosi antiqui probant solutionem debiti pro suo monasterio, saltem concurrentibus aliis adminiculis, de quibus se remittit ad suum *cons. 158.*

533 LIMITA XII. In causis † onerum, & gabellarum, in quibus testes de vniuersitate pro sua vniuersitate idoneos minime esse scripserunt Afflict. *decis. 400. numer. 6. vers. his præmissis, & numer. 7.* (vbi tamen loquitur, quando commodum litis spectat ad singulos) *sequitur Plot. de in lit. iuran. §. 4. num. 26. vers. & videtur procedere etiam in causis onerum, & Plotum pariter referendo sequitur Aldobran. ad Dec. in capit. tertio loco, numero 45. litera D. versicul. adde tu, Vrsi. in commun. opinion. verbo testes de collegio, in princip. versic. quæ communis ampliatur, Octauian. Cacheran. decis. Pedemont. 99. numer. 39. versic. & quod testes de vniuersitate.*

534 LIMITA XIII. Quia † etsi testes de vniuersitate probent ad fauorem suæ vniuersitatis, in concursu tamen aliorum testium ipsis contradicentium, minus ipsis, quam istis creditur, *vt per Abb. in cap. insuper, num. 2. col. 3. vers. ego putarem, hoc dictum procedere, & ibidem Felyn. num. 3. in 3. fallen. Dec. num. 25. vers. vel nisi essent alij testes. Afflict. decis. 400. num. 8. & in fine decisionis, vbi quod ita fuit iudicatum, Aufrer. de reprobat. test. numer. 91. verbo, testes an possint esse, versicul. fallit tamen huiusmodi regula, Conrad. in practic. §. 2. tit. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo, vniuersitatis testes, num. 55. in 4. limitatione, fol. 95. Marsil. in l. 1. §. seruus municipum, numer. 3. ff. de quæst. Grammat. cons. 22. num. 11. Beninten. decis. 70. numer. 7. ad finem, Rolan. cons. 72. num. 16. libr. 2. Menoch. de arbitr. quæst. libr. 2. casu 106. num. 10. Hieronym. de Monte de finib. regen. qu. 58. num. 1. & nu. 15. in fin. Monticel. in suo repertorio testium, verbo, vniuersitatis testes. fol. 70. col. 1. vers. ... per Mascar. de probat. lib. 3. concl. 1414. nu. 7.*

535 SVBLIMITA I. Hanc † decimam tertiam limitationem non procedere, quando materia est talis, vt non possit sic bene esse nota aliis, quam illis de vniuersitate: tunc enim magis creditur testibus de vniuersitate, quam aliis, *vt per Felyn. in dict. cap. insuper, num 3. versic. sed intellige, extra de testibus, Marsil. in l. 1. § seruus municipum, num. 3 vers. quod tamen intelligit, ff. de quæst. Aufrer. de reprobat. test. numer. 91. verbo, testes an possint esse, versicul. sed intellige sane. Menoch. de arbitr. quæstion. libr. 2. casu 106. num. 10.*

536 LIMITA XIV. Quia † etsi testis de vniuersitate admittatur ad testificandum pro sua vniuersitate: non est tamen integræ fidei, & omni exceptione maior, & sic vnus solus non semiplene, duo non plene probabunt, *vt per Archidiac. & Laurent. de Rodulph. in locis relatis per Abb. in cap. insuper, colum. 3. num. 2. ad fin. vers. circa secundum membrum, Adden. ad Felyn. in dict. capit. insuper, num. 2. litera A. post Ioannem Andr. quem allegat, extra de testibus, relati per Dec. in dict. capit. insuper, num. 22. seqq. vsque ad num. 27. in discursu. Ioannes Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de teste, §. 1. num. 22. litera N. verbo, ciuili causa, vers. sed minor fides adhibetur, Alber. in l. in tantum, §. vniuersitatis num. 6. in fin. vers. minor tamen fides, & ibidem Fulgos. num. 3. vers. videretur tamen, ff. de rerum diuis. Dec. in cap. tertio loco, num. 50. & num. 53. & ibi in addit. litera F. in verbo, maiores, vbi alij adducuntur, extra de probat. Afflict. decis. 400 num. 3. & 4. vbi alios refert, & ibi in addit. Vrsil. colum. 2 ver. quod ego intelligerem non in plena tot aque fide, Franciscus Curt. in tract. de testibus, conclus. 3. num. 12 & numer. 13. vers. adde quod licet, Alberic. de Malet. in tractat. de testibus, cap. 4 num. 71. versicul. quidam tamen, & eodem num. 71. in fin. vers. attamen bonum est, Crot. de testibus, numer. 132. vbi testatur de communi,* * *Conrad. in pract. §. 2. titul. de testibus, rubric personas testium aggrediendo, verbo, vniuersitatis testes, num. 55. limitat fol. 95. Gerar. singul 24. num. 4 sequentib. vbi pro hac limitatione plures affert rationes, licet in fine cogitandum relinquat, Hieronymus de Monte de finibus regen. quæstione 58. numer. 12. ex Capoll. quem allegat, in tractat. de seruitutibus rusticorum prædiorum, titul. de inrepa'cen. num. 10 seq. Aymon. de antiquit. temporum, part. 1. sect. quod in libro officialis, num. 17. versicul. & licet non dicatur, Bonifacius de Vitalin. in rubric. de testibus, numer. 13. versicul. non tamen puto tantam fidem adhibendam, Couarru. practic. quæst. cap. 18. numer. 4. versicul. quin & ipse admonendum esse censeo. Grammat. cons. 22. numer. 9. Petrus Beninten. decis. Bonon. 70 num. 8. Rolan. cons. 72. numer. 5. lib. 2. vbi bene comprobat, Monticell. in suo repertorio testium, verbo, vniuersitatis testes, fol. 69. column. 2. versic. 4. Bartazzol. cons. 178. numer 10. libr. 1. Mascar. de probation. libr. 1. conclusion. 1414. numer. 15.*

537 Contrarium, quod † imo testes de vniuersitate, plene probent, tanquam integræ fidei, & omni exceptione maiores, voluerunt idem Abbas *in dict. capit. insuper, num. 2. ad fin. column. 3. vers. sed vbi non adsunt, quem refert Hieronymus de Monte dict. quæstion. 58. num. 1. multi relati per eundem Decium in dict. capit. insuper. numer. 22. vsque ad num. 27. in discursu, Corn. cons. 47. col. fin. libr. 3. quem refert Aym. de antiquit. temp. d. sect. quod in libro officialis, num. 8. part. 1. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. cas. 106. post num. 8. Nicol. Festas. in tractat. de collect. part. 3. capit. 1. sub num. 24. seqq. vbi de communi,* * *licet aliqui ibidem relati, numer. 26. primam tenuerint opinionem, Monticell. vbi supra dict. verb. vniuersitatis testes. fol. 70. colum. 2. vers. 2.*

538 Prima † opinio sicut magis communiter à Dd. recepta est, vt ex prælegatis apparet: ita enim apud me verior est, & pro ea adduci potest etiam alia Doctorum pariter, & cõmunis * conclusio: quod propterea quanta fides sit adhibenda testi de vniuersitate, iudicis arbitrio remissum est, prout post alios, quos allegant in specie, dixerunt Dec. *in d. c. insuper, n. 27. & ibi etiam Henric. Boyc. nu. 13. vers. rederem tamen, extra de testib. Afflict. dec. 400. nu. 4. vers. tamen Baldus, &c. Aufrer. de reprobatione testium, nu. 13. vers. verum tamen minor, vel maior fides, Menoch. d. casu 106. nu. 9. & nu. 11 in fin.*

539 SVBLIMITA I. Hanc† decimamquartam limitationem non procedere, quando testes de vniuersitate deponunt de gestis in capitulo, & congregatione, quia tunc videntur testes omni exceptione maiores, *vt probauit supra n.* 480. Nec dissentit Abb. Corn. Aym. Monticel. & Hieron. de Monte, *in locis relatis supra, num.* 537. *pro secunda opinione*: dum dixerunt hos testes esse integros, saltem in aliorum defectum, & bene dixerunt, dummodo deponant de facto, in quo, & actu, & habitudinali testes non interuenerunt, nec interuenire potuerunt, vt de gestis in capitulo & congregatione, alias ieeus, vt dixi *supra num.* 483.

540 SVBLIMITA II. Quia† etsi testis de vniuersitate non sit integræ fidei, & omni exceptione maior, eius tamen dictum suppletur, vel ex dicto aliorum testium fide dignorum, *vt per Gerar. d. sing.* 24. *nu.* 2. *& per Bertaz. ol. cons.* 45. *post num.* 18. *iunctis aliis, quos infra retuli, quæst.*

541 62. *num.* 328. vel† ex numero ipsorum met testium de vniuersitate, *vt per Vrsill. in addit. ad Afflict. decis.* 400. *col.* 2. *in princip. & ante medium, versic. nisi fuisset magnus numerus. Dec. in caput. tertio loco, numer.* 53. *extra de probat. Bertaz. ol. d. cons.* 45 *num.* 18. *Hieron. de Monte de similibus regen. quæstio* 58. *num.* 35. *in fin. Rolan. consil.* 72. *num* 5. *versic. tamen quod sitad, libr.* 1. *Aym. de antiq. tempor. part.* 1. *sect. quid in libro officialis, num.* 17. *versic. tamen numerus*, vbi† quod in hoc

542 * Dd.* conueniunt, & licet contrarium senserit videatur Matcard. *de probat. libr.* 3. *concl.* 1414. *numer.* 3. *& 4. cum relatis ibi per eum*: pro responsione tamen aduerte, quod is loquitur, quando commodum est singulorum: tunc

543 enim† sine dubio numerus non suppleret, *vt expresse declarauit ibidem dict. conclus.* 1414. *numer.* 1. *& ante eum Aymon dict. sed. quid in libro officialis. numer.* 17. *in fine. iuncto num* 18. *seqq. & in termino, Rolan. dict. cons.* 72. *numer* 15. *libr.* 2. vide, quæ generaliter de teste inhabili dixi *infra quæst.* 62. *num.* 309. *seqq.*

ARGVMENTVM.

De teste Abbate, vel Prælato pro suo monasterio.

SVMMARIA.

Regula sit affirmatiua, quod Abbas, vel Prælatus potest esse testis pro sua ecclesia, & monasterio, num 544. *licet aliy contra, numer.* 545.

Ampliat 1. *etiam in Prælatis claustralibus & conuentualibus. num.* 546.

Ampliat 2. *in Episcopo, quod, an, & quando verum sit, nu.* 547 *seqq.*

Ampliat 3. *etiam in Archipresbyteris, & Rectoribus ecclesiarum, num.* 552.

Ampliat 4. *etiam quod agatur de probatione actus, vel contractus per Prælatum, seu alium administratorem bonorum & ecclesiæ gesti, numer.* 553. *& 555. contra num.* 554. *Declara, nu.* 556. *seqq.*

Ampliat 5. *& multo magis in contractu, vel instrumento ad dignitatem suæ Ecclesiæ celebrato, nu.* 557.

Ampliat 6. *non solum, quando procurator ad agendum fuit constitutus a capitulo & conuentu sine Prælati consensu, verum etiam si fuerit constitutus, & a Capitulo & a Prælato simul. nu.* 558. *licet aliy contra, nu.* 559. *seqq.*

Limita 1. *quando procurator est a solo Prælato, vel Abbate constitutus, num.* 562. *& 564. licet aliqui contra, nu.* 563. *sublimita hanc limitationem in duobus casibus. Primo, quando Prælatus constituit procuratorem non nomine suo, sed Ecclesiæ, nu.* 565. *Sublimita* 2. *in Prælato seculari, secus in regulari, nu.* 566. *sed contra, nu.* 567.

Limita 2. *quando Prælatus est ipsemet procurator, & causam per se agit, nu.* 568.

Limita 3. *in his, quæ spectant particulariter ad mensam Prælati, vel Episcopi, num.* 569.

Limita 4. *in Prælato non habente collegium, sed solum administrationem, nu.* 570. *declara, vt nu.* 571.

Limita 5. *quando libellus est conceptus non nomine Ecclesiæ, sed nomine ipsius Prælati, vel procuratoris, nu.* 572.

Limita 6. *quando ex sua depositione Prælatus consequeretur commodum, vel incommodum, laudem, vel detrimentum, numer.* 573.

QVÆSTIO LX. ILLATIO XVIII.

REGVLA Sit† affirmatiua, quod Abbas, vel Prælatus 544 potest esse testis pro suo monasterio, *text. est notatus insuper, & ibi hoc notant Felyn. partes in summario, & in* 1. *not. ab. adden. ad Abb. ab. Abb. partes in summario, & in* 1. *not. ab. adden. ad Abbatem, litera A. versic. & quod possit prælatus esse testis, Bald. in summario. Anchar. in summario, & nu.* 1. *versic. prælatus, &c. Ioannes And. nu.* 1. *Anan. in* 1. *versic. prælatus &c. clerici.* 1. *Dec. nu.* 3. *in* 1. *not. Anton. de Butr. in summario, & in versic. quod dixi de prælato, & in* 1. *not. extra de testibus, gloss. in caput. super prudentia, in verbo, Stephani, in versic. similiter prælatus,* 14. *quæst.* 2. *Ioan. Andr. cap cum nuntius, in princip. versicul. & idem in prælatis, ex eodem. Speculat. in titul. de teste, §.* 1. *num.* 23. *versic. sed nunquid rector, vel prælatus Iac. Aegid. in tract. at. de testibus, num.* 3. *Alb. de Malet. de testibus, cap.* 4. *post num.* 70. *Campeg. de testibus, reg.* 89. *in* 2. *fall. Socin. reg.* 408. *in princ. vbi de communi.* * *Tiraquell. in tract. at. res inter a. os acta. fol.* 4. *versic. in prælatus. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, prælatus. fol.* 56. *colum.* 2. *versic.* 2. *vbi plures refert concordantes, prout etiam refert Mascard. de probat. libr.* 1. *concl.* 3. *nu.* 1. *vbi etiam de communi,* * *& concl.* 624 *num.* 6. *& seqq.* & † sic contrarium, & male 545 scripserunt aliqui alii relati per eundem Montic. *d. verbo, prælatus, fol.* 55. *col.* 2. *in fin. versic.* 1. *& per eundem Mascard. de probat lib.* 3. *concl.* 1358. *nu.* 24.

AMPLIA I. Huius † decimæ octauæ illationis regulam procedere etiam in prælatis claustralibus & conuentualibus. Appellatione enim prælatorum etiam isti veniunt, quia & prælati dicuntur, & dignitatem habent, *gloss. in clement. dudum, in verbo, non habent, & ibi Cardin. in §. statuimus, in* 1. *quæst. de sepul. gloss. in cap. relegiosis, & ibi etiam Cardin. in* 13. *quæst. de sepul. facit text. in caput. quorundam, in verbo, solum prælatura, de elect. in* 6. *item gl. in clement.* 1. *in verbo, prælatum, & ibi Cardin. in* 10. *quæst. de elect. alia gloss in cap. nullus, in gloss.* 1. *& ibi Dominic. de elect. in* 6. *& ex isto hanc ampliationem, post Abb. quem allegat in terminis, ponit Felyn. in c. insuper, in* 1. *not. versic. & pondera, extra de testibus.* 546

AMPLIA II. Regulam in† Episcopo, quem posse pro sua Ecclesia testimonium ferre, tenuerunt plures relati per Mascar. *de probat. lib.* 1. *concl.* 624. *nu.* 1. *iuncto nu.* 6. *seqq.* sed† contrarium tenuerunt plures alii relati per eundem Masc. *d. concl.* 624. *nu.* 8. *vbi etiam testatur de communi*: * ego autem in hoc articulo originaliter reperio Innocent. *in capit. insuper, in versic. de Episcopo autem, extra de testibus*, dicentem† se credere, quod Episcopus non potest testificari, si agat eius vicedominus, vel procurator, & hoc, quia eius nomine intentatur actio, sed alio agente, œconomus vel vicedominus bene testificatur. Sicut enim Abbas, *inquit ibi Innocentius*, nomine sui monasterii agere potest, *vt notatur in capit. doceri, extra de rescript.* & tamen alio agente potest testificari, *vt in capit. si Christus, in fine, extra de iureiurand.* ita & † multo fortius hoc potest œconomus, vel vicedominus, contra Innocentium tenet Hostiens. ibi dicens, quod Innocentius videtur sibi contrarius, dum vult, vicedomino agente, Episcopum repelli, &, alio agente, admitti vicedominum, & tamen vicedominus repræsentat personam Episcopi, & est cum illo quasi vnum consistorium, *cap. Romana, de appellat. in* 6. & pro Episcopo ratione dignitatis magis præsumendum est, quod veritatem dicat, quam vicedominus. Vnde dicit Hostiens. si verum 547 548 549 550

rum est, quod, alio agente, vicedominus testificetur, ita etiam & multo magis verum erit, quod, vicedominо agente, Episcopus potest testificari, nec obstet, quod deponendo pro sua Ecclesia videatur testificari in causa propria, quia illius procurator est, & non dominus, *capit.* 2. *de donat.* Et sic idem putat Hostiens. de Episcopo, quod de Abbate, quod scilicet, alio agente, vterque

551 possit esse testis. Ideo in hac contrarietate† vide Ioan. Andr. *in dict. capit. insuper, num.* 4. *versic. puto vtramque beneducere, &c.* vbi distinctionis fœdere vtramque conciliat opinionem, quod scilicet, agente œconomo, vel vicedomino Episcopi causam mensæ Episcopalis, & tio singularem & propriam ipsius Episcopi, non possit in eadem Episcopus esse testis, & in iis terminis procedat prima negatiua Innocentii opinio: si vero agat causam Ecclesiæ, vel communem, & tunc possit idem Episcopus pro sua Ecclesia testificari, & procedat secunda contraria Hostiensis opinio. Et cum hac distinctione concordant ea, quæ generaliter dixi *infra numer.* 569. *& in specie Bald. ibidem in dict. cap. insuper, num.* 10. *& Anton. de But. num* 4. *in fine.*

552 AMPLIA III. Vt† in omnibus causis, in quibus Abbates & Prælati, ac etiam Episcopi, possunt esse testes pro eorum monasteriis, & Ecclesiis, in iisdem etiam poterunt testificari Rectores Ecclesiarum, & Archipresbyteri, *Afflict. decis.* 400. *num.* 2. *Masc. de probat. lib.* 1. *concl.* 3. *num.* 11. *Hector Aemil. in tract. de testib. versic. Abb. num.* 13 *fol.* 19.

553 AMPLIA IV. Vt† Prælatus, seu alius administrator bonorum Ecclesiæ ad illius fauorem possit esse testis, etiam quod deponat super actu, vel contractu, per ipsum gesto, *secundum Speculat. in titul. de teste, §.* 1. *numer* 24. *Ioann. Andr. in addit. post gloss. in cap. Romana, in versic. testem, post literam D. & ibi etiam Archidiac. ad fin. versic. vnde si fuit administrator, Ioann. numer.* 3. *Gemin. post num.* 13. *de testibus, in* 6. *Auferius de reprobatione testium, numero* 7. *Ioann. Mar. Monticell. in suo repetorio testium, versicul. administrator, folio* 10. *column.* 1. *versicul. penultim. Mascard. de probat libr.* 1. *concluf.* 3. *num.* 10. *Hector Aemil. in tractat. de testib. part.* 1. *verbo, Abbas, numer.* 12. *fol.* 19. *& verbo, administrator, num.* 3. *fol.* 45. Et† licet contrarium, quod imo isto casu Prælatus non possit esse testis, tenuerint Anton. de But. *in capit. insuper, num.* 8. *versicul. in quantum dictum est, extra de testibus, & Franc. in cap. Roma. numer.* 9. *versic. sed certe, de testibus, in* 6. Prima tamen † opinio, vt ex præallegatis apparet, videtur magis communiter * recepta, & nihilominus si hanc secundam contrariam sententiam sequi volueris, eam † intelligas procedere in Prælato deposito, vel remoto ab administratore, quem non posse super contractu, vel negotio per ipsum gesto testimonium ferre, scripserunt Bartol. *in c.* 1. *in princip. numer.* 19. *qui feud. dar. poss. in vsibus feud. Calcan. consil.* 125. *num.* 20. *Mascar. de probat. libr.* 1. *dict. concl.* 3. *numer* 19. *Hector Aemil. in tract. de testibus, part.* 1. *dict. verbo, Abbas, nu.* 17 *fol.* 20. 554 555 556

557 AMPLIA V. Vt† Prælatus multo magis possit esse testis in contractu, vel instrumento facto ad dignitatem suæ Ecclesiæ, *Anton. de Butr. in capit. cum inter, num.* 4. *& ibi etiam Imol. extra de sent. & re iudic. Arch. in cap. super prudentia, num.* 2. *colu.* 2. 14 *quæst.* 2. *quos in proposito refert & sequitur Monticell. in suo repertorio testium, verbo, prælatus, fol.* 56. *col.* 1. *versic. fin.*

558 AMPLIA VI. Vt† possit Abbas, seu Prælatus testimonium ferre pro sua Ecclesia, non solum quando procurator ad agendum fuerit constitutus à capitulo, & conuentu sine Prælati consensu (quo casu omnes infra allegandi, nemine, quem viderim, contradicente, probant illius testificationem) verum etiam, si fuerit constitutus & à Capitulo, & à Prælato insimul, *vt per Bart. in l. qui testamento, in prin. ff. numer.* 3. *in fin. versic. secus si Abbas cum capitulo, Imol. ibid. num.* 3. *Aret. col.* 3. *in fin. de testamen. Iac. de Sancto Georg. in d. in num.* 3. *versic. contra supposi tus, de testibus, Felyn. in cap. insuper num.* 9. *in* 8. *fallen. ver. & ista consequenter probant*, vbi ampliat, tam in laicali, quam in regulari prælato, *Abb. ibid. numer.* 7. *versic. sed dubium est, vbi de* * *communi, Henric. Boyc. numer.* 10. *Dec. nu.* * *mer.* 35. *extra de testibus, Innocent. in capit. præsentium, numer.* 3. *& ibi etiam Dominic. colum.* 3. *versic. aut ipse non constituunt simul. Ant. de Butr. num.* 7. *versic. quare non sic recipitur, Abb. de testib. libr.* 6. *Speculat. in tit. de teste, §.* 1 *num.* 23. *versic. sed si conuentus agit, Roman. cons.* 420. *numer.* 7 *Auffer. de reprobat. testium, numer.* 2. *versic. si vero prælatus cum conuentu, Aib. de Mast

dict. num. 69. in fin. vbi testatur de veriori opinione, Crot. de testibus, num. 15. vbi pariter de † communi, ex Aret. quem allegat, (licet vt supra eum retuli, contrariam dixerit veriorem.)

564 Non † tamen ego vllo pacto recedendum putarem à proposita limitatione, quia, ni fallor, & ex prælegatis apparet, magis communiter* à Doctoribus recepta est.

565 SVBLIMITA I. Hanc † primam limitationem nō procedere, quando Prælatus constituit procuratorem non nomine suo, sed Ecclesiæ: tunc enim potest esse testis, etiam quod solus procuratorem constituat, *sicut post Aret. quem allegat, voluit Mascar. de probat. libr. 1. conclus. 3. n. 17.* sequitur Hector Aemil. in tractat. de testibus, part. 1. verbo, Abbas, nu. 5. fol. 27.

566 SVBLIMITA II. Eandem † primā limitationem, vt procedat in Prælato seculari, secus in regulari, quem posse ad fauorem suæ Ecclesiæ testimonium ferre, etiam quod solus constituat procuratorem, affirmauit Aret. *in cap. insuper, colu. 2. vers. quod autem dicimus, extra de testib.* Felin. *in c. insuper, nu. 9. in 8. fall. vers. sed istorum opinio, quem vers. fac. de reprobatione testium, num. 1. post medium, vers. ad quam opinionem, &c. & sequuntur alij relati per Mascar d.* 567 *conc. 3. n. 3.* Sed certe † idem Aufr. *d. nu. 1. ad fin. vers. credebam tamen contrariam opinionem*, sed credere seruari in practica affirmauit, & illam veriorem crediderunt Decian. *d. super, nu. 35. vers. sed ista conclusio.* Mascar. *d. concl. 3. nu. 5. & seq.* & Hector Aemil. *de testib. d. verbo Abbas, nu. 16.*

568 LIMITA II. Propositam † regulam, vt multo minus Prælatus pro sua Ecclesia possit esse testis, quando ipse idem sit procurator, & causam per se agat, prout ex verbis citatis text. *in d. capit. insuper, extra de testibus, ibi, quomodo vnus ex vobis, vel duo ad agendam & respondendum inducerentur*, & ibi Bal. in summario, Anchar. *in summario*, & Anan. *3. in 2. not. ab. Ioan. Andr. num. 1.* Henric. Boyc. *num. 6.* Boer. *ante num. 1. vers. dummodo per se non promoueat causam*, Felin. *in 1. not. ab. eodem versicul. dummodo per se non promoueat causam. & colligit. in cap. super prudentia, in verbo. Stephani, vers. dummodo alias constituatur, qui non sine Ecclesiæ agat*, 14. quæst. 2. Auferr. *de reprobatione testium, num. 1. versicul. & aut solus prælatus.* Campeg. *de testibus, num. 9. vers. die primo.* Soc. *ante reg. 468. in 1. fallen.* Mascar. *de probat. lib. 1. concl. 624. num. 3.* Et facit, quod dixi de teste de vniuersitate, *supra num. 526.*

569 LIMITA III. Quia † in iis, quæ spectant particulariter ad mensam Prælati, non potest vllo pacto idem Prælatus testimonium ferre, quia tunc dicitur agi causa ipsius propria, *secundum Lac. de Sancto Georg. in 1. fin. num. 7. vers. sed Ioan. Andr. & Coss. de testibus, Imol. in l. qui testamento, num. 3. & ibi Aret. colum. 4. vers. sed vocat in dubium, ff. de communi*, * *de testamen. Bal. in cap. insuper, nu. 10. & ibi etiam Anton. de But. nu. 4. in fin. Abb. nu. 6. Felin. num. 9. in fin. fall. 8. nu. 33. seq.* vbi etiam remittitur, quando bona dicuntur spectare ad mensam Prælati, *Auferr. de reprobatione testium, nu. 1. libro relato antiquorum, sed ita communiter* receptum, *& nu. 16. vers. ideo non potest esse testis, & num. 91. in fauorem 4. fall. Abb. de Malet. de testib. cap. 4. nu. 96. vers. aut Episcopus, vel Prælatus, quando vers. & sic potest bene testari. Ioan. vbi quod ita generaliter canonistæ. Campeg. de testibus, vers. secundo quærendo. Corrad. in pract. §. 2. rubr. de testibus, verbo, Veniat de testis, nu. 55. in limitat. fol. 96. & nu. 57. verbo, Adde quod sup. dictum, Menoch. de arbitr. quæst. casu 106. & in commentariis, verbo, testes de collegio, vel Gabriel. ante citata limitatione, Abb. de nouissimis*, * *de quibus tamen tenaciter, aliis relatis concordantibus*, Mascar. *de probat. concl. 3. nu. 17. seq. concl. 624. sumendo 3. sequentibus, Ioan. Andr. Hector Aemil. de testibus, part. 1. verbo Abbas, numero 2. fol. 16. & verbo, Administrator, numero 2. fol. 44.*

570 LIMITA IV. In † Prælato non habente collegium, sed solam administrationem: Is enim non potest testimonium ferre pro sua Ecclesia, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de teste, §. 1. nu. 23. vers. sed pone quod administrator. Felyn. in c. insuper, nu. 8. in 7. fall. Abb. ibid. n. nu. 5. Dec. nu. 32. vbi respondet contrariis, extra de testib. Auff. de reprobatione testium, n. 91. verbo, testes an possint esse, in 6. fall. Crot de testib. num. 171. vbi de communi,* * *& bene comprobat hanc limitationem Campeg. de testibus, reg. 90. vers. quarto repellitur. Auff. in addit. ad Capellam Tholos. q. 25. nu. 3. vers. adde de prælato ecclesiæ. Corrad. in pract. §. 2. rubr. de testib. verbo, vniuersitatis testes, n. 55. in 7. fall. fol. 96. Masc. de probationib. libr. 1. concl. 3. nu. 18. Hector Aemil. de testibus, part. 1. verbo Abbas, numer. 16. fol. 22.* (30.)

571 SVBLIMITA Hanc † quartam limitationem non procedere, quando non ageret ipse Prælatus, sed œconomus generalis deputatus ab Episcopo, vel ipse Episcopus: tunc enim etiam Prælatus non habens collegium, sed solam administrationem, potest esse testis pro sua Ecclesia, *Abbas in d. c. insuper, nu. 5. col. 4. vers. & per hæc*, quem vide, quia bene loquitur in materia, dicendo, quod isto casu ei plus & minus creditur arbitrio iudicis, iuxta quantitatem affectionis, *& bene etiam exemplificat Felyn. nu. 8. post 7. fall. Auffrer. de reprobatione testium, d. nu. 91 post 6. fall. Campeg. de testib. reg. 98. in 3. fallen. Mascar. dict. concl. 3. nu. 18. vers. sublimita nisi, & concl. 624. nu. 9. Hector Aemil. vbi supr. de testibus, dict. verbo, Abbas, post numer. 16. versicul. fallit prædicta conclusio.* Ex quibus ita patet communiter* à Doctoribus concludi, & de hac sublimitatione dubitare videatur Crotus *de testibus, numero 173.* *

572 LIMITA V. Quando † libellus est conceptus non nomine Ecclesiæ sed nomine ipsius Prælati, vel Procuratoris: tunc enim idem Prælatus pro sua Ecclesia testificari non potest, quia eius nomine agitur, & non Ecclesiæ, Bal. *in c. insuper, n. 2. vers. idem aut, extra de testibus, Mascar. d. concl. 315. lib. 1.*

573 LIMITA VI. Quia † Prælatus ad fauorem Ecclesiæ in testē non admittitur, quando ex sua depositione consequeretur commodum, vel incommodum, laudem, vel vituperium, *ad traduta per Mascar. de probat. lib. 3. concl. 1357. nu. 28.* Laus Deo.

ARGVMENTVM.

De diuersis oppositionibus contra personas testium. Et imprimis de teste furioso.

SVMMARIA.

Regula sit, quod furiosus ad testificando repellitur, nu. 1.

Ratio est, quia furiosus æquiparatur absenti, & mortuo, indiscretoque, & intellectu carenti, quicquid faciat, aut dicat, prorsus ignorat, nu. 2. & 3.

Ampliat 1. vt idem sit in mente captis, in indiscretis, in phreneticis, lunaticis, fatuis, & similibus, nu. 4. & seqq.

Ampliat 2. vt testamentis, nu. 9.

Ampliat 3. vt non solum in ampliationem, etiam quod euaserit furiosus post testamentum, & velit testificari pro veritate testamenti, nu. 10. et aliqua contra, nu. 11.

Ampliat 4. etiam quod furiosus velit deponere de iis, quæ ante furorem vidit, nu. 12.

Limitat primo in furioso effecto sanæ mentis, & deponente de iis, quæ habuit tempore furoris, numer. 13. sed contrarium verius, nu. 14.

Limitat secundo in furioso, habente dilucida intervalla, & deponente tempore cessantis furoris, nu. 15. sed quid si non constet, quo tempore deposuerit, dic, quod adhuc deposito præsumatur facta tempore sanæ mentis, nu. 16. & 17.

Limitat tertio regula procedat in furiosis, nullum prorsus habentibus intellectum, secus in hominibus simplicibus, insipidis, grossis, & tardum intellectu carentibus, & sic integrum animi vigorem non habentibus, nu. 18.

QVÆ-

QVÆSTIO LXI. OPPOSITIO IX.

1 PROPOSITA IX. Contra testes, quod † sunt furiosi: licet enim furiosus à iudicandi munere repellatur, *cap. ansames, §. vlt. 3. quæst. 7.* Ita & à testificandi munere fore repellendum in specie, scripserunt Specul. *in tit. de teste, §. 1. num. 18. vers. item quod est furiosus. & post nu. 32. vers. item quod est talis. Iacob. Aegid. in tract. de testib. num. 17. Alber. de testib. cap. 5. num. 32. Campeg. de testibus, regul. 114. in princip. Nouell. regul. 216. num. 2. Corrad. in pract. §. 2. tit. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo furiosus, nu. 71. folio 104. Aret. cons. 296. post numer. 3. libr. 2. Mascar. de probat. libr. 1. concl. 828. num. 1. & lib. 3. concl. 1358. num. 23.* Et est † ratio, tum quia æquiparatur absenti, & mortuo, *l. 1. §. sed furiosus. ff. de acquir. possess. l. 2. §. furiosus. ff. de iure codicill. cum alijs relatis per Iodoc. in suo tractatu, & enchiridion Parium, verbo furiosi, & per Tiraquell. in tract. de pœn. temperan. caut. 3. num. 2. & seqq.* Tum † etiam, quia iudicio & intellectu carens, quicquid faciat ac dicat, prorsus ignorat, *§. furiosi. Instit. quibus non est permiss. facere testamen. l. furiosum. C. eod. §. furiosus. Instit. de inutil. stipulat. l. in negotiis. ff. de regul. iur.* testis autem, qui ignoratid, quod deponit, vel super quo deponit, nihil omnino probat, *Natta cum allegatis per eum cons. 473. nu. 19.* Et huius oppositionis propositum regulam * communiter ab omnibus receptam esse, minime dubitandum est. *

4 AMPLIA I. Hanc † regulam, vt & idem sit in mente captis, *Iacob. Aegid. in tract. de testibus, num. 7. Nouell. regul. 216. num. 2. Mascar. de probat. libr. 3. concl. 1358. num. 23.* item † & idem in indiscretis, *Specular. in tit. de teste, §. 1. numer. 18. vers. item quod est furiosus. Alber. de Malet. in tract. de testibus, capit. 5. num. 32. Campeg. de testibus, reg. 114. in 1. ampliatione. Mascar. de probat. libr. 2. conclus. 828. num.* 5 4. ac † etiam idem in phreneticis, *Iodoc. de reprob. testium, cap. 50. numer. 15. in practic. criminal. Campeg. dict. regul. 114. in 2. ampliatione. Mascar. dict. conclus. 228. nu. 5.* Et † demum, quia harum, tam lugendi & miserandi statuum, portiones plures sunt species, quia vltra furiosos, indiscretos, mente captos, & phreneticos, *de quibus supra*, Ecclesiastici sunt, alij dementes, alij lunatici, & alij alijs nominibus nuncupantur, de quibus, ac d. eorum differentius habetur per gloss. & Doctores *in l. nec codicillis, C. de codicillis, & in l. si cum dotem, §. si maritus, in fin. ff. soluto matrimonio. Curt. in consil. 151. Fabian. à Monte in tractat. de emptio. & vendit. in 4. quæst. principali, vers. nono quæro. num. 23. Carrer. in pract. criminal. in tractat. de homicid. §. 6. num. 17. Petr. à Placha in epitom. delict. libr. 1. caput. 29. numer. 6. per totum in discursu, Catellian. Cotta in suis memorab. verbo furiosus dicitur, pagin. mihi 284. alias 356. secundum aliam impressionem. Straccha in tract. ac de mercat. part. 3. num. 18. seqq.* Hoc 8 ideo † hos omnes, cum vniformiter sensa & intellectu careant, patiens testimonio ex æqualitate rationis fore repellendos, non absurdum dicere existimo, *ex allegatis etiam per Corn. in consilio vigesimo secundo, numero decimo quinto, volum. 4. & per Dec. in l. furiosum, C. qui testamen. facere poss.*

9 AMPLIA II. In † testamentis, in quibus testes furiosos adhiberi non posse, probat aperte textus *in §. testes autem, & ibi notant omnes, Instit. de testam.*

10 AMPLIA Hanc † secundam ampliationem, quia si tempore conditi testamenti testis non erat furiosus, sed euasit furiosus tempore apertura tabularum, & in quo examinandus est super veritate ipsius testamenti, tunc ex eius testimonio testamentum non sustineatur: Primo per text. cum ibi notatis per gloss. & communiter * Dd. *in l. 1. C. de testamen.* volentes in huiusmodi, quod si tempore conditi testamenti vnus ex testibus habebatur pro libero, tempore vero apertura tabularum, & examinationis faciendæ defectus sit seruus, non potevtille testis pro hoc testamento. Secundo per text. *in l. cum abominandi. eod. seq. ff. quemadmodum testamenta aperiantur.* vbi notatur, quod testis testamentarius non solum debet esse habilis tempore conditi testamenti, sed etiam tempore aperturæ tabularum. Tertio per text. *in §. in extraneis. Instit. de hered. qualitat. & differen.* vbi probatur, quod ea, quæ in testamento apponuntur, debent esse habilia tribus temporibus, scilicet conditi testamenti, mortis testatoris, & adeundæ hæreditatis, & ita per has tres rationes, Aret. *in §. testes autem, num. 6. Inst. de testam.* concludit, testamentum non subsistere ex testibus, qui tempore aperturæ tabularum & examinis sunt furiosi, licet tempore conditi testamenti essent sanæ mentis, & cum Aretin communiter* pertransire * Dd. affirmat Thob. Non *in dict. §. testes autem, numero 23. versicul. tertius & vltimus, incipio num. 24.* vbi † tamen ipse validissimis rationibus hanc communem opinionem impugnat, & prædictis fundamentis oppositionem respondet.

AMPLIA III. Vt furiosus † non probet, etiam quod velit deponere de iis, quę vidit ante furorem: attenditur enim isto casu tempus depositionis, sicut in specie affirmarunt post alios, quos allegant, Alber. de Malet. *in tractat. de testibus, cap. 5. numer. 34. Campeg. de testibus, reg. 114. in 3 fallent. vers. secus si esset. Corrad. in pract. §. 2. tit. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo furiosus, numer. 71. in fine, folio 104. Mascar. de probationibus, lib. 2. conclusione 828. numer. 7.* Sed quid è contra, vide *in sequen. limitatione.*

LIMITA I. Propositam † regulam, vt admittatur ad testificandum furiosus, si effectus sanæ mentis, & tempore sanæ mentis deponat de iis, quæ vidit tempore furoris *sicut in specie affirmarunt Specular. in tit. de teste, §. 1. num. 35. in fin. vers. idem dicunt. Alber. de Malet. de testibus, cap. 5. numer. 34. vers. si autem quis. Campeg. de testibus, reg. 114. vers. tertio fallit. Corrad. in pract. §. 2. tit. de testibus, per. ius testium aggrediendo, verbo furiosus, numer. 71. in fine, folio 104. Mascar. de probationibus, lib. 2. conclus. 828. num. 6.* Et hanc limitationem ferre omnes * Dd. pertransire affirmat ibid. * Thob. Non *num. 24. dicit*, quia dixit, quod si tempore conditi testamenti erat furiosus, non potest postea ad illum [illegible] quo tempore sanæ

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa

apertura tabularum & examinationis esset in sana mente constitutus.

15 LIMITA II. Eandem † regulam non procedere in eo furioso, qui habet dilucida interualla, nam is non prohibetur testimonium ferre tempore cessantis furoris, *Specul. in titul. de teste, §. 1. numer. 88. vers. nisi habeat dilucida interualla. Campeg. de testibus, regul. 114. versic. secundo fallenda. Thom. Non. in §. testes autem, num. 23. Institut. de testamen. Iacob. Port. Imolen. consil. 49. num. 14. seqq. Conrad. in pract. §. 2. tit. de testibus, rubr. personas testium aggrediendo, verbo, furiosus, num. 71. vers. si tamen, & fol. 104. Mascar. de probat. lib. 2. concl. 828. num. 5.*

16 AMPLIA Hanc † secundam ampliationem, etiam quod non appareat, testificationem habentis dilucida interualla, fuisse emanatam tempore sanę mentis: nam hoc à iure præsumitur, *vt in terminis consuluit Bart. Imol. in d. consil. 94. nu. 14. & seqq.* Et de teste in testamento adhibito, in terminis etiam voluit Thob. Non. *in d. §. testem autem, num. 25. Instit. de testamen.* non solum ea ratione generali, quod semper in dubio sumenda est præsumptio pro validitate actus, de qua *in l. quoties, ff. de reg. iur. dubiis, cum aliis cumulatiue per Alciat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 34.* Sed † etiam specialiter, quia actus habentis dilucida interualla, semper præsumitur potius gestus tempore sanæ mentis, quam fatuoris, *secundum Alc. Imol. supr. regul. 2. præsumpt. 18. Gabriel. de Benedict. in repetit. cap. Raynutius, in verbo, adueta impuberi, num. 75. de testam. & est communis,* vt pluribus comprobat *Steph. Lambert. de contract. eorum, & gl. octaua, nu. 40. & 41.*

18 LIMITA III. Regulam † procedere in iis, qui vere sunt furiosi, mente capti, dementes, & etiam fatui, *de quibus supr. numer. 4. seqq.* & qui nullam prorsus habent intellectum: vnde secus si essent homines simplices, insipidi, grossi, non tamen intellectu carentes, etsi integrum animi vigorem non habentes; quæ enim de furioso dicuntur, ad huiusmodi genus hominum minime extenduntur, *vt per Castrens. in l. si frater, C. qui testamentum facere poss. Aret. post Fabr. in §. præterea, Instit. de testam. Dec. in l. furiosum, num. 8. C. qui testamen. facere poss. & in cons. 448. num. 21.*

ARGVMENTVM.

De teste cæco.

SVMMARIA.

Regula sit negatiua, quod scilicet cæcus à testimonio repellitur, nu 19. & nu. 21. licet alij contra, num. 20.
Amplia 1. & multo magis in confectione inuentarij, nu. 22.
Amplia 22. in testamentis, num. 23.
Limita 1. in iis, qua non visu percipiuntur, sed auditu, & hoc quando cæcus loquentium voces notas habet, nu. 24.
Limita 2. vt cæcus possit testimonium ferre in stipulatione, & actione iniuriarum, num. 25.
Sublimita 1. has duas limitationes, dummodo cæcus notas habeat voces contrahentium & loquentium, vt falli non possit, aliter secus, num. 26.
Sublimita 2. vt quando cæcus deponit de auditu etiam in casu ab eo permisso, non est tamen integræ fidei, & omni exceptione maior, nu. 27. sed contra, nu. 31. Declara vt d. n. 31.
Sublimita 3. vt isto casu cæci testimonium non inducat probationem, sed tantum præsumptionem, nu. 28.
Sublimita 4. vt testimonium cæci de auditu recipiatur in ciuilibus, secus in criminalibus, nu. 30.
Limita 2. hanc regulam, quando cæcus deponit de iis, qua vidit ante cæcitatem, nu. 32.
Limita 3. in probatione adulterij, vel vbi de prohibitione matrimonij agitur, nu. 33.
Sublimita 1. hanc tertiam limitationem, dummodo cæcus deponat de re cadente sub sensu auditus, secus si de re cadente sub sensu visus, num. 34.
Sublimita 2. quando ageretur de contrahendo matrimonium, vel de iam contractum dissoluendo, nu. 35.

QVÆSTIO LXI. OPPOSITIO X.

PONITVR X. Contra † testem, quod est 19 cæcus: nam & is regulariter à testimonio repellitur, *Felyn. in c. præterea, num. 5. vers. & idem puto dicendum in cæco, extra de testibus. Campeg. de testibus, regul. 118. in princip. Corn. consil. 18. num. 5. & consil. 200. numer. 9. lib. 2. Ign. in l. 1. §. hoc autem Senatusconsultum, numer. 43. vers. in contractibus autem, & num. 44. iuncto nu. 46. seqq. ff. ad Syllan. vbi pluribus comprobat hanc conclusionem. Bertachin. in suo repertorio, verbo, testis, qui esse poss. n. 46. Conrad. in pract. §. 2. titul. de testib. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, cæcus, nu. 73 fol. 104. colum. 2. Mascar. de probat. libr. 1. conclus. 278. num. 7. & libr. 3. conclus. 1358. num. 21.*

Ex quibus patet, regulam hanc communiter * à Doctoribus † receptam esse: & si quod imo cæcus ad testificandum admittatur, ex quo in specie prohibitus à iure non reperiatur, affirmauerit Specul. *in tit. de teste, §. 1. nu. 56. quem referendo sequutus est Alber. de Malet. de testibus, cap. 5. nu. 36. iunctis aliis relatis per Ign. in d. §. hoc autem, n. 32. seqq.* Sed † prima opinio est verior, ac rationabilior: quia, *vt inquit Ign. in d. §. hoc autem, nu. 49.* communis * triusque scholæ canonistarum & legistarum sententia est, quod solus auditus in testibus non sufficit, sed requiritur præsentia, & visus, *capit. testes, 3. quæst. 9. l. testium, C. de testibus, capit. cum causam, extra eodem.* sed qui non vident, præsentes non dicuntur, *l. coram Titio, ff. de verbor. signif. l. 1. in fin. & ibi Bart. ff. de auctor. & consen. tutor. & curator.* Ergo qui non vident, testes esse non possunt, *sic in terminis arguit Ioan. Sichar. in l. si non speciali, num. 3. vers. veram etiam est. C. de testam. & pluribus comprobat. Ign. in dict. §. hoc autem, nu. 49. seqq.* 20 21

AMPLIA I. Vt † multo magis cæcus non possit esse testis in confectione inuentarii: sic enim post Salyc. quem allegat, *in l. testium, C. de testib. tradiderunt Auffr. de reprob. test. num. 16. vers. 1. in confectione inuentarij. Viui. in commun opin. verbo, testis esse non potest cæcus, in 1. fall. Mascar. de prob. libr. 1. concl. 278. num. 13. Fulu. Pacian. in tract. de prob. lib. 1. cap. 10. num 40.* 22

LIMITA Rursus † eandem sublimitationē tribus 85 aliis modis: Primo, vt non procedat tempore pestis: Secundo, quādo examinaretur idē superior, vel prælatus, qui alijs clericis examinandis licentiam impartitur: Tertio, quando clericus, vel religiosus examinaretur in simul cū suo superiore, ac prælato: his inq; tribus casibus, licentia in clericorum examine non requiritur, de primo ad-

mo addeas Ripam, *in tractat. de peste, rubric. de priuileg. iudic. cau. pest. num.* 45. *& Conrad. in pract. §.* 2. *tit. de testib. rub. dicta testium assumendo, in princ. num.* 77. *in fine, fol.* 106. *de secundo, & tertio casu addeas Caraui. super d. rit. magnæ Curiæ* 144. *num.* 3. *in* 2. *& 3. limitatione.*

86 LIMITA III. Seu † potius declara prædictam primam generalem sublimitationem, & vt in casu licentię concedendę per episcopum, possit idem episcopus, vel licentiam dare iudici laico, vt testem clericum examinet, vel coram se ipso, aut alio iudice ecclsiastico eundē testem examinari facere, ac deinde sic factum examen ad ipsum secularem iudicem transmittere, prout magis expediens sibi videbitur, vt veritas honorifice propaletur, vt dicit text. *in cap. quamquam in fin. & ibi gloss. in verbo competentibus, & in verbo, aut aliter, & in verbo, coram se, & ibi originaliter Archid. num.* 2. & 3. 14. *qu.* 2. *Ant. de But. in ca. cum nuntius post nu.* 5. *& ibid. Abb. n.* 3. *vers. sed oritur dubium*, vbi quod sic obseruatur, quando testes sunt in alieno territorio, vt scilicet iudici seculari committatur ab episcopo clericorum examen, *extr. de testib. Lanfran. de testib. nu.* 87. *Alber. de Malet. de testib. cap.* 5. *nu.* 31. *Boss. in tit. de oppos. contra testes, post versiculum, idemq; in criminali iudicio, ibi, vbi tamen possunt clerici, &c. Campeg. de testib. reg.* 191. *in* 3 *fallent. Conrad. in pract. §.* 2. *titul. de testib. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, clericus, num.* 77. *in princ. fol.* 106. *Mascar. de probat. lib.* 3. *conclus.* 1358. *nu.* 61.

87 LIMITA IV. Seu † pariter potius declara eandem sublimitationem, vt cum licentia sit quid facti, facta autem non præsumantur, nisi probentur, *l. prima, & l. cum res, C. de probat. l. asseueratio, §. fin. C. de non nu. pecun. iccirco de ea debet aliter apparere, quam per assertionem notarii dicentis puta, talis frater, &c. testis citatus, iuratus, & de licentia superioris examinatus, sic in terminis post Ioan. de Amic. in cons.* 57. *nu.* 18. *& Curt. in tract. de testib. concluſ.* 49. *in fin. vers. oportet ergo, scriptū reliquit Caraui. super d. risu magnæ Cur. Vicar.* 144. *nu.* 3 *vers. ita, quod de tali licentia, iuncto nu.* 9. & 10. sed contrarium consulendo probauit Sylua. *cons.* 16. *num.* 7. *vers. plus dico, & num.* 8.

88 SVBLIMITA II. Et † generaliter omnes limitationes supra datas ad regulam propositæ duodecimæ oppositionis, vt etsi clericus in aliquibus casibus, ad se examinandum contra laicum admittatur, non tamen ad hoc cogi potest, *secundum Præpositi. in c. testimonium, nu.* 3. *versic. cogi tamen inuitus non debet,* 11. *quæst.* 1. *Ant. de Butr. in cap. cum nuntius, num.* 5. *extra de testib. cum aliis per Lanfr. in tractat. de testib. num.* 87. *in fine, Alb. de Malet. de testibus, c.* 6. *num.* 33. *Campeg. de testibus, reg.* 91. *in* 2. *fallent. & reg.* 97. *per totam, vbi late de materia, Conrad. in pract. §.* 2. *titul. de testib. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, clericus, post nu.* 77. *fol.* 106. *Montic. in suo repertor. testium, fol.* 142. *colum.* 1. *vers.* 6. *Clar. in pract. §. fin. quæst.* 24. *vers. scias tamen, ibi, item clericus, &c.* ¶ Et ad materiam huius sublimitationis, vltra ea, quæ posita dicuntur, vide quæ dixi *in titul. de appos. consil. nam est, quæst.* 78. *num.* 74. *seq.*

89 AMPLIA I. Hanc † secundam sublimitationem, vt clericus ad se examinandum cogi non possit, nedum in criminalibus, verum etiā nec in ciuilibus (nisi simus in casu, in quo per alios veritas haberi non possit,) *prout declarat Ant. de But. in cap. delictorum, col. fin. vers. ad primum, & sequenti, & ibidem Abba. colu.* 3. *in fin. vers. & omnia prædicta, ibi, nisi persona sint in hoc priuilegiata, & col.* 4. *ante mediū, vers. vnde puto, de testibus cogen. Alber. de Malet. in tract. de testibus, cap.* 6. *nu.* 34. *sequenti.*

90 AMPLIA II. Et † multo magis, in causa criminali ciuiliter intentata, in qua non aliter clericus ad testificandum cogitur, quam si veritas per alios haberi non possit, prout dictum est in mere ciuili, *prout declarat Ant. de But. in d. c. dilectorum, colu fin. vers.* 2. *casu, extr. de testib. cog. Alb. de Malet. in tract. de testib. c.* 6. *nu.* 36.

91 AMPLIA III. Vt † & multo minus possit clericus cogi ad ferendum testimonium in causa criminali, in qua agitur de pœna sanguinis: cum enim, *vt dixi supra, num.* 59. non possit in tali causa clericus volens examinari, ergo multo minus potest ad se examinandum cogi, *secundum Anton. de Butr. in ca. dilectorum, colum.* 3. *in fine, num.* 5. *versic. si vero agatur ad pœnam corporalem, & colum.* 4. *eod. num.* 5. *vers. si vero agitur coram iudice, & ibid. Abb. colum.* 3. *sub* 7. *opinione*, vbi quod est clarum in clerico, *& ibidem, in versic. si autem coram ecclesiastico iudice, & colum.* 4. *in princ. ibi, clerici tamen non compelluntur in causa sanguinis, Anchar. numer.* 2. *vers.* 2. *casu, Imol. colu.* 4. *in fin. versic. si autem coram seculari Iudice, Ioan. Andr. num.* 11. *in fin. versic. de clerico hoc planum, extra de testib. cogen. Alber. de Malet. de testib. cap.* 6 *nu.* 37. *vers. & est notandum*, vbi ampliat etiam in casu, in quo veritas aliter haberi non possit, *& nu.* 38. *Crot. de testib. n.* 69. *vers.* 1. *sit conclusio.* ¶ *& dixi latius in tit. de oppos. cont. exam. test. qu.* 78. *num.* 99. *seqq.*

92 AMPLIA IV. Vt † nec etiam in crimine læsæ maiestatis clericus ad se examinandū cogi possit, quando agitur de eius pœna sanguinis, secus si ageretur de sola pœna confiscationis bonorum, quando memoria defuncti damnatur, *vt per Gig. in tract. de crim. læs. maiest. lib.* 2. *rub. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. q.* 14. *nu.* 7. & 8.

93 LIMITA I. Propositam generalem † secundam sublimitationem, vt non procedat, quando veritas aliter haberi non potest: quia tunc sicut clericus ad testificandum volens admittitur, *vt dixi supr. num.* 71. Ita & nolens potest cogi, tam in ciuilibus, quam etiam in criminalibus, per ea, quæ generaliter de teste cogendo dixi *infr. qu. nu. ..... lib.* 3. & in specie de clerico, scripterunt gloss. *in c. quamquam in verbo, occulteur, 14. quæst.* 2. *Anto. de Butr. in c. cum nuntius, sub num.* 5. *extr. de testib. & in c. dilectorum, colum fin. post versiculum, ad primum dic, & vers. tertius casus, & ibi etiam Imol. nu.* 7. *de testib. cogen. Felin. in cap. de cetero, nu.* 1. *post versiculum, fallit secundo, & ibi etiam Aret. num.* 3. vbi expresse probat, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, *extr. de testib. Imol. in cap.* 1. *nu.* 3. *de testib. cogen. Præposit. in cap. testimonium, num.* 3. *vers. cogi tamen inuitus non debet, nisi in defectum, & nu.* 5. *vers. sed in defectum probationum,* 11. *q.* 1. *Alb. de Malet. in tract. de testib. cap.* 5. *num.* 30. *in fin. & cap.* 6. *num.* 33. *Campeg. de testib. reg.* 91. *in* 1 *& 2 fallen. Montic. in suo repertor. testium, fol.* 142. *col.* 1. *versic.* 6. *& fin. Clar. in practic. §. fin. quæst.* 24. *sub vers. scias tamen. Mascard. de probat. lib.* 1. *concluſ.* 306. *num.* 5. *vide infr. nu.* 96.

94 AMPLIA Hanc limitationem, † vt in casu, in quo per alios veritas haberi non potest, clericus possit cogi ad testificandum, etiam contra suam Ecclesiam, ad quā materiam videas Ioan. Andr. *in cap. cum nuntius, num.* 5. *& ibi etiam Innocent. in versic. & non solum credimus. Hostien. numer.* 3. *seqq. Bald. num.* 1. *Imol. num.* 3. *vers. in ea gloss. Anch. numer.* 4. *Anton. de Butr. num.* 4. *Abb. num.* 2. *Felin. num.* 2. *extra de testibus, Campeg. de testib. regul.* 92. *in princ & versic.* 2. *& 3. & regul.* 97. *in* 2. *fallen. Monticell. in repertor. testium. fol* 142. *colum.* 1. *vers.* 4. *Mascard. de probat. conclus* 306. *num.* 5. *lib.* 1. *vide supr. quæst.* 60. *nu.* 489.

95 LIMITA II. Eandem † secundam sublimitationē non procedere, quando ageretur de alia pœna, quam sanguinis: nam tunc videtur posse clericos ad testificandum cogi, per ea, quæ scripserunt Anton. de Butr. *in d. cap. dilectorum, colum* 3. *ad finem, post num* 5. *Imol ibid. m., colum.* 4. *versic. si agitur ad pœnam pecuniariam. extr. de test. bus cogen. Alber. de Malet. in tract. de testib. cap.* 6. *nu.* 37. vbi loquitur, quando agitur de pœna pecuniaria, *Gig. de crim. læsæ maiest. libr.* 2. *rubr. quomodo, & per quos crimen læsæ maiest. probat. qu.* 14 *nu.* 6. *vers. imo tali casu.*

96 SVBLIMITA Propositam † præcedentem limitationem, vt procedat, quando sumus in casu, in quo per alios veritas haberi non potest: tunc enim possent clerici ad testificandum cogi, si non agitur de pœna sanguinis, *iuxta ea, quæ dixi sup. nu.* 93. At secus si per alios ve-

ritas haberi possit, quia tunc nullatenus possunt cogi non solum si criminaliter agatur, & etiam quod non agatur de pœna sanguinis: sed etiam si ciuiliter, *vt supra prob.nu.* 89. *& nu.* 90. *& in specie tradiderunt Abb. in d. ca. dilectorum, col.* 3. *post medium, vers. si agitur in foro seculari, Ant. de Butr. col.* 3. *vers. tertius casus, Imol. col* 4. *ad fin. vers. an autem clerici, extr. de testib. cogen.*

97 SVBLIMITA Generaliter † duas præcedentes limitationes positas *sup. num.* 93. *&* 95. vt in omni casu, in quo clericus ad testificandum cogi potest, id intelligi debeat, vt cogatur à iudice ecclesiastico, non autē à seculari: nam iudex ecclesiasticus facit illi præceptum, vt deponat coram laico: nō autem dat laico licentiam ad cogendum clericum ad testificandum corā ipso, *ita post Felin. & Aretin. quos allegat, aperte tradit Boss. in tit. de oppos. contra testes, nu.* 91. *post vers. idemq; in criminali iudicio, ibi, & hanc practicam video quotidie obseruari, Abb. in c. dilectorum, col.* 3. *post medium. post versic. si agitur in foro seculari, ibi, & sit compulsio per ecclesiasticum iudicem, Imol. col.* 4. *ad fin. vers. non tamen fiet tunc compulsio per iudicem secularem, extr. de testib. cogen. Præpos. in c. testimonium, nu* 5. *& ibi etiam Archid. nu.* 3. *vers. vel sensus est, 11. qu.* 1. ¶ Vide ad idem quæ dixi *infr. in tit. de oppos. contr. exam. test. quæst.* 78. *nu.* 78.

ARGVMENTVM.

De teste laico contra clericum.

SVMMARIA.

Regula sit, quod laicus contra clericum in caussa criminali testis esse non potest, numer. 98. *seqq. vbi ponuntur duæ rationes huius regulæ.*

Ampliat etiam contra clericum primæ tonsuræ, nu. 101.

Ampliat 2. multo magis in illis laicis, qui membro aliquo mutilati, vel corpore vitiati non possunt ad sacros ordines promoueri, nu. 102. *Declara, vt nu.* 103.

Limita 1. *in criminibus exceptis, hæresis, simoniæ, læsæ maiestatis, & similibus, in quibus laici contra clericum admittuntur, etiam quod viles sint, nu.* 104. *seq.*

Limita 2. *in subsidium, & quando veritas aliter haberi nō potest, vt puta, si delictum commissum sit in villa, in qua nullus clericus commoretur, nu.* 107. *licet alias contra, nu.* 108.

Limita 3. *quia, etsi laici contra clericum examinari non debeant, examinati tamen faciunt contra ipsum in litium ad torquendum duobus concurrentibus, primo quod sint plures: secundo, quod immediate super delicto deponant, aliter secus, numer.* 109. *seqq.*

Limita 4. *quando agitur per viam inquisitionis, vel denuntiationis, nu.* 113. *sed contra nu.* 114.

Limita 5. *ad fauorem, & defensionem clericorum, nu.* 115.

Limita 6. *contra clericum infamatum, nu.* 116.

Limita 7. *quando cum laico examinaretur alter clericus, numero* 117.

Limita 8. *in crimine notorio, nu.* 118.

Limita 9. *in probatione famæ, nu.* 119.

Limita 10. *vbi de crimine agitur ciuiliter, nu.* 120. *vbi quando agitur de beneficii priuatione, licet alii contra, nu.* 121.

Limita 11. *in caussa ciuili, nu.* 122.

QVÆSTIO LXI. OPPOSITIO XII.

98 OPPONITVR XIII. Contra testem, quod † est laicus, qui propterea contra clericum in caussa criminali testimonium ferre non potest, *text. in cap. de cetero, ex ratione testibus, de cetero*, ibi inquit textus, *laicos in accusationibus, vel testimonium contra clericos in criminali caussa non esse aliquatenus admittendos, censura sacrorum canonum manifestius docet, & ibi hoc notant Ioan. Andr. in Panormitanus, Ant. num.* 1. *Bald. in summario, Ancharanus, Ant. num.* 1. *Imol. in princip. in* 1. *not. ab. Anton. de But. in summario, & in* 1. *not. ab. Abbas, num.* 1. *Felin. & Aret. in summario, & in* 1. *not. ab. Abbas, num.* 1. *Felin. & Aret. in summario, idem Boyc. in Henr. Boyc. num.* 4. *versic. si queris vtrum laicus, idem Boyc. in cap. veniens, num* 3. *extra eodem, titul. de testibus. Archid. in cap. testimonium, num.* 3. *in fin. & ibi etiam Præposit. post numer.* 1. *versic. quia laicus contra clericum,* 11. *quæst.* 1. *Nepos de Monte Alb. in tractat. de testib. num.* 153. *Aufrer. de reprob. test. nu.* 61. *Alb. de Malet. de testib. cap.* 5 *num.* 39. *Campeg. de testib. regul.* 98. *in princ. Boss. in tit. de oppos. cont. testes, nu.* 91. *Marsil. in pract. §. diligenter, num.* 132. *in princ. & sing.* 98. *in princ. Socin. reg.* 409. *in princ. Nouell. reg.* 216. *numer.* 67. *Diaz. in pract. crim. can.* 20. *in princ. Plot. de in lit. iuran. §.* 4. *num.* 30. *Gig. de crim. can.* 20. *in princ. Plot. de in lit. iuran. §.* 4. *num.* 30. *Gig. de crim. læsæ maiest. lib.* 2. *tit. quomod. & per quos crim. læsæ maiest. prob. qu.* 15. *nu.* 1. *Viu. in com. opin. verbo testificari possunt contra clericum laici, vers. sallitque hoc in caussa criminalibus, Couar. pract. qu. cap.* 18. *nu.* 2. *in princ. & in fin. vbi testatur de communi opinione, Oldrad. consil.* 145. *numer.* 3. *vbi etiam de communi, Roland. cons.* 24. *num.* 15. *lib.* 1. *Dec. cons.* 63. *nu.* 35. *in* 3. *volum. Montic. in suo repertor. test. verbo, laicus contra clericum. fol.* 47. *col.* 1. *vers.* 1. *& seqq. Clar. in pract. §. fin. qu.* 24. *versicul. præterea quæro, vbi etiam de communi, Mascard. de prob. lib.* 2. *conclus.* 962. *nu.* 1. *vbi quod ita concludunt omnes scribentes, in d. c. de cetero, & lib.* 3. *concl.* 1358. *nu.* 44. Ratio istius regulæ triplex est: Prima † sumitur ex reuerentia, quam laicus debet clerico, qui Dei legatione fungitur, *t. accusati, in fine,* 2. *quæst.* 7. *cap. quis dubitet, & c. duo sunt,* 96. *dist.* Secunda † est ratio propter generalem inimicitiam, quæ intercedit inter laicos & clericos, *prout dixit Boss. in tit. de oppos. cont. test. d. num.* 91. *cum laici sint clericis infesti, cap. laici, & laicus* 2. *qu.* 7. Tertia potest esse ratio, quia sicut clericus nō potest contra laicum testimonium ferre, ita ratione æqualitatis seruandæ, nec id poterit laicus contra clericum, *vt dixi supr. nu.* 57. *in* 12. *oppositione.* 99

AMPLIA I. Huius 13. † oppositionis regulam, etiam in clericis primæ tonsuræ, cōtra quos nec laicos posse testimonium ferre probat text. *in cap. de cetero, in verbo, clericum, extr. de testib. iuncto c. cleros & ibi gloss. in verbo, Psalmistas,* 21. *dist. Felin. in d. c. cetero, in princ. versic. & procedit etiam, Dominic. in c. sicut sacerdotes,* 2. *quæst.* 7. *Moncad. in addit. ad Crot. in tract. de testib. num.* 59. *litera S. in verbo, contra clericum, Gig. de crim. læsæ maiest. lib.* 2. *titul. quomod. & per quos crim. læsæ maiest. probe q.* 15 *nu.* 1. *vers. & procedit hoc etiam, Diaz. in pract. crim. canon. c.* 20. *in pr. vers. quod procedit etiam, Mascard. de prob. lib.* 2. *concl.* 962. *num.* 1. *& lib.* 3. *conclus.* 1358. *nu.* 45. Et facit quod in simili de clerico contra laicum dixi *supr. nu.* 60. *in* 12. *oppos.* 100

AMPLIA II. Vt † contra clericum multo minus admittatur testimonium eorum, qui membro aliquo mutilati, vel corpore taliter vitiati sunt, vt non possint ad sacros ordines promoueri, *vt per Felin. in c.* 1. *in princ. & ibi etiam Dec. num.* 13. *extra de except. Diaz. in pract. crim. can. c.* 120. *vers. item mutilati, alios refert Couarr. pract. qu. ca.* 18. *n.* 2. *vers. sed si verum, vbi testatur de communi opinione, Clar. in §. fin. qu.* 24. *vers. præterea quaro*, vbi quod licet hæc opinio non multū rationabilis videatur, ex trad. per Couar. *in loco præcitato*, in pract. tamen difficile esset contra eam vti communem obtinere, Michael Cras. *in suis com. opin. lib.* 2. *c.* 17. *qu.* 31. Vbi † tamen post Couar. *ind. versic. sed si verum*, valde dubitat de hac ampliatione, & saltem eam non procedere affirmat in clericis mutilatis, aut corpore vitiatis, quod & ego verissimum credo per rationes ab eodem Didaco consideratas. 101 102 103

LIMITA I. In criminibus exceptis, † prout crimen hæresis, simonię, læsæ maiestatis, & similibus, in iis enim laicus contra clericum non prohibetur testimoniū ferre, *gloss. in c. cum P. Manconella, de accusat. item gloss. in cap. de cetero, in verbo, suam, & ibi etiam Innoc. in verbo, admittendos, Anton. de But. num.* 4. *versic. oppono, quod ad testificandum, Abb. nu.* 6. *in* 5. *limitatione, Felin. nu.* 9. *in fine, versic. limita* 6. *vbi quidam tenent ibi gloss. & omnes Doctores, Aret. nu.* 4. *in fin. Henric. Boyc. nu.* 5. *seqq* Vbi † declarat limitationem non procedere, quando laicus paterētur alios defectus, puta quod esset socius criminis, inimicus, vel alias malæ famæ, & bene hæc omnia exemplificat, *ext. de testib. idem Henr. Boyc. in c. veniens, nu.* 4. *eodem tit. de testib. Nepos de Monte Alba. in tract. de testib. nu.* 153. *Crot. de testib. n.* 60. *Aufr. de reprob. test. nu.* 61. *vers.* 5 *limitatur, vbi quod* * *ita tenent omnes* * *Dd. Campeg de testib. regul.* 98. *in* 5. *fallent. Gig. de crim. læsæ maiest. lib.* 2. *rub. quomod. & per quos crim. læsæ maiest. prob. q.* 15. *nu.* 5. *seqq. Boer in tract. de seditios. in* 7. *& vlt. mo præsuppositio, nu.* 5. *in fin. Mart. Lauden. in tract. de crim læs. maiest. qu.* 27. *Socin. reg.* 409. *in* 1. *fallent. Corrad. in pract. §.* 2. *tit. de testib. verbo, clericus, nu.* 78. *in* 6. *limitat. fol.* 106. *Diaz. in pract. crim. canon. cap.* 120. *vers. item etiam fallit, Mascar. de probat. lib.* 1. *conclus.* 462. *num.* 14. *lib.* 2. *conclus.* 962. *num.* 10. *lib* 3. *conclus.* 1358. *num.* 58. *Montic. in repertor. test. fol.* 47. *col.* 1. *in fin. verbo, laicus contra cler.* vbi † ampliat hanc limitationē procedere etiam in laicis vilibus. Sed hanc ampliationem declara, vt per Mascar. *d. concl.* 462. *num.* 15. Et ex iis, iunctis aliis quos in simili de clericis contra laicū retuli *sup. nu.* 5. & generaliter *infr. qu.* 62. *nu.* 81. *seqq.* sine dubio dici potest hanc primam limitationem fuisse à * Doctoribus communiter * receptam, & si contrarium senserit Menchiaca, *lib.* 3. *de testib. §.* 22. *num.* 73. *quem refert C'ar. in pract. qu.* 24. *sub. vers. præterea quæro.* 104 105 106

107 LIMITA II. In subsidium, † & quando veritas aliter haberi non potest, vt puta, si agitur de probando delictum commissum à clerico in villa, in qua alii clerici nō commorantur: tunc enim ne veritas occultetur, admittuntur laici ad testificandum contra clericum, per ea quæ in simili de laico contra clericum dixi, *sup. nu.* 1. & de teste inhabili in genere dixi *inf. qu.* 62. *num.* [illegible] & in terminis nostræ limitationis, scripserunt [illegible] quos allegant, Abb. *in c. de cetero, nu.* 3. *ext. de* [illegible] ne comprobat hanc conclusionem, pro qu[illegible] de stringunt rationes deductæ per Aret. *in d. c. de cetero, nu.* 4. *& nu.* 8. 9. *&* 10. vbi hanc Abbatis opinionem dixit multum æquam (& si contrariam, *vt infr. eam referam*, veriorem crediderit,) Crot. *de testib. nu.* 61. vbi bene fundat, & respondet rationibus Aretini contrarium sentientis, *Fel. Monca. in addit. ad eum, litera T, vbi alios refert concordantes, Carrer. in pract. crim, in materia inditiorum, & tortur. §. vltim. an testes, nu.* 19. *vers. in subsidium, Aufr. de reprob. testium, nu.* 61. *vers. fallit* 1. *Campeg. de testib. reg.* 409. *in* 1. *fallent. Rebuff. de reprob. test. nu.* 237. *Soc. reg.* 409. *in* 3. *fallen. Ias. in* 1. *fin. in fine, C. de his quibus vt indig. Diaz. in pract. crim. can. c.* 120. *vers. quod tamen limita, iuncto vers. sed quia, &c.* vbi relata, & bene comprobata Aret. contraria opinione. Et concludit tandem, quod si hæc Abbatis opinio non seruaretur, esset dare ansam presbyteris, qui soli habitant in oppidis rusticanis, vt secure, & impune plura committerent delicta, etiam præsentibus laicis, & ideo dicit se credere, quod hæc eadem opinio posset seruari, habita prudenti consideratione per iudicem qualitatis personæ, clerici delinquentis, testium, delicti perpetrati, & etiā particulariter, an ille clericus sit inuisus, aut gratus oppidanis illius loci. Addo & pro hac eadē limitatione Marsil. *in l. Diuus, nu.* 9. *ff. de qq. Plot. de in lit. iuran. §.* 4. *nu.* 30. *Corrad. in pract. §.* 2. *tit. de testib. rub. personas testium aggrediendo, verbo, clericus, nu.* 78. *in* 1. *limitat. fol.* 106. *Decian. cons.* 63. *nu.* 35. *vers. tamen fallit, in* 3. *vol.* vbi quod isto casu laici nō solum admittuntur, sed etiam coguntur, *Viui. in suis com. opin. verbo, testificari possunt contra clericum laici, vers. sub.* * *limitatur hoc dictum, vbi testatur de commun. opin.* * *Mascard. de probat. lib.* 3. *concl.* 1358. *nu.* 46. Et sine dubio hæc limitatio magis communiter ad Dd. recepta est, & si contrarium † late firmauerit Aretin. *in d. c. de cetero, nu.* 5. 6. 7. 10. *in fin. n.* 11. dicens ab hac sua opinione tanquam communi * non esse recedendum, à qua dissentit Fel. *in d. c. de cetero, nu.* 5. *& dicta per Felin. bene comprobat Diaz. d. c.* 120. *vers. posse tamen considerari, & consulendo tradidit Ferret. cons.* 238. *num.* 12. *lib.* 2. [illegible] vt dixi, æquitas, & magis communis * Dd. sent[illegible] pro prima Abbatis opinione, & ne pro limitatione. 108 109

LIMITA III. Vt † laici contra clericum examinari nō debeant, examinati tamen faciunt contra ipsum in ditium etiam ad torturam, *secundum Abb. in ca. de cetero. num.* 5. *& ibidem Felin. num.* 7. *qui respondet rationib. Aretini contrarium sententiæ, extr. de testib. Cr[illegible] de testib. num.* 62. *seq. vbi pariter respondet Aret. fundo[illegible] contrarius, Moncad. in addit. ad eum ibi, litera R, Anp[illegible] Castel. num.* 61. *in* 3. *limitat. Campeg. de testib. reg.* 9[illegible] *fallent. Boss. in tit. de oppos. contra test. nu.* 91. *post Alex. quem [illegible] in l. maritus, ff. de qu. Marsil. sing.* 98. *vers. sciastamen, & in pract. §. diligenter, n.* 132. *seqq. & in d. l. maritus, nu.* 1. *Brun. de indic. part.* 1. *qu.* 2. *nu.* 23. *ad fin. Carrer. in pract. crim. in materia inditiorum & torturæ, §. vlt. an testis, num.* 19. *Soc. reg.* 409. *in* 4. *fall. Montecell. in suo repert. test. verbo, laicus, fol.* 47. *col.* 2. *vers.* 3. *& verbo, testes quales ad probandum inditium. fol.* 46. *col.* 2. *vers. antepen. & verbo, testes in crimin. qui esse [illegible] fol.* 355. *colu.* 1. *vers. penult. Brun. cons. crim. diuers. nu.* 115. *nu.* 4. *vol.* 2. *Rol. cons.* 24. *nu.* 15. *vers. quia respondetur, lib.* 1. *vbi alios refert Corrad. in pract. titul. de testib. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, clericus, nu.* 78. *in tertia limitatione, fol* 106. *Decian. cons.* 63. *nu.* 36. *lib.* 3. *Mascar. de probat. lib.* 3. *conclus.* 1358. *nu.* 51. *seqq. vbi alii relati asserunt de communi * opinione Dd. & faciunt, quæ in simili, & generaliter de teste inhabili, inditium faciente, dixi *infr. q.* 62. *num.* 261. *seqq.* Et † licet contra hanc limitationem aperte senserint Adden. ad Abb. *in d. c. de cetero, nu.* 5. *litera C. versic. in contrarium facit, Aret. ibid. num.* 1. *in* 1. *not. ab. sunct. num.* 12. *&* 13. vbi bene comprobat Nouell. *reg.* 216 *num.* 67. *in fin.* vbi eodem allegat Dec. *in c. at si clerici, num.* 67. *extr. de iudic. Ferret. consil.* 238. *num.* 13. *&* 14 *lib.* 2. nanctis alios, quos e contra de clerico contra laicum retuli, *supra num.* 61. non per hoc tamen ab ea recedas, quæ in se verissima est, declarata tamen, vt mox audies in sequentibus limitationibus. 109 110

SVBLIMITA I. Hanc † tertiam limitationem, vt procedat, dummodo laici examinati contra clericum sint plures: tunc enim bene facient inditium ad torturam, secus si sit vnus tantum, moueor ad sic dicendum duplici fundamento. Primo, quia propter generalem inimicitiam, quam laici habent cum clericis, certum est in omni casu eos non esse integros, & omni exceptione maiores, *vt post Alex. & Felin. quos allegat, deducit Boss. in tit. de oppos. contra test. num.* 91. *in princip. vers. ex cuius ver-* [illegible] *dicit latius, supr. num.* 98. *seqq.* Ergo vnus non facit inditium ad torturam, cum certissimi iuris sit, *vt suo loco dixi*, vnicum testem non sufficere ad torquendum reū, nisi is fuerit integræ fidei, & omni exceptione maior. Secundo, ratio quare Doctores volunt, laicos contra clericum examinatos facere contra eos inditium ad torturam, ea communiter * affertur per Dd. supr. allegatos, *nam.* 109. ac præsertim per Marsil. Felin. & Crot. *in loc. cit.* quia sc. ea, quæ in ciuilibus faciunt plenam probationem, in criminalibus faciunt inditium ad torquendum: sed sic est, quod in ciuilibus, vnus laicus cōtra clericum non plene probat, ergo nec in criminalib. facit inditium per ea, quæ in simili arguendo consuluit Hipp. Rim. *in cons.* 213. *nu.* 91. *lib.* 2. Et ista est veritas, etsi idem Boss. *in tit. de oppos. contra testes, d nu.* 91. *in fin principis* dixerit, quod ipse in practica non curaret, an testis contra clericum examinatus esset magis clericus, quam laicus, sed certe loquitur in hoc contra communes * Doctorum propositiones, *de quibus supra*, & vide quæ generaliter de testibus inhabilibus dixi *infra quæstio. 62. numero. 272. & 273.* 111 112

SVBLIMITA II. Eandem † tertiam limitationē, vt procedat quando testes laici deponunt contra clericum, immediate super delicto de visu: tunc enim facit inditium ad torturam, secus si super remotis tantum-

modo deponant, *vt per Ferret. d. consil.238. num. 13. & 14. quem in proposito refert, & sequitur Mascard. de probat. libr. 2. conclus. 962. num. 5.*

113 LIMITA IV. Huius † 13. oppositionis regulam non procedere, quãdo agitur per viam inquisitionis, vel denuntiationis: tunc enim videtur agi de crimine non criminaliter, sed ciuiliter, & ideo eo casu laicum contra clericum posse testimonium ferre, aperte consulendo tradidit Feder. de Senis. *consil. 23. incip. Titius electus, quem sequuti sunt Felin. in d. c. de cetero, post num. 9. & ibidem. Abb. num. 6. vers. item si agatur per viam inquisitionis, extr. de testib. Aufr. de reprob. test. num. 61. sub 4 limitatione, in fin. vers. idem si agatur per viam inquisitionis, Ferret. cons. 366. num. 10. lib. 1. Mascar. de probat. l. b. 2. concl. 961. n. 9. lib. 3. conclus. 1358. num 55. & 56.* Vbi † tamen in contrarium allegat Crot. *in tract. de testib. nu. 64.* dicentem, quod hæc limitatio iure non probatur & quod multum restringit intra prohibentia, laicum contra clericum testificari posse, & certe apud me hæc eadem limitatio non admodum vera apparet, cum nec etiam verum crediderim assumtum Feder. de Senis, quod scil. dicatur agi de crimine ciuiliter, & nõ criminaliter, quando proceditur per viam inquisitionis, seu denuntiationis.

115 LIMITA V. Quia † etsi laici contra clericos non admittuntur, admittuntur tamen ad eorum fauorem, & sic ad defensam, *vt per Felin. in d. cap. de cetero, numer. 8. extra de testib.* vbi dicit de hoc esse text. in terminis *in ca. peruenit, il secundo, de testib. cogen.* secundum communem ** intellectum, quod scilicet ibi criminaliter ageretur, *Aret. in l. cap. de cetero. nu. 11. vers. illud etiam scias,* per text. *in cap. si haereticus, & cap. seq. 2. quæst. 7.* vbi hæreticus contra Catholicum non probat, sed ad eius fauorẽ sic, *Conrad. in pract. § 2. tit. de testib. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, clericus. nu. 77. vers. & subiungit, & n. 78. in 4. limitatione, Mas. de probat. lib. 3. concl. 1358. nu. 52.* faciunt quæ in simili de clerico ad fauorem laici dixi, *supr. nu. 74.* & generaliter de teste inhabili, dixi etiam *inf. qu. 62. nu. 90.*

116 LIMITA VI. Contra † clericum infamatum, contra quem etiam laicos admitti, scripserunt Imol. *in c. cum non ab homine, num. 7. extra de iudic. Mil. in suo repertor. verbo. testis, numer. 46. sicut eos referendo, sequitur Monticell. in suo repertor. testium, in verbo, laicus contra clericum, fol. 47. col. 1. vers. pen.*

117 LIMITA VII. Quando † cum laico examinaretur alter clericus: quia tunc fides vnius suppleret inhabilitatem alterius, *Crot. de testibus, num 68. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1358. num. 59. & sequ.* facit in simili, quia etsi in laicum non possit compromitti, bene tamen potest compromitti in laicum, & clericum simul, *cap. per tuas, de arbitris*

118 LIMITA VIII. In † crimine notorio, in quo laici nõ arcentur à ferendo testimonio contra clericum *Abb. in c. de cetero, num. 4. & ibi Felin. nu 6. extra de testibus. Crot. de test. nu. 67. Aufr. de reprob. testium, num. 61. vers. secundo limitatur, Campeg. de testibus, reg. 98. in 2. fallen. Soc. reg. 409. in 2 fallen. Diaz in pract. crim canon cap. 120. vers. Quod etiam fallit, Conrad. in pract § 2. tit de testib. rub personas testium aggrediendo, verbo, clericus, nu. 78. in 2. limitatione. fol. 106. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1358 n. 48. seqq & lib. 2. concl. 962. n. 8. Dec. cons. 63. nu 35. vers. 2. dico. in 3. vol.*

119 LIMITA IX. In † p obatione famæ, in qua etiam contra clericũ laici admittuntur, *ex allegatis per Mar. in pract. c. §. diligenter. numer 134. & singul. 98. versicul. in misericordia. Mascard. d. conclus. 1358. num. 49. lib. 3. Dec. consil. 63. n. 12. post vers 2 dico.*

LIMITA X. † de crimine agitur ciuiliter: nam cum de [illegible] clerico contra clericum, etiam quod de publicatione bonorum agitur, *ep. relatum. in c. de cetero, sup. tit. in verbo. [illegible] & ibi l. Ioan. Andr. in eodem verbo, sed criminali, An. de But. nu 3. Abb. num. 6. Felin. num. 9. Henr. Boyc. nu. 1. vers. si in criminali, & nu. 2. vbi declarat. Imol. nu. 3. vers. item aduerte. extra, de testib. Crot. de testib. num. 65. Aufr. de reprob. testium, num. 61. vers. quarto limitatur, Campeg. d. reg. 98. in 4. fallent. Nouell. reg. 216. nu. 67. Conrad. in pract. d. verbo, clericus, num. 78. in 5. limitat. fol. 106. Ferret cons. 183. post num. 5. vers. vltimo confirmatur, vbi quod ita * concludunt * Dd. omnes, prout eum refert Clar. in pract. § fin. qu. 24. versicul. Praterea quæro, in fine, Decia. cons. 63. nu. 35. vers. 3. limitatur. Mascard. de probationib. lib. 3. concl. 1358. num. 54. & lib. 2. conclus. 962. num. 13.* Vbi † de communi, etsi Arch. *in c. qua iuxta, 5. qu. 6.* dixerit, quod quocunq; modo agatur contra clericum, siue ciuiliter, siue criminaliter, siue etiam ad suspensionem, laici repellantur. Vide quæ in simili de clerico contra laicum dixi *supr. num. 77.*

120 LIMITA XI. In † caussa mere ciuili, in qua nihil est, quod impediat laicorum testimonium contra clericos, per ea quæ in simili, & econtra de clericis contra laicos dixi *supr. num. 78.* & in specie per illum tex. quem bene ponderant in proposito, scripserunt Imol. *in cap. de cetero, nu. 3. vers. item aduerte, & Henr. Boyc. nu. 1. extr. de testib. Prapposit. in cap. testimonium, nu. 3. & ibi etiam Arch. nu. 3. vers. item in caussa ciuili, 11. quæst. 1. Viu. in commun. opin verbo, testificari possunt contra laicum clerici, in princip.*

ARGVMENTVM.

De teste monacho & religioso.

SVMMARIA.

Monachus, & Religiosus, à testimonio regulariter repellitur, numero 123. sed melius est regulam in contrarium formare, numer. 124.

Monachi & religiosi possunt in testamentis in testes adhiberi, nu. 126. & multo magis in testamentis ad pias caussas, nu. 127. intellige cum licentia eorum superioris, al. as secus, nu. 128. sed contra, d. num. 128.

Monachi & religiosi de iure ciuili testes esse possunt, non autem de iure canonico, nu. 129.

Monachi, & religiosi etiam de iure canonico testes esse possunt cum eorum superioris licentia, sine licentia autem secus, num. 130. seqq. vbi ponuntur tres rationes.

Monachi & religiosi, licet sine superioris licentia examinari non possint, si tamen examinarentur, valet eorum depositio, nihilque de fide diminuitur, nu. 134.

Monachi & religiosi nec velle, nec nolle non habent, eorumq; voluntas a superiore voluntate dependet, nu. 131.

Monachorum & religiosorum vox funesta reputatur, eamq; potius interdici, quam audiri oportet, nu. 133.

Monachi mortui sunt in mundo, sed quandoque sic mortui impregnant, num. 133.

QVÆSTIO LXI. OPPOSITIO XIV.

OPPONITVR XIV. Contra † testem, quod est monachus, & religiosus, ideo illum à testimonio fore repellendum videtur, *ex allegatis per Campeg. in tract. de testib. reg. 94. in princ.* vbi in specie de monachis, *& reg. 96. pariter in princ.* vbi de fratribus prædicatoribus, ac etiam de minoribus *per Monti. in suo reperto. testium, verbo, monachus fol. 51. colum. 1. vers. 3. & per Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 261. num. 1. & 2.* vbi de monachis, & canonicis regularibus. 123

Sed † certe in hac 14. oppositione multo verius crediderim, regulam posse formari affirmatiuam, quod scilicet monachus canonicus regularis, seu alias religiosus, & conuersus, non prohibetur ferre testimonium, *gloss. Institut. de iure personarum, in princip. in verbo, aut serui, versicul. item quid de monacho, & in Auth. de testibus, §. si vero dicatur seruilu, in verbo, ita sit, versicul. item quid de monacho, & in §. cogitandum, in verbo, testes, in eadem* 124

*dem Auth. de testibus, item gloss. in authentic. si testis productus, in verbo, impleatur. versicul. item quid de monachis, & conuersis, C. de testibus, Specul. in titul. de teste, §. 1. num. 40. vers. quid de monacho, & ibi in addition. liter. D. Faber in §. testes autem, numer. Institut. de testament. Campeg. de testibus, regul. 93 & regul. 95. Ioan. Sicar. in l. quoniam liberi. numer. 1. C. de testibus, relati per eundem Monticellum in d. repertor. testium, verbo, monachus, fol. 51. colum. 1. vers. 4. Syluan. consil. 16. numer. 4. vbi alios refert concordantes, & numero 5. * vers. vltimo adduco, vbi videtur testari de communi * opinione, Michael Cras. in commun. opin. lib. 2. c. 17. quæst. 13. in princ. * vbi testatur de communi, * ex Iasone quem allegat in l. hac consultissima, in princip. C. de testam.*

125 AMPLIA I. Hanc † affirmatiuam regulam, vt monachi, ac alii religiosi possint esse testes non solum in caussis aliorum, in quibus nullum habent interesse, sed etiam in caussis eorum Ecclesiæ, & monasterii, *prout late dixi supr. in antoced. quæst. 60. num. 463. seqq. & ad ibi tradita me remitto.*

126 AMPLIA II. In † testamentis, in quibus monachos aliosq; religiosos posse in testes adhiberi, scripserunt Bald. *in cap. nuper, extra de testibus, & consil. 2. incip. quidam fecit testamentum, libr. 2. Zabarel. consil. 97. incip. quo ad primum dubium, Signorol consil. 157. inc. p. factum sic se habet, vbi dicit se publice hanc quæstionem Mediolani disputasse. Ias. in authent. ingressi, colum 3. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi dicit de hoc se fuisse sæpenumero interrogatum. *Aret. consil. 159. incip. longa est ista consultatio colum. 8. versic. venio ad octauum, & nonum,* vbi testatur de notoria consuetudine diutissime obseruata, quæ consuetudo est præscripta & tollit canonem, etiamsi non concurrat patientia, & scientia superioris, *vt ibi per eum, quem referendo sequitur, & bene hanc conclusionem comprobat Syluan. consil. 16. numer. 3. seqq. Felin. in cap. cum nuntius, numer. 3. column. 2. in fine, extra de testibus, Bald. in repet. l. habeat, numer. 43. C. de sacrosanct. Eccles.* Crot *de testibus, numer. 14. vbi de patribus, minoribus, & aliis mendicantibus, Paris consil. 60. num. 12. libr. 3.* vbi & idem affirmauit in codicillis, *Boss. in titul. de oppos. contra test. num. 92. in fin.* vbi quod alias habuit de facto in quodam testamento celebrato vltra montes, in quo erant adhibiti septem testes, omnes ordinis minorum, *Thob. in § testes autem, num. 5. Institut. de testament.* vbi alios refert antiquiores, & loquitur in monachis fratribus Seruorum, minoribus, & mendicantibus, *Carani. super rit. magnæ Curt. Vicar. 144. numer. 4. vbi inter alios allegat Aretin. consil. 159. num. 20. Ferran. Gargar. consil. crimin. diuers. 126. numer. 29. libr. 1. Michael Cras. in suis commun opin. libr. 2. cap. 17. quæst. 13. versic. amplia etiam, vbi alios refert, & * testatur de communi, * ex Syluestr. Aldobran. Institut. de iure person. in princip. numer. 40. Clar. in § testamentum, quæst. 55. versicul. vlterius quæro,* vbi quod ita habet communis obseruantia, & consuetudo, *vt et statur Natta in loco per eum citato,* ea nempe ratione, quia scilicet solent huiusmodi religiosi à testatoribus in testes adhiberi, tanquam legaliores, & sub spe, quod eorum voluntates non reuelent, licet quandoque contrarium contingat, *Emanuel Soarez. in suo Thesaur. recept. sentent. litera T. num.* * 116. vbi etiam de communi, * & faciunt, quæ *supr. dixi, in quæst. 60. numer. 469.* vbi ampliatur hæc conclusio etiam quod in testamento aliquid eorum monasterio relinquatur.

127 AMPLIA III. Et † multo magis in testamentis ad pias caussas. *Campeg. de testib. reg. 94. in 4. fall & reg. 96. in 3. fallen. Ioan. Mar. Montic. in suo reper. testium. fol. 326. col. 2. vers. 1. Mase. de probat. lib 1. concl. 261. nu. 11.*

LIMITA Has † duas præcedentes ampliationes, quia & si monachum testamentis recipiantur in testes, id intelligitur cum lectia eorum superioris, alias secus, *vt per Ioan. Fabr. in § testes autem nu. 3. Institut. de testam. quem refert Mascard. concluf. 261. numm. 2.* Sed contrarium, quod

imo nulla requiratur licentia, consuluit Syluan. *consil. 16. numer. 5. in fine, versic. nec obstat si quis diceret *, & sequen. * post Vigl. quem allegat. scripsit. Thob. Non in d. § testes autem, num. 6.* Vide pro resolutione huius contrarietatis, quæ dicam, *infr. num. 130. seq.*

LIMITA Nunc † huius 14. oppositionis regulam, (& cum hac limitatione concordantur cõtraria posita, *sup. n. 123. & seq.*) vt illa scilicet procedat de iure ciuili, secus de iure canonico, sic in terminis scripsit Masc. *de probat. lib. 1. d. concl. 216. post nu. 4. vers. concordes hoc.* 129

SVBLIMITA Tamen † hanc limitationem, quia etiam de iure canonico monachi, & religiosi possunt esse testes cum licentia eorum superioris, sine autem tali licentia secus, per ea, quæ in simili de clericis dixi, *supr. nu. 83.* & in specie propositæ sublimationis, scripserunt Felin. *in cap. cum nuntius, num. 3. extr. de testibus,* vbi quod quidquid sit in clerico seculari, in religioso tamen cum difficultate seruaretur in practica contraria Abbatis opinio, *Faber in § testes autem, numer. 3. Institut. de testament. Nepos de Monte Albano, in tractat. de testibus, num. 59. seqq. Alber. de Malet. in tractat. de testibus, cap 5 post num. 27. Nell de testib. num. 22. vers. monachus, Franc. Curt. Papien. de testibus, num. 96. vers. testis monachus, concl. 49. Aufre. de reprob. test. num. 13. Lanfranc. de testib. num. 87. Crot. de testibus, num. 187. in princip. Boss. de oppos. contr. test. num. 92.* vbi hanc sequitur opinionem, vti veriorem in, religioso, licet contrarium in clerico seculari aliqui dixerint, Campeg. *de testibus, reg. 94. in 2 fallent. & regul. 96. in 1. fallent. Gram. consil. 3. num. 7. vers. tamen illud habet locum, Conrad. in pract. § 2. tit. de testibus, rub personas testium aggrediendo, verbo monachus, num. 76.* vbi idem refert Socin. *in consil. 17. nu. 15. lib. 1.* dicentem, quod contraria Abbatis opinio procedit, vel quando pars non opponit, vel in instrumentis, quibus casibus valet monachi depositio etiam sine superioris licentia, secus in aliis, *vt ibi per eum, addo pro hac eadem limitatione relatos per Carani. super rit. magna Curi Mi car. 144. numer. 2. Iul. Scarlatin. consil. crimin. diuersorum 118. numer. 28. lib. 1. Emanuel Soarez. in suo thesauro recept. sentent. litera T, numer. 117. vbi testatur de communi * opinione, ex Io * an. de Amic. consil. 77. numer. 17. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, monachus, fol. 51. colum. 1. versic. penult. Ioan. Sicard. in l. quoniam liberi, numer. 1. C. de testibus, vbi dicit ita se habere communem * practicam, Mascard. de probat. libr. 3. * concl. 1358. nu. 32. vbi alios relatu testatur de communi * opinio * ne, & lib. 1. concl. 261 nu. 5. & nu. 12.* 130

Ratio huius sublimitationis triplex est. Prima † quia monachi, & similes religiosi non habent, nec velle, nec nolle, eorumque voluntas à superioris voluntate dependet, *cap. si religiosus, & cap. si Abbatem, de electio. in 6. capit. fin. de sepult. eod. lib.* † Secunda, quia horum vox funesta reputatur, eamq; potius interdici, quã audiri oportet, *c. placuit, 2. qu. 7. c. si quis ex 3. qu. 11. l. pen. C. qui accus. non poss.* † Tertia, quia mortui sunt in mundo, *l. Deo nobis, C. de epis. & cler. § illud. & § si quis autem, in Auth. de monach. capit. placuit, 16. qu. 1.* licet quandoq; sic mortui impregnent, *cap. sicut ex literarum, extra de homicid.* etiam proprias commatres, *cap. peruenit 18. qu. 3.* 131 132 133

LIMITA Rursus † propositam sublimationẽ, (& hæc limitatio venit contradicendo dictæ sublimationi,) vt licet monachi, & alii religiosi nõ possint examinari sine eorum superioris licentia, examinati tamẽ valet eorum depositio, & nihil de fide eis diminuitur per ea, quæ in simili de clericis secularib. posui *sup n. 84.* & in specie de monachis, & religiosis, sic affirmarunt Spec. *in tit. de teste, § 1. n. 36. in fin.* vbi cum hac opinione tenuã vltimo loco ibi per eum relata, pertãsire videtur Abb. *in c. cum nuntius, num 4. extra de test.* vbi bene comprobat hanc limitationem, Aret. *in d. c. in nuntius, nu. 11.* vbi dicit se credere, quod in practica hæc Abbatis opinio communiter * teneatur ea ratione, quia & si ad li * 134

centia requiratur, ad tex. *in c. quamquam*, 14. q. 2. istud tamen est inductum ex quadam condecentia, & honore ordinis clericalis, & ideo tanquam leuis solemnitas omissa non vitiat, l. 1. *in fin. ff. de vent. inspic. glo. in c. in summa*, 63. *distinct. & Aretinum sic dicentem refert Crot. de testib. n.* 178. *Corn. cons.* 135. *nu.* 33. *lib.* 1. *Syluan. cons.* 16. *nu.* 6. *& 7. vbi bene loquitur in materia, Guido Papa decis.* 517. *Carau. super ritu magnæ Cur. Vicar.* 144. *num.* 33. vbi post summam Sylueſtrin. quã allegat, videtur asserere hanc opinionem vtiorẽ, licet ad effugiendum discussiones, & dubitationes, melius sit habere istam licentiam, *vt per Aret. quem allegat, in d. cons.* 159. *Longa est ista consultatio. nu.* 20. *Et cum hac opinione pertransire videtur etiam Thob. Non. in d. §. testes aut ens, n.* 6. *Instit. de testam. Mascar. de prob. lib.* 1. *concl.* 261. *nu.* 13. *vbi sic declarat dicta per eum ib. nu.* 12. LAVS DEO.

ARGVMENTVM.

De testibus inhabilibus in genere, & in primis, quis dicatur testis idoneus, integer, legitimus, ac omni exceptione maior, quomodo, & per quem huiusmodi qualitas probanda sit.

SVMMARIA.

Maior omni exceptione dicitur ille, qui nulla legitima exceptione repelli potest, num. 1.

Testis idoneus est idem, quod omni exceptione maior, num. 2. *sed verius est, quod testis omni exceptione maior sit aliquid plus quam idoneus, num.* 3.

Testis legitimus dicitur is, qui omni exceptione maior est, & sic paria sunt, testem esse legitimum, & omni exceptione maiorem, num. 4.

Testis integer, seu integræ opinionis, dicitur is, qui à iure non repellitur, & idem est, quod omni exceptione maior, nu. 5.

Testis optimæ opinionis non præsumitur, ideo ista qualitas per producentem probanda est, & articulanda, nu. 6.

Testis, quod sit bonæ conditionis, & famæ non præsumitur, ideo ita qualitas est per producentem probanda, nu. 8. *Declara dummodo talis qualitas specialiter, & expresse à lege, vel statuto requiratur, al ter secus, nu.* 9. *&* 10.

Testis vbi à statuto, vel à lege requiritur, quod sit integræ, & probatæ opinionis, idoneus & legitimus. & sic quando talis qualitas requiritur per verba geminata, tunc etiam non præsumitur, & est per producentem probanda, nu. 11.

Testis, quod sit omni exceptione maior, non præsumitur, ideo talis qualitas est per producentem probanda, nu. 12. *& nu.* 14. *licet alij contra, num.* 13.

Testis præsumitur idoneus, ideo idoneitatis qualitas non est per producentem articulanda, vel probanda, num. 15.

Testes super integritate, & idoneitate testis deponentes, quomodo deponere debeant, num. 16.

Iudex potest ex officio admittere probationem super integritate, & idoneitate testis, etiam quod à parte omissa fuerit, nu. 17.

Iudex potest probationem super integritate, & idoneitate testis etiam post publicatas attestationes admittere, nu. 18.

Testis non solum idoneus, sed etiam omni exceptione maior esse debet, num. 20. *declara, nu.* 21.

Testes in criminalib. omni exceptione maiores esse debent, nu. 22.

Testes reprobatorij aliorum testium, debent omni exceptione maiores esse, nu. 23 *præsertim si agatur de reprobando testes similis qualitatis, num.* 24. *& siue etiam agatur de reprobando dicta, siue personas, nu.* 25.

QVÆSTIO LXII. PRÆLVDIA.

OPPONITVR XV. Contra testes (& generaliter, quod sunt inhabiles, non scilicet legitimi, nõ integri, non idonei, & omni exceptione maiores, præmittenda ergo in primis sunt pauca quædam de significatione horum verborum, & incipiendo ab vltimo dic, quod

1 MAIOR OMNI Exceptione † testis ille reputatur communi & communiter * etiam à Dd. qui nulla legitima exceptione repelli potest, *vt videre est apud gl. in §. item verborum, in verbo, idoneos, Instit. de inutil. stipulat. item glo. in c.* 1. *de consanguinit. & affinit. in verbo maiorib, & ibidem Abb. nu.* 5. *& Præpos. nu.* 7. *Bald. in l. optimam, nu.* 8. *C. de contraben. & commit. stipula. Prob. in Ioan. Monach. in cap.* 1. *nu.* 9. *de testib. in* 6. vbi eum credit esse talem, contra quẽ nulla mundi exceptio obiici valet, *Alexan. cons.* 18. *nu.* 6. *lib.* 1. vbi ampliat etiam in exceptione. non in totum repellente testem, sed in ea diminuente de fide, *Franc. Curt. Papien. in tract. de testib. num.* 73. *concluſ.* 74. *vers. aduerte, quia ille dicitur omne exceptione maior, Aufrer. de reprob. test. num.* 93. *Mil. in suo reperto. in verbo, testes omni exceptione maiores Ruin. cons.* 59. *num.* 3. *lib.* 4. *Socin. iun. cons.* 29. *nu.* 25. *lib.* 2. *Blanch. de indic. nu.* 317. *Carer. in prac. cri. in tract. de indic. &c. in §. in tex. ibi, testibus superatus, &c. & num.* 26. *Rimin. sen. cons.* 137. *nu.* 24. *Hippol. Rimin. iun. cons.* 503. *nu.* 19. *in* 5. *volum. & cons.* 524. *num.* 11. *eodem volum. & cons.* 705. *nu.* 20. *in* 6. *volum. Bursat. cons.* 320. *num.* 90. *vol.* 3. *Franc. Bec. cons.* 47. *num.* 5. *Alexan. Strac. inter consilia criminalia diuers. cons.* 117. *nu.* 30. *in* 1. *vol.* vbi ampliat etiam ad friuolam exceptionem, (quod nõ credo verum.) *Roland. cons.* 7. *nu.* 13. *in* 1. *volum. Corset. in suis singularibus, verbo, integer, num.* 3. *vbi de communi,* * *Nouell. in pract. in rubr. de testibus, in cauſſ. crimin. num.* 14. *fol. mihi* 143. *Arnal. Albertin. in tract. de agnoscend. assert. Cathol. & haret. quæst.* 34. *nu.* 5. *vers. & maioritas, Ioan. Roy de haret.* 2. *part. assert.* 4. *nu.* 88. *vers. testes dicuntur, vbi & alios refert, Corrad. in pract. §.* 2. *de offic. prator in cauſſis ciuil. tit. de testib. rub. personas testium aggrediendo, verbo, omni exceptione maior, num.* 88. *fol.* 110. *colum.* 1. *vers. at qui dicantur, Viui. in commun. opin. verbo, testis vnicus, num.* 10. *Ludou. Peguer. decis.* 17. *num.* 40. *Monticell. in suo repertor. testium, verbo, grauitas. fol. mihi* 84. *colum.* 1. *vers. penult. & seqq. vbi late de materia. Mascard. de probation. in præfat. quæst.* 6. *nu.* 69. *seq.* vbi ampliat etiam ad minimam exceptionem debilem, & pene nullius momenti, *& lib.* 1. *concluſ.* 855. *nu.* 10. *& concluſ.* 1019. *num* 5. *vbi etiam de communi,* * *& lib.* 3. *concluſ.* 1306. *num.* 6. *

2 IDONEVS Autem † testis, secundum id, quod magis communiter * à Dd. pariter receptum video, est idem * quod omni exceptione maior, *secundum gloſſ. in d. §. item verborum, in verbo, idoneus, Instit. de inutil. stipulat. quam sequuti sunt, Abb. in c.* 1 *nu.* 3. *de affinita. & consanguinita. Corsett. in suis singul. verbo, integer, num.* 3. *Mil. in suo repert. verbo, testes omnes exceptione maiores, Franc. Curt. in tractat. de testib. concluſ.* 34. *num.* 73. *in fin. Pariſ. cons.* 24. *num.* 14. *vers. idoneus enim testis, lib.* 3 *Gabr. Sarayn. in addit. ad Matthes. sing.* 1. *in vltimis verbis, Boss in tit. de conuict. post nn.* 11. *Corrad. in pract. §.* 2. *de offic. prator. in cauſſis ciuil. tit. de testib. rub. personas testium aggrediendo, verbo, omni exceptione maior, nu.* 88. *in fin. fol.* 110. *vers. at qui dicantur, Viui. in comm. opin. verbo, testis vnicus, nu.* 10. *vers. & idem si diceres idoneis, Monticell. in suo repert. testiũ, verbo, grauitas, fol.* 83. *colu.* 2. *vers. pen. & seqq. vbi etiam de materia Ceph. cons.* 127. *n.* 60. *lib.* 2. *Bursat. cons.* 321. *nu.* 30. *lib.* 3.

3 Sed † certe, quicquid dicant Dd. præfati, mihi semper visum fuit, quod ista qualitas omni exceptione maior, contineat in se aliquid pluſquam idoneus, nam vt in terminis voluit Blanch. *in tractat. de indic. ad l. fin. ff. de q. num.* 318. in qualibet re dantur tres qualitates, positiua scilicet, cõparatiua, & superlatiua, vt puta, bonus, melior, optimus, *l. vbi autem non apparet, ff. de verborum obligat.* æquus, æquior, & æquiſſimus, *gloſſ. in l.* 1. *ff. de inſti. & sur. l. ſi seruus communis, § quod vero. ff. de furt.* ita & pariter idoneo teste debet dari magis idoneus, is scilicet qui omni exceptione maior sit, item & idoneiſſimus, (*vt inf. dicã,*) is scil. qui sit optimæ opinionis, & qualitatis, vt mox videbimus, æquare testem idoneum in positiua qualitate minus esse, quam testem omni exceptione maiorem comparatiua, satis bene ex hoc probasse videtur Blanch. *d. num.* 318. *iuncto num.* 320. *vers. nec obſtet, &c.* vbi respondet gloſſ. *in d. §. item verborum, in verbo, idoneus, Inſtit. de inutil. ſtipul.* in qua contrarium tenentes principaliter

liter ſuam fundant opinionem, & quod testis omni exceptione maior, dicatur magis fide dignus, quam testis simpliciter idoneus, adduco Felin. *in rubr. de ſponſal. extra colum.* 5. *num.* 5. *verſic.* 4. *in cauſſa*, vbi dixit in cauſſa matrimoniali testes non sufficere alias idoneos, sed debere etiam esse omni exceptione maiores, quod & idem voluit Socin. iun. *conſil.* 88. *num.* 8. *lib.* 2. & dicam larius, *infr. nu.* 101. Ergo maior omni exceptione dicitur fidelior testis, quam idoneus. Et ita cum ista opinione concurrit etiam Crot. *in tract. de testib. nu.* 395. *ad fin.* vbi expresse dixit, quod stant ista simul, quod scilicet aliqui sint idonei testes, & non tamen sint omni exceptione maiores, quod & idem affirmauit paulo, *infr. in nu.* 396. *vers. quia dico iſtud esse verum, nec diſſentit Maſcar. de prob. libr.* 2. *concluſ.* 1019. *poſt num.* 15. vbi etiam dixit, testem idoneum plurimum distare à teste omni exceptione maiore, & ita etiam ego credo esse veritatem, quicquid contrarium præfati Dd. affirmauerint.

4 LEGITIMVS Testis † dicitur etiam is, qui omni exceptione maior est, & sic paria sunt, quem esse testem legitimum, ac omni exceptione maiorem, *ſecundũ Pariſ. in conſ.* 24. *num.* 14. *lib.* 3. *Montic. in ſuo repertor. teſtium, verbo, grauitas, fol.* 84. *col.* 1. *verſ. antepen. & facit*, quia, *vt dixi infr. nu.* 20. leges in omni negotio requirunt testes omni exceptione maiores, ergo ii solum legitimi dicuntur, qui omni exceptione maiores sunt.

5 INTEGER Autem testis, seu † integræ opinionis dicitur etiam is, qui à iure non repellitur, *Blanch. de indic. nu.* 320. item is contra quem nulla vrget suspicio, *Montic. d. verbo, grauitas, fol.* 84. *colum.* 1. *verſic.* 4. *vbi & alia ad materiam, Hippol. Rim. conſ.* 503. *nu.* 19. *lib.* 5. vbi propterea, * quod idem est, quod omni exceptione maior, Vide omnino Corset. *in ſuis ſing. verbo, integer, fol. mihi* 165. *a tergo in paruis*, vbi late, qui dicantur integri testes. ¶ de quo post Abbat. ibi videas etiam per Mant. *in c.* 1. *num.* 13. *ex. de exſecut.* vbi per illum textum notat, quod ad hoc, vt testis dicatur integer, nec possit repelli, debet esse immunis à quatuor: primo à crimine, secundo ab infamia, tertio à suspicione, quarto à macula manifesta: & ibi hæc omnia bene declarat.

HIs præmissis quæro, an ista qualitas idoneitatis, integritatis, & omni exceptione maioris, præsumatur in teste, an vero potius sit articulanda, & probanda breuiter.

6 REGVLAM Constituo, † quod vbi requiritur in teste qualitas in superlatiuo gradu, videlicet, vt sit *optimæ opinionis*, & tunc ista qualitas non præsumitur, & per consequens per producentem testes est omnino articulanda, & probanda, Bart. *in l. ſi quis neget, colum. fin. & ibi etiam Ang. ff. quemad. teſtam. aperian. Alexan. conſ.* 82. *nu.* 7. *lib.* 1. *Zuccar. in l. fin. num.* 81. *C. de edic. diuo Adr. tollen. Franc. Curt. in tractat. de teſtib. concluſ.* 35. *num.* 75. *in fin. Crot. de teſtib. numer.* 392. *ſeqq. vbi late hanc comprobat concluſionem Marſil in l. ſi quis nequ. nu.* 136. *ſecundum vnam impreſſionem, & ſecundum aliam, nn.* 171. *ff. de qu. & ſing.* 187. *incip. qualitas ad medium, Aym. de antiq. tempor. part.* 1. *ſect. quæritur etiam, nu.* 38. *ſeqq. vbi pluribus comprobat hanc concluſionem, Ferran. Gargiar. conſ. crim. diuerſor.* 122. *poſt nu.* 17. *lib.* 1. *Cephal. conſil.* 227. *nu.* 57. *lib.* 1. *Alciat. de præſumt. reg.* 3 *præſumt.* 2. *num.* 10. *in fin. Maſcar. de probat. lib.* 1. *concluſ.* 222. *num.* 15. *& lib* 3. *concluſ.* 1248. *nu.* 12. *ſeqq. vſq; ad nu.* 18. *vbi omnino vide, & lib.* 2. *concl.* 1019. *nu.* 18. *Menoch. de præſumt. lib.* 5. *præſumt.* 1. *nu.* 36. *ſeq.* Ex quibus sine dubio apparet, ita communiter * à Dd. receptum: & si contrarium sen- * serit Steph. Lambert. *de contract. eorum, &c. gloſſ.* 13. *nu.* 30. *cum allegatis ibi per eum.*

7 AMPLIA I. Hanc regulam, vt † & idem sit, quando testes requiruntur *integræ & probatæ opinionis*, vt in casu *l. ſcripturas, C. qui pot. in pignor. hab* tunc enim talis qualitas omnino, etiam per producentem est articulanda & probanda, *Aym. de antiq. tempor. part.* 1. *& ſect. quæritur etiam, nu.* 36. *ſeq. Purpurat. in l. admonendi, num.* 165. *ff. de iureiur. Hippol. Rim. poſt Socin. & Negusa, quos allegat, in conſil.* 503. *nu.* 18. *lib.* 5. *Rol. conſ.* 84. *nu.* 7. *& nu.* 10. *in fin. lib.* 3. *Gabtit. de probat. lib.* 1. *concl.* 11. *nu.* 6. *vide infr. nu.* 11.

8 AMPLIA II. Eandem † regulam, etiamsi in teste requiratur, quod sit *bonæ conditionis, & famæ*: nam adhuc ista qualitas videtur articulanda, & probanda per producentem, si à lege, vel à statuto fuerit specialiter requisita, *vt per Roland. conſ.* 84. *nu.* 10. *lib.* 3. *Crot. de teſtibus, num.* 395. *Carrer. in pract. in tract. de indic. §. in tex. teſtib. ſuperatus, nu.* 32. *Pariſ. conſ.* 24. *num.* 15. *lib.* 3. *Aym. de antiq. temp. part.* 1. *ſect. quæritur etiam, nu.* 38. *ſeqq. vbi pluribus comprobat hanc concluſionem, Ferran. Gargiar. conſ. crim. diuerſor.* 122. *poſt nu.* 17. *lib.* 1. *Cephal. conſil.* 227. *nu.* 57. *lib.* 1. *Alciat. de præſumt. reg.* 3 *præſumt.* 2. *num.* 10. *in fin. Maſcar. de probat. lib.* 1. *concluſ.* 222. *num.* 15. *& lib* 3. *concluſ.* 1248. *nu.* 12. *ſeqq. vſq; ad nu.* 18. *vbi omnino vide, & lib.* 2. *concl.* 1019. *nu.* 18. *Menoch. de præſumt. lib.* 5. *præſumt.* 1. *nu.* 36. *ſeq.* Ex quibus sine dubio apparet, ita communiter * à Dd. receptum: & si contrarium sen- * serit Steph. Lambert. *de contract. eorum, &c. gloſſ.* 13. *nu.* 30. *cum allegatis ibi per eum.*

9 Secus vero, † si talis qualitas bonæ conditionis, & famæ, specialiter & expresse non requiratur à statuto, vel à lege: tunc enim non est articulanda, & probanda per producentem, cum præsumatur à iure, *prout est de mente communi * omnium præallegatorum Dd. & præsertim* * *Aym. de antiqu. temp. d. part.* 1. *ſect. quæritur etiam, numer.* 36. *verſi. & in terminis, Ferran. Gargiar. d. conſil. crim. diuerſ.* 126. *num.* 14. *lib.* 1. *Alciat. de præſumt. reg.* 3. *præſumpt.* 2. *nu.* 21. *Maſcard. de probat. libr.* 1. *concluſ.* 222. *num.* 16. *vbi idem de teſte bonæ exiſtimationis*, Nisi † sit in superlatiuo gradu, *vt supra* 10 *dixi, num.* 6. *& in specie sic distinguendo tradiderunt Parisius conſil.* 24. *num.* 16. *& 17. & in* 3. *Aym. d. ſect. quæritur etiam, num.* 37. *verſi. nec obſtat, Gargar. d. conſil. crim.* 126. *nu.* 14. *ſeqq. lib.* 1. *Benint. dec. Bonon.* 62. *nu.* 25. *In fin. Steph. Lambert. de contract. eorum, &c. gloſſ.* 13. *nu.* 49. *ſeq.*

11 AMPLIA III. Regulam † multo magis procedere, quãdo lex, vel statutum, requireret in teste integritatem per verba geminata, vt in exemplo posito, *ſup. numer.* 7. vbi de teste integræ, & probatæ opinionis & Dd. etiam exemplificãt, quando lex requireret *idoneitatem, & legitimitatem*: tunc enim per istam geminationem verborum dicitur requisita qualitas in superlatiuo gradu, ideo per producentem articulanda & probanda est, *ſecundum Pariſ. conſ.* 24. *nu.* 16. *lib.* 3. *Aym. de antiq. tempor. part.* 1. *ſect. quæritur etiam, num.* 37. *ad finem, Maſc. de proba. lib.* 3. *concluſ.* 1248. *num.* 16.

12 AMPLIA IV. Vt † & ista qualitas, quod testis sit omni exceptione maior, sit etiam per producentem articulanda, & probanda, *ſecundum Bart. Ang. Alex. Socin. iun. Zuccar. & Rimin. ſeniorem, allegatos ſupr. num.* 6. *in regu. relatos per Franc. Curt. in tractat. de teſtib. concluſ.* 35. *num.* 74. *in princ. Crot. de teſtib. num.* 392. *ſeqq. Alciat. de præſumt. reg.* 3. *præſumt.* 2. *num.* 11. *& ibi in addit. lit. b. Grat. inter conſil. matrimontalia. conſ.* 75. *nu.* 24. *vbi de communi * Pariſ. con.* 83. *nu.* * 21. *lib.* 1. *idem Grat. conſ.* 2. *num.* 35. *lib.* 2. *Herculan. in tractat. de negat. num.* 55. *vbi alios plures allegat Beninten. deciſ. Bonon.* 62. *nu.* 5. *ſeqq. vbi num.* 19. *quod * communiter reprobantur contra- * rium tenentes, Roland. conſi.* 50. *num.* 17. *lib.* 2. *Cephal. conſ.* 225. *num.* 53. *in* 2. *& conſil.* 32. *num.* 20. *in* 1. *Hippol. Rimin. conſi.* 39. *num.* 42. *lib.* 1. *& conſil.* 174. *num.* 19. *lib.* 2. *& conſil.* 325. *num.* 28. *lib.* 3. *& conſil.* 269. *num.* 72. *in* 3. *& conſ.* 538. *nu.* 54. *lib.* 5. *& conſ.* 723. *num.* 24. *ſeq. in* 6. *& conſil.* 636. *nu.* 42. *eod. libr.* 6. *& conſ.* 655. *nu.* 27. *etiam in* 6. *& conſil.* 816. *num.* 50. *lib.* 7. *Burſ. conſ.* 321. *n.* 80. *lib.* 3. *Octa. Oſaſ. conſ.* 64. *n.* 47. *& conſ.* 65.

num.23.seq.Alex.Strac.inter consilia criminalia diuersor.cons. 117.num.30.versic. & isto casu,lib.1.Mascard.de probat. lib.1. conclus.222.num.15.& lib.3.conclus.1360 nu.7.& lib. 2.con-
* *clus.1019.nu.16.ad medium,vbi de communi,& * alios etiam retuli,supr.in tit.de indic.qu.47.nu.211.&c.*

13 Contrarium, † quod imo testis præsumatur omni exceptione maior, & quod propterea ista qualitas per producentem, non sit articulanda, aut probanda per producentem,affirmarunt Franc. Curt. *in tract. de testib. d. concl.35.num.75.vers.contrarium semper mihi placuit, Curt. Sen.cons.55.super processu,nu.3.Socin.iun.cons.29.nu.26.lib.2. Ferran.Gargiar.cons.crim.diuers.112.nu.17.lib.1.& ibid.cons. 123.nu.12.& cons.126.nu.24.Carrer.in pract.in tract.de indic. §.in tex.ibi,testibus superatus,nu.27.Cephal. cons.227.nu.55. seq.in 2.Franc.Bec.cons.67.nu.2.lib.1.Montic.in reper.test.fol. 86.colu.1.vers.2.verbo,grauitas,identitas,& integritas,& alios retuli in tit.de indic.qu.47.nu.212.* Et pro hac contraria opinione faciunt etiam Dd. relati *infr.in seq.* 1.limitatione,volentes qualitatem idoneitatis non esse probandã, ergo nec etiam probanda est qualitas omni exceptione maioris,secundum opinionem eorum,quos retuli *supr. nu.*2.volentium,quod paria sunt, quem esse idoneum, omni exceptione maiorem.

14 Sed † certe sicut non est verum, quod paria sint testem esse idoneum, & omni exceptione maiorem, *per ea quæ dixi,supr. nu.*3. ita etiam ratio prædicta non obstat primæ opinioni, quæ magis communiter * à Dd. recepta est, & sine dubio verissima est, ac etiam omnino tenenda, vbi sumus in casu, in quo talis qualitas expresse requiritur à lege, vel à statuto, per ea quæ posui, etiam *supr. num.* 8.

LIMITA I. Proposita † regulam non procedere, quando in teste non requireretur alia qualitas, nisi honestatis, nam illa presumenda est,ideo nec articulanda, nec probanda, *vt per Felin. in cap.cum Ioannes Eremita, extr.de testib.Paris.cons.83.nu.21.lib.1.& cons.24.nu. 4.Socin.iun.cons.29.nu.26.lib.2.Franc. Curt. in tract. de testib.concl.34.nu.73.* vbi quod hæc est præsumtio naturæ, *Benint.dec.Bonon.62.num.16.& 18.Hippol.Rimin.cons. 77.nu.25.in 6.& cons.660.nu.28.eodem lib.6.Bursat.cons. 387.nu.5.lib.4.Franc.Bec.cons.47.nu.6.& cons.67.n.2.lib.1. Ferran.Garg.inter cons.crim.diuers.cons.122.nu.27.vers.ergo quilibet dicitur idoneus,lib.1.Ceph.cons.227.nu.60.lib.2.*

16 LIMITA II. Quia † in omni casu, in quo est probanda aliqua qualitas testis,quod sit puta integræ opinionis,aut bonæ vitæ, conditionis, & famæ, sufficit, quod testes desuper inducti, dicant eum haberi pro tali, & quod habebatur pro tali : nam tunc ex ista communi reputatione præsumitur etiam quod sit talis, *vt per Rimin.iun.cons.503.num.20.lib.5.*

17 LIMITA III. Quia † pariter in casu,in quo talis qualitas debeat probari per partem, & talis probatio omissa fuerit,potest iudex ex officio illam decernere, & admittere, *vt per Alciat.de præsumtio.reg.3.præsump. 2.nu.11. vers.sed pone,quod pars.*

18 LIMITA IV. Quia † probatio huiusmodi qualitatis, potest recipi per iudicem etiam post publicatas attestationes,*vt per Alciat. de præsumt.reg.3.præsumt. 2.n.11. vers.& istud posset fieri,Hippol.Rim.cons.64.nu.13.lib.1.*

ARGVMENTVM.

Testes,an sufficiant, quod sint habiles, & idonei, an vero requirantur omni exceptione maiores, quid in criminalibus,quid si agitur de reprobando alios testes,& an detur appellatio ab admissione testium inhabilium.

SVMMARIA.

Testes inhabiles ad testificandum regulariter non admittuntur, numero 19.

Testis debet non solum habilis,& idoneus esse,sed etiam omni exceptione maior,nu.20.Declara, vt nu.21.

Testes inhabiles multo minus in criminalibus admittuntur, numero 22.

Testes aliorum testium reprobatorij non solum habiles,sed etiam omni exceptione maiores esse debent,nu.23.præsertim, quando de eiusdem qualitatis teste reprobando agitur, numer.24. & siue de reprobando dicta, siue etiam de reprobando personas agatur,num.25.

Testes inhabiles, & non admittendi,si à iudice admissi fuerint, pars à tali admissione appellare potest,nu.26.

Testis habilitas,aut inhabilitas per eiusdem testis assertionem non probatur,num.27.

QVÆSTIO LXII. REGVLA CVM AMPLIATIONIBVS.

REGVLA sit † in hac 62.quæstione,quod testes inhabiles ad testificandum non admittuntur,Campeg. *de testibus,reg.107.in princ. Isern.super 3. constitut. Neapol.incip.peßimam,& horrendam,num.2.cap.1.§.sacramenta, de consuet.ver.feu.* vbi dixit,quod paria sunt,testes nullos inducere,aut inducere,sed inhabiles,Fulgos. *in l.pridem, num.1.C.de quæstio.* vbi etiam dixit,nullam esse probationem testium,qui examinari propter eorum inhabilitatem non debebant, Anchar. *in cap.1.num.2.ext.de testibus,* vbi quod testes debent esse idonei,& fideles, Abb. *in c. cum I,& A,nu.19.ext.de iudic.* vbi quod si testes non sunt idonei,totum negotiũ perit.Igne. *in l.si seruis appellatione, num.103.ff.ad Syllan.* vbi quod testes esse bonæ opinionis,probet text. *in c.attestationes,sbi,per idoneos testes,&c.extra de desponsat.impub.* & bene hanc regulam exornat Montic. *in suo repertor.testium in verbo, testes qui esse possint,per totum, vbi de materia,ac præsertim,fol.7.colu.1.vers.penult.& fina.& verbo,inhabiles,pariter per totum,vbi etiam de materia, ac præsertim, fol.74.colum.1.vers.1.& fol.79.colu.2.vers.2.& alibi passim,& communiter * Dd.omnes.* *

19

AMPLIA I. Hanc † regulam,vt in omni causa, & negotio,testes nõ solum requirantur habiles & idonei,sed etiam omni exceptione maiores, *secundum communem, * de qua per Emanuel. Soarez in suo thesauro recept. * sententlitera T,num.147.ex Curt.iun.quem allegat.in consil. 120.refert,& sequitur Bursat.in consil.190.num.61.sequ.& cons.216.nu.39.lib. 2.& ante istos hoc idem voluerunt Firm.in suo reper.verbo,testes,qui esse possunt,nu.9.Bal.in cap.cum causam.nu.9.extr.de testib.& in cap.in nomine Domini, nu.15.eod. tit.* vbi quod testes debent habere scientiam, differentiam,sensum,& discretionem, *Afflict.decis.27.nu.4.* vbi quod debent esse discreti, *Curt.iun.cons.122.nu.5.part.2.* vbi quod debent esse tales, contra quos nihil opponi possit. *Archid.in cap.testes,num.12.quæst.7.Io.Monach.in capit.cupientes, num.88.de elect.in 6.* vbi quod debent esse sine macula,& suspicione, *Specul.in titul.de offic.omn. iud. §.postremo,versic.6.quærendum est,* vbi quod testes debent esse tales, quibus lux veritatis, & fides sacra assistat, *Chassan.consil.36.num.1.* vbi quod debent esse inculpati & legales. Ex quibus,& aliis deductis per Monticel. *in suo repertor. testium, verbo,testes qui esse possint,fol.6.column. 2.verficul.antepenult.& fol.7.colum.1.versic.1.& 3.& 5.6.& 7.& colum.2.vers.4.* bene apparet testes non solum idoneos, sed etiam omni exceptione maiores debere esse in omni causa,& negotio.

Et † sine dubio hæc ampliatio procedit, secundũ opinionem eorum, quos *supr.* retuli,*num.*2. & quæ communis * est,quod videlicet idem sit dicere testem idoneum,& testem omni exceptione maiorem,sed retenta alia opinione,de qua etiam *supr.nu.*3. quod videlicet testis omni exceptione maior dicatur integrioris fidei, quam testis idoneus, vtiq; tunc hãc ampliationem bene etiam veram credo in criminalibus, at in ciuilibus testes sufficere,quod sint idonei, & habiles absque eo, quod

21 *

quod sint omni exceptione maiores,multo verius existimo,& ita pro veritate teneas. ¶ Et nihilominus vide omnino Dd. *in l.fi.C.de prob. & Bossi.in tit.de consuet.nu.11.& seqq.* vbi Gane.

22 AMPLIA II. Regulam † multo magis procedere in criminalibus, in quibus necũ testes idoneos, sed etiam omni exceptione maiores requiri, voluerunt Bal. *in l.final.num.5.vers.quædam est probatio maior,* ¶ & ibi etiam * communiter omnes Ar.b.a.tes,C.de prob. Dec consil.429.nu. 12.vers.4.in criminalibus. & post alios quos allegant, scripserunt etiam inter consilia crim. Alex.Stiatic.consil.117.num.19. Ias.Paul.Mer.in consil.89.num.23.Ioan Bapt.Asin.cons.109. num.12.lib.2.Carer.in pract.crimin.in tract.de indic.& in tex. ibi,testibus superatus,nu.25.Corset *in sua singularibus,* in verbo, integer.fol.mihi 165.*in parua impressione,* vbi quod debent isto casu testes esse integri status. *Nouell.in pract.in rubr. de testibus,in materia crim.num.3.Boss.in tit.de contuel.nu.11. Corrad.in pract.§.2.de offic.prætor.in causis ciuil.tit.de testibus, rub.personas testium aggrediendo,verbo,omni exceptione maiori, num.89.fol.110.Franc.Marc.decis.285.nu.4.lib.2. Hippol.Rimin.cons.524.num.10.lib.5.& cons.704.nu.45.& 68.lib.6. Bursat.cons.216.num.39.vbi aliis relatis, testatur de communi* * opinione,& consil.346.num.9.& cons.359.nu.34.vbi etiam de communi,& cons.430.nu.22. Arnal. Alb.in tract.de agnosc. assert.cathol.& hæret.qu.35.nu.4.vers.& tales testes, Montisel. in suo repert.test.verbo,testes in criminalibus fol.353.col.2.versic. 3.5.& 6.& col.1.vers.fin.Masc.de prob. concl.457.nu.6.& n. 9.lib.2.& conclus.496.nu.9.& lib.3.concl 1360.n.4 Octau. Oss.cons.65 nu.34.Ludou.Pegurr.decis.crim.17.nu.38.in fi. & seq.* ¶ Et vide in proposito quæ dixi *in tit. de indic. & tortur.qu.37.nu.18.seqq.& nu.29.*

23 AMPLIA III. Quando † ageretur de reprobando testes,iam examinatos: tales enim testes reprobatorios,non solum debere esse legitimos argum. tex. *in cap. 1.& ibi Gloss.in verbo, Stephanus Papa, extr. de except.* voluit Specul. *in tit.de testib.reprobatorijs, in princ.& num.3. Rota in tit. de rescript. in antiq. decis.22.* sed etiam omni exceptione maiores,affirmarunt Grammat. *consil.12.num.31. Boer.decis.40.num.130.Hippol. Rimin.post Bald.& Curt. quos allegant, in consil.809.num.70. lib.7.* vbi amplius quod quælibet leuissima exceptio isto casu eos repellit. Imo & talem probationem debere esse in superlatiuo gradu,tradidit Ioan.Monach. *in cap. meditatores, nu.11.de testibus,in 6,& bene scripsit Virg.Boccac.in constitut.* Ægid. *glos.* 24 *7.nu.16.* Vbi † præsertim hanc ampliationem procedere affirmat,quando ageretur de reprobando testes, omni exceptione maiores: tunc enim,& illos reprobantes debere esse paris qualitatis per regulam, *l. nihil tam naturale,ff.de regul.iur.* & quia absurdum esset, vt vnus grauaretur probare per testes omni exceptione maiores, & quod pars aduersa posset illos reprobare per testes non ita integræ,& probatæ opinionis, contra textum, *in c.in iudicio,de reg iur.in 6.vide infr.num.91.* vbi ampliatur predicta ampliatio, etiam quod agatur de innocentia rei & sic ad defensionem.

25 AMPLIA Rursus † hanc tertiam ampliationem,vt procedat nedum,quando agitur de reprobando dicta testium iam examinatorum,*vt per Spec.in tit.de testibus reprob.in princ. Abb.in c.licet dilectus,num.2.& ibi etiam Dd.extra de test.lib.* sed etiam & multo magis, quando agitur de reprobado eorum personas, tum quia reprobatio personæ testium difficilius cõceditur, quia persona est nobilior quam dictum, tum etiam quia nõ potest dari ratio dissimilitudinis inter vnam, & alteram reprobationem, *vt ibi tenet Abb.in d.c.licet dilectus,n.2.Felin.col.1.vers.sed contrarium,quæ sententia sequitur Virg.Bocca.d.gl.7.num.17.* vbi quod ex præmissis rationibus ita aliàs fuit dicari vidit.

26 AMPLIA IV. Posita † regula, vt si iudex admittat testes inhabiles,& no admittẽdos ad se examinandum, potest pars à tali admissione appellare,

tex.est *in c.ex parte,ibi,* verisimile autem præsertim *ab ipso post appellationem,&c.* vbi *Abb.autat omnes,ac practici. Felin.nu.12.qui bene loquitur in materia,&c. And.n.15.vers.ubi tenetur. Bald. nu.8.vers.nota quæ refert Abb.in pr. ante nu.1.vers.si exceptio legitima,& nu.8.vbi opinione,limol.col.6.ad medium,vers.& prædictus, Ar.tale hoc.n.15.vers.unde dicit, quod grauaret iudex, extra de testib.Firman in reper.verbo,testes,qui esse possint,n.17. Montic.in suo repert testium,verbo,testes inhabiles.fol.78.col.2. vers.ante per.* Sed an possit iudex exceptionem inhabilitatis admittere,ac testem mandare examinari,reseruata in fine litis discussione, super veritate dictæ exceptionis, dixi *infr.in limitationib.nu.350.& seqq.*

AMPLIA V. Vt † habilitas testis non probetur per assertionem eiusdem testis asserentis,se habilem,dicentis puta se bonæ conditionis,& famæ, nõ interessatum,non affinem,& consanguineum, aut quid simile, *secundum Barat.de cess.col.2.ff.de verbor.oblig.Alex.cons.64 in fin.lib.1.Mant.cons.80.col.fin.n.65.Montic.in suo repert.test. in verb.asserentis testis esse in dignitate, aut habilem, vel inhabilem, an sit credendum.fol.87.seqq.per totã,* vbi late de materia,& faciunt ad hanc ampliationem, quæ posui, *infr.nu.*69. 27

ARGVMENTVM.

De testibus inhabilibus admittendis in casu difficilis probationis.

SVMMARIA.

*Testes inhabiles admittuntur in factis, & delictis,quæ sunt difficilis probationis,prout est furtum, adulterium,partus suppositus,simulatio,simonia,fraus,dolus,tractatus,aut quid simile, num.*28.

*Testes inhabiles non admittuntur in delictis occultis, & difficilis probationis,nisi difficultas resultet, nõ solum ex delicti natura, sed etiam ratione loci, in quo est commissum, num.*29.

*Testes inhabiles non admittuntur in his, quæ sunt difficilis probationis, quando producens testes habiles adhibere potuit,& non adhibuit,num.*30.

*Testes inhabiles admittuntur ad probandum delictum principale, quod de sua natura difficilis est probationis,non tamen ad illius adminicula probandum admittuntur, nu.*31.

*Testes inhabiles, & in delicto occulto, & difficilis probationis admittuntur, hoc intelligitur, vbi agitur similiter de delicto, secus si criminaliter,nu.*32.

QVÆSTIO LXII. LIMITATIO I.

LIMITA I. Proposita † quæstionis regulã non procedere in factis, & delictis, quæ sunt difficilis probationis,prout est furtum, adulterium, partus suppositus, simulatio,simonia, fraus, dolus, tractatus,aut qui simile, de quibus ac aliis vltra prænominata bene explicantur exempla per Menoch. *de arbitr.q.lib.2.casu 116.per totum.& de præsumt lib.1.qu.58 partere.per totum.* Iis inquã casibus inhabiles testes admitti omnes fere antiquiores, scripserunt Carrer. *in pract.in tract.de indic.& tort. §.in tex.ergo ibi,testib.superatus,nu.32.Heres.in tract.de mag. nu.16.& 17.Gabr.tit.de testib.concl.7.nu.3 lib.1.Montic.in suo reper.test.verbo,inhabiles,fol.74.col.1.nu.3.& 4.Bertaz.cons. 3.nu.27.& cons.105.nu.8.& 9.& cons.106 nu.19.Claud.ad cumã Bertaz.cons.71.post nu.64.lit.b, Bursat.cons.346 nu.17. lib.3.Mascard.de prob.lib.2.concl.831.n.35.seq.& concl.1124.n.13. & lib.3.concl.1559.n.1.seqq.iuncto n.9.& concl.1586.n.8.* faciunt, quæ in specie de teste domestico dixi *sup. quæst.55. numer.*40. & quæ in genere de testibus inhabilibus admittendis, in casu, in quo veritas per alios haberi non potest dixi *infr.in 3.quæst.princ limit.* 28

SVBLIMITANDO I. Hanc † primam limitationẽ adverte,quod contra eam,(vt videbis,cõmuniter à Dd. recepta sit) tenere videtur Bossi.in criminalibus materijs vir maxime laudo tractatus, *in tit.de testib.num.*70. dum dixit, quod licet regulariter in casu, in quo veritas per alios 29

alios habeantur pro idoneis testibus inhabiles, nō
[illegible] tamus in terminis huius regulæ, quando implic[illegible]
[illegible]untur de delictis occultis, & difficilis probatio-
[illegible] etiam simus in delicto cōmisso in loco, in quo
[illegible]s, quam inhabiles verisimiliter interuenire non
[illegible]unt, *vt infra latius explicabimus limitatione nu 62.* Vt
[illegible] limitatio prædicta, secundum Bossium, verum est de cla-
randa, vt procedat non solū quando delictum est de tali
ac de sui natura occultum, & difficilis probationis, sed
etiam, quando est difficilis probationis ratione loci, in
quo est commissum, vt pura, quia eo alii testes, à cō-
munitate accidentibus, non interuenturi: nec interuenire
minime potuerint: alias secus. Et quidem hæc declaratio, li-
cet ab aliis Dd. quos videmus, minime cōsiderata, apud
me verissima apparet ex allegatis *infr. in tit. de sublimitatio*
n^e, d. nu. 62. ac etiam in tit. Dd. allegatis infr. in tit. de sublim. &
alios relatis in finitis de ipsa dum fit expressa qu. 55. nu. 65.

30 SVBLIMITA II. Hanc † eandem primam limita-
tionem non procedere, quando præclarus testes in-
habiles potuit adhibere testes habiles, & non adhibuit:
tunc enim inhabiles non probant, etiā quod factum de
sui natura sit difficilis probationis *vt per Alex. in cons. 152.*
vol. 5. lib. 5. Gramm. cons. 26. nu. 37. Mascard. in prad. 8. li-
gurum, num. 84. Ros. num. sibi imputet, Caro in prad. Cam. in
tract. de rel. § intuitu ergo ibi, testibus sup. citatis nu. 35. Bert. de
cons. 29. nu. 12. & 106. 293. nu. 1. lib. 2. & sequentes, qui in simi-
li de teste domestico & familiari dixi. sup. qu. 55 nu. 64.

31 SVBLIMITA III. Vt † licet testes inhabiles admit-
tantur ad probandum delictum principale, q. de sui
natura sit difficilis probationis, nō tamen admittuntur
ad probandum illius circumstantiam, quæ de sui natura nō
sunt difficilis probationis & potuerunt palam fieri, vt
[illegible] Mant. cons. Fulgut. Marc. Ant. Eugen cons. 27. nu. 64. & Ca-
[illegible] cons. sup q. 56. nu. 79. seq. & q. 57. nu. 18. seq. & nu. 32.
[illegible] cons. sup q. 56. nu. 79. seq. & q. 57. nu. 18. seq. & nu. 32.

32 SVBLIMITA IV. Vt † eadem limitatio procedat,
qñ de crimine agitur cumulative: tunc enim inhabiles
[illegible] probant crimen de sui natura occultū, & difficilis
probationis, secus si agatur criminaliter *ficenim post Bu-*
[illegible], lauret & alios quos allegat in casu forte, scripsit Boss. in tit. de
[illegible]. nu. 177. & facit vna ratio, quia in criminalibus, vt
dixi sup. nu. 22. testes debent esse omni exceptione maio-
res, inhabiles autē, & si admittantur in delictis difficilis
probationis, non tamen sunt integræ fidei ac omni ex-
ceptione maiores, *vt ex ordine dixi in fo. nu. 38. seq.* ideo
nec isto casu admissi plene probant.

ARGVMENTVM.

De testibus inhabilibus in probationem facti nocturni
admittendis, & quomodo probabit testes deponen-
d. probent, ac cur potuerint de falso suspecti.

SVMMARIA.

Testes inhabiles admittuntur in probationem eorum, quæ de nocte
facta & commissa fuerunt, nu. 33. nec contra, nu. 34.
Testes inhabiles ex quibus nocturnum probationem admittitur,
non sunt tam exacte examinandi, sed ab eis plus probatur, quam
si ageretur de facto de die commisso, nu. 35.
Testes inhabiles tunc demum ad facti nocturni probationem ad-
mittuntur, quando ex circumstantiis loci alii testes interuenire
verisimiliter non potuerunt, nu. 36.
Testes qui de nocturno actu deponunt, probant si reddunt ratio-
nem, qua ille scire debuit, ac lumina accensa erant. num. 37.
Secus si tal. non reddunt rationem, ex nu. 38.
Testes deponentes de visu impotentis, de homine non accenso aut
luna non lucente sunt de falso suspecti, nu. 39.
Limitatio prædictorum, nisi testes sint integræ fidei & omni exceptione maiores, nu. 40.
Testes, qui de nocte, lumine non accenso, dicit, se eum vidisse, de-
ponit, non probat, quando fuit in eo loco longinquo,
& remoto abacto de quo deponit, nu. 41. secus si prope eo-
rum, & præsentialiter fuit, nu. 42. & isto casu quando locus de-
[illegible] quinque milliarium excedit, nu. 43.
Testis potest etiam de visu nocturno in tempore deponere, si visum ex-
spicuum, & acutum habeat. num. 44.
Testis loquentis vocem notam habens bene probat dicendo illi sed
vocem noctis tempore cognouisse nu. 45. sed an isto casu non, ex
exceptione maior dicatur, & an ad tortura indicium faciat
dic quod non, nu. 46 & 48. licet alii contra, nu. 47.
Testis etiam de nocte examinari potest, nu. 49.

QVÆSTIO LXII. LIMITATIO II.

LIMITA II. Huius 62. Quæstionis † regulam nō 35
procedere in probatione eorum, quæ de nocte fa-
cta & commissa fuerūt, quæ cum reputentur à iure difficilis probationis, *ad gl. sing. in l. si cum exceptione, §. in hac, in*
verbo, ignoret. & ibi Dd. omnes. si quod met. caus. Alex. in cons.
4. num. 6. lib. 6. Marsil. in rubr. C. de probat. post num. 109. Gam-
mar. de test. nu. 171. & seqq. Roland. cons. 7. num. 31. seq. dic. vol. 1.
Idem contra terminos præcedentis limitationis, in his
testes inhabiles recipi & admitti, scripserunt Gammar.
cons. 17. num. 6. & cons. 45. num. 9. Carrer. in prat. in tract.
de indic. §. in text. ergo ibi, testibus superatus, nu. 17. Ant. Ge-
mes. variar. resol. tom. 3. cap. 11. sub de probat. delict. nu. 21. vers.
quare examen, Rolan. cons. 3. nu. 5. lib. 3. vbi de inhabil. & ibi te-
*statur de communi * Dd. alberic. 1, Mascard. qui alios refert, in * 1*
tract. de prob. lib. 2. concl. 1109. nu. 12.

SVBLIMITANDO Hanc † eandem limitationē 34
aduerte, quod contra eā fortiter faciunt de ducta per
eundem Bossium *in tit. de indic. num. 170. ad medium, vers. atque*
ita, vbi expresse dixit, quod quando cōmittitur aliquod
delictum noctis tempore, licet eius probatio sit difficilis, poterunt tamen ex natura rei, ita inhabiles, licet in-
habiles interuenire, & deinde *in num. 174. seq.* bene subdit, quod delictum de nocte commissum non plus ad-
mittit testes inhabiles quam cōmissum de die, licet be-
ne verum sit quod admissi aliquid amplius facerent, quam
in delicto de die commisso, *vt latius ibi per eum*, ex cuius
dictis deducuntur conclusiones. Prima est † quod 35
& si testes inhabiles admittantur ad probationem deli-
cti nocturni, admissi tamen non sunt integræ testes, sed
aliquid plus probat, quam si ageretur de facto de die
commisso, & ad hanc conclusionem bene facit quæ
generaliter potest, *infra nu 383. seqq.* Secunda † colligatur 36
conclusio, quod tunc demum testes inhabiles in pro-
batione nocturni facti admittuntur, quando ex ratione
loci verisimiliter alii testes interuenire non potuerunt:
alias secus, & ad hanc secundam conclusionem vide ea,
quæ in terminis consulendo scripsit Rol. *in d. cons. 3. post*
nu. 47. lib. 3. & *quæ generaliter posita, infra nu. 62.*

SVBLIMITA II. Hanc † eandem secundam limi- 37
tationem, quia ad hoc, vt testes super nocturno fa-
cto deponentes, probent, debent reddere causam
eorum scientiæ & visus, quia scilicet tunc aut luna be-
ne lucebat, aut lumina erant accensa noctis obscuritates tollentia: sic enim dicendo admittitur talis proba-
tio, *vt per Alex. consil. 4. num. 7. in fin. lib. 6. Crot de testib. num.*
352. vers. si dicerent, & ibi in addit. litera G. Catell. Cotta in
memorial. verbo, testis deponens de eo, in fine, Conrad in pract. §.
3. de offic. prator. in caus. crim. rubr. de negat. crim. & tormen. nu-
mero 25. vers. hanc conclusionem fol. 296. colum. 2. Visu. in com-
mun. opin. verbo, testis deponens de nocte, in 2. fallen. Plot. de in
litem iur. §. 51. num. 17. vers. fallit 2. Brun. consil. crim. diuer-
*sor. in

q.21. *versic.sed quid si testu.* vbi tamen requirit, testem adeo notam vocem loquentis habere debere, vt omnino decipi non possit.

48 Ego † tamen à prima opinione nunquam in iudicando discederem, nisi aliis concurrentibus, aliis autem concurrentibus potius vtiq; hanc secundam contrariam amplecti sententiam, *prout in terminis distinguendo tradit Mascard. d.concl.1109.n.19. & est de mente Bossy in d. num.173.*

49 LIMITA IV. Quia † licet testis non probet, deponendo de eo, quod dicit, se vidisse de nocte, non per hoc tamen de nocte examinatus prohibetur deponere de eo, quod vidit in die, quod an sic verum sit, & quando, vide Ioan. de Sylu. *in tract. de benef. q.17.part.3.n.8.*

ARGVMENTVM.

De testibus inhabilibus admittendis in casu, in quo veritas per alios haberi non potest.

SVMMARIA.

Testes inhabiles, & non admittendi, vbi veritas aliter haberi non potest, admittuntur, n.50. & 51. vbi ex hac regula plures fiunt illationes.

Testes inhabiles admittuntur, vbi veritas aliter haberi non potest, non solum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, num.52. & 54. licet alij contra, n.53.

Testes inhabiles admittuntur, vbi veritas aliter haberi non potest, ratione loci, vtputa si agatur de commissis in eremo, in nemore, in monte, aut in alio loco secreto, n.55.

Testes inhabiles non admittuntur in probando factum, vel delictum commissum de die in villa, in ciuitate, in via, seu alio loco publico, n.56.

Veritatem aliter non haberi, non præsumitur, ideo ista qualitas per producentem articulanda, & probanda est, num.57. sed in practica hac conclusio non seruatur, nu.61. quia quando notorium est, veritatem aliter haberi non posse, talis probatio non est necessaria, nu.58. & quando hoc notorium dicatur, iudicis arbitrio remittitur. n.59. qui ex officio de huiusmodi notorietate se informare potest, n.60.

Veritatem aliter haberi non posse, non dicitur ex eo, quod alij testes actu non interuenerunt. nisi etiam habitu interuenire non potuerunt, nu 62 & 65. vbi ponuntur exempla, licet alij contra, n.63. sed contrariis respondetur, vt n.64.

Testes inhabiles non admittuntur, quando in actu alij testes interuenire potuerunt, licet non interuenerint, siue producens sit in culpa ob non adhibitionem aliorum testium habilium, siue non, num.66. licet aliqui contrarium dixerint, d.numero 66.

Veritatem aliter haberi non posse dicitur, quando fumus in actu, in quo verisimiliter alii testes interuenire non potuerunt, licet hoc impossibile non fuerit, n.67.

Testes inhabiles in casu, in quo alij non interuenire potuerunt, etsi non interuenerint, faciunt si non plenam, saltem aliqualem probationem, n.68.

Veritatem aliter haberi non posse, & quod alij testes interuenerint, aliunde probari debet, quam per assertionem testium inhabilium, examinatorum, n.69.

Testes inhabiles non probant, etiam quod per alios veritas haberi non possit, quando deponunt gesta per seipsos cum alio, numero 70.

Testes inhabiles etiam in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, admittuntur in criminalibus, vbi procedatur per inquisitionem, & iudicis officio, secus si per accusationem, & parte querelam procedatur, n.71.

Testes inhabiles non admittuntur, etiam vbi veritas aliter haberi non potest, quando producens fuit in culpa, & testes inhabiles adhibuit, cum habiles adhibere potuerit, n.72.

Testes inhabiles etsi admittantur, vbi veritas aliter haberi non potest, non tamen sunt integræ fidei, & omni exceptione maiores, n.73. contrarium, num.74. & 75. distingue, vt nu-

mer.76. sed contra distinctionem, num.77. resolue, & declara, n.78. seqq.

Testes inhabiles in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, an ad inquirendum, vel ad torquendum sufficiant, num.75. & 79.

Testes inhabiles si plures patiantur defectus, nihil probant, etiam quod simus in casu, in quo per alios veritas haberi possit, numer.80.

QVÆSTIO LXII. LIMITATIO III.

LIMITA III. Et † principaliter propositæ 62. quæstionis regulam non procedere in casu, in quo veritas aliter haberi non potest: tunc enim testes inhabiles, & alias non admittendos, admitti, probat text. *in l. consensu, §. super plagii, C. de repud. & in l. non omnes, §. a barbaro, ff. de re milit. & in l. dium, vers. sed si aliter veritas. ff de quæst. cap. veniens, il 2. & ibi notant omnes, extr. de testibus, cap fin. & ibi præsertim Abb. in 2. not ab. de testib. cogen. gloss. in cap. cum dilecti, in verbo, & si res, de elect. & in cap. 2. in gloss. penult & ibi etiam Abb. de arbitr. Campeg. de testibus, regul. 107. in 2 fallent. Diaz. reg. 259. in prin. Matthes singul. 188. nota, quod in subsidium, Nouell. reg. 222 in princ. Carrer. in pract. tract de indic. §. in text. ergo ibi, testibus superatus, num. 31. Plot. de in lit. iurand. §. 4. num. 22. Boss in titul. de indic. num. 161 vbi vberius infert, & plura huius limitationis ponit exempla Anton. Gom. var. resolut. tom. 3. cap. 12. rubr. de probat. delict. num. 21. vers. quæro tamen, vbi pluribus hanc eandem comprobat limitationem, Emanuel Soarez in suo thesaur. recept. sentent. litera T. num. 131. Clar. in pract. §. fin. q. 24. versic. sciendum est tamen, Gabr. de testib. conclus. 7. num. 1. lib. 1. Ruin. cons. 150. num. 18. lib. 5 Marsil. cons. 31. num. 33. & cons. 4. num. 6. & cons. 80. num. 62. Neuiz. consil. 54. num 16. Dec cons. 342. nu. 3. vers. & est communis regula, & n. 8. Bertaz. cons. 3. n. 26 & cons. 106. num. 19. & cons. 109. n. 21. lib 1. Decian. cons. 25. lib. 2. n. 21. Hippol. Riminald. cons. 113. num 31. & cons. 114 nu. 25 & cons. 120. nu. 3 lib. 2. & cons. 325. nu. 33. & cons. 269. nu. 90. lib 3 Monticell. in repert. test. verbo, inhabiles, fol. 73. col. 1. vers. 1. & fol. 74. colum. 1. vers. ante penult. & seq.*

AMPLIA I. Et † illatiue propositam limitationem, vt & idem sit in affinibus, & consanguineis, *vt dixi sup. q.54. n.76.* & idem in fratribus, *ibid. n.132.* & idem in patentibus pro filiis, & econtra, *ibid. n.193.* & idem in vxore, *ibid. n.222.* & idem in testibus domesticis dixi *sup. q.55. nu.35. seqq* & idem in seruis dixi *ibid. n.171.* & idem in amicis dixi *ibid. n 252.* & idem de infamibus dixi *in q.56. num.50. seqq. & n.120.* & idem in criminosis, *ibid. n.161.* & idem in Iudæis, *ibid. n. 231* & idem in meretrice, *n.366.* & idem in spurio, *ibid. n.413.* & idem in minore dixi *in q.58. n.29.* & idem in fœmina dixi *in q.59. n.8.* & idem in iudice dixi *in q.60. n.128.* & idem in aduocato dixi *ibid. n.188.* & idem in procuratore, *ibid. n.237.* & idem in negotiorum gestore, *ibid. n.270.* & idem in proxeneta, *ibid. n.417. seq.* & idem in teste de vniuersitate, *ibid. nu.479.* & idem in clerico contra laicum dixi *in q.61. nu.71.* & de laico contra clericum, *ibid. n.107.* 51

AMPLIA II. hanc † tertiam principalem limitationem, vt procedat nedum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus cluffis: sic etiam enim in criminalibus loquuntur plures ex præcitatis Dd. *& in specie Boe. consil. 40. n.98. vbi alios refert, Matthes. sing. 88. nota, quod in subsidium, Ferran. Garg. cons. crim. diuer. 126. n 18. lib. 1.* & faciunt, quæ in simili de testibus domesticis posui *supr. q.55. nu.59. & seqq.* Et † licet contrarium, quod imo in criminalibus inhabiles non admittantur, etiam quod simus in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, videatur de mente Alciat *in tract. de præsumpt. regul. 1 præsumpt. 39. n.3. iunctis aliis allegatis in materia testis domestici, supr. d. quæst. 55. num. 58.* Non † per hoc tamen recedas à proposita ampliatione, declarata tamen, vt admittātur, non quoad plenam probationem, sed tātum quoad iudicium, *vt tenet resolutus* 52 53 54

Alciat. vbi supr. n.5. vers. nec obstant contraria, dixi in d.q.55. nu. 61. & seq. & dicam generaliter infr. n.73.

55 AMPLIA III. Vt † veritatem aliter haberi non posse dicatur non solum, quando delictum, & negotium est de sui natura tale, & sic difficilis probationis, vt dixi *supr. in 1. limit.* & latius explicabo *infr. nu.62. in hac ead. 3. principali limit.* Item aut ratione temporis, *vt pariter dixi sup. n.33. in 2. limit.* sed etiam quando ratione loci, vtputa, si agatur de commissis in eremo, in nemore, in monte, aut in alio loco secreto: tunc enim inhabiles admittuntur ad testificandum eadem ratione, quia scilicet per alios veritas ratione loci haberi non potest, ad * text. *in c. fin. & ibi gl. Hostien. Ioan. Andr. & communiter* * *Dd. de testib. cogen. teste Anton. Gom. var. resolut. tomo 3. c.12. rubr. de probat. delict. nu. 21. vers. quæro tamen, Plot. de in lit. iur. §. 4. n.32. Carrer. in pract. crim. in tract. de indic. §. in text. ergo ibi, testib. superatus, n.33 quicquid in contrarium tentasse subtiliter videatur Diaz. in pract. crim. canon. c.120. vers. posset tamen confiderari.* Sed pro ampliatione maxime faciunt, quæ in simili de laicis testificantibus contra clericum in delicto commisso in villa posui *supr. q.61. n.107.*

56 AMPLIANDO † rursus præcedentem ampliationem, aduerte, quod sicut ratione loci & temporis factū seu delictum dicitur difficilis probationis, & propterea inhabiles admittuntur per illam regulam, quod veritas per alios haberi non potest, ita etiam econtra, quando sumus in facto seu delicto commisso de die in villa, seu ciuitate, ac in via, seu alio loco publico, non admittentur testes inhabiles, quia eadem ratione loci & temporis non sumus in casu, in quo possit dici, veritatem aliter haberi non posse, *vt per eund. Anton. Gom. d.c.12. eod. n.21. vers. secus tamen est.* Et facit regula, quod contrariorum est eadem disciplina.

57 SVBLIMITA I. Propositam † tertiam principalem limitationem, vt ista qualitas, veritatem scilicet aliter haberi non posse, non præsumatur à iure, ideo per producentem est alleganda, articulanda, & probanda, *vt per Alex. cons. 64. n.6. lib. 1. Marsil. cons. 31. n.33 & cons. 41. n.6. & cons. 80. n.62. seqq. & sing. 73. ad fin. vers. & sic.ss, Alc. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 47. in fin. Gram. cons. 45. n.10. & consil. 59. n.14. Lanfran. de testib. n.31. vers. sed modo stat, Carrer. in practic. in tract. de indic. §. in text. ergo ibi, testib. superatus, num.34. Mantic. in repert. test. verbo, inhabiles, fol.79. col.2. versic.1. Menoch. de arbitr. quæst. lib.2. casu 106. nu 2. in fin Brunor. à Sole in suo consil. crim. vnico nu. 91. Bertaz. cons. 291. n.11. lib.2. & cons. 3. n.29. lib.1. Hippol. Riminal. cons. 120. n.24. lib.2. & cons. 183. nu.21. eod. lib. & consil. 723. nu.84. lib.6. Bursat. cons. 278. n.8. lib.3. Marc. Anton. Eugen. cons. 27. nu.65. Mascard. de probat. lib.3. concl. 1359. nu.8. & concl. 1403. n.1.* Ex quibus sine dubio hanc sublimitationem communiter * à Dd. receptam esse, negari non potest. ¶ Sed ad eius declarationem & materiam omnino vide Dd. remissiue allegatos *infr. in titul. de oppos. contra examen test. q.76. n.112.*

58 LIMITA † hanc primam sublimationem nō procedere, quando notorium esset, veritatem aliter haberi non posse: tunc enim talis qualitas est articulanda, nec probanda, sed sufficit, quod allegetur, *vt in terminis voluit Ceph. consil. 75. num. 46. lib. 1.* ¶ quem refert & sequitur Additionator ad Fulu. Pacian. *de probat. c.9. litera D. vers. quando tamen esset notorium.* Et facit vulgata regula, quod notorium non indiget probatione, sed quando dicetur notorium esse, veritatem aliter haberi non posse? Dic,

59 quod † iuris arbitrio remittetur, qui inspecta qualitate personarum, negotij, loci, & temporis, id optime arbitrabitur, ad text. *in l. si quando, C. vnde vi, & in l. 3. §. tu magis scire potes, ff. de testibus, cum aliis in proposito relatis per Plot. de in lit. iur. §. 2. num. 8.* vbi amplius † ex Socino, *quem allegat in consil. 164. præstantissime per totum. volum. 1.* affirmat, iudicem posse ex officio & à seipso de huiusmodi qualitate se informare, *& Plotum, sic vt supra, dicentem refert & sequitur Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1403. num. 2. & 4.* Et

60 per † hanc limitationem nunquam vidi in practica seruatam præcedentem sublimitationem, quod scilicet articuletur, & probetur, quod veritas aliter haberi non possit: semper enim iudex id arbitratur ex natura facti, loci, & personarum, *vt supr.*

61 SVBLIMITA II. Hanc † eandem tertiam limitationem, vt veritatem aliter haberi non posse, non dicatur ex eo, quod in facto, de cuius probatione agitur, alij testes actu non interuenerint: nisi & idem factum, vel de sui natura, vel ratione loci & temporis: *(vt dixi sup. n.55.)* tale sit, vt verisimiliter alij testes habitu interuenire non potuerint, prout est in criminalibus coniuratio, conspiratio, hæresis, & his similia difficilis probationis, *de quibus supr. n.28.* & in ciuilibus, prout sunt gesta in capitulo & congregatione canonicorum, in qua non nisi canonici interuenire solent, *cap. tertio loco, extra, de probat.* item gesta domi, *vt in l. consensu, §. seruus, C. de repud.* Iis, inquam, casibus admittuntur testes inhabiles, secus in aliis, in quibus etsi alij testes actu non interuenerint, habitu tamen interuenire potuerunt, prout est homicidium, violentia, iniuria, & his similia, *vt per Anton. de But. in d. cap. tertio loco, & ibi etiam Felyn. in 4. not ab. Alexand. cons. 64. n.5. lib. 1. & cons. 152. num. 3. lib. 5. Dec. cons. 139. n.10. Diaz. regul. 759. in 1. limitat. Grammat. cons. 3. num. 8. versic. est tamen aduertendum, Marsil. sing. 73. vbi latè hanc comprobat declarationem, & in pract. §. diligenter, num. 84. Plot. de in lit. iur. §. 4. num. 32. Carrer. in pract. in tract. de indic. §. in text ergo ibi, testibus superatus, num. 33. Blanch. de indic. num. 354. Dec. cons. 132. num. 6. Grammat. cons. 45. num. 11. Foller. consil. crim. diuersor. 76. num. 11. lib. 2. & inter eadem consilia Ioan. Turrius cons. 81. num. 59. Beninten. decis. Bonon. 43. num. 9. versicul. limen prædicta sunt intelligenda. Villalob. in commun. opin. lit M. num. 143. versic. & sic procedit, Anton. Gomez. variar. resolut. tomo 3. cap. 12. num. 21. versic. quæro tamen, iuncto versic. secus tamen, Natta consil. 394. numer. 7. lib. 2. Caruit. super ritu magnæ Cur. 144. numer. 6. Stephan. Lamberteng. de contractu corum, & c. gloss. 1. num. 188. vbi plures allegat, Boss. in tit. de in. lic. num. 163. Gabr. tit. de test bus, conclus. 7. num. 5. vbi alios plures refert, Bertaz. consil. 291. num 11. lib. 2. & cons. 3. num. 29. lib. 1. & cons. 157. num. 8. lib. 1. Decian. cons. 25. num. 2. lib. 2. Hippolyt. Riminal cons. 114. num. 15. lib. 2. & cons. 120. n. 18. & cons 211. n. 46. & cons. 183. n. 20. eod. lib. 2. & cons. 125. num. 34. lib. 4. & cons. 360. n. 87. lib. 4. Bursat. cons. 321. nu. 32. vers. primo nos, & cons. 277. nu. 9. lib. 3. & consil. 346. n. 17. lib. 4. Roland. consil. 7. num. 15. lib 1. & consil. 24. nu. 67. eod. lib. 1. Brunor in suo consil. crim. vnico, n. 89. Monticell. in suo repertor. test. verbo, inhabiles, fol. 74. colum. 1. ver. 2. Mascard. de probat. lib. 3 concl. 1359 n. 9. vbi, & aliis relatis, ita omnes Dd. * in materia loquentes sentire & testatur.*

62 Et † licet contrarium, & melius apud eum seruari, si non ad condemnandum in pœnam ordinariam, saltem ad torquendum, & quoad pœnam extraordinariam, testetur Clar. *in pract. §. fin. q.24. nu.19. vers. sciendum est tamen, in fin.* ea motus ratione, quia scil. difficultas probationis, vnde Dd. sumpserunt conclusionem, quod inhabiles admittantur, vbi veritas aliter haberi nō potest, ita militat, quando certum est, alios testes actu non adfuisse, sicut quando habitu adesse non potuerunt ex natura negotij, & propterea idem ius vtroq; casu statuendum esse videtur, *secundum eam, quem etiam referendo sequitur Paul. Granut. theorem. 19. n.14. lib.1.*

63 Non † per hoc tamen à supra firmata & communiter * recepta sublimitatione recedere audeas, & ad argumentum Clari contradicentis vide bene respondentem in terminis Hippol. Riminal *cons. 360. nu. 88 90. seq.*

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

ib.4. Inquit enim ipse, quod quando testes non potuerunt interuenire actu & habitu ex natura negotij, de cuius probatione agitur, vt in gestis in collegio, in capitulo, & id genus: tunc hoc ideo admittuntur inhabiles, quia talis casus dicitur esse meræ necessitatis, propter quam recedi potest à regula iuris communis, *l. quæ per necessitatem. ff. de reg. iur. l. 1. §. cum in eadem, ff. ad leg. Rhod. de iactu.* facit enim necessitas permitti multa, quæ alias non permitterentur, *l. 1. §. huius, & ibi Iaf. in 5. not. ab. ff. de offic. eius, cum alijs congestis per Roland. cons. 80. lib. 3.* Non sic est, quando testes alij non interuenerunt, sed ex actus natura interuenire potuerunt, puta secus flumen, in via publica, aut alio simili loco: tunc enim dicitur esse casus contingens, & non necessitatis, merito standum est regulæ iuris communis, quæ præsertim in criminalibus probationem claram requirit, *l. fin. C. de probat.* & testes inhabiles non admittit, *vt dixi supr. nu. 19.* ergo inter casum & casum est maxima diuersitas, nec viget eadem ratio, *prout Clar. opinabatur.*

65 AMPLIA I. Et † illatiue hanc secundam sublimitationem, vt & idem sit in testibus domesticis, *vt dixi supra, q. 55. n. 65.* item idem in infamibus, *vt dixi sup. quæst. 56. num. 58.* item idem in teste minore, *vt dixi etiam supra, quæstione 58. num. 36.* item idem in teste aduocato, *vt dixi supr. quæst. 62. num. 189.* item idem in teste de vniuersitate, *vt dixi in dicta quæst. 62. numer. 81.* item & idem in teste clerico contra laicum, *vt dixi supra. quæst. 61. numer. 72.* Iis, inquam, omnibus casibus, etsi prænominati testes admittantur, quando per alios veritas haberi non potest, id tamen intelligitur, quando actu & habitu alij testes interuenire non potuerunt: secus si actu tantum non interuenerint, sed interuenire potuerint, cum in hac materia attendatur non id, quod euenit, sed id, quod euenire verisimiliter solet.

66 AMPLIA II. Eandem † sublimitationem, quod licet Alex. *consil. 152. sub num. 15. lib. 5* quem etiam secutus est Gramm. *consil. 26. numer. 37.* dixerit, tunc demum testes inhabiles non admitti, si ex natura actus alij interuenire potuerunt, quando scilicet producens fuit in culpa habiles admittendi, & non adhibuit, vt in matrimonio, aut simili casu, *tota ea, quæ posui supra, num. 30.* Secus autem, vbi nulla potest ei culpa imputari, vt puta in eo, qui vulneratus fuit coram testibus inhabilibus, quia tunc videtur & eos inhabiles ad testificandum admittendos, etiam quod simus in facto, in quo alij interuenire potuerunt, verius tamen est, quod inhabiles non admittantur, siue producens sit in culpa, siue non, alios adhibendi, dummodo actus de sui natura talis sit, vt alij potuerint testes interuenire, licet non interuenerint, *secus enim in terminis, reprobatis Alexand. & Grammat. in loco præcitato, bene comprobat Hippol. Riminald. d. consil 360. n. 89. seqq. lib. 4.*

67 LIMITA I. Dictam † secundam sublimitationem, quia ad hoc, vt dicamur esse in casu, in quo actu & habitu alij testes interuenire non potuerint, non est necesse, vt impossibile omnino sit, alios non interuenisse, sed sufficit, quod à communiter accidentibus interuenire non potuerint, *vt per Boss. in tit. de indic. n. 263. versic. & verba Fel. 1 fig. ad n. 164. vbi bene loquitur in materia, nec dissentit Gabr. tit. de testib. concl. 7. n. 6. lib. 1.*

68 LIMITA II. Qua † etiam quod simus in casu, in quo alij testes interuenire potuerunt, adhuc tamen, ex quo alij testes interuenerunt, illi, qui interuenerunt, etsi inhabiles, faciunt, si non plenam, saltem aliquam probationem, *per ea, quæ generaliter dixi inf. n. 261. seqq. & in specie scripsit Marsil. sing. 73 post med. versic. sed vbi actus, & antecem. Felyn. in c. tertio loco, n. 3. versic. sed istud, & ibi etiam Dec. n. 32. versic. ex quo ampliatur, & 50. seqq. extr. de probat. & alios refert Mascard. de probat. concl. 1359. n. 10. & ibi dicam infra hac eod. limit. n. 76. seqq.* vbi vide.

SVBLIMITA III. Et † principaliter propositam 69
tertiam principalem limitationem, quia etsi inhabiles admittantur in casu, in quo per alios veritas haberi non potest, & sic quando in actu alij non interuenerûnt testes, ista tamen qualitas aliunde probanda est, quam per ipsos testes examinatos, quibus si dixerint alios, quam ipsos minime interuenisse, minime etiam credendum esse, scripserunt Alex. *cons. 64. num. 6. in fin. vers. nec ad hoc obstat, lib. 1.* Petr. *Moncad. in addit. ad Crot. de testib. part. 3. num. 70. litera y. versicul. istud tamen intellige, Gabr. tit. de testib. concl. 7. num. 11. lib. 1. Roland. consil. 7. num. 16. lib. 1. & consil. 24. num. 68. eodem lib. 1. Bertaz. cons. 3. post num. 29. lib. 1. & cons. 235 num. 15. vers. secundo quia, eod. lib. 1. Boss. in tit. de indic. n. 168. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1246. num. 8.* faciunt generaliter tradita *supr. nu. 27.* & quæ in simili dixi *supr. de minore, in q. 58. num. 35.* Ex quibus sine dubio hanc sublimitationem communiter à Dd. receptam apparet, quicquid in contrarium videatur dixisse idem Mascar. *d. lib. 3. in concl. 1403. n. 4.*

SVBLIMITA IV. Vt † tunc demum inhabiles te- 70
stes admittantur, & probent in casu, in quo per alios veritas haberi non potest, dummodo scilicet deponant de gestis per alios, secus si de gestis per seipsos cum alio, quia tunc nec isto casu probant, *secundum Gram. cons. 45. n. 24. & cons. 58. num. 10. Carrer. in pract. in tract. de indic. in §. text. ergo, ibi, testibus superatus, n. 39. Marsil. cons. 102. n. 7. & 8. Ioan Mar. Montic. in suo repert. test. verb. inhabiles, fol. 74. col. 2. vers. 3. Claud. ad Bertaz consil. 71. litera h. in fin. lib. 1. Decian. cons. 25. n. 1. vers. ideo ad hoc respondeo, lib. 1. Hippol. Rimin. cons. 723. n. 89. lib. 6. Octau. Oras. decis. Pedem. 79. n. 42. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 474 post num. 67. & dixi in tit. de in. ic. q. 43. post n. 73.*

SVBLIMITA V. Vt † inhabiles admittantur in ca- 71
su, in quo per alios veritas haberi non potest, hoc, inquam, succedit in criminalibus, quando proceditur per inquisitionem, & iudicis officio, secus si procedatur ad accusationem & querelam partis, quæ debet cum suis procuratoribus parata venire, *secundum Gramm. decis. 45. n. 12. Carrer. in pract. in tract. de indic. & tort. §. in text. ergo, ibi, testibus superatus, n. 42.*

SVBLIMITA VI. Quando † producens fuit in 72
culpa adhibendi testes inhabiles, & non adhibuit: tunc enim non admittuntur, etiam quod per alios haberi non possit veritas, *vt dixi supr. num. 30.* ideo hic non repeto

SVBLIMITA VII. Dictam † tertiam principalem 73
limitationem, vt etsi inhabiles admittantur in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, non tamen sunt integræ fidei, & omni exceptione maiores, & propterea non plenam, sed qualemqualem faciunt probationem, aut indicium, *prout dixi & probaui in tit. de indic. & tort. q. 37. n. 63. & q. 43. n. 40. & hoc eod. tit. de opposit. contra test. q. 55. n. 53.* quibus in locis pluribus * Dd. auctoritatibus hanc comprobaui declarationem, & illis addo nũc Alciat. *de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 39. n. 3. iuncto n. 5. vers. nec obstent contraria,* vbi, quod in casu, in quo requiruntur testes omni exceptione maiores, non admittantur inhabiles ad faciendam plenam probationem, & ibi testatur de cõmuni * & veriori opinione, *Gabr. tit. de testib. concl. 7. n. 7. vbi alios refert Benint. dec. 1. Bon. 43. n. 9. ad fin. Rel. cons. 24. n. 69. lib. 1. Menoch. de arb. quæst. lib. 2. casu 106. num. 3. Boss. in tit. de indic. nu. 165. ad fin. & n. 177. vers. non tamen credas, Bertaz. cons. 3. n. 31. in fin. lib. 1. Claud. ad Bertaz consil. 71. litera h. ad finem additionis. eod. lib. 1. Hipp. Rim. consil. 120. n. 22. lib. 2.* vbi *nu. 23.* quod illa qualisqualis probatio inducta per testes inhabiles, est minus, quam semiplena, & *consil. 175. numer. 8. & consil. 183. num. 13. eod. lib. 2. & consil. 360. numer. 93. lib. 2. idem Hipp. lyt. Rom. ald. inter consilia crim. in diuersor. consil. 84. vers. lib. 2. Montell. in suo repertorio testium, verbo, inhabiles, fol. 74. columna 2. versicu. 2.*

faciunt

faciunt, quæ generaliter posui *infr. num. 383. seqq.* & quæ in simili de iudice dixi *supr. q. 60. num. 130.* & de infame, *q. 56. n. 54. seqq.* & de minore, *q. 58. n. 34.* & de teste de vniuersitate, *q. 60. n. 480.* (408.)

74 **Contrarium**, quod † imo in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, testes inhabiles admissi reputentur integræ fidei, & quod admittantur etiam, vbi alias requiruntur testes omni exceptione maiores, voluerunt Dec. *in consil. 342. num. 3. vers. & ista conclusio, qui omnino videatur, & in cap. tertio loco, nu. 8. de probat. Gabr. qui alios refert, d. concl. 7. nu. 7. vers. contrarium, tit. de testib. lib. 1. Ferran. Gargiar. cons. crim. diuers. 126. n. 17. vol. 1. Gigas cons. 29. in causa admodum ardua, nu. 36. vers. quinimo, Ceph. cons. 110. nu. 30. lib. 1.* vbi id maxime procedere affirmat, quando procedit per viam inquisitionis, *Monticell. in suo repert. testium, verbo, inhabiles, fol. 75. col. 1. vers. pen. Mascar. de probat. lib. 3. concl. 1147. num. 39. Carrer. in pract. in tract. de indic. & tort.*

75 *§. in text. ergo, ibi, testib. superatus, nu. 38.* Vbi † tamen, quod isto casu, etsi non sufficiant ad condemnandum, debent tamen sufficere ad torquendum, de quo vltimo vide, quæ dixi *infr. n. 79.*

76 In † hac opinionum contrarietate reperio sic post alios distinguentem Mascar. *de probat. lib. 1. concl. 124. n. 44. seqq.* quod si simus in facto, in quo non solum testes alij actu non interuenerunt, sed etiam de sui natura, & sic habitu à communiter accidentibus interuenire non potuerunt, & tunc inhabiles testes admissi reputentur integræ fidei, & omni exceptione maiores: secus si simus in facto, in quo licet alij testes actu non interuenerint, habitu tamen interuenire potuerunt, quia tunc inhabiles non sunt censendi integri omnino, ac fideles, sed eis de fide diminuendum est. Et hanc distinctionem ante Mascard. posuit Felyn. *in c. 3. loco, num. 3. vers. sed istud, extr. de probat. & sequitur ibid. Dec. n. 32. vers. ex quo ampliatur, & num. 50. & seqq.* vbi melius, nec dissentiunt Dd. per nos relati *supr. n. 68.*

77 Sed certe † hæc distinctio, licet prima facie colorata appareat, videtur tamen contra mentem Dd. allegatorum *supr. num. 73.* qui generaliter volunt, testes inhabiles non reputari integræ fidei, etiam in casu, & facto, in quo de sua natura alij interuenire non potuerunt, & in specie ac expresse sic loquitur Boss. *in d. tit. de indic. n. 165. ad fin. iuncto num. 177. versicul. non tamen credas.* & quidem quando sumus in casu, in quo alij testes non interuenerunt, sed interuenire potuerunt: tunc non est opus dubitare, an inhabiles sint omni exceptione maiores, necne, quia secundum communem eo casu, nec etiam admittuntur, *vt dixi supr. num. 62.* ideo, quia de vno disputatur in cæteris, præsupponendi sunt termini habiles, iccirco dum disputatur, an inhabiles sint integræ fidei, quando veritas aliter haberi non potest, nec ne: talis disputatio intelligenda est in casu, in quo alij testes non interuenerunt, nec interuenire potuerunt, & hoc casu dicere, quod inhabiles admittantur ad faciendum plenam probationem, certe mihi nimis durum videtur, & propterea primam opinionem, tanquam veriorem, & * etiam magis communiter * receptam tam in consulendo, quam in iudicando omnino amplectendam credi derim.

78 Et † nihilominus, si adhuc eandem distinctionem in aliqua parte sustinere volueris, potueris eam in hunc modum secundum veritatem sublimitare, & declarare, quod scilicet siue simus in casu, in quo alij testes actu & habitu non interuenerunt, siue etiam in casu, in quo actu non interuenerunt, habitu tamen interuenire potuerunt, nunquam dicas inhabiles ad testificandum admissos esse integræ opinionis, & omni exceptione maiores, & consequenter ad condemnandum sufficientes, & in hoc indubitanter refutatis Dd. relatis *supra, num. 74.* adhæreas primæ & communi opinioni; sed an eis sit in aliquo credendum, necne, & † an isto casu faciant aliquam probationem, seu indicium, vltra ea, quæ generaliter dixi *infr. num. 261. in specie,* vbi veritas aliter haberi non potest, dicas, quod sine dubio faciunt qualemqualem probationem, ac indicium, siue simus in facto, in quo alij testes non interuenerunt actu, nec etiam habitu interuenire potuerunt, siue etiam in facto, in quo alij non interuenire actu, habitu tamen interuenire potuerunt, vt dixi *supr. nu. 68.* sed primo casu testes, qui alias sufficerent ad condemnandum, nõ sufficient, nisi ad torquendum, iuxta theoricam Carreri allegati *supr. nu. 75.* qui autem alias sufficerent ad torquendum, non nisi ad inquirendum generaliter sufficient: semper enim propter inhabilitatem aliquid de eorum fide diminuendum est, secundo autem casu indistincte testes inhabiles non nisi ad inquirendum, hoc est, ad assumendum informationes sufficient. Et ista est veritas, secundum quam à bonis iudicibus sæpissime obseruatum, & practicatum vidi.

SVBLIMITA VIII. & vltimo, eandem † tertiam 80
principalem limitationem non procedere, quando inhabilitas in testes peruenit ex pluribus defectibus tunc enim is non admittitur, nec admissus probat etiam in casu, in quo veritas per alios haberi non potest. Sic enim vltra generaliter allegatos *infr. nu. 181.* in specie affirmarunt *post alios, quos allegant antiquiores,* Matul. *cons. 102. nu. 52. Natta cons. 298. num. 6. Gabr. tit. de testib. concl. 7. n. 10. lib. 1. Carrer. in pract. in tit. de indic. §. in text. ergo ibi, testibus superatus, n. 41. Franc. Bec. cons. 85. post n. 19. Bertaz cons. 3. nu. 32.* vbi, quod † hæc sublimitatio omnium consensu recepta est, *Claud. ad eund. Bertaz in cons. 71. lit. H. Hippol. Rimin. cons. 113. n. 32. & cons. 114. num. 16. & cons. 120. n. 19. seqq. & cons. 211. n. 47. & cons. 175. n. 7. & cons. 183. num. 13. lib. 2. & cons. 325. nu. 35. & cons. 269. num 91. lib. 3. & cons. 35. n. 27. & cons. 36. n. 92. lib. 4. & cons. 524. n. 7. seqq. & cons. 572. n. 3. lib. 5. vbi pariter ex Bertaz. in loco præcitato testatur de communi * opinione, & consil. 723. num. 82. & consil. 684. num. 5. & consil. 644. num. 26. seqq. vbi etiam de * communi & consil. 670. num. 73. lib. 6. & consil. 704. num. 66. & consil. 696. num. 5. & consil. 723. num. 51. eodem lib. 6. & consil. 828. nu. 8. lib. 7. Bursat consil. 239. num. 12. lib. 3. & consil 389. numer. lib. 4.*

ARGVMENTVM.

De testibus inhabilibus admittendis in criminibus exceptis.

SVMMARIA.

Testes inhabiles in exceptis criminibus admittuntur, n. 81. & nu. 85. vbi sunt plures illationes.

Testes inhabiles in crimine hæresis admittuntur, num. 82. licet alij contra, n. 84.

Testes inhabiles in crimine læsa maiestatis admittuntur, numero 84.

Testes inhabiles in hæresi crimine admittuntur, siue per viam inquisitionis, siue per viam accusationis procedatur, numero 86.

Testes inhabiles non admittuntur in criminibus exceptis ad adminicula probandum, n. 87.

Testes inhabiles non admittuntur in verbis iniuriosis, & maledicti in Principem, n. 88.

Testes inhabiles ad hoc, vt probent in crimine hæresis, duo concurrere debent: Primo, quod sint plures, quam duo: Secundo, quod alia concurrant adminicula, & circumstantiæ, n. 89.

QVÆSTIO LXII. LIMITATIO IV.

LIMITA IV. propositæ † quæstionis regulam in 82
criminibus exceptis, prout est crimen hæresis, læsæ maiestatis, latrocinij, simoniæ, & aliis, de quibus suo loco alias dixi, *in tit. de delictis, lib. 1.* iis, inquam, casibus, in-

Texto selecionado pelo vou
Encadernação defeituosa

habiles,& non admittendos testes admitti debere, nouissime & post alios, quos allegant, plures, scripserunt Clar. *in pract. §. fin. q. 24. versic. sciendum est tamen, in princip.* vbi præsertim de crimine hæresis, & læsæ maiestatis, Hippol. Riminal. *consil. 254. num. 29. lib. 5.* vbi generaliter de criminibus exceptis, & generaliter etiam Mascard.
82 *de probat. lib. 3. conclus. 1359. nnm. 15.* Et † particulariter de crimine hæresis habemus text. *in cap. in fidei fauorem, &* ibi notant omnes, *de hæret. in 6. & in cap. accusatus, §. licet, eod. tit. Marsil. consil. 1. num. 28. Guindisal. in tractat. de hæretic. quæst. 13. num. 10. vers. est tamen speciale, Paris. consil. 2. numero 80. lib. 4. Carrer. in tract. de hæret. numer. 118. versicul. an autem indicia, Alciat. de præsumpt. regul. 1. præsumpt. 39. numer. 2. Monticell. in suo repertorio testium, verbo, testes in crimine hæresis, fol. 360. colum. 1. versicul. quinto, & fin.* Et in specie etiam
83 de † crimine læsæ maiestatis hoc idem affirmarunt Abb. *in cap. 1. post numerum 5. versicul. fallit in crimine læsæ maiestatis, extra. de confess. & in cap. fin. num. 2. & 4. extra, de testibus, & in cap. licet Heli, num. 10. versicul. nota quod in crimine, extra, de simon. & ibidem* Ioan. de Anan. *colum. 4. Alexand. consil. 127. colum. final. num. 19. versicul. cum etiam in crimine læsæ maiestatis, lib. 4 Bellon. consil. 43. quatuor proponuntur milii dubia, numer. 7. versicul. ad secunda, an Syndicus, Grammat. voto 3. numer. 30. consil. 1. numero 7. Angel. de Malef. in verbo, che hai tradito la tua patria, versicul. quæro, quis possit accusare de hoc crimine, Gandin. in titul, qui accus. poss. vel non, colum. 1. versicul. item in crimine læsæ maiestatis, cum aliis relatis per Mascard. de probationib. lib. 1. conclus. 462. num. 1. & seqq.* vbi pluribus hanc comprobat conclusionem, *& per Monticell. in suo repertorio testium, verbo, inhabiles, fol. 75. colum. 2. versicul. 4. & fol 359. colum. 1. versicul. 2. 3. & 4. rubr. de testibus in crimin. læsæ*
84 *maiest. singularia.* Et † licet quoad crimen hæresis, quod imo in illius probatione non admittuntur inhabiles, post alios, quos allegant, voluisse videantur, Arnal. Albert. *in tract. de agnosc. assert. cathol & hæret. quæst. 34. num. 4. Bossius in tit. de hæret. num. 4. Simanc. de Cathol. Instit. rubr. de hæret. tit. 51. n. 9. vers. cæterum, idem Mascard. de probat lib. 2. conclus. 855. nu. 8.* non per hoc tamen à proposita regula, etiam quoad crimen hæresis, vllo pacto recedas, quia & communiter,* vt vides, à Dd. recepta est, & etiam in se est verissima, declarata tamen, vt mox in infrascriptis sublimitationibus subiiciam.

85 Amplia I. Hanc † quartam limitationem, & illatiue etiam in teste fœmina, *vt dixi supr. q. 59. nu. 10. & q. 56. n. 70.* vbi de teste infame, *& ibid. num. 148.* vbi de teste criminoso, *& ibidem num. 173.* vbi de accusato pendente accusatione, *& ibid. numer. 273.* vbi de excommunicato, *& ibidem num. 366.* vbi de teste meretrice, *& quæst. 58. numer. 22.* vbi de teste minore, *& q. 56. num. 227.* vbi de teste Iudæo, *& q. 54. num. 77.* vbi de teste affine & consanguineo, *& q. 55. n. 173.* vbi de teste seruo, *& q. 61. n. 104.* vbi de testibus laicis contra clericum, *& ibid. n. 65.* vbi de clericis contra laicum.

86 Amplia II. Eandem † quartam limitationem, (quoad crimen hæresis,) vt licet gl. *in d. cap. in fidei fauorem, super verbo, inquisitioni, de hæretic. in 6.* dixerit, in eo crimine tunc demum inhabiles testes admitti, quando proceditur per viam inquisitionis, secus si proceditur per viam accusationis, rationibus ibi per eam adductis, contrarium tamen, quod etiam quod procedatur per viam accusationis, inhabilitas non repellat testes, voluit Archid. *in d. cap. in fidei, per text. in c. hæreticus, 2. quæst. 7.* & Archidiacon sententiam, reprobata opinione gl. bene comprobat Guindisal. *in tract. de hæret. q. 13. num. 17.* Et cum hac opinione & ampliatione, tanquam vltimo loco per eum relata, pertransire videtur Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 857. n. 30. & 31.*

87 Sublimita I. Propositam † limitationem, vt licet inhabiles admittantur ad probandum crimina excepta, non tamen admittantur ad probandum admicula dictorum criminum, *vt dixi sup. q. 56. nu. 72. seqq.* Et hic non repeto.

88 Sublimita II. Vt † limitatio procedat in probando crimen læsæ maiestatis, facto commisso in Principem, secus si solum verbis iniuriosis, & maledictis: tunc enim non dicitur proprie committi tale crimen, ideo inhabiles testes ad illius probationem non recipiuntur, *Aym. cons. 6. n. 1. & n. 9. & n. 52. Montis. in suo repert. test. rubr. de testib. in crim. læsæ maiest. fol. 360. col. 1. vers. 1. exornat Masc. de prob. lib. 1. concl. 462. n. 35. & seq.*

89 Sublimita III. (Et † cum hac sublimitatione concordantur contrarij supra relati, *num. 84.*) vt tunc demum in crimine hæresis inhabiles admittantur, & probent: dummodo sint numero plures, quam duo, vel si duo, cum eorum dicto concurrant alia adminicula, & circumstantiæ, secus si sint solum duo, & aliud nó concurrat, quia tunc non plene probabunt ad infligendam pœnam ordinariam, sed tantummodo vel ad inquirendum, vel ad torquendum, vel ad plus condemnandum in pœnam extraordinariam, *sic enim per text. in d. c. in fidei fauorem, de hæret. in 6. ibi, si ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testium, aut personarum, tam deponentium, quam eorum, contra quos deponitur, qualitate, ac aliis circumstantiis, sic testificantes falsa non dixere præsumantur, & post alios, quos allegat plures, bene declarat Mascar. de prob. lib. 2. concl. 855. n. 9. & latius concl. 857. n. 38. seq.*

ARGVMENTVM.

De testibus inhabilibus admittendis ad rei defensionem, & innocentiam detegendam.

SVMMARIA.

Testes inhabiles ad rei defensionem, illiusq; innocentiam probandam admittuntur, n. 90.

Testes inhabiles defensionem non probant, quando testes offensiuos reprobare volunt, n. 91.

Testes inhabiles defensionem non probant, quando reus pluribus est indiciis grauatus, n. 92.

Testes inhabiles defensionem non probant, quando ad partis querelam proceditur, n. 93.

Testes inhabiles defensionem probantes, alias bona fama esse debent, n. 94. & 95.

Testes inhabiles in criminibus exceptis defensionem non probant, n. 96. sed contra, n. 97.

Testes inhabiles etsi ad defensam admittantur, non sunt tamen integræ fidei, & omni exceptione maiores, n. 98.

QVÆSTIO LXII. LIMITATIO V.

90 Limita V. Principaliter † huius quæstionis regulam, ad rei defensionem, & innocentiam detegendam, quo casu inhabiles admitti, post alios plures, quos allegant, affirmarunt Marsil. *in l. vnius, §. cognitum, n. 49. ff. de quæst. & in l. 1. §. ad quæstionem, n. 12. ff. eod. & sing. 59. incip. Innocentibus, Nouel in pract. in tit. de testib. in materia crimin. n. 48. Aym. cons. 2. n. 1. Plot. de in lit. iurand. §. . . . n. 141. secundum antiquam impressionem, Boss. in tit. de crim. læsæ maiest. n. 114 seq. Spec. in tit. de inquisit. §. 1. n. 22. Natt. consil. 359. nu. 2. lib. 2. Ghirland. de relaxat. carcerat. tit. de absolut. innocent. quæstion. 3. per totam, vbi bene comprobat hanc limitationem, & respondet contrariis ibi per eum adductis, Carrer. in practic. in tract. de indic. & tortur. §. in text. ergo, ibi, testibus superatis, in tract. de indic. & tortur. §. in text. ergo, ibi, testibus superatus, n. 49. Anton. Gom. var. resolut. tomo 3. cap. 12. rubr. de potus, n. 49. Anton. Gom. var. resolut. tomo 3. cap. 12. rubr. de probat. delict. nu. 23.* vbi testatur de æqua * & communi opinione, licet eam dubiam crediderit ex ratione ibi allegata, *Clar. in pract. §. fin. q. 24. vers. item scias, Emanuel Soarez inter suas recept. sentent. litera T. num. 132. vbi etiam de communi,* * *Francisc. Marc. decis. 423. nu. 23. Hercul. in tract. de negat. n. 309. 314. & 325. Bonacos. in commun. opin. crimin. vers. testis in criminalibus, fol. 170. colum. . . Ceph. consil. 110. nu. 31. & cons. 140. n. 8. & 9. Bertaz. cons. 251. n. 101. & cons. 119. nu. 12. & cons. 106. nu. 18. & cons. 358. post num. 6. seqq. Bursat. consil. 94. nu. 24. & cons. 65. nu. 22. Monticell. in suo repert. testium, verbo, inhabiles, fol. 74. colum. 2. versic. fin. & verbo, testes in crimin. qui esse poss. fol. 356. colum. 1. vers. 5. & in verbo, Innocentia, fol. 397. colum. 2. in fin. & fol. 398. colum. 1. in princip. Mascard. de probat. lib. 2. concl. 904. num. 1. & lib. 3 concl. 1359. numer. 16.* faciunt, quæ in simili de teste domestico dixi *supra q. 55. n. 70.* & de teste fallito, *q. 56. num. 460.* & de teste clerico, & laico, *q. 61. nu. 74. & 115.* & de teste affine, *q. 54. n. 33. seqq.* & de teste fratre, *d. q. 54. num. 117.* & de testibus, marito, & vxore, *ibid. n. 228.* & de teste fœmina, dixi *supr. q. 59. n. 15.*

91 Sublimita I. hanc † primam ampliationem, quando reus haberet contra se aliquos testes examinatos, & probantes delictum, velletque illos testes reprobare: cum enim, *vt dixi sup. nu. 23.* testes reprobatorii debeant esse omni exceptione maiores, & consequenter inhabiles non admittantur, hoc vtique procedat, etiam quod agatur de innocentia ipsius rei, *vt per Mascard. qui alios refert, in suo tract. de reprobat. lib. 2. concl. 904. n. 11.* & in simili de teste affine, dixi *supr. q. 54. n. 36.* & de teste domestico, dixi etiam *supr. q. 55 nu. 72.* & de teste vnico, dixi *infr. q. 63. n. 43. seq.*

92 Sublimita II. Quando † reus esset grauatus pluribus indiciis, & sic valde indiciatus, *vt bene in terminis exemplificat Ghirland. de relaxat. carcerat. tit. de absol. innoc. d. q. 3. vers. hac tamen limita.* tunc enim testes inhabiles, etsi ad defensionem rei admittantur, non tamen plene probant illius innocentiam, *vt per Chirlan. in loco citato, quem sequitur Carrer. in practic. in tract. de indic. & tortur. §. in text. ergo ibi, testibus superatus, numer. 51.* & facit, quod dixi generaliter infra, in vltima huius limitationis sublimitatione.

93 Sublimita III. Vt † limitatio procedat, quando ageretur ex iudicis officio, secus si ad partis querelam: tũc enim ad faciendum incurrere dictam partem in aliquam pœnam, & præiudicium, non admittuntur inhabiles, pro rei defensione, *Clar. vbi supr. n. 50. post Bald. Salyc. Felyn. & Grammat. quos allegat Mascard. de probat. lib. 2. d. concl. 904. n. 13.* & in simili, quod dixi de teste affine *sup. q. 54. n. 37.*

94 Sublimita IV. Nisi † inhabilitas resultaret ratione infamiæ: testes enim probantes innocentiam debent esse bonæ famæ. *vt per Mascar. qui alios refert, de probat.*
95 *lib. 2. concl. 904. nu. 14.* sed † certe hæc sublimitatio nimis limitationem restringit, & fere eam destruit, & si videantur allegati per Mascar. non loquuntur simpliciter, in testibus inhabilibus, ratione infamiæ, sed in iis, qui patiuntur plures defectus, quos omnino certum est nihil prorsus probare in omni casu, *vt infr. dicam, n. 381.*

96 Sublimita V. In † exceptis criminibus, in quibus testes inhabiles ad defensam non admittuntur, *per ea, quæ scripserunt Crot. de testib. n. 104. & Gig. de crim. læsæ maiest. lib. 2. rubr. quomod. & per quos crim. læsæ maiest. probet. q. 17.*
97 Sed † certe etiam nec huiusmodi declaratio mihi satisfacit, per ea, quæ de testibus domesticis & consanguineis dixi *supr. q. 54. n. 118. & q. 55. n. 73. seqq.* Si enim ad fisci fauorem, & ad offensam inhabiles admittuntur, *vt dixi supr. n 90.* cur non debent admitti contra fiscum, & ad defensam pro reo, qui fauorabilior à iure reputatur? Certe non video congruam rationem.

98 Sublimita VI. Quia † etsi ad defensam inhabiles admittantur, admissi tamen non sunt integræ fidei, & omni exceptione maiores, per ea, quæ generaliter dicam *infr. nu. 383. seqq.* & de teste affine dixi in simili, *infr. q. 54. nu. 38. & 122.* & in proposito de teste inhabili in genere tradidit Ant. Gomez. *var. resolut. tomo 3. c. 12. rubr. de probat. delict. nu. 23. in fin. vers. sed aduertendum.* vbi, quod isto casu testes inhabiles faciunt tãtummodo indicium sufficiens ad inualidandum fisci probationem contra-

riam, non ad hoc vt reus absoluatur, sed ad hoc, vt minus puniatur. Nec dissentit Clar. *pract. §. fin. q. 24. versicul. item scias,* vbi, quod iudicis religioni relinquitur, quanta fides isto casu sit adhibenda testi inhabili.

ARGVMENTVM.

De testibus inhabilibus admittendis, vel non, in causa matrimonij.

SVMMARIA.

Testes inhabiles admittuntur ad probandum consanguinitatem ad effectum impediendi matrimonium, quia tunc de peccato vitando agitur, n. 99.

Testes in causa matrimonij admittuntur, etiam quod non sint omni exceptione maiores, n. 100. contra, n. 101. sed vtcunque sit, inhabiles non admittuntur, sed saltem idonei esse debent, n. 102.

Testes ad clandestinum matrimonium probandum non est necesse, quod omni sint exceptione maiores, n. 103. contra, nu. 104. resolue, n. 105.

Testes inhabiles non admittuntur, sed omni exceptione maiores esse debent, quando de separatione & dissolutione matrimonij iam contracti agitur, n. 106. contra, nu. 107. sed prima opinio est magis communis, præsertim quando pro matrimonio concurreret aliquod aliud adminiculum, seu præsumptio, numer. 108.

Testes, ad spirituale matrimonium probandum, omni exceptione maiores esse debent, n. 109.

QVÆSTIO LXII. LIMITATIO VI.

99 Limita VI. Propositam huius † quæstionis regulam non procedere, vbi ageretur de probando consanguinitatem ad effectum impediendi matrimonium: tunc enim cum agatur de peccato vitando, hoc ideo inhabiles ad testificandum admitti, voluerunt plures, quos refert, & sequitur Mascar. *de prob. lib. 3. concl. 1359 n. 17.*

100 Amplia I. Generaliter, vt † non solum, vbi agitur de eũdo peccatum, sed etiam generaliter in causa matrimonij testes non requirantur omni exceptione maiores. *Et hanc opinionem tenuerunt plures relati per Gabr. tit. de testib. concl. 8. n. 1. vers. cõtrarium, &c. & per Bursat. (quos tamen ipse non sequitur) in cons. 359. n 1. seqq. & per Mascard. de prob. lib. 2. concl. 1019. n. 6 & seqq. vsq; ad n. 11. vbi multum bene comprobat, & exornat hanc conclusionem, & nu. 15. vbi testatur de communi,* * *& per Conrad. in practic. §. 2. de offic. prætor. in caus. cruc. tit. de testib. rubr. personas testium aggrediendo, verbo, omni exceptione maior, fol. 109. num. 88. vers. si agatur, Cæsar de Graff. decis. 72. n. 10. & inter diuers. part 1. decis. 336. n 3.*

101 Contrarium, † quod imo in causa matrimoniali testes requirantur omni exceptione maiores, voluerunt Alc. *de præsumt. reg. 1. præsumt. 39. n. 5. ali plures relati per eund. Gabr. d. concl. 9. n. 1. Hipp. Rimin. cons. 174. nu. 17. lib. 2. Bursat. cons. 359. per totum, lib. 4.* vbi bene comprobat, *respondet contrariis, restatur de magis communi,* * *& ab ea in consulendo & iudicãdo minime recedendum esse admonet, quam etiam sequuti sunt plures relati per Masc. d. concl. 1019. n. 4.* vbi bene etiam fundatur, & exornatur hæc contraria opinio, & eam pariter, vti veriorem, communem, * & magis comprobatã * post alios, quos adducit, sequitur Conrad. *vbi sup. d. verbo, omni exceptione maior, vers. sed opinio contraria, fol. 109. n. 88.*

102 Et † aduerte, quod Dd. allegati *supr.* pro prima opinione, *n. 100.* etsi dicant hoc casu non requiri testes omni exceptione maiores: non per hoc admittunt inhabiles sufficere, sed tantummodo dicunt sufficere ordinariam probationem, & sic adhuc idoneos requirunt testes, iuxta opinionem eorum, quos *supr.* retuli, *n. 3.* volentium, quod plus sit dicere, testem omni exceptione maiorem, quam idoneum: vnde, quod inhabiles in causa matrimonij admittantur, nullus opinatur.

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

105 AMPLIA II. Propositam † sextam limitationem multo magis procedere, quando ageretur de probando matrimonium, tunc enim videtur, non esse necessarios testes omni exceptione maiores, *ex Alc. poss. Alexand. Dec. quos allegat, de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 39. nu. 5.* licet eos pro contraria opinione allegare 104 videatur Gabr. *d. concl. 8. n. 4.* Sed † contrarium, quod imo & isto casu requirantur testes omni exceptione maiores, voluit Conrad. *in pract. §. 2. rubr. de testibus, verbo, omni exceptione maior, nu. 88. fol. 110. col. 1. versic. hac qua magis* 105 *admittit.* Ideo † pro resolutione omissis aliis, vide Rotam coram nunc Sanctissimo Pontifice Aldobrandinum, *decis. 209. inter diuersas part. 1. per totam*, vbi in materia distinguit tres casus principales.

106 SVBLIMITA I. Eandem † sextam limitationem non procedere, quando agitur de separatione & dissolutione matrimonij iam contracti: tunc enim non solum inhabiles non admittuntur, sed etiam requiruntur omni exceptione maiores, *vt per relatos à Gabr. sicul. de testib. concl. 8. nu. 3. in prin. Conrad. in pract. §. 2. sit. de testib. verbo, omni exceptione maior, fol. 109. num. 88.* vbi, quod in hoc conueniunt absque controuersia omnes scribentes, *Hippol. Riminal. in cons. 174. num. 16. seqq. lib. 2. & cons. 538. num. 35. lib. 3. Bursat. cons. 359. per totum, lib. 4.* vbi concordantes refert, respondet contrarijs, testatur de magis * communi, * & ab ea in consulendo & iudicando minime recedendum admonet, Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 1019. n. 10. in fin.* vbi etiam, quod ita communi consensu receptum est.

107 Et † licet contrarium, quod imo ordinaria sufficiat probatio, & sic quod non requirat testes omni exceptione maiores, tenuerint alij plures allegati per Gabr. *d. concl. 8. num. 3. versic. contrarium, &c.* Mascard. *d. concl. 1019. num. 8.* Non per hoc tamen a prima opinione * recedas, quia iudicio meo magis communiter * à Dd. 108 recepta est, † & sine dubio tanto magis procederet, quando pro matrimonio concurreret aliquod aliud adminiculum, vel præsumptio, iuxta distinctionem, quam pluribus comprobat idem Mascar. *d. concl. 1019. n. 11. & seqq. vsq; ad num. 15.*

109 SVBLIMITA II. Quando † ageretur de probando matrimonium spirituale: quia tunc testes omni exceptione maiores requiri, voluit Rota coram Reuerendissimo Domino Blancherto, *decis. 289. num. 1. part. 1. inter diuersas.*

ARGVMENTVM.

De testibus inhabilibus admittendis, vel non, in instrumentis, & testamentis, & quid si sint à partibus vocati, atq; rogati in aliquo actu.

SVMMARIA.

Testes inhabiles, & non idonei, admittuntur, & recipiuntur in instrumentis, n. 110. & nu. 117. vbi ex hac regula plures infruuntur illationes.

Testes rogati à partibus ad interessendum in aliquo actu, approbationem sentiunt, & plenè contra rogantes probant, n. 111.

Testes instrumentarij, etiam quod inhabiles sint, possunt recipi pro instrumentorum ad ipsum instrumentum comprobationem, n. 112. & 113. limit. contra, n. 114.

Testes si sint à partibus vocati, atq; rogati, approbati censentur, etiam quod inhabiles ex depositionis tempore superueniat, nu. 111.

Testes inhabiles possunt adhiberi non solum in publico instrumento, sed etiam in priuata scriptura, n. 115.

Testes subscripti in priuata scriptura, quam in publica scriptura, idonei sunt, etiam quod sint inhabiles, n. 116.

Testes instrumentarij contrahentibus approbati non censentur, quando illis ignorant, n. 118. seqq.

Testis per simplicem vocationem, seu rogationem partis, approbatus non censetur, n. 110.

Testis ab vna parte approbatus, & rogatus ab altera, approbatus non censetur, n. 120.

Testis in instrumentis sine aliis per simplicem vocationem, & rogationem, tunc demum, quando partibus approbatus censetur, dummodo eorum inhabilitas à partium voluntate dependeat, & sic quando idem testes à iure repellantur propter odium, puta ob [illegible] excommunicati, vel odiosus, aut quid simile, vt puta si sint inimici, domestici, consanguinei, & similes: secus si propter odium ipsius testis repellantur, puta si sint excommunicati, banniti, & similes, & sic inhabilitas sit talis, vt illi per partem renuntiari non possit, n. 121.

Testes inhabiles propter interesse in instrumentis non recipiuntur, n. 123.

Testes inhabiles, & non recipiendi de iure in testamentis à testatore rogari & approbari non possunt, nu. 124. seq. vbi fusius illa tetigi. Ampliatio multo magis, quando inhabilitas propter interesse resultat, num. 128. Limita tertiò in pluribus testibus enumeratis, nu. 129. Limita secundo, quando testis communi reputatione habilis reputaretur, nu. 130. & 131. vbi declaratur hoc limitatio.

QVÆSTIO LXII. LIMITATIO VII.

110 LIMITA VII. Principalem † huius quæstionis regulam in instrumentis, in quibus etiam testes inhabiles, ac non idoneos recipi, voluit glossa in §. *& licet, circa finem, in verbo, supplicis, in authentic. de testibus*, Bald. *& alij omnes allegati infr. num. 111. seqq.* Castren. *d. l. 1. num. 7. versicul. & idem cum in quolibet instrumento*, C. *de testamen.* Marsil. *in l. 1. §. ad quæstionem, numer. 44. & seqq. ff. de quæst. vbi pluribus exemplis hanc limitationem, & alios refert concordantes*, Arym. *cons. 86. n. 16. & cons. 100. n. 13.* Corn. *cons. 232. n. 12. lib. 1.* Nat. *cons. 95. n. 12. & cons. 166. nu. 8.* Ferran. Gargiar. *inter consil. crimin. diuers. cons. 122. num. 19. lib. 1.* Conrad. *in pract. §. 2. de officio fiscalis, num. 90. versic. hic autem, fol. 111.* Decian. *cons. 62. num. 45. lib. 2.* Burs. *cons. 311. num. 37. lib. 3.* Monticell. *in repertorio testium, rubr. testes quot & quales requirantur in instrumento, fol. 315. col. 2. vers. antepen. & fol. 77. col. 1. versic. fin.* Mascard. *de probat. lib. 1. in præfat. q. 6. num. 57.* Hector Æmil. *in tract. de testib. verbo, testis approbatus, fol. 204. num. 22.* Rationem huius limitationis sumas ex sequenti prima ampliatione, eamq; diu communitet * ab omnibus receptam, * etsi contrarium sensisse videatur Ioan. de Cras. *in tract. de subsidio procurat. num. 1. sicut illum refert Monic. vbi supra. d. fol. 315. col. 1. versic. fin.*

111 AMPLIA I. Hanc † septimam limitationem, & generaliter, vt in quocunque actu, in quo testes sunt vocati, & rogati à partibus, vt interfint in eo etiam idonei reputentur, etiam quod inhabiles sint, quia sic per vocationem & rogationem censentur ab eisdem partibus approbati, Gloss. *in §. & licet, in verbo, supplicis, in auth. de testib.* Bald. *in l. data opera, col. 9. n. 47. vers. item qui vocatur*, C. *qui accus. non poss.* idem Bald. *in c. 2. nu. 3. extra, de testib.* Corn. *in cons. 21. & 23.* C. *de testam.* Alex. *cons. 191. nu. 4. lib. 7.* Campeg. *de testib. reg. 107. in 9. fallen.* Capell. Cauc. *219. num. 3.* Ias. *in l. 1. n. 13. vers. 2. adde, ff. de iurisd.* Natta *cons. 95. n. 12.* Ferran. Gargiar. *cons. crim. diuers. 126. num. 21. lib. 1.* Gram. *decis. 94. numer. 11. seq.* Deci. *decis. 245. numer. 2. versic. item*, Monticell. *in repertorio test. verbo, inhabilis, fol. 1. vers. 5.* Hector Æmil. *in tract. de testib. verbo, testis approbatus, num. 7. fol. 200. & n. 12. fol. 201.*

112 AMPLIA II. eandem † septimam limitationem, vt testes instrumentarij inhabiles non solum possint recipi in ipso instrumento, sed etiam possint, vel debeant in per comprobatione instrumenti, in quo fuerunt inhabiles in testes testes, etiam quod tempore eorum depositionis duret eorum inhabilitas, *vt per Bald. in l. 1. n. 6. vers. potest etiam dici*, Sayc. *ibid. col. 2. in fin. n. 6. vers. & tunc, aut actus gestus*, Castren. *n. 8. vers. Iacobus autem de Arena*, vbi, quod hæc opinio sibi magis placet, non obstantibus contrarijs ibi per eum relatis. Ias. *col. 5. post num. 7. versus intellectum*, C. *de testam.* Et † facit pro hac ampliatione, quia quando testes sunt a partibus vocati, & rogati, & sic approbati, possunt ad testificandum admitti, etiam quod eorum inhabilitas superueniat tempore depositionis, *vt per Sayc. in d. l. 1. nu. 6. in fin. col. 3. vers. aut ab vtraque*, Ias. *col. 6. versic. tertia fuit soluta*, Corn. *nu. 20. ad fin.* C. *de testam.* Aret. *in §. sed cum aliquis, n. 4. vers. aut ab vtraq; parte, & ibi etiam* Tob. Non. *num. 11. in 3. fallen. Instit. de testam.* Ex quibus hanc ampliationem credo magis cõmuniter * à Dd. esse receptam: 114 etsi † contra eam faciant scripta per eundem Ias. *in d. l. 1. col. 6. in fin. vers. item illa gloss. & nu. 6. in fin. vers. in fine gloss. & per Corn. ibidem post num. 29. & seq. & per Castren. n. 8. in prin. & per Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 105. n. 7. iunctis aliis in simili allegatis, supr. q. 54. nu. 32.* vide, & vide etiam, quæ generalius & latius dixi *infr. nu. 296. seqq. in principali limitatione 12. &c.*

115 AMPLIA III. Non † solum in testibus instrumentariis & sic adhibitis in publico instrumento, sed etiam in adhibitis in priuata scriptura, *vt per Bald. in d. l. 1. num. 6. vers. potest etiam dici, Salyc. ibidem, volum. 2. in fin. num. 6. vers. aut actus*, Corn. *nu. 22.* C. *de testam.* Et faciunt Dd. allegati *in seq. ampliat.*

116 AMPLIA IV. Et † multo magis limitationem procedere in testibus subscriptis, tam in publica, quam in priuata scriptura: nam & ij, etiamsi inhabiles sint tempore depositionis (nedum tempore, quo fuerunt in testes suscepti,) idonei reputantur, Bald. *in d. l. 1. nu. 6. ver potest etiam dici, & ibid. Ias. col. in fin. vers. item adde*, Corn. *num. 22. & n. 32. & seq. vbi bene hanc declarat, (declarationem omnino ideas,)* C. *de testamen.* Tob. Non. *in §. sed cum aliquis, num. 11. in 4. fallent. Instit. de testam.* Cephal. *consil. 540. tria petuntur, nu. 2. lib. 4.* Hector Æmil. *in tract. de testib. verbo, testis approbatus n. 8 fol. 201. part. 1. & facit, quod dixi infr. n. 299. in 2. concl.*

117 AMPLIA V. Et † illatiue, *vt supr. q. 54. num. 40. seqq.* vbi, quid in testibus affinibus & consanguineis instrumentarijs, & *num. 133.* vbi, quid de fratre teste adhibito in instrumento fratris, & *num. 187.* vbi, quid de testibus filijs adhibitis in testamento patris, & econtra, & *q. 55. num. 83. seqq* vbi, quid de testibus domesticis instrumentarijs, & *ibidem, num. 245.* vbi, quid de testibus amicis, & *q. 56. num. 96. & 146.* vbi, quid de testibus infamibus & criminosis, & *ibid. nu. 221. seq.* vbi, quid de teste Iudæo in instrumento Christiani vocato, & *ibidem, num. 268.* vbi, quid de teste excommunicato, & *q. 57. n. 97.* vbi de teste vili, & paupere, & *quæst. 59. nu. 47.* vbi, an mulier possit in testem instrumentariam adhiberi, & *q. 60. n. 145.* vbi, an iudex possit esse testis in instrumento coram eo confecto, & *ibid. nu. 182.* vbi, quid de teste aduocato, & *ibidem, num. 419.* vbi de proxeneta in instrumento, in quo fuit proxeneta, & *q. 61. n. 64. in fin.* vbi de clericis adhibitis in testes in instrumento laicorum.

118 SVBLIMITA I. Propositam † septimam limitationem non procedere, quando pars non cognosceret testes, quos in instrumento adhibet: tunc enim, quia ignorans non dicitur consentire, nec approbare, *l. nec ignorans*, C. *de donat. l. mater decedens. ff. de inoffic. testam.* nec approbatio cadit circa defectum ignoratum, *c. insinuante, de offic. deleg. cap. nulli licere, de elect. in 6.* Hoc ideo, si inhabiles fuit, non reputantur idonei, Aret. *in l. qui testamento, § quæcunque, n. 5. col. 3. versic. sed de solemnitate iuris, ff. de testam.* Alciat. *in addit. ad Crot. de testib. part. 4. nu. 11. C. litera A. versic. prædicta tamen intelligo*, Natta *consil. 196. num. 8. part. 1.* Hector Æmil. *in tract. de testibus, verbo, testis approbatus, n. 1. fol. 204. in fin. part. 1. facit*, quod in simili de teste affine dixi *quæst. 54. num. 41.* Et † facit etiam alia generalis 119 conclusio, quod testis per simplicem vocationem, seu rogationem partis, non censetur ab ea approbatus, nisi sciat illius inhabilitatem, alias secus, *vt per Corn. in l. 1. numer. 29. vers. & approbatio non cadit*, C. *de testam.* Tob. Non. *in §. sed cum aliquis, num. 11. post 3 fallen. Instit. eod.* Et est magna declaratio, licet in practica nunquam viderim instrumenta redargui de nullitate, propter inhabilitatem testium in eis adhibitorum à contrahentibus ignoratam.

SVBLIMITA II. Vt † testis approbatus ab vna 120 parte, non censeatur approbatus ab altera, & propterea nisi testis sit ab vtraque parte rogatus, semper contra illum de inhabilitate opponi poterit ab eo, qui non rogauit, *vt per Salyc. in d. l. 1. colum. 3. num. 6. in fin. versic. & tunc aut testes sunt vocati ab vno, & ibi etiam Corn num. 20.* C. *de testam.* Aret. *in §. sed cum aliquis, nu. 4. vers. aut conuocatio illa, Instit. eod.*

SVBLIMITA III. Vt † tunc demum testes instru- 121 mentarij, seu alij per simplicem vocationem & rogationem censeantur à partibus approbati, dummodo eorum inhabilitas dependeat à voluntate partium: & sic quando iidem testes à iure repelluntur fauore litigantium, puta ob præsumptam affectionem, vel odium, aut quid simile, vt puta si sint inimici, domestici, cõsanguinei, & similes: secus si repellantur propter odium ipsius testis, puta si sint excommunicati, banniti, & similes, & sic inhabilitas sit talis, vt illi per partem renuntiari non possit: tunc enim approbatio non supplet talem defectum, *vt per Felyn. in c. cum oporteat, n. 3. vers. 2. limita, extr. de accusat. cum alias relatis per Montic. in repert. test. rub. testes quot & quales requirantur in instrumento, fol. 315. col. 2. vers. 2 & per Masc. de prob lib. 1. concl. 408. n. 19.*

SVBLIMITA IV. Quia † etsi contra testes instru- 122 mentarios non possit dari de inhabilitate, quoad eorum personas, nihil tamen est, quod impediat cõtra eorum dicta opponi posse, *vt per Felyn. in cap. causam quæ, in prin. extra, de re iudic. Natt. cons. 196. nu. 8. Menoch. de arb quæst. lib. 2. casu 105. n. 7. & in l. fin. n. 618.* C. *de edict. Diui Adriani tollen.* Hect. Æmil. *in tract. de testib. verbo, testis approbatus, fol. 204. n. 23.*

SVBLIMITA V. In † testibus, qui repelluntur ra- 123 tione interesse, nam & hi nec etiam idonei reputantur in instrumentis, in quibus aliquod habent interesse, ex allegatis per Steph. Lamberten. *in tract. de contract. eorum, &c. gl. 11. q. 14. per totam, nu. 80. & seqq. in discursu. & per Montic. in suo repert. test. rubr. testes quot & quales requirantur in instrumento fol. 316. col. 1. vers. 6. versic. 5.* vbi, quod hoc fallit in administratore Ecclesiæ, qui potest pro Ecclesia contrahere, & in contractu etiam testis esse, *ex Nell & Aufr. in tract. de testib. in locis ibi per eum allegatis*, vide in simili *infr. n. 128.*

SVBLIMITA VI. In † testamentis: testes enim à 124 testatore approbati adhuc possunt repelli, si à iure reprobentur, & sic non est in facultate testatoris rogare vel approbare in testamento, testem à iure in eo expresse prohibitum, ad text. *in §. in testib. Instit. de testam. & in l. nemo potest. ff. de legat. 1.* alias sequerentur plura absurda, *de quibus per Ferran. Gargiar. consil. crim. diuers. 126. n. 27. lib. 1. refert & sequitur Hector Æmil. in tract. de testib. verbo, testis approbatus. fol. 204. n. 20 seq.*

Et † hinc infames in testamento etiam repelli, sicut 125 & in iudicijs, dixi *sup. q. 56. n. 42. seq.* & † idem de cœco in 126 testem in testamento adhibito, dixi *sup in q. 61. n. 23.* † & 127 idem de fratre in testamento fratris, præterquam in duobus casibus, dixi *sup. q. 54. n. 94. seqq.*

AMPLIA † Hanc sextam sublimitationem multo 128 magis procedere, quãdo inhabilitas resultaret propter interesse: tunc enim tanto minus potest adhiberi in testem in eo testamento, in qno habet interesse, per ea, quæ in simili de testibus instrumentarijs dixi *supr. n. 123.* & in

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

& in specie in testamento, tractatur materia per Mantic. *in suo repert. test. rubr. testes in testam. qui esse poss. fol. 324. col. 2 vers. 4.* & 6. & de hærede fideicommissario, ac etiam legatario, dixi ad saturitatem, *sup. q. 60. n. 287. seq.*

129 LIMITA I. Hanc † sextam sublimitationem in pluribus casibus per nos supra enumeratis, in quibus alias in iudiciis inhabiles diximus in testamentis admittendos, & primo in affinibus & consanguineis, *vt supr. q. 54. nu. 44.* Secundo in parentibus in testamento filiorũ, *d. q. 54. n. 195. seqq.* vbi etiam, quid econtra, & declaratur materia. Tertio in domesticis, *q. 55. n. 85.* Quarto in amicis, *d. q. 55. n. 244.* Quinto in ludæis, *q. 56 n. 221. seq.* Sexto in carcerato, *d. q. 56. nu. 185.* vbi tamen loquitur in testamento ad pias causas. Septimo in excommunicato, *d. q. 56. n. 268.* Octauo in minore pubere, *q. 58. nu. 7. & seq.* vbi tamen secus in impubere. Nono in muliere, *q. 59. nu. 55. seqq.* vbi late declaratur materia. Decimo in tutore, curatore, & exsequutore testamenti, *q. 60. nu. 283. seqq.* Vndecimo in monacho, *d. q. 60. n. 467. seq.*

130 LIMITA II. Eandem † sextam limitationem non procedere, quando in testamento esset adhibitus in testem inhabilis, qui tamen communi opinione reputabatur habilis: tunc enim pro habili reputatur, & testamentum sustinetur, *ad text. vbi notant omnes, in d. l. 1. C. de testam. gl. in l. cum lege, in gl. fin. in fin. ff. de testam. & hanc gloss.* * *sequuntur communiter* * *Dd. prout testatur Alex. in d. l. 1. nu. 11. refert & sequitur Clar. in § testament. q. 55. ver. in hoc etiam proposito.* Et in simili de criminoso habito pro non criminoso, dixi *sup. q. 56. n. 146.*

131 SVBLIMITA VII. Propositam † septimam limitationem, vt tunc demum testes instrumentarij, etiam quod inhabiles sint, reputentur idonei, dummodo scilicet fuerint rogati à partibus, alias secus. Sed quando hoc sit verum, & quando dicantur, seu præsumantur rogati, cum materia sit separata à proposita limitatione, posui etiam separatim *infr. in seq. sublimit.*

ARGVMENTVM.

De testibus in testamento, ac instrumento adhibitis, an debeant esse rogati, & quando dicantur vel præsumantur rogati.

SVMMARIA.

Regula sit, quod licet in instrumentis testes rogati esse debeant, nu. 132. licet contrarium. n. 133. in testamentis tamen testes omnino rogati esse debent, n. 134. & 136.

Ampliat 1. non solum in testamento in scriptis, sed etiam in nuncupatiuo, & sine scriptis, n. 138. licet alij contra, n. 139.

Ampliat 2. vt non sufficiat, testes esse simpliciter vocatos, nisi etiam expresse sint rogati ad interessendum, vti testes, n. 140.

Sufficit tamen, vt sint rogati ad interessendum, vti testes in genere, licet in specie dictum non sit ad interessendum testamento, n. 135.

Item sufficit, si testator dixerit, vos estis testes ad hoc meum testamentum, n. 141.

Rogare enim testes nihil aliud est, quam illis denuntiare, vt sint testes, n. 142.

Ampliat 3. vt in dubio testes rogati non præsumantur, n. 143.

Ampliat 4. vt nec rogati præsumantur, etiam quod Notarius in testamento dixerit, præsentibus N. & N. Non enim sequitur, fuerunt præsentes, ergo fuerunt rogati, n. 144. Declara, vt n. 164.

Ampliat 5. vt in testamento testes rogati esse debeant non solum de iure ciuili, sed etiam de iure canonico, nu. 145. licet contra, nu. 146.

Ampliat 6. vt testes etiam rogati esse debeant in instrumento solutionis, vel confessionis solutionis debiti, quod iam erat in scriptis redactum, n. 147.

Ampliat 7. vt testes rogati etiam esse debeant in diuortio, n. 148.

Ampliat 8 etiam in testamento militis, n. 149.

Limita 1. in codicillis, nu. 150. & 151. vbi idem in testamento, in quo adsit clausula codicillaris.

Limita 2. in testamento ad pias causas, num. 152. licet contra, n. 153.

Limita 3. in testamento inter liberos, n. 154.

Limita 4. quia sufficit in testamento testes rogari, vel à Notario, vel à testatore, vel etiam ab extraneo de testatoris consensu, n. 155. & 156. vbi idem, si fuerint rogati ab hærede præsente, & consentiente testatore.

Limita 5. quia sufficit testes esse rogatos in continenti post absolutum testamentum, n. 157. licet contra, n. 158.

Limita 6. quia testium rogatus non solum per duos testes probatus censetur, n. 159. Sed etiam per assertionem Notarij asserentis, puta testibus ad præmissa rogatis, &c. n. 160. Et quid si dixerit testibus ad præmissa adhibitis, vel vocatis, nu. 161. seq. vbi de materia.

Limita 7. quando testes sunt in testamento subscripti, quia tunc rogati præsumuntur, n. 165.

Sublimita hanc 7. limitationem, dummodo testes se subscripserint, sciente & patiente testatore, aliter secus, num. 166. Sed in isto casu præsumatur in testatore scientia, vel ignorantia, nu. 167.

Limita 8. quando testator & Notarius sunt periti, quia tunc testes in testamento rogati præsumuntur, num. 168. Sed contra, n. 169.

[illegible] *num. 12. & 13.* & hanc fore quod
[illegible] *S. quæritur, num. 7. de rescript.*
decisis [illegible] cautissime dicatur ille iudici
[illegible] debet intelligi, quando [illegible] datur
[illegible] possessione: secus si [illegible] de qua per-
[illegible] quæ tunc reputatur magni præiudicii, subdens
[illegible] esse, quod illud præiudicium possit reparari per
[illegible] per rem quæ [illegible] sententia [illegible] causa
[illegible] appellationis, [illegible]
[illegible] in [illegible]

34 [illegible] quæ [illegible] prima epistola [illegible]
[illegible], quæ [illegible] in [illegible] indictis vnicum te-
[illegible], [illegible] probationem nunquam tam chor-
[illegible], nisi is vnus testis fuerit nedum idoneus, sed omni
[illegible] maior, sicut potest Bar. Alex. & [illegible] quos allegat, tradit Benincten. *d. dec. Boron. 62. num. 14.* per regulam
generalem, quod nunquam ex vnico teste inducatur
semiplena probatio, nisi fuerit manifesti omni exceptio-
ne, *& tradunt communiter* * *D.D. in l. admonendi, ff. de iureiur.*
& in specie extra Bononien. in loco citato, hoc idem voluerant
Vmb. ubi prax. lib. 1. maturi. vbi idem, si contra illum
vnicum testem vigeat aliqua præsumptio, & *Rebuff. dial.*
conflict. num. 16. certum vltra duntur lib. 2. Sed quæritur
propositio dicatur testis omni exceptione major, & an
ita qualitas ut per producentem articulando & pro-
banda, an vero potius a iure præsumatur, vide Roland.
& Beninten. *vbi is præcitatis, & latius dixi supra in præcedenti*
quæst. num. 12. &c.

35 LIMITA V. Principaliter † huius sexagesimæ tertiæ
quæstionis regulam non procedere, quādo cum vnico
testione concurrent præsumptiones aliquæ aut circum-
stantiæ inducentes plenam probationem, *& per Bald. in consil. 136. pro-*
pter quod Ursus sive [illegible] & versi. 3. casus talis est. quem
dam Petrum, in fin. lib. 2. cum aliis cumulatis per Decian.
36 *[illegible] num. 8. lib. 1.* † Ad vltimum eundem Decian. *ibidem,*
[illegible] declarat hanc limitationem procedere in
casibus [illegible] casibus, item dummodo
[illegible] omni exceptione major, alias secus, verum
de hac limitatione dicam latius infra, *in 3. lib. in titu. de*
confesso & connicto. in ea quæstione, in qua disseretur, an
& quando ex præsumptionibus & probationibus diuer-
si generis possit quis condemnari, ibi videas.

LIMITA VI. In † probatione confessionis pœni- 37
tentialis & absolutionis ab excommunicatione, in qua
vnicum testem sufficere scripsit Felin. *in cap. venuns. glo.*
1. num. 18. in fin. extra de testibus, Marsil. in l. 1. §. idem Cornel.
num. 6. de quæst. Campe. de testib. reg. 97. in 23. fall. Gab. in tit.
de test. b. concl. 1. num. 17. lib. 1. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prae-
tor. in causs. ciuil. tit. de testib. rubr. dicta testium assumendo, n. 5.
fol. 114. col. 2. post 9. limit. versus hoc casu &c.

LIMITA VII. Quādo † tumus in probatione actus, 38
in quo impossibile vel saltē difficile est habere plures
testes, per text. *in l. 1. §. fin. ff. de verbor. obligat. Marsil. in l. si*
quis ve quæstio. num. 84. ff. de quæst. Gab. lib. 1. tit. de testibus,
concl. 1. n. 27. Barrasc. cons. 106. num. 8. Mascard. de probat.
lib. in præfat. q. 11. n. 8.

LIMITA VIII. Dū † mandator testatoris: potest e- 39
nim testator [illegible] testamento mandare, vt in materia
hereditaria [illegible] dicto vnius particularis personæ, ad
text. [illegible] *num. 3. &*
in cap. [illegible] mendo posse pro testium
casum & [illegible] refert, & quem quan-
tum extra de [illegible] quæ [illegible] allegat, in illo casu dicit
testis [illegible] de [illegible] receptus pro testi potest
[illegible] & [illegible] quod non
[illegible] & [illegible]
[illegible] *Gabriel. lib. 1. tit. de testib. concl. 1. num. 3. de-*
bet [illegible] in [illegible] Vmb. in d. num. 8.
Cor. [illegible] vbi [illegible] Vmb. in d. num. fin.
[illegible] *Conrad. in pract. §. 2. de offic. praetor. in*
[illegible] *volum. 2. num. 5. in*
[illegible]

LIMITA IX. Iudex [illegible] 40
[illegible] vnico [illegible] [illegible] & [illegible]
[illegible] *cap. 20. [illegible] Gabriel. lib. 1.*
tit. de testib. concl. 1. num. 34. † Et [illegible] 41
[illegible] vel [illegible] vel [illegible]
[illegible] *appellat. magn. §. ferd. post. nu. 2.*
[illegible] *Conrad. in pract. de testib. in ea*
[illegible] *Neost.*
[illegible] *Sanct. [illegible] quæst. 115. num. 1.*
[illegible] *Gabriel. in tit. de probat. in ea*
[illegible] *credend. in fin.*
[illegible] *6. articul. 11. vbi de teste bur-*
[illegible]

LIMITA X. Ad † defensionem rei & ad proban- 42
dum illum [illegible] tam [illegible] vnicus testis ex quæ-
libet [illegible] habetur pro plena, & sufficiens
[illegible] *Ancharan. cons. 2. num. 16. Anchar. cons. 3. num. 4. de Anchar. cons.*
Sanct. 19. Natta cons. 412. num. Rondad. resp. 1. dec. cons.
168. num. Gabriel. [illegible] lib. 1. tit. de testib. concl. 1. num. 3. vbi
tamen [illegible] testis [illegible] *dec. 98. col.*
test. num. [illegible] Mascard. de probat. lib. 1.
conclus. 43. 1. num. 8. & lib. 2. conclus. 904. num. 1. 9.
¶ *Rond. cons. 11. num. 7.*

SVBLIMITA Hanc † decimā limitationē, vt pro- 43
cedat, dūmodo pro [illegible] testium reiectorum contraria pro-
bationem [illegible] accusatoris. Exemplum: iste reus probauit
per duos testes, q. Mevius occidit Titiū: Mevius probat.
quod occidit, sed pronocatus, & ad sui defensionē, vel
q. vulneratus ab ipso Titio, non ex vulnere, sed ex malo
regimine: hoc casu quia probatio rei est compatibilis
cum probatione accusatoris, sufficit ad illius innocen-
tiam & [illegible] vnius testis, & semiplena probatio,
tiam & [illegible] vnius testis, & semiplena probatio,
saltem ad hoc, vt nō possit condemnari (licet nō quod
nō possit torqueri, *vt in specie declarat Bossius in titu. ad defens.*
eorum,

reorum, num. 10. seq.) secus si esset incompatibilis, & con-
traria, puta, si per vnum testem Mœuius vellet probare,
quod ipse non occidit Titium: tunc enim probatio fisci
& accusatoris tanquam plenior præfertur probationi
ipsius rei, *sic nempe declarat hanc materiam Bossius in titu. de op-*
pos. contra testium, num. 72. & in titu. de conuict. nu. 61. seqq. &
faciunt, quæ in simili de teste affine dixi *supr. quæst. 54.*
nu. 36. & de teste domestico etiam supra *quæst. 55. nu. 72.*
& de teste inhabili in genere dixi supr. *q. 62. n. 91.* Verum
44 † & isto etiam casu videtur fisci probatio satis obnubi-
lata & obscurata per rei contrariam probationem, & ex
hoc saltem eundem reum à pœna ordinaria liberari, vi-
detur fuisse de mente Vulpellii *in d. cons. 67. n. 8.*

45 LIMITA XI. Vbi agitur † de interpretatione alicuius
scripturæ, dicto enim vnius interpretis plene cre-
dendum, probat text. *in l. 1. §. fin. vbi Bart. & Dd. ff. de verbo-*
bo. obligat. Bald. in l. iudices. C. de senten. & interloc. omn. iudic.
& in l. directas. C. de testam. manum. Anch. & Abb. in capit.
proposuisti, de probat. Angel. in auth. vt propo. nomen imperat.
colum. 5. vbi notat per illum text. *in verbo, pro veritate luctu-*
ra, & per d. l. 1. §. fin. quod quando dubitatur de significa-
to literarum, puta, quoniam literæ Græcæ præsententur
inter Latinos, à quibus verisimiliter non intelliguntur, stetur dicto vnius interpretis de eorum intellectu.
Et hinc infert ad Hebræos, quorum libri vel scripturæ
si producantur coram iudice Christiano & Latino, apud
quem non sit verisimilis intelligētia talium literarum,
stabitur plene dicto vnius Iudæi de eorum intellectu.
Refert & sequitur Ias. *in l. admonendi, nu. 194. sequenti. ff. de*
iureiuran. hanc limitationē declarans procedere, quan-
do plures interpretes haberi non possunt: secus si plu-
res reperiri possent: quia tunc non stabitur dicto vnius.
Sed de his latius dixi *in quæstionib. ciuilib. in materia perito-*
rum iudicio quando standum sit, &c.

46 LIMITA XII. In † probando læsionem minoris, in
qua vnicum testem sufficere, *post Abb. Salyc. Socin. &*
Alex. in locis per eum allegatis, voluit Gab. *in tit. de testib. concl.*
1. n. 40. lib. 1. sed de hac limitatione dixi *in quæstionib. ciui-*
lib. in materia læsionis, in ea quæstione, in qua quæritur, qua,
qualis, & quomodo probanda sit læsio ad effectum concedendæ
restitutionis, ibi videas.

47 LIMITA XIII. In † probando reuocationem man-
dati facti cum iuramento: quo casu vnicum testem
sufficere, iuncto iuramento reuocantis, probat text. *in*
cap. ex insinuatione, extra, de procurat. Specul. in tit. de teste, §.
restat. num. 8. Nell. de testibus, num. 85. in 1. casu, Bonifac. de Vi-
talin. in tractat. de malefic. rub. de probat num. 8. versi vnus est
in reuocatione mandati, Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in
nu. 5. in limitatione, fol. 114. col. 2. [illegible]

48 LIMITA XIV. Quando † agitur de euitando pec-
catum, vt puta, de probando impedimentum matri-
monii contrahendi, *capit super ea, de testib. cap. præterea,*
de sponsal. Anton. de Butr. in cap. veniens, il primo, nu. 8 versi.
quando agitur, extr. de testibus. Ias. in l. admonendi, num. 197.
ff. de iureiurand. Rom. sing. 622. dictum vnius. Bonifac. de Vital.
de malefic. rubr. de probat. num. 18. versi item matrimonio. Cret.
de testibus, numer. 212. Campeg. de testibus, reg. 197. num. 19.
Conrad. in pract. vbi supr. folio 115. numer. 5. columna 1. in 15.
limitatione. Monticell. in suo repertorio testium. rubric. im-
pugnatio testis, quia vnicus, folio 191. columna 1. versiculo 1.
& 2.

49 LIMITA XV. In probatione verisimilis causæ igno-
rantiæ, *caput. si vero, de sentent. excommunicat. Specu. in tit.*
de teste, §. restat. num. 8. versicu. quinto, quando quis, Nell. de te-
stib. 85, num. 85. in 5. casu. Conrad. vbi supr. d. nu. 5. fol. 114. col. 2.
in 5. limitatione. Et est ratio, quia ignorantia in dubio
præsumitur, ideo iste vnicus testis plene probabit, quia
tricinctus cum iuris præsumtione.

LIMITA XVI. Quia † licet vnicus testis non faciat 50
plenam probationem, negari tamen non potest,
quin faciat præsumtionem, *l. 2. in fin. ff. quemadmodum*
testam. aper. leg. Theopompus. ff. de dote præleg. ea fin. de iureiu-
rand. Specul. in titu. de test. §. restat. numer. 11. versic. 23. vnus
testis & numer. 12. versic. in iudicio vero. Nell. de test. b. 85, nu-
mero 85. in 22. casu. Ant. de Butr. in capit. veniens, il 1. num. 6.
de testibus. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in causs. ciuil. tit.
de testibus, rubr. dicta testium assumendo, in prin. num. 5. fol. 115.
colum. 1. in fin. in 23. limitatione. Et † ex hac præsumtione 51
transferri onus probandi contrarium in aduersarium,
post alios, quos allegant, scripserunt Gabr. *tit. de testibus,*
concl. 1. num. 49. Mascard. de probat. lib. 1. in præfat. q. 11. n. ....
ex Gozad. quem allegant in consi. 75. col. pen. nu. 19. Sed hoc
vltimum non credo tutum.

LIMITA XVII. † Quia etsi vnicus testis non pro- 52
bet plene, probat tamen semiplene, *Specul. in titu. de*
teste. §. restat. numero 11 in fine, in 30. & vltimo casu. Nell. de te-
stib. numer. 85. in fin. in 29. casu, & sub numero 85. Lanfran. de
testibus, numer. 28. in fine, versic. & sic, cum duo, vbi testatur de
*communi, * Bonifac. de Vitalin. in suo opere malef. titul. de pro-* *
bation. num. 18. in princip. Corset. sing. verbo, testis, il 3. folio mihi
211. in paruis. Marsil. sing. 273. in princip. Conrad. vbi supra dict.
numer. quinto, folio 115. colum. 2. in princip. in 30. limitatione,
*& folio 112. num. 1. vbi etiam de communi, * & habemus de hoc * *
glossam ordinariam in l. admonendi. ff. de iureiurand. quam
glossam communiter a Doctoribus in hoc approbatam dixit Af-
flict. de iure Prothom. §. quarto, num. 9. prout illum refert Mi-
chael Craff. in suis commun. opinion. lib. 2. cap. 17. quæst. 17. versi.
sed nunquid, & de communi etiam Villalob. in sua collect. com-
mun. opinion. litera T. numer. 92. & Curt. iun. quem allegat in
consi. 122. num. 7. Mascard. de probation. libro 1. in præfation.
dicta quæstion. 11. num. 2. & 3. vbi etiam communem dicit ex
Curt. in l. admonendi, num. 187. ff. de iureiurando; adducit
iura, videlicet text. *in l. iusiurandi, C. de testibus, & in l. cū*
fine. ff. quemadmodum testam. aper. & in capit. veniens, & in cap
licet de testibus. item adducit rationem: quia si duo idonei
testes, vt infra dicam, plenam inducunt probationem,
necesse est, vt vnus faciat semiplenam, *prout arguit* * *Cu-*
cur. in l. 3. in verbo, decidi oportet. circa med. Cod. de rebus cred.
& adnotauit Curt. in d. l. admonendi, numer. 187. vide, quæ
dixi in antecedenti titulo, *de indic. & tortu. quæst. 63. nu-*
mero 227. seqq.

SVBLIMITA Hanc † 17. limitationem in pluribus 53
casibus, in quibus vnus testis non facit semiplenam
probationem, de quibus pro nunc lectorem remitto ad
Ias. post alios scribent. *in dict. l. admonendi, num. 178. seqq.*
Rip. ibidem, num. 175. seqq. Curt. ibidem, num. 188. seqq. ff. de
iureiurand. qui faciunt regulam cum omnibus suis limi-
tationibus, & latissime ponunt materiam, de qua etiam
adeas Monticell. *in suo repertorio testium, rubr. impugna-*
tio testis, quia vnicus, fol. 188. colum. 1. versicu. 1. & 2. & folio
189. colum. 1. per totam, & colum. 2. versicul. primo, & 4. &
versus in rubric. singulares testes quando probent, fol. 199. col. 1.
versi. 2.

LIMITA XVIII. Propositam † regulam, quia vltra 54
præfatos casus testis vnicus facit plenam probatio-
nem in pluribus aliis, de quibus pariter lectorem remitto
ad Spec. *in titu. de teste. §. restat, rubric. de numero testium,*
num. 7. seqq. vsq. ad num. 13. vbi ponit casus 30. qui bene
fuerunt reassumti per Anton. de Butr. *in capit. veniens il 1.*
num. 8. de testibus, Abb. in cap. 2. nu. 6 de probat. Bonifac. de Vi-
talin. in suo opere malefic. rubric. de probat. num. 18. Nell. de te-
stibus, num. 85. seqq. vsq. ad num. 88. Campeg. de testibus, regul.
197. vbi ponit alios casus vltra positos per Spec. Gabr. lib. 1. tit. de
testibus, concl. 1. per totum. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prætor. in
causs. ciuil. titu. de testib. rubr. dicta testium assumendo,
in princip. num. 4. & 5. fol. 114.

ARGVMENTVM.

Vnius Cardinalis testimonio, ac assertioni, an & quando plene credendum sit.

SVMMARIVM.

Cardinali asserenti se legatum Papæ, vel a Papa sibi aliquid commissum plene creditur, etiam quod literas suæ commissionis & legationis non ostendat, n. 55.

Ampliatur in Cardinali, sed etiam in quolibet alio excelso, noto, & probato viro, num. 56. Declara ampliationem, vt num. 57.

Cardinali creditur etiam in omnibus iis, quæ veniunt iure ordinario sub generali commissione, n. 58.

Cardinali legato plene creditur in iis, quæ exponit nomine Papæ mittentis ad eum, ad quem missus est, n. 59.

Cardinali creditur etiam asserenti, se delegatum in aliqua particulari causa, vel aliquid specialiter sibi commissum viuæ vocis oraculo, n. 60.

Cardinali creditur in iis, quæ gesta sunt coram eo per partes, n. 61. verum hæc conclusio potius de consuetudine, quam de iure communi procedit, n. 62. & 63.

Cardinali se legatum asserenti, vbi de tertii præiudicio agitur, non creditur, nisi suæ legationis literas ostendat, n. 64.

Cardinal. non creditur, vbi agitur de præiudicio tertii, & asserenti aliquid, quod suam non concernat iurisdictionem, numer. 65.

Cardinali aliquid de facto proprio asserenti non creditur, vbi agitur de tertii præiudicio n. 66.

Cardinali aliquid asserenti de ordine Papæ Papa præsente plene creditur, etiam in præiudicium tertii, n. 67. licet alii contra, num. 68.

De consuetudine Romanæ Curiæ creditur Cardinali aliquid asserenti etiam in præiudicium tertii, n. 69. declara hanc conclusionem tribus modis, vt n 70. 71. & 72.

Cardinali plus quam alteri testi creditur, n. 73.

Cardinali legato non creditur in iis, quæ legationis naturam transeunt, & sunt Papæ specialiter reseruata, nu. 74. declara hanc conclusionem duobus modis, n. 75 seq.

QVÆSTIO LXIII. CAP. II.

55 REGVLA Formanda est affirmatiua † in hunc modum, quod scilicet Cardinali asserenti se legatum, vel aliquid sibi a Papa commissum, credatur plene etiam, quod literas suæ commissionis & legationis non ostendat, & quoad legationem ratio est, quia nunquam fere Cardinales extra curiam exire solent cum alio titulo quam legationis, *ad glo. in cap nobilissimus, 97. distinct. in c. sicut. de sent. excommun. in cap. cum olim, in verbo, sine reprehensione, de priuileg. Specul. in tit. de teste. §. restat. nu. 10 in fine, versi. 19 creditur. Aret. in cap. cum a nobis, nu. 13. extra, de testib. Abb. in cap. quod super his, num. 5. versi. vnde aut Cardinalis, & ibi etiam Felin. num. 8. vbi bene comprobat hanc conclusionem, extra, de fide instrum. Nell. de testibus, num. 85. in 19. casu. Crot. de testibus, num. 210 in prin. & in 2. conclusione. Campeg. de testibus, reg 197 in 14. fallent. post prin. Jas. in l. admonendi, num. 189. ff. de iureiuran. Conrad. in pract. §. 2. de offi. prator. in causs. ciuil. tit. de testibus, rubr. dicta testium assumendo, in prin. nu 5. fol. 115. colum. 1. in 19. limitatione. Gabr. titu. de probat. conclu. 1. num. 1. 2. & 3. lib. 1. vbi alios refert, prout etiam plures alios refert concordantes Mascar. de probat. lib. 1. con. l. 140. num 1.* vbi * de communi * scribentium sententia receptum esse testatur, vt scilicet in iis, quæ veniunt iure ordinario legationis, Cardinali omnino credatur, quicquid in contrarium attentauerit Barb. de præstant. Card. *part. 2. quæst. 1. & in l. sciendum, col. 62. & 63. ff. de verbor. obligat.* Eius enim oppositio non est tenenda, tum quia contraria est * communi opinioni, * tum etiam quia verior, *vt ibi per Mascard. num. 1. in fin. versi. contrarium secutus, tuncto num. 8. & 9. & latius in concl. 269 num. 1. seqq. & num. 7. 8. vbi ampliat & tenent Rot. coram Domino Seraphino in vna Leodien. hereditatis, vt in dec. 133. num. 1. part. 1. inter diuersas, in nouissimis nuper impressis.*

AMPLIA I. Hanc regulam, † vt procedat non solum 56
in Cardinali, sed etiam in quolibet alio excelso, noto & probato viro, *secundum Specul. in titu. de lega. §. superest, numer. 16. versi. quidam tamen dicunt. Abb. in cap. cum olim, ad finem, de priuileg. Rom. consi. 59. in 4. dubio, num. 6. versi 1. quia, & ibi in addit. per Mando. plures referuntur concordantes. Abb. in consi. 17. in fin. lib. 2. Tiraquel. in tractat. de nobilitat. cap. 20. num. 39. quos & alios referendo secuti sunt Gabr. lib. 1. tit. de probat. concl. 3. num. 8. Mascard. de probat. lib. 1. conclu. 140. num. 2. Menoch. casu. 100. nu. 77. lib. 1. vbi de veriori, * & * magis recepta opinione,* etsi contrarium affirmauerint Batt. Ang Host Dom. & alii relati per Gabr. *dict. concl. 3. eodem num. 8. versi. contra hanc limitationem*, vbi † tamen num. 9. 57
declarat horum contrariam sententiam posse procedere, vbi ageretur de graui tertii præiudicio : quia tunc non videtur ei credendum, etiam quod excelsus & notus vir sit, cum nec etiam isto casu Cardinali credatur, *vt dixi infra nu 64. seqq.*

AMPLIA II. Vt † Cardinali credatur, non solum in 58
eo, quod asserit se legatum Papæ, sed etiam in omnibus iis, quæ veniunt iure ordinario sub generali commissione: si enim ei creditur in eo, quod sit legatus, ergo etiam credendum est in omnibus aliis, quæ ex eo descendunt, *Felin. in capit. quod super his, numero 8. & 9. de fide instrum. & post alios plures, quos allegant, antiquiores, scripsit Gabr. dicto titul. de probat. lib. 1. conclu. 3. numer. 5. & post eum Mascard. dict. conclu. 140. num. 1. ad medium*, vbi ita communi * scribentium sententia esse receptum testatur, iuncto numero 5. & numero 8. vbi ampliat etiam in iis, quæ de more sunt solita concedi legato, etiam quod de sui natura non veniant in generali commissione, quod & idem voluit Gabr. *dict. concl. 3. nu. 12. & idem Mascard. in concl. 269. nu. 11. vbi refert eandem ampliationem ex Abbate & Felin. in locis ibi per eum allegatis.*

AMPLIA III. Vt † Cardinali legato etiam plene cre- 59
datur in iis, quæ exponit nomine Papæ mittentis ad eum, ad quem missus est, *vt per glo. in c. ad apostolicæ, in verbo præponit de re iudicat. in 6. Aret. in cap. cum a nobis, nu. 14. & num. 17. in fine, extra, de testibus, Felin. c. quod super his, nu. 8. in fine, de fide instrum. Gabr. de probat. lib. 1. con. l. 3. nu. 4. Mascar. de probat. lib. 1. conclu. 40. post num. 7. versi. quæ ampliatio & concl. 269. nu. 9.*

AMPLIA IV. Vt † Cardinali credatur, non solum 60
asserenti, se legatum Papæ generaliter, sed etiam asserenti se delegatum in aliqua causa particulari, vel aliquid specialiter sibi commissum viuæ vocis oraculo, etiam quod aliunde non doceat de commissione, & de legatione sibi facta, *Hostien. in summa, in titu. de offic. delegat. in rub. de accusat. Bald. & Saly. in l. iurisiurandi. C. de testib. Bartol. in l. 1. C. de superind. libro 11. & in l. 1. de mand. princip. Abbat. in capit. super his, numer. 5. versicul. aut asserit, de fide instrument. Alexand. consilio 106. numero 19 libro 2. & ibidem Natta in addit. litera C. vbi allegat concordantes, & ita seruandum ex Lapo, allegat. 63. incipient an frater mior, & alios ibi per eum allegatos, Abbas consilio decimo, videtur numero 2. & 4. libro secundo, Roman. in l. secundum, numero 58. ff. de verborum obligation. & in l. g. Modestinus, numero duodecimo. ff. de donation. & in consilio 59 in 4. dubio, numero 6. & ibi Alando in addit. liter. K. plures alios in idem recitat Cornel. consilio 155 quamquam videatur, in fin. libro 1. Alciat. de præsumt. libro 3. regul. 1. præsumtio 48. versicu. vnde etiam propter magnam nobilitatem. Tiraquel. de nobilitat. capit. 37. numero 53. Grammat. consil. 1. num. 1. in causa, numero 14. & consi. ciuil. 24. numero 9. Gabr. titu. de præsumt. conclusione 3. num. 15. versi. contrarium, quod tenet. Majard. de probat. lib. 1. conclusi n 140. numero 14. tuncto num.*

9. vbi amplius, quod isto casu Cardinalis assertio censetur assertio propriæ ipsius Principis, Meno. h. cons. * *100. num. 78. lib. 1.* Ex quibus tunc dubio dici potest, ita communiter a * Doctoribus receptum esse, et ita Felin. *in d. c. quod super his, num. 10. seqq.* & alii nonnulli relati per Gabr. *dict. concl. 3. nu. 15. in prin. & per Mascard. in concl. 269. num. 20.* contrarium senserint.

61 AMPLIA V. Vt † Cardinali etiam credatur in iis quę gesta sunt coram eo per partes, *sic enim post Baldum, Spec. Anton. de Butr. Rom Feli. & alios, quos all. gant antiquiores, affirmarunt Gab. d. concl. 3. num. 6. Mas. d. conclu. 140. post num 8. & concl. 269. num 11. & concl 27 [illegible] 1.* Verum hæc
62 ampliatio, † vt inquit Aret *in d. cap. a nobis, nu. 13. & 19. extr. de testib. nu*, procedit potius de consuetudine *de qua dicam infra, num. 69.* quam de iuris rigore. nam de iure contrarium verius esse affirmatur, *Felin in dict. c. quod super his num. 12 in fine, versi. sed limitatur ista conclusio, & ibi etiam Anto. de Butr. num. 4. versi, ergo super gesto coram se, de*
63 *fide instrum. Anchar. in clem. 1. nu. 3. in fin. de probat.* vbi magistraliter dixit, quod Cardinali credatur, vbi dubitatur de fundamento suæ iurisdictionis, sed hæc præsupposita, si narret, aliquem condemnasse, vel absoluisse, siue suspendisse, vel aliquid aliud fecisse tanquam iudex inter partes, de iuris rigore illius verbis non est adhibenda fides, nisi sicut vni ordinario, *c. cum a nobis, extr. de testib.* Cardinales enim ligantur constitutionibus canonicis, & ad eorum obseruantiam, sicut alii, *vt notatur in c. fin. de haret. in 6.* & sicut alii iudices debent processus causarum in scriptis redigere, *cap quoniam contra falsam, extra, de probat.* ita etiam debent facere Cardinales iudices, & consequenter de actis coram ipsis inter partes, & non in scriptis redactis non est plena fides adhibenda de iuris rigore.

64 LIMITA I. Huius † secundi capitis propositam regu- 65
lam non procedere, quando ageretur de præiudicio tertii, nam eo casu Cardinali, asserenti se legatum, non creditur, nisi suæ legationis literas ostendat, *secundum glo. fin. in c. sicut nobis, de sentent. excommun. Bald. in l. Palatinos. C. de colla. fin. fisca lib. 10. Alciat. de præsumt. regul. 3 præsumt. 2. num. 3. Alexand. consi. 206. num. 4 libro 2. Gozad. consi. 41. nu. 15. Abb. in cap. cum a nobis, num. 1. versi. ex quo infertur, & ibi etiam Aretinus num. 15. extra, de testibus, Ancharan. in clem. 1. num. 2. & 3. & ibi etiam Bonifac. num. 32. seq. de probat. Crot. de testib. num. 210. an 1. concl. & ibi Petr. Moncad. in addit. litera C. Jas. in l. admonendi, sub num. 189. versic. veritas est. ff. de iureiurand. vbi late comprobat hanc limitationem. Campeg. de testibus, reg. 197. in 21. fallent. & post alios plures, quos allegant antiquiores, hoc idem affirmarunt Decian. consi. 92. num. 25. libro 2. Menoch. consi. 100. num. 73. libro primo, & post nu. 78. vbi declarat Gabriel. rubr. de probat. conclu. 3. num. 9. tuncto nu. 16 lib. 1. Mase. de probat. libro primo, concl. 140. num. 10. & latius consi. 269. num. 21. [illegible] de communi, * & lib. 2. concl 1004. num 59.*

65 AMPLIA Hanc † primam limitationem, vt quando agitur de præiudicio tertii, non solum non credatur Cardinali asserenti se legatum, sed etiam generaliter asserenti aliquid aliud, quod non concernat suam iurisdictionem, eius enim testimonium non inducit plenam probationem, quando tenditur in alterius præiudicium, *glo. in cap. sicut, & ibidem Abb. de sentent. excom. Abb. in cap. extra de rescript. num. 15. & per de testibus, Abb. in cap quod super his columna final. & ibi etiam Felin. num. 12 versic. ista conclusio. Anton. de Butr. num. 4. versic. si attestatur, tuncto versic. & excipe puto, extr. de fide instrument. Barbat. in tractat. de præstan. Card. 2. part. principali, quæstio. 1. vbi late, Decian. capit. constitutus, in 1. in 4. notab. num. 9. versic. alias cessante consuetudine extr. de appellat. Jas. in l. admonendi, numer. 189. versic. contrarium in terminis, & versicul. veritas est. ff. de iureiurand. Campeg. de testibus, reg. 197. in 4. fallent. Conrad.* [illegible]

66 AMPLIA Rursus † præcedentem conclusionem, vt nec Cardinali testificanti de facto proprio plene credatur, quando agitur de præiudicio tertii, *vt in specie adnotant Jason in l. 2. §. si absens, num. 11. ff. si ex noxal. caus. ag.*

67 SVBLIMITA I. Prædictam † primam limitationem sic, vt supra ampliatam, non procedere, quando Cardinalis aliquid afferet Papa præsente in loco, vbi tale quid asserit: tunc enim illius assertioni & testimonio plene creditur, etiam quod agatur de præiudicio tertii, non enim præsumitur mentiri, cum ad Papam facile recurri posset. *Felin. in cap. quod super his, numer 12. de fide instrum. vbi late Jason admonendi, num. 189. versic. limita etiam. ff. de iureiurand. Port. Imolen. consi. 95. num. 1. seqq. pluribus Doctor. auctoritatibus comprobat Antonius Gabr. lib. 1. titu. de probat. concl. 3. num. 20. sed cum plures alios refert concordantes Mascard. de probat. lib. 1. con. l. 140. num. 16. & latius concl. 269. num. 22. seqq. & habemus Decian. Tract. criminal. num. 4. lib. 1.* vbi quod ex quo Doctores loquuntur indistincte, ideo intelliguntur, etiam quod agatur de præiudicio tertii, † etsi contrarium affirmauerit Dec. 68
in l. 1. vol. 2. num. 6. de mand. prin. nec differat Brun. a Sole plures alios allegans (qui tamen non loquuntur in terminis nostræ limitationis) *in suo consi. criminal. 1. num. 48. seqq.*

69 SVBLIMITA II. Eandem † primam limitationem, vt quæ quid sit de iure, de consuetudine Romanæ Curiæ creditur Cardinali aliquid asserenti, etiam in præiudicium tertii *sicut post Ioan. & Abb. quos allegat, voluit Dec. in c. constitutus, in 1. per illum text. in 4. notab. num. 9. de appellat. Jas. in l. 2. §. si absens, in fine. ff. si ex noxa. caus. ag. Abb. in cap. a nobis, num. 2. colum. 3. in princip. versi. nisi aliud obstaret stylus Curiæ, & ibidem Aret. num. 18. sequen. extra de testib. Felin. in c. 1. num. 2. & ibidem Bonifac. num. 53. de probat. Conrad. in pract. §. 2. de offic. prator. in causs. ciuil. rubr. de testibus, dicta testium assumen. in prin. num. 4. ad finem. fol. 114. Gab. de probat. d. concl 3. num. 12. seqq. Mascard. d. conclu. 140. num. 1. & ibi. concl. 269. num. 12. apud quos plures alios reperies concordantes.*

70 LIMITANDO Rursus † præcedentem secundam sublimitationem, videas Aretin. *d. cap. a nobis, nu. 19. extra, de testibus*, vbi dixit, quod talis consuetudo procedit quando Cardinalis vellet attestari de gestis, vel per se, vel coram se, vt legato de latere: si vero vellet attestari de gestis aliter, vel de gestis coram se, tanquam coram iudice ordinario, aliter quam ex virtute legationis. & tunc videtur maius dubium, quia consuetudo est contra ius, ideo non videtur extendenda, nisi forte probaretur eam vigere in specie eo casu, *& Aretin. refert se legatum Gabr. tit. de probat. concl 3. num. 13. in fin. versic. hoc autem, quæ dicitur, & Mascard. de probat. lib. 1. concl. 140. nu. 1. & con. l. 269. nu. 12.*

71 Videas etiam † Abb. *in c. quod super his, in fin. de fide instrum.* vbi facta conclusione, quod de consuetudine plene creditur assertioni Cardinalis, siue literis, siue verbo facto, & siue legatus sit siue non, postea subdit, *Ego tamen non crederem hoc procedere in grauc alterius præiudicium*, & sic tacite sentit, nec ex consuetudine plene stari Cardinalis assertioni, vbi agitur de tertii præiudicio, & sunt verba multum notanda.

72 Et demum videas Soc. *in consi. 99. n. 13. in fin. versi. 2. quia* /2
ibi, vbi dixit, quod licet ex consuetudine Romanę Curiæ ubi creditur in sibi commissis a Papa, *vt in c. nobilissimus,*

simus, 97. distin. non tamen creditur in aliis, & ita alias in Curia per tres sententias fuisse definitum, refert testantem Bellam. cons. 12. & Soc. refert & sequitur Gabr. d. conclu. 269. n. 13. & sic habes tres declarationes ad hanc secundam sublimitationem de consuetudine.

73 SVBLIMITA III. Propositam † primam limitationem, vt licet Cardinalibus non credatur plene in iis, quæ respiciunt tertii præiudicium, negari tamen non potest, quin non plus ipsi credatur, quam alteri testi, imo plus credi duobus Cardinalibus, quam pluribus aliis, affirmarunt Ant. de Butr. ind. c. quod super his, n. 4. vers. nisi quod dignus, de side instrum. Gabr. tit. de testib. concl. 4. n. 80. Mascar. de prob. lib. 1 concl. 270. nu. 2. (dummodo tamen formiter, & cum iuramento sint examinati, vt dixi infra in 3 lib. q. 74. n. 68.)

74 LIMITA II. † & principaliter huius secundi capitis regulam, vt procedat prout loquitur, & dixi supr. num. 58. videlicet in his, quæ veniunt iure ordinario, & in generali legatione, in iis in quâ Cardinali delegato creditur, asserenti se à Papa facultatem habere, etiam quod de ea non doceat, at secus in iis, quæ transeunt naturam legationis, & quæ sunt specialiter Romano Pontifici reseruata, de quibus in cap. quod translationẽ, de offic. delegat. nam tunc Cardinalis assertioni non stari scripserunt Aretin. in cap. cum a nobis, num. 15. extra de testibus, Felin. in cap. quod super his, num. 9. & ibidem Anton. de Butr. num. 4. vers. quod est verum, iuncto vers. si tamen aliquid, extra, de side instrum. Crot. de testibus, num. 210. in 3 conclu. Gab. quos alios refert, de probat. lib. 1. conclus. 3. nu. 10. & num. 6. Dec. cons. 228. num. 9. Pars. cons. 12. numer. 133. & seqq. lib. 2. Mascard. qui pariter concordantes recitat de probat. lib. 1. concl. 140. num. 12. & concl. 269. num. 15. seqq. & habemus in nouissimis nuper impressis decisionem Rot. c. 33. num. 1. coram Seraphino in vno Leodien. hereditatis. part. 1.

75 SVBLIMITA I. Hanc † 2 limitationem non procedere, quando Cardinalis legatus huiusmodi Principi reseruata, & specialia pluries exercuisset: quia tunc etiam in iis illius assertioni plene creditur, vt per Felin. in c. quod super his, num. 9. in fin. de side instrum. Bald. in l. exemplo, in fin. C. de prob. Calder. cons. 2. tit. de offic. deleg. Dec. in l. 1. nu. 19. C. de mand. prin. Aufr. in addit. ad Capell. Tholos. dec. 464. num. 2. cum aliis pluribus relatis per Gabr. d. concl. 3. num. 11. & per Mascard. d. concl. 140. post num. 12. vers. quidam tamen consent. & concl. 269. num. 14. & nu. 19. & sentit Rota coram Seraphino, d. dec. 33. num. 2. & 3. part. 1. inter diuersas, in nouissimis. etiã † contrarium asseruerit Aret. in d. c. cum a nobis, num. 17. in fin. extra, de testibus.

77 SVBLIMITA II. Dictam † secundam limitationem non procedere, quando non ageretur de alicuius præiudicio: quia tunc videtur Cardinali legato credendum, etiam super iis, quæ non veniunt in generali commissione, sed sunt Pontifici specialiter reseruata, prout est habere potestatem dispẽsandi cum illegitime natis, vel promouendi ad ordines & dignitates ecclesiasticas, absoluendi, & concedendi indulgentias, & his similia, secundum Ang. in l. quæcunq; §. fin. ff. de publican. & vectig. admonendi, nu. 189. vers. sed quando dictum Cardinalis. Abb. in c. cum a nobis, num. 2. col. 2. ad fin. versic. aut loquimur in Cardinali, relati per Gabr. de prob. concl. 3. num. 18. in prin. lib. 1. & per Mascard. d. concl. 130. n. 6. & 7. & n. 12. ad fin.

78 Sed certe quicquid secus sit, † vbi non agitur de reseruatis summo Pontifici, in reseruatis tamen multo verius credo, nec Cardinali esse credendum, etiam quod de alterius præiudicio non agatur, quando talis assertio fiat in loco, vbi Papa non commoratur, prout bene comprobarunt Aret. in d. c. cum a nobis, post nu. 15. & 16. per totum, extra, de testibus, Felin. in cap. quod super his, n. 9. ad medium, de side instrum. Anch. in clem. 1. num. 2. vers. quando quidem emanat, vsq; ad vers. ista procedunt. Crot. de testibus, num. 210. in 3. concl. vers. ab ista tamen opinione, Ruyn. & alii relati per Gabr. d. concl. 3. post num. 18. vers. contrarium, &c. & resolut Rota Romana coram Domino Seraphino, de illa Leodien. hereditatis, dec. 33. par. 1. in nouissimis nuper impressis, &c.

ARGVMENTVM.

Principis assertioni, & testimonio, an & in quibus casibus plene credendum sit.

SVMMARIVM.

Papæ assertioni plene creditur regulariter, n. 79.
Papæ assertioni creditur, siue fiat in scriptis, & per literas, siue etiam solo verbo, n. 80 contra, n. 81.
Imperatoris, Regis, & alterius Principis secularis assertioni plene creditur, nu. 82. 84. seqq. licet alii contra, n. 83.
Principis assertioni plene creditur, non solum Papæ, Imperatoris, & Regis, sed etiam cuiuslibet alterius iura imperialia, vel Regalia habentis, & de facto superiorem non recognoscentis, prout sunt Duces Mediolani, Ferrariæ, Delphinus Franciæ, & similes, n. 87.
Assertioni Principis inferioris superiorem recognoscentis plene creditur, nu. 88. Contra, n. 89. Prima opinio procedit, vbi de tertii præiudicio non agitur, & in iis, quæ a sola Principis potestate dependent, num. 90. Secunda autem, quando de tertii præiudicio agitur, & in his, quæ a Principis potestate non dependent, n. 91.
Papæ ac Principis assertioni de facto proprio plene creditur, numer. 92.
Et quid si assertio partim contineat factum proprium, & partim factum alienum, n. 93. seqq.
Papæ assertioni plene creditur etiam de iis, quæ vidit ante pontificatum, n. 96.
Papæ assertioni creditur super facto, & voluntate sui antecessoris, nu. 97.
Papæ & Principis assertioni creditur super facto alieno coram se gesto, n. 98. & n. 100. licet alii contra, n. 99.
Principis assertioni motu proprio factæ plene creditur, etiam quod de alieno facto agatur, n. 101.
Principis assertioni motu proprio factæ creditur, etiam vbi de tertii agitur præiudicio, n. 102.
Principis assertioni motu proprio factæ creditur in tertii præiudicium, quando factum alienum coram se gestum continet: secus, si non coram se gestum, num. 103. Adhuc tamen isto casu talis assertio, etsi plenam non faciat probationem, facit tamen præsumtionem, n. 104.
Principis assertioni super partis narratiua fundatæ, vel ex partis informatione prouenienti non creditur etiam, quod motu proprio sit facta, n. 105.
Principis assertioni omnino standum est in antiquis etiam in tertii præiudicium, & etiam quod alienum factum contineat, nu. 106. Declara duobus modis, vt nu. 107. & 108. Et quod in proposito dicatur tempus antiquum, n. 109.
Principis assertioni multo magis creditur, quando is se bene a fide dignis viris informatum diceret, nu. 119. contra, nu. 111. Declara, vt n. 112. & 113.
Papæ asserenti creditur, aliquem esse suum Capellanum, Cubicularium, vel familiarem, n. 114. contra, n. 115. Declara, vt d. num. 115.
Mandatum ex Papæ narratiuis verbis probatur, n. 116.
Papæ asserenti aliquem in suis manibus renuntiasse beneficium per suum procuratorem creditur, quod renuntians fuerit procurator, etiam quod de mandato non constet, n. 117. Contra, num. 118. Declara, vt num. 119. Assertioni Papæ statur super alicuius bene meritis, etiam quod de tertii agatur præiudicio, num. 120.
Papæ tanto magis creditur, si per verba dispositiua locutus fuerit, & per modum causæ, n. 121. seq.
Papæ ac Principis assertioni statur super declaratione suæ concessionis & gratiæ, etiam quod agatur de tertii præiudicio, n. 123. Declara, vt n. 124.
Papæ assertioni & declarationi maxime statur in beneficialibus etiam

etiam in præiudicium tertii, n. 125. Contra, num. 126. Dirigue, nu. 127.
Papæ assertioni super facto non solum contra clericum, sed etiam contra laicum plenum creditur, n. 128. Dicit alii contra, nu. 129.
Papæ assertioni facto, structuræ, siue conditionali, siue etiam modali stat, nu. 130.
Papæ assertioni statur non solum in iis, quæ facti sunt, sed etiam in iis, quæ iuris sunt, nu. 131. Dummodo tamen non sit contra ius clarum, & notorium, quia Papæ in iure notorio & claro errauit credendum non est, nisi eius intentio sit, de nouo contra illud disponere, n. 131.
Papæ assertioni statur etiam circa contractum a se celebratum, num 132.
Papæ magis quam notario creditur, n. 133.
Papæ ac Principis assertioni creditur non solum de iure communi, sed etiam de consuetudine, nu. 134.
Papæ aut alterius Principis assertio probationem in contrarium non recipit, n. 135. Ampliat. si assertio sit de facto proprio ipsius Principis, nu. 136. Ampliat. 2. multo magis assertio sit iuris, nu. 137. Nisi contrarium expressum iuris reperiatur, num. 138. Ampliat. 3. an assertioni de facto alieno cũ Principe gesto, n. 139. Ampliat. 4. & merito magis si Papa diffectum loquitur, nu. 104. Limita 1. quia per testium probationem in contrarium admittitur, prout in Limita 2. Quia admittit probationem contrariam, vt ex præmissa confessione resultantem, nam [illegible] probationem contrariam per scripturam [illegible] nu. 44. Limita 4. in assertione [illegible] n. 145. Limita 5. in Principis assertione super facto alieno, n. 146 & 147.
Principis assertioni creditur, quando agitur vel de ipsius Principis præiudicio, num. 148. vel quando de præiudicio nullius agitur, n. 149. vel de modico præiudicio, num. 150. secus si de [illegible] agatur præiudicio, quia tunc Principis assertioni [illegible] non respicitur [illegible] alienum, num. 151. siue etiam [illegible] proprium respiciat, nu. 152. & 155. licet alii contra [illegible] 3 & alii in hac contrarietate distinxerint, vt in [illegible].
Principis assertioni etiam in tertii præiudicium statur in sex casibus enumeratis in n. 156.
Assertioni Principis super alieno facto nullatenus creditur, nu. 157. licet alii contra, n. 158.
Principis assertioni super alieno facto non statur, etiam quod in eadem Princeps suam fundet intentionem, num. 159. contra, num. 160.
Principis assertio super alieno facto licet plenam non faciat probationem, aliquam tamen facit præsumtionem, n. 161. imo & semiplenam probationem, nu. 162.
Principis assertio super alieno facto transfert onus probandi in aduersarium, etiam quod Princeps per verba generalia, & incerta loquatur, nu. 163. seq. contra, nu. 165. præsertim si assertio sit de [illegible] verisimiliter ignoratum, num. 166. Distinguebat contrarietate, nu. 167. sed hæc distinctio reprobatur, n. 168. Ideo melius distingue, nu. 169.
Assertioni Principis statur etiam super alieno facto in quatuor casibus enumeratis in n. 170.
Principis assertioni nequam statur, quando de causa propria ipsius Principis, & de proprio ipsius commodo agitur, nu. 171. [illegible] licet alii contra nu. 172.
[illegible] assertioni minime statur, quando dicit, aliquem sibi [illegible] rebellem seu alias delinquentem, vel tale quid fecisse, per quod bonorum priuatio & confiscatio [illegible] dicat. Secus contra, nu. 175.
Principis assertioni non creditur, quando agitur de eius commodo & interesse, non solum, si assertio sit de aucto alienæ [illegible] informatione, sed etiam si sit de proprio viso, nu. 176. seq. licet alii videntur relati contrarium dixerint.
Principis assertioni super alterius delicto statur, quando dicit de tali delicto [illegible] verum, & inexcusabili sibi constare, nu 178. contra, n. 179.
Papæ assertioni super alterius delicto plene creditur in beneficialibus, num 180.
Papæ assertioni super alterius delicto creditur, quando est facta cum consilio & subscriptione quæstoris, n. 181.
Principis assertioni super alterius delicto creditur ad effectum inquirendum n. 182. vt puta si diceret, aliquem de delicto diffamatum, nu 183.
Principis assertioni super alterius delicto plene creditur, quando agitur de asserentis vtilitate, n. 184.
Papæ assertioni omnino statur in spiritualibus & beneficialibus, nu. 185. Vnde secus in profanis, nu. 186. contra quod imo fieri etiam in profanis, nu. 187. Distingue, quod etiam in profanis Papæ assertioni statur quoad suos subditos, secus quoad non subditos, 188. Sed contra distinctionem, nu. 189.
Principis assertioni statur quoad suos subditos, secus quoad non subditos, nu. 190. amplia etiam contra naturaliter non subditos, licet ratione causæ subditi sint, nu. 191. limita in Papa, cuius assertioni statur etiam quoad laicos non subditos in spiritualibus, & ecclesiasticis, n. 192.
Principis assertioni nullatenus statur, quando ista est fundata super narratiua partis, n. 194. amplia etiam, quod sit facta motu proprio, ac etiam quod simus in antiquis, nu. 194. limita, quando partis narratiua ipsius Principis factum proprium concerneret, nu. 195.
Principis assertioni non statur, quando illa est incidenter facta, & propter aliud, non autem principaliter, nu 196. fallit 1. in assertione continente factum proprium ipsius Principis, num. 197. fallit 2. in Principis inferioris assertione, num. 198. vers. sed certe.
Principis assertioni plene creditur, quando Princeps super tali assertione suam fundat intentionem, num. 199. secus quando Princeps non fundat se in eo, quod asserit, num. 200. sed quando dicatur Princeps fundare suam intentionem in assertiuis verbis, n. 203.
Principis assertio, in qua asserentis non fundatur intentio, licet aliquam faciat præsumtionem, n. 201. talis tamen præsumtio non est potens ad transferendum onus probandi contrarium in aduersarium, nu. 202.
Principis assertioni licet super veritate facti enuntiatiue dictæ, non tamen super illius validitate creditur, nu. 204. cui bene hæc exemplificatur conclu. 9.
Principis assertioni creditur super expressis, non autem super tacitis, nu 205.
Principis assertioni non creditur, quando contra eam viget aliqua iuris præsumtio, n. 206.

QVÆSTIO LXIII. CAP. III.

79 REGVLA Formanda † est affirmanda, quod scilicet, licet vnius testimonio non credatur plene, tamen creditur assertioni & testimonio Pontificis, glo. in cap. 1. in verbo. statuit, de renuntiat. in 6. & in cap. ad apostolicæ, in verbo. promiserint, de rescind. in 6. Felin. in c. cum a nobis, numero 1. extr. de testibus, Aret. in dict. cap. cum a nobis, num. 7. vbi testatur de communi * opinione. Anch. in clem. 1. de probat. Crot. de testibus, num. 217. & ibi Petr. Moncad. in addit. litera ç. Deus enim est veritas, ideo summus Pontifex, qui vices Dei in terris gerit, non nisi veritatem testabitur, prout in specie adduxit Ioseph. Ludo. in suis commun. opin. concl. 14. illatione 42. vers. & quamuis istud, quem & alios plures referentem antiquiores, ac de * communi testantem, & ad sat. veritatem hanc regulam exornantem videas Mascard. in suo tract. de prob. lib. 3 conclus. 1143. num. 1. & seqq. & latius in concl. 1227. nu. 1. seqq vsq; ad nu. 10.

80 AMPLIA I. Hanc regulam, vt bene credatur assertioni summi Pontificis, siue fiat in scriptis, & per literas, iuxta clem. 1 de probat, siue etiam solo verbo, sic enim probatur ex text. and c. cum a nobis, & ibidem Abb. in prin. vers. fallit hoc in Papa, vbi quod ita * communiter summatur ille text. * & num. 1. versicu. nota pulcrum text. iuncto vers. nota ex hoc textu. & n. 2. vers. aut vobis & ibi etiam Anton. de Butr. vers. 2. Aret num 6. Felin. num 1. extra, de testibus, Anch. in clem. 1. in

81 prin. de probatio etsi contrarium † videatur fuisse de mente Bonifac. in d. cum. 1. n. 47. seqq.

82 AMPLIA II. Vt † regula procedat non solum in Papa, sed etiam in Imperatore, & Rege, etiam quod Principes seculares sint, secundum Bartolum in l. ambitiosa, quam impressionem. Card. consilio 128. numer. 2. versic. item & principi, Socin. consil. 127. numer. 4. libro 3. Dec. cons. 544. num. 1. Xipar respon. 1. num. 28 lib. 1. Ias. consil. 65 Redemtoris crucifixi. colum. 5 versic. 2 principaliter, volum. 3. Iacob. de sanct. Georg. in tract. de jurisd. & sed an princeps obligetur, num. 9. Natta consil. 478. num. 39. lib. 3. Ruyn. consil. 41. num. 3. volum. 1. Socin. iun. consil. 65. num. 10. & consil. 66. num. 7. libr. 1. & consil. 92. nu. 2. lib. 2. Signorol. consil. 181 in quæst. vertente, num. 8. versicu. sed in literis. Aym. de antiq. temp. part. 1. sect. propositum, num. 1. seqq. vbi respondet contrariis, Gabr. qui alios refert, titu. de probation. conclusio. 2. num. 12 seqq. lib. 1. Dec. consil. 18 num. 176. libr. 1. vbi testatur de veriori opinione. Cephal. consil. 302 num. 71. Mandos. in addit. ad Lap. allegat. 7. litera A. colum. 1. in fine, versic. ampliat quarto. iuncto vers. ego primam opinionem veriorem puto. Mascard. de probat. conclusio. 139. num. 10. & numer. 35. lib. 1. & lib. 3. conclusion. 1227. numer. 10 seqq. iuncto num. 23. * vbi parter alius relatis * testatur de veriori, & magis communi opinione.

83 Et † licet contrarium, quod imo disposita in Papa per Clem. I. de probat. non habeant locum in Principe seculari, verius crediderint Felin. in c. cum a nobis, num. 3. vers. sed nihilominus, extra, de testibus, Curt. Castren. Gemin. Dec. & alii plerique relati per Aym. dict. sect. propositum, num. 1. & 2 Mascard. d. concl. 139. num. 11. versi. contrarium, &c. & dict. conclu. 1227 num. 4. vbi pro hac contraria opinione reddit satis probabilem rationem, & per Mandos. in addit. ad Lap. d allegat. 7. litera A. colum. 2. versi. contrarium tamen, vbi hanc opinionem tutiorem credidit, etsi eam minime sequatur.

84 Non † per hoc tamen recedas à proposita ampliatione quæ sine dubio magis communiter * recepta est * à Dd. & vltra eos addo quam plures alios dicentes simpliciter, Principis assertioni plene credendum, (& sic etiam de seculari Principe loquentes, nedum de solo Papa,) vt videre est apud Nattam consil. 438. nu. 39. lib. 3. Barb. consil. incip. magnus scripsit Psalmista, colum. 1. lib. 3. Grammat. consil. 100 Redemtoris gentium, num 66. Brun. consil. 1. num. 34. Soc. iun. consil. 4. super quæstion. num. 11. volum. 3 Ruyn. consil. 227. nume. 6. lib. 1. Gozad. consil. 8. num. 43. Curt. iun. consil. 157. num. 14. & 21. prope fin. Afflict. dec. 305. num. 15. & inca. 1. num. 27. Ias. ad l. si fundus. cass. ten. in vsib. feud. Berol. cons. 65. num. 6. lib. 1. Mantic. de del. consil. 75. num. 6. Cephal. consil. 168. num. 32. & consil. 173. num. 26. lib 2. consil. 302. num. 81. lib. 3. Decian. consil. 25. nu. 8. & lib. 1. cons. 35. num. 19. & 20. lib. 2. Mascard. de probat. libro 3. conclusio. 1227. num. 10. seqq. vsque ad nu. 23. vbi huius conclusionis triplicem reddit rationem: Primo, quia, vt dicit Bald per illum text. in d. l. 1. ff. de offi. præfect. prator. & in ap. citum, colum. 3. de iud. Quod † Princeps credit, & nos credere debemus, & Principis verbum pro lege habendum: Secundo, † quia statur literis iudicis attestantis aliquid de iis, quæ pertinent ad officium suum, l. si pubis canes. § de reb. ff. de publica. ergo multo magis standum est dicto Principis, cuius auctoritas supereminet omnes: Tertio, quia Princeps præsumitur iustitiæ plenus, & omnia deliberate, & prout conuenit, facere, ideo non est credendum, quod falsum dicat, l. 2. §. marito, & § si quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. l. ex facto, in prin. ff. de vulg & pupill.

85 86 87 AMPLIA III. Vt † assertioni Principis credatur, non solum Papæ, Regis, & Imperatoris: sed etiam cuiuslibet alterius habentis iura imperialia, vel regalia, & de facto non recognoscentis superiorem, prout sunt Duces Mediolani, Ferrariæ, Delphinus Franciæ, & similes, secundum relatos per Felin. in c. cum a nobis. n. 3. vers. & idem in alio habente iura imperialia. de testib. Aym. de antiq. temp. part. 1. sect. propositum, num. 6. Gab. titul. de prob. conc. 2. num. 13. 14. & 15. Quint. Mand. ad Lap. allegat. 7. litera A. col. 2. vers. ex cuius etiam dictis, Mascard. de probat. dict. conclu. 139. num. 19. seq.

88 AMPLIA IV. Vt † etiam credatur assertioni Principis inferioris superiorem recognoscentis, vt per Aym. de antiq. temp. part. 1. sect. propositum, num. 3. & seqq. vsq; ad nu. 8. vbi late comprobat ampliationem, quam etiam secuti sunt plures (qui in assertione Principis inferioris loquuntur) relati per Mascard. de probat. lib. 3. conclu. 1227. sub nu. 23. Et licet † contrarium in hoc voluerit Ruyn. 89 cons. 115. num. 15. & cons. 227. num. 6. lib. 1. & cons. 31. num. 10. d. lib. 1. Socin. iun. cons. 92. num. 3. lib. 2. Cephal. cons. 170. nu. 19. & cons. 185. num. 9. lib. 2. cum aliis relatis per Gabr. tit. de probat. conclus. 2. nu. 16. lib. 1. & per Mascard. de probat. lib. 1. con l. 139. num. 1. vers. limita primam opinionem, nihil non discedendo à proposita ampliatione, distingue in hunc modum, quod in † iis, quæ dependent à sola potestate Principis, 90 & sic vbi non agitur de tertii præiudicio, creditur assertioni ipsius Principis etiam inferioris: sic enim & in interminis loquitur Aym. d. sect. propositum, num. 1. & seqq. & præsertim num. 5. vbi bonam reddit rationem, quia scilicet isto casu etiam statur assertioni priuatorum, ergo multo magis standum est assertioni alterius superioris 91 in † autem, quæ non dependent à voluntate & potestate Principis, & sic quando agitur de præiudicio tertii, statur assertioni ipsius Principis, etiam quod inferior sit, sed tamen recipit probationem in cõtrarium, quam non reciperet, si esset assertio superioris Principis; sic enim aliis relatis hanc controuersiam hoc distinctionis fœdere conciliari posse colligo post alios, quos allegant, ex Ceph. in consil. 302. num. 72. lib. 3. Gab. d. conclu. 2. num. 17. seq. Mascard. d. concl. 139. num. 13. vers. conciliando ergo, & dixi sup. n. 145.

92 AMPLIA V. Vt † multo magis credatur assertioni Papæ, ac Principis super facto proprio, Anch. in clem. 1. post num. 1. vers. quandoque sunt de facto proprio, & ibidem Bonifa. num. 1. seq & num. 14. sequen. vbi reddit bonam rationem, Imo. num. 9. versi. 1. casu, de prob. Oldrad. cons. 105. colu. penult. versicu. quid autem Card. consil. 128. colum. 2. versi. item etiam. Tiraquel. qui alios refert, de tractat. §. 1. gloss. 14. num. 49. Cepha. consil. 76. num. 41. lib. 1. Decian. cons. 18. num. 273. lib. 1. vbi etiam alios refert, Menochius casu 99 n. 5. lib. 1 idem Decian. consil. 25. num. 92. versi. 12 ix enim soli Papæ, libro 2. Lap. alleg. 7. num. 2. vers. quia in narratis de facto suo & ibi Mando. in addit. 10. litera A. in prin. colum. 2. vers. infero nunc, vbi infert Corradus in pract. §. 2. de offi. prator. in causs ciuil. titu. de testibus, rubr. dicta testium assumendo, in prin. numer. 5. folio 114. col. 2. in 32. limitatione, Hercul. de negat. num. 218. ad medium, & num. 219. Gab. de probat. conclusio. 2. num. 2 vbi quod ita omnes tradunt in clem. 1. de probat. * & num 3 seqq. vbi infert ad plura. Mascar. * de probat. lib. 1. conclu. 139. num. 1. seqq. vbi aliis relatis testatur de communi, * & lib 2. conclu. 621. num. 14. lib. 3. conclu. 1143. * num. 1. seqq. vbi pariter de communi, & tenuit Rota coram Domino Seraphino, in vna Portuen. bonorum de Columna, sub die Veneris, 14. Martii, 1578. de qua in nouissimus nuper impressis, part. 1. dec. 175. n. 4.

93 AMPLIA VI. Vt † & idem sit in assertione Principis, partim de facto proprio, & partim de facto alieno, vtputa in Papa asserente, aliquem in suis manibus beneficium renuntiasse, nam tali assertioni standum esse, scriptum reliquerunt, Imola in clem. 1. colum. penultim. post medium, numer. 9. versiculo. tertio casu, &c. & ibidem Cardin. Zabarell. numer. 10. versicul. quando narrat factum suum, & alterius, Bonifa. numer. 26 versicul. vl quod est de facto Papæ, de probation. Gabriel. qui alios refert, lib. 1. rubric. de probat. conclusion. 2. numer. 4. sun. 10 numer. 7. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 39 n. 8. & concl. 1217. n. 36. & n. 77 & aduer-

94 te, quod † Cardin. in consil. 126. post n. 10 vers. respondeo, quod in eo, &c. prout illum refert Mandos. ad Lap. alleg. 7. litera A, colum. 2. in fine versic. & idem dicendum, &c. dixit isto casu assertioni Pontificis partim credendum, & partim non, credendum in eo quod assertio respicit factum proprium, non credendum in eo quod respicit alie-

95 num. Ideo † pro solutione credetem posse dici, quod horum opinio forsan procedet in assertione diuidua, & plura continente capita diuersa, ac sub duplici structu verborum prolata: secus in indiuidua, & vnico structu concepta verborum, vt in exemplo prænarrato, quando scilic. Papa asserit talem in suis manibus beneficium renuntiasse: tunc enim omnino standum videtur per præallegatos. Considera, quia ista mihi videtur veritas.

96 AMPLIA VII. Vt † Papæ assertioni plene credatur etiam in ijs, quæ vidit ante Pontificatum, gloss. in cap. ad apostolicæ, in verbo, promisissent, de reiudic. in 6. & in cap. 1. in verbo, statuit, de elect. in 6. Felyn. in capit. pueris in fine, de sentent. excommun. & in capit. cum à nobis, numero 2. versiculo secundo nota, & ibi etiam adden ad Abb. in verbo, aut de verbo, litera A, Arct. post num. 9. extra de testibus, Crot. de testibus, numero 195. & num. 217. Dec. consil. 463. in causa, qua nomine camera, num. 26. Mandos. ad Lap. alleg. 7. litera A, col. 1. vers. amplia 2. Gabriel, qui alios refert, rub. de probat. concl. 2. num. 10. vbi loquitur etiam in ijs, quæ vidit ante Cardinalatum, & sic dum erat in minoribus constitutus, Mascard. de probat. lib. 1. concl. 139. num. 6. & lib. 3. conclus. 1227. numero 45. & sequ. ex quibus facile dici po-

* test, ita etiam communiter * à Doctoribus receptum esse.

97 AMPLIA VIII. Vt † propterea Papæ assertioni super facto, ac etiam super voluntate sui antecessoris plene credatur, Card. in clem. 1. in 9. quæst. nu. 6. & ibi etiam Anchar. n. 1. in fin. versic. circa hoc etiam Bonifac. nu. 50. & 51. vbi in idem allegat extrauag. Clem. V. incip. Prouida. Imol. colum. penultima in princip nu. 9. vers. idem per omnia de probatio. Ang. cons. 368. num. 1. Rom. cons. 350. nu. 18. vbi amplius, quod talis assertio non admittit probationem in contrarium, de q to generaliter dicam infra in vlt. ampliat. Alexand. con 15. visis narratis, post num. 2. lib. 5. Aym. de antiq. temp. part. 1. in princip. Gabr. d. conclus. 2. num. 11. vbi alios refert, Mando. ad Rom. consil. 191. num. 4. litera C, versicul. secundo fallit, Paris. consil. 96. num. 3. lib. 4. Riparispon. 1. num. 28. lib. 1. Decian. consil. 18. n. 275 lib. 5. vbi alios plures refert. Mandos. ad Lap. alleg. 7. litera a, col. 1. vers. tertio amplia, Mascard. de probat. lib. 1. concl. 139. nu. 6. vers. inde fit, & lib. 2. concl. 621. num. 6. & lib. 3. conclus. 1227. num. 48. & 72 seqq vbi & alios refert. Ex quibus omnibus hanc ampliationem etiam

* communiter * à Dd. receptam esse, dici sine dubio potest.

98 AMPLIA IX. Quod † licet alias Papæ & Principis assertioni minime standum sit, quando respicit factum alienum, vt d xi infra num. 127. statur tamen, quando narrat factum alienum coram se gestum: talis enim assertio æquiparatur assertioni de facto proprio, & sic plene creditur, vt per Fely. in c. um a nobis, nu. 2. in princip. iuncto vers. quod autem Papæ credatur, & ibi etiam Aret. nu. 8. in fine, extra de testibus, Lap. alleg. 7. num. 3. vers. ad hoc, quod ibi scribit Paul. &c. & ibi Mandos. in addit. litera A, col. 1. vers. amplia 2. Socin. consil. 226. in causa, quæ vertitur, num. 27. lib. 2. Gabr. tit. de probat. lib. 1. conclus. 2. num. 8. vbi testatur de veriori opinione Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 139. num. 8. ad

99 finem, & lib. 3. concl. 1227. Et † licet contrarium voluerint Imol. in clem. 1 numero 9. column. penult. ad fin. versic. si vero enuntiat factum alterius coram se, &c. de probatio. Calder. Aret. Oldrad. & alii relati per Gabriel, dict. concl. 2. num. 8. & per

100 Mascard. de probat d. conclus. 1227. num. 79. Non † per hoc tamen à proposita ampliatione recedas, quando tamen assertio est facta motu proprio ipsius Principis, sed quando est facta ad instantiam partis: tunc contraria habent locum, prout sic distinguendo tradidit Aret. ind cap. cum a nobis num. 10. & post eum Mascard. d. con lus. 1227 num. 80. cum aliis relatis, infra num. 103. in seq. amplat.

101 AMPLIA X. Et † multo magis in assertione Principis facta motu proprio, & ex certa scientia: tunc enim plenam facit fidem, etiam quod de facto alieno agatur, vt per Imol in l. 1. nu. 9. colum. pen post medium, vers. hoc temperat, de probat. Alex. consil. 112. post num. 2. & ante nu. 6. lib. 7. vbi quod in hoc omnes * concordant, Curt. iun. cons. 61. post numerum 13. vers. præterea illud, vbi testatur de communi opinione, Socin. cons. 286. n. 37. versic. & ad primum, iuncto versic. & maxime, lib. 2. Aym. de antiqu. temp. part. 1. in princip. numero 10. vbi alios refert, Mandos. ad Lap. alleg. 7 litera a, colum. fin. versic. limita 2. Gabr. titul. de probatio lib. 1. conclus. 2. num 55. Mascard. de probatio. libro 2. conclus. 621. nu. m 4. & libr 3. conclus 1227. num. 62. vbi etiam de communi, * ex Curt. * iunior. & Alexand. in loco præallegatu, cum aliis ibi per eum relatis.

102 AMPLIA Hanc ampliationem † procedere etiam quod agatur de præiudicio tertij: adhuc enim Principis assertio quæ alias non noceret, vt dixi nu. 151. nocet tamen & probat, si emanauerit motu prop. io, & ex certa scientia, vt per Aym. qui alios refert in tract. de antiq. temp. part. 1. sect non omitto, nu. 22. seq. vbi tamen ex Dec. quem allegat, declarat hoc procedere, quando judex dispensat in ijs, quæ sunt juris positiui tantum, aliter secus, & Aymonem refert & sequitur Mascard. d. concl. 1227. nu. 1. 1. & seqq lib. 3.

103 LIMITA I. Hanc † decimam ampliationem procedere, dummodo Principis assertio facta motu proprio contineat factum alienum gestum coram se, secus si non gestum coram se: nam tunc ei non statur plene, etiam quod motu proprio facta sit, Aret. in c. cum a nobis nu. 10. extra de testibus, Lap alleg 7. nu. 1 proprio fi em, iuncto nu. 8. Aym. de antiq. temp. part. 1. in prin ip nu. 10. vers. sed intellige istam limitationem, Mascar. de probat lib. 1 concl. 621. num. 5. & lib 3. concl. 1227. num. 64. & nu. 80 & dixi aliquid supra num. 100.

104 SVBLIMITA Hanc † primam limitationem, quia ad hoc assertio Principis facta motu proprio de facto alieno coram ipso non gesto, etsi non faciat plenam probationem, facit tamen præsumtionem, secundum Lap alleg. 7. nu. 7. in fin. quem sequuti sunt, Anchar. in clem. 1. nu. 1. versic. Lapus in hoc membro, & ibidem Zabar. nu 10. vers. Lapus vero, de probat. vbi dicunt, quod ista præsumtio transfert in aduersarium onus probandi contrarium, Socin. consil 266. post num 27. lib 2 & consil 90 num 3 lib. 4. Mascard. de probat. lib 2. conclus. 621. num 6. vbi ex Bart. Soc. & Aym. in loco per eum allegato concludit, quod isto casu talis assertio facit semiplenam probationem, & l. 3. concl. 1227. nu. 65.

105 LIMITA II. Propositam † decimam ampliationem non procedere, quando assertio Principis facta motu proprio esset fundata super narratiua partis, vel aliquo modo se à parte informatum ostendere: tunc enim nihil prorsus operatur, per ea, quæ generaliter dixi infra numero . . . & in specie scripserunt Lap. alleg. 7. numero 8. versic. si vero super facto ab alio narrato, Socin. iun. consilio 77 num. 98. lib. 1. Mascard post alios quos allegat, de probat. lib 3 concl. 1227. num. 66. & voluit Rota coram Domino Seraphino, in vna Portuen. bonorum de Columna, die Veneris 14 Martij, 1578. de qua in nouissimis nuper impressis. part. 1. dec. 175. num 5.

106 AMPLIA XI. Propositam huius † tertij capitis regulam multo magis procedere in antiquis, in quibus inuestitæ, & quod ea incat factum alienum, ac etiam quod de tertij præiudicio agatur, Principis assertioni

omnino standum scripserunt Imol. *in clemen.1.numer.9. vers. & talis quæ in facto antiquo, de probat. Felyn. in c. cum causam, nu.5. extra eodem, Alexand. consil.6.num.6.lib.1. & cons. 15 post num.3.lib.5. Aym. de antiq. temp. part.1. in princip. nu. 8. & sect. non omitto, num.25. seqq.* vbi in specie loquitur etiam in præiudicium tertij, *Gabriel. qui alios refert, rubric. de probatio. conclusio.2. numero 54. Cephal. consilio 302. num.3.* * *seq lib.3.* vbi alijs relatis dicit, quod ita tradunt * omnes

107 *in capit. si Papa, de priuileg. in 6. & numero 86.* (vbi † tamen declarat, dummodo non agatur de proprio interesse & commodo Principis asserentis,) *Mandos. ad Lap. alleg.7. litera A, column.3. versicul. limita primo, Mascard. de probat. libro 1 conclusio.139. numero 20. versic. amplia, & hæc optimo,* vbi † etiam declarat, nisi assertio esset fundata super narratiua partis, *& libr.3. conclus.1227. numero*

108 *291.8.* Sed † quodnam in proposito dicatur tempus antiquum, vide Aym. *de antiq. part.1. in princip. nu.1 seqq vsq. ad num.8.*

110 AMPLIA XII. Regulam † multo magis procedere, quando Princeps aliquid assereret ex informatione peripsum habita à fide dignis viris, sic quando dicebat se bene informatum: tunc enim tali assertioni standum est, etiam quod contineat factum alicuius, scitu postalios, quos allegent antiquiores, scripserunt Aym. *de antiq. temp par.1. in princip. num.11.* vbi declarat contrariis, *& sect. propositum, num.9 in fine,* vbi loquitur etiam quod agatur de graui præiudicio tertij, vel tollat ad effectum transferendi onus probandi contrarium in aduersarium, *Gabriel qui alios refert, rubr. de probation. lib.1. conclusio 2. numero 50. Mascard. de probat libr.2. conclu. 621. numero 7. & 8. vbi etiam respondet contrariis, & declarat, quæ casu illa loquantur, & libr.3 conclusio.1227. numero 86.*

111 *Alexand. consilio 100. numero 22. seq. lib.1.* Et † hoc Dec. Cott. & Socialati per Gabr. *d. conclus.2. numero 56. & per Mascard. d. conclus.621. num 8 in princip. & concl 1227 num.*

112 69 *seqq.* contrarium dixerunt, quam † quidem contrariam opinionem omnino ego veram credo, in quo agitur de proprio interesse Principis, *prout vidi Dec. consilio 23. numero 21. in fine, versiculo secundo cum (assis lib.1. cunctis aliis quos retuli infra numero 171.* adducta

113 men pro concordia dicere potes ex Dec. *cons.l. 606. numero 14. sicut illum refert Mascard. dict. conclusio.1227. numero 71.* quod si Princeps asserit se informatum in ijs, in quibus alteri præiudicare non potest, & tunc ei non creditur, & sic procedat hæc secunda contraria opinio, si verò asserit superijs, in quibus alteri præiudicare potest, & tunc creditur, & procedat prima opinio.

114 AMPLIA XIII. Vt † Papæ credatur asserenti quem esse suum Capellanum, Cubicularium, & familiarē, *Gabr. qui alios refert de probatio. lib.2. nu.3. lib.1. Mascar. de pro-*

115 *batio. lib.1. conclus.139 nu.4.* Et † licet contrarium voluerint Bonifac. de Vitalin. *in clemen.1. num.27. seq de probat. Rom 197. in antiquis, prout eos sic refert Gabriel, dict. conclus. 2. num.3. versic. contrarium in hoc, &c.* aduerte tamen, quod Bonifac. eo loci loquitur, quando talis assertio de familiaritate est facta incidenter, & propter aliud, quo casu indistincte ei non statur, *vt dixi infra num.196.* ergo secus si est facta principaliter, & propter se, & ita declarando hanc ampliationem potes concordare contrarios.

116 AMPLIA XIV. Vt † & mandatum probetur ex verbis narratiuis Papæ: sic enim post Ruyn. in pluribus consilijs per eum allegatis scribit Gabriel, *d. concl. 2. num.19.*

117 AMPLIA XV. In assertione Papæ, quod quis sit procurator, vt puta si diceret, quem in suis manibus renuntiasse beneficium per suum procuratorem, nam creditur renūtiantem fuisse procuratorem, etiam quod de mandato non constet, *Ruyn. consil.148. num.7. libr.4. Boer. decis.281. ad finem, Gabriel. qui alios refert, d. conclus.2. num.46. Mascard. d. d. conclusio.139. numero 5. iuncto numero 23.* Sed † aduerte, quod hæc conclusio videtur confundi ex illa alia conclusione, de qua *infra num.152.* quod scilicet assertioni Papæ non statur, vbi agitur de facto alieno, & ideo in specie contra hanc ampliationem, vide quæ refert Mascard. *lib.3. conclus.1227. num.89.* Vnde † pro solutione dicas, quod isto casu statur assertioni Papæ non plene, sed præsumtiue ad effectū transferendi onus probandi contrarium in aduersarium, sic

118 119

AMPLIA XVI. Vt † stetur assertioni Papæ super beneméritis, alicuius etiam quod de illis aliunde non constet, ac etiam quod agatur de præiudicio tertij, *secundum Ias. in consil 2.7. colum.7. versiculo octauo facit, & seq. lib 2. prout illum refert Gabr. tit. de probat. concl.2. num.35. lib.1. loquens, quando benemerita sunt enuntiata, Bero. cons.65. num.6. lib.1. Natta consil.305. num.5. lib.3. Mascard. de probat. lib.1. conclus.139 nu.17. & lib 5. conclus.1227. nu.19. iuncto num.117.*

120

AMPLIA XVII. Vt † multo magis Papæ credatur, quando loquitur dispositiue, sic enim post Oldrad. *in consil 158. Innocentius & episcopus, column.2. versus. tertio vero modo, & Cabellas consil.2. in fin. titul. de priuileg. scripsit Mascard. de probat. lib.3. conclu.1227. num 50 seq iuncto num. 94. in princ.* vbi distinguendo dixit, quod verba Principis, aut sunt narratiua, aut assertiua, aut dispositiua: narratiua non probant, *vt dixi supra nu.192.* assertiua in facto proprio probant, *vt dixi supr nu 92* secus in facto alieno, *vt dixi infra nu.117.* dispositiua vero indistincte probationem inducunt, *addo & Bonifac. de Vitalin. in clem.1 nu.42. de probat.* vbi † etiam idem, si sint prolata per modum causæ.

121 122

AMPLIA XVIII. Vt † assertioni Papæ, seu alterius Principis omnino stetur, quando continent declarationem alterius gratiæ, seu alterius concessionis dubiæ, iam per ipsum factæ: & hoc etiam quod agatur de tertij præiudicio, *vt per Aym. qui alios refert, de antiqu. temp. sect. non omitto, num.28. part.1.* Vbi † hanc ampliationem declarat procedere, dummodo simus in declaratione vera & dubia, quæ scilicet consistat circa ambiguitatem verborum, secus si per eam noua inducere tur dispositio, quia tunc non statur tali declarationi in præiudicium tertij, quod tamen declara, vt in seq ampliatione.

123

AMPLIA Rursus † hanc decimam octauam ampliationē multo magis procedere in beneficialibus, in quibus cum Papa habeat omnimodam potestatem, & etiā sine causa possit quempiam beneficio priuare, ideo eius declarationi statur etiam in præiudicium tertij, etiam ex ea inducatur noua dispositio, dummodo tamen constet Papam ita voluisse, *vt per Aym. sect. non omitto nu 30.* & 31. 34. *seqq.* vbi † pluribus hanc comprobat ampliationem, contra quem licet vigere videantur deducta *per eundem Aym. ibidem n 32. & 33.* Pro † concordia tamen dicas, quod prima opinio procedit de iuris rigore: secunda autem contraria, de honestate & decentia, *vt per Aym. in d. loco, n 37.*

125 126 127

AMPLIA XIX. Vt † assertioni Papæ stetur non solum contra clericum, *vt per Gabr. rubr. de probat. libro 1. conclus.2. numero 63.* sed etiam contra laicum, dummodo subditus sit, *Gabr. eadem conclus.2. numero 23 26. & 27. Mascard. de probat. lib.1. conclus.139. num.12. in fin. versic. quinto amplia.* Et † si contrarium sentire videatur Aym. *dicto amplia.* Et † si contrarium sentire videatur Aym. *dicto amplia. part.1. sect. propositum, post numerum 4. versiculo sexto etiqu. part.1. sect. propositum, post numerum 4. versiculo sexto etiqu. part.1. sect. propositum, post numerum 4. versiculo sexto etiam in bonis subditorum laicorum, &c. infra num.138. & seq.*

128 129

AMPLIA

130 AMPLIA XX. Quia † Papæ assertioni statur, siue sit pura, siue sit conditionalis, siue etiam modalis, *Gabr. d. concl.2.n.10. Masc. d. concl.139. n.6. in fine, vers. quæ ampliatio, qui concordantes referunt.*

131 AMPLIA XXI. Vt † assertioni Papæ stetur non solum in ijs, quæ facti sunt, sed etiam in ijs, quæ iuris sunt, *Socin. cons.87. num.28. lib.3. Gab. d. concl.2. num.21. Mascard. d. concl.1227. num.31. seq. lib.3.* Verùm hæc ampliatio non procedit, quando talis assertio esset contra clarum, & notorium: quia Papæ erranti in jure notorio & claro non est credendum, nisi eius intentio sit de nouo contra illud disponere, *vt per Felyn. in cap. cum à nobis, nu. 3. ad finem, extra de testibus, Gabr. dict. conclus.2. numero 58. Mascard. dict. conclus.1227. num.33.* & an talis confessio recipiat probationem in contrarium, vide infra *vlt. ampliat*

132 AMPLIA XXII. Vt † Papæ assertioni stetur etiam circa cōtractum à se celebratum, *Gab. d. concl.2.n.12. Masc. d. concl.193. post n.11. lib.1.*

133 AMPLIA XXIII. Quia † magis creditur Papæ, quam notario, *Aym. post. Bal. Isern. & Ias. quos allegat in tract. de antiq. temp. sect. non omitto, num.28. Decian. consil. 41. numero 24. lib.2. ex Dec. in consil.445. num.17. Iacobin. de Sanct. Georg. in tract. de feud. §. sed an Princeps, num.9. Gab. qui alios refert, d. conclus.2. num.6. & loquitur etiam quod notarij essent plures, Mascard. d. conclus.139. nu.7. & conclu.1227. num.47.*

134 AMPLIA XXIV. Vt † Papæ, & Principis assertioni credatur non solum de iure communi, sed etiam de consuetudine, *de qua alius relatu per Masc. de prob. lib.3. concl. 1227. nu.119.*

135 AMPLIA XXV. In † tantum credi Papæ ac Principis assertioni, vt contra eam nec etiam admittatur probatio in contrarium, *vt per Anchar. in clem.1. nu.1. vers. tamen dicit glos. de prob. Anton. de But. in cap. cum à nobis, nu. 3. & nu.6 versic. quod nota. & ibidem Aret. num.5. & num.6. versicul. & aduerte, extra de testibus, per text. in cap. quicunq;* 11 *qu.1. Gemin. cons.33. pro examinatione dictorum dubiorum, colum.3 versicu. nec obstat. si dicatur. Cyn. in l. rescripta, in 3. & 4. qu. C. de precibus Imperato offer. Mascar. qui alios refert, in tract. de probat. libr.3. conclus.1227. numer 5 iuncto numero 29. seq.*

136 AMPLIA I. Hanc † vigesimam quintam ampliationem, vt multo magis procedat in assertione de facto proprio ipsius Principis, *Bonifac. in clemen.1. num. 9. & ibi etiam Imol. numer.3. & numero 9. versicul. primo casu, iuncto versicul. breuius loquendo, de probat. Lap. allegat.7. numero 6. versicul. nec admittitur probatio, & ibi Mandos. in addit. litera A, column.1. versicul. amplio, vt non solum, & columna 2. versic. infiro nunc, vbi bene infert Socin. consil.261. numero 27. & num.28. libr.2. Pariscons. 17. num.17. lib.4. Aym. de antiqu. temp. part.1. sect propositum, num.12. in princip. Tiraq. de retract. §.1. glos 14 num.49. in fin. Gabr. qui alios refert, in tit. de probat. concl.2. num 2. vbi quod ita omnes * tenent. in d. clemen.1. Dec. cons.18. num.274. lib.1. Mascard. de probat. libr.1. conclus.139. num.1. seqq. vbi alius relatis testatur de communi * Dd. opinione, vt latius lib.3. conclus.1227. num.35. seqq. vsq; ad num.41. (quicquid in contrarium senserit Socin relatus ibidem, num.76.) Rotam coram Domino Seraphino, in antiq. Portuen. bonorum de Columna, sub die Veneris 14. Martij. 1578. de qua in nouissimis inter diuersas, decis.175. num 5 part 1.*

137 AMPLIA II. Eandem † vigesimam quintam ampliationem, vt pariter multo magis procedat in assertione iuris, *iuxta tradita supra num.131.* contra quam nec etiam admitti probationem directam, aut indirectam, voluerunt Felyn. *in c. cum à nobis, nu.3. vers. quarto nota, &*

138 *propesin. extra de testibus,* vbi † tamen declarat hoc non procedere, quando cōtineret expressum iuris errorem, *iuxta tradita supra num 132. Imol. in clemen.1. num.9 versicul. secus si errauerit aliquid quod consistat in iuris effectu, de probat. Gabr. rubric. de probat. lib.1. conclus.2. num.21. iuncto numero 37. Mascard. de probat. lib.1. conclus.139. num.8. versic. hanc tamen ampliationem, iuncto nu.19. & lib.3. concl.1227. nu. 31 seq.*

AMPLIA III. Vt † nec recipiat probationem in contrarium assertio Papæ de facto alieno coram ipso gesto, *vt per Felyn in cap. cum à nobis, num.2. vers. sed aduerte, iuncto versic. quod autem Papa, extra de testibus, Gabr. d concl. 2. num.18. in princ. (licet contrarium referat, nu 8. ver. contrarium tenet) Mascard. d. concl.139. nu.12. ver. conciliando ergo. lib.3.* 139

AMPLIA IV. Vt † multo minus assertio Papæ recipiat probationem in contrarium, quando idem Papa sic in assertione disponit, iuxta ea quæ scripsi *supr. nu.121. seq.* & in specie voluit Gabr *d. concl.2. nu.38. ex Gramm. dec. 65. nu.60. Mascar. d. concl.139. post nu.19. vers. quam limitationem, &c.* 140

LIMITA I. Hanc † vigesimam quintam ampliationem, quia licet Papæ assertio non recipiat contrariam probationem directam, recipit tamen per indirectum, puta probando aliquid quod eneruet vires ipsius assertionis, & gratiæ. *Felyn in c. cum à nobis, sub num 4. extra de testibus, vbi huius limitationis ponit exemplum, Anchar in clem.1. num.1. vers. tamen dicit gloss. de probationibus, vbi pariter hanc limitationem pluribus similibus comprobat. Imo. in d clem.1. num.8. & 9 vers. quod intelligo, habemus gloss. in d. clem. 1. in verbo, fecisse probamus, quam sequuntur communiter * Dd. * teste Gabr. d. concl. 2. nu.36. Mascard. d. concl.129. num.17. & conclus.1227. num.41. vbi pariter exemplificat, declara hanc limitationem non procedere in assertione iuris, vt dixi sup. num. 137. seq.* 141

LIMITA II. Hanc † eandem vigesimam quintam ampliationem, quia Papæ assertio semper recipit in contrarium eam probationem, quæ vel notoria sit, vel etiam resultet ex propria confessione ipsius asserentis, *vt per Bonif. in clem.1. n.43. in fi. & seq. de probat. Rom cons.350. n.18. seqq. Ceph. consil.302 n.73. lib.3.* vbi de probatione per euidentiam facti, *Masc. d. concl.1227. n.42. seqq.* vbi plurib. hanc exornat limitationem, & † facit quod scripsit Aym. *de antiq. temp. part.1. sect. propositum, n.12.* volens quod Principis assertio, etsi non recipiat in contrarium probationem probandā, puta per testes, recipit tamen probationem probatam, puta per scripturam, cuius † tamen contrarium in hoc vlt. defendit Aret. *in d. c. cum à nobis n. 6. vers. aduerte etiam.* 142 143 144

LIMITA III. Ampliationem † procedere in assertione Principis non recognoscentis superiorem, vnde secus in inferiore recognoscente superiorem, huius enim assertionem admittere contrariam probationem voluerunt, post alios quos allegant, *Cephal. d. consil.302. num.72. Gabriel. dict. conclus 2 numero 17. & numer.18 versic. secundo dicam, Mascard. d. conclus.139. num.12. & dixi supra num.92.* 145

LIMITA IV. In † assertione Principis super facto alieno, cui non statur, quando constat de contrario, *vt non de antiqu. tempor. parte 1. sect. propositum, numero 10. Gabr. dict. conclusio.2. numero 59. Cephal. consilio 302. numero 73. seqq. libr.3.* Et † propterea contra eam admitti contrariam probationem scripserunt Anchar. *in clement 1. numero 1. versiculo quandoq; talia verba, & ibi Imol. numero 2. in fine, versiculo vnde tunc admittitur probatio, & numero 9. column. penult. in princip. versiculo secundo casu, de probat. Tiraqu. de retract. §.1. gloss.14. numero 49. in fin. Gabriel d. conclus.2. num.18. Aym de antiq. temp. part.1. sect. propositum, num.14.* vbi præsertim, quando Papa ex tali probatione contraria non redargueretur de mendacio, puta si tale quid asseruerit ex informatione alterius, *Decian consilio 18. numero 274. lib 1. Mascard. de probat libr 1. concl 139 num.12. versic. conciliando ergo supra. lib 3 concl 1227.* 146 147

num.

nu.35.seq.vsq; ad numerum 41. vbi pluribus hanc limitationem exornat.

148 LIMITA I. Propositam † huius tertij capitis regulam volentem, Principis assertionem plenam inducere probationem, vt illa quidem procedat, vel in præiudicium ipsius Principis asserentis, *iuxta scripta per Lap. alleg. 7. numero 7. versicul. quia non est verum, nisi ad præiudicium nominantis, Dec. consil. 59. num. 23. libr. 2. Ioseph. Ludou. concluſ. 14. illat. 42. versic. assertioni tamen principis, cum allegatis per eos.*

149 Vel † vbi de nullius præjudicio agitur, & sic in ijs, quæ omnino à Principis voluntate, & potestate dependent, *iuxta tradita per eundem Lapum, dict. alleg. 7. numero 1. versic. & quia talibus literis non præiudicialibus, Aym. consil. 1. num. 8. & de antiq. temp. part. 1. sect. propositum, num. 5 & 6. Gabriel, qui alios refert, lib. 1. titul. 1. de probat. conclus. 2. nu-* uero 57.

150 Vel † etiam vbi de modico agitur præiudicio, *ad trad. per Felyn. in capit. cum á nobis, num. 2. versiculo & tunc ſi materia non est multum præiudicialis, & ibi etiam Arer. num. 11. extra de testibus, Corn. consil. 22. sub num. 8. lib 3. Ruyn consil. 222. numero 6. lib. 1. Dec. consil. 196. columna fin. Aym de antiq. part. 1. in princip. num 13. Nouell. reg. 133 nu 12. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 621. num. 10. lib. 3 conclusio 1227. num. 73.*

151 Vnde † secus, quando tractatur de graui alicuius præiudicio, & sic in ijs, quæ non dependent à Principis voluntate, & potestate: tunc enim non est standum assertioni illius, siue respiciat factum alienum, *vt per Arer. in capit. cum á nobis, num. 12. extra de testib. Cephal. consil. 302. numero 7. lib 3. Decian. consilio 92. numero 15. ad medium, libr. 2. Menoch consil 190. num. 20. seq. libr. 1. Tiraq. in Sole in suo consilio 1. num. Crim. numero 51. versic maxime quando agitur, vbi plures refert concordantes, Corrad. in pract. q. 2 de offic. prætor. in causse nul. titul. de testibus, rubric. de testium assumendo, in princip. fol 15 columna 2. numero 5. an 32. limitatione, Mandos. ad Lapum, dict alleg. 7. litera A, columna 2. versicul. limita. 3. Ockam. Oſa. de cis. Pedim 122. numero 4. versicul. limita. 3. Ockam. Oſa. de cis. Pedim 122. numero 4. Mascard de probat. libro 3 conclus. 1227. numero 100. seqq. & numero 106. post prin. ip. iuncto numero 111. vbi alios eiam plures refert, & testatur de rationabilitate, & æquitate opinione.*

152 Siue † etiam respiciat factum proprium, *vt per Ancharan. consilio 398. in fine, cum alijs pluribus relatis per Gabriel. rubr. de probation. conclus. nume 13 libr. 1. Aym de antiq. tempor. part. 1. in princip. num. 16. seq. vsq; ad num. 43 tuncto numero 29 & pluribus seqq. & sect. non omitto, num. 22 & sect. propositum, numero 4 versicul. solum enim procedit. & num. 9. vbi testatur ee magis * communi opinione, & dictus locus pluribus hanc conclusionem comprobat Bruner. in Sole in suo consil. Decrimin. numero 49. vbi etiam plures in idem allegantur, Decian. consil. 23. sub numero 6. & consil. 18. numero 272. versic. imo neg, si Princeps, libr. 1. Mascard. de probat. lib. 1. concluſ. 139. num. 13.*

153 Et † hæc opinio sine dubio mihi videtur magis com- * muniter * à Dd. recepta, & si contrarium, quod imo Papæ assertioni stetur, quando præsertim tangit factum proprium, etiam quod agatur de præiudicio tertij voluerunt Corn. *in consil. 22. colum. 3. libro 3. prout illum refert Aym. de antiquit. temp. part. 1 in princip. numer. 9 ad finem, in uncto num. 23. seq. vsq; ad num. 29. vbi plures alios in hanc eandem contrariam sententiam refert Dd. Dec. & Ang. Rom. & alij pariter relati per Tiber. Dec. conſ. 35. nu. 20. lib. 2. Mentuccll. in suo repertorio testium, rubr. impugnat. test. quia vnus fol. 187. colum. 1. versic. pen. & per Mascard. d. concl. 1227. num. 107. seq.*

154 Et † licet in hac contrarietate Felyn *in cap. cum á nobis, num. 2 extra de testibus*, distinguendo dixerit, Papæ assertioni credi, etiam in præjudicium tertij, saltem ad effectum transferendi onus probandi contrarium in aduersarium, secus autem, vt contrariam probationem non admittat: quod & idem post Menoch. quem allegat, voluit Mascard. *d. concl. 1227. nu. 109. & 110.* (vbi etiam *in d. n. 109.* aliam affert distinctionem, quę mihi nullatenus satisfacit.) Ego † tamen propositam limitationem credo veriorem, etiam quoad transferendum probationem contrariam in aduersarium: nam nec isto respectu crederem stari debere assertioni Principis, vbi agitur de præiudicio tertij, secundum magis communem, de * qua per Aym. *de antiq. temp part. 1. sect. propositum, num. 9. & per Ceph. conſ. 302. nu. 80. libr. 3. & dixi iterum infr. num. 169.*

155

156 SVBLIMITA Hanc † primam limitationem, non procedere in sex casibus ꝫ iam positis, in quibus probari Principis assertionem probare etiam ad tertij præiudicium. Primus est in assertione facta motu proprio, & ex certa scientia, *vt dixi sup. nu. 182.* Secundus est in antiquis, *nu. 106 seqq.* Tertius, quando Papa asserit se bene de facto informatum, *ne 110 seqq.* Quartus in assertione super bene meritis, *num. 120.* Quintus in assertione continente declarationem rei dubiæ, *nu. 123. seqq.* Sextus est casus, de quo dixi *supr. nu. 185.* in spiritualibus, in quibus Papæ assertioni creditur etiam ad tertij præiudicium, *vt ibi dixi.*

157 LIMITA II. Eandem † propositam regulam, vt procedat in assertione Principis in facto proprio, *iuxta tradita supr. numero 92. in 5. limitatione*, secus autem si respiciat factum alienum: nam tunc nullatenus videtur ei credendum, *secundum Imol. in clemen. 1. numero 9. colum. penult. versic. idem tenet Guil. iuncto versicul. sequ. incip. D. Anton. in hoc articulo &c. de probat. Aym. de antiqu. tempor. part. 1. in princ. numero 9. vbi alios refert Ossasc. decis. Pedem. 122. num. 4. Tiraqu. de retract. §. 1 gloss. 14 numero 49. vbi alios cumulat, Gabriel, d. concluſ. 2. numero 43. in princ. de probat. libr 1. Decian. consil 92. numero 15. versicul. vix enim fuit Papa. libr. 2. Mandos ad Lap. alleg. 7. litera A, in prin. versic. secundo vero minime, & colum. 2. versicul. vel tertio posse dici, vbi testatur de communi, * & magis communi opinione, ex Socin. quem allegat. in consil. 20. sæpe numero 12. versic. sed* 158 *magis communis opinio inter consilia Curtij Senioris, & rursus idem Mandos. dicta columna 2. in fin. versicul. si vero Passes idem Mandos. dicta columna 2. in fin. versicul. si vero Passes, vbi refert, Menoch consilio 100. numero 18. seqq. libro 1. Mascard libro 2 conclus 621. num. 3. versic. stud amplia, vbi alios citat, & lib 3 concl. 1227. nu 55. seqq. vsq; ad nu. 41 & melius citat, & lib 3 concl. 1227. nu 55. seqq. vsq; ad nu. 41 & melius, num 35. seq. vsq; ad nu. 60. vbi testatur de receptissima opinione, * & plures huius limitationis affert rationes, & hanc dubio hæc limitatio magis communiter * à Dd. * recepta est. Et † si contrarium senserint relati per Gabriel, *dict. conclusio. 2. numero 45. per Mascard. conclus. 139. num 22. versi. sunt & alij, & per Decian conſ. 41. nu. 24. lib. 2.*

159

AMPLIA Hanc † secundam limitationem, vt procedat, etiam quod Princeps fundet se super assertione facti alieni, adhuc enim illi plene standum non esse affirmarunt Imol. *in d. clem. 1 num 9 colum. penult. vers. tenet Guil. & Andr. in regula, & c. Cellar consil. 2. incip. de scripta. Oldrad. consil. 258. columna 3. Parisien. 15 num. 14. volum. 4 quos refert Mascard. conclus. 1227. nu. 60* vbi amplius, quod ita clarissime sentiunt omnes * Dd. præcitati supra in limitatione.

160 Contrarium, † quod assertioni Principis stetur etiam super facto alieno, quando princeps in ea fundat intentionem suam, voluerunt Alph. & alij relati per Mascard. *d. concl. 1227. nu. 16. & Zabar. in clem. 1. nu. 1. versi. quandoq; talia verba, & ibidem Card. Zabarel. post n. 8. vbi de veriori opinione, de probat. Lap. allegat. 7. n. 2. in fin. faciunt etiam quæ posui infr. nu 199.*

161 SVBLIMITA I. Hanc † secundam limitationem, vt licet Principis assertio non faciat plenam probationem, quando respicit factum alienum, bene tamen facit aliquam

quam præsumtionem, *ex relatis per Gabr. d. conclus. 2. nu. 53.*

162 Imo, & † semiplenam probationem, ex pariter relatis per Gabriel. *d. concl. 2. n. 48. Imo. in d. clem. 1. nu. 9. col. penult. ante medium, versi. illud tamen credit, de probat.* sed an ista præsumtio, aut semiplena probatio transferat onus probandi contrarium in aduersarium, *vide in seq. sublimitatione.*

163 SVBLIMITA II. Eandem † secundam limitationem, quia & ii Principis assertio super facto alieno plene probet, transfert tamen onus probandi contrarium in aduersarium, sicut affirmarunt gloss. *in clem. 1 in verbo, fecisse, versicul. satis puto, & ibi Imol. numero 6. in d. vers. si vero sunt de facto alieno, & numero 9. columna penult. versic secundo casu, de probatio.* Felyn. *in cap cum á nobis, numero 2. versic. sed aduerte, extra de testibus, Lap. alleg. 7. numero 2. versic. in narratis de facto alieno, & ibi Mandosa litera A, column. fin. versicul. limito tertio, Angel. consil. 368. numero 2. Roman. consil. 369. numero 38. consil. 191. numero 4. & ibi Mandos. in addit. litera C, versic. te tio fallit, Gemmianus consilio 15. numero 8. versicul. quia verba, Socin. consilio 87. numero 19. versicul. quoniam pro assertione principis, libr. 3. Ruin conſ. 103. post numerum 12. versi. sed imo sufficere debent, lib. 5. Alexand. consil. 15. numero 2. lib. 5. Fas. consi. 34. numero 9. lib. 1. Aym. consilio 135. num. 42. & de antiqu. temp. part. 1. in princip. numero 14. vbi alios refert Grammat decis. 65 num. 59. Gabr. rub. de probat. lib. 1. conclu. 2. numero 43. in prin ip. vbi alios refert Menoch. consil. 100 numero 25 lib. 1. Mascar de probat. lib. 1. conclu 139. num 21. seq. & lib. 2. concl. 621. numero 11. & lib. 3. concl. 1227. numer. 74. vbi adducit plures ex nos concordantes.*

164 Et † hanc limitationem procedere, etiam quod Princeps loquatur per verba generalia & incerta, *Bal. in conſ. 238. num. 8. post vers. porro in principe, lib. 1. Aym. de antiqu. temp. part. 1. in princ. numero 14. in fin. Mascard. d. con l. 621. num. 12.*

165 Contrarium, quod † Principis assertio in facto alieno, nec etiam transferat onus probandi contrarium in aduersarium, affirmarunt Bonif. *in clemen. 1. numero 32. in fine.* vbi quod ita seruat Curia Romana, *& ibidem Anchar. numero 1. vers. si autem talem assertionem faciat, Zabar. numero 10. versicul. si autem ad petitionem alterius, de probat. Gabriel. qui alios refert, d. concluſ. 2. numero 43. versicul. contrarium quod imo, &c. vbi de communi opinione, Mascard. de probat. libro 1. conclus. 139. numero 22. in simili versiculo contrarium, quod imo, &c. vbi etiam de communi, ex Curt. quem allegat consilio 20. & libr. 3. conclus. 1227. num. 65.* (75.)

166 Et † hanc contrariam opinionem multo magis procedere, quando assertio contineret factum verisimiliter à Principe ignoratum, quia tunc eo minus transfert onus probandi contrarium in aduersarium, affirmarunt Bald. *in conſ. 359. n. 2. vers. item in concessis, lib 1. Aym. de antiq. temp. in princip. n. 15. Masc. d. concl. 621. nu. 13. & d. concl. 1227. n. 100.*

167 In † hac Dd. contrarietate reperio Ioseph. Ludouic. *corol. 14. illat. 42. vers. ego autem, in fin.* distinguentem, quod si agatur de interesse Principis asserentis, tunc eius assertio super facto alieno non transferat onus probandi contrarium in aduersarium, & ita dicit esse magis * communem * Dd. opinionem, & secundum istos terminos potest procedere hæc secunda contraria opinio: si vero de Principis interesse non agatur, & tunc procedat prima opinio, volens per talem assertionem transferri onus probandi in aduersarium, & hanc dicit * esse veriorem, & pariter magis communem * Dd. sententiam.

168 Sed † certe hæc distinctio in totum comprobat primam opinionem, quia quando Princeps habet interesse: tunc indistincte non standum eius assertioni, *vt mox dicam in 3. sequent. limitatione*, nec verum est, quod Docto-

res relati ꝫ pro secunda opinion. *n. 163.* loquantur, quando Princeps habet interesse, quia imo loquuntur etiam nullo dato interesse, & tamē volunt non transferri tale onus, prout etiā nec verum est, magis communiter esse Doctorum sententiam, quod semoto interesse talis assertio transferat onus probandi in aduersarium, quia imo pro contraria opinione stant plures Dd. testantes de communi, & seruata in Curia opinione, *vt eos retuli sup. d. num. 165.*

Ideo † & melius crederem dicendum, quod prima opinio, & sic proposita limitatio procedat, vel vbi non agitur de alicuius præiudicio, vel si agatur de præiudicio alicuius, aliud leue sit. Secunda autem opinio procedat, vbi de graui agitur præiudicio, *iuxta ea, quæ late posui in 1. precedenti limitatione, numero 148. seqq.* Et sic primo casu assertio Principis super facto alieno transferat in aduersarium onus probandi contrarium. Secundo autem casu non, *sic enim in specie reperio distinguentem Ceph. al. consilio 302. numero 80. lib. 3 & ante eum Aym. qui de magis communi *, Dd. sententia est tenenda in tract. de antiq. * tempor part. 1. sect. propositum, numero 9. & dixi etiam supra num. 155.* 169

SVBLIMITA III. Hanc † secundam principalem limitationem non procedere in quatuor casibus ꝫ positis, in quibus Principis assertio plene probat, etiā quod respiciat factum alienum. Primus est quando continet factum alienum coram ipso gesto, *vt dixi supra num 98. seqq.* Secundus est in assertione facta motu proprio, *nu. 101. seqq.* Tertius est in antiquis, *nu. 106 seqq.* Quartus est, quando Princeps asserit, se bene informatum, *nu. 110. seqq.* 170

LIMITA III. Regulam † non procedere, quando agitur de causa propria ipsius Principis, vel de eius commodo, aut interesse: tunc enim illius assertioni minime standum esse scripserunt Gabriel. *rubr. de probatio. conclus. 2. num. 65. Aym. de antiq tempo. part. 1. in princip post numerum 18. versicul. dic, quod non, & numero 18. vbi exemplificat in Principe asserente, Castrum ad se pertinere, & Oldrado in consilio 270. in quæstio. proposita, in 2 dubio. idem Aym. in eod. tract. de antiqu. ead part. 1. sect. non omitto, num 27. in fin. & sect. propositum, num. 4 ad med.* vbi proprie a, quod creditui Principi asserenti sibi factam donationem, *Mascard. de probat. libro 1. concl 261. post numer. 8. Dec. conſ. 25. numero 80. lib 1. ex Dec. quem allegat. in consilio 448 numero 60. ſq & consil. 463. numero 10. & Aym. in consil. 175. numero 11. Ioseph Ludou d. conclu. 14 illat. 42. versquando autem tractatur de interesse, vbi alios refert idem Mascard. vbi supra, libr. 3 con luſ. 1227 numero 114.* Et † licet contra hanc limitationem senserint Felyn *in cap. post cessionem, numero 17. de probat Moncad. ad Cyr in tractat. de testib. nu. 217 litera G,* & faciant de ducta per eundem Ludou. *d. conclus. 14. d. illat. 42 versi. ego autem, in prin ip.* Non per † hoc tamen ab ea recedas, quia vt vides magis communiter * à Dd. recepta est, & habet locum, etiam quod simus in antiquis, *vt dixi sup n. 107.* item etiā quod Papa asserat, se bene informatum, *vt pariter dixi sup a num. 112.* 171 172 173

LIMITA IV. (Et † hæc limitatio venit illatiue ex præcedenti) vt nec Papæ, ac Principis assertioni stetur, quando is dicit aliquem rebellem, seu alias delinquentem, vel tale quod enunciet, per quod aliquis veniat priuandus feudis, vel bonis: tunc enim agitur de proprio interesse ipsius Principis, ideo non est credendum, iuxta tradita in præcedenti limitatione, & in specie scripserunt Gig. *de crim læsa maiest. libro 2. rubric. quomodo & per quos crimen læsa maiestatis probet. quæstio. 19. Plot. in l. si quando, numero 762. versicul. nam. ut in de iure, Cod. vnde vi, secundum antiquam impressionem, Aym. de antiqu. tempo. part. 1. in princip. numero 15. seqq. vsque ad numero 25 iuncto numero 29 & seqq. pluribus, vbi respondet con-* 174

rariis, & sect. propositum, num. 8. vbi idem, quod nec creditur Principi asserenti, priuasse aliquem propter demerita, Ruyn. late in consilio 30. libr. 5. & consil. 41. numero 12. & consilio 46. numero 10 & consilio 175. numero 8. libr. 1. Dec. consil. 810 n. 9. & consil. 445. nu. 60. sequ. Aym. consil. 18. nu. 1. & consilio 193. numero 4. Cephal. consilio 302. numero 83. seq. libr. 3. Gabriel. conf. 179. numer. 5. part. 1. Brunor. à Sole in suo consil. crimin 1. num. 144. in fine, & num. 145. Decian. conf. * 23. num. 6. lib. 1. vbi quod hæc est communis * opinio, & bene ex- ornat hanc limitationem Menoch. consilio 100. numero 26. * tanto nu. 30. vbi quod hæc est recepta Dd. * sententia, ls. et eam non æquatur, vt mox illam referã, Gabriel, lib. 1. rub. de probatio. concluſ. 2. num. 29. & numero 31. vbi alias relatis concordantibus, de reprobatis contrarijs, testatur de veriori opinione, & eam pluribus comprobat Clar. in pract. §. final. quæstio. 53. post versicul. sed quid si aliquis, vbi ex Socin. inter consilia Curt. Sen. consilio 20. post numero 12. facit generalem conclusionem, quod quando agitur de magno tertij præiudicio, non creditur testimonio solius Principis contra reum, Mascard. de probat. libro 1. conclusio. 139. numero 15. & libro 3. conclusio. 1257. & numero 4. & 1217. numero 101. seqq. vbi pluribus hanc limitationem exornat, & comprobat Ioseph. Ludou. conclusio 14. † erficinfertur 42. tuncto versiculo quando tamen, ad fin. & quidem ex præallegatis, & ex allegatis per eos negari non potest, hanc limitationem
175 magis communiter * à Dd. receptam esse: & † si con- * tra eam multa scripserit Menoch. d. consil. 100. num. 26. & seqq. vsq; ad num. 32. (vbi tamen admittit contra hanc assertionem probationem in contrarium,) & faciunt etiam adducta per Decian. in consilio 42. numero 22. & seq. libr. 2. & etiam idem pariter contra senserint plures alij Dd. relati per Gabri. d. concluſ. 2. num. 30 seq. per Aym. de antiq. tempor. part. 1. in princip. num. 23. seq. ad num. 29. per Gabriel. d. qu. 53. eodem versicul. sed quid si aliquis, ibi, aliud ero, &c.

176 SVBLIMITA I. Hanc † quartam limitationem, vt procedat in assertione Papæ, vel Principis de auditu ab alijs: tunc enim illi standum non est, vt per Clar. d. quæst. 53 sub vers. sed quid si aliquis, vbi dixit quod si Princeps asserat aliquid, quod ipse intellexerit coram alijs fuisse gestum, & tunc non est ei soli credendum, quia posset esse, quod male ab alijs fuisset informatus, & hoc casu duo concurrerent specialia: Primũ, quod vnico testi crederetur: secundum, quod crederetur testi de auditu alieno, quorum vtrumque est contra communes regulas. Vnde secus, inquit ibi Clarus, quando Princeps propriis oculis aliquid se vidisse testatur, quia tunc illi soli cre-
177 ditur, etiam quoad condemnationem. Quod † ego verum credidicim, nisi de Principis particulari interesse ageretur, puta de priuãdo delinquentem bonis, vel feudo. Nam tunc illi soli crederetur, (vt eadẽ ratione Clarus, putat) quia duo concurrerent specialia, vnum quod vnico testi, alterum quod testi habenti in causa interesse crederetur contra communes regulas. Et sic sublimitatio videretur intelligenda, non, quando agitur de pœna priuationis feudi, vel cõfiscationis bonorum, prout sunt termini nostræ limitationis, sed quando de alia.

178 SVBLIMITA II. Eandem † quartam limitationem non procedere, quando Princeps assereret, sibi constare de notorio, & inexcusabili delicto, quia tunc tali assertioni videtur omnino standum, Gabr. rubric. de probat. libr. 1. concluſ. 2. numero 32. ex Gramm. quem allegat. decis. 65 num. 60. Menoch. consil. 100. num. 22. & 23. lib. 1. Mascard. de probat. libr. 1. concluſ. 139. num. 15. vers. misi asserat sibi constare de notorio, & lib. 3. concluſ. 1227. num. 76. relatis per Dec. cons. 23. num. 15 libr. 1. Clar. in pract. §. fin. d. q. 53. vers. sed quid si aliquis, vbi dicit, quod si Princeps assereret, aliquid sibi constare ex relatione Principum sibi facta, & rem esse adeo notoriam, vt non indigeret probatione, & resciberet motu proprio: tunc vtique esset tali assertioni credendum, secundum fere omnium * opi- * nionem, vt dicit Socin. in consil. 87. post nu. 19. libr. 3. saltem quoad hoc, vt parti transferatur onus probandi contrarium.

Sed † certe, sicut Clarus eo loci hanc sublimitationẽ 179
affirmare non audet: ita & ego valde de illius veritate dubito per plura fundamenta. Primò, quia, vt in specie considerat Dec. in consil. 606. num. 13. & 14. multa dicuntur notoria, quæ non sunt, & propterea nõ debere credi etiam Imperatori asserenti de notorio, probat tex. in clem. pastoralis, de re iud. Secundò facit, quia si de notorietate esset standum dicto Principis, vtiq; esset in eius facultate simplici verbo aliquem sine causa, sine citatione, & sine causæ cognitione iure suo priuare, & propterea, ꝙ nec etiam Papæ asserenti de notoria rebellione credatur, consuluit Ias. in cons. 86. n. 7. lib. 3. Tertiò ea ratione, qua non creditur Principi asserenti quem deliquisse ad effectum illũ priuandi feudis, aut bonis nempe propter asserentis commodum & interesse, eadem etiã ratione, nec etiam debet credi asserenti illud idem delictum notorium, cum semper vrgeat illud idem interesse. Quarto, si isto casu Principi crederetur, plura concurrerent specialia contra l. 1. C. de dot. promiss. cum alijs relatis, per Bar. in l. si rem aliquam. ff. de acqui poss. Primum, quod vni soli crederetur contra l. vbi numerus ff. de testib. Secundum quod crederetur testi de auditu alieno, contra text. in c. licet ex quadam, extra eodem. Tertium quod crederetur testi in causa propria, contra text. in l. nullus, ff. de testibus. Quartò quod testis parte non citata deponens plenum faciat præiudicium, contra tex. in c. causam quæ, extra eod. his nempe, & aliis fortissimis rationib. latius deductis per Decian. in cons. 23. n. 16. seqq. lib. 1. propositam secundã sublimitationem minime veram credo, tu tamen melius cogita.

SVBLIMITA III. Dictam † quartam limitationem 180
in beneficialibus, in quibus cum l'apa habeat omnimodam & liberam potestatẽ, etiam sine causa quem beneficio priuandi, hoc ideo ad istum effectum, Papæ assertioni super debito clerici standum esse scripserunt Fel. in c. cum a nobis, n. 3. vers. quarto nota. de testib. Gab. d. concl. 2. n. 33. Masc. ar. d. con l. 139. post n. 16. lib. 1.

SVBLIMITA IV. In † assertione Principis facta cum 181
consilio & subscriptione quæstoris, Gabr. d. concl. 2. num. 24. & Afflict. in decis. 166. num. 7. late Roland. consil. 1. num. 84. seqq. libr. 2. vbi pluribus hanc sublimitationem exornat.

SVBLIMITA V. Quando † ageretur de modico pe- 182
iudicio, pro vt est inquirere, & procedere contra reum, quia tunc Principis sola assertio super delicto plene probat contra reum ad istum effectum, prout dicit Clar. §. fi. q. 53. vers. sed quid aliquis in prima. Et † propterea asserenti ali- 183
252 *codicillis, Conrad dict fol.113.nu.3.in 5.casu.* Et † pariter in donatione causa mortis, quinque requiri testes, probat text.*in l.fin.C.de don caus.mort. Speculat.vbi supra, nu.2. Federic Schenck vbi supra, nu.58 in fine, vers.ita quoque, Nepos de Monte Alb.vbi supr.nu.86. Nell.d.nu 84.vers.in donatione causa mortis, Lanfran.post dict.nu.28. vers.& in donatione, Conrad.vbi supra in 6.casu, Dec.cons.3.nu 3 lib.1.*

253 LIMITA V. In † depositio pecuniæ, vel alterius rei excedentis libram auri, in quo tres requiri testes, probat text.*in Auth.de instrumen.cautel.& fide, §.si quis igitur, & in auth.si quis vult, C.qui potior.in pign.hab. Speculat. in tit. de testi, §.restat, num.5.vers.item in pecuniæ depositione, Nepos de Monte Alb.in tract.de testibus, num 87.& 88.* (Vbi tamen declarat limitationem procedere, quando depositum fit per priuatam scripturam secus si per publicam, quia tunc duo sufficiunt, *vt in §.oportet, in auth.de fide instrum.*) *Federic.Schenck in tract.de testib.nu.60. Nell de testibus, nu 84.vers.in depositione, Conrad.in pract.§.2.de offic. prætor.in caus.ciuil.tit.de testibus, rubr.de test.assumen.in princ. nu.3.in 11.casu fol.113.*

254 LIMITA VI. In † confessione inuentarii, in quo tres requiri testes, probat text.*in auth.de hæred. & Falcid.§.si vero ab hinc, & §.sancimus, & l.sancimus, §.si vero dubius, C.de iure deliber. Specul.in tit.de teste, §.restat, nu.5.vers. item in inuentarii confectione, Nepos de Monte Alb in tract.de testibus, nu.89. Feder.Schenck in tractat.de testib nu.64. Conrad.in pract.§.2.de offic.prætor.in caus.ciuil tit.de testibus, rubr. d.test.assumen. fol.114.col.1 in princ.in 15.casu*, & dixi latius in meis quæstionibus ciuilibus, suo loco.

LIMITA VII. In † purgatione episcopi, in qua requiruntur duodecim testes, *cap.omnibus, in fin.11.qu.5.*
255 *item in purgatione presbyteri, septem, cap.si legitimi, eadem causa, & qu.item in purgatione Diaconi, tres, d.c.legitimi. Spec.in tit.de teste, §.restat, nu.5. Nell.de testib num.84. vers.in purgatione, Conrad.in pract.§.2.de offic. prat. in caus.ciuil.tit.de test.b.rubr.d.test.assumen.in prin.nu.3.in 8.casu f.113.*
256 LIMITA VIII. In † scriptura priuata, in qua tres requiri testes, probat text.*in l.scripturas, C.qui potio.in pig.*

hab. sed hodie duo sufficiunt, *c.quoniam contra, de probat. Spec.in tit.de teste, § restat, nu.5.vers.item in scriptura, Conrad. in pract.§.2.de offic.prætor.in caus.ciuil.tit.de testib.rubr.d.test. assumen.in prin.num.3.in 12.casu, fol.113. Viu.in commun.opin. verbo, testes in scriptura priuata*, sed de hoc latius dixi in quæstionibus ciuilibus, in suo loco.

LIMITA IX. In † interruptione præscriptionis, ad 257
quam probandam pariter tres requiruntur testes, *cap.placuit, §.hac de præscriptionibus, in fine, 15.quæst.3. Specul. in tit.de teste, §.restat, num.5.vers.item in interruptione, Nell. de testibus, nu.84.vers.in interruptione, &c. Conrad.in practic. §.2.de offic.prætor.in caus.ciuil.tit.de testibus, rubr.d.test.assum. in princ.fol.113.in 13.casu.*

LIMITA X. In † ventre inspiciendo, in quo tres 258
adhibentur obstetrices, sed duæ probant prægnantiam mulieræ id negante: si vero fatetur, vnica tantum sufficit, *l.1.in princ.iuncto §.de inspiciendo, ff.de vent.inspicien. Spec.tit.de teste, §.restat, nu.6.Nell.de testibus, num.84.versic. tres obstetrices, Conrad.in practic.§.2.de offic.prætor.in caus.ciuil.tit.de testibus, rubr.d.test.assumen.in princip.nu.3.in 19.casu fol.114.*

LIMITA XI. In † diuortio, in quo septem requiri te- 259
stes, probat text.*in l.nullum, ff.de diuor. Speculat.in titul. de teste, §.restat, num 6.in fine, vers.item in diuortio, Nepos de Monte Alb.de testibus, num.92. Nell.de testibus, num.84. vers.in diuortio, &c. Conrad.in pract.§.2.de offic.prator.in caus. ciuil.tit.de testib.rubr.dicta testium assumendo, in princ fol.114. in 22.casu.*

LIMITA XII. Quia † statuto, vel consuetudine fie- 260
ri potest, vt plures quam duo in aliquo actu, vel ad illius probationem requirantur testes, vt plene per Madal.*in tract.de num.testium, cap.1.nu.13.in princ.& num.20. seqq.& nu.23.seqq.*

LIMITA XIII. Vltra † hic expressos casus in pluri- 261
bus aliis casibus, in quibus plures quam duo requiruntur testes, & de quibus lectorem remitto ad Specul. *tit.de testibus, in dict.§.restat, in princip.& num.1.seqq.vsque ad num.7. Nepos de Monte Alb.in tractat.de testibus, num.84. sequentibus, vsque ad numer.99. Federic.Schenck de testibus, num.57. seqq. vsque ad num.67. Nell.de testibus, nu.84.& 85. Conrad.vbi supra, dict.fol.113. num 3.per totum, Monticell. in suo repertor.test.rubr.impugnantur testes, quia non sunt in numero sufficientes, fol.272.& sequent.in discursu, Madalen.in tractat.de numero testium, cap.1.num.11.vbi remissiue.*

LAVS DEO.

Finis Tituli de Oppositionibus contra Personas testium.

PROSPERI FARINACII
IVRISCONS. ROMANI,
VARIARVM QVÆSTIONVM ET COMMVNIVM OPINIONVM Criminalium,
LIBER TERTIVS.

De Oppositionibus contra Dicta Testium. Titulus VII.

ARGVMENTVM.

De testium singularitate.

SVMMARIA.

Ordo quæstionis, num.1.
Singularitas quid sit, n.2.
Singularitas duplex, obstatiua scilicet, & adminiculatiua, nu.3.
Sed magis communiter Dd. dicunt esse triplicem, obstatiuam scilicet, adminiculatiuam, & diuersificatiuam, n.4.
Singularitas obstatiua quæ dicatur, n.5.
Singularitas adminiculatiua quæ dicatur, n.6.
Singularitas diuersificatiua quæ dicatur, n.7.
Singularitas testium inducitur per quatuor causas, videlicet efficientem, formalem, materialem, & finalem, n.8. Vbi ponuntur exempla omnium istarum causarum.
Singularitas inducitur vel ratione personæ, vel ratione causæ, vel ratione rei, vel ratione temporis, vel ratione loci, vel ratione circumstantiarum, n.9.
Singularitas inducitur ex decem prædicamentis, videlicet substantia, relatio, quantitas, qualitas, agere, maleficij, habere, vbi, quando, ibi, siue situs, n.10.
Singularitatu testium in prædicamento substantiæ exemplum, n.11. & 12.
Singularitatis testium in prædicamento relationis exẽplum, n.13.
Singularitatis testium in prædicamento quantitatis exemplum, n.14.
Singularitatis testium in prædicamento qualitatis exemplum, n.15.
Singularitatis testium in prædicamento agere exemplum, n.16.
Singularitatis testium in prædicamento maleficij exemplum, numer.17.
Singularitatis testium in prædicamento habere exemplum, n.18.
Singularitatis testium in prædicamento vbi exemplum, n.19.
Singularitatis testium in prædicamẽto quando exemplum, n.20.
Singularitatis testium in prædicamento ibi, vel vt alij dicunt, situs exemplum, n.21.
De prædicamento gradus, n.22.
De prædicamento personæ, n.23.
De prædicamento formalitatis verborum, n.24.
Singulares testes dicũtur illi, qui in suis depositionibus simul iungi non possunt, & econtra illi non sunt singulares, quorum depositiones, licet diuersæ, possunt tamen simul coniungi ad vnum quid commune probandum, n.26.
Singulares testes dicuntur, si diuersimode deponunt, non respectu sensus percipiendi id, super quo deponunt, sed respectu subiecti, vel obiecti, n.27.
Singularis ille propriè dicitur testis, qui in sua depositione contestes non habet, & sic quando quis deponit de eo, quod ipse vnicum non habet, & sic quando quis deponit de eo, quod ipse vnicum non habet, & solus scit, & alius nescit, vel si scit, non eodem modo deponit, n.28.
Singulares non dicuntur testes ex eo, quod seipsos in contestes non allegent, dummodo tamen in depositione concordent, n.29. & 30. Vbi ampliatur etiam, quod vnus testis dicat, quod nullus alius erat præsens, vel quod non recordetur de præsentia aliorũ.
Singulares illi dicuntur testes, quorum dicta ex factorum diuersitate separationem recipiunt, n.31.
Singulares tunc demum dicuntur testes, quando ex eorum dictis probatio redditur dubia, habens se ad esse, & non ad esse, n.32.
Regula sit, quod testes singulares non probant, n.33. & seq. Vbi ponuntur tres rationes huius regulæ.
Singularitas idem est, quod vnitas, nu.2. & n.34.
Singularitas vbi adest in testibus, ibi etiam dicitur adesse varietas, & contrarietas, n.35.
Singularitas in testibus arguit dolum & falsitatem, n.36.
Testes singulares non probant, etiam quod plures numero sint, & ideo tantum probant mille testes singulares, quantum vnus, n.37. quamuis contrarium senserint Capoll. & Marsil. relati, n.38.
Testes mille singulares minus probant, quam vnus, n.39. quamuis contra dixerint alij relati, n.40. Sed pro concordia potes dicere, quod in singularitate obstatiua mille testes singulares minus probant, quam vnus, n.41. In singularitate vero diuersificatiua plures testes singulares tãtum probant, quantum vnus, n.42. Quamuis aliqui relati, n.43. dixerint etiam in diuersificatiua plures singulares testes minus probare, quam vnus.
Testes singulares nec etiam faciunt semiplenam probationem, numer 44. Quamuis contrarium dixerint alij relati, nu.45. Limita hanc conclusionem procedere in singularitate obstatiua, ex qua verum est, non oriri semiplenam probationem, nu.46. Secus in diuersificatiua, ex qua bene oritur semiplena probatio, n.47. Sed contra, quod nec etiam in diuersificatiua oriatur semiplena probatio, n.48. Declara, vt n.49.
Iuramentum in supplementum non defertur ex testibus singularibus, n.50. Limita hoc procedere in singularitate obstatiua, n.51. Secus in adminiculatiua, n.52. Sed quid in singularitate diuersificatiua, n.53.
Testes singulares singularitate obstatiua, sine dubio non probant, n.54.
Testes singulares etiam singularitate diuersificatiua nihil probant, n.55. Licet contrarium dixerint aliqui relati, n.57.
Testes singulares multo minus probant in criminalibus, n.57.
Testes singulares nec etiam faciunt indicium ad torturam, n.58.
Testes singulares nec etiam probant in grauissimis delictu, n.59.
Testes singulares an faciant indicium ad inquirendum, n.60.
Testes non solum non probant, qui sunt singulares, sed etiam, qui possunt esse singulares, n.61.
Testes singulares non probant, etiam vbi causa est cognoscenda de bono & æquo, & de mero iure gentium, n.62.
Testes singulares non probant, etiam fauore pia causæ, n.63.
Testes singulares non probant, etiam fauore matrimonij, n.64.
Miracula non probantur per testes singulares, n.65. & seq. Vbi tamẽ, quod fama super miraculis probatur per testes singulares.
Testes in formalitate verborum discordantes dicuntur singulares, & non probant, quando vis est in verbis formalibus, n.67. Limita 1. conclusionem procedere, quando verba formalia fuerunt articulata, & capitulata à producente: secus si ex seipsis discordent in tali formalitate, nu.68. Sed quid si interrogati discordent in tali formalitate? d. num.68. & 69. Limita 2. in probatione alicuius propositionis hæreticalis, in qua non est necesse, quod testes concordent in formalitate verborum, n.70. Limita 3. conclusionem procedere, quando factum est recens, secus si est antiquum, n.71.

Testes

Testes discordantes loco, & tempore regulariter non probant, & sunt singulares, num.72. Hinc testes quorum vnus dixit, quid factum de die, alter vero de nocte, reputantur singulares, & nihil probant, num.73. Limita 1. in testibus, quorum vnus deponit de certo actu, adiecto certo die, loco, & tempore, alius vero deponit de eodem actu, non tamen recordatur de tempore, & loco, in quam testes bene probant, & non sunt singulares, numer.74. Sublimita 1. hanc primam limitationem, vt procedat, quando locus & tempus non sunt de substantia actus. Secus si sint de substantia, nu.75. Sublimita 2. eandem primam limitationem, dummodo vnus testis, alium vocet contestem, alias secus, num.76. Limita 2. regulam, quando locus & tempus est de substantia actus, tunc enim diuersitas in loco, & tempore tollit fidem testibus, & illos facit reputare singulares, num.77. Secus si locus & tempus non sint de substantia actus, nu.78. contra, nu.79. declara, vt num.80. Limita 3. quando agitur de probatione alicuius loci generalis: puta quod quis fuerit in ciuitate, num.81. Limita 4. quando diuersitas in loco, & tempore, esset talis, vt dictum vnius comprehendatur sub dicto alterius, num.82. Limita 5. quando testes de loco & tempore deponerent per verbum credo, vel alias dubitatiue, quia tunc diuersitas in loco & tempore non nocet, nu.83. Limita 6. quando diuersitas & discordia in testibus esset in modico tempore, nu.84. Limita 7. in probatione actus iterabilis, in qua diuersitas in loco & tempore non tollit fidem testibus, nu.85 licet contra, nu.86. Sublimita hanc septimam limitationem. quando agitur de probando actum iterabilem. sed non iteratum, quia tunc diuersitas in loco & tempore inducit singularitatem, & tollit fidem testibus, num.87. Limita 8. vt regula procedat, quando tamus in probatione actus momentanei, num.88. vt puta homicidij, num.89. vnde secus in probatione actus continuati, & successiui, nu.90. & hinc probare, testes deponentes vidisse per foramen vnum post alium, traditur, nu.91.

Testes de tempore & loco non recordantes, ac de eo non deponentes, sunt multum excusabiles, & optime probant, num.1093. & est ratio, quia regulariter in testibus tempus & locus non sunt de substantia eorum depositionis, nu.92. sed contra quod imo testes non recordantes, & non deponentes de loco & tempore nihil probant, num.94. & sequent. ideo pro resolutione facias infra scriptas conclusiones. Prima sit conclusio, quod quando locus & tempus non sunt de substantia actus, tunc testes de eo non deponentes bene probant, num.96. secunda sit conclusio, quod quando tempus & locus sunt de substantia actus, tunc testes de tempore & loco non deponentes, & non recordantes, nihil probant. Et est ratio, quia quando tempus est fundamentum intentionis alicuius, & sic quando vis est in tempore, tunc illud debet articulari, & probari per se fundantem, num.98. Tertia sit conclusio, quod quando tempus est antiquum, testes, & non deponentes, vel non recordantes bene probant: secus si sit breue, numero 99. & num.100. Quarta sit conclusio, quod si testes interrogantur de loco & tempore, & de eo dicant se non recordari, nihil probant, num 10101. declara, vt in numero 102. Quinta sit conclusio, quod quando constat aliunde de loco & tempore, tunc testes de eo non deponentes adhuc probant, numero 103. Sexta sit conclusio, quod si testes sint plures, & omnes dicant, se de tempore non recordari, sunt valde suspecti, & nihil probant, num.104. declara, vt numero 105. Septima sit conclusio, quod quando testes sunt alias suspecti, & verisimiliter de loco & tempore informati, tunc si dicant, se non recordari, nihil omnino probant, numero 106. Octaua sit conclusio, quod in criminalibus testes debent deponere de loco & tempore, alias nihil probant, numero 107. Nona sit conclusio, quod admittuntur testes, deponentes de loco & tempore per verbum Credo, per verbum Videtur, vel per alia verba dubitatiua, num.108. Decima sit conclusio, quod etiam in casu, in quo testes debent deponere de tempore, non est tamen necesse, quod deponant de die, num.109. & seqq. Vbi hæc conclusio declaratur.

Testes singulares singularitate adminiculatiua bene probant, numer.112. Limita, vt non probent plene, sed semiplene, vel plusquam semiplene arbitrio iudicis, nu.113.

Testes, quorum vnus deponit de veritate facti, vt puta de mutuo, de numeratione, vel alio contractu, alter vero de confessione eiusdem contractus, bene probant, num.114. & 116. quamuis contrarium tenuerint aliqui relati, num.115. Amplia primo, vt idem procedat in vno teste deponente de veritate facti, iuncta cum scriptura priuata, num.117. Amplia secundo & multo magis in tribus testibus, quorum vnus deponat de veritate facti, alius de confessione, & alter de fama, numer. 118. Amplia tertio etiam in criminalibus, in quibus vnus testis deponens immediatè de dicto, coniungitur cum alio deponente de confessione rei, num.119. vbi declaratur. Limita primo, dummodo vnus testis deponat de contractu, vt puta de mutuo, & numeratione pecuniæ, secus si de sola promissione deponeret, numero 120. Limita secundo, quando cum vno teste deponente de veritate facti, adest alius testis, qui deponat de confessione facti parte præsente: tunc enim bene probant, numer.121. quamuis alii contra, numer.122. secus, si ille vnicus testis deponeret de confessione facta parte absente, quia tunc non inducitur ex eorum dictis plena probatio, num.123. quamuis alii contra, num. 124. sed si adsint duo testes, qui deponant de confessione facta parte absente, tunc plene probant iuncti cum alio teste deponente de veritate facti, numero 125 Limita tertio, quia testis vnus de veritate facti, & alius de confessione partis non probant plene, num.126. sed faciunt tantummodo vehemens adminiculum, numer.127. ex qua oritur semiplena, vel plusquam semiplena probatio, numer.128. & 129. & ex qua defertur iuramentum in supplementum, num.130.

Testes deponentes de diuersis confessionibus, diuersis loco, & tempore factis, non reputantur singulares, sed coniunguntur, & probant, num.131. contra num.132. sed prima opinio est magis communis, numer.133. Limita 1. vt hæc conclusio procedat, quando testes deponunt de pluribus confessionibus factis parte præsente. Tunc enim bene coniunguntur, & plene probant, vt in num.134. licet alii contra, num.135. secus si deponant de diuersis cõfessionibus factis absente parte, quia tunc non probant plene, num.136. sed contra, num.137. distingue, vt num.138. Sublimita primo hanc primam limitationem, vt licet testes deponentes de diuersis confessionibus factis absente parte, non probent plenè, negari tamen non potest, quin saltem probent semiplenè, num.139. licet alii contra, numer. 140. Sublimita secundo hanc primam limitationem nõ procedere, quando cum duobus testibus, deponentibus de diuersis confessionibus factis absente parte, concurreret alius testis deponens de confessione facta præsente parte, quia tunc ex dicto istorum oritur plena probatio, num.141. licet secus, si cum vno teste deponente de confessione facta parte præsente, non esset, nisi vnus alius deponẽs de confessione facta parte absente, nam tunc non oritur plena probatio, num.142. Limita secundo propositam quæstionem, vt tunc demum procedat, quando per creditorem non articulatur confessio, sed debitum, vel si articulatur confessio, non vnica, sed plures articulantur confessiones, tunc enim testes de diuersis confessionibus debitoris deponentes coniunguntur, & probant, numer.143. secus si vnica tantum confessio articuletur, num.144. Limita tertio in criminalibus, in quibus testes deponentes de diuersis confessionibus rei super delicto, diuersis loco & tempore factis, non faciunt indicium, num.145.

Testes singulares, si in eorum dictis non tendunt ad eundem rei finem, nihil probant, nu.146. secus si tendant ad eundem finem, num.147. sed versus est, quod etiam, quod tendant ad eundem finem, non probant plene: sed semiplenè, vel plusquam semiplene, num.149.

Testes discordantes in verbis, vel in circumstantiis, vel in redditione rationis, vel in modo narrandi, probant si concordant in substantia facti, num.148.

Testes singulares probant aliquid in genere, num.150. & nu.153.

vbi



Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding

vbi de magis communi, licet alij relati, num.151. contrarium dixerint. Limita 1. in testibus singularibus singularitate obstatiua, num.153. Limita 2. quando agitur de probatione certi actus certo loco & tempore facti, num.154. Limita 3. vt testes singulares probent quid in genere, dummodo speciales actus, super quibus deponunt, plene probentur per duos testes: aliter secus, num.155. Limita 4. in criminalibus, in quibus testes singulares non probant ad puniendum, & condemnandum, sed tantummodo ad irrogandum infamiam, & ad repellendum à testimonio, num.156. & 158. licet alij contra, numer. 157.

Testes singulares probant vnam originem, & vnam causſam, quando deponunt super diuersis actibus, ex quibus infertur ad illam causſam, & originem, n.159.

Testes singulares deponentes super diuersis partibus, ex quibus infertur ad totum, bene probant illud totum, n.160. Limita 1. hanc conclusionem, dummodo capitulentur partes, secus si capituletur totum, n.161. Limita 2. dummodo singulæ partes sint perfectè probatæ per duos testes, secus si vnaquæq; pars sit solum probata per vnum testem, n.162. Limita 3. in diuiduis, secus in indiuiduis, n.163.

Testes deponentes de pluribus actibus possessorijs diuersis, loco & tempore factis, probant possessionem, n.164. licet alij contra, n.165. Amplia hanc conclusionem, vt magis procedat, quando agitur de possessorio iudicio, n.166. licet alij contra, n.167. Limita 1. hanc eandem conclusionem tunc demum procedere, quando testes deponunt de actibus sui naturæ, & immediatè possessorijs, secus si de actu magis remoto, & non possessorio, licet ex eo resultaret possessionis præsumptio, num.168. Limita 2. dummodo testes concordent in actu possessorio, licet discordent in tempore, secus si discordarēt in actibus possessorijs, & in tempore, num.169. declara, vt num.170. Limita 3. dummodo agatur de probando possessionem in genere, & non limitatam certo tempore, secus si agatur de probanda possessione in specie, in qua præsertim sit necessaria loci & temporis probatio, vtputa ad effectum inducendi præscriptionem, num.171. & seq.

Testes singulares probant præscriptionem, n.173. contra, n.176. concorda, n.177.

Testes singulares probant præscriptionem, ratione plurium solutionum factarum per decem annos, n.174.

Testes singulares probant ius exigendi annuas pensiones, numer. 176.

Testes probantes possessionem, & discordantes in quantitate temporis, an concordentur in minori quantitate, nu.178. vbi remissiuè.

Seruitus probatur per testes singulares, num.179. contra, n.180. concorda, vt n.181.

Iurisdictio regulariter probatur per testes singulares deponentes de diuersis actibus, diuersis loco & tempore factis, numer.182. & 184. vbi de magis communi, licet alij contra, numer.183. Limita primo hanc regulam, quia licet testes singulares probent iurisdictionem in genere, non tamen probant certos actus iurisdictionis in specie, num.185. Limita 2. vt regula procedat, quando agitur de proprietate iurisdictionis, secus si agatur de illius possessione, num.186. Limita 3. dummodo actus diuersi, super quibus deponunt testes singulares, inferant eandem speciem iurisdictionis, secus si diuersam, num.187. licet alij contra, num.188. Sublimita hanc tertiam limitationem procedere, quando agitur de probando certam speciem iurisdictionis, secus si agatur de probando iurisdictionem in genere, n.189.

Consuetudo probatur per testes singulares deponentes de diuersis actibus consuetudinem inferentibus diuersis loco & tempore factis, num.190. contra, num.191. distingue, & resolue, vt num.192.

Decimarum solutio, & quasi possessio iuris decimandi probatur per testes singulares, n.193. licet alij contra, n.194.

Vsura probatur per testes singulares, num.195. contrarium, quod imo vsura non probetur per testes singulares, numer.196. nec propterea valere Episcopi constitutionem, num.197. redempta prius opinione magis communi, num.198. Limita 1. dummodo agatur de probando quem vsurarium in genere, secus si agatur de probando vsuram in specie, num.199. Limita 2. in ciuilibus, secus in criminalibus, in quibus testes singulares non probant, nisi infamiam vsuræ, quæ quidem infamia non sufficit ad condemnandum, n.200.

Testes singulares probant hæresin, n.201. contra, n.202.

Testes singulares non probant hæresin, etiam iuncta fama, n.203. declara, vt n.218.

Testes singulares probant hæresin in genere, num.205. sed non probant certam speciem hæresis, n.206. contra, quod non probent hæresin in genere, n.207.

Testes duo singulares non probant hæresin, sed tres, aut plures, bene illam probant, n.208. contra, n.210.

Testes si plures sint fide digni, verisimiliaq; deponant, ac ad eundem finem tendant, ita vt iudicem ad sic indubitatè credendum inducant, optimè probant hæresin, etiam quod singulares sint, n.209. contra, n.210.

Testes singulares discordantes in verbis, nō probant hæresin, quando agitur de probatione alicuius propositionis hæreticalis, num. 211. contra, n.212. & 216.

Testes singulares probant hæresin, si concordant in eadem specie & secta hæresis, n.213. contra, n.214.

Testes singulares non probant hæresin ad effectum condemnandi in pœnam ordinariam, n.217.

Testes singulares probant hæresin ad effectum condemnandi in pœnam extraordinariam, & ad indicendam purgationem & abiurationem rationē vehementis suspicionis, n.218.

Testes singulares in crimine hæresis faciunt indicium ad inquirendum, & ad torturam, n.219.

Crimen læsæ maiestatis, conspirationis, & rebellionis probatur per testes singulares deponentes de diuersis actibus, & tractatibus, diuersis loco & tempore factis, n.220. & seq. declara, num. 222.

Inhonesta vita alicuius,
Quod mulier sit meretrix,
Adulterium,
Stuprum, in genere.
Sodomia.

Hæc omnia probantur per testes singulares, n.223. declara, vt n.225. & seqq. & posui in seq. vers.

Mores, & qualitates alicuius personæ, probantur per testes singulares, n.224.

Testes singulares licet probent adulterium & stuprum in genere, non tamen probant certum adulterium, & certum stuprum, si loco & tempore sint discordes, n.225. & 227. licet alij contra, n.226.

Testes singulares tunc demum probant adulterium, licet deponant de diuersis actibus, quando super quolibet actu remanent duo testes, & integra probatio: Secus si vnus de vno actu, & alius de alio actu deponant, n.228.

Testes singulares probant adulterium, quando agitur ciuiliter, puta ad priuationem dotis, vel ad irrogandam infamiam, vt ex ea testi fides minuatur: Secus si agatur criminaliter, & ad puniendum, n.219.231. & seq. licet alij contra, n.230.

Testes singulares, quorum vnus deponit de maiori summa, quantitate, & numero, alter vero de minori, regulariter concordantur, & probant in minori, num.233. licet alij contra, numer.234. Amplia hanc regulam, vt idem sit in testibus deponentibus de tempore, quorum vnus si deponat de possessione triginta annorum, alius de possessione viginti annorum, & alter de possessione decem annorum, vtiq; probant de minoris temporis possessione, num.235. & 237. licet alij contra, num.236. verum hæc ampliatio declaratur duobus modis, vt nu.238.239. & seq. Limita 1. hanc regulam non procedere, quando testes essent singulares in prædicamento quantitatis, quia vnus diceret fuisse venditam totam terram, alter vero medietatem, quia tunc non probant in medietate, num.241. Limita 2. regulam procedere, quando testes deponunt super his, quæ solo iudicio, & discursu intellectus persipiuntur, vtputa quando agitur de æstimandis damnis, & interesse, pretio, aut valore rei, secus si depo-

deponant super his, quæ sensu corporeo percipiuntur, nu.242. Limita 3. quando agitur de probando aliquam summam relictam in testamento, nu.243. Limita 4. vt tunc demum discordes in summis probent in minori, quādo scilicet constat eos loqui de eodem actu, & negotio, nu.244. licet alij contra, nu. 245. secus quando constat testes loqui, & intelligere de diuerso actu & negotio, nu.246. vbi bene exemplificatur hæc limitatio. Limita 5. quia si ex pluribus testibus adsunt duo, vel plures contestes, qui concordent in maiori summa, & vnus tantummodo deponit de minori, non attenditur dictum vnius testis, sed solum probant contestes de maiori summa deponentes, nu. 247. & quid si adsint plures testes singuli deponentes de diuersis summis, an fiat coacernatio omnium summarum, & ex illis, an capiatur tertia, vel quarta pars? nu.248. Limita 6. quando testes deponerent taxatiuè de diuersis summis, quia tunc non concordantur in minori, num.249. & isto casu, an plus credatur testibus deponentibus de maiori summa, quam de minori? nu.250. & sequ. Limita 7. vt testes discordantes in summis concordentur in minori, quando discordia est modica, secus si est magna, nu.254.

Fama probatur per testes singulares, nu.253. licet alii cōtra, n.255

Infamia facti probatur per testes singulares, nu.254.

Vita hominis probatur per testes singulares, nu.256.

Scientia probatur per testes singulares, nu.257. licet alii contra, nu.258.

Furor probatur per testes singulares, nu.259. licet alii contra, numer.260. declara, vt per testes singulares probetur quem furiosum in genere, sed non probantur certi, & particulares actus ipsius furiosi, nu.261.

Consanguinitas probatur per testes singulares, n.262. licet alii contra, nu.263. præsertim iuuctis adminiculis, nu.265. Limita 1. nisi agatur de probando consanguinitatem ad effectum impediendi matrimonium, nu.264. Limita 2. dummodo in singulo gradu adsint duo testes: secus si vnus testis deponeret de vno gradu, & alter de alio, nu.266.

Ætas probatur per testes singulares, n.267. sed contra, n.268.

Filiationis quasi possessio probatur per testes singulares, nu.269. sed contra. nu.270.

Simulatio probatur per testes singulares, num.271. sed contra, nu.272.

Dolus probatur per testes singulares, nu.273.

Simonia probatur per testes singulares, nu.274.

Mina.

Metus illatio.

Concussio.
Seuitia.

Hæc omnia bene probantur per testes singulares, nu.75 & seqq.

Verba diffamatoria.

Aditio hereditatis probatur per testes singulares, nu.280.

Quod quis sit Sacerdos probatur per testes singulares, num.281. etiam quod vnus deponat de Epistola, & alter de Euangelio, num.281. & 286. Licet alij contra, num.285. declara, vt num.283.

Missam quod quis celebrauerit, an probetur per testes singulares? nu.281. & seqq. & nu.285. & sequ.

Irregularitas probatur per testes singulares, nu.284. declara, vt nu.285. & seq.

Blasphemia probatur per testes singulares, num.287. contra nu. 288. & hæc contraria opinio est verior in criminalibus, & quo ad puniendum, nu.289.

Animus & voluntas alicuius probatur per testes singulares, numer.290.

Lis probatur per testes singulares, nu.291.

Societas.

Habitatio.
Mala fides, &
Barattaria.

Hæc omnia probantur per testes singulares, nu.293. & seqq.

Testes singulares probant in iis, quæ sunt difficilis probationis, num.297.

Testes singulares probant, vbi agitur de modico præiudicio, numer.298.

Testes singulares probant in foro pœnitentiali, & ad indicendam purgationem canonicam, nu.299. & seqq.

Testium singularitas non nocet, quando supersunt alij contestes, nu.301.

Testes singulares iunctis adminiculis bene probant, nu.302. & sequent. Vbi etiam quid in criminalibus, & ad puniendum.

Testes singulares si sint nobiles, probata fidei, & verisimilia deponant, potest iudex illis fidem adhibere, numero 304. licet alij contra, nu.305. Limita primo hanc conclusionem procedere in singularitate diuerificatiua, secus in obstatiua, num.306. & sequ. Limita secundo, vt eadem conclusio procedat in duobus casibus, primo quando agitur de probando quid in genere, secundo quando agitur de nullius præiudicio, a iter secus, nu. 308. & seq.

Testes singulares probant, si ita iudici visum fuerit, & econtra, nu.310. & seq. Limita 1. in singularitate obstatiua, num.312. Limita 2. Vt quando iudex ex aliqua causa crediderit adhibendam esse fidem testibus singularibus, debet illam causam exprimere, alias, &c. nu.313.

Testes singulares licet non plene probent, faciunt tamen indicium, aut præsumptionem, num.314. & nu.315. vbi quod ex hac præsumptione suppletur inhabilitas aliorum testium, contra, nu.316.

Testes in dubio præsumuntur contestes, & non singulares, numero 317. licet alij contra, nu.318. Limita 1. dummodo diuersitas consistat in actibus, secus si in loco, & tempore, num.319. declara limitationem, vt num.321. Limita 2. quando agitur de actibus, rebus vel personis, in quibus pluralitas præsumitur, tunc enim testes præsumuntur singulares, & non contestes, nu.320.

Testes, vt sint contestes, & non singulares, omnis interpretatio facienda est, nu.322. licet alij contra, nu.323.

QVÆSTIO LXIV.

OPPONITVR XVII. Contra † testes (& nūc ingredior oppositiones contra dicta testium) quod sunt in eorum dicto singulares, & quia materia ista singularitatis testium, *prout dixit Aymon. in tractat. de antiquit. tempor. parte 4. sect. sed enim, in princip.* in summo & vasto pelago versatur, ita vt nec Dd. sibiipsis constiterint, nec Aduocati, aut Patroni causarum, quid certi consulant, benè sciuerint, nec iudices iudicandi rationem facile habuerint, idcirco antequam ad regulam, illiusque ampliationes, limitatic nesq; deueniam, pro faciliori eorum, quæ dicentur, cognitione, præmittendum mihi primo duxi, quid sit singularitas, 2. quotuplex sit singularitas, 3. ex quibus inducatur singularitas, 4. quinam dicantur testes singulares.

Ad PRIMVM, Breuiter † dic *secundū Bald. cons. 406. nu. 1. part. 1.* quod singularitas idem est, quod vnitas, & sic idem est dicere, aliquem esse singularem, vel dicere, aliquem esse solum, *vt est text. iuncta gl. in cap. iā literis, in princ. in verbo, soli, extra. de testibus*, vbi gl. exponit *soli*, id est, *singulares*, cuius gl. expositionem, quicquid alij dixerint, communiter teneri testatur *Pet. Ant. de Pet. in tract. de de fideicom. qu. 12. nu. 572.* & hinc tantum probare plures testes singulares, quantum vnicus, dixi *infr. nu. 317.* 2

Ad SECVNDVM, Dic † quod licet *Curt. in leg. admonendi, nu. 178. vers. & idem Bald. ff. de iureiuran. & in tract. de testibus, conclus. 46. nu. 92. Syluan. cons. 6. num. 10. in fine, & sequ. Æmil. Ferret. cons. 20. nu. 5. Socin iunior cons. 99. nu. 9. vol. 2. Hippol. Riminald. cons. 7. nu. 102. vol. 1. relati per Monticell. in repert. test. in rubr. impugnatio testis, quia singularis, &c. fol. 191. col. 2. vers 3. & per Petrum Anton. de Petr. in tract. de fideicom. quæst. 12 nu. 488.* dixerunt, duplicem esse testium singularitatem, vnam scilicet obstatiuam, alteram vero adminiculatiuam. 3

Magis * tamen communiter triplicem singularitatis * speciem, obstatiuam scilicet, adminiculatiuam, & diuersificatiuam, (siue vt nonnulli dicunt subalternam) 4

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

Dd. constituerunt, vti videre est *apud Bald. in capit. licet causam, numer. 11. in princip. extra, de probat. Aym. de antiqu. tempor. parte 4. sect. sed enim, num. 1. Caccialup. in leg. admonendi, num. 91. post medium, vers. & ista singularitas, ff. de iureiurand. Albertin. in cap. 1. quæst. 16. num. 61. de hæret. in 6. Ioann. Royas de hæret part. 2. assert. 6. num. 122. Pegn. in direct. inquisit. parte 3. comment. 121. colum. 1. versic. sequ. quo apertius, Hippol. Riminald. dict. cons. 7. num. 4. lib. 1. Anton. Gabr. tit. de test. conclus. 2. nu 9. lib. 1. Monticell. in repert. test. rubr. impugnatio testiu, qui singularis, & qui dicantur singulares, fol. 191. colum. 2. versic. 4. Corrad. in pract. §. 2. de Pegn. in direct. inquisit part. 3. comment. 121. colum. 1. verficul. sed quo apertius, Hippolyt. Riminald. dicto consilio 7. numero 4. libr. 1. Anton. Gabriel. titul. de test concluf. secunda, numero 9. libr. 1. Monticell. in repertor. testium, rubric. impugnatio testiu, quia singularis, & qui dicantur singulares, fol. 191. columm. 2. verficul. 4. Corrad. in practic. §. 2. de offic. pretor. in cauf. ciuil. in titul. de testibus, §. dicta testium assumendo, rubric. de singular. testium, post numer. 23. fol. 124. colum. 2. & num. 24. fol. 125. Ioseph. deciſ. Peruſ. nu. 10. part. 1. & de receptiore opinione * testatur Petr. Anton. à Petr. in tractat. de fideicomm. qu. 12. nu. 488. verſ. alii vero, &c. in princ. & nu. 585.*

5 Obstatiua singularitas dicitur illa, † quæ in actu non reiterabili, non tamen reiterato continet in se testium contrarietatem, vt in testibus Susannæ, *de quibus Daniel. cap. 13 & per gloss. in cap. nihilominus, 3. qu. 9. audiuisse constat.* Arguebatur enim Susanna de vnico tantum de adulterii crimine, quia senes illi testes non dicebant, pluries Susannam in adulterio vidisse, sed vnica tantum vice, & nihilominus, quia variabant in loco, cum vnus diceret sub pinu, & alter sub cino: iccirco contrarietas inter ipsos oriebatur, & ex hac contrarietate singularitatem inductam, dixerunt communiter * Dd. vt videre est *apud Bald. in dict. cap. licet causam, nu. 11. in princ. de probat. Aym. dict. sect. Sed enim, num. 1. & Caccialup. in leg. admonendi, num. 91. versicul. obstatiua & aduersatiua, &c. ibi etiam Franc. de Curt. num. 178. versic. & dicitur obstatiua, ff de iureiur. Albertin. in cap. 1. qu. 16. num. 62. de hæret. in 6. Pegn. in direct. inquisit. parte 5 comment. 121. colum. 1. versic. obstatiua est, Ioseph. Ludouic. d. dcis. Peruſin. 9. nu. 11 part. 1. Petr. Anton. à Petr in tract de fideicomm. qu. 12 nu. 488. verſ. alii vero, &c. in princip. & nu. 489. verſ. & de prima. & nu. 585. verſ. inquit enim, iuncto num. 615.* qui omnes Dd. etsi hanc obstatiuam singularitatem describendo diuersis vtantur verbis, in effectu tamen communiter* concludunt, quod vbi in testibus datur repugnantia, aut contrarietas, ibi etiam datur obstatiua singularitas.

6 Adminiculatiua † singularitas dicitur illa, quæ oritur ex testibus, in quibus nulla adest repugnantia, vel contrarietas, & licet per diuersa media, vel per diuersas coniecturas, aut præpositiones loquantur, vna tamen alteri patrocinatur, alteram coadiuuat, & ad eundem finem tendit: sic nempe post antiquiores, quos allegat, reperio hanc adminiculatiuam, seu (vt nonnulli alii dicunt) cumulatiuam singularitatē descriptam per eundem Caccialup. *in d. l. admonēdi, nu. 91. ante fin. vers. singularitas adminiculatiua, &c. & ibi etiam Franc. de Curt. nu. 178. vers. altera est singularitas adminiculatiua ff. de iureiur. Aym. d. sect. sed enim, nu. 3. iuncto nu 8. Albert. in cap. 1. quæst. 16. nu. 63. de hæret. in 6 Pegn. d. commēt. 121. col. 1. vers. cumulatiua est, Ioseph. Ludouic. d. dcis. Peruſ. 9. nu. 14. Petr. de fideicommiſſ. num. 488. in fin. & nu. 585. etiam in fin. vers. tertia est, & post num. 617. vers. 3. autem singularitas cumulatiua*, qui omnes respectiue ponunt exemplum, quando vnus testis deponit de facto, alter de fama, vnus de visu, alter de auditu, vnus de numeratione, alter de confessione, vnus de vna confessione, & alter de alia, & iis similia.

7 Diuersificatiua † singularitas dicitur illa, quando testes deponendo de diuersis actibus inducunt diuersitatem in re, in effectu, & in substantia, *vt per Aym. post alios, quos allegat antiquiores in tract. de antiqu. tempor. parte 4. sect. sed enim, nu. 4. & 5.* vbi ponit exemplum in articulante de decem numeratis ex causa mutui, & testes aliqui dicunt de mutuo facto in vno loco, & certo tempore, alii autem in alio loco, & tempore: tunc enim, quia ex varietate loci, & temporis de necessitate insurgit diuersitas mutui, ideo isti testes non vti contrarii, & repugnantes, sed vt diuersi & de diuersis actibus deponentes à Dd. reputantur, & sic eos dicunt singulares, non singularitate obstatiua, sed diuersificatiua, quod & idē voluerunt Caccialup. *in d. l. admonendi, nu. 91. ad fin. versic. singularitas vero diuersificatiua, Albert. in d. c. 1. qu. 16. nu. 64. de hæret. in 6. Pegn. d. comment. 121. col. 1. verſ. vltima est diuersificatiua, Ioseph. Ludou. d. deciſ. Peruſ. 9. nu. 12. part. 1. Petr. Anton. à Petr. in d. tract. de fideicomm. qu. 12. nu. 488. verſ. quandoque cum actuum diuersitate, & num. 489. verſ. in secundo autem, & sub nu. 585.* vbi etiam quare hæc diuersificatiua singularitas subalterna nuncupetur, *& nu. 616.*

Ad TERTIVM, ex quibus inducatur singularitas.

Dic primo, *secundum Bald. in leg. testium, numer. 14. verſ. potest etiam ista inspectio, C. de testibus*, † quod singularitas 8
testium inducitur per quatuor causas, videlicet efficientem, formalem, materialem, & finalem. ratione causæ efficientis inducitur singularitas, vtputa, quando vnus dicit Petrus, alter vero Ioannes; ratione formalis, quando vnus dicit per stipulationem, alter vero per pactum nudum; ratione causæ materialis, quādo vnus dicit, fundum fuisse venditum sine domo, alter vero cum domo; ratione autem causæ finalis, siue modi, quando vnus dicit, quod fuit celebratus contractus, do, vt des, alter vero dicit, quod fuit, do vt facias: ex iis enim differentiis plerunque testes incidere in contrarietatem, nedum in singularitatem, dixit Baldus in loco præcitato, quem referendo etiam sequuti sunt Caccialup. *in leg. admonendi, nu 94. verſ. potest etiam considerari, ff. de iureiur. Gabriel de testib. concluſ. 2. nu. 8. Corrad. in pract. §. 2. de offic. pret. in cauſ. ciuil. tit. de testibus, in parte, dicta testium assumendo, rubric. de singularit. at fol. 124. nu. 22.*

Dic secundo † post Speculat. & eundem Bald. in lo- 9
cis relatis per Viu. *in commun. opin. verbo, testes singulares non faciunt fidem, in fine, & ante Viuium Bero. in cap. licet causam, nu. 42. extra, de probat.* quod testium singularitas inducitur, vel ratione personæ, vel ratione causæ, vel ratione rei, vel ratione temporis, vel ratione loci, vel ratione circumstantiarum, quod & idem voluit Monticel. *in suo repert testium, in rubr. impugnatio testiu, quia singularis, folio 192. colum. 1. versic. 1. allegat Bertach. in verbo, testium impugnatio, nu. 116.*

Dic † tertio, & plenius secundum eundem Bald. *in* 10
dict. l. testium, nu. 14. C. de testibus, & in l. de quibus, num. 37. ff. de legib. & in l. data opera, nu 31. & seq (. qui accusare non poss. quod singularitas testium inducitur ex decem prædicamentis, quæ sunt substantia, relatio, quantitas, qualitas, agere, maleficii, habere, vbi, quando, & ibi, siue situs, de quibus quidem prædicamentis videtur textus, qui tamen non ponit, nisi sex prædicamenta, & loquitur in materia pœnali, *in l. aut facta, ff. de pœnis*, vbi quod in augendis, aut minuendis pœnis, consideranda sunt causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, & euentus. Hæc enim prædicamenta sunt substantialia actus, siue negotii, *vt voluit Alexand. in consil. 5. num. 10. vol. 1.* propterea ex illis singularitatem induci ante Bald. voluit Azo *in summ. C. tit. de testibus, §. omnes autem istos testes, Ioan. de Turrecrem. in capit. nihilominus, colum. 1. 3 quæst 9. Alber. de Malet. in tract. de test. cap. final. num. 23. Crot. de testibus, part. 7. num. 318. Lanfran de testibus, nu. 26. vers. & generaliter, Iacob. AEgid. in tract. de test. bus, num. 27. & 28.* vbi ponit etiam singularitatem in prædicamento personæ, & gradus, *Caccialup. in leg. admonendi, num. 91. versic. 6. modo, & num. 94. verſ. singularitas etiam, ff. de iureiurand: Ioan. Royas in tract.*

in tract. de hæret. parte 2. assert. 6. num. 123. Albertin. in cap. 1. quæst. 16 nu. 39. de hæret. in 6. Corrad. in pract. §. 2. de offic. pretor. in cauſ. ciuil. titul. de sect. dicta testium assumendo, rubric. de contrariet. test. num. 8. fol. 119. colum. 2. & rubr. de singularit. test. num. 22. folio 124. Hippolyt. Riminald. conſ. 544. num. 7. seqq Petr. Anton. à Petr. in tractat. de fideicomm. quæst. 12. num. 492 & num. 678. & latius num. 771. seqq. pluribus, vbi *num. 776.* ponit etiam prædicamentum gradus personæ, & etiam formalitatis verborum, de quo vltimo dixi, *infr. num. 67.* Et licet præfati Dd. in singulis prædicamentis, plura respectiue ponant exempla, ex iis tamen aliqua faciliora, & pro faciliori intelligentia referre, non absurdum putaui.

11 Exemplum † singularitatis testium in prædicamento substantiæ, *secundum Baldum in locis præcitatis*, quando vnus deponit de Titio, alter aduersatiue de Seio, vnus cum lapide, alter cum ferro, vnus de boue, alter de asino, & generaliter vnus de vna re, & alter de alia, &
12 sic † ex isto exemplo vides, quod sub hoc prædicamento substantiæ continetur etiam prædicamentum personæ.

13 Exemplum † singularitatis in prædicamento relationis erit, *secundum Bald. in d. l. de quibus*, quando vnus testis dicit, quod pater tale quid egit, alius vero quod filius familias: sed certe hoc exemplum, *prout annotauit Petrus in dict. quæst. 12. nu. 802.* nihil commune cum prædicamento relationis habere videtur, sed tantummodo ad prædicamentum qualitatis pertinet.

15 Exemplum † singularitatis in prædicamento quantitatis, *secundum Bald. in d. leg. de quibus, num. 37 ff. de legibus, & in l. testium, num. 14. C. de testibus*, erit, quando vnus deponit de decem, alter de quinque, idem si vnus deponit, me possidere per triginta annos, alius per viginti: *secundum Archid. in cap. nihilominus, 12. qu. 9. quem sequitur Alexan. in cons. 50 num. 1. in fine, & seq. lib. 5.* Idem & in pluribus aliis casibus, de quibus late prosequitur Petr. Anton. à Petr. *in d. tract. de fideicommiſſ. quæst. 12. num. 781. & seqq. vsq; ad nu. 802.* vbi etiam ponit, an isti testes singulares in quantitate discordantes concordentur, & probent in minori quātitate, *de quo dixi inf. n. 233. & seqq.*

15 Exemplum † singularitatis in prædicamento qualitatis, *secundum eundem Bald. in d. l. de quibus, nu. 37. ff. de legib.* est, quando, puta, vnus testis deponit de actu puriē facto, alter vero sub conditione, idem si vnus diceret, quod promisit equum magnum, alter vero quod promisit equum paruum, idem si vnus dicat, furtum fuisse manifestum, alter non manifestum, idem in testibus, quorum vnus dicit talem despontasse sedentem, N. vero stantem contulit Alex. *in cons. 143. nu. 2. lib. 2.* idem si vnus testis dicit, quod erant equestres, alter vero pedestres, consuluit Natta *cons. 298 colum. 5.* prout hæc & alia exempla bene ponuntur per Pet. Ant. à Petr. *in d. tract. de fideicomm. qu. 12. nu. 803. & seqq.*

16 Exemplum † in prædicamento agere, *secundum Bald. in d. l. de quibus, nu 38. ff. de legibus*, est, quando vnus testis dicit, quod talis fecit tale, quod voluit facere, vel si vnus dixerit, quod talis percussit, alter vero, quod voluit percutere, hæc enim longe nimis inter se differunt, & conciliari non possunt, *vt ibi per Bald.*

17 Exemplum † singularitatis in prædicamento maleficii, *secundū Bald. in d. l. de quib. post n. 38. ff. de leg.* est, quando puta vnus testis dicit, quod Titius fuit insultat° à Sempronio, alter vero, quod Titius & Sempronius insimul impetum fecerunt. Idem si vnus dicit, Titius fuit occisus cum ense, alter vero cum ronca, *de quo tamen vltimo latius dixi infr. in sequ. num. quæst. 255.*

18 Exemplum † singularitatis in prædicamento habere, *secundum Bald. in d. l. de quib. post n. 38. ff. de leg.* est, quando vnus testis, puta, dicit, Sempronius habebat patrem domum vti propriam, alter vero quod habebat vti cō-
munem. Idem si dixerit, quod quis possidebat talem rem, vti dominus, alter vero, quod possidebat vti creditor, *sequitur Petr. Anton. à Petr. in tractat. de fideicom. quæst. 12. num. 814.* vbi etiam, quod istud prædicamentum est commune cum prædicamento qualitatis.

Exemplum singularitatis † in prædicamento vbi, se- 19
cundum eundem Bald. *in d. l. de quibus, post nu. 38. ff. de legibus*, ponitur præcipue in testibus Susannæ, quorum vnus dixit sub ficu, alter sub quercu, idem si vnus testis dicat in ostio, alter iuxta ostium, *de quo pariter dixi infr. in seq. quæst. nu. 245. seq.* verum de hoc prædicamento latius dixi *infr. hac eadem quæstione, nu. 72. & seqq.*

Exemplum † singularitatis in prædicamento quan- 20
do, secundum eundem Bald. *in d. l. de quib. nu. 38. ff. de leg.* est, quando vnus testis dicit, aliquid factum fuisse ante guerram, alter vero post guerram, de quo particulariter dixi *inf. in seq. qu. n. 261. idem secundum Aret. cons. 71. nu. 2. in fin. & sequ.* si vnus dixerit, quod stetit per multum tempus, alter vero, quod stetit per modicum tempus, & de hoc prædicamento dixi latius *inf. nu. 72. seqq.*

Exemplum † singularitatis in prædicamento, vbi, 21
vel vt alii dicunt situs, ponitur per eundem Baldum *in d. l. de quib. nu. 38. ff. de leg.* quando scilic. vnus testis dixit, agrum esse in vna parte territorii, alter vero dicat in alia parte, idem si vnus dixerit sursum, alter deorsum, vnus ante, alter retro, vnus dextrorsum, alter sinistrorsum, prout hæc, & alia exempla reassumit *Petr. Anton. de Petr. in tract. de fideicom. qu. 12. nu. 887. seqq.*

De † prædicamento gradus, vide Iacob. Ægid. *in tra-* 22
ctat. de testib. nu. 28. & Petram d. qu. 12. num. 892.

De † prædicamento personæ, *vide eundem Iac. Ægid.* 23
vbi sup. nu. 27. & Petram d. qu. 12. nu. 901. seqq.

De † prædicamento formalitatis verborum, vide e- 24
undem Petram, *d. qu. 12. num. 894. seqq. & dixi latius infra, nu. 67. seqq.*

Ad QVARTVM, Qui † dicantur testes singula- 25
res? Facias infrascriptas conclusiones.

Prima † sit conclusio, *secundum Bald. in leg. de quibus*, 26
nu. 37. ff. de leg. quod testes singulares dicuntur illi, qui in suis depositionibus simul iungi non possunt, & econtra illi non sunt singulares, quorum depositiones licet diuersæ, possunt tamen simul coniungi ad vnum quid commune probandum, & Bald. sic vt supra dicentem referendo sequuti sunt, *Corrad. in pract. § 2. de offic. pret. in cauſ. ciuil. tit. de test. sect. dicta testium assumendo, rubric. de singular. test. post num. 23. fol. 124. Pet. Anton. à Petr. in tract. de fideicommiſſ. qu. 12. nu. 491.*

Secunda † sit conclusio, quod testes dicuntur singu- 27
lares, si diuersimode deponunt, non respectu sensus recipiendi id, super quo deponunt, sed respectu subiecti, vel obiecti, super quo deponunt, *secundum Abb. in cap. bonæ memoriæ, il 1. ext. de elect. Corn. cons. 238. num. 7. libr. 4. benè explicat Petr. de fideicomm. d. qu. 12. num. 492. post princ. iuncto num. 637. sequitur Hippol. Riminal. conſ. 7. nu. 14. lib. 1.*

Tertia sit † conclusio, quod ille proprie dicitur testis 28
singularis, qui in sua depositione contestem non habet, & sic, quando quis deponit de eo, quod ipse vnicus & solus scit, & alius nescit, vel si scit, non eodem modo deponit: tunc proprie dicitur testis singularis, *secundum Papiens. in for. oppos. cont. test. verſ. sunt q. etiam singulares, nu. 1. quem refert & sequitur Pegna in direct. inquisit. part. 3. comment. 121. colum. 2. verſ. testis vero singularis, Mascard. de prob. lib. 2. concluſ. 856. nu. 2.*

Quarta † sit conclusio præcedentis conclusionis de- 29
LIMITANDO I. hanc † quartam ampliationem, aduerte, quod licet, vt dixi, fuerit communiter recepta, tamen contra eam faciunt deducta per Bero in d. c. licet causam, versicul in contrariam autem. Ideo † pro solutione contrarij crederem dicendum, secundum eundem Bero in d. numer. 57. ab. nisi tanta esset dignitas, &c. ampliationem non procedere, nec digniores testes numero minores, pluribus praeualere, nisi in eis dignitas praefulgeret notabilis, & hic non omnis parua dignitas testium praeualebit. 121

LIMITA II. Hanc † eandem quartam ampliationem procedere, quando non digniores excederent digniores in modico numero. Vnde secus, si esset magnus excessus, qui tunc dignitas non superat numerum, prout declarat Bartol. in d. l. ob carmen, § fin post numerum, prout declarat Bartol. ibi, num. 1. & ibi etiam Florian. de S. Petro, num. 1. versic. quod tamen dicit. ff. de testibus, Imol. in cap. cum in tua, num. 4. versic. & gloss 1. extra, eodem, gloss in cap. in nostra, in verbo praeferenda, & ibi Anton. de Butr. num 11. eodem titul. de testib. Conrad in pract. rubr personas testium aggrediendo in princip. fol. 73. col 2. versic. hoc, etiam, ex quibus, iunctis aliis per nos relatis, 123

in 2. lib. q. 57. num 39. apparet sine dubio, hanc ampliationem esse communiter * receptam.

124 Quicquid † in contrarium post Hostien. quem allegat, tentauerit Abb. in d. c. in nostra. n. 6. de testib.

125 Sed † quando in proposito dicitur magnus excessus? Dic, si vltra duplum, secundum Imol. d. cap. cum in tua, num 4. vers. in gloss prima, sed verius dic, istud esse iudicis arbitrio remissum, vt per gloss. in d. cap. in nostra, in verbo, praferenda, in fin. versicul. istud erit in arbitrio iudicis discreti aequitate inspecta, & ibi Anton. de Butr. num. 11. extra, de testibus, Dec. in dict. capit. licet causam, numer. 86 de probat. vbi dixit, quod ita in materia videtur arbitraria, per regulam, quod numerus quandoque supplet defectum qualitatis.

126 LIMITA † propositam secundam regulam duobus modis. Primus, quando testes minus digni deponerent ad fauorem rei, quia tunc praeferuntur testibus actoris magis dignis, vt dixi infr. num. 158. Secundo, eadem regula non procedit, quando † testes minus digni
127 deponerent verisimiliora, quia verisimilitudo depositionis testium superat illorum dignitatem, vt pariter dixi infr. num. 135.

128 TERTIA Regula † sit, quod testibus deponentibus verisimiliora magis credatur, quam deponentibus inuerisimilia, text. est in l. ob carmen, § si testes, ff. de testibus, dum ibi dicitur: *Credendum est, quod naturae negotij conuenit*, & tutius infra, ibi: *Et quae res aptiora, & vero proximiora esse comperit*, & ibi hoc notant Bald. in 1. notab. Alber. numer. 6. versicul. aut constat quosdam dicere verisimilia, Florian. de S. Petro in summario, Iacob. de S. Georg. num. 7. vers. quarto iudex, & num. 9. in fin. vers. nota ex isto text. ad idem est text. in §. item in criminali, 4. quaest. 3. & in cap. licet causam, vers. ex praemissis, in illis verbis: *Qui etiam aptiora negotio, & vero proximiora, in suis testimonijs expresserunt*, & ibi hoc notant Cardin. Zabat. in princip. vers. item quod ponderatur in testibus verisimilitudo, Anton. de Butr. num. 46. Abb. num. 9. Imol. numer. 13. vers. item nota, Dec. num. 87. & seqq. & ibi in addit. litera D. vbi bene fundatur haec regula, Bero. num. 49. in fin. & numer. 57. extra, de probationib. item est text. in cap. in nostra, in illis verbis: *Et ad ipsorum deposita*. & ibi hoc notant Butr. num. 2. in 1. notab. vers. tertio ex verisimilitudine negotij, Aretin. num. 2. vers. secundum praesumptio. &c. Abb. in summario, ante num. 1. & num. 1. vers. secundo ex depositionum qualitate, iuncto vers. secundo ad verisimiliora, Felyn. in summario, & num. 3. vbi, * quod ita ibi * omnes, & post num. 12. extra, de testibus, Francisc. Curt. Papien. in tract. de testibus, conclus. 19. numer. 39. Tiraquell. in l. si vnquam, in praefat. numer. 42. C. de reuocand. donat. vbi alij plures referuntur concordantes, Gabriel titul. de testibus, conclus. 4. numer 28. lib. 1. vbi etiam alij referuntur, Conrad. in pract. rubr. personas testium aggrediendo, num. 5. fol. 74. colum. 1. & rubr. de contrarietate testium, numer. 21. fol. 123. colum. 1. in fin. Menoch. de retinend. possess. in 3. remed. num. 721. Villalob. in * communib. opinionib. litera T. numer. 100. vbi de communi, * ex Curt. iun. in consilio 178. numero 3. Monticell. in repertorio testium, rubric. deponentibus consonantiora, folio 424. colum. 1. versicul. 3. & rubric. verisimiliora deponentes, folio 425. colum. 1. versicul. 2. 4. & 5. Bertazzol. consilio 373. numero 4. libro 2. vbi de testibus, qui mouentur melioribus rationibus, Mascard. de probationib. lib. 3. conclus. 1364. numer. 81 vbi & alios refert.

129 AMPLIA I. Hanc † tertiam regulam, vt & idem sit in testibus, quorum depositiones sint adminiculatae aliis coniecturis, & praesumptionibus, iis enim magis creditur, quam aliis non adminiculatis, prout similiter probat text. in d. l. ob carmen, in illis verbis: *Confirmabitq; iudex motum animi sui ex argumentis*, ff. de testibus, & ibi *hoc notant Bald. numer. 1. in 2. notab.* vbi, quod indicia & argumenta faciunt praualere vnam probationem alteri, & Iacobin. de S. Georg. n. 5. in fin. vers. tertio debet iudex *considerare argumenta, & n.* 10. vers. sed ponamus, iuncto numer. 13. Gabr. tit. de testibus, con. lus. 4. num. 89. lib. 1. Rolan. consil. 24. num 56. lib. 1. Clar. in practic. quaestione 53. versicul. quattuss est casus, ante finem, ibi, ego etiam puto, &c. vbi, quod ita quotidie in practica seruatur, & *Monticell. in repertorio test. rubric. quomodo singulares probent varia, colum. 424. colum. 1. versicul. 1 pluribus exornat*, & *Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1219. numer. 7. & seqq. Petra de fideicom. quaest. 12. num. 1190. & seqq.*

AMPLIA II. Vt † testibus verisimiliora deponentibus magis credatur, etiam quod minores numero sint, vt probat text. in d. l. ob carmen, § final. ff. de testibus, in illis verbis: *Licet in pari numero, &c.* & rursus infra in illis aliis verbis: *Non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad synceram testimoniorum fidem, & testimonia, quibus potius lux veritatis adsistit*, & ibi in specie hoc notat Florian. in summario, gloss. in capitul. in nostra. in verbo aduersa, versicul. vel nisi verisimiliora loquantur, & ibi notat Anton. de Butr. post numerum 7. versicul. vel nisi altera pars testium verisimiliora dicat, & Abb. numer. 4. versicul secundo nota, extra, de testibus, Dec. in capitul. licet causam, post numerum 92. & sequentibus, extra, de probation. vbi de veriori opinione. Iacobus Butrigar. in titul. de contrarietate testium, num. 4. post princip. & numer. 5. versicul. vel verisimiliora loquantur, Tiraquell. de reuocand. donat. in praefat. numer. 43. Gabr. tit. de testibus, conclus. 4. num. 55. iuncto numer. 30. vbi aliis relatis, quod haec opinio est tenenda, Conrad. in practic. rubric. personas testium aggrediendo, in princip. num. 8. fol. 75. colum. 2. versicul. item declara, Monticell. in repertorio testium, rubric. verisimiliora deponentes fol. 424. colum. 2. vers. 1. ex quibus sine dubio hanc ampliationem communiter * à Dd. receptam esse dicere possumus. 130

LIMITANDO hanc † secundam ampliationem, aduerte, quod licet illa sit communiter * recepta, vi- * gent tamen contra eam deducta per Bart. Innocent. & Marsil. in locis relatis per Dec. in d. cap. licet causam, numero 92. in princip. & per Gabriel. d. conclus. 4. numer. 30. versicul. contrarium sentit Bartol. Ideo † pro concordia, secundum 132
eundem Dec. in d. capitul. licet causam, num. 94. dicere potes, quod dicta ampliatio procedit in verisimilitudine proxima, & immediate rem, de qua agitur, respiciente, secus autem in verisimilitudine non ita proxima, quod & idem dixerunt Tiraquell. de reuocand. donat. in praefat. d. num. 43. vers. quod tamen intelligitur, & Gabr. d. conclus. 4. numer. 30. in fin. versicul. sed potes concordare. Et † licet hanc 133
Decij distinctionem reprobare videatur Bero. in d. cap. licet causam, numer. 57 post versicul. in contrarium autem, &c. ibi, similiter ergo dicam, &c. Tamen † in substantia idem 134
Bero. videtur concludere cum ipso Decio, dum dixit, quod si verisimilitudo sit tanta, vt iudex arbitretur, pauciores praeferri pluribus, tunc praeferuntur: secus si non sit tanta.

AMPLIA III. Regulam, vt † testibus verisimiliora 135
deponentibus magis credendum sit, etiam quod sint minus digni, Tiraquell. de reuocand. donat. in praefat. num. 43. num. 46 ad fin. Gabr. d. conclus. 4. num. 32. & nu. 43. post Aym. & Grat. quos allegat. Et † licet contrarium, 136
quod scilicet testibus dignioribus magis credatur, sensisse videatur Marsil. in rubr. de probat. numer. 112. sicut illum refert & sequitur Conrad. in practic. d. rubr. personas testium aggrediendo, num. 3. in fin. sustinendo † tamen propositam 137
ampliationem, dicere potes, illam procedere, quando verisimilitudo est proxima & immediata, quia tunc per eam superatur dignitas testium, aliter secus, per ea, quae supra in simili dixi haec eadem quaest. num. 132. & in nostris terminis scripsit Tiraq. de reuoc. donat. in praefat. nu. 43. vers. quod intellige.

AMPLIA IV. Vt † testibus verisimiliora deponen- 138
tibus magis credatur, etiam quod deponant pro actore, & contrarij pro reis, Felyn. in cap in nostra, num 3 in fin. versicul. & ponderat, &c. extra, de testibus, iunctis aliis relatis

per Gabr. in tit. de testib. conclus. 4. num. 31. & num. 48. lib. 1. Monticell. in repert. test. rubr. pro reo quam pro actore deponentes. fol. . . col. 1. vers. 3.

139 AMPLIA V. hanc † tertiam regulam, vt testibus deponentibus magis verisimilia, magis etiam credatur, etiam quod deponant super negatiua secundum Bald. *in l. diem proferre, § si pluribus, in 1. & 2. lectur. ff. de arbit. Alciat. consil. 436. secundum editionem Basiliensem, incip. testibus discordantibus, num. 2. & secundum editionem Venetiis, responsi. 70. lib. 6 fol. 134. col. 1. Socin. iun. consil. 183. num. 13. & 14. lib. 2. Nell in tract. de testib. num. 200. in fin. Dec. in consil. 534. incip. procedendo breuiter, num. 13. vers. & quia tales pro communi, &c. Horat. Lut. inter consil. crimin. diuers. cons. 167. in causa Petri, num 19. & 20. lib. 1. quos in proposito refert & sequitur Hector Æmil. in tract. de testib. in verbo, testis affirmans, vel negans, num. 10. quibus adde Tiraq. de reuocand. donat. in præfat. num. 46. Gabr tit. de testib. lib. 1. concl. 4. num. 33. Monticell. in reper. test. in rub. veri similes vero deponentes fol. 424. col. 2. vers. 2.*

140 Sicut † & pariter magis creditur testibus deponentibus pro negatiua, quando cum eorum depositionibus concurrit aliqua iuris præsumptio, prout in testibus negantibus seruitutem, quod magis credatur, quam illam affirmantibus, scripsit Bald. *in l. si quis dixerit ne, col. 1. vers. extra quæro, ff. si seruit. vendic. quem alijs relatis sequuti sunt Franc. Curt. Papien. in tract. de testibus, conclus. 32. num. 70. in fin. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 70. nu. 13. & Hector Æmil. vbi supr. n 23.*

141 AMPLIA VI. Vt † testibus deponentibus verisimilia maxime credatur, etiam quod alias sint inhabiles, & minus idonei, Aym. post Angel. quem allegat, *in consil. 275. num. 9. Conrad. post Alex. quem allegat, in d. rubr. personas testium aggrediendo, in prin. fol. 74. col. 2. in fin. sub numer. 5. vers. unum magis signandum, Nouell. reg. 156. in 3. fallem

q.12.num.1194.in fin.vers. nisi actor causam fauorabilem tueatur, & faciunt pro hac limitatione, quæ generaliter dixi *infr.num.188.*

163 LIMITA II. Quia † adhuc est in facultate iudicis, magis credere testibus actoris, quam testibus rei, dummodo tamen idem iudex causam maioris credulitatis in actis exprimat, vt per Bossi. *in d.tit.de defens. reor. num.8. & num.9. versic.est tamen, vt dixi*, vbi loquendo in criminalibus dixit, quod vbi atrocitas delicti, qualitas accusati, & natura testium, faciant iudicem inclinare pro accusatore, tute inclinabit, & illi adhærebit, siue ipsi accusatoris testes excedant in numero, siue non. loquor (inquit Bossi.) in iudice iusto: siue sit iniustus, vt multi sæpe reperiuntur, hæc cõclusio Doctorum, quod res sit ei arbitraria, omnia damnat & deturbat, vide ad hanc limitationem, quæ generaliter dixi *infr.num.194. & seqq.*

164 LIMITA III. Hanc † quintam regulam non procedere, quando testes actoris deponerent verisimiliora: quia tunc magis illis creditur, quam testibus rei, prout dixi *supr.num.138.*

165 SEXTA Regula † sit, quod testibus magis informatis, magis credatur, quam aliis, non tantum magis & ideo testibus plene totum factum narrantibus magis creditur, quam non narrantibus totum factum, vt per Iacob. Butrig. *in tit.de contrarietate testium, numer.5. versicul. vel nisi per pauciores plura probentur*, (& sic loquitur, etiam quod magis informati sint pauciores,) *Francisc. Curt. in tract.de testibus, conclus.19. numer.41. versicul.tertio dicuntur, Iacob.de S.Georg. in l.ob carmen, §.final. numer.7. versicul.item magis credendum, ff.de testibus*, Felyn. *in capitul. in nostra, numer.10. & sequent. extra, eodem.* Mynsinger. *observat.38. versicul. & eos qui factum, centuria 4. Corrad. in practic. dict. rubric. personas testium aggrediendo, in princip. numero 5. versicul. item corrigentes*, folio 74. columna 2. *Bertazzol. consilio 348. numero 5. libro 2. Gabriel titul. de testibus, libro 1. conclusione 4. numero 64. & sequentib.* Vbi † infert etiam ad vicinos, & coniunctos, quibus tanquam magis informatis, magis etiam credendum, quam aliis, prout & idem de vicinis dixerunt Felyn *in dict. capitul. in nostra, numero 12. Corn. consilio 245. numero 19. libro 1. Corrad. d. folio 74. numero 5. versicul. si vicinis, & in rubric. dicta testium assumendo*, folio 118. columna 2. *versicul.53. adde*, Monticell. *in repertorio testium, rubr. vicinis, non vicino. fol.444. colum.1. versicul.4. & seqq.*

166

167 AMPLIA hanc † sextam regulam, vt imo testi totum factum non narranti, non credatur, & falsus reputetur, ex quo veritatem tacet, vt per Baldum *in l. Lucius in prima lectura, sub numer.5. ff. de infam. sicut illum refert Petra in tractatu de fideicommiss. quæstione 12. num.1236.* Nell. *de testibus, numer.198. Rebuff. de testibus, parte prima, glos.8. numero quinquagesimo*, Monticell. *in repertorio testium, rubric. item impugnatur, quia non narrauit totum factum*, folio 258. columna prima, *versicul.1. Bertazzol. consilio 251 numero quadragesimo*, Octau. Cacheran. *consil.64. numer.40. & num.60.*

168 LIMITA I. Præcedentem † ampliationem procedere, quando testis sciens totum factum, & de eo interrogatus non vult deponere, nisi partem, dolose tacendo totum: tunc enim ei non creditur, & est falsus, secus si totum factum ignoret, vel si sciat, de eo non fit interrogatus, ita quod non possit dici, quod dolose omittat totum recensere. Tunc enim absurdum est dicere, quod ei tanquam falso non credatur, sic enim post aliquos, & multo bene iudicio meo hanc materiam declarat Petra *de fideicom.q.12.num.1236. versic.quod puto, iuncto num.1243 in prin.*

169 LIMITA II. eandem † ampliationem, vt procedat, quando testis omittit recensere totum factum in substantialibus, secus si omittat non substantialia, sic enim post Iaf. & alios, quos allegat, declarat idem Petra *de fideicom.d.q.12.n.1242.*

170 SEPTIMA † Regula sit, quod testibus in specie deponentibus magis credatur, quam deponentibus in genere, *vt per Iacobinum de S.Georg. in l.ob carmen, §.final. post numerum 27. ff.de testibus*, Francisc. Curt. *Papiens. in tract.de testibus, conclus.7.* qui loquuntur etiam, quod testes deponentes in genere essent plures, Gabriel *in titul. de testibus, conclus.4. numer.72.* vbi alios plures refert concordantes, *& numer.70.* Vbi † propterea quod magis 171 creditur testibus deponentibus vniuersaliter, quam deponentibus indiffinite, *Corrad. in pract. rubric. personas testium aggrediendo, in princip. sub numer.5. post versicul. hic testium aggrediendo, fol.74. colum.2. & in rubric. dicta testium assumendo, fol.74. colum.2. & in rubric. dicta testium assumendo, folio 117. colum.2. versicul.40. adde*, Monticell. *in repertorio test. rubr. in specie, quam in genere deponentibus, fol.445. colum.1. versic.4.* Bertazzol. *consil.372. num.6. lib.2.* & est * communis regula.

172 OCTAVA † Regula sit, quod testibus deponentibus cum ratione & redditione causæ, eorum dictis magis creditur, quam deponentibus sine, secundum Bald. *in l. presbyteri, sub numer.14. versicul. item testes contrarij*, post *Iacobum Butrig. C.de epis. & cler. Iacobin. de S.Georg. in l.ob carmen, §.final. numero 6. ff.de testibus*, Felyn. *in cap. in nostra, numero 10. extra, de testibus.* Tindar. *in tractat.de testibus, lib.1. capitul.11. numer.7.* Francisc. Curt. *de testibus*, concluſ.19 *numer.40. versicul. secundo si magis consonat rationi, & conclusione 26. numer.55. in quarta fallent.* Nell. *de testibus*, numero 161. Corset. *sing. testis, il 4.* Corrad. *in practic. rubric. personas testium aggrediendo, in princip. numer.5. folio 74. colum.2. versicul item reddentes causam, Gabriel de testibus, lib.1. conclus.4. numer.59.* vbi alios plures refert concordantes, ex quibus & hanc * regulam à Doctoribus communiter * receptam esse dici potest. Addo & Monticell. *in repertorio testium*, rubr. testu depositio sine redditione causæ, folio 224. column 2. versicul.3. & rubric. reddentes rationem dicti sui, non reddentibus, folio 444. *colum.2. versicul.final. &* pag.445. *colum.1. versicul.1. & sequentib.* Mascard. *de probationib. conclusione 1369. numero 61. lib.3.* Hector Æmil. *in tractat. de testibus, verbo, testis affirmans, num.21. fol.139. & vide alios concordantes infr. quæst.70. num.19. & 20.*

173 AMPLIA I. hanc † octauam regulam, vt pariter magis credatur testibus reddentibus bonam rationem, quam reddentibus non ita bonam, Gabriel *d. conclus.4. num.60. & num.97.* Corrad *d. rubr. dicta testium assumen. fol.118. colum.1. versic.43.* Adde vbi aliis relatis, quod magis creditur reddentibus veram rationem, quam reddentibus præsumptiuam, *Mynsing. obseruat 38. versic. ex quo discimus, cent.4.*

174 AMPLIA II. hanc † eandem octauam regulam, vt testibus reddentibus rationem magis credatur, quã contrariis illam non reddentibus, etiam quod isti contrarij deponerent super affirmatiua, & reddentes rationes super negatiua, vt per Franc. Curt. *d. concl.26 n 55. in 4. fallent.* Hector Æmil. *in d. tract. de test. bus, verbo, testis affirmans n.21 fol.139.*

175 NONA † Regula sit, quod magis credatur testibus senioribus & antiquioribus, quam iunioribus, vt per Felyn. *in capit. in nostra, post numerum 12. extra, de testibus, Iacobin. de Sancto Georg. in l.ob carmen, numer. 25. eodem ff. Bartol. Bald. Salycet. & communiter * omnes post gloss. in l. cum quid, in verbo, nouum, circa finem, ff. si cert. petat. Roman in l. si vero, §. de viro, sub numero 86. in 33. fallent. in princip. ff. solut. matrimon.* Nell. *de testibus, numero 101. vbi declarat*, Franciſc. Curt. *de testibus, conclus 8.* Crot. *de testibus*, numero 356. *versicul. idem esset dicendum.* vbi ampliat, etiam quod seniores essent pro actore, & iuniores pro reo, Tiraquell. *in tractat. de primogenitur. in præfat. numer.148. & pluribus sequentib.* vbi infinitos refert concordantes, prout & alios in idem referunt Corrad. *in practic. rubric. personas testium aggrediendo, num.7. fol.75. col.1.* Mynsinger. *obseruat.38. post princip. centuria 4.* Gabr. tit. *de testibus, libr.1. conclus.4. nu.68.* Monticell. *in repertorio testium, rubric. seniores iunioribus, fol.443. col.2. versic.3 & seqq.* Stephan. Lamberteng. *in tract. de contract. eorum, gloss.11. num.37.*

176 LIMITA, hanc † nonam regulam non procedere, quando testes iuniores essent digniores, quia tunc præferuntur senioribus, *Gabriel dicta conclusione 4. numero 69. vbi alios refert Monticell. dict. fol.443. colum.2. versic. penult. l. amberteng. dict. gloss.11. num.36. & sequentibus, vsque ad nu.46.* vbi hanc limitationem defendit à contrariis, in similibus terminis statuti requirentis consensum agnatorum, in contractibus mulierum, aut minorum, & cõcludit, quod in tali consensu præstando præferantur agnati iuniores, si sunt digniores, vel in aliqua dignitate constituti.

177 DECIMA Regula † sit, quod magis credatur testibus clericis, quam laicis, *Felynus in cap. in nostra, num.1. & hinc dixit gloss. extra, de testibus*, Franciscus Curtius Papiensis *de testibus, concl.10. numer.23. Gabriel de testib. libr.1. conclus.4. num.40. & num.61. & alii referuntur concordantes, Corrad. in pract. rubr personas testium aggrediendo, in princip. num.3. versic. sicque valet. fol.73. colum.2. in fin. & dixi iterum in 2. libro, quæst.61. num.80.*

178 LIMITA hanc † decimam regulam non procedere, si testes laici deponerent ad fauorem rei, clerici autem ad fauorem actoris, quia tunc magis creditur laicis, quam clericis, vt per Corset. *singul. in verbo, testis, il 9. numer.1.* Crot. *de testibus, numer 369. versic. orandi, & versic. his tamen non obstantibus, iuncto numer.370.* Gabriel *dicta conclus.4. num.62.* Foller. *in pract. crimin. in rubric. recipiantur defensiones reorum, numer.30.* Corrad. *in pract. tit. de procedend. ante diffinit. & defens. num.6. in fine, versic. imo etiam duo laici, fol.209. col.1.* Bossi. *in tit. de defensione reorum, numer.9. & dixi supra, num.155.* vbi ampliaui hanc limitationem, etiam quod testes laici deponerent super negatiua.

179 VNDECIMA Regula † sit, quod magis credatur testibus masculis, quam fœminis, vt per Felynum *in cap. in nostra, num.11. versic. & præferuntur masculi, extra, de testibus*, Corset. *singul. testis, 6.* Nepos de Monte Albano *in tractat. de testibus, num.159.* Franciscus Curtius *conclus.18. numer. 38.* Gabriel. *tit. de testibus, lib.1. conclus.4. numer.38.* Corrad. *in pract. rubr. personas testium aggrediendo, in princip. num 6. fol. 75. colum.1.* Mynsinger. *obseruat. 38. versic. & hinc est, centur.4.* * & est * communis, *vt patet ex alias per nos relatis, libr.2. qu.59. num 49.*

180 Et si † testes sint omnes fœminæ, magis creditur virgini, quam viduæ, Felyn. *in d. cap. in nostra, sub nu.11.* Corrad. *vbi supra, nu.3. versic. sic præferuntur virgines. fol.74. col.1. & dixi in d. qu.59. nu.50.*

181 LIMITA I. Hanc † vndecimam regulam non procedere, quando testes fœminæ deponerent pro reo, & masculi pro actore, quia tunc magis creditur fœminis, quam masculis, *Gabr. d. conclus.4. num.42.* Rolan. *consil.57. nu.46. lib.4. & dixi supra, qu.59. nu.13.*

182 LIMITA II. Nisi † testes fœminæ essent bonæ famæ, & masculi malæ famæ: nam tunc magis creditur fœminis, quam masculis, prout dixi *in 2. lib. d. qu.59. nu. 51. & seq.* vbi hanc limitationem ampliaui, etiam quod masculi deponerent verisimilia.

183 DVODECIMA Regula † sit, quod magis credatur testibus notariis, quam non notariis, *gloss. in authent. de hæred. & Falcid. §. si vero, in gloss. magna, in fin. princip. Iacobin. de Sancto Georgio in l. ob carmen, §. fin. num.26. ff. de testibus*, Felyn. *in cap. in nostra, num 9. extra eodem*, Corset *singul. verbo, testis, il 5.* Franciscus Curtius *in tract. de testibus, conclus. 17. num.37.* Crot. *de testibus, part.9. numer.369. vers. sed quæ*

184 *esset causa*, vbi † ampliat etiam, quod tabelliones essent pro actore, & non tabelliones pro reo, Grammat. *decisione 73. num.33.* Corrad. *in pract. rubric. personas testium ag-*

grediendo, in princip. numero 3. versicul. sic præferuntur tabelliones. fol.74. colum prima, Syluan. *consilio 54. num.108.* Vbi quod dictum † vnius notarii æquiparatur dicto duorum aliorum testium, Roland. *consil.63. num.41. seq. lib.2.* 185
Montic. *qui alia ponit in materia, in repertorio testium, rubric. tabellio non tabellioni, fol.443. colum.2. versic.fin. & fol. 444. colum.1. versic.1.2. & 3.* Mascard. *de probat. libr.2. conclus.904. num.2. num.6.* vbi etiam quod nemo quantumcunque idoneus testis æquiparatur notario, etiam quod agatur fauore piæ causæ, verum de notarii fide latius dixi *in quæst. ciuil. sub tit. de probat.*

TERTIADECIMA Regula † sit, quod magis credatur testibus peritis, quam non peritis, Aretinus *in* 186
cap. in nostra, num.2. versic. vnde dicit Speculat. Neilus tract. de testibus, numer.200. Francisc. Curt. *de testibus, conclus.26. num.55. in 2 fall.* Corrad. *in pract. rubr. dicta test. assumend. fol. 118. col.2. versic.52. adde.*

AMPLIA hanc regulam, etiam † quod periti deponant super negatiua, & non periti super affirmatiua: 187
nam adhuc magis creditur peritis, vt per Felynum *in capit. in nostra, num.8. in fine, versicul. adde quod, extra, de testibus*, vbi tantum dicit, quod testibus deponentibus super non peritia artis, ita creditur vt deponentibus super peritia, sed ampliationem hanc expressè firmarint, Nellus *in tractat. de testibus, nu.200.* Franciscus (Curtius Papiens. *de testibus, conclus.26. num.55. in 2. fallent. versic. adde negatiuam probari*, Corset. *sing. verbo, testis, 9. incip. duo testes clerici, nu.4. in fine*, Socin. *reg.426. in 2. fallent.* Gabriel. *de testibus, lib.1. conclus.4. num.14. vbi alios refert*, Corrad. *in pract. rubr. dicta testium assumendo, fol.117. col.1. ad finem, versicul. hoc etiam seu declarat*, Felinus & Franciscus Herculan. *in tract. de negatiua, num.225. vnde sumas alios concordantes*, Monticell. *in repertorio testium, rubric. affirmantes negantibus. fol.427. column.1. versic. antepenult.* Mascard. *de probationibus, libr.1. in præfat. quæst.5. num.127.* Hector Æmil. *in tract. de testibus, verbo, testis affirmans, vel negans, numero 17. &* 18. Fulg. Pacian. *in tractat. de probat. libr.1. cap.47. per totum*, vbi late de materia.

DECIMAQVARTA sit † regula, quod magis credatur testibus deponẽtibus pro causa fauorabili, quam 188
deponentibus contra, vt per gloss. *in cap. in nostra, in verbo, aduersa, versic. nisi in quatuor casibus, in causa matrimoniali, liberali, dote & testamento, & ibi* Aretin. *num.14. post medium, versicul. & quia gloss. tua*, & Felynus *numero secundo, extra, de testibus*, Gabriel. *tit. de testibus, libro 1. conclusione 4. numero 79.* Corrad. *in pract. rubr. dicta testium assumendo*, folio 118. *columna 2. vers. 49. adde & vers. seq.* vbi de testibus deponentibus pro dote, libertate, vel piæ causæ & *fol. 119. col.1. vers. adde*, vbi de testibus deponentibus pro dote, & ibi concordantes addu. Herculan. *de negatiua, numer.153.* Vbi † ampliat hanc regulam, etiam quod testes pro causa fauorabili deponentes negarent, & contrarii affirmarent, Monticell. *in repertorio testium, rub. pro dote, & in matrimonio deponentibus, fol.427. colum.2. versicul. penult. & sequ.* & de hac regula dixi etiam aliquid supra, *num. 162.* vbi ampliaui etiam, quod testes deponerent pro actore, & contra reum. 189

DECIMAQVINTA Regula † sit, quod testibus mortuis magis credatur, quam viuis, Neuiz. *consil.26.* 190
nu.34. facit quia mors supplet iuramentum, & citationem, de quo dixi infra, *in tit. de opposit. contra examen test.*

DECIMASEXTA Regula † sit, quod testi distinguenti magis creditur, quam non distinguenti, *gloss. in* 191
cap. vt circa, in vers. præterito, de elect in 6. Speculat. *in titul. de arbitr. §. final. vers. quidergo, si de quibusdam, sequitur* Corrad. *in pract. rubr. dicta test. assumen. folio 117. column. 2. in fin. versic.41.* adde, adducens pro hac regula illud aliud simile, quod Doctori distinguenti magis creditur, quam non distinguenti, de quo per gloss. *in leg. apud antiquos*, Cod. *de furt. & alia per Neu. Pet. in Sylua nupt libr.5. num.2. quod*

& idem repetit idem Conrad. in rubric. personis testium aggrediendo, fol. 74. col. 2. post medium, sub num. 5. versic. & distinguentibus.

192 DECIMASEPTIMA Regula † sit, quod testes præferuntur, quorum persona producentis honestior * & dignior est, prout * communiter notant Doctores, *in d. cap in nostra, & ibi præsertim Anton. de Butr. num. 11. in fin. Aret. nu. 2 in fin. Abb. nu. 1. versic. adde quartam. Felin. nu. 1. in fin. versic. pro quo facit, extra, de testibus, & sunt originalia dictum Hostien. in d. cap. in nostra.*

193 DECIMAOCTAVA Regula † sit, quod quando testes inter se sunt varii & contrarii, possit iudex vni potius, quam alteri, vel ratione dignitatis, vel ratione numeri, vel ratione verisimilitudinis, vel aliqua alia ratione, de qua in prædictis regulis, credere, & sic isto casu testium fidem ipsius arbitrio remissam esse scripserunt Hostien. *in cap. in tua, num. 2. versic. hoc tamen arbitrium, extra, de testibus, Abb. in cap. in nostra, numer. 1. ad medium, versic. in his tamen non puto posse dari certam doctrinam, extra eodem, Aret. consil. 71. colum. 2. in princip. versicul. secundo conuincitur Michael Angelus, & colum. 3. num. 3. Mynsing. observat. 38. in fin. versic. verum, & c. centur. 4. Petra de fideicomm. quæst. 12. nu. 1095.*

194 AMPLIA Hanc † decimamoctauam regulam, tam in numero, quam in omnibus aliis qualitatibus, erit pariter in arbitrio iudicis, adhærere potius depositioni vnius, quam alterius, & sic bonum erit, isto casu habere iudicem fauorabilem, prout dixerunt Aret. *in capit. cum tu, numer. 18. & in capit. in nostra, numer. 14. ad finem, & ibi etiam Felin. numer. 2. versicul. & subdit eleganter, Baldus extra, de testibus, Francisc. Curt. Papiens. in tractat. de testibus, conclus. 20. num. 42. & 43. Cyr. de testibus, p. art. 9. num. 369. versic. & subdit eleganter Bald. & faciunt, quæ dixi supra, num. 163.*

195 Verum † de ampliatione, sicut dubitauit Franciscus Curtius Papiensis in loco præcitato, ita etiam ego valde dubito, quia non potest dari casus, in quo testium fides sit æqualis in omnibus, quia semper datur inæqualitas inter actorem & reum, quod magis creditur testibus rei, quam actoris, vt dixi supra, *in regul. 5. num. 152. & sequentibus*, nec potest iudex contrarium arbitrari, nisi in contrarium vrgeat aliqua ratio, puta verisimilitudinis, vel alia, de quibus supra, *num. 162. & sequentibus*, imo non solum iudex hoc non potest facere ex causa, verum etiam debet & causam in actis exprimere, vt mox dicam.

196 Ideo † saluando propositam ampliationem, declara illam procedere, quando sumus in causa, in qua non datur rei fauor: vtpura, quando duo petunt ab aliquo tertio aliquam rem: tunc enim data inter istos duos paritate probationum, potest iudex vni potius, quam alteri adhærere, & ita loquitur gloss. omnino vident. *in capit. in nostra, in versic. aduersa, versic. si vero testes, iuncto versic. si autem neuter, & ibi Anton. de Butr. num. 8. versic. si vero non apparet, & Abb. num. 4. ad med. vers. & si neuter esset reus, extra, de testibus.*

197 LIMITA hanc † decimamoctauam regulam, dummodo iudex in actis exprimat causam, propter quã
198 adhærer potius testibus vnius partis, quum alterius, † vt per Aretinum *in cap. cum tu, num. 18. extra, de testibus*, vbi tamen limitat, quando iudex vult adhærere testibus & idem dixit Felynus *in cap. in nostra, num. 2. in fin. iuncto versicul. dummodo causam adhæsionis, & c. extra eodem, sequitur Crottus in tract. de testibus, part. 9. num. 369. versic. & subdit eleganter, Baldus iuncto versicul. dicit tamen, nec dissentit Franciscus Curtius Papiensis de testibus, dicta conclusione vi-*
199 *sesima, sub numero 42. & 43.* Imo † non sufficit, quod iudex causam exprimat, nisi illa sufficiens, & rationabilis sit: prout dixerunt Aretinus *in dicto capit. in nostra, numero 14. ad finem, & ibidem Felinus numero 2. versicula & idem, si causa adhæsionis expressa non est sufficiens, extra eodem.*

DECIMANONA † & vltima regula sit, quod testibus affirmantibus magis credatur, quam negantibus, *l idem proferre, §. si plures, vbi gloss. in verbo, consenserunt, & * communiter omnes, ff. de arbitr. Bald. in leg. actor, * num. 11. versicul. item ex dictis, colum. penult. C. de probationibus, Bartol. in leg. 1. num. 6. versic. vlterius nota, ff. de ventr. inspiciend. Iacobin. de Sancto Georgio in leg. ob carmen, §. finali, num. 7. versic. & ideo melius, ff. de testibus, Aret. in cap. in nostra, numer. 18. & numer. 21. versic. sed Bald. & ibi etiam Festra, numer. 18. & numer. 21. versic. sed Bald & ibi etiam Felyn. num. 5. iuncto num. 8. extra eodem, Nell. in tractat. de testibus, num. 200. & 211. versic. negatiua æque creditur. Socinus regula 426. in princip. Baldus consil. 101. numero 3. in fine, lib. 1. & consil. 492. quidam testes deposuerunt, num. 4. in fine, libr. 5. Alexand. consil. 148. & excellentissime Domine, colum. 1. numero 2. libr. 2. Aymon consil. 226. num. 11. vers. secundo respondeo, Roland. cons. 93. num. 1. lib. 4. Bertaz. vol. cons. 273. num. 19. & 36. consil. 348. num. 3. & numer. 119. Claudius ad eundem Bertaz cons. 497. litera C. in fin. vbi alios refert concordantes, Boss. in tit. de defens. reorum, num. 31. Conrad. in pract. rubric. personas testium aggrediendo, in princip. num. 5. fol. 74. colum. 2. versicul. dic etiam conuenire videtur, Mynsinger. observat. 38. versic. præferuntur tamen, centur. 4. Monticell. in repertorio testium, ruferuntur tamen, centur. 4. Monticell. in repertorio testium, ruferuntur tamen, centur. 4. Monticell. in repertorio testium, ru

vbi inter alia, hanc negatiuam resultantem ex affirmatiua, vel continentem in se affirmatiuam, vocat negatiuam facti prægnantem, vel secundum alios, negatiuam duplicem.

216 Et † licet contrarium, quod imo testis super negatiua, etiam super affirmatiua implicita deponens, nihil probet, post Innocent. & Specular. quos allegat, dixerit *Franciscus Curtius Papiens. in tract. de testibus, d. concluſ. 24. num. 49. ad fin. versic. adde, quod non solum*, vbi ponit exemplum in teste dicente: *Ad Canonicos tantum pertinere electionem*. Ex quo videtur negare, ad alios electionem pertinere, non enim isto casu testis talem negatiuam bene probat, vt ibi per eum, quem refert Corrad. *in practic. tit. de testibus, rubric. de negatiua, post num. 56. versicul. ampliat, vt idem si sit negatiua implicata, fol. 143. colum. 1.* Et paſſim quod testes repellendi sint non solum, qui expresse conantur negatiuam probare, sed etiam qui implicitam dixerint, Ioan. Andr. & Ruin. in locis relatis per Monticell. *in repertorio testium, rubric. de negatiua, fol. 403. colum. 2. in versic. 1.*

217 Non † per hoc tamen recedas à proposita limitatione, quæ non solum, vt vides, magis * cõmuniter à Doctoribus recepta est: sed etiam in se verissima apparet, dummodo tamen affirmatiua, super qua testis deponit, & ex qua negatiua implicita resultat, sit talis, vt bene cadat in sensum testis, etiam respectu inclusæ negatiuæ, vt in exemplis positis supra in limitatione: tunc enim testis æque probat negatiuam, sicut affirmatiuam, vt per allegatos, & in specie declarat idem Franciscus *dict. concluſ. 24. nu. 50. ad fin.* & magis in terminis dabitur aliud exemplum *in seq. limitat.*

218 LIMITA II. Eandem † decimamnonam regulam, (& hæc limitatio venit illatiue ex præcedenti limitatione) non procedere, quando ad probandum, quod quis de tali tempore non fuit in vno loco, induceret testes dicentes, quod ille idem de eodem tempore fuit in alio loco, tantum distanti, vt non potuerit, nisi miraculose fuisse in duobus locis. Tunc enim eo ipso, quod testis affirmat, & probat, quod fuit in vno loco, de necessitate etiam negat, & bene probat, quod non fuit in alio, & sic per positionem affirmatiuę, venit probatio negatiuæ, ad text. *in leg. optimam, C. de contrahend. stipulat.* & *in §. item verborum. Institut. de inutil. stipulat. cum alijs in proposito deductis per Grammat. decis. 56. numer. 4. versic. & iste est modus, Francisc. Hercul. in tractat. de negatiua, numer. 195. 237. & sequentibus, vbi de materia, & num. 260. Menoch. de arbitr. quæst. libr. 2. casu 270. num. 8. & sequentibus, & nouissime habemus decision. Auenion. 91. ante numerum 1. & numerum 3. in fine, Fulu. Pacian. in tractat. de probationibus, libr. 1. cap. 36. num. 14. & 15. & latius cap. 37. numer. 24. & sequent.* Sed in materia huius limitationis, & præsertim criminaliter agendo, vide late & bene loquentem Boss. *in titul. de defen. reorum, numer. 24. & sequent.* Vbi † ampliat hanc limitationem, quod licet alias, vt infra dixi *in sequ. limitatione, num. 228.* testis deponens super negatiua coarctata, teneatur reddere rationem sui dicti, quod scilicet non poterat aliter esse, quin ipse testis vidisset. Tamen in probatione huius negatiuæ resultantis ex assistentia in vno loco, non est necesse, quod testis dicat, quod ille non potuisset inde recedere, quin testis vidisset. Et rursus † vide eundem Boss. *num. 25. & sequentibus*, vbi paſſim ampliat hanc limitationem, etiam quod ageretur de probando negatiuam respectu horæ, & ibi benè declarat, quomodo isto casu testes sint interrogandi, & quomodo debeant depónere ad hoc, vt probetur, de quo vide, & omnino Doctores, *in capit. ex tenore, de testibus*, vbi est propria, sed ex huius materia, & Boss. sequitur est Herculan *in dict. tract. de negatiua, num. 156. in fin. & sub num. 261.*

219 220

LIMITA III. Vt † hæc vigesima regula procedat in negatiua vaga, pura, & non coarctata loco, & tempore. Tunc enim, quia talis negatiua non cadit in sensum testis, & de sui natura est improbabilis, *capit. super his, in fin. extra, de renunciat. cap. accusator, & quæst. 5. d. actor, Cod. de probationibus, cum alijs in proposito cumulatis, per Fulu. Pacianum tractat. de probationibus, libr. 1. cap. 37. numer. 1. & sequentibus*, vbi pluribus hanc conclusionem exornat. Iccirco testes super ea deponentes, nihil omnino probant, & secundum gloss. *in capit. bona, il. 1. in verbo, per rerum naturam, extra, de elect.* sunt de falso suspecti, vt supra dixi, *num. 205. & sequentibus.* Sic enim in negatiua non coarctata loquuti sunt, Abb. *in cap. licet causam, nu. 25. versic. item intelligo, extra, de probationibus*, Aretin. *in cap. in nostra, num. 17. versic. quod dictum debet limitari*, Franciscus Curtius Papiens. post Bartol. Angelum, & Antoninum de Butrio, quos allegat *in tractat. de testibus, concluſ. 7. numer. 9. & concluſ. 24. numero 53. versic. si enim non cadit, Igneus in repetit. l. necessarios, §. non alias, num. 77. ff. ad Sylan.* Vbi quod ita tenent † omnes, Paris. *in cap. quoniam contra, numer. 8. de probat. vbi dixit gloss. in dict. cap. bona, ubi* * communiter approbat. Franciscus de Herculan. *in tract. de negatiua, num. 133. & seqq.* Gabr. *de testibus, libr. 1. concluſ. 4. num. 3. in princ.* Corrad. *in pract. rubric. dicta test. assumen. fol. 117. colum. 1. versic. facias ad præmissa, & in rubric. de negatiua, fol. 143. num. 56. in princ. & versic. nec regulam subijcit*, Clar. *in pract. §. fin. quæst. 52. versic. Scias autem, in princip.* vbi pariter testatur de communi, ex Igneo & Paris. in locis præcitatis, & alij plures referuntur concordantes *per Mascar. de probat. lib. 1. concluſ. 70. num. 5.* vbi de veriori, & vsu recepta opinione, ex Aret. vbi supra, *& lib. 3. concluſ. 1364. num. 10.* Fulu. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 36. nu. 6. seqq. & num. 12. seq. & cap. 37. numer. 1. seqq.* vbi latius.

Secus † autem in negatiua coarctata loco & tempore, quæ cum cadat in sensum testis, sicut affirmatiua. Ideo non minus creditur testibus super tali negatiua deponentibus, quam super affirmatiua, vt per Baldum *in capit. cum in tua, num. 1. versicul. item quod numerus, & ibi etiam Imola numer. 3. & Abbas numer. secundo, versic. secus in coarctata*, Anan. *numer. 2. versic. ex quo colligo*, Aret. *num. 6. extra, de testibus*, Imol. *in cap. licet causam, num. 25. versicul. alias non videtur, extra, de probat.* Aretin. *in cap. in nostra, numer. 20. versicul. videntur tamen omnes practici hoc intellegere, quando † negatiua est bene coarctata, & post numerum 21. versicul. prima opinio tenetur in practica, quia* * communior, & ibi etiam Abbas, *numer. 6. in fine, & Felinus num. 7. & 8. extra, de testibus*, Corsetus *singul. testis, 9. num. 4.* Franciscus Curtius Papiensis *in tractat. de testibus, concluſ. 7. num. 9. versicul. si vero est coarctata, & concluſ. 24. numero 51. & numero 53. versicul. tertio fallit, & concluſ. 25. numero 54. versicul. hoc verum, & concluſ. 26. numero 55. in prima falleu.* Nell. *in tractat. de testibus, numer. 211. versicul. si autem, vt legista, Lanfrancus de testibus, numero 103. Grammat. decis. 56. numero quarto*, Catellian. Cotta *in suis memorabilibus, in verbo, testis, quæ cauere debet, in fine, versi. predicta autem limitantur*, Gaſtis *cauere debet, in fine, versi. predicta autem limitantur*, Gabriel. *dicta conclusione 4. numer. secundo, & numer. tertio, versi. secus si esset negatiua*, &c. Vbi alij plures referuntur concordantes, *& num. 5. post medium*, vbi ex Aretin. *in dicto capit. in nostra*, hanc limitationem dixit veriorem, & in practica seruandam, Corrad. *in pract. dict. fol. 127. column. 1. ante medium, versi. ideo limita, & post medium, versi. quod intelligitur*, Nouell. *regul. 214. in prima fallens.* Boss. *in titul. de defens. reorum, numer. 31.* Franciscus Herculan. *in tractat. de negatiua, numero 260. & 264. vbi & alij adducuntur*, Sigmanc. *in tractat. de hæret. cap. 26. num. 4.* Vbi pariter hanc sententiam veram & receptam attestatur, prout illum refert Clar. *in pract. § final. dict. quæst. 52. sub versic Scias autem*, Monticell. *in repertorio testium, rubric. affirmantes negantibus, fol. 425. col. 2. versic. tertio, & fol. 426. col. 2. versi. fin.* Mascard. *de probat. dict. concluſ. 70. num 5. & sequentibus.* Vbi etiam

etiam alios refert, & de veriori, & de vsu seruata opinione testatur Hector Æmil. *in tract. de testibus, verbo, testis affirmans, nu. 13. & 14. vbi & alios adducit concordantes*, Fulu. Pacian. *de probationibus, libr. 1. cap. 36. nu. 13. & latius cap. 37. num. 27. & omnibus sequentibus*, vbi ad saturitatem disputat, an hæc negatiua coarctata loco & tempore, possit directe probari, multaq; adducit pro & contra, & tandem concludit, quod secundum legistas affirmatiua opinio verior est, & ibi *in addit. litera A.* ex quibus sine dubio hanc limitationem magis * communiter à Doctoribus receptam esse dicere possumus, quamuis contrarium sentisse visi fuerint Doctores relati per Gabrielem, *d. concluſ. 4. num. 5. in princ. & per Fulu. Pacian. d. cap. 37. num. 27. sequentib.* quorum opinionem ibidem *num. 34. & sequentibus*, procedere posse, affirmat, quoad probationem directam, & secundum Philosophos, non autem secundum Legistas.

* 222

223

224 AMPLIA hanc † limitationem, vt data paritate numeri & dignitatis inter testes, magis credatur illis, qui deponunt super negatiua coarctata loco & tempore, quam deponentibus super affirmatiua, vt per Boss. *in tit. de defen. reorum, post nu. 31 & 32.* vbi amplius videtur hoc tenere etiam, quod testes affirmantes in aliquo, excederent testes negantes, cuius † contrarium voluisse videtur Aret. *in cap. cum in tua, num. 6. extra, de testibus*, vbi dixit, quod nunc demum testes probantes negatiuam coarctatam, præferantur probantibus affirmatiuam, quando scilicet dicti testes super negatiua deponentes, sunt vel plures, vel meliores: alias secus.

225

226 SVBLIMITA I. Hanc † tertiam limitationem, vt testes super negatiua coarctata loco & tempore deponentes ad hoc, vt probent, debeant esse idonei, etiam quod simus in casu difficilis probationis, in quo inhabiles admittuntur, vt suo loco dixi, sic enim post Alex. quem allegat *in consil. 64. col. fin. lib. 1. declarat* Franc. Hercul. *in tract. de negatiua, num. 262.*

227 SVBLIMITA II. Quia † ad hoc, vt probent testes deponentes super negatiua, non large, sed stricte coarctari debent, & sic negatiua debet esse restricta ad tempus, & ad tempus non breue, quia alias tunc testes super ea deponentes, nihil probant, vt in simili probat text. *in §. item verborum, ibi, toto ipso die, Institut. de verbor. obligat.* & ita dicentem, Titium non interfuisse rixæ, non probare, nisi dicat, se toti rixæ interfuisse, scripsit Aymon *in consil. 11. in princip. libr. prim.* item testes dicentes aliquod non factum in instrumento, debere dicere nõ factum in toto instrumento, Baldus *consil. 71 columna 2. lib. 4.* Alexand. *consil. 44. column. 3 libr. 3.* Paris. *consil. 162. column. penult. libr. 4. & consil. 13. in fin & consil. 14 etiam in fin. lib. 3.* Gabr. *dict. concluſ. 4. num. 4. post Bald. Aret & Anchar. quos allegat* Boss. *in tit. de defen reorum, nu. 17. & sequentibus*, vbi declarat, & bene loquitur in materia, prout etiam declarat, & bene loquitur Franc. Hercul. quem videas *in tract. de negatiua, num. 261. & 265. &* Fulu. Pacian. *in tract. de probat lib. 1. cap. 36. nu. 16. 17. & 18.* vbi loquitur in teste deponente super negatiua, coarctata ad vnũ annum, vel vnum mensem, dicitque hunc testem non solum non probare, sed etiam esse de falso suspectum, ex Bald *in l. actor, nu. 13. versic. quædam sunt negatiuæ coarctatæ, col. 2. Cod. de probat. cum aliis ibi per eum allegatis, & ibidem d. num. 17. versi. limita tamen hanc conclusionem*, declaret vno modo, quem ibi per eum videas.

228 SVBLIMITA III. Hanc † eandem tertiam limitationem, vt tunc demum credatur testi deponenti super negatiua coarctata loco & tempore, quando scilicet in eius depositione, vt dicunt Doctores, remouet actum à sensu, non autem sensum ab actu, & sic addat: *Nec poterat aliter esse, quin ipse testis vidisset.* Secus si simpliciter diceret, *non vidi*, aut quid simile, secundum Aret. *in cap. in nostra, num. 17. in princ. num. 19. versic. aliquando testes deponunt negatiuam, & num. 22. versic. aliquan lo probatio negatiua, & vbi etiam Felyn. num. 5 in 1. fallent. & num 8. versi. subdit tamen D. meus*, vbi de * communi, & quod ita forte obtineretur in practica post Aretin. quem allegat, *extra, de testibus*, Francisc. Curt. Papiens. *in tractat de testibus, concluſ. 27. num. 57. sequ. vbi bene loquitur in materia*, Alber. de Malet. *de testibus, cap. 8. num. 8.* Nell. *de testibus, nu. 211. ante fin. versic. nisi testes adiciat*, Socin. *regul. 426. in 1. & 3. fall. vbi etiam bene loquitur* Gramm. *decis. 56. num. 4.* Boss. *in tit. de defens. reor. num. 15. per tot.* vbi ponit exempla huius sublimitationis, & illam ampliat, vt isto casu testis teneatur sic reddere rationem, etiam non interrogatus, Gabriel. *tit. de testibus, lib. 1. concluſ. 4. num. 6. vbi plures alios refert concordantes*, Corrad. *in practic. rubr. dicta test. assum. fol. 117. col. 1. versi. item limita, secundum* Felyn. Mynsing. *obseru. 38. ad finem, versi. præseruntur tamen, cent. 4.* Clar. *in pract. quæst. 52 sub versi. scias autem*, Cephal. *consil. 287. nu. 16. lib. 2.* Oldan. Cacheran. *consil. 66. num. 29. post med.* Fulu. Pacian. *in tract. de probat. lib. 1. cap. 37. nu. 26. versi. item quod dictus Titius, ¶ & c. 40. nu. 15. & seq.* vbi aliis plurib. relatis concordantibus testatur de communi Dd. opinione. Ex quibus ita * communiter à Dd. receptum esse, negare non possumus, & faciunt in simili dicta infra, *in sequ. sublimitatione, nu. 230.*

229

LIMITA hanc † tertiam sublimitationem ¶ quinq; modis, de quibus mitto lectorem ad Fulu. Pacian. *in dict. tract. de probat. libr. 1. d. cap. 40. num. 18 & seqq. vsque ad num. 33.* ad quem omnino recurras in materia. Et præsertim limita, vt non procedat, quando testis deponit super eo, quod verisimile est, deponenti esse notũ: quia tunc sufficit simplex testis negatio, & quod dicat *se fuisse præsentem, & non vidisse fieri*, absque eo quod dicat, *nec poterat fieri, quin ipse testis vidisset*. Sic enim post Aretin. Felyn. & Dec. in locis per eum relatis, & tradunt communiter * Dd. *in cap. tertio loco, extra, de probat.* hanc materiam declarat Boss. *dict. tit. de defens. reor. num. 10.* vbi ponit exemplum in senatoribus, qui simpliciter deponerent negatiue de aliqua re magni ponderis, quæ in Senatu facta diceretur: non enim est necesse, quod dicat, nec poterat fieri, quin ipse testis vidisset, aut audiuisset, quia talis ratio subintelligitur, ex quo verisimiliter, si de tali re magni ponderis actum fuisset in Senatu, idẽ Senator, & vidisset & audiuisset, ¶ & bene declarat, & alios refert concordantes Fulu. Pacian. *d. cap. 48. num. 18. seqq.*

230

SVBLIMITA IIII. Dictam † tertiam limitationem, (& hæc sublimitatio multum conuenit cum præcedenti) vt testis super negatiua coarctata loco & tempore deponens, vel alias ad hoc, vt probet, debet etiam non interrogatus reddere rationem sui dicti, Alexander *in leg. 1. in princip. ff. si quis ius dicen. non obtemper.* Angel. *in leg. cum hi, §. si integra, ff. de transact.* item Alexander *in consil. 45. num. 18 libr. 4.* Corn. *consil. 91 num 10 libr. 1.* Decius *consil. 649. procedendo breuiter, num decimo*, Ripa *in capit. cum Ecclesia Sutrina, num. 88. de causs. possess. & proprietat.* Igneus *in leg. necessarios, §. non alias, num. 75 ff. ad Sylu.* Aymon. *consil. 2. num. 3.* Grammat. *decision. 103. numer. 29.* Alber. *de Malet. in tractat. de testibus, conclus. 28. num. 14.* Franciscus Curt. *in tractat. de testibus, conclus. 28. num. 19 hos & alios referendo sequuti sunt* Monticell. *in repertorio testium, in verbo, negatiua, folio 404. colum prima, versic. final.* Francisc. Hercul. *in tract de negatiua, num. 142. iuncto num. 322. sequ.* Mascard *de probationibus, lib 3. concluſ. 1369. num. 22. & sequ.* ex quibus hanc sublimitationem * communiter à Doctorib. receptam esse sine dubio affirmare possumus. Et † quando testes super negatiua deponentes, sic non interrogati concludentem eorum dicti probationem reddiderũt, quod magis illis credatur, quamuis negantibus, quam aliis affirmantibus, dixi supra, *hac eadem quæst. num. 173.* hic non repeto.

231

LIMITANDO rursus † præcedentem quartam sublimitationem aduerte, quod contra eam, quamuis,

232

vt præ-

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text

* vt præfertur, * communiter receptam sensisse videtur Baldus *in cap. sicut nobis, num. 5. de sentent. & re iudic.* vbi dicit, quod testis bene probat negatiuam deponẽdo simpliciter, quod Titius non fuit percussus à Seio, si non fuit interrogatus de causa scientiæ: & reddit rationem: quia licet multa sint genera sciendi, & propterea testis debeat exprimere, per quem modum ipse scit, id quod deponit, hoc tamen (inquit Baldus) procedit, quando interrogatur de modo sciendi: si vero de eo non interrogatur, non est necesse, quod illum exprimat, quia vt testimonium valeat, & non pereat, semper præsumitur causa scientiæ efficax, scilicet per visum, & hoc
235 dicit notatu dignissimum. Ideo † pro solutione huius contrarii dicere possumus, sublimitationem non procedere, quando ex depositione ipsius testis verisimiliter colligitur sufficiens ratio: quia tunc etiam ea non expressa valet talis depositio: sic enim in specie post Lanfrancum quem allegat, *in cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, num. 21. extra, de probat. declarat Herbo, testium depositiones, num. 21. extra, de probat. declarat Herc. de negatiua, nu. 323.*

234 LIMITA IV. Hanc † decimamnonam regulam non procedere in criminalibus, & ad rei defensionem, in quibus magis credi testibus negantibus, quam affir-
235 mantibus, dixi supra, *num. 154.* hic non repeto. Sed † illis addo, quod licet Baldus *in leg. final. num 8. Cod. de probat. Anchar. in cap. ad nostram, num. 2. in 2. notabil. & ibi etiam Abb. in summario, extra eodem titul. de probat. Monticell. in repertorio testium, in verbo, negatiua, fol. 404. colum. 2. vers. 5. & versic. penult.* affirmare videantur, quod quando delictum est plene probatum per testes affirmantes, non sit admittenda contraria probatio per testes negantes.
236 Hæc † tamen opinio non sine ratione reprobatur per Abb. *in d. cap. ad nostram, num. 3. & 4. & per Dec. ibi in princip.* & propterea dicas, quod etiam delicto probato, admittitur contraria, non delicti probatio, & isto casu magis creditur testibus excludentibus delictum, quam illud affirmantibus, vt dixi supra, *d. num. 154.*

237 LIMITA V. Vt † tunc demum magis credatur testibus affirmantibus, quam negantibus, quando scilicet deponant super affirmatiua, quæ sit iuri communi conformis, vt per gloss. Innocent. & Specular. in locis relatis per Franciscum Curt. Papiens. *in tract. de testibus,*
238 *concluf. 24. num. 49.* Secus † autem, si cum depositione testium negantium concurrat iuris præsumptio: tunc enim magis creditur testibus negantibus, quam affirmantibus, vt per eundem Curtium *concluf. 26. num. 55. ad medium*, vel si cum negatiua, & faciunt generaliter tradita supra, *in 4. reg. nu. 150.*

239 LIMITA VI. In † testibus deponentibus de facto proprio, quibus magis creditur negantibus, quam affirmantibus, etiam [illegible] deponant super negatiua non coarctata loco & tempore, vt per gloss. Bartol um & Baldum in locis relatis per Franciscum Curtium Papiensem *in tract. de testibus, concl. sexta septima, numer. decimo*, verum de hac limitatione videtur latissime quæ scripsit Fulc. Pacian. *in tractat. de probationibus, libr. primo, capu. 48.* & quæ dixi suo loco de teste deponente de facto proprio.

240 LIMITA VII. In † testibus peritis, quibus magis creditur negantibus, quam non peritis affirmantibus: prout dixi supra, *nu. 187.* vbi etiam posui, quod non minus creditur testibus deponentibus super non peritia artis, quam super peritia.

241 LIMITA VIII. Vt † testibus affirmantibus magis credatur, quam negantibus, quãdo affirmatiua est plene probata, aliter secus, & propterea magis creditur duobus negantibus, quam vni affirmanti, Salycet. *in l. 2. col. antepenult. in fin. C. de rescinden. vend. Iaf. consil. 81. num. 30. vers. tertio dicitur, lib. 3. Gabr. tit. de testibus, lib. 1. concluf. 4. num. 12. & 13. vbi alios refert, Franç. Herculan. in tract. de negatiua, num. 154. Mascard. de probationib. lib. 1. concluf. 70. numer. 12. Hector Æmil. in tract. de testibus, vers. testis affirmans, vel negans, nu. 20. & nu. 24.*

LIMITA IX. Quia † testibus negantibus magis creditur, quam affirmantibus, quando negantes deponunt verisimiliora, dixi supra, *num. 139.* hic non repeto. 242

LIMITA X. Quia † magis creditur testibus negantibus, quam affirmantibus, quando negantes deponerent pro causa fauorabili, dixi etiam supra, *in 14. regul. num. 139.* hic non repeto. 243

Esset † hic forsan quærendum, quibus aliis modis probetur negatiua vltra testium depositiones, sed quia hæc quæstio altiorem requirit indaginem, & egreditur terminos nostræ intentionis: iccirco pro nunc sufficiat lectorem remittere ad Butr. *in leg. actor, column. 1 in fine, C. de probat. vbi ponit tres modos probandi negatiuam, Alber. in leg. 2. sub numer. 3. versic. & dic quod potest, ff. eodem, vbi addit quartum modum, Franciscus Curtius Papiens. in tract. de testibus, concluf. 24. num. 53. Ripa in cap. cum ecclesia, nu. 79. versic. plures possunt, extra, de causs. possess. & proprietat. vbi ponit octo modos, Conrad. in pract. tit. de testibus, rubr. de negatiua, fol. 143. colum. 1. num. 56. versic. declarat vero, vbi & ipse ponit quatuor modos probandi negotium, & in versic. rursus subiungit Ripa, vbi ponit octo modos, & latius apud Herculan. Perusin. in tract. de probationib. lib. 1. cap. 33. & pluribus sequentibus, vsque ad caput 56.* vbi inprimis distinguit plures negatiuarum species, ac deinde ponit in vnaquaque specie plures probandi modos, & latissimè posuit materiam, in qua ad eum recurras. Laus Deo.

ARGVMENTVM.

De testium contrariorum concordia, specialia.

SVMMARIA.

Testis vnus dicit quid factum fuisse in domo, vel in ostio, alter vero dicit, contra domum, vel iuxta ostium, isti testes non dicuntur contrarii, sed concordantur, num. 245. contra, num. 246. Distingue, vt num. 247.

Testis vnus si dicat, quid factum fuisse in domo, alter vero dicat, factum fuisse in porticu domus, isti testes dicuntur singulares, & contrarii, nec possunt concordari, nu. 248. & 250. licet alii contra, nu. 249.

Testis vnus dicit, quod sint sex anni, quod Titius fecit tale, quid, alter vero dicit, quod sunt septem anni, tales testes non sunt contrarii, sed concordantur, nu. 251.

Testis vnus dicit, Sempronium continue & semper possedisse talem agrum, alter vero dicit, Sempronium fuisse absentem per aliquod tempus, tales testes non sunt contrarii, sed concordantur tribus modis, vt in nu. 252. Declara, vt nu. 253.

Testis vnus dicit, quod Titius semper possedit, alter vero dicit, quod Titius non possedit, isti testes non dicuntur contrarii, sed concordantur triplici ratione, vt in nu. 254.

Testis vnus dicit, Titium fuisse occisum à Seio cum ense, alter vero dicit, fuisse occisum cum clava, vel alio armorum genere, isti testes non dicuntur contrarii, sed probant, nu. 255. contrarium verius, num. 256.

Testis vnus dicit, Titium fuisse percussum à Seio cum armis punctim, alter vero dicit, quod fuit percussus cæsim, isti testes non probant in criminalibus, licet aliquo modo possent forsan concordari, num. 257.

Testis vnus dicit, Titium fuisse percussum à Seio in fronte, alter vero dicit, fuisse percussum in manu, isti testes non sunt contrarii, sed concordantur, numero 258. Declara, vt in numer. 259. & 260.

Testis vnus dicit tempore belli, alter vero dicit ante bellum, vel post bellum, isti testes non sunt contrarii, sed concordantur, vt in num. 261. sequ. & num. 263. vbi etiam idem, si vnus dixerit ante bellum, alter vero dixerit post bellum,

& idem si vnus dixerit ante Kalendas, alter vero dixerit post Kalendas, [illegible] contra, num. 264. sed an isto casu testes sic concordant, an vero solum fauorem eximant, num. 265. & seqq. vbi amplius de ratione huius conclusionis.

Testis vnus dicit, vidisse Titium sanum, alter vero dicit, eadem die vidisse Titium infirmum, isti testes non dicuntur contrarii, sed concordantur, vt in nu. 271.

Testis vnus dicit, quid factum fuisse præsente Titio, Titius autem negat, se fuisse præsentem, isti testes non dicuntur contrarii, sed concordantur, secundum aliquos etiam ad effectum, vt probent, num. 272. & 273. Contrarium verius, & magis communiter receptum, numer. 274. & 275. isto tamen casu multum iudicis arbitrio tribuitur, nu. 279. & quid si vnus testis dicat, quid factum præsente Titio, Titius autem dicat, se hoc nescire, non vidisse, vel non audiuisse? an vnus testis dicatur alteri contrarius? Dic quod non, num. 276. & sequentibus.

Testis non dicitur singularis ex eo, quod deponens super facto, in quo alii interfuerunt, de aliorum præsentia & contestibus interrogatus dicat, se non recordari, nu. 277.

Testes non reputantur singulares, si vnus vocet alium in contestem, & alter alterum non vocet, nu. 278.

Testis vnus si dicat aliquid factum præsentibus talis, & tali, & quod nullus alius erat præsens, Alter autem dicit, quod imo multi alii erant præsentes, isti testes concordantur, & à contrarietate saluantur, nu. 280. contra, nu. 281.

Plures casus, in quibus testes prima facie contrarii concordantur, & falsitate saluantur, remissiue habentur in nu. 282.

Et econtra plures alii casus, in quibus testes inuicem contrary nullo pacto concordantur remissiue, nu. 283.

dixerit *iuxta domum*. Tunc enim ne in vna & eadem depositione testem de contrarietate arguamus, faciẽda est interpretatio, vt illa dictio, *in*, stet pro *iuxta*, prout probare videtur text. *in dict. leg. si statuas, ff. de iniur.* vt post eundem Bart. & Bald. in locis per eum relatis bene declarat Petra *de fideicomm. nu. 834.*

QVÆRO II. Duo sunt † testes. Vnus dicit, quid factum fuisset *in domo*, alter vero dicit factum *in porticu domus*. An tales testes dicantur contrarii & singulares? an vero possint aliquo modo concordari? Dic, quod sunt contrarii & singulares, licet enim porticus sit pars domus, nec porticus dicatur porticus extra domum, non tamen dicitur locus in domo. Secundum Bald. *in l. cæterum, §. hoc Senatusconsulto, & §. sequ. ff. de leg. prim. quem sic in proposito refert & sequitur Petra in tract. de fideicomm. d. quæst. 12. nu. 827. 828. 829. & nu. 1142. vbi & in idem allegat Bero. in consil. 177. num. 15. lib. 3.* Et quamuis Ias. *in cons. 122. in fin. libr. 1.* contrarium consuluisse videatur: Eius † tamen consultationem periculosam, & omnino non admittendam in duobus testibus, sed tantum in vno, & eodem teste posse forsan illam procedere bene demonstrat Petra *de fideicomm. d. quæst. 12. nu. 833. & seq.* 248 249 250

QVÆRO III. Duo † sunt testes, quorũ vnus dixit, quod *sunt sex anni*, quod talis dixit, vel fecit tale quid. Alter autem dicit, quod *sunt septem anni*. Nunquid isti testes dicantur contrarii, an vero concordes? Respondeo, quod sunt cõcordes, quia ille testis, qui dixit de sex annis, non negauit de septem, & saltem conueniunt in minori tempore, secundum Alex. *in cons. 65. col. 2. ver. præterea si testis dicit, lib. 2. quem in proposito refert & sequitur Petra de fideicomm. quæst. 12. num. 865.* ¶ Et in proposito vide quæ generaliter dixi infra *quæst. 64. num. 233. seqq.* 251

QVÆRO IV. Duo sunt † testes, quorum vnus dicit, *Sempronium continuè & semper possidisse talem agrum*, alter vero dicit, *Sempronium fuisse absentem per aliquod tempus*. Nunquid isti testes sint contrarii? an vero possint aliquo modo concordari? Dic, quod possunt concordari tribus modis. Primo respectu recollectionis fructuum, qui singulis annis vnà vice colliguntur. Ideo, qui singulis annis fructus colligit, vtputa tempore messium vel vindemiarum per decem annos, dicitur per eosdem annos continuè possidere, etiam quod in reliquo tempore dictorum annorum fuerit absens, prout post Dyn. & Bart. quos allegat, consuluit Riminal. *sen. consil. 53. num. 18. lib. 1. sequitur Petra de fideicommiss. quæst. 12. num. 870.* Secundo iidem testes possunt concordari, quando ille, quem testis dicit continuè possedisse, habuerit in loco possessionis suam familiam, recte enim, & eo casu satis dicitur absens possidere, Bartol. *in leg. si mulieri, ff. quibus modis vsufruct. amitt. l. quod nico, in princ. & l. clam possidere, §. qui ad nundinas, & ibi omnes notant, ff. de acquirend. possess. & voluit in proposito Petra dict. quæstione 12. numero 1157.* Tertio possunt iidem testes concordari, vt scilicet ille, qui dixit, continuè Sempronium possedisse, intelligatur de ciuili possessione, & non de naturali: vt per Ripam *in leg. 1. num. 107. ff. solut. matrimon. sequitur Petr. d. quæst. 12. num 1156. iuncto num. 1154. & seq.* Vbi † declarat, hunc tertium modum non procedere, quando ex depositione ipsiusmet testis appareret, ipsum intellexisse de naturali possessione, & non de ciuili, vtputa, si in redditione rationis dixisset, quia dicto tempore vidit Sempronium stare, redire, colere, &c. Isto enim casu non solum isti testes non possunt concordari, sed nec etiam possunt à falsitate saluari, vt ibi per Petram, ex Natta, quem allegat *in consil. 295. per totum, & ante eos per Imol. post Anchar. quem allegat in cap. cum tu, nu. 13. ver. tertio limita extra, de testibus.* 252

QVÆRO V. Duo † sunt testes. Vnus dicit, quod *Titius semper possedit*, alter autem dicit, quod *Titius non semper possedit*. Verum isti testes sunt contrarii, vel potius 254

concordandi? Respondet, quod isti testes concordari possunt triplici ratione, primo, quia dictio, *semper*, intelligitur pro *fere*, & sic pro maiori parte. Secundo, quia id, quod dicit testis, *semper possedit*, intelligi debet, id est, *fuit in aptitudine possidendi*, (sed hæc secunda ratio non placet Petræ *in tract. de fideicommiss. quæst. 12. num. 1180.*) Tertio quia quanquam testis dixerit, *Titium semper possedisse*, hoc tamen dictum intelligi debet, vt fecerit ea, quę (salet verus possessor facere, prout est recolligere fructus, per quem actum vera possessio probatur, *l. Titio, ff. de solut. l. Iuris. b. C. de agric. & censit. lib. 11.* & in hac fructuum recollectione non est necesse, quod Dominus semper stet in agro, sed tantum tempore recollectionis. Sic nempe istis tribus modis, hunc primum testem posse concordari cum secundo, scripsit Tindar. *in tract. de testibus, parte 3. cap. 6. num. 13. & seqq.* vbi *num. 16.* ampliat idem, si testis dixerit *continue*, vel *nunquam exiuit dies*, vel *sine intermissione*, vel *omnibus diebus*, vel *indesinenter*, vel *quotidie*. Adhuc enim omnia prædicta verba sunt ciuiliter intelligenda, scilicet pro maiori parte, per iura ibi per eum allegata. Nec ab ista conclusione dissentiunt Bartol. *in leg. quo minus, num. 11. ff. de flumin. Ripam leg. prim. num. 107. ff. solut. matrimon.* Corn. *cons. 171. in fin. lib. 2.* Vell. *in tract. de testibus, num. 180. ad finem*, Boss *in titul. de tortura testium, post num. 22.* vbi idem si vnus testis dixerit, *omnes hoc fecerunt*, alter vero dixerit, quod *maior pars*. Petra *de fideicommiss. dict. quæst. 12. num. 1164. & num. 1180. & nu. 1341. in fin.*

255 QVÆRO VI. Duo † sunt testes, vnus dicit, *Titium fuisse* occisum à Seio cum ense, alter vero dicit, *fuisse occisum cum clava*, vel alio armorum genere. Vtrum isti testes dicantur contrarii? an vero probent homicidium commissum à Seio? Dicunt Doctores, quod ex quo isti testes conueniunt, & concludunt in substantia, quod videlicet Titius fuit occisus, vtique optime probant homicidium, licet discordent in modo & genere armorum, & hoc quia incertitudo probationis non nocet, quando in omnem (uentum concludit ad effectū, de quo agitur, secundum Alexand. *in leg. inter stipulantem, §. 1. de verborum obligat. cum aliis in proposito adductis per Aymon. in consil. 147. num 3. ad finem*, Bero. *consil. 201. numer. 36 quos in proposito refert Petra de fideicommiss. quæstione 12. num. 847. & num. 966. & numer. 1160. & numer. 1335.*

256 vbi tamen dicit, quod † Alexander & Ioann. Andr. allegati per Bero. *dict. consil 201. num 36.* non dicunt id, ad quod eos ipse allegat, & propterea supra firmatam conclusionem minime veram esse credit (prout & ego etiam de ea valde dubito) auctoritate Bal. *in leg testium, num. 14. C. de testibus.* Vbi expressè dixit, testes esse singulares in prædicamento substantiæ, si eorum vnus dixerit *cum lapide*, alter autem *cum ferro*, & certe, vbi ageretur criminaliter de pœna imponenda, nunquam istis testibus fidem darem, licet etiam aliquo modo possent concordari.

257 QVÆRO VII. Duo † sunt testes, vnus dicit, *Titium fuisse percussum a Seio cum arma punctim*, alter vero, quod *fuit percussus casim*. Vtrum isti testes ad concordiam reduci possint & probent? Dicunt Doctores, quod non probant, præsertim in criminalibus, & vbi agitur de pœna imponendi, licet aliquo modo forsan possint reduci ad concordiam, vt per Felynum *in cap cum tu, num. 16. extra, de testibus, & Crot. in tractat. de testibus, part. 7. num. 332. Dec. consil. 100. numer. 7. vers. præterea duo alij testes allegant originaliter*, Federic. de Sen. *in consil. 142. vel alias secundum aliam impressionem, 162. incip. D. Griphole, & cons. 220. incip. veritatis amica simplicitas est, quem pariter refert Petra, quem videas in materia in tractat. de fideicommiss. dict. quæst. 12. num. 1158. seqq.*

258 QVÆRO VIII. Duo † sunt testes, quorum vnus deponit, *Titium fuisse percussum à Seio in fronte*. Alter vero dicit, eundem Titium ab eodem Seio eodem die, loco, & tempore *fuisse percussum in manu*. Nunquid isti testes possint aliquo modo concordari? Dic, quod sic, quia quod simile est per rerum naturam, quod vtrumque vulnus fuerit illatum vnico ictu, & in fronte, & in manu, vt per Bald. *in l. testium, sub nu. 15. C. de testibus.* Vbi tamen † secus dicit, si vnus diceret *in fronte*, & alter, *in* 259 *ceruice de retro*, refert & sequitur Petra *de fideicom. d. qu. 12. nu. 1162. & seq. iuncto nu. 1021.* Vbi † etiam declarat, quod 260 in istis testibus sic fiat concordia ad effectum euitandi falsitatem, non autem ad effectum vt probent.

QVÆRO IX. Duo sunt testes, † vnus dicit *tempore* 261 *belli*, alter dicit *ante bellum*. An isti testes concordentur & probent? Dic, quod sic, quia illud tempus ante bellum intelligi debet paulo ante bellū, & sic videtur posse dici tempore belli factum id, quod paulo ante bellum factum exstitit, vt per Felyn *in d. cap. cum tu, colum. 4. in fin. vers. & addo Bald. extra, de testibus*, Tindar. *in tractat. de testibus, cap. 6. nu. 8.* vbi reddit rationem, quia scilicet ea, quæ in continenti fiunt, paulo ante actum, vel post videntur inesse, *l. diuortio, ff. solut. matrimon.* Fran Curt *in tractat. de testib. conclus. 56. nu. 107. vers. sic tempore guerræ*, Imol. *post Bald. in d. l. diuortio, in princ. num. 2. per illum text. loquentem de vindemia, ff. solut matrimon.* Roman. *consil. 101. num. 8.* Marsil. *consil. 51. num. 64. & sequent.* Petra *de fideicommiss. quæst. 12. num. 1161. 1131. & numero 1139. versic. & illud quod dixi.*

Et idem † in testibus, quorum vnus dicit, quid fa- 262 ctum *tempore belli*. Alter autem *post bellum* quod concordentur & probent, dixerunt Tindar. *d. cap. 6. num. 8. &* Franc. Curt. *d. conclus. 56. nu. 107. eodem vers. sic tempore guerræ*, non solum eadem ratione, quia scilicet in continenti facta post actum, videtur actui inesse, tam etiam, quia illa dictio, *post*, accipi potest, post actum cœptum, nondum tamen finitum, in teste dicente Titium visum, post sonum campanæ, quod intelligatur post sonum cœptum, non tamen finitum, & sic durante sono campanæ, scripserunt Bald. Fulg. Rom. & Ias. *in l. 2. §. creditum, ff. si cert. pet. at quos in proposito refert & sequitur Petra de fideicommiss. qu. 12. nu. 1138.*

QVÆRO X. Vnus dicit, quid † factum *ante bellum*. 263 Alter autem dicit, *post bellum*. Nunquid isti testes possint aliquo modo concordari? Dic, quod sic, quia ille testis, qui dicit, *ante bellum*, debet intelligi ante bellum finitum, alter autem testis, qui dicit, *post bellum*, debet intelligi post bellum cœptum, vt per Bart. Alex. & alios communiter, *in l. 2. §. creditum. ff. si certum pet. at. Imol. in cap. cum tu, num. 4. colum 3 vers. Item quinto limita, & ibi etiam Bald. num. 2. vers. alij dicunt, extra, de testibus*, Bertazzol. *consil. 5. num. 6 libr. 1.* vbi idem de duobus testibus, quorum vnus dicit, *ante Kalendas*, alter autem dicit, *post Kalendas*. Isti enim testes concordantur, quia vnus intelligitur ante finitas Kalendas, alter autem post inchoatas Kalendas, ex Bartol. Angel. Dec. & Francisc. Curt. ibi per eum relatis. Quod & idem probarunt plures alii relati per Monticell. *in repertor. test. rubr. contrarii testes, an & quam fidem faciant. folio 214. columna prima & secunda, per totam*, vbi pluribus modis infert ad testes, quorum vnus deponit per dictionem, *ante*, alter autem per dictionem *postea*, prout etiam infert Petra *in tractat. de fideicommiss. d. qu. 12. nu. 1134. & 1136. versic. & ratio, nu. 1139. 1140. & 128.* Et aduerte, quod isto casu testes concordantur, non solum per principium & finem, vt mox dixi, & generaliter posui supra, *num. 55.* sed etiam per actus multiplicationem, prout in testibus, quorum vnus dicit, instrumentum fuisse rogatum *ante*. Alter autem dicit, *post*. Vel in testibus, quorum vnus dicit, testes fuisse rogatos *ante publicationem instrumenti*, alter autem *post publicationem*: quod scilicet isti testes concordentur, præsumendo, duplicem rogitum, consuluit Aug. *in consil. 257. colum. pen. v.r.*

ver. nunc venio, quem refert & sequitur Petra, vbi supra, * *d. n. 1140.* & ex his patet, hanc conclusionem esse * com- 264 muniter à Doctoribus receptam. Quamuis † contrarium in rei veritate sentiat Bald. *in cap. cum tu, nu. 2. vers. sed si testes, extr. de testib. & in c. 1. §. Opizon. in fin. de pac. Const.* vbi in hoc damnat Bart. & eius opin. dicit esse truffam.

265 LIMITA huius X. quæst. conclusionem, † vt licet isto casu testes concordentur: concordati tamen non probant, licet bene euitent falsum, vt per Antonium de Butr. *in cap. cum tu, num. 4. col. 2. ver. tertio potest procedere, extr. de test.* Petra *de fideicomm. d. qu. 12. nu. 1136. & nu. 1208.* vbi *dicit ita Doctores tenere in l. 2. §. creditum, ff. si certum pet.*

266 & † quamuis contrarium, quod imo etiam concordẽtur, vt probent, scripserunt Imol. *in d. c. cum tu, nu. 4. col. 3.*

267 *ver. sed certe, etiam & Aret. nu. 14. ver. sed pro certo.* Ego † tamen à limitatione non recederem: quia licet talis interpretatio, & intelligentia ad dictionem, *ante*, & dictionem, *post*, per principium & finem, sit iuris, non tamen est secundum communem loquendi vsum, secundum quem testium dicta fore intelligenda, dubitandum nõ est, dum enim testis dicit, *ante bellum*, sine dubio voluit intelligere, *ante bellum inchoatum*: sic & dum dixit *post bellum*, pariter voluit intelligere, *post bellum finitum*, & ita vnusquisq; se habere communem loquendi vsum, omnino affirmabit, & iuris illa interpretatio per principium & finem, nemo negabit, quin sit extrinsea, & non sonans in auribus vulgi. Ideo satis sit, quod contraria iuris interpretatio testem excuset à falso, absq; eo, quod

268 probationem inducat. Et † propterea Bald. opinionem contra supra firmatam cõclusionem procedere, quando communis vsus loquendi ita se habet, post Fulgos. Rom. Ias. & Alexan. *in d. § creditum, declarat* Petra *d. qu. 12.*

269 *nu. 1138. in fin.* Prout † etiam pariter, nec testes istos concordantes per principium & finem, quando ex eorum depositione apparet de contraria mente, scripsit idem Bald. *in d. c. cum tu, num. 2. vers. hoc verum, nuncio vers. consule-*

270 *ra, &c.* Vbi † etiam propositam huius decimæ quæstio. conclusionem procedere affirmat, quando agitur de probatione actus gesti, in tempore successiuo, & habẽtis in se temporis quantitatem, prout est bellum. Secus si ageretur de probando actũ momentaneum, qui non recipit aliquid ante, nec aliquid post, nisi momenti: ideo tunc non admittitur interpretatio per princ. & finẽ.

271 QVÆRO X. Duo sunt testes, † vnus dicit, *vidisse Titium sanum*, alter autem dicit eodem die, eundẽ Titium *vidisse infirmum*, nunquid isti testes possint a cõtrarietate aliquo modo saluari? Respondet quod sic, prout consuluit Anchar. *in cons. 385. in plurib. testib.* hinc inde receptis super quadam renũtiatione beneficii facta per clericũ, quorum aliqui dicebant ea die, qua fuit facta dicta renuntiatio, clericus erat sanus, & quod eum viderunt sanum, alii vero dicebant, quod erat infirmus eadem die, & concludit, quod inuigilando saluationi testium, possunt interpretari, quod omnes verum dicant, primi scil. quod in prima parte diei dictus clericus erat sanus, alii autem in alia parte diei, neque enim inueniunt, quod quis certo tempore sit sanus, & illinc ad modicũ tempus factus sit infirmus, vt ibi per eum.

272 QVÆRO XI. Duo sunt † testes, puta Titius & Seius, Seius dicit, *Quid factum præsente Titio*. Titius, *negat se fuisse præsentem*. Nunquid isti testes possint aliquo modo cõcordari? Dic, quod sic secundum aliquos distinguendo inter præsentiam intellectualem & corporalem, quod scil. vn⁹ intelligatur de præsentia intellectuali, alter vero de corporali, quia potest stare, quod quis corpore fuerit præsens: non tamen intellectu, aliud cogitans, & aliud in mente habens, vt per Bald. *in l. testium, nu. 9. C. de testib. Corn. consil. 160. nu. 6. lib. 2. Alex. in cons. 190. n. 6. & n. 8. lib. 1. & cons. 111. num. 6. lib. 3. & cons. 110. nu. 4. in fin. lib. 1. &*

273 *cons. 43. n. 34. seq. lib. 4.* vbi † loquitur etiam ad effectum, vt isti testes probent, nedũ, vt à falso excusentur, Socin. *cons. 31. sub nu. 28. lib. 2. Lanfranc. in tract. de testib. nu. 27. ver. sed quid in præmisso casu, ex Bald. quem allegat in l. iurisiurandi, C. de testib. Marsil. sing. 408. vbi alios refert*, Bertaz. *cons. 548. nu. 9. lib. 2. & ex his aliquos refert Petra in tract. de fideicom. qu. 12. nu. 1143 1146. 1147. in fin. 1149. in fin. & nu. 1337. quibus addo Aym. cons. 13. nu. 3. sicut illum refert Hect. Æmil. in tract. de testib. verbo, testis auditum alienum deponens, nu. 16. fol. 247 Bursat. cons. 69. nu. 26. & cons. 88. nu. 3. part. 1. Montic. in repert. test. rub. impugnatur testis, quia varius, fol. 203. col. 1. verf. fi.*

¶ Imo etiam non adhibita distinctione inter præsentiam intellectualem & corporalem, adducitur pro hac eadem opinione, doctrinam Castr. *in l. heredis palam, in princ. col. 2. nu. 7. ff. de testam.* quem retinendo secutus fuit Marsil. *in singul suo 285. in c. multi sunt, num. 3. ver & ita dixit, & in l. unus facinoris, §. fin. num. 7. ff. de quæst. prout ipsos sic refert Hect. Æmil. in tractat. de test. in rubr. testis articulum verum, nu. 5. fol. 222.* qui dicunt, quod si testes dixerunt articulum verum, & interrogati, quibus præsentibus id factum fuerit, respondeant, *præsente Titio & Seio*, Titius autem & Seius interrogati dicunt, se nihil scire, per hoc non vitiatur dictum illorum testium, si tunc tu sufficienti numero ad probandum.

Contrarium, † & ni fallor, verius, quod imo isti testes non possint concordari, & quod Seius, qui dicit, quid factum præsente Titio, reddatur omnino suspectus de falso, si Titius negat, se fuisse præsentẽ: eo quia dum de præsentia agitur in testibus, intelligere debemus de corporali, non autem de mentali, scripserunt idem Alexand. *in consil. 91. post nu. 7. col. penult. in fin. lib. 4 quem refert idem Petra d. quæst. 12. num. 1357. & num. 1359 Bald. in cap. cum causam quæ inter, nu. 17. extra, de testib. Felyn idem in secun. l. col. 3. ad med. vers. han. fallentiam, Gramm. cons. 26. nu. 20. & cons. 38. nu. 28. Io. Turrius inter consil. cum diuers. consil. 81. nu. 41 lib. 2. Gabr. tit. de testib lib. 1. concl. 12. nu. 2. Bertaz. cons. 334. num 3. lib 2. Decian. cons 92. num. 51 libr. 2. Montic. in repert. test. rubr. impugnatur testis, quia varius & fol. 203. col. 1. vers. pen. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1368. nu. 1. Bursat. cons. 192. nu. 8. Marc. Anton. Eugen. consil 27 num. 1. vbi de * communi, Hippol. Rimin. cons 554. nu. 4. lib. 5. & cons. 723 num. 54. seq. lib. 6.* apud quos alios reperies concordantes, ex quibus hanc contrariam opinionem magis communiter à Doctoribus * receptam esse, facile dici posse crediderim, præsertim † ad effectum, vt probent, vt bene considerat idem Petra *d. quæst. 12. nu. 1143 1145. 1149. ver. sed nemo istorum probat.* Nec Baldus supra ex eo allegatus, *in l. testium. nu. 9. C. de testibus*, contrarium dicit, cum eo loci, arguat pro & contra, & postea concludit, quod si verba testis proferuntur ad præsentiam localem, dicens, puta, ego nõ interfui in illo loco, tunc sine dubio non possunt intelligi de præsentia intellectuali, & propterea necesse est, quod eorũ alter falsum dicat & mentiatur, & sic datur iudici materia inquirendi contra alterutrum: secus autem si sermo testis possit referri ad mentalem præsentiam: quia tunc non appareret contrarietas, & tamen inquit ibi Bald. etiam in hoc secundo casu ratione suspicionis inquirẽdum est, quare semper hos testes suspectos aperte dixit ibi Bal. quę refert & sequitur ibid. Salyc. *nu. 8.* & propterea nemini credẽdum, dixit magis communem Viu. *opin. 899. nu. 5.*

Bene † verum est, quod si Seius dixerit, quid *factum* 274 *præsente Titio*. Titius autem dicat, *se hoc nescire, non vidisse, vel non audiuisse*, tunc sine dubio fit concordia, nec aliqua fit læsio depositioni Seii per depositionem Titii, quia potest stare, quod Titius fuerit præsens, & quod nihil viderit vel audiuerit, vt per Dec. *in consil. 16. col. 8. circa prin. prout ipsum refert & sequitur Petra d. quæst. 12. num. 1147. & per Hippol. Rimin. † cons 554. num. 5 lib. 5. facit. quod scripsit Ioann. Roys in tract. de hæret. part. 2. assert 6. num. 127.* vbi post Felyn. Alexand. Castr. Ruin & Mynsing. posuit

legat,concludit,testem non reputari singularem,ex eo, quod deponit super facto, in quo alii interfuerunt, interrogatus de aliorum præsentia,& contestibus,dixerit
278 se non recordari. Ad † quod etiam facit id, quod scripsit Albertin.*in cap.1.qu.16.num.57.de hæret.in 6.*vbi post Bart. Bald.Sign.& Corn.quos allegat, pariter dixit, testes non reputari singulares, si vnus vocet alterum in contestem, & alter alterum non vocet.

279 Prout † etiam bene verum esse crediderim in casu propositæ quæstionis,multum esse tribuendum iudicis arbitrio, cuinam dicto istorum testium sit magis standum. Et contra quem iudex magis inquiret, tanquam magis suspectum,iuxta theoricam Bald. *in dict. leg. testiu, num.9.C. de testibus,* qui quidem iudex id optime iudicabit,tum ex qualitate personæ ipsius testis,tum etiam ex qualitate facti, præsumptionum & coniecturarum cõcurrentium.sic nempe hanc materiam resoluendam esse, colligitur ex tradit.per Herculan.*in tract. de negatiua, nu.211.& seqq.*vbi alios refert.

280 QVÆRO XIII. Duo sunt † testes, quorum vnus dicit aliquid factum, *præsentibus tali,& tali,& quod nullus alius aderat.* Alter autem dicit,quod imo multi alii aderant. Numquid isti testes possunt aliquo modo concordari, & à contrarietate saluari? dic, quod sic: quia primus testis intelligi debet,quod nullus alius aderat,quẽ ipse viderit. vt per Ang.*in consil.275.colum.penult. in princip.*Dec.*consil.*100.*nu.*4.Alexand.*consil.*190.nu.6.& nu.9. in fin.& sequ.libr.*7. Vbi etiam saluat istum primum testem, distinguendo de præsentia corporali, & de mentem, distinguendo de præsentia corporali, & de mentali, iuxta terminos præcedentis quæstionis, & hos refert Petra *in tractat.de fideicommiss. quæst.*12.*num.*133.*iuncto*
281 *nu.*1173. Vbi † tamen hanc saluationem dubitabilem credit, quia testis cẽsetur deponere de certa scientia, & per sensum visus eo ipso. Ideo non admittitur ista excusatio, scilic *quod ipse viderit,* nisi interrogatus,in causa scientiæ deficiat, vt inter consil.mattimon.diuer.*consil.*49. *nu.*42.*in fin.& seqq.pluribus,*vbi de teste,qui dixerat, *quod talis non erat in domo,* latè examinatur ibi hæc quæstio.

282 POSSEM plura † alia exempla hic in medium afferre,quibus testes prima facie contrarii concordantur, & à falsitate saluantur: verum quia principaliora, & vsu frequentiora retuli,de reliquis, ne longior sim, lectorẽ remitto ad Felyn.*in cap cum tu,col.*4.*vers.datur etiam alius modus secundum Doctores,& d.col.*4.*in fin.vers.i. caterum quoniam infinitum fere,& col.*15.*vsq; ad num.*13. Nell.*in tract. de testib.nu.*222.Crot.*de testibus,part.*7.*num.*332.*& ibi in addit. litera A,maiuscula.*Petra *de fideicommiss.d.quæst.*12.*num.*1116. 1120.1126.*& seq.vsq; ad nu.*1181.*vbi latissime, & num.*1205. *& sequ.*1209.1341.*& duobus seqq.&* 1364.

283 Et econtra † de pluribus aliis exemplis, quibus testes inuicem contrarii nullo pacto concordãtur, lectorem pariter remitto ad eundem Petram, *d. qu.*12.*num.* 1167.1177.*& duobus seqq.*1211.1347.*& duobus seqq.*1355. 1357.1360.& 1361. Et ex his ad laudem DEI, & beatæ Virginis Mariæ sit absoluta hæc 65. quæstio, hac die 2.Decembr. M.D.XCII.

ARGVMENTVM.

Testis quando dicatur varius, quando contrarius, & quando vacillans: quandove testis sibiipsi varius, contrarius, & vacillans probet, nec ne, & an præcipue testis secundo loco examinatus possit se referre ad primum examen.

SVMMARIA.

Ordo quæstionis,nu.1.

Testis varius dicitur, qui indirecte deponit contrarium eius, quod antea deposuerat: contrarius vero, qui directè sic contrarium dicit,nu.2.Contra quod varietas in teste inducatur, etiam ex directa contradictione, nu.3.

Testis varius dicitur, qui nulla causa aut ratione assignata dicit contrarium eius,quod primo dixerat, nu.4. Sed certè hæc descriptio conuenit etiam testi contrario,nu.6.

Testis contrarius dicitur is, qui deponit duo, quæ simul esse non possunt, num.5.

Testis varius vel contrarius sunt idem in effectu, saluo quod varius dicitur,qui suo proprio motu variat,contrarius vero, qui varia deponit interceptus per interrogatoria, nu.7.

Testis varius dicitur,qui non contraria deponit, sed diuerso modo dicit, num.8.Contrarius vero,qui contraria tenaciter asserit, num.9.

Testis vacillans dicitur, qui timendo, titubando, & dubitando varie loquitur.nu.10.

Testis dicitur vacillans, ficum timore & dubitatione loquatur, etiam quod non varia deponat, nu.11.

Testis varius accipitur à Doctoribus pro vacillante, & econtra, num.12.

Testis sibiipsi varius & contrarius regulariter non probat, nu.13.

Testis vacillans pariter non probat, nu.14. Sed quod probet, licet de fide diminuatur,nu.15.concorda vt nu.16.17.& 18.

Testis sibi varius & contrarius in aliqua parte, in totum reputatur varius & contrarius,& nihil probat, nu.19.

Testis varius & contrarius in loco & tempore nihil probat, numero 20.

Testis varius & contrarius nec etiam facit indicium ad inquirendum,num.21.

Testis sibi varius & contrarius in substantialibus non probat, numer.22.& 23. Vbi etiam,quod tunc depositio dicitur in substantialibus, quando concernit articulata, secus autem, si sit varius in non substantialibus,sed in qualitatibus,circumstantiis,accessoriis & accidentalibus,nu.24.

Testis suspectus potest a iudice interrogari etiam de qualitatibus & circumstantiis,non substantialibus,nu.25.

Testis varius etiam in non substantialibus non probat, quando varietas est multiplex, & concernit factum proprium ipsius testis, num.26.

Testis varius etiam in accessoriis non probat, quando iurauit dicere veritatem super tota causa, nu.27.

Testis varius in penitus extrinsecis, & impertinentibus adhuc probat,nu.28.& 29.Vbi etiam,quæ dicantur impertinentia, si vero varietas consistat in pertinentibus ad causam,& tunc nihil probant, nu.30.

Testis varius & contrarius in non substantialibus,licet probet,diminuitur tamen de eius fide, num.21.

Testis varius & contrarius per errorem & ignorantiam, probat, & non punitur de falso,nu.32.& 33.

Testis varius & contrarius propter obliuionem, an aliquo modo excusetur,nu.34.& 35.

Testis varius & contrarius probat, quando varietas est modica, num.36.

Testis non dicitur varius aut contrarius, qui in examine plus dicit in vno,quam in alio,nu.37.& 38.

Testis secundo loco examinatus, potest se referre ad primum examen, nu.39.

Et si iudex voluit hanc responsionem recipere, potest testis dicere, legatis mihi meum primum examen, & postea respondebo, num.40.

Et si adhuc iudex nolit legere primum examen, poterit testis protestari,vt in num.41.

Et licet contrarium, quod talis responsio testis relatiua ad primum examen, non debeat per iudicem admitti, tenuerint relati in num.42.precedens tamen opinio, & verior, & communior est, nu.43.

Testis potest petere sibi legi suum primum examen, etiam quod non sit publicatum, num.44.

Testis potest se referre ad suum primum examen, etiam quod illud fuerit nullum,nu.45.licet,alij contra,num 46. Declara hanc conclusionem duobus modis, vt nu.47 & 48.

Testis

Testis responsio relatiua ad primum examen, an sit admittenda, vel non,iudicis arbitrio relinquitur,nu.49.& 50.

Testis non potest se referre ad primum examen, quando repetitur pro declaratione primi dicti dubii,num.51.

Testes in criminalibus non possunt se referre ad primum examen, num.52.

Testis examinatus coram arbitro, si repetatur coram iudice ordinario, non potest se referre ad primum examen, numero 53.

Testis examinatus in iudicio summario, si repetatur in plenario, non potest se referre ad primum examen, nu.54.

Testis si sit alius persona suspecta, non potest se referre ad primum examen, nec etiam petere illud sibi exhiberi & legi, numero 55.

QVÆSTIO LXVI. PARS I.

1 OPPONITVR XIX. contra † testem, quod est sibiipsi varius, contrarius & vacillans; ideo non probat,quod,quãdo verum sit, antequam discutiamus,præmittendum duxi: quando testis dicatur sibiipsi varius, quando contrarius, quando vacillans, & quando falsus, quomodove hæc inter se differant,aut conueniant.

2 Quoad † primum & secundum, quando scilicet testis dicatur contrarius vel varius, reperio Bald. *in c.præterea,num.5.ver.mihi videtur,* reprobata Innocent. descriptione (de qua mox infra dicam) dicentem, quod varius dicitur testis,qui indirectè deponit cõtrarium eius, quod antea deposuerat: contrarius vero,qui directe sic contrarium dicit, & sic secundum Baldum hæc videtur differentia inter testem varium & contrarium, vt testis varius dicatur is,qui sibiipsi indirectè contradicit, contrarius autem qui directe,& Bald.sic vt supra dicentem refert nouissime Petr.Anton.à Petr.*in tract.de fideicomm. qu.*12.*post nu.*747.

3 Verum † contra hanc Bald.declarationem videntur facere scripta per Bart.*in l.eos,n.5.ver.varia testimonia sunt, ff.de falsis,* vbi dixit, varia esse testimonia, quando testis vnum dicit in vno articulo,in alio autem articulo dicit aliud directe contrarium primo, & Bart. sic vt supra dicentem,refert & sequitur Tindar.*in tract.de testib.part.*3. *cap.*7.*in princ.* ergo secundum Bart. contra Bald.varietas in teste inducitur etiam ex directa cõtradictione. Quare magis * communiter Doctores dixerunt, illum dici
4 testem † varium,qui nulla causa, aut ratione assignata dicit contrarium eius, quod primo dixerat, secundum Innocen.*in d.cap.præterea,nu.*4.*& ibi etiam Ioan.Andr.nu.*1. *Hostiens.nu.*4.*Imol.*9.*Butr.num.*14.*vers.vltimo dubitatur,& vers.tu posses exemplificare, Zabarell.nu.*1.*vers. quæro tunc,extra,de testibus cogen.Iacob.de Sancti.Georg.in l.qui falsa,num.*1. *ff.de testib.Alberic.de Malet.in tract.de testibus,cap.final.num.*1. *Foller.in pract.crim.in verbo, capiat informationem, nu.*62.*in princ.Boss.in tit.de tor.test.nu.*16.

5 Testem † autem contrarium eum dici, qui deponit duo,quæ simul esse non possunt, vt per eundem Innoc. *in d.cap.præterea,nu.*4.*& ibi etiam Ioan. Andr. nu.*11.*vers.contradicens Hostiens.post nu.*4. vbi declarat, & exemplificat, quando proprie quis dicatur deponere duo incompatibilia, Butr.*nu.*14.*versic.contradicens, Imol.nu.*9.*vers.contrarius vero, Zabarel.nu.*1.*vers.contradicere dicitur,extra,de testibus cogen.Bart.in l.eos,num.*5.*ad fin. vers.& contraria dicuntur,ff.de fals.Iacob.de S.Georg.in l.qui falsa, nu.*2.*ff.de testibus, Tindar.in tract.de testib.part.*3.*cap.*7.*in princ.vers.aduersa, vel contraria, Alber.de Malet.de testibus, cap.final.num.*7.*Foller.in pract.crim.d.verbo,capiat informationem,n.*62.*vers.contrarius dicitur,Boss.in tit.de tort.test.nu.*16.

6 Sed † certe, licet prædictæ communes * Doctorum
* descriptiones sint in se veræ, non tamen videntur ponere specificam differentiam inter testem varium,& testem contrarium: quia prædicta descriptio testis varii videtur etiam conuenire testi contrario & contra,vt de se patet,& expresse aduertit Bald. videndus, *in d.c.præterea,nu.*5.*ver.mihi videtur,de testib.cogen. & post Bald. Alb.de Malet.in tract.de testib.cap.fin.nu.*3.*ver.& hæc expositio.*

Ideo † pro rectacognitione differentiæ inter testem 7
varium & contrarium potes primo dicere, secundum Host.*in d.c.præterea, ad fin. ver.vel dic quod testis varius, & cõtrarius idem sunt in effectu,* saluo quod varius dicitur, qui per se,& suo proprio motu variat dictum suum. Contrarius vero,qui varia deponit interceptus per interrogationes sibi factas.

Vel † secundo, & melius dicere potes, quod varius 8
dicitur ille testis, non is qui contraria deponit, sed qui diuerso modo dicit, vt per Bald.*in d.cap.præterea, nu.*7.*de testib.cogen.*ponens exemplum in teste, qui primo dicit, quod *Titius mutuauit centum florenos in Carlenis,* postea dicit.*in Bologninis,* vel *in Imperialibus,* vel secundum Albert. de Malet.*in tract.de testibus, cap.fin. post num.*3. post Imol. quem allegat. Pone aliud exemplum in teste,qui primo dixit,*Titium emisse domum Sempronii,* deinde dicit, *Titium emisse domum Sempronii vna cum vxore sua.* Iste inquam testis dicitur propriè variare, ex quo primo dixit, Titium simpliciter emisse domum,& deinde dixit, illum emisse cum vxore, vt ibi per eum, quem refert Foller.*in prætic.crim.d.verbo,capiat informationem,nu.*62.*in fin.* & sic ille tunc dicitur testis varius, qui non stat firmus in suo
9 dicto. Contrarius † autem,qui contraria tenaciter asserit, vt per Nell.*in tract.de testib.nu.*216.*vers.quæ autem testimonia dicuntur diuersa, & quæ varia.*

Quo † vero ad tertium, quando scilicet testis dica- 10
tur vacillans, dic, quod testis ille dicitur vacillans, qui timẽdo,titubando,& dubitando variè loquitur, vt per Innoc.*in d.c.præterea,nu.*4.*in fin.vers.qui item varie loquitur, & ibi etiam Ioan. And.nu.*11.*vers.item qui varie loquitur, Host. nu.*4.*ad fin.vers.vel etiam is,qui duo proponit varie,* & asserit, quod nescit eligere, Bald.*nu.*7.*vers.item variatio, &c.* vbi exemplificat in eo, qui primo dicit vnum, postea dicit aliud,&tandem reuertitur ad primum dictum, Butr *nu.* 14.*ver.vacillans,Imol.num.*9.*vers.vacillans vero, Zabarell.post nu.*1.*extra,de testib.cogen.Iacob.de S.Geor.in l.qui falsa,nu.*3.*ff. de testib Tindar.tract.de testib.part.*3.*cap.*7.*nu.*3. Nell.de testibus,nu.*216.*vers.vacillans, Boss.in tit.de tortur.test.num.*16.*in fin.vers.sed vacillans, & nu.*17.*etiam ad finem.*

Imo † eo ipso, quod testis dubitatiue vel cum timo- 11
re, vel cum dubitatione loquitur, dicitur vacillans, vt per Alber.*in l qui falsa,nu.*5.*ff. de testib.& per eundem Innoc. in d.cap.præterea, nu.*4.*ad fin. & ibi etiam Ioan.Andr.num.*11.*vers.vacillans, Hostiens.in fin.ver.vacillans autem, Bald.ibidem nu.*6.*Zabarel.nu.*1.*vers.vacillare dicitur, Alb de Malet.in tract.de testib.cap.fin.nu.*3.*Foller.in pract.crim.in verbo, capiat informationem,nu.*62.*vers.vacillans autem,* & sic secundum istos videtur,quod testes dicũtur vacillare etiam,quod non varia loquantur,dummodo dubitando,timendo, aut titubando deponunt.

Sed † certe hæc verba variare & vacillare, licet,vt ex 12
præmissis apparet, inter se aliqualiter differant, prout etiam dixi supra,*in 2.lib.tit.de impic.quæst.*52.*nu.*93. Repetio tamen à Doctoribus confusa, & vnum pro altero sæpissime poni. His præmissis,

REGVLA † sit negatiua,quod testis sibiipsi varius, 13
aut contrarius,nihil probat,text. est *in c.licet causam,* ibi, *cum alii sibimet in serie sui testimonii contradicant.* & ibi etiam ibi, *Quia sibiipsi euidentissime contradicunt:* & ibi gloss. in verbo,*contradicunt,* vbi adducit alia iura concordantia; *Ar.et.tit.*15.*Dec.nu.*58.*Bero.nu.*37.*in fin.vers. quando vero vnus,extra,de probat. Ant.de But.in c.cum in tua, nu.*10.*vers.dixi testes,& ibi etiam Felyn.nu.*3.*vers.prima conclusio, extra, de testib idem But.in cap.præterea, nu.*14.*vers.& horum testimonium,& ibi etiam Ioan. And.n.*11.*vers.horum autem omnium, extra,de testib.cogend. gloss.in cap.in nostra, in verbo, aduersa, in*

princip. & ibi etiam Butr. num. 4. extra, de testibus, Florian. in leg. qui falsa, num. 1. ff. de testibus, Marsil. in l. eos, nu. 1. in 1. notabili, ff. de falsis, Iacob. Butrig. in titul. de contrarietate test. numer. 1. Nepos de Monte Albano in tract. de testibus, nu. 117. 127. & 128. Nell. de testibus, nu. 107. vers. & non possunt variare, & nu. 214. vers. testes aliquando, & nu. 215. Tyndar. de testibus, part 3. cap. 1. nu. 1. & cap. 2. nu. 1. ver. & nulla pde dignum, Alber. de Malet. in tractat. de testibus, cap. final. num. 29. Crot. de teste. part. 7. num. 326. vers. 14. requiritur, & num. 344. in fi. stibus, ne, vers. nam ex varietate, vbi bene reddit rationem, Boss. in tit. de oppos. it. contr. test. nu. 1. Alciat. de præsumpt. regul. secund. præsumpt. 29. num. 6. & hi testatur de * communi opinione, Conarru. variar. resolut. libr. 2. cap. 13. num 8. vers. ceterum si testis, vbi quod * hoc omnes passim fatentur. Conrad in pract. titul. de testibus, rubr. de contrarietate testium, folio 120. nu. 10. in princip. Clar. in pract. § final quæst. 53. ver. quarius est casus, in princip. vbi aliis relatis, quod hoc * omnes passim fatentur ex Couarru. in loco præcitato. Viu. in * commun. opin. ver. testis, vel notarii contrarietas, vbi etiam de communi. Villalob. in suis communion. opinion. littera T. num. 96. Menoch. de arbitr. quæst. libr. 2. casu 108. numero secundo, Roland. consil. 73. num. 20. secund. libro primo, Bertazz. consil. 3. num. 15. & consil. 28. numer. 4. & consil. 70. num. 24. libr. 1. & consil. 559. numer. 7. libr. 2. Octauian. Chacheran. consil. 65. num. 30. & 31. Monticell. in repertor. testium rub. impugnatur testis, quia varius, fol. 201. col. 1. vers. penult. & rub. varius aut vacillans testis an & quando repellatur, fol. 210. col. 2. vers. 3. & fin. & fol. 211. col. 1. vers. 1. 2. 3. & fin. & rub. contrarii testes an & quando fidem faciant, folio 211. colum. 2. vers. fin vbi plures adducuntur concordantes & rub. testes dicens in secunda depositione aliter quam in prima, fol. 216. col. 1. vers. fin Mascard. de probat. lib. 3. concius. 1361. num. 2. & 3. vbi plures alii referuntur moderni consulentes, Rota diuers. decis. 303. num. 1. part. 1. & decis. 677. num. 2. lib. 3. part. 3. ¶ Menoch. de præsum. lib. 5. præsum. 23. nu. 1. sequentib.

14 AMPLIA I. Propositam † regulam procedere non solum in teste sibi vario & contrario, sed etiam in vacillante, sic enim in vacillante loquuti sunt Io. Andr. in cap. præterea, nu. 11 vers. horum autem testimonii. n. & ibi etiam Hostien. nu. 4. ad fin. ver. horum autem omnium, Butr. nu. 14. vers. & horum testimonium, extra, de testibus cogend. Iacob. Butr. in tit. de contrarietate testium, cap. 1. nu. 14. in fin. Tyndar. de testib. part 3. cap. 7. nu. 3. Nepos de Monte Albano de testib. nu. 117. iuncto nu. 150. vbi de titubante, Boss. in tit. de tortur. test. numer. 17. Conrad in pract. titul. de testib. rub. de contrarietate test. fol. 120. nu. 10. vers. vel si vacillando, Bertaz. consil. 117 nu. 2. lib. prim. Monticell. qui pariter de titubante loquitur, & alios refert in suo repertor. test. rubr. impugnatur testis, quia varius, & c. fol 200. col. 2. ver. pen & fin. & rubr. varius, aut vacillans testis an & quando repellatur. fol. 210. col. 2. vers. pen.

15 Contrarium, † quod testis vacillans non in totum repellatur, sed quod tantummodo ei de fide diminuatur, voluit Alber. in l. qui falso, nu. 5. ver. & isti testes vacillantes, ff. de testibus, & rursus in leg. 1. nu. 5. ver. item aliquando vacillat, ff. eod. alternatiue loquitur, vel scilic. quod ei nihil credatur, vel quod minus credatur, nec differtit Monticell. in repert. test. rubr. varius aut vacillans testis an & quando repellatur, fol. 211. colum. 2. ver. 1. vbi per text. in leg. in testib. C. de testib. dixit testem vacillantem non repelli, sed minus ei credi.

16 Pro † concordia potes dicere, quod prima opinio procedat in illo teste vacillante, qui timendo, dubitando, & titubãdo varia deponit, iuxta descriptionem positam supra nu. 10. tunc enim propter depositionis va-
17 rietatem testis fides in totum tollitur. Secunda † tantum opinio procedat in eo teste vacillante, qui tantummodo deponendo titubat, timet, aut dubitat, non tamen varia, aut diuersa deponit, iuxta aliam descriptionem, de qua supra nu. 11. tunc enim non tollitur in totum eius probatio, sed tantummodo de fide deminuitur, & sic in

teste vacillante, non tamen varia deponente loquitur Alb. in d. l. qui falso. Vbi etiam, † & pariter pro concordia 18
dicere potes, vt testis in totum repellatur, si vacillat circa substantiam negotii: secus si circa circumstantias, secundum eundem Alber. in d. l. 1. nu. 5. ver. aut extra tormenta, ff. de testib. de quo tamen latius dixi infra n. 24. & seqq.

AMPLIA II. Eandem † regulam, vt testis sibi varius, & contrarius in aliqua parte in totum reputetur 19
varius, & contrarius, & nihil omnino probet, vt pluribus demonstrat Aretin. in cap. in nostra, nu. 5. & sequ. & nu. 9. & 10. ext. de testib. vbi eam reddit rationem, quia scilic. contradictio, vel varietas in eodem testificatu, notoriè arguit calumniam, & falsitatem testis, quod & idem voluit Abb. in dict. cap. in nostra, num. 2. & consulendo tradiderunt Capoll. cors. fil. 1. num. 2. Rain. consil. 58. num. 10. lib. 5. Roland. cons. 95. num. 17. lib. 4. Cephal. cons. 65. nu. 52. & cons. 97. nu. 37. lib. 1. faciunt quæ in simili dixi de teste in parte falso infra in sequ. quæst. num. 11. & quid si testis sit sibi varius, & contrarius in parte non substantiali, dixi latè hac eadem quæst. infra nu. 24. & seqq.

AMPLIA III. Regulam † multo magis procedere, 20
quando testis est sibi varius & contrarius, in loco & tempore actus, de cuius probatione agitur, sic enim post Bart. & Marsil quos allegat, scripsit Monticel. in repert. test. rub. impugnatur testis, quia varius, & c. fol. 201. col. 1. vers. 5. & col. 2. ver. 4. faciunt quę in simili de varietate rei inquisiti dixi sup. lib. 2. tit. de indit. & tort. q. 52. nu. 31. Masc. de prob. lib. 3. concl. 1361. nu. 7. & 8. vbi declarat, dummodo tempus sit de substantia actus, aliter secus: ad quæ vide, quę latè dixi de singularitate testium sup. q. 64. nu. 72. & seqq.

AMPLIA IV. Vt † testis sibi varius & contrarius, 21
nec etiam faciat indicium ad inquirendum, Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 10 in fine, Gram. consil. 35. ante fin. & consil. 44. num. 10. prout hos sic referendo sequitur Bertaz. consil. 559. num. 8. lib. 2.

LIMITA † Propositam regulam, vt procedat in te- 22
ste sibi vario, & contrario in substantialibus, tunc enim varietas & contrarietas tollit omnino fidem testi, vt per Alb. in l. 1. nu. 5. in fin. ver. aut ext. tormenta, ff. de testib. Rain. cons. 149. nu. 23. lib. 5. Petra de fide in com. q. 12. n. m. 963. iuncto nu. 1308. & seq. Vbi etiam quod † tunc depositio dici- 23
tur in substantialibus, quando concernit articulata.

Secus † autem in teste sibi vario & contrario, non in 24
substantialibus: sed in qualitatibus, circumstantiis, accessoriis & accidentalibus. Tunc enim vtique probat, si in facto & negotio principali non discordet, vt per Bartol. in l. eos, nu. 5. vers. & intellige & ibidem latius Alber. nu. 1. & seqq & Marsil. nu. 23. ff. de falsis, Alb. in leg. 1. n. m. 5. ver. aut extra tormenta. ff. de testib. Alexan. consil. 47. nu. 5. lib. 2. Aym. cons 78 ad fin. Dec. in cap. licet causam, nu. 59. de probat. Aym. de antiq. temp. part 4. sect. sed enim, nu. 22. in fine, vers. imo non. nocet, Boss. in tit. de tortur. test. n. m. 27. Marsil. sing. 618. in princip. Conrad. in pract. tit. de testib. rub. de contrarietate test. fol. 123. colum. 1. num. 19. in 8. limitatione, Hippolyt. Riminal. consil. 344 num. 19. seqq. libr 3. Ludouic. de Alpheris, inter consil. crimin. diuers. libr. 1. consil. 143. nu. 14. & seqq. Monticell. in repertor. test. rubric. impugnatur testis, quia varius, folio 201. colum. 2. versic. 3. & 4. vbi de teste variante circa dictionem, nomen, pronomen, vel agnomen, Mascard. de probat. lib. 3. concluf. 1361. num. 5. Petra de fide in com. in mss. d. quæst. 12. n. u. 952. iuncto num. 1352. ¶ Menoch. de præsumpt. lib. 5 præsumpt. 23. nu. 16. & sequ. Ex quibus iunctis aliis in simili traditis de pluribus testibus contrariis supra quæst. 65. n. m. 17. & infra de teste falso, quæst. 67. num. 179. sine dubio dicere * possumus, hanc limitationem * communiter à Doctoribus receptam esse. Quamuis contrarium scripsisse videantur multi Doctores relati per Petram, vbi supra, num. 954. versic. tamen multi, & latius num 1276. sequentibus, vsq, ad num 1283. qui tamen loquuntur non in teste sibi vario & contrario, prout sunt termin. nostræ quæ-

quæstionis, sed in teste falso, de quo dicam infra suo loco, in seq. quæst.

25 SVBLIMITA I. Hanc † primam limitationem non procedere in teste alias iudici ex aliqua rationabili causa suspecto, is enim sine dubio poterit interrogari de qualitatibus & circumstantiis non substantialibus, & si in illis sit sibi varius, & contrarius, nihil vtique probabit, text. est in cap. licet causam, ibi, De singulis circumstantiis subtiliter inquirentes, & ibi præsertim Dec. numer. 52. & seqq. extra, de probat. Bald. in l. 1. §. editiones, in 2. not. ab. ff. de eden. Iacobin. de S. Georg. in l. qui falsa, in fin. num. 8. vers. vnum etiam notetis, ff. de testib. Cacchalup. in l. admonendi, num. 96. ad fin. iuncto num. 97. in princip. vbi bene exemplificat, ff. de iureiuran. Iacob. Ægid. in tract. de testib. num. 31. vers. sed si esset suspectus: vbi etiam exemplificat, Nell. de testibus, num. 103. Boss. in tit. de opposit. contra test. num. 137. Riminald. sen. cons. 544 numer. 10. Socin. cons. 40. num. 5. lib. 3. Ruyn. cons. 149. n. 30. lib. 5. Aym. cons. 178. num. 4. Natt. cons. 279. ad fin. & consil. 315. num. 16. Marsil. sing. 618. vers. limita tamen prædicta, Anton. Gomez. variar. resolut. tomo 3. cap. 12. rubr. de probat. delict. n. 11. * vbi alius relatis testatur de communi * opinione, Petra de fide com. d. q. 12. num. 765. 977. 1294. & seqq. vsq, ad num. 1300. apud quos bene reperies plures qualitates, & circumstantias etiam non substantiales, super quibus testes alias suspecti solet & possunt interrogari. Vide ad comprobationem huius sublimitationis, quæ in simili de teste falso dixi infr. q. 67. nu. 121. seq. & de interrogatoriis testi faciendis, dixi etiam infr. q. 73. n. 52.

26 SVBLIMITA II. Eandem † primam limitationem non procedere, quando depositio testis concerneret factum proprium, & varietas esset multiplex, vt puta quia hodie diceret vnum, & cras aliud, tunc enim talis varietas tollit fidem testi, etiam in non substantialibus, ac etiam quod deponat per verbum, Credo, Aret. cons. 71. n. 1. & col. 2. ad fin. Alex. cons. 45. n. 6. lib. 2. quos in proposito refert & sequitur Petra q. 12. n. 979.

27 SVBLIMITA III. Quia † varietas tollit fidem testi etiam in accessoriis, quando iurauit dicere veritatem super tota causa, & hoc ratione iuramenti, quod est indiuiduum, sic enim post alios, quos allegant, voluerunt Put. decis. 28. n. 2. part. 3. Conrad. in pract. tit. de testib. rubr. de contrarietate testium, fol. 123. post num. 19. sub 8. limitat. vers. sublimitatur hæc limitatio.

28 SVBLIMITA IV. Dictam † primam limitationem procedere in accessoriis, & accidentalibus penitus extrinsecis, impertinentibus, & extraneis. In his enim testis variatio illi fidem non tollit, prout bene exemplificat Bart. in l. eos, numer. 5. vers. nam ista veritas, quem sequitur Marsil. ibid. n. 23. ff. de falsis, & post Bartol. bene etiam exemplificat Tindar. in tract. de testib. part. 3. cap. 7. num. 2. vers. interdum reperitur, Florian. in l. qui falsa, num. 1. vers. in alia autem secus. ff. de testib. quod & idem dixerunt plures alij relati per Petr. de fide com. d. q. 12. num. 965. 1072. 1096. seq. quibus etiam addo Viu. in commun. opin. in vers. testis, vel Notarij contrarietas, Boss. in titul. de tortur. test. num. 31. vbi in proposito illud dicit esse
29 impertinens, † quod nullo modo ad causam facit, (ergo secus si aliquo modo facit,) ex quibus iunctis aliis relatis in simili de pluribus testibus contrariis, sup. in præ- * ced. quæst. num. 20. hanc conclusionem communiter * à Dd. receptam esse, apparet.

30 Secus † autem, si varietas consistat in aliquibus circumstantiis accessoriis, seu qualitatibus non sic extrinsecis, extraneis, & impertinentibus: sed aliquo modo ad negotium, & causam principalem facientibus: tunc enim ex varietate testis fides omnino tollitur, prout pariter bene exemplificant Bart. in d. l. eos, nu 5. vers. & intellige, iuncto vers. sed tunc diceretur, & ibi etiam Marsil nu. 23. Florian. in d. l. qui falsa, num. 1. vers. quod intellige, Tindar. d. c. 7. n. 1. v. q, ad vers. interdum, & c. Conrad. d nu. 19. sub ead. 8. limit. in fine. Petra d. q. 12. nu. 954. in fin. ¶ Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 23. n. 17. Ex quibus iunctis aliis per nos relatis in simili de pluribus testibus contrariis, supr. q. 65. nu. 21. & de teste falso, infr. q. 67. n. 167. & seqq. & hanc declarationem communiter * à Dd. receptam esse apparet. *

SVBLIMITA V. Quia † varietas & contrarietas 31
in non substantialibus, licet in totum non tollat fidem testi, diminuit tamen de illius fide, Marsil sing. 618. in fin. vers. item sci. n, Boss in tit. de tort. de test. nu. 28. & dixi in simili infr. de teste falso, q. 67. n. 171.

LIMITA II. propositam regulam in teste, qui va- 32
ria & contraria deposuisset per errorem & ignorantiam, talis enim varietas testi non tollit fidem, vt per Bald. in l. si ex falsis, circa fin. C. de transact. sicut illum refert & sequitur Petra de fide in com. q. 12. n. 967. Et † hunc testem sic 33
per errorem & ignorantiam varia dicentem non pauci, scripserunt Tindar. de testib. part. 3. 6. 5. nu. 2 & seq. Nell. de testib. nu. 227. Montu. in repert. test. rubr. testes contrary, & c. an, & qualiter puniantur, fol. 294. col. 2. vers. 2. & faciunt, quæ de teste falso dixi infr. q. 67. n. 77. seqq. vbi vide.

Iusta autem † erroris causa in teste erit obliuio, vt ex 34
allegatis per Monticel. in repert. test. rubr. impugnatur testis, quia varius, & c. fol. 200. col. 2. vers. 1. & fol. 201. col. 1. vers. antepenult. Cephal. cons. 164. nu. 5. vol. 2. vbi, quod in teste per biennium obliuio præsumitur, Hippolyt. Riminal. consil. 344. num. 75. seqq. lib. 3. vbi pariter, quod in teste præsumitur obliuio per duos vel tres annos, Hieron. Magon. decis. Lucen. 42. num. 10. vbi pariter de testis obliuione per decem annos, Lauren. decis. Auenson. 91. num. 5. in fin. iuncto numer. 6. & 7. vbi, quod in testibus obliuio præsumitur, maxime quando de certa die agitur, sed non videtur præsumi infra 28. dies, vt ibi per eum, d. num. 5. in fin. Rota coram D. Cæsare de Grassis, decis. 82. n. 13. vbi, quod in teste præsumitur obliuio per septem annos, quod & idem dixit in decis. 175. num. 19. & decis. 73. num. 4. & 6. vbi tamen, quod hæc excusatio obliuionis displicet Rotæ. Ad quam materiam, & generaliter, an, & quando, & per quantum tempus obliuio præsumatur, post alios, quos allegant antiquiores, vide Gram. cons. 41. num. 3. & seqq. Neuiz. cons. 8. nu. 61. Franc. Tursan in suu commun. opinion. conclus. 112. Cephal. cons. 29. num. 15. & cons. 77. num. 27. & seqq. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 26. numer. 1. & seqq. ¶ & de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 23. n. 8. Boss. in titul. de respons. a reo faciend. n. 4. & seqq. Fran. Zunt. in suo cons. pro vxore, n. 923. & seq. plurib. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1122. vbi late, & faciunt ad propositum, quæ de teste se non recordante de tempore, dixi supr. quæst. 64. n. 99. & seqq. & quæ de teste torquendo, quia dicat, se non recordari, dixi infra quæst. . . num. . . Et quæ de excusando testem à falsitate ob obliuionem dixi infr. q. 67. n. 85.

Et quod † ex causa obliuionis & erroris possit testis 35
se corrigere, dixi infra in materia correctionis testium, n. 245. & seq.

LIMITA III. † Regulam non procedere, quando 36
varietas est modica. Modica enim varietas etiam in substantialibus testi fidem non tollit, Alex cons. 5. nu. 10. lib. 1. Gram. decis. 43. n. 6. Boss. tit. de tort. test. num. 32. Conrad. in pract. tit. de testib. rubr. de contrarietate testium, fol. 122. col. pen. n. 14. sub 5. conclus. & fol. 123. num. 19. col. 1. in fin. in 9. limitat. Roland. cons. 33. num. 7. lib. 2. Petra de fide in com. q. 12. n. 971. & nu. 1104. Ex quibus iunctis aliis per nos relatis in simili de pluribus testibus contrariis, supr q. 65. nu 34. hanc limitationem communiter * à Dd. receptam esse, dicere * possumus. Vide, quę de teste falso in simili dixi inf. q. 67. n. 162. & seq.

LIMITA IV. Quando † testis in secundo examine 37
plus aut minus dixit, quam in primo, non enim tunc dicitur varius, & bene probat, vt per Grammat. consil. 50. numer. 30. in fin. & sequentib. plurib. in ciuslib. Corn. consil. 27. nu 2. lib. 3. vbi, quod testis semel dicens de duobus conthibus, postea de quatuor, non dicitur varius, Imol. in

cap. inter quatuor, num. 7. de maiorit. & obedient. vbi pariter quod non dicitur varius ille testis, qui primo sui dicti vnam assignat causam, & deinde eiusdem dicti duplicem causam assignat, Boss. *in tit. de publicat. processus, nu. 35. vers. & verum est, & tit. de tortur. test. nu. 22. Monticell. in repert. test. rubr. impugnatur testis, quia varius, &c. fol. 201. col. 1. vers. final & col. 2. vers. 5. & vers penult.* & ita credo * communiter à Dd. receptum, iunctis aliis per nos supra relatis in

38 simili de pluribus testibus contrariis, *q. 65. n. 2.* † Quamuis Bald. *in cap. præterea, n. 5. de testib. prout illum refert Petra d. quæst. 12 post numer. 747.* dixerit, testem reputari varium, qui priori dicto aliquid addit.

39 LIMITA V. † (Et hæc est generalis declaratio in materia,) quia testis ad effectum fugiendi varietatem, si alias fuit examinatus, poterit in secundo examine se referre ad primum, vt per Abb. *in c. cum in tua, nu. 3. & ibi etiam Felyn. nu. 1. in prin iuncto vers. quibus adde Bald. &c. Imol col. fin. vers. potest etiam dicere, attestor, prout in aliis attestationibus, Aret. num. 8 in princip. & vers. tu adde primo, vbi respondet rationibus Bald. contrarium sentientis, extra, de testibus, Salyc. in l. iurisiurandi, col. fin. vers. sed potes respondere, C. de testibus, vbi pariter respondet rationibus Baldi, Marsil. post Bar. in l. eos, num. 4. ff. de falsis, Tindar. in tract. de testibus, part. 3. c. 10. num. 2. vers. D. Barthol. de Salycet. & versicul. semper fuisti mihi, & num 3. & num. 5. vbi etiam respondit contrariis, Crot. de testibus, num. 375. in fine prin. versicul remanet ergo conclusio firma, Diaz reg. 749. Boss. in tit. de tortur. test. num 34. & in titul. de oppos. contra test. num. 8. Corrad. in pract. tit. de testib. rubr. de dubio dicto, fol. 131. colum. 1. num 39. Viui. opin. 911. num. 2. iuncto num. 4.* vbi ponit formulam regni repetitionis testium, & lecturæ primi examinis ad hoc, vt ipse testis illam confirmet, Rota *diuers. decis. 430 num. 4. part. 1.* vbi, quod ita sæpius Rota firmauit, Rota Auenionen. per Lauren. *decis. 91. numer. 4. in fin. & numer. 5.* (licet *d. numer. 5. in fine*, hunc testem valde suspectum credat, prout infra eum tetuli.

40 Et † si iudex nolit recipere hanc responsionem testis sic relatiuam ad primum examen, potest idem testis dicere: *Legatis mihi meum primum examen, & postea respondebo*; vt per Bart. *in d. l. eos, n. 6 in fin. & ibi etiam Marsil. num. 5. ff. de falsis, Anton. de Butr. in cap. cum in tua, num. 10. colum. fin. vers. dat cautelam, & ibi etiam Abb. num. 3. vers. & tunc consulit testi, relati per Felyn. ibid.* (quos tamen ipse non sequitur,) *num. 1. in princip. vers. si autem dubitat testis, Imol. colum. fin. ad fin. vers. nam poterit petere sibi exhiberi, Aret. num 8. vers. tunc tamen testis, extra, de testibus, Tindar in tract. de testibus, part. 3. cap. 11. num. 1. vsq; ad vers. Et ego, &c. & d. num. 1. in fin. versicul. nunc addo, & numer. 2. in princip. Alber. de Malet. de testibus, cap. 7. num. 68. vers. si autem iudex, Crot. de testibus, num. 375. in princip. vers. tunc dat consilium, & vers. istam doctrinam Barto-*
* *li, & ibi testatur de communi * opinione, Boss in titul. de tortur. test num. 34. & in tit. de oppositt. contra test. num* 8. *Foller. in pract. crimin. in verbo, capiat informationem, num. 51. vers. bene verum est, & in verbo, & demum repetantur testes, num. 8 Corrad. vbi supr. sub d. numer. 39. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 109. num. 12. Monticell. in repertorio testium, rubr. testis dictum debet extense scribi. fol. 154. col. 1. vers. 1. & rubr. repetitio testium post terminum. fol. 180. col. 2. vers. 3. Andr. Gail obseruat. 104. n 3. lib. 1.*

41 Et † si iudex nolit ipsi testi legere suum primum examen, poterit idem testis protestari, quod si in primo examine quandocunque appareat aliter dictum, quam in secundo, ex nunc corrigit suum secundum dictum, & se refert ad primum, tanquam verius: quia tunc recordabatur de facto: & isto casu præuia hac protestatione etiam deponendo varia, & contraria, excusatur, & attenditur primum dictum, vt per eundem Bart. *in d. l. eos, n. 7. in fin. vers. consulo tamen, & ibi etiam Marsil. nu. 6. ff. de falsis, & per eundem Butr. in d. cap. cum in tua, in fin. & ibi etiam Abb. num. 3. ver. vel si non protestetur, &c. Felyn. num. 1. ver-*
sic. & si ipsam non potest habere protestatur, &c. Imol. col. fin. ad fin. vers. & si non potest illas habere, Aret. nu. 8. vers. & in quantum non posset, extr. eod. tit. de testib. Tindar. in tract. de testibus, part. 3. cap. 11. n. 1. vers. & ego ipse, & num. 3. Albéric. de testib. c. 7. num. 68. in fin. vers. consulit vlterius Bart. Crot. de testib. n. 375. in princip. vers. dat etiam Bart. aliud consilium, &c. vbi plura de vtilitate huius consilij. Boss. in titul. de tortur. test. sub d. num. 34. & in tit. de oppositt. contra test. num. 8. in fin Foller in pract. crim. verbo, capiat informationem, num. 52. Menoch. de arb. quæst. lib. 2. casu 109. num. 13. (vbi tamen, quod iudex ex caussa potest hanc protestationem reiicere,) *Andr. Gail. obseru. 104. n. 1. & 2. lib. 1.*

42 Et † licet contrarium, quod talis responsio testis, relatiua ad primum examen, non debeat vllo pacto per iudicem admitti, voluerit Bald. *in l. iurisiurandi, in princip. & in l. final. C. de testibus*, motus ratione, quam ponit Tindar. *in tract. de testibus part. 3. cap. 10. num. 1. in fin. & num. 2. in princip. & numer. 4. & Baldum refert. etiam Alber. de testibus, d. cap. 7. num. 69. & 70.* vbi propterea, quod si testis dicit, non recordari de suo primo examine, debet iudex ipsi dare terminum ad se recordandum de eo: & in hanc partem cum Baldo aliis relatis inclinet Felyn. *in d. c. cum in tua, num. 1. ver. sed aduerte bene, &c. vsq; ad numer. 2.* vbi bene fundat Baldi opinionem, quam etiam sequuti sunt plures alij relati per Monticell. *in repertorio testium, in rub. testis dictum debet extense scribi, fol. 154. colum. 1. vers. 2. 3. & fin. & colum. 2. vers. 1. Bursat. cons. 20. numer. 64. Mascar. de probat. lib. 3. conclus. 368. num. 5. & dixit Laurent. in d. decis. Auenion. 91. num. 5. in fin. vers. caterum vt aperte loquamur, &c.* finistram oriri suspicionem contra hunc testem, qui nõ vult respondere, nisi audita prima depositione, & demum hanc Baldi opinionem bene comprobet, & defendat Osasc. *decis. Pedem. 128. per totam.*

Ego † tamen à Bartoli opinione minime recedendum credo: Tum quia, ni fallor, magis * communiter * 43
à Dd. recipitur: tum etiam, quia & verissima est, adiectis tamen infrascriptis declarationibus. Nec te moueat auctoritas Senatus Pedemontani, de qua *in d. decis. 128.* quia si in ea aduerteris, loquitur illa decisio in casu, in quo iam testi fuit lecta prima depositio, & tamen se ad eam referendo, non vult præcise respondere. Item in casu, in quo testis fuit primo examinatus in iudicio summario, & deinde iterum examinatur in plenario, de quo mox dicam infra. Item in casu, in quo Princeps expresse rescripserat, quod testis ad extensum deponeret, & sic cum (vt vides,) illa decisio loquatur in casu speciali, non videtur propterea ad generalem decisionem posse allegari.

AMPLIA I. hanc † quintam limitationem, vt per 44
iudicem isti testi debeat legi suum primum examen, etiam quod non sit publicatum, secundum Bart. *in d. l. eos, n. 7. ff. de falsis, Butr. in d. c. cum in tua, in fin. & ibi etiam Felyn. post num. 1. vers. si autem dubitat testis, Imol. col. final. ad fin. vers. etiamsi non sint publicati, extr. de testib. Andr. Gail. d. obseru. 104. nu. 3. vers. quæ quidem cautela, lib. 1. & in practica seruari, testatur Viui opin. 911. n 4.*

AMPLIA II. eandem † quintam limitationem, 45
quia potest iste testis se referre ad primum examen, etiam quod illud fuerit nullum, Diaz *reg. 749. in 2. limitatione, vers. secus si esset nullum defectu solemnitatis*, relati per Monticell. *d. rubr. testis dictum debet extense scribi, fol. 154. colum. 1. vers. 3. & bene comprobat Menoch de arbitr. quæst. lib. 2. casu 109. n. 4. & 5. Corrad. in pract. titul. de testib. rubr. de dubio dicto. fol. 131. nu. 39.* vbi testatur de communi * opinione. *
Quamuis † contrarium voluerit Ripa, ibi per eum al- 46
legatus, prout etiam contrarium voluit Aym. *in cons. 115. num. 8.* Sed non per hoc recedas à communi, pro qua vide latissime declarantem Crot. *in tract. de testib. num. 375. vers. secundum dubium, vsq; ad n. 376. & Viui. d. opin. 911. nu. 2. & seqq.*

LIMITA

47 LIMITA I. hanc † secundam ampliationem, quando primum examen esset nullum ratione falsitatis, quia tunc non potest testis se ad illud referre, Diaz *d. reg. 749. in 2. limit. Menoch. d. casu 109. n. 10. Corrad. d. n 39.* apud quos reperies concordantes.

48 LIMITA II. Eandem † secundam ampliationem non procedere, quando prima testis depositio esset nulla, vel quia extraiudicialiter, vel quia parte non citata emanasset, nam tunc non potest idem testis se ad illam primam depositionem referre, vt per Menoch. *d. casu 109. n. 6. & Lauren. d. decis. Auenion. 91. nu. 4. & 5.* apud quos etiam reperies concordantes. ¶ Quod præcipue procedet in criminalibus, *iuxta ea, quæ dixi infr. numer. 52.* Quamuis apud nos contrarium seruetur, (& forsan male) cum testibus repetendis ad fisci fauorem non solum permittatur se referre ad primum examen: sed etiam legatur illud à Notario de verbo ad verbũ, prout iacet, & etiam antequam interrogatur super interrogatoriis pro parte rei. Quæ consuetudo in omnibus criminibus (excepto tamen crimine hæresis,) non improbatur à Siman. *in tract. de cathol. instit. tit. 64. rubric. de testib. n. 24 ex Fel. & Boer. in locis per eum relatis.*

49 SVBLIMITA I. hanc † secundam limitationem, (& cum hac sublimitatione concordantur contraria, de quibus *sup. n. 42.*) quia adhuc iudicis arbitrio erit remissum, an debeat admittere, vel non, testis responsionem relatiuam ad primum examen, vt per eundem Bar. *in d. l. eos, n 6. & ibi Marsil. num. 4. vers. & vide Bart. ff. de falsis. Abb in c. cum in tua, n. 3. ver. sed iudex potest, Fel. num. 1. in simili vers. sed iudex potest, Aret. n. 8. vers. si tamen iudex velit, extra, de testib. Tindar. de testib. part. 3. cap. 10. n. 1. ver. & quidem dicebam, & vers. Dominus Nicol. de Sicilia, & nu. 5. in vltimis verbis, Alber. de Malet. in tract. de testib. c. 7. n. 68 in prin. iuncto num. 70. vers. mihi tamen magis placet, Crot. de test. n. 375. post princ.* vbi
* de communi, * ex Felyn. quem allegat Foller. *in practic. crim. in verbo, capiat informationem, nu. 51. ver. est enim in arbitrio iudicis, Corrad. in pract. tit. de testib. rubr. de dubio dicto, nu. 39. vers. potest tamen iudex, fol. 131. Viui. opin. 911. n. 1. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 109. nu. 3. & n. 12. vers. ego moneo, Lauren. decis. Auenion. 91. n. 5. vers. ideo cum quatuor, iuncto num. 8.*

50 *Mascar. de prob. lib. 3. concl. 1368. n. 5.* Quomodo autem † iudex debeat isto casu suum arbitrium regulare in admittendo, vel non, responsionem testis relatiuam ad primum examen, vide omnino declarantem Menoch. *d. num. 12. eodem vers. ego moneo*, & ex sequentibus sublimitationibus id etiam optime percipies.

51 SVBLIMITA II. eandem † secundam limitationem non procedere, quando iudex repeteret testem ad declarationem eius primi dicti dubij. Non enim tũc admittitur eiusdem testis relatiua responsio ad illud primum dictum, de cuius declaratione agitur, vt per Tindar. *in tract. de test. part. 3. c. 10. n. 2. ad fin. vers. tua*, Baldi opinio.

52 SVBLIMITA III. In † criminalibus, in quibus testem se non posse referre ad primum examen, confutelendo tradiderunt Corn. *con 56. col fin. ver. item testis qui se refert lib. 1. Aym. cons. 115 n. 8. Brunor. à Sole in suo cons. crim n. 58 vers. vnde succedit illud, vbi alios refert, Mont. in rep. test. rub. testes in criminalib. quando recipiantur fol. 357 col. 2. vers. 2.*

53 SVBLIMITA IV. In † teste, qui examinatus coram arbitro, repeteretur coram iudice ordinario, nam & is in repetitione non potest se referre ad primum examen factum coram dicto arbitro, Fel. *in c. cum in tua, n. 1 vers. hoc autem limitatur, & ibi etiam Aret. n. 8. vers. tu ergo pro concordia, extra, de testib. Corrad. in pract. d. rubr. de dubio dicto, d. n. 39. ad fin. fol. 131. Diaz. reg. 74 . in 1. limit. Menoch. de arb. d. casu 109. n. 7. & seqq. Osasc decis. Pedem. 128. n. 12. & 13. iuncto n. 17. in fin. Andr. Gail. obser. 104. n. 4. lib. 1.*

54 SVBLIMITA V. Et † magis generaliter in teste, qui primo examinatus in iudicio summario, repetitur postea in plenario. Nam & is pariter in repetitione non potest se referre ad primum examen, vt per Aretin. Menoch. & Osasc. *in præcitatis locis*, & per Laur. *decis. Auen. 81. sub num. 4. & 5.*

SVBLIMITA VI. Quando † testis est alias per- 55
sona suspecta, quia tũc nec potest se referre ad primum examen, nec etiam petere illud sibi exhiberi, & legi, Fel. *in d. c. cum in tua, nu. 1. vers. 2. limita, iuncto vers. fatetur tamen, extra, de testib. Tindar. in tract. de testib. part. 3. c. 11. n. 2. ver. addo etiam, Crot. de testib. n. 375. in fin. prin. vers. contrarium tamen, Marsil. in l. eos, num. 4. vers. predicta tamen limita, ff. de falsis, Foller. in pract. crim. in verbo, capiat informationem, nu. 51. Menoch. de arb. d. casu 109. n. 11. Mont. in reper. test. rub. testis dictum debet extense scribi, fol 154. colum. 1. vers. penult.* Ex quibus ita communiter * receptum facile dignoscitur, & ita etiam * in practica sæpius seruatum testari possum, &c.

ARGVMENTVM.

Testis sibiipsi varius, & contrarius, an, & quando, & qua pœna puniatur.

SVMMARIA.

Testis sibiipsi varius & contrarius, punitur de falso, n. 56.
Testis vacillans adhuc punitur de falso, sicut testis varius, nu. 57. declara, vt n. 58.
Testis varius sibi, & contrarius, punitur non solum, si varietas & contrarietas est in eadem depositione, & iudicio, n. 59. Sed etiam in diuersis depositionibus, & diuerso iudicio, nu. 60. Limit aliy contra, n. 61.
Testis calore iracundiæ deponens in vno iudicio contrarium, quod postea cessante iracundia deposuit in alio, punitur, sed pœna extraordinaria. n. 62.
Testis, qui sine iuramento examinatus deposuit vnum, & deinde cum iuramento deposuit aliud, adhuc punitur de falso, n. 63.
Testis, qui in iudicio plenario deposuit contrarium eius, quod deposuerat in summario, tanquam varius puniendus est, numer. 64.
Testis, qui in tormentis dixit contrarium eius, quod deposuerat extra tormenta, an, & quando puniendus sit, n. 65. & seqq.
Testis varius & contrarius in non substantialibus, non tenetur pœna falsi, nu. 69. punitur tamen extraordinem crimine stellionatus, n. 70.
Testis, qui in iudicio valido dixit contrarium eius, quod deposuerat in iudicio nullo, non punitur de falso, n. 71. contra, nu. 72. concorda, vt n. 73. & n. 74.
Testis, qui dicit varia & contraria animo se corrigendi, non punitur, n. 76.
Testis, qui examinatus non debebat examinari, non punitur propter variationem & contrarietatem, n. 77.
Testis, qui primo dixit, se nescire, & postea scire, non dicitur varius, nec punitur, n 78.
Testis, qui primo dixit, se non recordari, deinde dicit, se recordari, non dicitur varius, nec punitur, n. 79.
Testis rusticus excusatur a variatione & contrarietate, nu. 80. contra, n. 81. vbi declaratur, & n. 82.
Testis, qui in iudicio deponit contrarium eius, quod prius dixerat extra iudicium, non punitur de falso, nu. 83. licet aliy contra, num. 84.
Testis, qui extra iudicium dicit contrarium eius, quod primo dixerat in iudicio, non punitur tanquam varius, n. 85.
Testis, qui in iudicio dixit contrarium eius, quod prius dixerat extra iudicium, parte præsente, non punitur, n. 86. Limita 1. quia licet non puniatur pœna falsi, punitur tamen crimine stellionatus, & ad damna & interesse, n. 87. Limita 2. quando cum partis præsentia concurrit etiam caussa, n. 88.
Imo nunquam punitur testis varius in iudicio ab eo, quod dixerat extra iudicium, nisi in dicto extraiudiciali concurrat caussa, n. 89.
Testis in iudicio deponens contrarium eius, quod prius extraiudicialiter medio iuramento deposuerat, punitur de falso, numer. 90. sed verius est non de falso, sed de pœna stellionatus pu-
nitur,

niri, n. 92. Limita, dummodo iuramentum sit formiter præstitum, alias secus, n. 91.

T*estis in iudicio deponens contrarium eius, quod dixerat extra iudicium, punitur, quando primum dictum extra iudiciale erat magis verisimile, numer. 93. Limita 1. quando secundum dictum iudiciale est confirmatum in tormentis, quia tunc non punitur de falso, sed crimine stellionatus, num. 94. & num 95. Limita 2. quando secundum dictum iudiciale esset emanatum ad correctionem primi dicti extraiudicialis, num. 96. Limita 3. quando primum extraiudiciale dictum esset dubitative prolatum, n. 97.*

QVÆSTIO LXVI. PARS II.

56 REGVLA sit, † quod testis sibiipsi varius & contrarius, punitur de falso, text. est *in l. qui falso, & ibi gloss. in verbo, puniuntur, ff. de testib.* cuius textus verba sunt hæc: *Qui falso, vel varie testimonia dixerunt, velutiq; parti prodiderunt, à iudicibus competenter puniuntur*; & gloss. *in d. vers. puniuntur*, dicit, quod puniuntur vel ordinaria pœna l. Cornel. de falsi. accusatore exsistente, vel accusatore non exsistente ex officio, & pro motu iudicis; & iste text. *in l. qui falso*, est canonizatus *in c. qui falso*, 4. q. 3. quod & idem probat text. *in l. eos, ff. de falsis*, vbi Iurisconsultus sic inquit: *Eos, qui inter se diuersa testimonia præbuerint, quasi falsum fecerint, præscripto legis teneri, pronuntiatum est, & eum, qui cõtra signum suum falsum præbuit testimonium, pœna falsi teneri pronunciatum est*; & sic ibi text. æquiparare videtur, quoad pœnam, testem falsum, & testem varium; quod & melius explicauit ibi Iurisconsl. in subsequentibus verbis, dum dixit: *De imprudentia eius, qui diuersa duobus testimonia præbuit, cuius ita anceps fides vacillat, quod crimine falsi teneatur, nec dubitandum est.* Et per ista iura hanc regulam firmarunt But. *in c. cum in tua, n. 10. vers. dixi testis, & ibi etiam Abb. nu. 9. vers. aut vtrung, fuit sine tormentis, iuncto vers. quandoq, testis dicit contrarium, Aret. n. 14 extra, de testib. Ioan. Andr. in cap. præterea, n. 11. vers. horum autem testimonium, & ibi etiam But r. nu. 14. vers. & horum testimonium, extr. de testib. cogend. Bald. in cap. licet causam. post numer. 10. extr. de probat. Florian. de S. Petro, in d. l. qui falso, nu. 1. Marsil. in d. l. eos, in prin. in summario, & nu. 1. in 1. notab. Tindar. de testib. part. 1. cap. 2. nu. 1. & cap. 4. n. 2. vers. quando autem simpliciter variaret, & par. 3. cap. 2 num. 1. & cap. 7. num. 1. vers. hic notandum, Iacob. Butrig. de testib. c. 1. n 8. & nu. 26. Iacob. Ægid. de testib num 34. Nell. de testibus, num. 217.* vbi, quod punitur pœna extraordinaria, ¶ *Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 31. nu. 3. & 5. Boss. in tit. de oppos. contra test. num. 2. & nu. 10. vers. imo eum non solum non probare, verum etiam puniri de falso, & vers. quia si concordia fieri non potest, omnino punietur de falso, Foller. in pract. crimin. verbo, capiat informationem, sub num. 54 Couar. variar. resolut lib. 2. cap. 13. num. 8. vers. ceterum si reus, &c. ibi, testium est, vbi in hoc omnes conueniunt, Corrad. in practic. titul. de testibus, rubric. de contrarietate testium, fol. 120. colum. 2. num. 10. vers. icul. vnde etiam de falso punitur Gabriel lib. 7. conclus. 29. numer. 2.* vbi tamen, quod non pœna falsi, sed arbitraria punitur, ex Bald. quem allegat, *in consil. 101. colum. 2. ver. item quæritur, lib. 1.* (sed certe, vt suo loco dicam, hodie pœna falsi est etiam arbitraria,) *Viui. in commun. opin. verbo, testis ostendens se errasse, vers. icul. 1mo testis, Monticell. in repertorio testium, rubr. testes contrarij, &c. an & qualiter puniantur, fol. 293. colum. 1. vers. icul. 4. & fol. 244. colum. 1. vers. icul. penultim. & colum. 2. vers. icul. primo, Clar. in § falsum, vers. icul. testis, qui falsum, ad finem,* ibi, *item si ipsemet contraria dixerit, Hippolyt. Riminald. consilio 344. numero 1. & sequentib. lib. 3. Petra in tractat. de fideicommiss. quæst. 12. num. 922. & 940.* ¶ *Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 23. n. 2. & 3. num. 7.*

57 AMPLIA I. hanc † regulam, vt procedat non solum in teste sibi vario, & contrario, sed etiam in vacillante; sic enim & in vacillante loquuti sunt Albert. *in l. qui falso, num. 1. & ibi Florian. in summario, ff. de testibus, Ioan. Andr. in cap. præterea, num. 11. vers. icul. horum autem testimonium, & ibi Hostiens. num. 4. ad finem, vers. icul. quinimo falsus potest dici, Butr. num. 14. vers. icul. & horum testimonium, extra, de testibus cogend. Tindar. de testibus, part. 3. cap. 7. num 3. Nepos de Monte Alban. in tractat. de testibus, num. 119.* vbi amplius, quod potest puniri à quocunque iudice, *Boss. in titul. de tortura testium, numer. 17. & numer. 19.* & probat textus *in d. l. eos*, §. 1. *ibi, cuius ita anceps fides vacillat, ff. de testibus.*

58 LIMITAREM † ego hanc ampliationem, vt procederet, quãdo testis vacillando deponeret varia & diuersa, iuxta descriptionem vacillantis, quam supra retuli, *num. 10.* Tunc enim bene crederem, istum testem puniri, quia deponendo varia, videtur stare inter duo iuramenta: secus autem, si testis non deponeret varia, aut contraria, sed tantummodo deponeret timendo, & titubando, quo casu etiam dicitur vacillans, prout etiam dixi *sup. num. 11.* Tunc enim, si iudex essem, ex solo timore & titubatione, nunquam istum testem de falso punirem, quia cessante varietate & diuersitate depositionis, cessat etiam falsitas, & cessante falsitate, debet quoque pœna falsi cessare, licet bene eum suspectum haberem, & ipsi non modice de fide diminuerem, iuxta ea, quæ pariter dixi *sup. n. 14. & 16.*

59 AMPLIA II. Eandem † regulam procedere non solum in teste sibi vario, & contrario in eadem depositione, & in eodem iudicio, quo casu illum puniendum, omnes * Dd. conuenire, dixit Clar. *in practic § fal- * sum, ver. testis, qui falsum, ad fin. ibi, aut deponit in vno iudicio, &c. ex Ildac. quem allegat, var. resolut. lib. 2. cap. 13 post nu. 8. vers. ceterum, ibi testium est, &c.* † Verum etiam in teste sibi 60 vario, & contrario in diuersis depositionibus, in diuerso iudicio, Bart. *in l. eos, num. 4. in fin. & ibi Marsil in fin. princ. iuncto num. 1. & num. 8. in fin. vers. aut vero testis, ff. ad leg. Cornel. de falsi. Butr in cap. cum in tua, post num. 10. vers. icul quandoque testis, extra, de testibus, Tindar. in tractat. de testibus, part. 3. cap 1. num. 2 vers. icul. interdum, &c. & seqq. vsque ad numer. 7.* vbi late probat, testem varium puniri de falso, etiam quod causæ, instantiæ, ac iudicia sint diuersa, ac etiam quod vnum iudicium sit ciuile, & aliud criminale, bene omnia exemplificat & respondet contrariis, prout etiam respondeo, *num. 8. & seqq. Crot. de testibus part. 7. numer. 344 in princip. & in 1. & 2. casu*, vbi de teste falso in diuersa instantia, de quo etiam per Monticell. *reg. crim. 15. num. 21 Boss. in titul. de oppos. contra test. post num. 5. & num. 6. in princip. & in vers. icul. in qua materia*, vbi generaliter de teste vario in diuersis depositionibus, Clar. *in d. vers. icul.* teste vario in diuersis depositionibus, *&c.* vbi, quod testis *testis qui falsum, ibi, aut vero deponit, &c.* vbi, quod testis dicens contraria in diuerso iudicio, punitur de falso, & * est communis, * vt per Camer. & Zabarell *in locis ibi per eum allegatis*: idem Clar. *in quæst. 53. vers. icul. tertius est casus,* vbi, quod † in hoc nulla videtur esse difficultas, & licet 61 Hieron. de Monte, prout refert & defendit *in sua quæst. 12.* contra hanc ampliationem iudicando absoluerit testem, qui in vno iudicio contrarium dixerat eius, quod dixerat in alio; ego tamen, si casus mihi contingeret, hunc testem non absoluerem, sed condemnarem, *per præallegata.*

62 AMPLIA III. In † teste, qui in vno iudicio calore iracundiæ deposuit vnum, & postea, cessante iracũdia, in alio iudicio deposuit aliud, nam & hunc testem puniendum (extraordinaria tamen, & minori pœna,) late scripsit Tindar. *in tract. de testib. part. 1. c. 10. num. 10. & omnib. seqq.* faciunt, quæ de fide huius testis dixi *infr. num. 144. & seqq.* Et dicam latius suo loco in materia periurij, an, & quomodo puniatur, si iuramentum fuit præstitum calore iracundiæ.

63 AMPLIA IV. In † teste, qui primo sine iuramento examinatus vnũ deposuit, & deinde cum iuramẽto aliud, nam & hunc testem pariter puniendum, scripsit Tindar. *in tract. de testib. par. 1. cap. 10. n. 10. & omnib. seqq.* faciunt, quæ de fide huius testis dixi *infr. n. 144. & seqq.* Et dicã latius suo loco in materia periurij, an, & quomodo puniatur, si iuramentũ fuit præstitum calore iracundiæ.

64 AMPLIA V. In † teste, qui primo sine iuramento examinatus vnum deposuit, & deinde cum iuramẽto aliud, nam & hunc testem pariter puniendum, scripsit Tind. *de testib. d. par. 1. c. 11. n. 4.* Verum hac de re latius dicam *infr. in seq. q.* vbi agetur de puniendo testẽ falsum, qui sine iuramento deposuit, & an isto casu attendatur prima vel secunda depositio, dixi *infr. hac. ead. q. n. 148 seq.*

65 AMPLIA VI. In † teste, qui in tormentis dixit contrarium eius, quod dixerat sine tormẽtis, hunc quoque testem puniendum, voluit Clar. *in pract § fin. q. 53. vers. quartus est casus, post med.* ibi, *Bene verum est, &c. Gabr.*

66 *lib. 7. conclus. 26. n. 13. & 14.* vbi † declarat hoc procedere, quando ex interuallo testis dicit contrarium in tormentis, secus si in continenti, nec dissentit Tindar. *in tract. de testib. lib. 1. c. 3. nu. 3. vers. sed tractandum est, & seqq.* vbi

67 etiam declarat, dummodo † iste testis post torturam ratificet, alias secus, nec ab ista ampliatione vllo pacto

68 recedendum crediderim. Quamuis † contrarium late defendat Hier. de Monte, *q. 12. per totam.* Sed si recte inspexeris, rationes per eum adductæ sunt contra omnes Dd. opiniones, nec propterea subsistunt.

69 LIMITA I. propositam † regulam in teste sibi vario & contrario in non substantialibus. Hunc enim testem pœna falsi non teneri, scripsit Alber. *in l. eos, nu. 1. & seqq. ff. ad leg. Cornel. de falsi.* vbi plene etiam format quæstionem, *Boss. in tit. de tort. test. nu. 29. ad fin. & num 33. vbi de * communi, * Viui in commun. opin. vers. testis vel Notarij contrarietas, Cerrad. in pract. tit. de test. rubr. de contrariet. test. fol. 123.*

70 *nu. 19. sub 8 limit.* vbi tamen, quod † isto casu punitur extra ordinem crimine stellionatus, quod & idem voluit Achill. Personal. *in tract. de adipiscen. possess. n. 132.*

71 LIMITA II. In † teste, qui in iudicio valido dixit contrarium eius, quod dixerat in iudicio nullo, & inualido, licet enim isto casu talis variatio contra hunc testem faciat indicium ad inquirendum, vt per Tindar. *in tract. de testib. lib. 1. part. 1. c. 10. n. 4. in fin.* non tamen sufficit ad puniendum, vt per Ant. de Butr. *in c. cum in tua, nu. 10. ver. quandoq, testis sibi contrariatur in iudicio nullo, &c.* (vbi tamen loquitur, quando iudicium est nullum defectu iurisdictionis iudicis,) *extra, de testib. Tindar. vbi sup. d. lib. 2.*

72 *par. 1. c. 1. nu. 10. & d. c. 10. eod. num. 4. in fin* Et † licet contrarium, quod imo & isto casu test s puniatur, suaden videatur ex deductis per eundem Tindar. *d. c. 10 n. 9. 10. &*

73 *11. in prin.* Pro † concordia tamen potes distinguere in hunc modum, quod puniatur testis, qui in iudicio valido deposuit contrarium eius, quod deposuerat in inualido, quando is ignorabat inualiditatem iudicij, in quo primo loco deposuit, secus si illam sciebat, quia tunc nõ punitur, etiam crimine stellionatus, vt per eundem

74 Tindar. *c. 10. n. 11. vers. sed attende, vsq; ad n. 14.* † Sed hoc vltimum, quod saltem non puniatur crimine stellionatus, non credo verum, propter periurium, & in casu huius limitationis an attendatur prima vel secunda depositio, dixi *infr. n. 131. & n. 155. & seq.*

75 LIMITA III. In † teste sibi vario & contrario per errorem & ignorantiam, & per oblivionem, nam & hunc testem minime puniendum, * dixi *supr. n. 32. & seqq.* hic non repeto.

76 LIMITA IV. In † teste, qui dicit varia & contraria animo se corrigendi, si enim se corrigit ex interuallo, tunc licet præsumatur subornatus, vt per Tindar *de test. lib. 1. c. 4. n. 3. vers. porro in teste*, & propter istam præsumptionem possit forsan torqueri, vt infr. suo loco dicam, in parte seq. non tamen potest de falso puniri, *Boss. in tit. de publicat. process. n. 36. & seq.* Si vero se in continenti corrigit, & tunc sine dubio nullatenus punitur, vt ibidem Tindar. *lib. 1. c. 4. n. 13. & seq.*

77 LIMITA V. In † teste, qui examinatus non debeat examinari. Nam tunc propter variationem à primo examine, non punitur de falso, Tindar. *de test. lib. 2. part. 1. c. 10. num. 2.* vbi hoc dicit notandum: Sed an isto casu attendatur prima vel secunda depositio, dixi *infr. num....*

78 LIMITA VI. In † teste, qui primo dixit, se nescire, & postea, scire. Is enim testis non dicitur varius, & concordatur, prout dixi *infr. n. 357.* Et propterea nec de falso puniri, voluit Tindar. *in tract. de testib. lib. 1. c. 8. n. 8.*

79 LIMITA VII. In † teste, qui primo dixit, se non recordari, deinde dicit, se recordari; cum enim is testis non sit varius, sed concordetur, prout latius dixi *infr. nu. 331.* Ideo nec falsarium reputari, dixit Præpos. *in c. nihilominus, n. 12. vers. & si in vno articulo, 3. q. 9.* nec de falso puniri. dixit etiam Tindar. *in tract. de test. lib. 1. c. 9. num. 2. vers. est autem aduertendum, iuncto vers. tamen etiam, & seqq.* vbi declarat, hoc non procedere, quando factum non fuit antiquum, & dolo prima vice testis dixisset, se non recordari, tunc enim punitur de falso, *v. ibi per eum.*

80 LIMITA VIII. In † teste rustico, qui cum non præsumatur dolo variasse, vt per Natt. *in conf. 586. n. 5 lib. 3.* hoc ideo ob variationem nõ puniri de falso, facit vulgaris illa regula, de qua suo loco dicam, quod fallum sine dolo non committitur, ¶ *& expresse voluerunt Ang. & Ias. in locis relatis per Tiraq. de pœn. temper. cauſ. 11. n. 16. item relati per Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 23. n. 19.* Et † licet 81 contrarium, quod imo testi rustico contrario non sit parcendum, voluerit Bar. relatus per Mont. *in repert. test. in rubr. testes contrarii, &c. an, & qualiter puniantur, fol. 293. col. 1. vers. 5.* ¶ *ac plures alii relati per eundem Tiraq. d. cauſſ. 11. n. 15. & per Menoch. vbi supr. d. nu. 19.* debet tamen Bar. doctrina intelligi, quando constat, rusticum dolo contraria deposuisse, alias secus. Sed † an dolo diuersa & con- 82 traria deposuerit, an vero sine dolo, hoc iudicis arbitrio esse remissum, voluit Hier. Mag. *decis. Lucen. 42 n 9.* ¶ Et hoc modo posse has contrarias opiniones concordari, dixit Tiraq. *in loco præcit. eod. n. 16. in fin. Menoch. de præsumpt. 23 n 19* Vide, quæ in simili de teste rustico falsum deponente dixi *infr. q. 67. nu. 81. & infr. in tit. de pœn. q. 98. num. 11. n 29. & seqq.* vbi latius reassumpsi hanc materiam.

83 LIMITA IX. In † teste, qui examinatus in iudicio deponit contrarium eius, quod prius dixerat extra iudicium, vt per Florian. de S. Petro, *in l. qui falso, n. 2. ver. & aduerte, ff. de testib.* Marsil. *in l. eos, n. 9. & seqq.* vbi pluribus hanc comprobat limitationem, & contrariis respondet. *ff. ad leg. Corn. de falsi. Butr. in c. cum in tua, col. fin. num. 10. vers. possibile etiam est, & ibi etiam Fel. n. 7. vers. sed contrarium, iuncto num 8.* vbi de communiori & veriori opinione, & Imol. *n. 6. vers. si autem primum dictum fuisset extra iudicium, extra, de testib. Tindar. qui late contra Bart. hanc defendit limitationem, in tract. de testib. lib. 2. part. 1. c. 1. num. 1. & sequentibus omnibus,* vbi *num. 17.* testatur de communi * omnium o- * pinione, excepto Bartol. & *d. lib. 2. part. 1. cap. 2. num. 2.* vbi, quod hæc est communis * opinio Canonistarum, & * *nu. 7. in fin. iuncto num. 8. & iterum cap 3. nu. 4. & omnib. seqq.* vbi bene probat, quod testis deponens falsum extra iudicium, non punitur de falso, Alber. de Malet. *in tractat. de testibus, cap. final. numer. 11. & 12. Petr. Moncad. in addit. ad Crot. de testibus, part. 7. numer. 345. litera D. maiuscula, vers. icul. contrarium tamen, vbi pariter testatur de communi * opinione, ex Felyn. & Marsil. ibi per eum allegatis.* *

Boss.

Boss. *in tit. de tort. test. num. 12. & in tit. de oppos. contra test. post num. 3. vbi de magis communi,* * *Clar. in §. falsum, versic. testis, qui falsum, post med. ibi, & in hoc proposito, &c. vbi de communi,* * *ex Alexand. & Didac. ibi per eum allegatis, & quæst. 33. versicul. primus casus est*, vbi plures refert Dd. testantes de communi,* & magis communi, Corrad. *in pract. titul. de testib. rubr. de contrarietate testium, fol. 122. num. 18. in 7. limitat.* vbi, quod contra Bartol est magis communis* opinio, Soarez. *in thesauro recept. sentenc. litera T. num. 144.* vbi de communi, ex Alexand. Couat. & Claro, ibi per eum allegatis, Menoch. *de arbitr. quæst lib. 2. casu 312. num. 2. vbi etiam de communi,* * *Michael. Craff. in tomman. opin. lib. 2. cap. 17. quæst. 19.* vbi aliis relatis de communi,* veriori, & magis communi opinione testatur, Viui. *in commun. opinion. vers. testis dicens ac deponens aliquid extra iudicium*, vbi aliis relatis etiam de communi, * & quod Batt. communiter reprobatur, Monticell. *in repertor. test. rubr. testes contrarij, varij, &c. an, & qualiter puniantur, fol. 294. col. 1. versicul. 1. Petra de fideicom. quæst. 12. num. 912. & seqq.* & sine ducbio magis cõmuniter * hæc limitatio à Dd. recepta est:

84 Quamuis † contrarium originaliter voluerit Bartol. *in l. eos, num. 4. in fin. iuncto num. 8. ff. ad leg. Cornel. de falsi. Butr. & Abb. in locis relatis per Menoch. ad Crot. de testib. num. 345. litera D. maiuscula, vers. sed quid si testis, Afflict. in constit. Regni, lib. 3. tit. de periurio, num. 14. Gabriel lib. 7. conclus. 31. num. 1. relatis per Monticell. in repert. testium, rubric. testis, qui vnum dicit in iudicio, &c. fol. 218. col. 2. vers. 2. & rubr. testes contrarij, &c. an & qualiter puniantur, fol. 294. colum. 1. vers. 2. & 3. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 312. numer. 3.* vbi, quod tanquam mendax leuiter punitur arbitrio iudicis, pro facti & personæ qualitate, ex Marsi. *in l. eos, num. 16. in fin. ff. de falsis, & ex Didac. in c. quamuis, part. 1. § [illegible] propensius de pactis, in 6.*

85 AMPLIA I. Hanc † nonam limitationem non solum procedere in teste, qui in iudicio contrarium deposuit eius, quod prius dixerat extra iudicium, sed etiam econtra, si primo iudicialiter examinatus dicat vnum, & deinde extraiudicialiter aliud. Nam & ex hac variatione minime puniendum, scripsit Tindar. *in tract. de testib. lib. 2. part. 2. n. 3.*

86 AMPLIA II. dictam † nonam limitationem in teste, qui in iudicio dixit contrarium eius, quod prius dixerat extra iudicium parte præsente. Nam adhuc nõ obstante partis præsentia, hunc testem non puniri de falso, scripsit idem Tindar. *de test. lib. 2. part. 1. c. 5. n. 2.*

87 LIMITA I. Hanc † secundam ampliationem, quia licet is testis deponens contrarium eius, quod primo dixerat extra iudicium parte præsente, non puniatur de falso; punitur tamen criminaliter pœna stellionatus, & etiam ciuiliter ad damna & interesse, vt per eundem Tindar. *d. c. 5. n. 3. & 4. & dixit Marsil. in l. eos, n. 16. in fin. ff. de fals.* & quod iste testis potest puniri de solo mendacio, leui pœna.

88 LIMITA II. dictam secundam † ampliationem, quando cum partis præsentia concurrat etiam causa, nam tunc iste testis, si postea in iudicio contrarium dixerit, punitur de falso, per *l. eos, ff. de fals. quam late ad hoc propositum inducit Tindar. de testib. lib. 2. part. 1. cap. 8. per totum, & cap. 9.* vbi ita dicit posse saluari opinionem Bart. *in d. l. eos*, volentis, puniendum esse testem, qui in iudicio contrarium deposuit eius, quod dixerat extra iudicium, *& cap. 19. per totum*, vbi latissime respondet contrariis, *& cap. 11. in prin.*

89 Imo, quod † nunquam puniatur testis varius in iudicio ab eo, quod dixerat extra iudicium, nisi in dicto extraiudiciali adsit causa, scripsit idem Tindar. *d. lib 2. part. 1. c. 8. n. 22. in fin. & seqq.*

90 SVBLIMITA I. Hanc † nonam limitationem non procedere, quãdo primum extraiudiciale dictum esset iuratum, nam tunc si iste testis contrarium deponat examinatus in iudicio, punitur vtique de falso, secundum Cæpoll. *in consil. 60. numer. 8. & 9. iuncto num. 12. versicul. nec obstat, quod tertio loco dictum est, Boss. in titul. de oppos. contra testes, num. 3. in fin. post Butr. Abb. & Alex. quos allegat, ibiq; dicit, se vidisse seruari, & Boss. refert Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 108. num. 23. in fin. Petra de fideicom. q. 12. sub num. 912.*

91 LIMITA I. Hanc † primam sublimitationem procedere, dummodo primum extraiudiciale iuramentum sit formiter præstitum, alias secus, prout declarat idem Tindar. *d. l. 2. part. 1. c. 7. n. 37.*

92 LIMITA II. dictam † primam sublimitationem: nam verius videtur, hunc testem, qui iudicialiter examinatus deposuit contrarium eius, quod extra iudicium cum iuramento dixerat, puniri non pœna ordinaria de falso: sed mitius, crimine stellionatus, prout declarat idem Tindar. *d. lib. 2 part. 1. cap. 4. n. 2. per totum, & c. 7. n. 35.* ad quam materiam vide eundem Tindar. *d. c. 7. n. 30. & 31. vsque ad vers. etenim, &c. & n. 34. vers. effectum alterum, & cap. 11. n. 1.*

93 SVBLIMITA II. Eandem † nonam limitationem non procedere, quando primum dictum extraiudiciale esset magis verisimile, quam secundum iudiciale, nam tunc hunc testem de falso puniri, scripsit idem Tindar. *de testib. lib. 2. part. 1. c. 7. nu. 15. & seqq. vsque ad nu. 23. & d. num. 23 ad fin. & cap. 11. in princ. versicul. & idem si pro dicto, &c.*

94 LIMITA I. hanc † secundam sublimitationem, quando secundum dictum iudiciale esset confirmatum in tormentis, quia tunc testis non punitur de falso, etiam quod primum dictum extraiudiciale sit verisimile, vt per eundem Tind. *d. lib. 2. part. 1. cap. 12. num. 1. versic. ad dices, & d. 1. in fin.* † vbi tamen, quod licet isto casu testis non puniatur de falso, punitur tamen crimine stellionatus de dolo.

95

96 LIMITA II. Dictam secundam † sublimitationem non procedere, quando secundum dictum iudiciale esset emanatum ad correctionem primi dicti extraiudicialis, quia tunc probato errore testis, non punitur ex suo primo contrario dicto extraiudiciali, etiam verisimili, Tindar. *d. lib. 2 part. 1. c. 13. per totum.*

97 LIMITA III. eandem † secundam sublimitationem, quando primum extraiudiciale dictum esset dubitatiue prolatum, per verbum, *credo, nescio, non recordor*, & similia, quia tunc attenditur secundum dictum iudiciale, & testis nõ punitur de falso, & quod primum extraiudiciale esset verisimile, vt per Tindar. *d. lib. 1. part. 1. cap. 14. num. 1.*

ARGVMENTVM.

Testis sibiipsi varius, & contrarius, an & quando ex sua varietate & contrarietate possit torqueri.

SVMMARIA.

Testis sibiipsi varius, contrarius, aut vacillans, regulariter torqueri potest, ad videndum, in quo dicto persistat, n. 98. licet aliqui contra, n. 99.

Testis ob solam varietatem torquetur, etiam non præcedentibus aliis indiciis, n. 100.

Clericus testis propter varietatem torquetur, num. 101. Ampliat. etiam fama non præcedente, num. 102. Limita, quia torquebitur isto casu clericus, non à iudice seculari, sed à iudice ecclesiastico, n. 103.

Testis sæpius varians, sæpius torquetur, nu. 104. Non tamen in infinitum, sed vsque ad tertiam vicem, n. 105.

Testis, qui in iudicio dixit contrarium eius, quod prius extraiudicialiter dixerat, potest sine dubio torqueri, numero 106. Licet alij contra, numero 109. Et multo magis poterit isto casu inquiri, numero 110. Et rursus eo magis poterit torqueri, quando primum extraiudiciale dictum emanauit, vel cum

cum iuramento, numero 107. vel in scriptis, numero 108.

Testis, qui extraiudicialiter dixit contrarium eius, quod prius iudicialiter deposuerat, potest ex hac variatione non solum inquiri & processari, n. 111. Sed etiam torqueri, nu. 112.

Testis ob solam variationem non torquetur, nisi etiam fateatur, se facio in testificasse, nu. 113.

Testes non torquentur ob solam variationem in causis ciuilibus, num. 114 contra, num. 115. Distingue, nu. 116. Quatuor tamen sunt casus, in quibus torquentur testes varij in causis ciuilibus. Primus, si serui sint, num. 117. Secundus, si sint viles personæ, num. 118. Tertius, si causa ciuilis habeat crimen annexum, num. 119. Quartus, si torqueatur à iudice criminali, & non ciuili, nu. 120.

Testis varius, & contrarius in non substantialibus, non torquetur, nu. 121.

Testes in dignitate constituti, ob variationem non torquentur, nu. 122. licet alij contra, nu. 123.

QVÆSTIO LXVI. PARS III.

98 REGVLA Sit quod † testis sibi varius vacillans, aut contrarius possit torqueri ad videndum, in quo dicto persistat. *Bal. in l. presbyteri, nu. 2. C. de episcop. & cler. idem Bal. in tract. de testib. part. 2. num. 2. Nepos de Monte Albano in tract. de testib. num. 118. Alexan. cons. 63 num. 1. & sequentib. lib. 1. vbi nomen. 3 in fin. quod ita communiter* * *dicunt Doctores omnes, Marsil. singul. 103 incip. varietas, vers. item etiam talis varietas, Foller. in practic. crimin. in verbo, capiat informationem, num. 38. vers. & similiter, & in verbo, & si constitebuntur, in 3. part. 3. part. principal. num. 5. Boss. in tit. de tortur. test. num 4 & nu. 12. & num. 19. vers. contrarium tamen, & num. 21. vers. tamen Doctores, & d. nu. 21. in fin. vbi ita practicatur, Anton Gomez. variar. resolut. tom. 3. tit de tortur. reor. nu. 29 Clar. in pract. § fin. qu. 25. vers. item testis varius, Monticell. in repertorio testium, rubr. an & quando examinentur testes in tortura, fol. 159. colu. 2. vers. 5. & 7. & fol. 160. colum. 1. versic. 3. & 4.* ex quibus sine dubio apparet, hanc regu-

99 lam communiter * à Doctoribus receptam. † Quamuis aliqui Doctores relati per Boss. *d. nu. 19. in princip. & num. 21. vers. ad confirmationem primæ opinionis*, dixerint, testem non posse torqueri ex sola varietate, aut contrarietate, nisi etiam concurrat vacillatio & turbatio. ¶ *Vide, quæ dixi infra q. 79. nu. 6.*

100 AMPLIA I. Hanc † regulam, vt testis per solam varietatem possit torqueri, etiam non præcedentibus aliis indiciis, aut adminiculis (quicquid forsan alias secus sit in reo) Foller. *d. verbo, & si confitebuntur, in 3. part. 3. par. princip. n. 5. Farin. super rit. mag. cur. 79. n. 14. quem refert Brun. à Sole in suo cons. crim. sub. num. 76.* & est de mente omnium * Doctorum allegatorum, supra in regula, qui, nulla habita consideratione adminiculatorum, aut iudiciorum ex simplici varietate, aut contrarietate testem torquendum dixerunt. ¶ *& dixi infra q. 79. n. 75.*

101 AMPLIA II. Vt † torqueatur testis propter varietatem aut contrarietatem, non solum si sit laicus, sed etiam si sit clericus, vt per Boss. *in tit. de tort. test. n. 4.* vbi quod dispositio testis *in presbyteri, d.* l. *libr. 6. qu. vlt.* volentis, clericos non posse torqueri, non seruatur in clericis vacillantibus, prout voluit gl. *in d. cap. presbyteri, & ff. de crim. læs. maiest. lib. 2. tit. quom. & per quos crim. læs. maiest. prob. sub num. 2. Clar. in pract. quæst. 2[illegible]. vers. sed nunquid, vbi ex Foller. quem allegat in pract. crim. canon. fol. 127. nu. 47.* (sed in libro meo est, *in fol. 108. in gloss. testibus & diligenter examinatus, cap. 8.*) dixit, communem * esse opinionem Canonistarum, quod clericus testis vacillans, vel suspectus, quod recuset dicere veritatem, possit torqueri, quia magis peccat clericus celans veritatem, quam laicus, & licet Bart. *in l. ex libero, circa princ. ff. de quæst.* tenuerat, quod presbyter vacillans non sit de iure Canonico torquendus, per tex. *in l. presbyteri, C. de episc. & cler.* tamen contra Bart. est communis * opinio, prout dixit idem Clarus *in qu. 64. vers. sed an clerici*: Quamuis etiam contra hanc ampliationem fensisse videatur Carer. *in pract. in tit. de indic. & tortur. §. circa tertium, quæ per Jonæ torqueri possint, nu 27. ¶ & plures alij, quos cumulauit inf. q. 79. num. 54. seqq.* vbi etiam vide de veritate & materia huius ampliationis, & vide in proposito, quæ in simili, de torquendo clericum, tanquam reum, dixi *supra in 2. libr. tit. de indic. & tort. q. 41. n. 2. seqq.*

102 AMPLIA Rursus † præcedentem ampliationem, vt torqueatur clericus varius in sua depositione, etiam quod contra eum, aliqua fama non procedat: Id enim, quod dicunt Doctores, clericum non posse torqueri, nisi fama præcedente, procedit, quando agitur de torquendo clericum, tanquam reum super delicto, de quo latius dixi *in 2. libr. tit. de indiciis, quæst. 41. nu. 6. & seq.* secus si agatur de illum torquendo tanquam testem, vt bene declarat Boss. *in tit. de tortur. test. nu. 6. ad fin. vers. & nota omnino.*

103 LIMITA I. Hanc † secundam ampliationem, quia in quo sit torquendus clericus testis, torquebitur vtique non à iudice seculari, etiam quod [illegible] variauerit & vacillauerit, sed à iudice ecclesiastico, Clar. *in pract. § fin. quæst. 25. vers. sed nunquid, in fin.* vbi quod ita alias fuit decisum per consilium regni Siciliæ, & Capicius *decis. 142.*

104 AMPLIA III. Propositam † regulam, quia testis sæpius varius, sæpius etiam torquetur, ideo si testis ob variationem tortus firmat vnum dictum, postea repetitus, vel in ratificatione recedat ab illo dicto formato tortura, & aliud dicat, poterit sine dubio iterum torqueri, prout contigit illo notario, de quo post gl. Bartol. Paris. de Put. Aret. & Ang. quos allegat, scripsit Boss. *in tit. de tortur. test. num. 121. Cæpoll. cons 60, num. 19 versic. & ideo dicit, Marsil. in l. repeti, numer. 16. ff. de quæst. & in pract. § quoniam, num. 17. Monticell. in repertorio testium, rubr. testis, qui vnum dicit, in iudicio, vel in tortura, fol. 192. colum 2. vers. fin.* Verum † hanc torturam, licet sæpius, non tamen in infinitum inferendam, sed tantummodo vsque ad tertiam vicem facile dignosces ex tradatis in simili de reo torquendo supra, *in 2. libr. tit. de indiciis quæst. 38. num. 91. & sequentib.* & isto casu, cui dicto testis magis standum sit, an primo, medio, vel vltimo, dixi infra *num. 172. & seqq.*

105

106 AMPLIA IV. Hanc † eandem regulam, vt testis possit torqueri non solum ob varietatem iudicialem, sed etiam ob extraiudicialem, & ideo si testis in iudicio dixit contrarium eius, quod dixerat extra iudicium, probato dicto extraiudiciali vario à dicto iudiciali, torquebitur vtique iste testis, vt per Iacobin. de Sancto Georgio *in l. qui falso, nu. 7. in fin. ff. de testibus, Butr. in cap. cum in tua, column. fin. vers. puto tamen, 1 mol. num. 6. colum. fin. vers. puta tamen, quod sit suspectus de falso, extra eodem, & Alexan. cons. 63. numer. 1 sequentib. lib. 1.* vbi in fine ita testatur communiter * tenere Doctores: & *cons. 251. in fin.* * *lib. 6. vbi quod in hoc omnes* * *conueniunt, Cæpoll. cons. 60. nu* * *mer. 8. versic.* † *sed his non obstantibus, & num. 9. & sequentib.* 107 *vsque ad num. 13.* vbi bene fundat hanc ampliationem, & respondet contrariis (sed loquitur in casu, in quo primum dictum extraiudiciale erat cum iuramento) habet enim depositio testis extraiudicialis vim extraiudicialis confessionis, vt per Tyndar. *in tract. de testib. lib. 2. part. 1. cap. 8. num. 8. versic. nihil profecto, & numer. 9. & seqq. vsque ad num. 12. & num. 23. in princip.* Ideo sicut confessio extraiudicialis facit contra reum indicium ad torturam: Ita pariter, & contra testem eius dictum extraiudiciale contrarium secundæ depositioni iudiciali, debet facere illud idem indicium, vt per prædallegatos, quibus addo Bossium *tit. de oppos. contra testes num. 3. vers. licet tamen, & in tit. de tortur. test. num. 12. & num. 19. ante fin. & num. 21. ad fin. vbi, quod ita practicatur*, Conrad. *in*

pract.tit.de testib.rub.de contrarietate testium, num.18.vers.sed D.Aym.fol.122.col.a. in fin. Gabr.lib.7.concl.29.num.49.& concl.31.num.5.vers.contrarium, &c. Foller.in pract.in verbo, & si confitebuntur, in 2.part.3.part.principalis, num.30. Clar.in * *pract.§.fin.q.25.vers.sed pone, vbi etiam de communi,* * *& practicata opinione, ex Alex. & Bass. in locis practatis, Turzan.in sun comm.opin.*134. vbi quod in hanc sententiam omnes
208 concurrunt. Præfertim † quando primum dictum extraiudiciale est in scriptura, Emanuel Soarez. *in thesaur.*
* *recept.sent.litera T.nu.*142.*vbi de communi,* * *Monticell.in repert.tert.rubr.testis, qui vnum dicit in iudicio, &c.fol.*219.*col.*1. *vers.Bertaz.cons.*3.*num.*10.*& cons.*170.*num.*16.*lib.*1.*&* *cons.*414.*num.*3.*lib.*2. Ex quibus vix crederem discedendum ab ista opinione, tanquam veriori & communio-
* * rι.* Quamuis † in contrarium faciunt deducta per eun-
dem Tyndar. *d.c.nu.*1. *& seqq vsq; & post n.*8. *& per Capoll.* *cons.*60.*num.*3. *vsque ad nu.*8. *Dec. Hippol. & Viu. relati per Soarez. vbi supra, d.litera T.nu.*143. *& alij antiquiores pariter* *relati per eund. lib.*7. *d.concl.*31. *n.*5. *in princ.*

AMPLIA Rursus † præcedentem ampliationem, vt
[illegible] magis huius testis extraiudicialis depositio
contraria sequenti iudiciali depositioni, faciat contra
[illegible] iudicium ad inquirendum, vt per eundem Tyn-
[illegible] *lib.*2. *part.*1. *c.*7. *n.*11. *in fin. iuncto nu.*12. *seqq. vsq;*
[illegible] *& n.*23. *ad med.*

AMPLIA V. Regulam, vt è contra testis, qui extra-
[illegible] aliter dixit contrarium eius. quod prius iudi-
[illegible] deposuerat, non solum hoc secundum dictum
[illegible] iudiciale faciat contra ipsum indicium ad inqui-
[illegible] per Anton. de But. *in c.cum in tua, nu.*10. *colu.*
[illegible] *in fin. vers. per quod patet, Aretin. col. penult. ad fin. num.*
[illegible] *& ex isto secundo dicto extraiudiciali, extra de testibus,*
[illegible] *de testibus, lib.*2. *part.*2. *num.*3. *in fin. & num.*4. *Alb. de*
[illegible] *in tract. de testibus, cap. fin. num.*10. Verum † etiam
[illegible] iudicium ad torturam, vt per Abb. *in d.cap. cum in*
[illegible] *num.*9. *in fin. & ibi etiam Felyn. num.*6. *ad fin. vers. &* *fuissent tunc testes subijci torturæ, Aretin. nu.*14. *& ex ijs lo-*
[illegible] *dicto, Alex. cons.*63 *num.*2. *vers. etiam si primo deposuisset,*
[illegible] *Mayor. libr.*7. *concl.*30. *n.*4.

LIMITA I. Propositam † regulam, quia ad torquen-
[illegible] dam testem non sufficit sola variatio, aut vacillatio,
[illegible] nisi etiam idem testis fateatur, se facto interfuisse, sic
[illegible] per gl. *in l. vnus, §. testes, ff. de quæst.* & alios, quos
[illegible] allegat, ac sequiores, hanc materiam declarando scri-
[illegible] Bertaz. *cons.*3. *num.*10. *& cons.*170. *num.*16. *libr.*1. *&* *cons.*414. *num.*3. *lib.*2. Ex quibus vix crederem discedendum ab ista opinione, tanquam veriori & communio-
* * Quamuis † in contrarium faciunt deducta per eun-
dem Tyndar. *d.c.nu.*1. *& seqq vsq; & post n.*8. *& per Capoll.* *cons.*60. *num.*3. *vsque ad nu.*8. *Dec. Hippol. & Viu. relati per* *Soarez. vbi supra, d.litera T.nu.*143. *& alij antiquiores pariter* *relati per eund. lib.*7. *d.concl.*31. *n.*5. *in princ.*

AMPLIA Rursus † præcedentem ampliationem, vt
[illegible] magis huius testis extraiudicialis depositio
contraria sequenti iudiciali depositioni, faciat contra
[illegible] iudicium ad inquirendum, vt per eundem Tyn-
[illegible] *lib.*2. *part.*1. *c.*7. *n.*11. *in fin. iuncto nu.*12. *seqq. vsq;*
[illegible] *& n.*23. *ad med.*

AMPLIA V. Regulam, vt è contra testis, qui extra-
[illegible] aliter dixit contrarium eius. quod prius iudi-
[illegible] deposuerat, non solum hoc secundum dictum
[illegible] iudiciale faciat contra ipsum indicium ad inqui-
[illegible] per Anton. de But. *in c.cum in tua, nu.*10. *colu.*
[illegible] *in fin. vers. per quod patet, Aretin. col. penult. ad fin. num.*
[illegible] *& ex isto secundo dicto extraiudiciali, extra de testibus,*
[illegible] *de testibus, lib.*2. *part.*2. *num.*3. *in fin. & num.*4. *Alb. de*
[illegible] *in tract. de testibus, cap. fin. num.*10. Verum † etiam
[illegible] iudicium ad torturam, vt per Abb. *in d.cap. cum in*
[illegible] *num.*9. *in fin. & ibi etiam Felyn. num.*6. *ad fin. vers. &* *fuissent tunc testes subijci torturæ, Aretin. nu.*14. *& ex ijs lo-*
[illegible] *dicto, Alex. cons.*63 *num.*2. *vers. etiam si primo deposuisset,*
[illegible] *Mayor. libr.*7. *concl.*30. *n.*4.

LIMITA I. Propositam † regulam, quia ad torquen-
dam testem non sufficit sola variatio, aut vacillatio,
nisi etiam idem testis fateatur, se facto interfuisse, sic
enim potest gl. *in l. vnus, §. testes, ff. de quæst.* & alios, quos
allegat ac sequiores, hanc materiam declarando scri-
pserunt

ctum, & non secundum, & iam Aretin. in loco præcitato dubie loquutus fuit, & per verbum *forte*.

130 AMPLIA II. Vt † multo magis attendatur primum, & non secundum dictum testis variantis, quando secundum emanauit post publicationem processus, quia tunc testis varians à primo examine præsumitur aperte subornatus, vt per Boss. *in tit. de oppositionib. contra test. nu. 1. ad fin. vers. debet etiam considerare*, vbi etiam loqui videtur, quando secundum dictum esset confirmatum in tortura, de quo vltimo dixi *infra hac eadem quæstione, num.* 170. *& seqq.*

131 AMPLIA III. Regulam † multo magis procedere, quando sumus in casu, in quo testis secundo loco non debeat examinari, tunc enim eo minus contrarietas secundi examinis nocet parti, cui iam per primum examen est ius quæsitum, Boss. *in tit. de oppos. contra test. n.* 8. Et an isto casu ex variatione testis possit torqueri, dixi *supra nu.* 73.

132 AMPLIA IV. Vt † quod dictum est de vnico teste, procedat etiam in pluribus testibus. Si enim duo testes secundo loco examinati, dicant contrarium eius, quod in primo examine deposuerant: adhuc tamen attenderetur eorum primum dictum, & non secundum, & ex hoc duorum testium primo dicto poterit iudex suam ferre sententiam, saltem iuncto iuramento suppletiuo, prout bene disputando concludit Alciat. *de præsumt. reg. 2. præsumt. 39. n. 9.* (qui tamen loquitur in ciuilibus, & non in criminalibus, nec dissentit Gabr. *libr. 7. concl. 29. nu. 27.*

133 AMPLIA V. Vt † licet ex Tindar. *in tract. de testibus, part. 3. cap. 1. nu. 4. vers. semper tamen intellige, iuncto vers. præcedenti*, videatur posse concludi, quod quando indicia sunt diuersa, & in vno fuerit actum ad diuersum finem, quam in alio, puta, si in primo fuit actum ciuiliter, in secundo criminaliter, tunc non statur primo dicto. Vide † tamen Alciat. *d. reg. 2. præsumt. 29. n. 7.* Vbi dicto.

134 xit, quod si reuocatio primæ depositionis fit facta in alio iudicio, siue ciuili, siue criminali, semper stabitur primo dicto, ex Aretino, Felino, Tindar. & Dec. ibi per * cum allegatis, & quod ita est cõmunis * opinio, quam sibi magis placere dixit Clarus *in practic. §. fin. quæst. 53. post versicul. tertius est casus, post medium, ibi, aliy vero dicunt, &c.*

135 AMPLIA VI. Vt † atten datur primum dictum, & non secundum, etiam quod simus in diuersis causis, iudicijs, & personis, vt per Felyn. *in c. cum in tua, nu. 4. in fin. vers. & hac ratione, extra de testibus*, Crot. *de testib. par. 2. nu. 344. vers. secundus casus est*, Gabr. *quos alios refert, libr. 7.*

136 *concl. 29. nu. 16. & n. 19. vers. contrarium, &c.* Quicquid † in contrarium, quod imo isto casu neutri dicto credatur, scripserint relati per eundem Gabriel. *d. concl. 29. n. 5. & nu. 19. in princip.*

137 AMPLIA VII. Vt † pariter attendatur primum dictum, & non secundum, etiam quod simus in diuersis instantijs, licet inter easdem personas, **Abb.** *in capit. cum in tua, num. 9. vers. quandoque testis dicit contrarium, extr. de testib.* vbi reprobat Ant. de But. contradicentem,

138 Tind. *de testib. par. 3. c. 1. nu. 7. vers. cur ergo, & c. 20. n. 2. in fin. vers. tamen in his diuersis.* Et † hæc opinio mihi magis placet. Quamuis contrarium voluerit Crot. *de testib. par. 7. n. 344. & alij relati per Gabr. libr. 7. d. concl. 39. n. 4. & etiam relati supra nu. 125.*

139 AMPLIA VIII. Vt † & idem sit, quando sumus in eadem instantia, & inter easdem personas, dummodo tamen examina sint diuersa, & sicut ex interuallo testis dicat contrarium eius, quod primo loco dixerat. Adhuc enim stabitur primo dicto, & non secundo. Sic enim mihi videtur esse de mente omnium Doctorum allegatorum, supra in regula, *num.* 124. Qui loquuntur

140 tam in diuersa, quam in eadem instantia. † Quamuis contrarium, quod in eadem instantia nec primum, nec secundum dictum attendi debeat, scripsit Tind. *de testibus, libr. 1. cap. 2. nu. 1. & par. 3. c. 1. nu. 7. in princ. iuncto vers. item si recte consideras, & cap. 2. num. 2. vers. etenim quanquam in eadem instantia.*

AMPLIA IX. Vt † multo magis attendatur primũ, & non secundum dictum, quando illud primum 141
fuerit geminatum & ratificatum, Rolan. *cons. 73. nu. 33. lib. 1. Menoch. de arbit. q. lib. 2. casu 108. n. 10. vers. ratio est solida*, Brunor. *à Sole in suo cons. crim. n. 42. & seq.*

LIMITA I. Propositam † regulam, quando secun- 142
dum dictum emanasset animo corrigendi primum. Tunc enim nõ primum, sed secundum dictum attenditur, Bart. *in l. eos, num. 4. vers. & tunc aut dicit, hoc animo se corrigendi, &c. & ibi etiam Marsil. n. 8. vers. aut est sine tormento ff. ad leg. Corn. de falsis. Abb. in c. cum in tua, n. 9. vers. aut tertio, ff. sunt sine tormentis, & ibi etiam Felyn. nu. 3. vers. item fallit, nisi secundum dictum, &c. Imol. col. fin. ad fin. vers. vbi autem testis, Aretin. n. 13.* vbi quod omnes * ita tenent, *extra de testibus, Iac. Butrig. tit. de contrarietate testium, nu. 1. vers. nisi hoc fecerit corrigendo, &c. Tindar. de testibus, libr. 1. cap. 2. nu. 1. in 2. fallent. & capit. 4. num. 1. vbi pro hac limitatione adducit iura, Boss. in tit. de opposit. contra testes, post num. 1. in 3. fallent. Vsui. in commun. opin. vers. testis statim & incontinenti corrigens, Gabr. lib. 7. conclus. 27. num. 1. Menoch. de arbitr. quæst. casu 108. num. 4. Monticell. in repertorio testium, rubr. testis dicens in secunda depositione aliter, quam in prima, fol. 217. col. 2. vers. antepen.*

SVB LIMITANDO Hanc † limitationem, aduerte, 143
quod eadem limitatio videtur egredi terminos propositæ regulæ, quæ, vt supra admonui *sub nu. 127. in fine*, intelligi debet, quando sumus in diuerso examine & facto ex interuallo, secus in eodem examine & incontinenti, quo casu est licita correctio, prout loquuntur, & intelligi debent præcitati Doctores, & nihilominus postquam ijdem Doctores hanc limitationem sic posuerunt, illam declara, vt procedat, quando correctio fit incontinenti, vel alias in casu licito, secus si ex interuallo, & in casu à iure non permisso, sed quando correctio sit de iure permissa, nec ne, audies *infr. hac ead. q. p. 7.*

LIMITA II. Eandem † regulam, quando primum di- 144
ctum ipsius testis ab ipso emanasset calore iracundiæ: Tunc enim attenditur, sedato animo prolatum, & non primum, Abb. *in c. cum in tua, nu. 9. vers. item credo, & ibi etiam Felyn. n. 3. vers. item fallit, nisi primum, extra de testib.* Tindar. *in tract. de testib. lib. 1. cap. 2. nu. 1. in 8. fallen.* Vbi † & 145
idem, si primum dictum fuisset probatum per iocum, & latius *cap. 10. num. 1. & sequentib. & part. 3. cap. 2. num. 1. in 2. fallent.* Boss. *in titul. de opposit. contra testes, num. 1. in 2. fallent. & dict. num. 1. in fine, vers. circa secundam fallentiam*, Conrad. *in practic. titul. de testibus, rubric. de contrarietate testium, num. 15. in 4. limitatione, fol. 122. column. 1.* Gabriel. *lib. 7. conclusione 29. num. 20.* Menoch. *de arbitr. quæstion. casu 108. num. 8. in fine*, Monticell. *in repertorio testium, rubric. testis dicens in secunda depositione, aliter quam in prima, &c. fol. 217. col. 2. vers. 5.*

Sed † certe, licet hæc limitatio, vt vides, possit dici 146
communiter * recepta: Tamen contra eam fortiter vr- *
gent deducta per Aret. (quem videas) *in cap. cum in tua, num. 12. de testib.* Vbi dixit, isto casu nec primum, nec secundum dictum esse attendendum. Et ego vix huius limitationis credo posse dari casus: ridiculum enim videtur, quod quis se examini subijciat, præsertim cum iuramento ex iracundia deponat, id enim potest potius dolo contingere, quam ex iracundia. Et ideo si primum testimonium dolo & falso prolatum reperiatur, non illud, sed secundum attenditur, vt infra dixi in sequenti limitatione huius regulæ, & propterea hunc testem, qui calore iracundiæ contraria dicit, posse etiam puniri, pariter dixi *supra num. 62.*

LIMI-

147 LIMITA III. Vt † non primum, sed secundum dictum attendatur, quando iudici aperte constat de falsitate primi dicti, vt per Tindar. *in tract. de testibus. par. 3. cap. 2. num. 1. in 5. fallen. & latius libr. 1. cap. 23. per totum*, vbi etiam quomodo dicatur constare de falsitate primi dicti, an scilicet per eiusdem testis confessionem, an per alios testes reprobantes hoc primum dictum, an vero ex contrarietate & incompatibilitate depositionis eiusdem, & testis.

148 LIMITA IV. Quando primum † dictum esset emanatum sine iuramento, secundum autem cum iuramento: Nam tunc attenditur dictum iuratum, nõ autem non iuratum, *Nell. in tract. de testib. nu. 198. vers. secus si altera est facta sine iuramento*, Tindar. *in tract. de testib. lib. 1. c. 2. n. 1. in 9. fall. & d. lib. 1. c. 11. n. 1. & seqq. vsq; ad n. 4.* vbi ampliat vno modo, *& par. 3. c. 2. n. 1. in 3. fall. & rursus lib. 2. par.*

149 *1. c. 2. nu. 7.* vbi † declarat, hanc limitationem non procedere, quando pro dicto non iurato concurrerent coniecturæ, vide *supra nu. 63.* vbi posui, an isto casu testis puniatur de falso.

150 LIMITA V. Regulam † non procedere, quando primum dictum esset à teste prolatum sine redditione rationis, vel si cum ratione, non tamen concludente & sufficiente, secundum autem cum redditione concludentis rationis: Tunc enim attenditur secundum, & non primum, vt per Tindar. *in tractat. de testibus, libr. 1. c. 2. num. 1. in fin. & in 10. fallen. & latius cap. 10. nu. 5. & omnibus seqq.* vbi multa ad materiam huius limitationis, *& part. 3. cap. 2. num. 1. in 4. fallent. nec dissentit Gabriel lib. 7. concluſ. 29. num. 12.*

151 LIMITA VI. Quando secundum † dictum testis esset magis verisimile, quam primum, vel alijs coniecturis & præsumtionibus adminiculatum: Nam tunc illud attenditur, & non primum, vt per eundem Tindar. *in tract. de testib. libr. 1. cap. 2. nu. 1. in fin. in 12. fall. & c. 14. nu. 1.* vbi pro hac limitatione adducit iura, *& par. 3. c. 2. n. 1. vers. sexto, vbi coniecturæ, & c. n. 2. Kol. cons. 40. nu. 13. libr. 1. Vulpel. cons. 104. n. 3. & n. 11. Montic. in repert. testium, rub. testis dicens, in secunda depositione aliter quam in prima, folio 217. col. 2. vers. penult. & sequ.* Et faciunt pro hac eadem limitatione, quæ de extraiudiciali dicto magis verisimili, dixi *infra nu. 216. & seq* & quæ etiam in simili de dicto extra torturam, vel in tortura, pariter magis verisimili, dixi etiam *infra nu. 178.*

152 LIMITA VII. Quando † testis in iudicio plenario dixit contrarium eius, quod dixerat in summario: Nam isto casu, cui dicto magis standum sit, licet Doctores variauerint, aliqui enim dixerunt, non secundum, sed primum dictum esse attendendum, prout eos refert Gabriel *libr. 7. concl. 29. num. 15. nec dissentit Menoch. casu 108. nu. 11.* & propterea secundum dictum minime valere, scripserint Felyn. *in d. c. cum in tua, nu. 4. vers. quod autem secundum dictum non valeat, & ibi etiam Imol. nam 6.*

153 *extra de testibus*, aliqui † autem è contra voluerint isto casu primum dictum minime attendendum esse, eo quia acta in summario iudicio, fidem non faciunt in plenario, vt videre est apud Tindar. *in tractat. de testibus, part. 3. cap. 1. num. 2. & c. 2. num. 1. vers. nisi forte iudicium prius fuisset in summario*, Crot. *de testibus, par. 7. n. 344. vers. quartus & vltimus casus*, Butr. *in d. cap. cum in tua, nu. 10. & ibi etiam Abb. numer. 9. extra de testibus*, Gabr. *dict. concluſ. 29. num. 21.*

154 Veritas † tamen est, quod in casu huius limitationis, & pro concordia Doctorum, supra contradicentium, attenditur primum dictum, quoad certum quid, sed quoad plenum præiudicium, & quoad sententiam ferendam, nec primo, nec secundo dicto standum est: sic enim videtur concludere Tindar. vbi *supra libr. 2. part. 1. cap. 7. num. 25. & seq. vsque ad num. 29. nec dissentit Gabr. d. concl. 29. n. 3.* An autem isto casu testis puniatur de falso, dixi *supra nu. 64.*

LIMITA VIII. Quando testis † in iudicio deposuit contrarium eius, quod prius dixerat in iudicio inualido: Attenditur enim tunc secunda depositio valida, non autem prima inualida, secundum Abb. *in cap. cum in tua, num. 9. vers. quandoque testis dicit vnum in iudicio nullo, & ibi etiam Felyn. num. 5. vers. fallit ista conclusio, Imol. n. 6 vers. si autem primum dictum fuisset in iudicio nullo*, Bald. *in cap. præterea, num. 7. post med. de testibus cogen. Speculat. in tit. de test. §. 1. nu. 72. Tindar. de testibus, lib. 1. part. 1. cap. 1. num. 10. & c. 10. n. 4. in fin. & part. 3. c. 2. nu. 1. ibi, vel nulliter agitat. Gabr. lib de Malet. in tractat. de testibus, cap. fin. nu. 4. vers. fallit tamen.* Vbi generaliter, quando primum dictum fuit nullum, *& num. 5. & num. 9. vers. nam ex quo minus examinatur*, Crot. *de testibus, part. 7. nu. 344. vers. tertius casus*, vell. *de testibus, n. 198. vers. quod si secundum dictum*, Aym. *cand. nu. 7.* Capic. *decis. 142. n. 8.* Boer. *decis. 112. num. 8.* Ornat. *tract. de testib. rub. de contrarietate test. n. 16. sub quinta limitatione, Vsus in commun. opin. in vers. testis respondens vnam in actu nullo, vel alias relatas testatur de communi * o-* *
pinione, Gaur. lib. 7. concl. 2. n. 2. & n. 18. vbi alios refert Clar. in pract. § fin. qu. 53. vers. tertius est casus in fin.* vbi allegat gl. quam dicit communiter approbatam *in c. cum causam, in gl. fin. extra de testib.* Soarez. *in thesaur. recept. sententiar. verb. 1. nu. 141. vbi etiam de communi, * Roland. cons. 40. nu. 6. & seq. lib. 1.* Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. casu 108. nu. 9.* Monticell. *in repertorio testium, rub. testis dicens, in secunda depositione aliter, quam in prima, fol. 217. col. 2. vers. 2. & fol. 219. colum. 1. vers. 1.* Ex † quibus tamen licet hanc limitationem com- 156
muniter * receptam vnusquisque fatebitur, idem ta- *
men pariter negare non poterit, illam in iure transire sine difficultate, si videat ea, quæ in proposito scripserunt Couarr. *variar. resol. lib. 2. cap. 13. numer. 7. vers. ex quo apud me satis dubium est*, & Menoch. *d. casu 108. nu. 30.* Sed isto casu, an testis puniatur de falso, dixi *supra hac ead. q. num. 71. & seqq.*

LIMITA IX. In † causa hæresis, in qua si testis in se- 157
cundo examine dicat contrarium eius, quod dixerat in primo; non primum, sed secundum dictum attenditur, ad tex. *in c. accusatus, § licet, de hæret. in 6.* Felyn. *in cap. cum in tua, nn. 6. de testibus*, Gabr. *libr. 7. concl. 29. nu. 51.* Conrad *in pract. tit. de testibus, rubr. de contrarietate test. nu. 16. vers. stetit sublimitra. fol. 122.* Monticell. *in repertorio testium, rubr. testis dicens, in secunda depositione aliter quam in prima, fol. 217. col. 2. vers. 3.* Couar. *variar. resol. lib. 2. cap. 13. n. 9.* † vbi 158
præsertim *in versic. & quamuis ex mente Doctorum, & per verba expressa tex. in d. §. licet*, hanc limitationem ampliat, non solum quando quis simpliciter, vt testis in alios, interrogetur, verum etiam si interrogetur, vt principalis, quoad se, & testis, quoad alios. Inquit enim ibi Couar. propriæ culpæ cognitionem, & eius apud iudicem professionem, maximam inducere veritatis præsumtionem, etiam quoad alios: quod tamen iudicis arbitrio remittendum censuit, sequitur Menoch. *de arbitr. quæst. libr. 2. casu 108. nu. 13.*

SVB LIMITA I. Hanc † nonam limitationem non 159
ita simpliciter intelligendam esse, sed tunc demum, cum ex manifestis indicijs apparuerit, testem velle suũ primum dictum corrigere non animi leuitate, aut odij fomite, seu corruptione pecuniæ, sed zelo fidei, prout sunt verba tex. *in d. §. licet*, & sic requiritur, quod secundum dictum testis appareat etiam verisimile, nec aliud obstet, prout idem aperte declarat ibi: *Nisi aliud obstet, &c.* expresse declarat Couarru. *variar. resol. lib. 2. cap. 13. d. n. 9. vers. aduertendum tamen est, nec dissentit Simanc. in tract. de hæretic. tit. 64. rub. de testibus. num. 58.* Vbi tunc proprie id contingere dixit, cum testis probabilem suæ retractionis causam ostenderit, nec dissentit Menoch. *dict. casu 108. num. 13. sequitur Bertaz. cons. 158. num. 4 lib. 1.* & est pulcra declaratio.

SVB LIMITA II. Eandem † nonam limitationem 160
pro-

procedere, quando secundum dictum tendit in reuelationem hæresis, quam in primo dicto tacuerat, vbi bene probant verba tex. *in d. §. licet*, ibi, *Ac modo quæ prius tacuerant, reuelare in fauorem fidei, &c.* Tunc enim secundo dicto fauore fidei standum est: secus si prima testificatio esset in reuelationem hæresis, secunda autem ei cõtraria culpam & crimen negaret: Tunc enim omnino priori stabitur dicto: sic enim post gl. *in d. §. licet Felyn. Alber. Arelat. in locis per eum citatis declarat Couar. d. c. 13. eodem numer. 9. vers. sed si prima est testificatio, Menoch. dict. casu* 10. *nu. 13. Hier. de Monte, quæst. 12. numer. 2. in fin. Bertaz. conf. 158. n. 4. lib. 1.*

361 Verum hanc † sublimitationem non sine ratione (iudicio meo) improbat Simanc *dict. tit. n. 64. 60.* Tum quia in iudicijs seruanda est æqualitas inter accusatorem & reum, neque fauorabilior esse debet hæresis detectio, quam innocentis, à tam graui crimine liberatio, tum etiam quia reis semper fauorabiliores esse debemus, & ad eos potius absoluendum, quam ad condemnandum propiores, *l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. l. Arrianus, ff. de act. & oblig. l. absentem ff. de pœnis*, & quidem intelligendo hanc limitationem, iuxta ea, quæ dixi in præcedenti sublimitatione, vt procedat, quando testis secunda depositio est verisimilior prima, & quando etiam idem testis reuocationis, primæ depositionis probabilem affert causam: tunc certe non video, cur etiam non debeat stari secundæ depositioni, etiam quod tendat ad exculpationem inquisiti.

362 LIMITA X. Quando † testis in iudicio dicit contrarium eius, quod dixerat coram arbitro, vel arbitratore: Tunc enim nec primum, nec secundum dictum attenditur, Gabr. post Tindar. quem allegat, *libr. 7. conclus. 29. nu. 6. & 7.*

363 LIMITA XI. Vt † tunc demum attendatur primum, & non secundum dictum, quando scilicet primum dictum est assertiuum, sicut secundum: secus si primum esset dubitatiuum, puta, per verbum *credo*, per verbum *nescio*, per verbum *videtur*, aut quid simile: secundum autem esset omnino assertiuum: Tunc enim attenditur non primum, sed secundum dictum, per ea, quo dixi *infra nu. 334. & nu. 336. & in specie declarat Tindar. de testib. libr. 1. c. 2. n. 1. vers. tertio, quando in 3. 4. 5. 6. & 7. fallen & part. 3. c. 2. n. 1. in 2. fallen.*

364 LIMITA XII. Quia † licet generaliter attendatur primum, & non secundum dictum, negari tamen non potest, quin ex secundo dicto debilitetur primum in tantum, vt ex eo non poterit deferri iuramentum in supplementum, sic enim voluerunt Abb. *in cap. cum in tua, numer. 9. vers. aut ex interuallo dixerit contrarium, & ibi etiam Felyn. nu. 4. vers. fatetur tamen*, D. Abbas, *&c. Aretin. numer. 13. vers. contrarium tenet, extra de testibus*, Tindar. *in tract. de testib. lib. 1. c. 14. nu. 3. & lib. 2 part. 1. c. 2. sub nu. 3. & part. 3. cap. 2. num. 2. vers. & huic dicto, Crot. de testibus, part. 7. num. 344. vers. contrarium tamen, Alciat. de præsumt. reg. 2. præsumt. 29. num 8. Boss. in tit. de oppos. contra test. post num. 6. versic. debilitatur tamen, vbi de communi,* * *Conrad. in pract. tit. de testib. rub. de contrarietate test. n. 16. vers. item declara, fol. 122. col. 2. Clar. in pract. §. fin. q. 53. vers. tertius est casus, ad medium, vbi etiam de communi,* * *Gabr. lib. 7. concl. 29. n. 24. & seqq.* Et faciunt, quæ in simili de extraiudiciali dicto dixi *infra numer. 226.*

ARGVMENTVM.

An, & in quibus casibus attendatur primum, vel secundum dictũ testis, qui in tortura est sibi varius, & cõtrarius abeo, quod extra torturam deposuit.

SVMMARIA.

Regula iter attenditur potius dictum in tortura, quam dictum extra torturam, nu. 165. Licet alij contra, nu. 167.

Attenditur secundum dictum in tortura, siue incontinenti, siue etiam ex interuallo illud emanauerit, nu. 166.

Testis quando torquetur propter varietatem, non debet citari pars, nu. 168. Licet alij contra, n. 169.

Quando testis post primam depositionem loquutus est cum parte, non attenditur eius subsequens depositio facta in tortura, n. 171. Licet alij contra, n. 170.

Testis si sæpius torqueatur, adhuc vltimum dictum in tortura est attendendum, nu. 172. Sed contra, quod propter plures variationes nulli dicto standum sit, n. 173. concorda, vt n. 174.

Attenditur multo magis secundum dictum in tortura, quando primum dictum esset extraiudiciale, siue iuratum, siue non, n. 175. & seq.

Quando tortura testi non est legitime data, tunc non attenditur eius dictum in tortura, n. 177.

Quando primum dictum extra torturam iudici magis verisimile videtur ex aliqua rationabili causa, tunc illud attenditur, & non dictum in tortura, n. 178.

Attenditur secundum dictum in tortura, quando testis est vilis, seruus, infamis, criminosus, aut varius. Aliter secus, n. 179. & seqq.

Quando testis torquetur vt principalis, quoad se, & testis, quoad alios, tunc non attenditur eius secundum dictum in tortura, n. 181. & contra, n. 182. Declara, vt n. 183.

Attenditur secundum dictum testis in tortura, quando sumus in ciuilibus, secus in criminalibus, n. 184. Contra, n. 185. Declara, vt n. 186.

Quando primum dictum testis emanauit in articulo mortis, non attenditur secundum dictum in tortura, n. 187.

Item non attenditur secundum dictum in tortura, quando testis vltra varietatem aliospatiatur defectus, n. 188.

Item quando ex secunda tortura testis efficitur periurus, n. 189. Contra n. 190.

Testis si torqueatur tanquam varius, non attenditur eius secundum dictum in tortura, n. 191. Contra n. 192.

QVÆSTIO LXVI. PARS V.

REGVLA Sit, quod † quando testis in tortura dicit contrarium eius, quod dixerat extra torturam, attenditur secundum dictum in tortura, non autem primum extra torturam, Bart. *in l. eos, n. 2. & nu. 4. vers. & tunc aut secundum dictum est cum tormentis, & ibi etiam Marsil. num. 8. vers. quandoque testis variat, ff. ad leg. Corn. de falsis. Felyn. in cap. cum in tua, nu. 3. vers. fallit, nisi secundum dictum cum tormentis, &c. & ibi etiam Abb. nu. 9. vers. sed dum dictum cum tormentis, &c. & ibi etiam Abb. nu. 9. vers. sed colligendo, Aretin. n. 11. extra de testibus, idem Aretin. in cap. per tuas, num. 35. column. fin. vers. aduerte tamen, extra de testibus, Roman. conf. 505. nu. 3. ad medium, vers. & tunc aut dictum secundum, &c.* Vbi † ampliat siue incontinenti, siue etiam ex interuallo, secundum dictum in tortura emanauerit, Cæpol. *conf. 60. num. 17. vers. super secundo principali dubio, & omnibus sequentib.* vbi late hanc regulam comprobat, & contrarijs respondet, Rolan, *conf. 40. num. 14. lib. 1. Tindar. in tract. de testib. libr. 1. part. 2. num. 1. vers. fallit tamen hæc regula, & latius cap. 3. num. 1. 2. & 3.* vbi adducit iura, & respondet iuribus contrarijs, *& parte 3. cap. 2. nu. 1. vers. fallit autem regula, Alciat. de præsumt. reg. 2. præsumt. 29. nu. 10. & nu. 11. in princip. Tiraquell. de reuocan. donat. in præfat. nu. 49. in princip. Boss. in tit. de oppos. contra testes, post num. 1. in 1. fallen. iuncto versic. quo vero ad primam, & tit. de tortur. num. 20. Conrad. in pract. tit. de testibus, rubric. de contrarietate testium, num. 11. ad finem. fol. 121. column. 1. & num. 14. in 3. limitatione. folio 122. column. 1. Gabr. lib. 7. conclus. 26. num. 1. vbi alios plures allegat, Clarus in pract. quæst. 53. sub vers. quartus casus, post medium, ibi, in hoc tamen Ducatu, &c.* Vbi quod ita alias senatus rescripsit communiter * à Dd. receptam esse dubitari non

oportet, quamuis contra eam sentire videantur Dd. allegati *infra num. 189.* prout contrarium expresse sentit * Decian. qui & de communi * etiam testari ausus est, *cons. 92. n. 46. lib. 2.* sed certe Dd. per Decia. allegati, non loquuntur de secundo dicto in tortura.

168 AMPLIA I. Vt attendatur † secundum dictum in tortura, etiam quod in ea non fuerit citata pars, de cuius interesse agitur, sic enim partem non citari in tali tortura de consuetudine seruari testatur Boss. *in titul. de oppos. cont. test. n. 1. ad med. vers. dic non seruari, sequitur Clar. in pract. §. fin. q. 53. vers. quartus est casus, post med.* ibi, *& aduerte, &c.* Quamuis † contrarium voluerit Socin. allegatus per Boss. in loco præcitato, quem etiam refert & sequitur Gabr. *lib. 7. concl. 26. n. 9.*

169

170 AMPLIA II. Vt † attendatur secundum dictum in tortura, & non primum extra torturam, etiam quod illud secundum emanauerit post publicationem primi dicti, & sic ex interuallo, & postquam testis est loquutus cum parte, prout consulendo mihi videtur tenere Cæpol. *in cons. 60. n. 17. in fin. iuncto num. 19. & num. 23. Gabr. conf. 26. nu. 2. lib. 7. post Roman. in locis per eum allegatis*, vbi tamen loquitur, quando non est loquutus

171 cum parte. Sed † contrarium, & forsan verius voluit Angelus *in l. de tormentis, de quæst. quem pariter refert) & sequitur idem Gabr. d. concl. 26. num. 7. nec dissentit Boss. in tit. de oppos. cont. test. n. 1. ad fin. vers. debet etiam considerare, & plene consuluit Cephal. cons. 234. n. 12. lib. 2.*

172 AMPLIA III. Vt † si testis sæpius torqueatur, prout quandoque contingere posse dixi *supr. nu. 104. & seqq. hac ead. quæst.* adhuc & isto casu vltimo dicto standum est prout consulunt Cæpol. *in dict. cons. 60. num. 19. vers. & ideo, & nu. 20. in princ. iuncto vers. sit tertio loco, & sequitur Marsil. in l. reperti, n. 16. ff. ad quæst. & in pract. §. quoniam, n. 7. Vulpel. cons. 104. nu. 10.* Et † quamuis quod isto

173 casu propter plures variationes nulli dicto standum esse sentire videatur Boss. *in tit. de tort. test. sub num. 37. & clarius in tit. de oppos. contra test. n. 18 vers. quid modo, &c.* Vbi dixit, quod nisi probetur per teltem varietas sui vltimi dicti, condemnatur de falso, ergo sequitur, quod ei

174 non credatur. Pro † concordia tamen distingue, quod stetur vltimæ torturæ, si illa fuit grauior prima, aliter secus, prout bene consulendo probauit Decia. quem videas *in cons. 92. n. 46. ad fin. & seq. lib. 2.*

175 AMPLIA IV. Vt † attendatur secundum dictum in tortura potius, quam primum sine tortura, non solum si ambo dicta sint iudicialia, verum etiam & multo magis si primum dictum sit extraiudiciale, & iuratum, vt late per Cæpol. *cons. 60. num. 17. vers. super secundo*

176 *principali dubio, & seqq. Gabr. libr 7. concl. 31. num. 7.* Sed † si primum dictum extraiudiciale esset sine iuramento: tunc etiam & multo magis attenditur secundum dictũ in tortura, etiam quod illud primum extraiudiciale dictum esset magis verisimile, vt per Tind. *in tract. de testibus, libr. 2. part. 1. c. 12. nu. 1.*

177 LIMITA I. Propositam † huius quintæ partis regulam, vt procedat, dummodo tortura testi vario illata sit legitima, & legitime data: tunc enim attenditur depositio facta in tortura, alias secus, Boss. *in tit. de oppos. contra testes, nu. 1. ad med. post Socin. & Ang. quos allegat Menoch. de arbitr. qu. libr. 2. casu 108. num 14. in fin. vers. qui casus intelligitur.* Sed quando tortura isto casu dicatur legitime data, vel non, dixi *supr. hac ead. quæst. in 3. part. num. 98. & seqq.* & dixi etiam *infra nu. 179. & seqq.*

178 LIMITA II. Eandem † regulam non procedere, quando primum dictum sine tortura iudici ex aliqua rationabili causa magis verisimile appareret, quã secundum in tortura: tunc enim attenditur primum, & non secundum dictum, Dec. *conf. 139. n. 10. vers. secundo respondetur, Aym. conf. 49. Cæpol. conf. 60. num. 19. vers. alio modo, & n. 20. vers. & si iudici videbitur, Rolan. conj. 40. n. 14. lib. 1. Decian. conf. 92. nu. 47. tertio respondeo, lib. 2* vbi multo magis, si appareret de falsitate secundi dicti in tortura, Tiraq. *de reuocan. donat. in præfat. n. 49. adden. ad Rom. sing. 808. in 3. limit. Boss. in tit. de oppos. cont. test. n. 1. ad med. post Socin. & Ang. quos allegat, & in tit. de tort. test. n. 37. in fin.* Ex quibus iunctis alijs per nos allegatis *supr. nu. 151.* vbi de dicto iudiciali magis verisimili, & *infra nu. 216. & seq.* vbi de dicto extraiudiciali hanc limitationem cõmuniter * à Dd. receptam esse sine dubio dicere possumus. *

179 LIMITA III. Vt eadem regula † procedat in eo teste, qui sine tortura non admittitur, puta, vel quod sit seruus, vel infamis, vilis, criminosus, aut varius: tunc enim, quia huiusmodi testes non admittuntur sine tortura, hoc ideo attenditur secundum dictum in tortura, & non primum, quia sine tortura eorum primum dictum nihil valet, vt per Aret. *in cap. per tuas, n. 35. col. fin. vers. aduerte tamen, extra de test. & ibi Alciat. reg. 2. præsum. 29. nu. 12. & 13. & n. 14. ad fin. vers. sed in seruis, & infamibus, Vulpel. cons. 104. num. 9.* Secus † autem in homine libero, qui si non sit infamis, vilis, criminosus, vel varius: tunc quia si torquetur, indebite torquetur, *l. ex libero ff. de quæst.* attendetur non eius secundum dictum in indebita tortura illatum, sed primum sine tortura, per ea, quæ generaliter dixi *supra nu. 177. & ita ff. ibi declarant idem Alciat. d. præsumt. 29. n. 12. & nu. 13. vers. dum ergo Bart. & & n. 14. vers. sed studium hic placet, & Alciat refert & sequitur Clar. in pract. §. fin. qu. 53. vers. tertius est casus, post medium bene versic. est, &c.* vbi tamen in iudicio meo confuse loquitur, & non bene intellexisse videtur Alciati mentem, prout supra ego cum fidenter retuli.

180

181 LIMITA IV. Regulam † procedere, quando quis simpliciter varius testis in vltimo torquetur, vt præcedenti limitatione exemplificatum, secus si nõ sit simpliciter testis, sed reus in publicus, & sic torqueatur tanquam principalis, quoad se, & test. s, quoad alios, iuxta tradita per eundem Alciat. *d. reg. 2. præsumt. 29. num. 13. ad fin. vers. torquetur enim tantummodo.* Tunc enim attenditur potius primum dictum extra torturam, quam secundũ in tortura, prout originaliter voluit Bart. *in l. 1. §. quæst. ff. de quæst. & Bart. sequuti sunt Aretin. in cap. cum in tua, nu. 11. extra de testib. Dec. conf. 189. n. 16. vers. non obstat, quod secundum d. dictum, Gramm. voto 54. nu. 11. Grat. con. 60. n. 9. lib. 2. Cephal. conf. 233. n. 14. & seq. & cons. 134. n. 9. & seq. Alc. d. præsumt. 29. n. 11. vers. dicut tamen moderni, & nu. 14. vers. aly tamen etiam, d. n. 14. in fin.* fatetur idē Alc. de prædicta limitatione se alias vidisse in practica dubitari, imo *eod. n. 14. vers. & ex his infertur, sibi ipsi contradicere videtur.* dũ dixit, *Et ex hu infertur, quod si detur casus, in quo liber homo nõ admittitur nisi cum tormentis, tunc idem esset, quod in ceteris seruis & infamibus, puta, quando testis in ipsamet prima depositione est varius, vel agitur de aliquo suo delicto. Nã tum fieret illi dicto, in quo perseuerauerit in tormentis, l. vnus. §. testis, ff. de q.* Et idem Boss. vbi sup. *in tit. de oppos. cont. test. nu. 1. ad med. vers. raro tamen.* dixit, partiter prædictam limitatio-

nem raro posse in practica obtineri (licet hoc euenire testetur propter iudicum ignorantiam & attentionem, quam habent ad lucra.) Et contra prædictam limitationem aperte sensit Marsil. *in l. 5. §. quæstioni, num. 1. ad med. vers. vellem tamen.* vbi quod nescit cognoscere rationem diuersitatis, cur cõfessio cum tormentis sit validior in eo, qui torquetur simpliciter tanquam testis: quam in eo, qui torquetur tanquam principalis quoad se, & testis quoad alios. Et licet Gabriel *in d. concl. 26. n.* 4. plures referat (vt supra cum retuli) concordantes pro prima opinione, tamen *nu. 5.* illam declarat procedere, quando testis deponeret de facto alieno; secus si de facto sito proprio ex Tindaro ibi per eum citato. Ergo quando quis de seipso & de facto suo faretur, tunc erit attendendum etiam secundum dictum in tortura potius quam primum. Et demum contra prædictam limitationem sensisse videtur Vulpel. *in cons. 102. post nu. 12. & cons. 103. n. 9. & seqq. & clarius in cons. 104. num. 1. 2. 6. & seqq. vsque ad nu. 11.*

183 Sed † certe, licet ex præmissis proposita limitatio videatur reddi dubitabilis, ego tamen ab ea in iudicando & consulendo nunquam recederem; præterquam in casu, in quo secundum dictum in tortura haberet pro se aliquas coniecturas, præsumtiones, vel adminicula, prout in casu, in quo consuluit Vulpel. *in d. consil. 104. n. 3. iuncto n. 11.* Alias secus, prout etiam in simili de teste corrupto contra corrumpentem in tortura deponente dixi *supra lib. 2. q. 45. n. 41. & seq.*

184 LIMITA V. Dictam † regulam procedere in ciuilibus, non autem in criminalibus. Et hæc ratio, quia in ciuilib. tortura purgat periurium, in criminalibus autem non, Aymo *cons. 6. n. 16. Dec. cons. 189. nu. 11.* pluribus * comprobat, & de communi * testatur Octau. Cacheran. *cons. 65. post nu. 32. & nu. 33. Gabr. libr. 7. concl. 26. num.* 10. vbi tamen de hac limitatione valde dubitat, & non
185 sine † ratione, cum Dd. allegati *supr. n. 165.* in regula, lo-
186 quantur tam in ciuilibus, quam in criminalibus. Ideo pro resolutione dicas, quod etiam in criminalibus attenditur secundum dictum in tortura illud tamen debilitatur ex primo dicto contrario, iuxta ea, quæ in similibus posui *supra n. 164.* & dixi etiam *infra n. 226.* Et propterea tale dictum non sufficere ad torturam sine alijs adminiculis, sed solummodo ad inquirendum, dixit * communem * Clar. *in pract. §. fin. qu. 53. vers. quartus est casus post med.* ibi, *in hoc tamen dubitatur, &c.* Et paulo *infra*, ibi, *bene verum est, &c.*

187 LIMITA VI. Quia secundum † dictum in tortura non tollit primum extra torturam, quando illud primum emanauit in articulo mortis. Nam enim etiam dicitur tortura spiritualis, nec eo tempore quis præsumitur velle animam suam damnare mentiendo, Aym. *cons. 6. n. 51. vers. 3. respondeo, refert & sequitur Gabr. lib. 7. concl. 26. n. 11.*

188 LIMITA VII. Quia † non attenditur secundum dictum in tortura, quando testis vltra veritatem est alias inhabilis, aliosque patiatur defectus, Aym. *cons. 6. n. 54. vers. 6. respondeo. Gabr. lib. 7. d. concl. 26. n. 12.*

189 LIMITA VIII. Regulam † non procedere, quando ex secunda depositione facta in tortura testis efficitur periurus: tunc enim non attenditur illa secunda depositio, Dec. *cons. 189. nu. 10. in fin. vers. tertio ad dictum Corr. adi, Aym. cons. 6. num. 16. Gabr. lib. 7. d. concl. 26. num. 8. Menoch. de arbit. q. libr. 2. cas. 108. num. 6. Cephal. cons. 234. & seqq. lib. 2. Otau. Cacheran. cons. 65. n. 32. & 33.* vbi pluribus
190 hanc probat limitationem. Sed † certe iudicio meo hæc limitatio vel destruit regulam, quia semper ex varietate & contrarietate testis efficitur periurus, vel illam omnino restringit, quando primum dictum testis est extraiudiciale, & sine iuramento, & tamen Doctores in materia loquentes communiter * præsupponunt * etiam primum dictum iudiciale, & sic cum iuramento, ideo cogita.

LIMITA IX. Vt † tunc demum stetur secundo dicto 191
testis in tortura potius, quam primo extra torturam, quando vere testis in tortura dixerit contrarium eius, quod primo loco sine tortura deposuerat, quod potest contingit, quando testis torquetur, quia seruus, vir criminosus, aut alias infamis: secus autē si torqueatur tanquam varius, puta, quia testis vnum primo loco dicat, deinde seaundo loco aliud dicat, & tortus à iudice propter varietatem perseueret in secundo dicto. Tunc enim adhuc videtur primo dicto standum esse potius, quam secundo in tormentis ratificato, si credēdum est Cephal. *d. cons. 234. n. 13. & seqq. lib. 2.* Sed † certe 191
hęc limitatio est contra communem * mentem Dd. qui * generaliter loquuntur, quomodocunque testis torqueatur, & ideo de hac Cephali declaratione non sine ratione dubitauit Menoch. *d. casu 108. num. 18.*

ARGVMENTVM.

An & in quibus casibus attendatur primum, vel secundum dictum testis, qui iudic. aliter, & cum iuramento examinatus deposuit contrarium eius, quod primo extraiudicialiter, & sine iuramento dixerat, vel contra.

SVMMARIA.

Regula, quod si testis iudicialiter examinatus deponat contrarium eius, quod primo extraiudicialiter asseuerat, attenditur secundum dictum iudiciale, non autem primum extraiudiciale, nu. 193. licet alij contra, n. 194.

Ampliat 1. etiam quod primum dictum extraiudiciale emanasset, parte præsente, n. 195. Præsertim quando pars præsens erat persona potens, n. 196. Sed contra, n. 197. Declara, & distingue, vt nu. 198. & 199.

Ampliat 2. etiam in teste, qui examinatus, postea extraiudicialiter dicat contrarium eius, quod in examine iudiciali deposuerat: adhuc enim attenditur primum dictum iudiciale, numero 200.

Sed an isto casu possit puniri de falso, n. 201.

Et an etiam possit torqueri, n. 202.

Amplia 1. hanc secundam ampliationem etiam in teste, qui expresse extra iudicium confiteatur, se falsum in iudicio deposuisse, nu. 203.

Amplia 2. etiam quod secundum extraiudiciale dictum emanasset in articulo mortis, vel in actu confessionis, num. 204. & 205.

Amplia 3. eandem secundam ampliationem, non solum quando tam lata esset sententia, sed etiam si esset ferenda. adhuc enim attenditur primum dictum iudiciale, & non secundum extraiudiciale, nu. 206. Contra, n. 207. Declara, & distingue, vt n. 209.

Limita 1. dictam secundam ampliationem, quia per secundum dictum extraiudiciale debilitatur primum dictum iudiciale, nu. 208.

Limita 2. quando cum dicto extraiudiciali concurrerent verisimilitudo depositionis, causa reuocationis primi dicti, & quod in articulo mortis ita deposuerit: Tunc tamen illud potius attenditur, quam iudiciale, n. 201.

Limita 1. propositam regulam, quando primum dictum extraiudiciale esset iuratum, sicut secundum iudiciale, n. 211.

Sed an isto casu testis possit puniri de falso, n. 212.

Et an possit torqueri, n. 213.

Sublimita 1. hanc primam limitationem, quia quando primum dictum extraiudiciale esset iuratum, tunc nec illud attenditur, nec secundum iudiciale, n. 214.

Sublimita 2. dummodo iuramentum extraiudiciale depositionis fuerit formiter præstitum, aliter secus, n. 215.

Limita 2. regulam, quando primum dictum extraiudiciale esset magis

magis verisimile, aliisque coniecturis & præsumtionibus adminiculatum, quia tunc illud attenditur potius, quam primum iudiciale, nu. 216. & seq.

Sublimita hanc secundam limitationem quinque modis, n. 218. & seqq. vsque ad nu. 223.

Limita 3. quando primum extraiudiciale dictum esset tempore actus gesti emanatum, & in scriptura confirmatum, nu. 223. Contra, n. 224. Declara, vt n. 225.

Limita 4. quia in omnem euentum dictum iudiciale debilitatur per primum extraiudiciale, n. 226.

QVÆSTIO LXVI. PARS VI.

193 REGVLA Sit, quod † si testis iudicialiter examinatus dicat contrarium eius, quod prius extraiudicialiter dixerat, attenditur secundum dictum iudiciale, non autem primum extraiudiciale, Felyn. *in cap. cum in tua, n. 7. vers. sed contrarium, & n. 8.* vbi pluribus rationibus hanc regulam fundat, respondet contrarijs, &
* testatur de veriori & communiori * opinione, & ibi etiam Imol. *n. 6. vers. si autem primum dictum fuisset extra iudicium, & c. de testib. Aret. in c. per tuas, nu. 5. iuncto n. 32. & n. 33.* vbi huius regulæ tres affert rationes, *& n. 35. vers. aut testis asseruit aliqua, & d. nu 35. in fin.* vbi quod credit hanc
* opinionem tanquam communiorem * seruari in practica, & ibi etiam Ana. *nu. 4. vers. & ideo si testis, & Dec. nu.*
* 41. vbi alijs relatis testatur de communi, * & magis cõmuni opinione, & ab ea non recedendum, *extr. de testib. Tindar. in tract. de testibus, lib. 2. par. 1. c. 1. per totum,* vbi *n. 17.*
* testatur de communi * omnium opinione, excepto Bart. contrarium dicente, *in l. eos, ff. ad leg. Corn. de fal. & n.* 18. vbi respondet ad tex. *in d. l. eos,* in quo se fundat Bart. *& d. lib. 2 par. 1. c. 2. ctiam per totum,* vbi pluribus antiquorum auctoritatibus, ac etiam alijs rationibus bene hãc fundat opinionem, & *ibidem n. 2.* testatur de communi Canonistarum sententia, *& c. 3. nu. 1. & 2.* vbi affert tres alias rationes, Alber. de Malet. *in tract. de testib. c. fin. nu. 5. & seqq.* vbi late hanc defendit regulam, testaturque de
* veriori & practicata opinione, * Petr. Monc. *in addit. ad Crot. in tract. de test b. par. 7. nu. 345. litera D. maiuscula, vers.*
* *contrarium tamen,* vbi *etiam de communi,* * *Iacob. de S. Georg. in l. qui falso, aut varie, nu. 6. & 7. ff. de testib.* vbi relatis concordantibus, & reprobata contraria Bartol. opinione,
* hanc dicit veram, & magis * communem, Marsi. *in l. eos, n. 18. ff. ad l. Corn. de fals. Capoll. cons. 60. n. 5.* vbi quod in hoc
* Bar. contrarium tenens reprobatur cõmuniter, * Boss. *in tit. de oppos. cont. testes, n. 3* vbi de cõmuni, & per decem fundamenta hanc contra Bartol. opinionem defendit Couarru *var. resol. lib. 2. c. 13. n. 7.* vbi etiam alijs relatis de
* communi, * Gabr. qui plures, & plures alios refert, *libr. 7. concl. 31. nu. 1. vers. contrarium, quod immo, & nu. 2. & 3.* vbi
* de magis communi * & indubitata opinione, Corrad. *in pract. tit. de testib. rub de contrarietate test. nu. 18. fol. 122. col.*
* *2. vbi etiam de magis communi,* * *Clar. in pract. § fin. q. 53. vers. primus casus est,* vbi plures alios de communi & magis
* communi * testantes, refert Viu. *in commun. opin. vers. testis dicens, ac deponens, vbi etiam de communi contra Bart. Michael. Craff. in com opin. libr. 2. c. 17. q. 19.* vbi etiam de com-
* muni, * veriori, & magis communi, Monticel. qui alios refert *in repert. test. rub. testis qui vnum dicit in iudicio, & c. fol.* 218. *col. 2. vers. fin. & fol. 219. col. 1. vers. 2. & seq. Roi. cons. 40.*
* *n. 2. & seqq. libr. 1. vbi de magis communi,* * *Menoch. de arbit. q.*
* *libr. 2. cas. 108. n. 22. vbi de magis recepta opinione,* * *And. Gail. obser. 104. nu. 18. & seq. lib. 1. Laurent. decis. Auenion. 91. nu. 4. vers. siquidem Bartolus.*

Contrarium voluit † Bart. *in d. l. eos, quem sequuti sunt*
194 *Butr. & Abb. in locis relatis per Monca. ad Crot. de testib. d. nu. 345. lit. D maiuscula, vers. sed qui si testis, & Bart. opinionem pluribus comprobat Aret. in d. c. per tuas, n. 33. vers. sed pro Bart. &c. & nu. 34. & nu. 35. vers. adhuc videtur stare ratio, &c.* vbi quod hęc opinio Bar. & Ant. de But. forte de iure canonico esset verior, licet contraria seruaretur in practica tanquam communior, * *extra de prob.* addo pro hac ea * 1
dem opinione Bart. Pertum de Vbal. & alios Dd. Pertusinos, de quibus *in cons. crim. diuers. 28. libr. 1. in 4. item relatos per Gabriel. lib. 7. conclus. 31. num. 1. & per Montic. in rub. testis qui vnum dicit in iudicio, & c. fol. 218. col. 2. vers. 2.*

Retenta prima opinione tanquam veriori, communiori, * & practicata: *

AMPLIA I. Illam † procedere, etiam quod primum 195
dictum extraiudiciale emanauerit parte præsente. Adhuc enim attenditur secundum dictum iudiciale, vt per Tindar. *in tract. de testib. lib. 2 par. 1. c. 5. n. 1 Menoch. de arb. q. lib. 2. casu 108. n. 27. Gab. lib. 7. concl 31. n. 16.*

Vbi † præsertim, quando pars præsens erat persona 196
potens. Et † licet contra hanc ampliationem tenuerit 197
Dec. *in c. per tuas, num. 44. de prob.* allegans Tind. in loco præcitato, & Dec. referat Gabr. *d. concl. 31. num. 15.* Non
per † hoc tamen recedas à proposita ampliatione, cum 198
Tindarus per Dec. allegatus, dicat contrarium eius, ad quod allegatur. Bene † verum est, quod si cum partis 199
præsentia concurrat etiam causa, & ratio depositionis extraiudicialis: Tunc bene attenditur potius primum dictum extraiudiciale, quam secundum iudiciale, prout latissime comprobat, & concludit per text. *in d. l. eos, Tindar. d. lib. 2. part. 1. c. 8. per totum, & cap. 11. in princ.* Sed an isto casu testis puniatur de falso, dixi *supra num. 86. & sequentib.*

AMPLIA II. Propositam † regulam, vt ècontra, si 200
testis iudicialiter examinatus post examen, & extraiudicialiter dicat contrarium eius, quod primo iudicialiter deposuerat: adhuc erit attendendum primum iudiciale dictum, non autem secundum extraiudiciale, Bar. *in l. eos, num. 3. vers. respondeo, & num. 4. vers. & tunc aut primo testificatur, ff. ad leg. Corn. de fals. & ibi etiam Marsi. num. 8. ante med. Abb. in c. cum in tua, nu. 9. ad fin. vers. quandoque primum dictum, & ibi etiam Felyn. num. 6. Imol. num. 6. col fin. vers. si autem testis primo in iudicio dixit vnum, & Aret. num. 14. col. pen. vers. aliquando testis vnum dixit in iudicio, extra de testib. Tind. in tract. de testib. lib. 2. part. 2. num. 1. Crot. in tract. de testib. par. 7. n. 345. in 12. conclusione, & ibi Petr. Monca. in addit. litera D. maiusula, Rom. cons. 505. n. 3. vers. aliquando vero testis, Simanc. in tract. de hæret. tit. 64. rub. de testib. n. 56.* vbi alios refert, *& n. 57.* vbi huius ampliationis tres affert rationes, Alb. *in c. 1. q. 16. n. 72 & seqq. & n. 77 & seqq.* vbi late comprobat, *Corrad. in pract. in tit. de testib. rub. de contrarietate test. n. 17. in 6. limitat. fol. 122. col. 2. Viu. in com. opin. vers. testis illud quod deposuit in iudicio, vbi alijs relatis testatur de communi,* * *Clar. in tract. § fin. q. 53. vers. secundus est* * *casus,* vbi etiam de communi ex Grat. & Menchiac. in locis ibi per eum allegatis, Gabr. *lib. 7. concl. 30. nu. 1.* vbi plures alios refert concordantes, Menoch. *de arb. q. libr. 2. casu 108. n. 18. And. Gail. obseru. 104. n. 7. lib. 1.*

Sed † an isto casu possit puniri de falso, dixi *supra nu-* 201
mer. 85.

Et an † etiam possit torqueri, dixi *supra numer. 111. &* 202
sequent.

AMPLIA I. Hanc † 1. ampliationem, vt procedat et- 203
iam in eo teste, qui expresse extra iudicium dicat, & profiteatur, se in iudicium falsum deposuisse. Adhuc enim iudiciale dictum non tollitur per secundum extraiudiciale, vt per Alb. de Malet. *in tract. de testib. c. fin. n. 9. Albert. in c. 1. q. 16. n. 72. & seqq. de hæret. in 6. Viu. d. vers. testis illud, quod deposuit in iudicio,* vbi alijs relatis concordãtibus ab hac communi, * in iudicando & consulendo *
fatuum esse recedere dicit, verum de materia huius ampliationis tetigi etiam *in 1. lib. in tit. de indic. & tort. qu. 46. n. 56. & seqq.* vbi videas.

AMPLIA II. Dictam † 2 ampliationem procedere, 204
etiam quod secundum extraiudiciale dictum emanauerit in articulo mortis, nõ tamen per illud tollitur

primum

primum iudiciale, vt per Felyn. *in c. cum in tua, nu. 6. vers. & hoc habet locum, & ibi etiam Aret. nu. 15. extra de testibus,*
205 *Tindar. in tract. de testib. part. 2. num. 2. & num. 5.* Vbi † ampliat, etiam quod dictum extraiudiciale emanauerit in actu confessionis, Alber. de Mal. *in tract. de testib. c. fin. nu. 8. Crot. de testib. part. 7. num. 345. vers. quod procedit etiam, & ibi Moncad. in addit. litera D. maiuscula, ad fin. vers. & ad id, quod dicit, Simanc. in tract. de haret. rubr. de testibus, tit. 64. nu. 56. & 57. Albert. in cap. 1. q. 16. nu. 72 & seqq. de haret. in 6. Rota diuers. decis. 346. nu. 4. part. 1. Conrad. in pract. tit. de testib. rubr. de contrarietate testium, nu. 17. Vinc. d. vers. testis illud, quod deposuit in iudicio*, vbi aliis relatis dixit ab hac ampliatione, tanquam communi* in iudicando & consulendo non esse recedendum, Couar. *var. resol. libr. 2. c. 13. n. 7. in fin. Clar. in pract. § fin. d. qu. 53. vers. secundus est casus, vbi etiam de communi, Gabr. lib. 7. concl. 30. n. 2. Menoch d. casu 108. nu. 20. And. Gayl. obseru. 104. nu. 7. libr. 1.* Et vide, quæ in simili de teste corrupto, contra corruptionem, dixi *supra in 2. libr. tit. de indic. & tort. q. 46. sub n. 56. & seqq.* ac etiam quæ ad declarationem huius ampliationis pariter dixi *infra hac eadem q. nu. 210.*

206 AMPLIA III. Eandem † secundam ampliationem procedere, non solum quando iam lata est sententia, sed etiam si esset ferenda. Adhuc enim per secundum extraiudiciale dictum non tollitur primum iudiciale, vt per Felyn. *in c. cum in tua, num. 6. in fin. & ibi etiam Imol. nu. 6. col. fin. vers. si autem non esset lata* (vbi tamen loquitur per verbum *forte*) *& Aret. n. 14. ad fin. vers. sed contra illud primum dictum, extra de testib. Moncad. ad Crot. in tract. de testib par. 7. n. 345. litera D. maiuscula* post *vers. & intellige, Couar. var. resol. libr. 2. c. 13. nu. 7. ante fin. ibi, quod falsum videtur, &c. late Albert. in c. 1. q. 16. n. 72. ver. sed semper mihi fuit*
207 *visum, & n. 78. & n. 80. ad fin. vers. nec illa differentia.* Et † licet contra hanc ampliationé faciant deducta per eundem Moncad. in loco supra citato, *d. vers. & intellige, & aperte contra eam senserint Butr. in d. c. cum in tua, nu. 10. vers. quandoq; testis opposita dicit, & ibi etiam Abb. nu. 9. in fin. Aret. cons. 71. incip. diligenter & mature, colum. 4. vers. his tamen non obstantibus, sicut illum refert & sequitur Marsil. in l. eos, nu. 17. ff. de falsis, idem Marsil. sing. 103. Conrad. in pract. tit. de testibus, rub. de contrarietate testium, n. 17. in fin. fol. 122 Gabr. qui plures altos refert, libr. 7. concl. 30. n. 3. Menoch. de arbit. q. lib. 2. ca-*
208 *su 108. n. 21.* Vbi † propterea, quod primum dictum iudiciale debilitatur ex secundo extraiudiciali, & sic tacite videtur sentire, quod ad sententiam ferendam
209 non sufficiat. Pro † concordia tamen dicere potes, id totum iudicis arbitrio esse remissum, vt bene explicat Couar. *var. resol. libr. 2. cap. 13. nu. 7. post vers. est & aliud, ibi, sicuti & idem erit, &c.* vbi, quod isto casu fides testis vacillat, & arbitrio iudicis diminuenda est: attenta negotij, personarum, & temporis qualitate, allegans Arer. Bur. & Marsil. in locis præcitatis, quos propterea sic declarandos & intelligendos, tacite sentit, & sic etiam has contrarias Dd. sententias concordandas aperte dixit ibidem *nu. 8. vers. his tamen apparet.*

210 LIMITA Prædictam † 2. ampliationem, positam *sup. n. 200.* (& hæc limitatio venit etiam declaratiue ad ea, quæ posui *supr. n. 204.* non procedere, quando cum secundo dicto extraiudiciali tria concurrant, videlicet verisimilitudo depositionis, caussa reuocationis primi dicti, & quod in articulo mortis ita deposuisset. Tunc enim primum dictum videtur sublatum, nedum debilitatum, ad tradita per Simanc. *in tract. de haret. rub. de testib. tit. 64. nu. 58. & 59.*

211 LIMITA I. Propositam † regulam non procedere, quando primum extraiudiciale dictum esset iuratum, licet secundum iudiciale: tunc enim non attenditur dictum secundum iudiciale depositio, vt per Felyn. *in c. cum in tua, ad fin. vers. si tamen primum dictum extraiudiciale esset iuratum, extra de testib. Aret. in c. per tuas, post num. 33. ext. de testib. Tindar. in tract. de testib. lib. 2. part. 1. c. 7. n. 5. in fin. & n. 6. & c. 4. nu. 3. vbi reddit rationem, & c. 7. nu. 31. in fin. & seqq. vsque ad num. 34. & c. 11. in princ. vers. excepto iuramento, Corra. in pract. tit. de testib. rub. de contrarietate testium, nu. 18. Couar. var. resol. libr. 2. c. 13. nu. 7. ante sin. vers. Couar. in resol. lib. 2. vers. sublimitat. Felyn. fol. mihi 122. col. 2. Couaa. var. resol. lib. 2. c. 13. n. 7. in fin. principij, vers. posset plane Bartol. sententia, Clar. in pract. § fin. qu. 53. vers. primus casus est, in fin.* vbi de communi * & practicata opinione ex Zabarell. & Bosi. ibi * per eum allegatis, *Viu. in comm. opin. vers. testis dicens, ac deponens aliquid extra iudicium, ad fin. & faciunt, quæ dixi supra hac ead. q. part. 4. nu. 148. & seq.*

Sed an iste testis puniatur de falso, dixi *supr. hac ead. q. par. 2. nu. 90.* 212

Et an isto casu possit etiam torqueri, dixi *supra num. 106. & seqq.* 213

SVBLIMITA I. Hanc † primam limitationem, vt licet illo casu non attendatur secundum dictum iudiciale, veritas tamen est, quod nec etiam attenditur primum extraiudiciale, quamuis iuratum, & sic neutri dimum extraiudiciale, quamuis iuratum, & sic neutri dimum extraiudiciale, standum est, vt per Tindar. *in tract. de testib. lib. 2. part. 1. c. 4. n. 1. Iacob de S. Georg. in l. qui falso, n. 7. vers. subdit tamen ipse Panormitanus. ff. de testib. Gabr. qui plures refert concordantes, lib. 7. concl. 31. n. 4. Rotan. cons. 40. n. 9. & seqq. lib. 1. vbi & ipse alios refert, prout etiam referunt Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 108. num. 23. Oct. Cacher. cons. 65. nu. 31. libr. 1.* ex quibus & hanc sublimitationem à Dd. communiter receptam dici potest. 214

SVBLIMITA II. Eandem † limitationem procedere, dummodo iuramentum primæ extraiudicialis depositionis fuerit formiter præstitum, alias secus, vt per eundem Tindar. *in tractat. de testib. libr. 2. part. 1. cap. 7. numer. 37.* 215

LIMITA II. Eandé † regulam non procedere, quando primum dictum extraiudiciale esset coniecturis & præsumtionibus adminiculatum, aut alias magis verisimile, quam secundum iudiciale. Tunc enim attenditur primum extraiudiciale, non autem secundum iudiciale, vt per Felyn. *in c. cum in tua, ad fin. vers. idem dicas, extra de testib. Aret. in cap. per tuas, nu. 5. iuncto num. 32. & nu. 34. in princ. & nu. 35 vers. & idem dicerem, & ibi etiam Dec. nu. 45. extra de testib. Tindar. in tract. de testib. lib. 2. part. 1. c. 11. in prin. vers. & idem si pro dicto, &c. Roman. cons 505. n. 3. vers. item limitatur ista conclusio, Tiraq. de reuocan. don. in præfat. n. 49. vers. & simile est, Couar. var. resol. lib. 2. c. 13. num. 7. vers. est & aliud, &c. in prin.* (Vbi † tamen, quod isto casu neutri dicto standum est) Gabr. *lib. 7. concl. 31. nu. 17. vbi plures adlios refert, Rol. cons. 40. nu. 13. & seqq. lib. 1. Corrad. in pract. tit. de testib. rub. de contrarietate testium, n. 18. vers. item quando esset magna præsumt. fol. 122. col. 2. Albert. in cap. 1. q. 16. nu. 72. in fin. seq. vbi ponit præsumtiones, & verisimilitudines, de haret. in 6. Menoch. de arbit. q. lib. 2. casu 108. n. 24.* Ex quibus iunctis aliis supra in simili relatis, *nu. 151. & nu. 178.* hanc limitationem sine dubio communiter * receptam esse dicere possumus. 216 *

SVBLIMITA I. Hanc † secundam limitationem, quando secundum iudiciale esset emanatum, ad correctionem primi extraiudicialis: Nam tunc docto de errore attenditur secundum iudiciale, etiam quod primum extraiudiciale esset alias verisimile, Tindar. *de testib. lib. 2. part. 1. c. 13. per totum.* 217

SVBLIMITA II. Quando † primum dictum extraiudiciale esset emanatum per verba dubitatiua. puta, *Nescio, credo, non recordor,* & similia. Tunc non attenditur secundum iudiciale, etiam quod primum extraiudiciale sit verisimile, Tindar. *de testib. libr. 2 part. 1. c. 14. nu. 1. in discursu.* 218

SVBLIMITA III. Quando † primum dictum extraiudiciale esset incidenter prolatum, quia tunc illud non attenditur, etiam quod sit magis verisimile, Tindar. *de testib. lib. 2. par. 1. c. 14. nu. 2.* 219

SVB-

221 SVBLIMITA IV. Quando † secundum dictum iudiciale esset confirmatum in tormentis. Tunc enim illud attenditur, etiam quod primum extraiudiciale sit magis verisimile, dixi *supra nu. 176.* Hic non repeto.

222 SVBLIMITA V. Quia omni casu † iste testis punitur de falso, dixi pariter *supra nu. 93. & seqq.* Hic non repeto.

223 LIMITA III. Propositam † regulam non procedere, quando primum extraiudiciale dictum esset tempore actus gesti emanatum, & in scriptura confirmatum. Tunc enim secundum iudiciale subsequens præsumitur emanatum ad partis subornationem, & sic illud non attenditur, vt per Aret. *in capit. per tuas, num. 35. vers. pro concordia istarum opinionum, iuncto vers. pro hac conclusione, &c. & ibi etiam Dec. nu. 43. de testib. sequuntur plures relati per Gabr. lib. 2. concl. 31. num. 11. Alber. in c. 1. q. 16. n. 75.*
224 *de haret. in 6. Menoch. de arb. q lib. 2. casu 108. nu. 25.* Et † licet contrarium voluerint Doctores relati per eund. Gabr. *d. concl. 31. n. 11. vers. contrarium, &c. iuncto nu. 12. &* 13. Non
225 per hoc tamen recedas à limitatione. Dummodo † tamen testis subscriptio interueniat tempore actus gesti: Secus si post, prout declarat Aret. in loco præcitato: nec dissentit Gabr. *d. concl. 31. nu. 14.*

226 LIMITA IV. Quia in omnem † euentum, etsi attendatur potius secundum dictum iudiciale, quam primum extraiudiciale, negari tamen non potest, quin istud secundum dictum iudiciale sit aliqualiter debilitatum ex primo extraiudiciali, Tindar. *de testib. lib. 2. par. 1. c. 14. n. 2. ad fin. Bosi. in tit. de oppos. contra test. num. 3. vers. non*
* *tamen negari potest, vbi de magis* communi, *Couar. variar. resolut. libr. 2. cap. 13. n. 7. post vers. & ad aliud, &c.* ibi, *Imo arbitrio iudicis, &c.* Vbi magistraliter more suo loquitur Gabr. *lib. 7. concl. 31. nu. 8. 9. & 10. Clar. in pract q. 53. vers. primus casus est, post med.* Vbi quod ita omnes * Doctores fatentur, Menoch. *de arbit. quæst. libr. 2. casu 108. num. 27. & 28.* Vbi quod ex tali dicto iudiciali Iudex non potest ferre sententiam, nec etiam deferre iuramentum in supplementum, quod & idem dixit Rolan. *cons. 40. numer. 11. & 12. lib. 1.* & ibi amplius, quod nec etiam ex tali dicto potest iudex sumere indicium ad torturam, quod pariter voluit Berraz. *in cons. 3. num. 9. & seqq. & cons. 70. numer. 15. & cons. 311. num. 20. & cons. 412. num. 26. & cons. 414. num. 2. & seq. Monticell in repert. test. rub. testis, qui vnum dicit in iudicio, &c. fol. 219. column. 1. vers. 4.* ex quibus iunctis aliis per nos in simili supra relatis, *nu. 164. & nu.*
* *186.* hanc limitationem ab omnibus communiter * esse receptam dicere possumus.

ARGVMENTVM.

Testis an & quando possit suam depositionem corrigere incontinenti, vel ex interuallo, & correctione sequuta, an attendatur dictum correctum, an vero dictum corrigens.

SVMMARIA.

Testis potest incontinenti se corrigere, nu. 227.
Testis ex interuallo non potest se corrigere, nu. 228.
Testis ante perfectum examen, & antequam discedat à iudicis conspectu, potest dictum suum corrigere, nu. 229.
Testis potest se corrigere, antequam notarius scribat suam depositionem, nu. 230.
Testis potest se corrigere, antequam se subscribat examini, numero 231.
Testis potest se corrigere, si sponte vadat ad se corrigendum, secus si ad postulationem partis, numer. 233. versicul. & ex hac, &c.
Testis potest se corrigere etiam post peractum examen, dummodo antequam sit alloquutus partem, secus si cum ea fuerit alloquutus, nu. 232.
Sed an sufficiat alloquutum fuisse aliquam aliam personam, à qua pars potuit certiorari de depositione testis? nu. 234.
Et an credatur testi dicenti, se cum parte non loquutum, nu. 235.
Et an talis negatiua probetur iuramento testis, n. 236. & seq.
Testis, qui semper steterit in carceribus secretis, potest quandocunq; se corrigere, nu. 237.
Testis veniens ad se corrigendum post triduum à die depositionis, præsumitur subornatus, nu. 238.
Testis an incontinenti, an vero ex interuallo dicatur se corrigere, iudicis arbitrio remittitur, n. 239.
Testis potest se incontinenti corrigere, etiam non docto de errore, num. 240.
Testis correctio nunquam admittitur, nisi alleget iustam caussam correctionis, numer. 241. & num. 242. Vbi, quod isto casu non statur primo, nec secundo dicto, & num. 243. Vbi declara, & amplius quod isto casu non allegans iustam caussam correctionis, reputatur falsus, & potest torqueri, numero 244.
Testis etiam ex interuallo potest se corrigere, quando probat de errore, n. 245.
Testis ex caussa oblitionis potest quandocunque se corrigere, etiam ex interuallo, nu. 246.
Testes nobiles possunt etiam ex interuallo se corrigere, quando agitur inter viles, & de modica caussa, nu. 247.
Testes notæ fidei & auctoritatis possunt se corrigere etiam ex interuallo, ante tamen publicationem, non tamen post, numer. 248. Licet aliqui dixerint post publicationem, numero 249.
Correctio facta ex interuallo, licet non tollat primum dictum, illud tamen debilitat, nu 250.
Testis vt aliquid addat primæ depositioni, non solum potest hoc facere incontinenti, sed etiam ex interuallo, licet hoc vltimo casu non tanta fides adhibeatur, nu. 251. contra, nu. 252. Declara, &c nu. 253.
Testis post publicationem examinis nullo pacto potest se corrigere, nu. 254.

QVÆSTIO LXVI. PARS VII.

PRIMA Sit † conclusio in proposita materia, quod testis incontinenti potest se corrigere, Alber. *in l. qui falso, nu. 1. vers. & intellige, ff. de testib. Bart. in l. eos, num. 2. versicul. item oppono. ff. de falsis. Felyn. in authen. at qui semel, num. 5. in fine, versicul. statim, C. de probat. & ibi etiam Bal. num. 3. vbi de materia. & Salyc. numer. 3. versicul. est ergo conclusio, gloss. in cap. per tuas, in versic. audiendum, vers. ante aperturam testium, & ibi Anton de Butr. num. 9. ad fin. vers. quartus quando ipsemet testis, & num. 8. vers. si ad instantiam partis, & nu. 10. vers. tene in hoc, Abb. num. 1. vers. primus quando. Felyn. num. 1. in 1. concl. in princ. Imol. num. 4. versic. primo casu, extra de testibus, item gloss. in c. an nostra in verbo, aduersa, in princip. vers. nisi in contrarium hoc faceret corrigendo, & ibi etiam But. num. 4. ad finem, & Abb. num. 2. vers. limita hoc dictum, extra de testib. idem But. in c. præterea, num. 13. & ibi etiam Felyn. n. 4. versic. potest autem incontinenti, &c. Imol. num. 4. Anan. nu. 1. vers. tamen si errauit, & num. 4 vers. nota quod testis, Zabarell. in summario, extra de testibus cogen. Bero in cap. licet caussam, num. 37. in fin. vers. nisi incontinenti dictum suum corrigeret, &c.* & quidem hæc conclusio optime probatur *in d. cap. præterea, in vers. quorum testimonia, &c.* Quam etiam sequuti sunt Tindar. *in tract. de testib. lib. 1. cap. 4 nu. 2 in prin. & c. 8. num 5. & numer. 7 post med. vers. idem etiam esset si incontinenti, Nepos de Mont. Alb. de testib. num. 144 Nell de testib. num. 107 vers. aduertendum tamen, Crot. de testib. part. 7. num. 341. ver. 5 & vltimus, Alber. de Malet. in tract. de testib. caput. 8. num. 16. Bos. in titul. de publicat. proces. post numer. 28. & num. 32. ad finem, & in titul. de tortur. tit. num. 23. Roman. sing. 808. Alciat. de præsumt. regul. 2. præsumt. 29. numer. 1. versicul. nisi incontinenti hoc faciat, Couarruu. var. lect. lib. 2. capit. 13. numer. 8. versicul. ceterum si testis, & alia secunda sit testis status, &c. Heller. in pract. criminum in verbo, capitur informationem, numero 54.*

Post

Rota de testibus, in nouis, decis. 19. in fine, vers. secus vero si reddiderit statim, Conrad. in pract. titul. de testibus, rubr. de contrarietate testium, numer. 11. in princip. fol. 120. Gabr. libr. 7. conclus. 27. numer. 4. Viui. in comman. opinion. vers. testis statim & in continenti, &c. vbi aliis relatis testatur de communi opinione, Clar. in pract. §. fin. q. 53. vers. quartus est casus, ante med. ibi, aut ipsemet testis, &c. Menoch. de arbitr. q. libr. 2. casu 108. num. 4. Monticell. in repert. test. rub. corrigere an & quando possit testis. fol. 208. col. 2. vers. fin.*

228 SECVNDA Sit † conclusio præcedenti contraria, quod testis ex interuallo se corrigere non potest, Albe. *in l. qui falsò, num. 1. vers. & intellige, ff. de testibus, Cyn. in dict. authen. at qui semel, num. 5. in fin. C. de probation. & ibi Bald. num. 3. vers. sed si ex interuallo, vbi etiam de materia, & Salyc. num. 8. vers. ex interuallo autem, Butr. in cap. per tuas, num. 8. ad fin. vers. si ex interuallo*, vbi amplius etiam ante publicationem *& num. 10. in princ. & ibi etiam Imol. num. 4. vers. ex interuallo autem. Aretin. nu. 6. vers. si vero testis, iuncto nu. 7. in fin. & num. 8. etiam in fin. vbi de communi, *extra de testibus, idem But. in c. præterea. nu. 15. in discursu, & ibi etiam Felyn. nu. 4. & num. 10. vers. si autem testis corrigat se ex interuallo. Imol. nu 4. & nu. 8. in fin. Anan. num 1. & nu. 4 Zabarell. col. 2. vers. quæro si testis ex interuallo, extra de testibus cogen.* & quidem optime hęc secunda conclusio probatur, *in d. c. præterea, in fin.* ibi: *Secus autem erit, si correctiones suæ interposuerint interualium.* Tindar. *in tract. de testibus, libr 1. c. 4. nu. 2. vers. ex interuallo vero, & n. 3. vsque ad vers. tertio etiam, &c.* vbi respondet contrariæ ratioui, & c. 8. n. 4. *ad fin. Nep. de Monte Alban. in tract. de testib. nu. 149. Crot. de testib. n. 340. vers. tertius casus, & vers. quartus casus, in fin. Alber. de Malet. de testibus, capit. 8. num. 16. vers. ex interuallo tamen. Ioss. in tit. de prob. proces. nu. 28. & num. 33. Roman. cons. 505. num. 3. Alciat. de præsumt. reg. 2. præsumt. 29. num. 1. Rota de testib. in nouis, decis. 19. Mattheslan. sing. 171. nu. 2. & ibi in addit. vers. & in quantum. Catell. Cotta in suis memor. in vers. testis regulariter non potest. Foll. in pract. crim. in verbo, capiat informationem, numer. 54. & in verbo & de munere petantur, num. 5. in fin. Gabr. lib. 7. concl. 27. num. 4. vbi aliospluresrefert concordantes. Conrad. in pract. tit. de test. b. rub. de contrarietate test. fol. 121. n. umer 11. vers. si ex interuallo. Viui. in commun. opin. vers. si testis ostendens se erraſſe, vbi aliis* relatis testatur de communi,* Clar. in practic. § fin. qu. 53. vers. quartus est casus, ad med. ibi, Si vero velut illud corrigere ex interuallo.* Vbi quod in hoc omnes * conueniunt, Monticel. *in repert. test. rub. corrigere, an & quando possit testis, folio 209. col. 2. vers. fin.*

Veram hæc 2. conclusio declaratur, & limitatur pluribus aliis modis, de quibus *infra num. 245. & seqq.* & quando correctio dicatur facta incontinenti, & quando ex interuallo, audies *in seqq. conclusionib.*

229 TERTIA Sit † conclusio, quod ante perfectum examen, & antequam testis discedat à iudicis conspectu, potest dictum suum corrigere. Tunc enim correctio dicitur facta incontinenti, non autem ex interuallo, Butr. *in dict. cap. præterea, nu. 13. in de cursu, & ibi etiam Abb. num. 12. vers. 1 casu. & Zabarell. num. 1. de testib. cogen.* Tindar. *de testib. lib. 1. cap. 4. num. 4. ante med.* vbi *de communi, veriori, & practicat. opinione. Neli. de testibus, numer. 107. vers. aduertendum tamen. Ioss. in tit. de publicatione processus, num. 29. & 32. per totum, in discursu, & in titul. de tortur. test. numer. 23. ad fin. & num. 24. in princ. & num. 26. Alciat. de præsumt. reg. 2. præsumt. 29. numer 2. vers. & dicitur incontinenti. Foller. in pract. crim. in verbo, capiat informationem, sub num 54. Gabr. 7. concl. 27. num. 5. vbi aliospluresrefert, Sarayn. ad Matthesil. sing. 171. sub ver. & in quantum dixit hic, Couar. variar. resolut. lib. 2. c. 13. nu. 8. sub vers. cæterum si testis.* Vbi quod correctio dicitur facta ante perfectum examen: Non † solum antequam notarius scribit ipsius testis responsionem, quam postea corrigit; sed † etiam dicta responsione scripta: dummodo antequam testis se examini subscribat, quod & idem dixerunt Menoch. *de arbitr. quæst. lib. 2. casu 108. nu. 5. Sarayn. ad Matthesilan. d. sing. 171. in fin. addit. vers. & dicitur incontinenti reuocare, Montic. in repert. test in rub. corrigere an & quando possit testis, fol. 209. col. 1. vers. 3. Viu. in commun opin. in verbo, testis statim & incontinenti, &c. vers. potest & alio modo.*

QVARTA Sit † conclusio præcedentis tertiæ conclusionis declaratiua, quod etiam post perfectum examen potest testis se corrigere, dummodo id fit, antequam sit alloquutus cum parte: vnde secus si cum ea fuerit alloquutus, Butr. *in c. præterea, sub nu. 13. & ibi etiam Abb. nu. 12. Felyn. nu. 10. in prin. iuncto vers. & ista adde Imol. n. 8. Vbi quod ita communiter* seruatur. Ioan. And. n. 9. Hostien.* 232
n. 3. post med. in verb. incontinenti. Bald. nu. 4. vers. tu dic, extra de testibus cogen. & ibi gl. ord in verbo, incontinenti, idem Host. in c. per tuas, nu. 4. de testib. Iacob. Aegid in tract. de testib. nu. 18. Firm. in suo repertorio, in verbo, testium repetitio, nu. 10. Boss. in tit. de publicat. proces. n. 32. vers. & ineffectu. Vbi de communi, de qua etiam in tit. de tort. test. nu. 26. prope fin. Rota de testib. in nouis, decis. 19. eadem Rota diuers. decis. 346. nu 3 par. 1. Conrad. in pract. tit. de testib. rub. de contrarietate testium, num. 11. vers. incontinenti autem quis dicitur se corrigere, iuncto vers. si ex interuallo, &c. fol 120. nu. 11. (ouar. variar. resolut. lib. 2 c. 13. nu. 8. sub vers. cæterum si reus, ibi: idem erit quando testis, &c. Foll. in pract. crimin. in verbo, capiat informationem, num. 54. & in verbo, & demum repetantur testes, num. 5. ad finem. Gabr. Sarayn. in addit. ad Matthesilan. sing. 171. versic. & in quantum dixit hic Clar. in pract. § fin. quæst. 53. versicul. quartus est casus, ante med. ibi, & dicitur hoc casu incontinenti, &c. Gabriel libr. 7. conclus. 27. num. 7.* Vbi aliis relatis concordantibus, testatur de magis communi, * veriori, & seruata opinione, *& conclus. 28. num. 27. & 28. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 108. post numer. 5. & 6. Vulpel. cons. 102. num. 6. & cons. 103. nu. 10.* Vbi † propterea infert, quod testis, qui 233
semper stetit in carceribus secretis, ita quod non potuit alloqui partem, potest quandocunque se corrigere, quod tamen hodie propter vilitatem, & facilem corruptionem custodum carcerum, non absolute placet Bossio, *in titul. de opposit. contra testes, num. 1. ad fin.* Et ex quarta conclusione infertur etiam, quod si testis venit ad se corrigendum sponte absque eo, quod fuerit cum parte loquutus, admittitur vtiq, talis correctio, secus autem, si veniat ad postulationem partis, secundum gloss. *in authen. at qui semel, in gloss. fin. vers. item quid si per se rediret, C. de probat. & ibi etiam Iacob. Butrig. ad finem, vers. item quæro an testis possit corrigere dictum suum, Salyc. num. 8. in princip. & Paul. de Castr. nu. 19. & est etiam alia gl. in §. illud tamen, in verbo. non habebit, in vers. item quid si sponte, & ibi Angel. in §. quia vero, num. vigesimo tertio, in princip. in authen. de testibus.*

Verum in hac quarta conclusione † est inprimis ad- 234
uertendum, quod ad hoc, vt sit licita correctio, illaque dicatur facta incontinenti, nedũ videtur requiri, quod testis non fit alloquutus partem, verum etiam, quod nec fit alloquutus aliam personam, à qua pars potuerit certiorari de illius depositione, vt videre est apud Host. *in d. cap. præterea, num. 3. post med. in verbo, incontinenti. & ibi etiam Inno. num. 2. in eodem verbo, incontinenti. & Bal. num. 4. vers. tu dic, extra de testibus cogen. Gabr. qui alios refert, lib. 7. d concl. 27. nu. 7.*

Est etiam † in eadem quarta conclusione aduerten- 235
dum, secundum Fel. *in d. c. præterea, sub nu. 10. ad fin. vers. ex quo crederem*, vbi amplius, quod testi dicenti se cum parte non fuisse loquutum, minime creditur, & ideo hæc negatiua erit aliter probanda, quam ex dicto testis se corrigentis, & † tamen quod istud probetur iuramento 236
testis, scripserunt Aretin. *in dict. cap. per tuas, post num. 8. de testibus, & Bald. in dict. c. præterea, num. 4. vers. turabit tamen. de testib. cogen. & Gabr. lib. 7. conclus. 28. num. 28.* † Ideo 237
pro concordia dicas, quod testi medio iuramento asserenti, se nõ fuisse loquutum cum parte, bene creditur, si is

si is fuerit notæ fidei, & auctoritatis, prout loquitur Bal. *in d. c. præterea*, aliter secus; *prout declarat Alc. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 29. n. 2. vers. idem etiam alias, &c.*

238 Et † demum pariter in proposito aduertas, quod si testis veniat ad se corrigendum post triduum à die depositionis, præsumitur locutus cum parte, & ab ea subornatus, *Rota de testibus, in nouis, decis. 19. & in nouissimis, inter diuers. decis. 346. numer. 3. part. 1. Gabriel lib. 7. conclus. 27. num. 11.*

239 Quinta † sit conclusio, quod an testis dicatur se in continenti, vel ex interuallo corrigere multum, iudicis arbitrio remittitur. Fuit doctrina Hostiens. *in cap. præterea, de testibus cogend. numer. 4. ad finem, quem ibi secuti sunt Ioan. Andr. numer. 16. versicul. vnde dicit Hostiens. Anan. numer. 5. vbi, quod ita communiter tenetur. Imol. numer. 8. But. numer. 13. in fin. Abb. numer. 12. versicul. Hostiens. videtur, &c. Alios refert Gabriel lib. 7. conclus. 27. numer. 12.* Iudicem autem posse tunc arbitrari correctionem factam in continenti, quando testis ad extraneos actus non diuertit, dixit Abb. post gloss. *in d. cap. præterea, num. 12. versic. tertia remittitur.*

240 Sexta † sit conclusio, (& hæc conclusio venit ampliatiue ad primam conclusionem positam *supr. nu. 227.* quod testis potest in continenti se corrigere, etiam non docto de errore, sicuti post alios, quos allegant, scripserunt Couar. *var. resol. lib. 1. cap. 13. num. 8. sub vers. cæterum si testis, ibi, in continenti vero, &c. Gabr. lib. 7. conclus. 27. num. 2. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 108. num. 6. in fin. vbi reprobat Bar. contrarium dicentem, Monticell. in repertor. testium, rubr. corrigere an & quando possit testis. fol. 209. col. 1. versicul. 1. Viu. in commun. opin. in versic. testis statim & in continenti, &c. quod & idem ante istos voluit Abb. in cap præterea, num. 4. de testib. cogen.*

241 Septima † sit conclusio, & præcedentis declaratiua, quod licet testis in continenti se corrigens non teneatur docere de caussa erroris & correctionis, debet tamen illam adducere, & allegare, & talem, vt iudici iusta videatur & appareat, aliter correctio etiam in cõtinenti non admittitur, Bartol. *in l. eos numer. 3. versicul. respondeo, quod testis, ff. ad legem Cornel. de falsis, Innocent. in capitul. præterea, num. 2 versicul. si autem antequam, & ibi etiam Hostiens. num. 3. ante fin. versic. si vero testis, Zabarell. post numer. 1. Ioan. Andr. num. 9. versicul. si vero antequam, Anan. num. 5. versic. dicit tamen Bartol. Butr. num. 13. versic. sed antequam, & ibi etiam Abb. num. 4. versicul. dicit tamen multum notabiliter hic Innocent. &c. Felyn num. 10. vers. & subdit Innoc. Imol. num. 9. extra, de testibus cogen. Aret in. in cap. cum in tua. post numer. 13.*

242 vbi † tamen, quod isto casu nec primo, nec secundo dicto statur, & quod ita omnes tenent. *extra, de testib. idem Aretin. in cap. per tuas, num. 8. versicul. nec obstat, extra, de testi.*

243 vbi † etiam hanc conclusionem declarat procedere, quando testis se corrigendo dicit contraria, secus si aliquid addat primo dicto, quia tunc sufficit allegare obliuionem absque caussa obliuionis, *vt ibi per eum.* Addo pro hac eadem conclusione Roman. *in consil. 505. ad fin. num. 3. versic. aut variat, vel contrariatur in continenti*, vbi etiam, quod alias testis reputatur fallarius, Tindar. *in tractat. de testib. lib. 1. cap. 3. num. 5. in fin. vers. & attende iterum, & c. 4. num. 2. vers. nec etiam potest, & num. 3. versic. item etiam, & c. 8. num. 7. in fin. vers. dum tamen exprimat, Crot. in tract. de testib. par. 7. n. 341. ad fin. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 29. num. 3. vers. intelligetamen, Boss. in titul. de publicat. process. num. 30. & 32. & tit. de tortur. testium, num. 23. in prin & num. 24. vers. credo opinionem Bart. &c. & num. 25. & 26.* vbi respon-
* det contrariis, testatur de communi, * & amplius dicit,

244 quod † isto casu testis se corrigendo ob iustam caussam correctionis potest tanquam suspectus de subornatione torqueri, quod & idem dixit *d. titul. de publicat. process. num. 38.* Addo rursus pro hac eadem septima conclusione Corrad. *in practic. titul. de testibus, rubr. de contrarietate testium, num. 11. versicul. in continenti autem. fol. 120. Foller. in pract. crimin. in verbo, capiat informationem, post num. 54. Gabriel tit. de testib. lib. 7. concl. 27. num. 13. vbi alios refert, Montic. in repert. test. rubric. corrigere an & quando possit testis, fol. 208. col. 2. vers. fin.*

Octaua † sit conclusio limitatiua & declaratiua se- 245
cundæ conclusionis positæ *supr. numer. 228.* quod etiam non in continenti, & sic ex interuallo potest se corrigere, quando caussam correctionis & erroris non solum allegat, prout dixi in præcedenti conclusione, sed etiam probat, docto tamen de errore, quandocunque sustinetur correctio testis, vt per Couar. *var. resolut. lib. 2. c. 13. nu. 8. post vers. cæterum si*, ibi, *sed etsi testis ostenderit se erraſſe, &c. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 108. n. 7. Viui. in commun. opin. in vers. testis ostendens se erraſſe*, vbi aliis relatis testatur de communi * opinione. Et licet Boss. *in tit. de publicat. proces. n. 29. ad fin. & nu. 31. vers. sed vbi recessisset*, videatur sentire, isto casu sufficere solam allegationem erroris, & caussæ correctionis, absque alia probatione: eius tamen sensus (si tamen ita sensit) nullo pacto recipiendus est, quia, vt vidimus in præcedenti conclusione, sola allegatio erroris est necessaria in correctione facta in continenti: in correctione, quæ fit ex interuallo, est necessaria allegatio, & probatio, alioquin nulla esset differentia inter correctionem factam in continenti, & factam ex interuallo, quod est absurdum. Allegat insuper Boss. Firman. *in repert. in verb. testium repetitio, num. 10.* qui tamen loquitur, quando testis statim examinatus reuertitur, & sic antequam sit locutus cum parte, & in continenti, iuxta terminos præcedentis conclusionis; & ista est veritas.

Nona † sit conclusio, quod ex caussa obliuionis po- 246
test testis quandoque etiam ex interuallo se corrigere, Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 29. nu. 3. & 4.* vbi declarat, dummodo obliuio sit verisimilis, secus si inuerisimilis. Refert & sequitur Petra *de fideicom. q. 12. num. 1012. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2 casu 108. n. 8.* vbi isto casu, an obliuio sit verisimilis, necne, iudicis arbitrio remittitur. Et ante istos vide Aretin. *in c. per tuas, n. 8. vers. secundo vero casu, extr. de probat.* vbi etiam distinguendo hanc cõclusionem declarat, quod si testis se corrigendo dicit contraria, debet tunc caussam obliuionis adducere. Si vero non dicit contraria, sed tantum addit, & tunc non est necesse, quod caussam obliuionis adducat. Testem autem sic per obliuionem varia dicentem non puniri, dixi *supr. hac ead. q. 2. part. n. 34.*

Decima † sit conclusio pariter & declaratiua eius- 247
dem secundæ conclusionis, quod testis nobilis potest etiam se ex interuallo corrigere, quando agitur inter viles & de modica caussa, vt per Tindar. *in tract. de testib. lib. 1. cap 4. num. 4. vers. dicerem tamen, Abb. in cap. præterea, numer. 12.* Quid tamen si caussa est inter viles? & ibi etiam Felyn. *num. 10. in fin. vers. & adde secundum Bald.* & in teste notæ fidei, & auctoritatis, † quod possit se corrigere et- 248
iam ex interuallo, ante tamen publicationem, & non post, & dummodo iuret, se cum parte non locutum, & non alias, colligitur ex traditis per gloss. *in d. cap. præterea, in vers. in continenti, versic. sed hoc potest intelligi habito respectu ad qualitatem personæ, &c. Bald. ibidem, num. 4. versicul. quinimo dici potest, Alciat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 29. numer. 2. ad fin. Catellian. Cotta in suis memoral. in versicul testis regulariter non potest corrigere, versicul. hoc tamen limitatur, post Iason. Marsil. quos allegat Foller. in practica criminal. in verbo, capiat informationem, num. 54. in fine, vbi tamen, quod hoc erit iudicis arbitrium, Gabriel lib. 7. conclus. 27. num. 9. & conclus. 28. numer. 19. & 20.* Et † quamuis aliqui relati per 249
Monticell. *in repertorio testium, in verbo, corrigere. fol. 210. colum. . . versic. 1.* dixerint, isto casu testem posse se corrigere etiam post publicationem, eorum tamen doctrina recipienda non est, nisi forsan, vt mox dixi *supr. n. 247.*

quando causſa eſt modica, & inter viles perſonas, alias ſecus.

250 Vndecima ſit † concluſio, & ſubſequenter etiam declaratiua ſecundæ propoſitæ concluſionis, quod licet correctio facta ex interuallo non tollat primum dictum, illud tamen debilitat, Innocent. *in c. preterea, nu. 2. verſ. & licet ſtetur primo dicto, & ibi etiam Ioan. Andr. poſt nu. 9. Hoſtienſ. num. 3. poſt med. in verbo, in continenti, verſ. licet etiam, Anan. poſt num. 5. Imol. num. 8. in fin. Butr. num. 13. verſic. ſed eadem ratio, Abb. num. 12. verſ. primo caſu, Felyn. numer. 10. verſ. pro quo vide, Zabarell. in fine lectura, verſ. ducit tamen, Innocent. extra, de teſtib. cogen. Boſſ. in titul. de publicat. proceſſ. numer. 36.* vbi propterea, quod ex prima depoſitione ſic ex interuallo correcta, non defertur iuramentum in ſupplementum.

251 Duodecima † ſit concluſio pariter etiam declaratiua dictæ ſecundæ concluſionis, quod ad effectum non ſe corrigendi, ſed aliquid addendi primæ depoſitioni, teſtis non ſolum in continenti poteſt hoc facere, & hoc nullam habet difficultatem, vt ex relatis per Gabr. *lib. 7. concluſ. 27. nu. 17.* verum etiam & id poteſt ex interuallo, quo caſu nõ prohibetur ſuæ primæ depoſitioni aliquid addere, licet bene verum ſit, huic additionali depoſitioni non tantam adhiberi fidem, vt per Innoc. *in c. preterea, n. 3. & ibi etiam Io. And. n. 10. Hoſtienſ. n. 3. ad fin. verſ. quia ſi non corrigat, Imol. num. 9. verſ. ſi autem ſe non corrigat, Zabarell. in fine lectura, in vltimis verbis, Butr. num 13. verſ. ſed ſi non ſe corrigit, Abb. numer. 12. verſ. ſi vero vult addere, Felyn. ad finem lectura, verſ. ſed aduerte, extra, de teſtib. cogen. Abb. in c. per tuas, colum. 2. num. 1. verſ. ſed ipſemet, & ibi etiam Felyn. numer. 1. in princip. extra, de teſtibus, Tindar. in tractat. de teſtib. lib. 1. cap 4. num. 5. Foller. in pract. crimin. in verſ. capiat informationem, numer. 57. relati per Gabriel. lib. 7. concluſ. 28. num. 5. Hector Æmil. in tract. de teſtibus, rubr. teſtis addit. num. 2. fol. 41.* Et licet

252 contrarium, † quod imo teſtis ex interuallo non poſſit ſe corrigere, etiam aliquid addendo, ſcripſerint Aretin. *in d. cap. per tuas, num 6. in princip. iuncto verſ. ſi vero teſtis, Gabriel d. concluſ. 27. num 15. & concluſ. 28. num. 2. vbi alsi relatis teſtatur de communi,* Hector Æmil. d. rubr. teſtis addit. nu. 4.

253 Pro † concordia tamen aduertas, quod ſi teſtis vult ſe corrigere aliquid addendo primæ depoſitioni ad inſtantiam partis, & tunc vtique non poteſt, & ita loquuntur & intelliguntur Doctores contra propoſitam concluſionem allegati: Si vero non ad inſtantiam partis, ſed ſponte, vel alias iudicis officio examinatus aliquid addat primæ depoſitioni, & tunc ei ſtatur, ſed non tanta fides adhibetur, ſi ex interuallo id faciat; & ita ſunt intelligendi Doctores pro concluſione allegati.

254 Tertiadecima † ſit concluſio, quod publicatis atteſtationibus teſtis non poteſt ſe corrigere, quia tunc correctio dicitur facta ex interuallo, & præſumitur teſtis locutus cum parte, prout probat text. *in capit. per tuas, & ibi etiam Imol. num. 4. verſ. primo caſu, adden. ad Felyn. ibidem, num. 2. litera A. in verſ. apertis, extra, de teſt.* Sed quando id fieri poſſit ad partis inſtantiam, aut iudicis officio, iſta eſt materia repetitionis teſtium, de qua dicam *infr. in ſeq. parte, &c.*

ARGVMENTVM.

De teſtium repetitione facienda.

SVMMARIA.

Teſtes regulariter poſt factam atteſtationum publicationem ad partis inſtantiam repeti non poſſunt, n. 255.

Teſtes ad partis inſtantiam non poſſunt repeti, etiam ad effectum declarandi eorum dubiam depoſitionem, numer. 256. contra, n. 257.

Teſtis ſi culpa producentis obſcure depoſuit, non poteſt amplius repeti ad declarandum obſcuram depoſitionem, n. 258.

Teſtes etiam ad partis inſtantiam interrogantur per iudicem in iudiciis ſummariis, n. 259.

Teſtis etiam ex interuallo poteſt ire ad iudicem ad effectum declarandi ſuam dubiam depoſitionem, quod quando verum ſit, nu. 200. & ſeqq.

Teſtes ex iudicis officio poſſunt repeti ad declarandum eorum dubiam depoſitionem, n. 262. & n. 264.

Teſtes poſſunt repeti etiam ad partis inſtantiam, ad declarandum dubiam depoſitionem, quando ſic iudici viſum fuerit ex aliqua iuſta & rationabili cauſſa, n. 263.

Teſtes ad hoc, vt poſſint iudicis officio repeti ad declarandum eorum dubium dictum, qualis eſſe debeat dubietas & ambiguitas, n. 265. & ſeq.

Teſtis poteſt repeti ad declarãdum obſcuram depoſitionem, quando talis obſcuritas proceſſit culpa examinantis; ſecus ſi culpa partis, n. 267.

Teſtis licet poſſit repeti ad declarandum ſuam dubiam depoſitionem, non poteſt tamen ſub pretextu talis declarationis aliquid addere vel minuere prime depoſitioni, nu. 268. Contra, n. 269.

Teſtis repetitio non permittitur, quando declaratio non bene conſonat, n. 270.

Teſtis repetitio non admittitur, quando declaratio non releuat producentem, n. 271.

Teſtes licet poſſint repeti iudicis officio ad declarandum eorum dubiam depoſitionem, non tamen cogitur iudex facere talem depoſitionem. ſi non vult, n. 273. contra, n. 274.

Teſtis, qui ſemel repetitus ſuam dubiam depoſitionem declarauit, non eſt amplius interrogandus, vt illam iterum declaret, numer. 275.

Teſtes poſſunt repeti, vt eorum dicti rationem reddant, quam in prima depoſitione non reddiderunt, nu. 276. Sed an iſto caſu concedatur repetitio ex officio iudicis tantum, an vero etiam ad inſtantiam partis, n. 277. & ſeqq.

Teſtes poſſunt repeti etiam ad inſtantiam partis, quando non fuerunt bene examinati, & interrogati dolo & negligentia examinantis, vt perfecte examinentur, & interrogentur, etiam facta publicatione atteſtationum, n. 280.

Verum facta publicatione ſola examinantis negligentia non ſufficit, ſed requiritur etiam dolus, ante vero publicationem ſufficit ſola negligentia, n. 281.

Et in dubio teſtis non bene examinatus, præſumitur examinantis dolo & negligentia non bene examinatus, n. 282.

Teſtis non bene examinatus, debet iterum repeti, etiam quod nulla ſint relata capitula, quia adhuc debet examinari ſuper tota cauſſa, n. 283.

Teſtis non bene examinatus ſuper interrogatorijs partis, poteſt repeti, vt iterum bene interrogetur, n. 284. & n. 285.

Teſtis, qui ſuper vno capitulo fuit interrogatus, & reſpondit, ſed non plene, amplius non poteſt repeti, num. 286. quod intellige, quando non plene reſpondet ſuper non ſubſtantialibus, ſecus ſi non bene euacuat ſubſtantialia, nam tunc adhuc poteſt repeti, n. 287. & ſeqq.

Teſtes quando non ſunt interrogati ſuper omnibus capitulis de conſenſu partis, vel culpa partis, tunc non poſſunt amplius repeti ſub pretextu, quod non fuerint bene examinati, nu. 290. & ſeq.

Teſtes non examinati ſuper capitulis, quæ iudex reiecit, tanquam impertinentia, non poſſunt amplius repeti ſub pretexiu, quod non fuerint perfecte examinati, num. 292. Declara, vt num. 293.

Teſtes poſſunt repeti ex vna ſuperueniente notitia, & ex meliori forte recordatione, n. 294.

Teſtes poſſunt repeti, quando atteſtationes ſunt deperdita, nu. 295. Declara, vt n. 296.

Teſtes examinati in vna cauſſa poſſunt repeti in alia inter diuerſas perſonas, n. 297.

Teſtes poſſunt quandocunq; repeti de conſenſu partium, n. 298.

Teſtes examinati in iudicio ſummario, poſſunt quandocunq; repeti in plenario, n. 299.

Teſtes

Teſtes examinati coram arbitro, poſſunt repeti coram ordinario, n. 300.

Teſtes examinati in vno iudicio ad vnum finem, non prohibentur repeti in alio ad alium finem, n. 301.

Teſtes examinati in iudicio ciuili, poſſunt repeti in criminali, numer. 302.

Teſtes nulliter examinati, poſſunt repeti, vt valide deponant, num. 303.

Et iſto caſu poſſunt etiam alij teſtes de nouo examinari, n. 304.

Etiam quod teſtes ſint vtiliter examinati, ſed publicatio nulliter facta ſit, n. 305.

Teſtes poſſunt repeti ad conformandum primum dictum, & ſic quando in repetitione nihil de nouo deponunt, n. 306.

Teſtes examinati ſuper vno capitulo, non prohibentur repeti in alio, n. 307.

Teſtes an & quando poſſint repeti ante publicationem atteſtationum, n. 308. vbi remiſſiue.

Teſtes in criminalibus etiam poſt publicationem poſſunt repeti ex officio iudicis per inquiſitionem procedentis, ſecus ſi ad partis inſtantiam. Et quid ſi ad inſtantiam promotoris. Et quid ſi ex officio, & ad partis querelam ſimul, n. 309.

Teſtes examinati informiter pro informatione Curiæ poſſunt etiam facta publicatione repeti parte citata, pro confirmatione primæ depoſitionis, num. 310. & ſeqq. vbi reſpondetur contrariis.

Teſtes ad fiſci inſtantiam non poſſunt repeti didicitis teſtificatis, n. 311. Limita de iure ciuili, ſecus de iure canonico, n. 312.

Teſtes in criminalibus multo magis officio iudicis repetuntur ad declarandum eorum dubium dictum, nu. 313 item repetuntur in criminalibus, vt addunt tanquam melius recepti n. 314. contra, n. 315.

Sed ad defenſam teſtes indiſtincte poſt publicationem in criminalibus repetuntur, n. 316.

QVÆSTIO LXVI. PARS VIII.

MATERIA repetitionis teſtium potui[illegible] ſan congruentiori loco poni, infra[illegible] materia teſtium examinatorum poſt publicationem atteſtationum, de quo dicam *infr. in titul. de oppoſit contra examen teſtium*; verum quia peruolutando Doct. loquentes de varietate, contrarietate, & correctione teſtium: non potui me continere, quin & ipſorum dicta ad teſtium repetitionem reſpicientia etiam ſumerem ac adnotatem, ideo cum modo recens ſit eorum, quæ viderim ac perlegerim, memoria, libenter poſt teſtium correctionem eorundem etiam repetitionem hic inſerere volui.

255 REGVLA † igitur formari poteſt negatiua, quod ſcilicet facta atteſtationum publicatione, non poſſunt ad partis inſtantiam teſtes vllo pacto repeti, text. eſt expreſſus *in capit. per tuas, & ibi gloſſ. in verſicul. audiendum, in princip. & ibi Bald. in ſummario, Hoſtienſ. num. 3. verſicul. aliter ad inſtantiam partis, & numer. 4. verſicul. ſed ad inſtantiam partis, Anan. in ſummario, & in 1. notab. Ioan. Andr. num. 1. Aretin. num. 1. & num. 2. & num. 6.* vbi, quod iſto caſu teſtes non poſſunt repeti, nec vt ſe corrigant, nec vt addant, nec vt declarent, nec ex interuallo, nec in continenti, Imol. *ante num. 1. & num. 1. in 1. notab. & num. 4 verſicul. aut teſtis repetitur ad inſtantiam partis, Butr. numer. 10. in princip. in 1. & 2. caſu, Abb. in ſummario, & in 1. notab. & numer. 1. colum. penultim. vbi plura de ratione huius regulæ, & colum. 2. verſicul. venio ad ſecundum, Felyn. in ſummario, & numer. 2. verſicul. ſecunda concluſio, extra, de teſtibus, item & text. in l. produci, & ibi gloſſ. in tertio intellectu, ff. de teſtibus, Marian. Socin. de teſtibus, in repetit. cap. fraternitatis, num. 34. verſic hac concluſio, Alber. de Malet. in tractat. de teſtibus, cap. 8. num. 15. & num. 18. Boſſ. in titul. de publicat. proceſſ. num. 22. & num. 25. in* fin. *vbi de communi,* & *num. 27. Clar. in pract. §. fin. q. 53. verſ. quartus eſt caſus, ad fin.* ibi, *aut vero non ipſemet teſtis, Gabriel lib. 7. concluſ. 28. num. 2. vbi alsi relatis teſtatur de communi, Corrad. in practic. titul. de teſtibus, rubric. de dubio dicto, nu. 37. verſicul. poſſunt tamen, fol. 130. colum. 1. in princip. Monticell. in repertorio teſtium, rubric. repetitio teſtium quibus caſibus fiat, fol. 173. colum. 2. verſ. fin. & fol. 174. colum. 1. verſ. 2. & rubr. receptio teſtium an poſt publicationem fiat, 177. colum. 2. verſic. 2. 3. & 4.*

AMPLIA hanc † regulam, vt facta publicatione teſtes non poſſint repeti ad inſtantiam partis, etiam ad effectum declarandi dubiam eorum depoſitionem, ſecundum communem,* de qua late per Aretin. *in cap. per tuas, num. 6. & 7. in diſcurſu, vbi etiam reſpondet contrariis, & ibi etiam Butr. num. 10. Abb. nu. 1. col. 2. verſ. & ad inſtantiam autem partis, Hoſtienſ. num. 4. verſ. ad inſtantiam partis, iuncto numer. 6. extra, de teſtibus, gloſſ. in d. cap. per tuas, in verſ. interrogati, in fin.* vbi dixit, quod licet de conſuetudine quidam iudices interrogẽt teſtes etiam ad petitionem partium: talis tamen conſuetudo eſt contra ius, Butr. *in cap. licet cauſſam, num. 14. extra, de probat.* vbi ampliat, etiam lapſo termino ad probandum dato, *& in cap. cum clamor, nu. 5. & ibi etiam Felyn. num. 3. Imol. num. 1. in 1. notab. Hoſtienſ. poſt num. 1. verſicul. tertio, vbi obſcure, eodem titul. de teſtibus, Alberic. de Malet. in tract. de teſtibus, cap. 8. numer. 18. Boſſ. in titul. de publicat. proceſſ. num. 25. vbi de communi,* *ex Aret. vbi ſupra allegato, Gabr. lib. 1 tit. de teſtib. concluſ. 21. num. 76. vbi alios refert concordantes, & lib. 7. concluſ. 28 num. 2. vbi etiam alius relatis de communi,* * Corrad. *in pract. tit. de teſtib. rubr. de dubio dicto, numer. 37. in 2. declaratione, fol. 130. colum. 1. vbi etiam de communi,* * *& colum. 2. verſ. ſi non admittit, Felyn. ad inſtantiam partis, & in rubr. de interrogatione, ſub num. 6. fol. 28. col. 2.* vbi de magis * communi. *

Quamuis † contrarium voluerint Firman. *in ſuo repertorio, in ver. teſtium repetitio, numer. 9. poſt gloſſ. & Angel. quos allegat, relati per Aret. in cap. per tuas, ſub num. 6. poſt medium, verſ. primum dictum, Ioan. Andr. & Specul. relati per Gabriel. lib. 7. concl. 27. nu. 17. verſ contrarium, &c. iuncto num. 3. item relati per Monticell. in rubr. receptio teſtium an poſt publicationem fiat. fol. 177. col. 1. verſ. final.* 257

AMPLIA rurſus † præcedentem ampliationem multo magis procedere, quando teſtis culpa partis obſcure depoſuit; quia tunc ad eiuſdem partis inſtantiam eo minus repeti poteſt ad declarandum ſuam dubiam depoſitionem, vt per Firman. *in d. verſicul. teſtium repetitio, num. 9. verſicul. item non poteſt, & faciunt infr. tradita n. 167.* 258

LIMITA I. Eandem † ampliationem non procedere in ſummariis iudiciis, in quibus iudex etiam ad partis inſtantiam teſtes interrogat, vt per Maran. *in Specul. diſt. 9. n. 30. ſequitur Corrad. in pract. titul. de interrogatione, fol. 28. col. 2. in fin.* 259

LIMITA II. Quia † licet ad inſtantiam partis teſtis non poſſit repeti ad declarandum ſuum dubium dictum, poteſt tamen idem teſtis ſponte ire etiam ex interuallo ad faciẽdum huiuſmodi declarationem, dummodo iuret, ſe cum parte non locutum, ſecundum Aret. *in d. c. per tuas, nu. 8. extra, de teſtib. ſequitur Gabr. lib. 7. concluſ. 28. nu. 6.* Quod † tamen ego intelligo procedere in 261 teſte notæ fidei, & auctoritatis, alias ſecus, prout dixi *ſupr. n. 236. & ſeq.* 260

LIMITA III. eandem † ampliationem, quia licet ad inſtantiam partis teſtes non poſſint repeti ad declarandum obſcuram eorum depoſitionem, poſſunt tamen repeti iudicis officio, prout dixi *infr. in 1. limitat. principali, n. 264. & ſeqq.* 262

LIMITA IV. (Et † cum hac limitatione concordantur contraria ſupra relata, *n. 257.*) vt licet ad partis inſtantiam iudex non teneatur repetere teſtes, etiam ad declarandum eorum dubiam depoſitionem, poteſt tamen, ſi vult, & ſi ſibi videbitur, ex aliqua iuſta & rationabili cauſa illos repeti facere, & ita de conſuetudine ſeruari, teſtatur Specul. pater practicæ, *in tit. de teſte, §. ſatis vtiliter, nu. 4. & poſt eum Alex. in conſ. 238. n. 4. lib. 6. nec* 263

dissentit Clar.in casu, in quo veritas aliter haberi non potest, in pract.§.fin.q.61.vers.penult.ad fin. & faciunt, quæ dixi *infra, numer.*273. & vide in proposito, quæ bene scripsit idem Clar.*in q.53.vers. quartus est casus, in fin.* Vbi propterea consulit iudicibus, præsertim in causis criminalibus, vt, quantum fieri potest, caueant ab huiusmodi repetitionibus testium, quæ fiunt ad instantiam partium. Nam sæpenumero processus inuoluunt, ac destruunt, magnamq; præbent occasionem subornationibus, & falsitatibus ipsorum testium.

264 LIMITA I. propositam † regulam, vt licet ad partis instantiam facta publicatione testes non possint repeti etiam ad declarandum eorum dictum dubium, vt modo dixi *in præcedenti ampliat. num.*256. possint tamen repeti ad effectum prædictum, videlicet declarandi dubiam depositionem iudicis officio, gloss.*in cap.per tuas, in ver.audiendum, vers.& iudex ex officio, & ibi etiam Butr.numer.8.vers.quoad capitula, & num.9.colum.fin.vers.secundus, quando testes repetuntur officio iudicis, & latius num* 10.*per totum, in discursu, & Bald.num.1.in fin. Ioan. Andr.num.*5. *Hostiens.num.*3.*vers.sed iudex ex officio iuncto num* 6. *Zabarell.in princip.iuncto versic.ex hoc colligitur, Abb.num.*1.*colum.*1.*in fin. versic.secundus quando, & colum.*2.*versicul.iudex vero ex officio. Imol.num.*4.*versic.aut testis repetitur per iudicem, Felyn.numero* 2.*versicul.fallit in casibus, extra, de testibus, idem Butr.in cap. licet causſam, num.*14.*extra, de probat.* vbi ampliat etiam lapso termino ad probandum, & quidem pro hac limitatione est text.expressus *in cap.cum clamor, vers.verum quia, & ibi gloss.in vers.ita deposuere, versic.ducas, quod iudex ex officio suo, & ibi etiam Bald.ante num.*1. *Hostiens.post num* 1.*ver tertio, vbi obscure, Anan.num.*1.3.& 5. *Imol in summario, & in* 1.& 2.*not.ab num.*1.& *seq.& num.*6.*in princip. iuncto vers. eus si iudex ex officio, Butr.num.*1.2.& 3.& *Felyn.in summario, num.*1.& *seq.iuncto num.*3. vbi bene comprobat hanc limitationem, *extra, eodem tit.de testib. Tindar.in tract.de testib. lib.*1.*c.*4.*n.*6.& *seq.& c.*9.*n.*15. *Crot.de testib.part.*7.*nu.*337.*in* 7 *concluſ. Nell.de testib.n.*106. *Alber.de Malet in tract.de testib. c.*8.*n.*17.& *nu.*23 *vers.nisi forte, vt declaret, Boss.in tit.de publicat.proceſſ.post num.*22.*vers.tamen iudex.* vbi ampliat tam in ciuilibus, quam in criminalibus, & siue producantur ex officio, siue ad instantiam partis, & *numer.*25. & *post numer.*27. *Gabr.tit.de testib conclus.*21.*num* 76 *iuncto num.*80. *lib.*1.*vbi alios plures allegat, & lib.*7.*conclus* 28.*numer.*21. *Corrad.in pract.tit.de testib.rubr.de dubio dicto, num.*37.*in* 2.*limitat fol.*130.*colum.*1.& *in tit.de interrogat fol.*28 *col.*2.*num.*6. *vers.indistincte tamen posit ex officio, &c. vbi de magis communi,* * *ex Mar.ibi per eum allegato, Foller in practic.crim.in ver.capiat informationem, num.*55. *Menoch.de arbitr.quæst. lib.*1. * *q.*34.*num.*17. *vbi, quod ita tenent omnes,* * *in d.c.cum clamor. Clar.in pract.§.fin.q.*61.*vers.quæro nunquid, vbi aliis relatis te-** *statur etiam de communi,* * *Monticell. in repert.test.rubr.corrigere an & quando possit testis, fol.*109.*col.*2.*vers.*4.& *rubr.repetitio testium quibus casibus fiat.fol.*175.*col.*1.*vers.*2.& *seqq.& col.*2.*vers.*3.4.& *antepenult. & in rubr.receptio testium an post publicationem fiat.fol.*178.*col.*2.*vers.*2.3 & *penult.& rubric.testium productio publicatis attestationibus, fol.*113.*col* 2.*versic.*2. *Hector Æmil.in tractat.de testib. vers.testis ambigue deponens, n.*13 *fol.*152.

265 SVBLIMITA I. hanc † primam principalem limitationem, vt ad hoc, vt iudex ex officio possit testes repetere ad declarandum eorum dubium dictum, non omnis ambiguitas seu dubietas sufficit, sed illa tantum, quæ nullo modo possit sine declaratione intelligi, vt colligitur ex traditis per Aretin.*in cap.cum clamor, numero* 1 1 *in* 2.*not.ab.& ante eum ibidem Innocent. num.*3.*ad finem, & Bald.post num.*2.*vers oppono, quod obscuritas, extra, de testibus, quos & alios referunt, sed non sequuntur, Butr.in d.cap.cum clamor, num.*5 *vers.alij dicunt, & Felyn.etiam num.*5.*vers.vltimo ſ..s.* Sed hanc sublimitationem secuti sunt etiam Tindar.*in tract.de testib.lib.*1.*cap.*4.*post num.*7.& 8.& *Fol-*

*ler.in pract.crim.in ver.capiat informationem, nu.*15.*vers.sed hoc est verum.*

Contrarium, † & verius, ni fallor, quod imo isto casu 266
quælibet ambiguitas depositionis sufficiat, ad hoc, vt iudex possit testes interrogare, & repetere ad declarandam dictam dubiam depositionem, voluerunt Hostiens.*in d.c.cum clamor, prope fin. vers.aliqui tamen, ibi sed quod prius dictum est, magis placet, &c. & ibi etiam Ioan. Andr.nu.*5. *in fin. vbi & in hac opinione cum Host. residere videtur, Butr.n.*5. *vers.sed tu, secundum Hostiens. & c. Anchar.n.*7. *Felyn.n.*5 *in fin. vers.sed Hostiens. & c. Aretin.n.*5.*col.*3.*vers.item adde dictis Doctorum hic, & nu.*6.*vbi late disputat de veritate huius sublimitationis Boss.in tit.de publicat.proceſſ.nu.*24. *Gabr.lib.*7.*concl.*28. *n.*22.& *seq. Hector Æmil.in tract.de testib.vers.testis ambigue deponens, num.*14.*fol.*152. vbi testatur de communi * opi-*
nione.

SVBLIMITA II. Dictam † primam principalem 267
limitationem procedere, quando obscuritas depositionis culpa iudicis examinantis processit: tunc enim ad declarandam dictam depositionem, potest idem iudex testem, qui obscure deposuit, repetere, secus si culpa partis obscuritas fuisset causſata, vt puta, quia fecisset obscurum articulum: tunc enim testis non repetitur etiam officio iudicis, vt per Tindar.*in tract.de testib. lib.*1. *c.*4.*n.*12. *Firman.in repertor.in vers.testium repetitio, nu.*9.*vers. item non potest, Gabr.lib.*7.*concl.*28.*n.*15.

SVBLIMITA III. eandem † primam limitatio- 268
nem, vt licet testis iudicis officio possit repeti ad declarandum suam dubiam depositionem, non potest tamē sub prætextu huius declarationis aliquid addere, vel minuere primæ depositioni, secundum relatos per Gabriel.*lib.*7.*concl.*28.*n.*24. Quamuis † contrarium volue- 269
rint relati per eundem Gabr.*d.n.*24.*vers.contrarium, &c.* Sed pro sublimitatione vide Alciat.*de præsumpt. regul.*2. *præsumpt.*29.*n.*3. vbi amplius, quod † nec permittitur re- 270
petitio testis, quando declaratio non bene consonat, & idem non admittendam declarationem, quæ non sit conformis verbis illius testis, comprobat Gabr.*d.concl.* 28.*num.*4. Prout † nec etiam talis repetitio permittitur, 271
quando declaratio non releuat producentem, Rota *de probat.in antiq.decis.*44.*in fin.*

SVBLIMITA IV. Quia † licet testes isto casu ad 272
effectum, scilicet declarandi eorum dubium dictum, possint repeti iudicis officio, non tamen possunt repeti ad partis instantiam, vt dixi *supr.n.*256.& *seqq.*

SVBLIMITA V. Quia † etsi iudex possit, si velit, 273
testes repetere ad declarandum dubium dictum, non tamen cogitur, per ea, quæ in simili posui *supr. nu.*263.& *in specie scripserunt Ioan. Andr.in cap.per tuas, in fin.numer.*13. *extra, de testib.* vbi propterea, quod expedit isto casu habere iudicem gratiosum, Aret.*in cap.cum clamor, in* 2.*notab.eodem titul.de testib.vbi quod ita communiter* * *dicunt Dd.* * *Marant.in specul.distinct.*9.*num.*31. *Boss in titul.de publicat. proceſſ.num.*13.*vbi de communi.** (Quamuis gloss.† *in d.cap.* * *cum clamor, &* Felyn.*in d.cap.per tuas,* per Boss vbi supr. al- 274
legatus, contrarium dixerint,) sed pro sublimitatione addo Corrad *in pract.tit.de interrogatione, nu.*7.*fol* 29.*col.*1. *Clar.in pract.§.fin.al.q.*53 *vers.quartus est casus, in fin.* vbi propterea admonet iudicem, vt ab hac repetitione, quantum potest, abstineat.

SVBLIMITA VI. hanc † primam limitationem, 275
vt testis, qui semel declarauit suam dubiam depositionem non possit amplius interrogandus, vt iterum illam declarare. Bald. de Perus. *in tract. de testib. n.*44. *Corr* [illegible] *vbr. dicta testium assumendo, n.*38. *fol.*1[illegible] *gat.*

I [illegible] *quam* non procedere 276
[illegible] rationem nō red-
did[illegible] *vel* [illegible] *ne* attestationum repeti, secūdum
Fel.

Fel.*in cap.cum clamor, num.*2.*vers.& dicit Bart.extra, de testib. & in cap.per tuas, col.*2.*vers.& adde Bald. & ibi etiam Anan. n.*2.& *Imol.n.*2.& *Aret.n.*7.*in prin. eod.tit.de testib. Tindar. in tract.de testib.lib.*1.*cap.*4.*n.*6.*iuncto nu.*11. *Gabr.tit.de testib. concluſ.*21.*n.*78.*lib.*1.& *lib.*7.*concl.*28.*n.*17.*vbi alios refert, & nu.*18.*vbi ampliat Boss.in tit.de publicat.proceſſ.n.*24.*ad finem, Monticell.in repert.test.in rubr.repetitio testium quib.casib.fiat, fol.*175.*col.*1.*vers.*1.

277 SVBLIMITANDO hanc † secundam limitationem, aduerte, quod ex præfatis Dd. nempe Felyn *in d.c. cum clamor. Tindar.d.c.*4.*n.*6. & *Boss.d.n.*24.*ad finem,* loqui videntur, quando isto casu testis repetitur non ad in-
278 stantiam partis, sed ex officio iudicis. † Verum quod etiam ad instantiam partis isto casu testes debeant repeti, expresse dixerunt Tindar.*eod.c.*4.*n.*11. *Imol.& Anan.*
279 *in d.c per tuas, Spec.& Marsſ. relati per Gabr.d.concluſ.*21.*n.*78. Ideo † pro concordia dic, quod ad effectum, vt testis reddat rationem, quam in prima depositione non reddiderat, potest, si iudici videbitur, repeti, non ad instantiam partis, quæ testem produxit, sed bene ad instantiam partis, contra quam est productus, sic enim de cōsuetudine seruari, post Bar. quem allegat, testatur Aret. *in d.c.per tuas, n.*7.*in prin.* nec dissentit ibid. Felyn.*colum* 2. *vers.& adde Baldum,* vbi bene comprobat, & reddit rationem huius distinctionis.

280 LIMITA III. Eandem † regulam non procedere, quando testes super capitulis in actis datis non fuerunt bene examinati, & interrogati, dolo, aut negligentia iudicis examinantis, & interrogantis: Tunc enim ad effectum, vt perfecte examinentur, & interrogentur, possunt etiam ad instantiam partis repeti facta publicatione attestationum, text. est expressus *in c per tuas, in fin.* ibi: *Nisi forsan a principio illos interrogari super certis capitulo postulasset, idq; malitiose vel negligenter fuerit prætermissum* Et ibi gloss.*in verb. audiendum, in fin. Bald.in figuratione casus, num* 1.& *num.*2.*vers.& nota omissum suppleri, Hostiens.nu.*2. *versicul.si enim iudex, & num.*3.*in princip. Anan.num.*1.& 2. *Ioan. Andr.in summario, & num.*6. *Zabarell.in summario, & num.*1.*vers.quamus enim, & versicul.dic verius, Aretin.num.*1. *Imol.in summario, & in* 1.*not.ab. Butr.etiam in summario, nu.*1. & *num.*9.*ad finem, vers.quintus casus. quando super certis articulis, & num.*8.*vers.ista concludit, Abb.in princip.& in* 3 *not.* & *num.*1.*vers.quartus casus, colum.*1.& *colum.*2.*vers.aut potest aliquid imputari, & colum.*3.*vers.aut iudex iniuste illam prætermisit, Felyn.in summario, & num.*1.*colum.*2.*in prin.vers. vel si non fuisset perfecte examinatus, & num.*2.*vers.item fallit, nisi dolo & negligentia, exceptus, de testibus, idem Hostiens.in cap. cum clamor, post num.*1.*vers.secundo, vbi interrogationes, eodem tit.de testibus, Tindar.in tract.de testib.lib.*1.*cap.*4.*num* 10 *per totum, Iacob. Butrig. in tract.de testib.num.*12. *Alber.de Malet. de testib.c.*8.*n.*23.*vers.vel nisi testes non fuissent interrogati super omnibus, Boss.in tit.de publicat.proceſſ.numer.*26. *Gabriel tit.de testib.lib* 1.*concluſ.*21.*num.*20. & *seqq. vbi alios plures refert concordantes, & lib.*7.*concluſ.*28.*num.*7.& 8.*iuncto nu-*
281 *mer.*12.& 13. vbi declarat, quod † recta publicatione attestationum, non sufficit sola iudicis negligentia, sed requiritur etiam dolus; ante verò publicationem sufficit sola negligentia, Corrad.*in pract.tit.de testib.rubr.de dubio dicto, num.*37.*vers.item nisi dolo, fol.*130.*colum.*2. *Monticell.in repert.testium, rubr.repetitio testium quibus casibus fiat, fol.*174.*colum.*1.*vers.*3.& *colum.*2.*per totum, in discursu, vbi de materia, Viu.opin.*911.*n.*1. vbi aliis relatis testatur de com-
* muni,* & vide ad materiam, quæ infra dixi *q.*75.*nu.*102. & *seq.*

282 AMPLIA I. hanc † tertiam limitationem, quia in dubio testis non bene examinatus præsumitur iudicis dolo & negligentia non bene examinatus, vt per Imol.*in c.per tuas, nu.*1.*col.*1. & *col.*2. *vers.secundo casu, quando dat.a sunt capitula, extr.de testibus. quod & idem voluit Zabarell. ibid.ad fin.lectura, vers.quæro circa hæc, & remissiue per Fel n.*2. *versicul.*

*tem fallit, nisi dolo vel negligentia, Viu.d.opin.*911.*in fin. vers.& hinc aduerte.*

AMPLIA II. eandem † tertiam limitationem, vt 283
procedat non solum, quando sunt data capitula, sed etiamsi nulla sint data capitula: Tunc enim testes debent interrogari & examinari super tota causſa, & ideo non bene examinatus, & interrogatus, potest, vt supra, ad partis instantiam repeti, vt per Abb. post Butr.*in d.c. per tuas, nu.*1.*col.*2.*in fin. vers.idem dic, & ibi etiam Imol. col.*2. *vers.secundo casu, quando repetitur, &* Fel.*n.*2.*col.*3. *versic.item procedit ista fallentia, extr.de testib.*

AMPLIA III. dictam † tertiam limitationem, vt 284
procedat non solum, quando testis non fuit bene examinatus super capitulis datis pro parte producentis, sed etiamsi non fuit bene interrogatus super interrogatoriis partis, contra quam fuit productus, vt per Abb.*in c.per tuas, nu.*1.*col.*2.*in fin. vers.sed vt dicunt hic Dd. & vers.aut iudex iniuste, &c. & ibi etiam Ioan. Andr.nu.*5.& 6.& *Zabarell.col* 1.*in vers.ideo is, qui producit interrogatoria, &* Felyn.*num.*2.*versicul. & habet locum iste text. extra, de testibus.* Et
285 quamuis † contrarium voluisse videatur Hostiens.*in d. c.per tuas, nu.*5.*ante fin.vers.hoc etiam.* Non tamen per hoc ab ampliatione recedas, cum qua etiam senserunt Dec. *in c.licet causſam num* 56.& *Bero.n.*36.*extra, de probat.& plures alij relati per Gabriel.titul.de testib. concluſ.*21.*num* 20.& *seqq.Put.decis.*427.*in prin.part.*1.& *dec.*317.*n.*2 *par.*2. *Viu. opin.*896.*num.*6.*in princip.* & hinc est, *iuncto vers.& dum de præsenti mense,* vbi ita alias se obtinuisse testatur, imo quod isto casu, quando testes non fuerunt examinati super interrogatoriis datis, quod debeant repeti, non expensis petentis, & instantis pro repetitione, sed aduersarij, licet secus, quando nulla sunt data interrogatoria, probat idem Viu.*ibid.in vers.sed ita, si testes, ex Peregri. decis.*313 *lib.*2.& *decis.*282 *lib* 3. & ita etiam pluries in practica obseruari vidisse in causis suorum clientulorum testatur.

SVBLIMITA I. Propositam † tertiam principa- 285
lem limitationem procedere, quando testis nullatenus fuisset interrogatus, aut examinatus super aliquo capitulo, vnde secus, si interrogatus responderit, sed non plene: tunc enim non amplius repetitur, vt per Butr.*in d.cap per tuas n.*3 *post princ.& d.nu.*3 *post med. vers.si sunt data articuli, & d.nu.*3 *in fin.vers.quod est verum, & ibi etiam Imol. col.*2.*vers.primo casu, &* Fel *n.*2.*col.*2.*in fin. vers.secus autem dicit Innoc.extr.de testib. Alb.de Malet.in tract.de testib.c.*8.*n.*23. *in prin. Gabr.lib.*7 *concl.*28.*n.*11 *iuncto n.*16.

LIMITA rursus † præcedentem primam sublimita- 287
tionem, vt procedat, quando testis non plene respondet interrogatus, omittendo non substantialia: Tunc enim licet iudex ex officio adhuc possit testem repetere, & interrogare, vt per Imol.*in d.c.per tuas, col.*2.*vers.aut non fuerunt testes super omnibus interrogati, extr.de testib. sequitur Gabr.lib.*7.*concl.*28.*nu.*11. Non † tamen potest hoc fa- 288
cere ad instātiam partis, sic enim loquuntur Dd. in sublimitatione allegati, *n.*286. *& præsertim* Fel.& *Imol in d.c. per tuas, ac ibi etiam Aret.n.*8.*vers.sed quando iudex, &* Zabar. *col.*1.*vers.si vero interrogatiua.*

Vnde secus, quando † testis etiam interrogatus non 289
plene euacuat substantialia: Tunc enim habetur pro non bene examinato, & propterea potest repeti, etiam ad instantiam partis, non aliter, ac si non fuisset interrogatus super illo capitulo, vt per Hostiens.*in d cap.per tuas, num.*5.*col fin.versic.cum tales substantiales essent, in verbo, malitiose, vel negligenter, & d.num.*5.*ad finem, versic.de tempore, &c. & ibi etiam Ioan. Andr.num.*10.& *seq. Imol.colum.*2. *vers.aut omissa est interrogatio super substantialibus, Aretin.numer.*8.*post med. vers.vnde concludit ipse Zabarell.in fine lecturæ, vers.de his tamen interrogatoriis, Abb.num.*1.*colum.*2. *versicul. aut potest aliquid imputari, Butr.numer.*9.*in fin.& num.*3.*ante med.vers.si omissa est interrogatio circa substantialia, late Felyn.*

num.2.col.2.vers.item habet locum ista fallentia, extra, de testibus, Alber.de Malet.in tract.de testib.cap.8.nu.24. Gabr.lib.7. concl.28.n.10.& de communi testatur Viu.opin.896.nu.6.in fin. versic.quam communem*, & ponunt præfati Dd.exemplum in probatione præscriptionis, in qua si testes non deponunt super titu.& bona fide, quæ sunt substantialia præscriptionis, non dicuntur bene examinati, & propterea possunt repeti.

290 SVBLIMITA II. Dictam † tertiam limitationem non procedere, quando testes non fuissent in omnibus capitulis interrogati ex certa causa, puta, de consensu partis: Tunc enim non admittitur eorum repetitio, ex eo, quod non fuerint bene examinati, vt per Alber.de
291 Malet.*in tract de testib.cap.8.nu.23 in fin.* Et † idem, quando testes non fuerunt bene examinati culpa partis, Gabriel *lib.7.concluſ.28.num.15. Viui.opin.911.num.1.vers.vnde* *si testis*, vbi aliis relatis testatur de communi,* & dixi *supra, n.267.*

292 SVBLIMITA III. Eandem † tertiam limitationem non procedere, quando iudex tacite vel expresse noluit admittere aliqua capitula, tanquam impertinẽtia: Tunc enim non repetuntur testes, eo, quia non fuerint examinati, aut interrogati super dictis capitulis à iudice non admissis, vt per Hostiens.*in cap.per tuas, numero 5.colum.final versicul.secus si non fuissent approbati, & ibi etiam Ioan.Andr.post numer.10.versicul.si vero non fuissent approbati, Zabarell.colum.1.in fin.versicul.nisi iudex retecisset interrogatoria, Imol.num.1.versicul.secus si ex certa scientia, & colum.2.vers.aut ex certa scientia, But.colum.fin.in fin.num.10. vers.secundus casus, Abb.colum.3.num.1.in fin.versic.circa tamen prædicta, Felyn.num.2.colum.3.versicul.primus est, & seq.extra, de testib.*

293 LIMITA † rursus hanc tertiam sublimitationem, quia potest isto casu iudex ex officio (& sic tacite reuocando suam interlocutionem) repetere istos testes super capitulis, alias ab ipso non admissis, vt per Hostien.*in d.c.per tuas, n.5.ante fin.vers.quod verum est, & ibi etiam Ioan.Andr.num.10.in fin.& Imol.col.2.vers.aut ex certa scientia, extr.de testib.*

294 LIMITA IV. Et † principaliter eandem propositam regulam non procedere, quando ad testem noua peruenit notitia ex meliori forte recordatione: Nam tunc huius testis admittitur repetitio ex iudicis officio, secundum Tindar.*in tract.de testib.lib.1.cap.9.post num.15. quem secutus est Boss.in titul.de publicat.process. num.27. Crot. in tractat.de testibus, part.7.numer.340. versicul.quartus est casus*, Felyn. (qui tamen loquitur ante publicationem attestationum) *in cap.per tuas, num.1.colum.1.in fin.versicul.nisi forte primo non fuisset de omnibus recordatus, extra, de testib.*

295 LIMITA V. Quando † testium depositiones essent deperditæ: nam tunc testes semel examinati possunt etiam ad instantiam partis iterum repeti, vt per Anton.de Butr.*in cap.per tuas num.9.versicul.item si attestationes, & ibi etiam Imol numer.4.colum.1.in fin.versicul.fallit secundo, & Felyn.numer.2.versicul.item nisi attestationes essent deperditæ, extra, de testibus*, Iacob.Butrigar.*in tractat.de testib.*
296 *numer.15.per totum*, (vbi † tamen hanc limitationem intelligit, quando attestationes sunt deperditæ culpa iudicis, vel partis aduersæ: secus si culpa partis volentis repetere testes,) Alber.*in tract.de testib.cap.8.num.19. Gabriel titul.de testib.concluſ.21.num.75.vbi alios plures refert concordantes, Conrad.in pract.titul.de testib.rubr.de dubio dicto, numer.37.vers.item si primæ attestationes.fol.130.colum.2. Monticell.in repertor.test. rubr.testium productio post didicita testificata, fol.116.colum.1.vers.4.* vide, quæ de testibus examinandis post publicationem dixi *infr.tit.seq.q.75.num.236. & seqq.*

297 LIMITA VI. Vt † licet testes non possint repeti in eadem causa, & inter easdem personas, examinati tamen in vna causa, possunt repeti in alia, inter diuersas personas, qui alias non facerent fidem, vt per Anton.de Butr.*in cap.per tuas, nu.9.vers.tertius casus, quando testes sunt recepti, & ibi etiam Imol.num.4.col.1.vers.fallit 4. & colum.2. vers.aut non consentit, Felyn.num.2.versicul.item nisi inter alias personas, extr.de testib. Anan.in cap.cum in tua, numer.2.eodem tit.de testib. Alber.de Malet.in tract.de testib.cap.8.numer.21. Conrad.in pract.tit.de testib.rubr.de dubio dicto, nu.37.vers.item nisi inter alias personas.fol.130.col.2. Monticell.in repert.test. rubr.receptio testium an post publicationem fiat, fol.178. col.1. vers.1.* & vide, quæ de testibus examinatis post publicationem dixi *infr.q.76.n.132.*

LIMITA VII. De † consensu partium, Felyn.*in cap. per tuas, post num.1.versic.nisi pars aduersa consentiat, & ibi etiam Imol.colum.2.in princip.versicul.in aliis casibus, Gabriel titul.de testibus, lib.1.concluſ.21.numer.74.vbi alios plures allegat, Alber.de Malet.in tractat.de testibus, cap.8.numer.21.ad finem.*

LIMITA VIII. Quia † testes examinati in iudicio summario, possunt quandocunque repeti in plenario, vt per Abb.*in cap.cum in tua, num.8.* vbi reddit rationem, quia scilicet tunc cessat timor subornationis, & ibi etiam Felyn.*in summario, Imol.in 1.& 2.notab. Aret in.col.4. num.9.in fin.vers.sed si idem testis, extra, de testib.* Butr.*in cap.per tuas, numer.9.vers.secundus casus, quando testes, & ibi etiam Felyn.num 2.vers.item nisi prima fuissent super iudicio summario, & Imol.num.4.colum.1.in fin.vers.fallit tertio, eod.tit.de testib. Hostien.in c.cum clamor, post numer.1.in 1.casu, d.tit.de testibus, Alber.de Malet.in tract.de testib.cap.8.num.20. Gabr.lib.7.concluſ.28.num.26. Conrad.in pract.tit.de testib.rubric.de dubio dicto, num.37.vers.item quando prima, fol.130.col.2. Monticell in repert.test.rubric.repetitio testium quibus casibus fiat fol.176.colum.1.vers.4.*& † propterea testes examinatos coram arbitro, posse repeti coram iudice ordinario, dixerunt relati per Monticell.*d.rubric.fol.175.col.2.vers.fin.& fol.176. col.1.vers.2.* vide ad hæc, quæ dixi *infr.q.75.nu.107.& seqq. & n.112 seqq.*

LIMITA IX. Et † generaliter, quia testes examinati in vno iudicio ad vnum finem, non prohibentur quandocunque in alio iudicio repeti ad alium finem, prout est text.*in cap.cum in tua, in vers.quanquam, & ibi glos. in versicul.ad aliud, & in verbo, ob aliud, versicul. & ita propter diuersum modum agendi, extra, de testibus.* Et † propterea testis examinatus in iudicio ciuili, posse etiam repeti in iudicio criminali, reperies apud relatos per Monticell.*in repert.test.rubr.repetitio testium quibus casibus fiat, fol.176.col.1. vers.5.*

LIMITA X. Quando † testes essent nulliter examinati. Nam tunc, vt valide deponant, possunt quandocunque etiam facta publicatione attestationum repeti, But.*in c.per tuas, num.9. vers.primus quando, & ibi etiam Felyn. num.1.versic.item nisi prima attestationes essent nullæ, Imol.colum.1.in fine, versicul.fallit primo, extra, de testib. Alber.de Malet.in tract.de testibus, cap.8. num.23.versicul.vel nisi attestationes essent nullæ, Alexand.consil.16.num.6 lib.1.Iaſ. in l.qui per salutem, num.3.ff de iureiurand. vbi ita omnes tenere, testatur Roland.consil.52.numer.18.lib.4. Guido Pap.decisione 72.præsertim si nullitas culpa iudicis processerit. Idem Guido Pap.decisione 124.* qui dicit, ita seruari de consuetudine omnium Curiarum, Put.*decis.242.lib.1.* vbi ampliat, etiam quod pars aduersa renuntiet nullitati examinis, Caputaquen.*decis.266.nnuer.3.part.3. & decis.287.numero 1.& 2.eadem part.* vbi amplius, quod testes sic repetiti probant, etiam quod primum examen esset nullum ex defectu solemnitatum, Foller.*in practic.crimin.in verb.& demum testes repetantur, numer.1.& seqq.* vbi, quando examen esset nullum ex defectu citationis, *Gabriel titul.de testibus, lib.1.concluſ.21.num.18.vbi alios plures refert, & lib.7. concluſ.28.numer.25. Conrad.in practic.titul.de testibus, rubric. de dubio dicto, numer.37. versicul. scilicet quando prima attesta-*

tiones essent nulla, fol.130.col.2. Monticell.in reper.test.rub. repetitio testium, an post publicationem fiat, fol.178.col.1.vers.3. & pen.& rubr.testium productio publicatis attestationibus, &c. fol.112 col.2.vers.fin.& rub.repetitio testium, quibus casibus fiat, fol.175.col.2.vers.1. Et licet Campeg.*in tractat.de testibus, regul.176.* hanc limitationem intelligat, cum pars testificata non didicit: Tamen contra hanc restrictionem
* esse * communiorem interpretum scholam, testatur Ant.Thesaur.*decis.Pedemon.28.num.1.in fin.& ante eum sic etiam alii relatis testatur Viu.opin.911.num.1.* & quid in criminalibus, vide infra *nu.310.& sequ.*

304 AMPLIA I. Hanc decimam † limitationem, vt isto casu non solum possint repeti testes illi, qui nulliter examinati fuerũt, sed etiam possunt de nouo & alii vltra iam nulliter examinatos examinari: sic enim de aliis testibus nouiter examinandis loquũtur Doctores relati per Gabriel.*d.concluſ.21.nu.18. & sic etiam tenuit Rota in nouis tit.de testib.decis.13.alias 163. & tit.de probat.decis.11. alias 391.& in antiq.eodem tit.de probat.decis.1.alias 42.* Afflict.*in §.1.nu.62.tit si de inuestitu.inter dom.& vas.lis oriatur, libr.1.* & ita etiam per Senatum Pedemontanum fuisse concluſum, testatur idem Ant.Thesaur. *d.decis.28.nu.2.* licet de hac ampliatione in puncto iuris semper dubitasse, ac etiam in contrario voto se fuisse affirmet, ex adductis per Iaſ.*in d.l.qui per salutem, nu.3.ff. de iureiuran.* sed pro ampliatione dixi etiam *infr.quæst.75.num.358.& seqq.* vbi latius materiam hanc explicaui.

305 AMPLIA II. Eandem † decimam limitationem, vt testes facta publicatione possint repeti non solum, quando sunt nulliter examinati, sed etiam, quãdo sunt rite examinati, sed publicatio non est rite facta, Rota *de testib.decis.13 in nou. Gabriel titul.de testibus, libr.1.concluſ.21. num.24.quamuis contrarium voluerint relati, ibi, num.25.* facit quod dixi *infr.qu.75.num.367.& sequ.* vbi vide distinctionem in materia.

306 LIMITA XI. Propositam † regulam, quando testes repetuntur ad confirmandum primum dictum. Datur enim repetitio testium etiam facta publicatione, quando vltra primum examen nihil de nouo deponit, vt per Hostiens.*in cap.cum clamor, nu.5.& nu.8.& ibi etiam Anan.num.5.vers.quandoque, vt confirmet primum dictum, & Imol.nu.2.vers.interdum autem, extra, de testibus, Aret.in cap. per tuas, nu.7.col.2.vers.& quia sententia Doctorum, eodem tit. de testibus, Conrad.in practic.titul.de testibus, rubr.de dubio dicto num.37.vers.rursus quod post publicatas attestationes, fol.130. col.2.& quid in criminalibus, vide inf.num.310.& sequ.* Et ad præmissa, vide quę de testibus examinandis post publicationem dixi *infr.qu.75.num.155.& seqq.*

307 LIMITA XII. Quando † capitula sunt diuersa, testes enim examinati super vno capitulo, non prohibẽtur repeti super alio, etiam quod simus inter easdem personas, text.est *in cap.præterea*, ibi: *Nisi forte articulus nouæ quæst.emergat, de testibus cogen. & post gloss.in c.per tuas, in ver.interrogati, in prin.notant ibi Hostien.nu.3.vers.nisi forte esset alius omnino articulus, & vers.seq.* vbi loquitur tam post publicationem, quam ante. Imol.*col.2.ad fin.vers.tertio & vltimo casu, Aret.nu.9.vbi infert, & de materia, Butr.nu.6. col.fin.vers.primus casus, in quo possunt testes, &c. & vers.tertius quando repetuntur, & nu.3.vers.hæc vera nisi articuli formentur de nouo, & vers.quandoq; articuli sunt dati, Abb nu.1.vers. tertius fit testis, & vers.item tertius casus, &c.* quod hæc non est materia repetitionis testium, quia repetitio prę priè dicitur super eisdem, & non super diuersis articulis, sed est materia, *cap.fraternitatis, eod.tit. de testibus*, de qua latè dixi infra, *quæst.75.num.77.& seqq.* secundum ibi tradita declara propositam limitationem.

308 LIMITA XIII. Vt licet † testes non possint repeti post publicationem attestationum, non tamen prohibentur repeti ante publicationem, sed quando hæc limitatio vera sit, & de materia, lectorem remitto ad Hostiens.*in c.cum clamor, nu.2.ad fin.* ibi: *Dummodo publicatio non fit facta, &c. extr.de testib.ad eundem Host.in c.per tuas, nu.3.ad fin.vers.ante publicationẽ vero, iuncto nu.4. Imol.nu.4. col.1.in fin.& col.2.etiam in fin.vers.item aduerte, Aret.nu.5.in fin.iuncto nu.6.& 7.vbi late, Butr.nu.8.& 9.per totũ, & n.10. vers.casus dubij sunt, Abb.nu.1.vers.instemus ergo, Felyn.nu.1.in 1.concluſ.eod.tit.de testib.Gabr.lib.7.concl.27.n.15 & seq.Monticel.in repert.test.rub.testium repetitio quando facienda, fol.176. col.2.vers.fin.& fol.177.col.1.per totã*, & ista est propriè materia correctionis testium, de qua diximus *in par.anteced.*

309 LIMITA XIV. In † criminalibus, in quibus testes etiam post publicationem possunt repeti ex officio iudicis per inquisitionem procedentis, secus si ad partis instantiam, & quid si ad instãtiam promotoris, seu prosequutoris inquisitoris, & sic quando proceditur ex officio, & ad partis querelam simul? vide gloss.*in d.c.cum clamor, in verbo, ita deposuere confuse, &c.& ibi Innocent.nu.1. Ioan.Andr.nu.3. Anan.nu.2.& seqq.Hostien.nu.1.in fin.vers.5. vbi iudex, iuncto nu.4.& seqq.vbi latissime, Bald.nu.2.ad fin. iuncto nu.3.& seqq. Imol.nu.3. Aretin.nu.2.iuncto nu.5. Butr. nu.4.per totum, Abb.nu.3.Felyn.nu.4.& 5.Zabarell.col.1 & 2. vbi breuiter & magistraliter, extra, de testibus, Gabriel.tit.de testibus, lib.1.concluſ.21.nu.95.& seqq.vbi late Monticell.in reper. testium, rub.receptio testium an post publicationem fiat, fol.178. col.1.vers.1.* ¶ And.Gail.de pace publica *lib.1.cap.18.nu.7.* vbi quod in criminalibus iudex ex officio etiam post publicationem, potest testes, siue offensiuos, siue defensiuos, repetere, & siue ad offensam, siue ad defensam. Ad instantiam vero partis scilicet accusatoris: nõ ad instantiam autem rei, *vt ibi per eum, nu.9.& 18.* vbi bene comprobat hanc distinctionem.

310 AMPLIA I. Hanc 14. limitationem † multo magis procedere, quando in criminalibus testes primo informiter, & sine partis citatione pro informatione curiæ examinati repeterentur formiter, & parte citata ad confirmandum primum dictum, tunc enim sine dubio talis repetitio admittitur etiam copia indiciorum tradita parti, & sic post publicationem per ea, quæ dixi supra *in 10.& 11.limitatione, nu.303.& 306.* & facit viua ratio, quia, vt suo loco dicam in materia testium examinatorum sine partis citatione, infra *in sequ. tit. de oppositi. contra examen testium, quæst.72. num.139.* filcus habet electionem, vel confrontandi cum reo testes pro curiæ informatione examinatos, vel illos repetendi parte citata. confrontatio admittitur, & fit ante publicationem, & sine partis citatione, quia præsentia rei supplet citationem, repetitio vero non potest fieri, nisi reo citato ad dandum interrogatoria, sed sic est, quod reus nõ potest firmare interrogatoria testibus repetendis, nisi habeat copiam attestationum, ergo talis repetitio non potest nec debet fieri, nisi post publicationẽ. Ita per hanc rationem alias requisitus pro defensione iudicis, qui in vrbe sic obseruauerat, respondi de anno 1591. tempore p.m. Gregorii 14. in eius sacra consulta, quæ prima facie contrarium sentiebat, tum quia dicebant illius consultores, quod contrarium aliquando seruari viderant. tum etiam, quia sic de iure verius ipsis videbatur ex tradit. per Marant.*in spec.part.6. rubr. de inquisit. num.8. in fine*, Foller.*in pract.crim. in ver.detur copia capitulorum, num.1* Clar.*in pract.§.final.quæst.48.vers.item scias*, Bonasoss.*in commun.opin.part.1.in vers.indiciorum copiam petens*, Burs*at consil.311.num.7. nec dissentit nouissime Honded.in suo consil.101. nu.2.* qui † omnes apertè dicunt ad fisci instantiam testes non repeti didicitis testificatis, quia copia indiciorum non debet dari nisi testibus repetitis, † sed ego respondebam, prædicta procedere de iure ciuili, contrarium autem seruari de iure canonico in Vrbe, & in terris ecclesiæ, prout declarat idem Maranta in loco præcitato, *num.10.& sequitur* Flamin. Cartar.*in sua prax. interrog.reor.lib.3.cap.3.num.60.iuncto nu.67.& 69.* Et sic in

Vrbe copias indiciorum parti traditas etiam testibus non repetitis, quando iudex noluit & magis expediens iudicauit eos non confrontare, semper seruatum fuisse dictis Illustrissimis de consulta testatus fui, prout testatur idem Cartar. post *d.num.67.* vbi reddit rationem, & tradito per me super hoc voto in scriptis omnium tribunalium iudices se subscripserunt, & propterea eadem sacra consulta mutata sententia iudicem illum, qui sic etiam obseruauerat, recte fecisse resoluit.

313 AMPLIA II. Eandem XIV. limitationem, vt in criminalibus multo magis testes officio iudicis repetantur ad declarandum eorum dubium dictum, text. est *in c.cum clamor, & ibi gloss. in verbo, ita deposuisse, versic. & ideo si obscure dixit, Hostiens. nu.3. & nu.5. & nu.8. Anan. nu.5. Ioan. Andr. nu.4. Aretin. nu.1. vers. item aduerte, & nu.5. ante fin. Imol. nu.6. vers. & procedit hoc, iuncto versic. maxime autem hoc potest facere in criminalibus, Felyn. nu.3. vers. & procedit hoc notandum, extra, de testib. Corrad. in pract. tit. de testibus, rub. de dubio dicto, nu.37. vers. quod ampliant procedere fol.130. col.1. Andr. Gail. obseru.104. num.3. vers. quemadmodum in iudice inquirente, lib.1.* Ad hæc vide Clar. *quæst.61. vers. quæro nunquid*, vbi quod ex officio potest iudex repetere testem in criminalibus ad effectum, vt declaret dictum suum obscurum. Ad instantiam autem partis non potest de iure. Et licet Specul. & Alexan. in locis per eum relatis dicant, quod de consuetudine, si iudex vult, hoc potest, etiam ad instantiam partis, inquit tamen Clar. *ibi, quod hoc ipse non faceret, nisi ex iusta causa*, & quando aliter veritas haberi non posset.

314 AMPLIA III. Dictam XIV. limitationem, † vt in criminalibus, testes officio iudicis possint repeti, non solum vt declarent, vt modo dixi, sed etiam vt addant tanquam melius recordati, Aretin. *in c.cum clamor, nu.1. vers. item aduerte, & nu.5. ad fin. vers. sed cur sit placet, & ibi etiam Felyn. num.5. versic. & habet locum in criminali, extra, de testibus.* Sed † contrarium voluit Ioan. Andr. *in dict. cap. cum clamor, num.4.* vbi dixit, quod isto casu testes non possunt repeti, nec ad mutandum, nec ad addendum, sed tantum ad declarandum, prout & contrarium voluit Clar. *quæst.61. vers. quæro nunquid*, ibi, *licet non vt addat, &c.*

315

316 AMPLIA IV. Vt in criminalibus † testes ad defensam repetantur post publicationem non solum iudicis officio, sed etiam ad instantiam partis, vt per Felyn. *in c.cum clamor, nu.5. vers. & hoc procedit, vbi refert concordantes, & ibi etiam Anan. nu.3. extra, de testibus, &c.*

Cætera ad materiam huius decimæquartæ limitationis *vide in sequ. tit. quæst.7. num.407. & seqq. cap.14.* per totum, vbi latè posui, an & quando in criminalibus, tam ad offensam, quam ad defensam, & tam ad instantiam partis, quam ex officio iudicis possint post publicationem testes examinari.

ARGVMENTVM.

De vnico teste sibi vario, & contrario, quando possit concordari ad effectum, vt falsum euitet, ac etiam vt probet, communia & specialia.

SVMMARIA.

Testis sibi varius & contrarius omnibus modis concordandus est, num.317.

Ampliæ etiam impropriando verba, nu.318.

Ampliæ etiam per subauditos intellectus, & per suppletiuam interpretationem, num.319.

Limita 1. quando varietas & contrarietas est euidens, & manifesta, nu.320.

Limita 2. vt talis concordia fiat ad effectum euitandi falsum, non autem ad effectum vt probet, num.321. contra, nu.322. Distingue, vt in num.323.324. & 325. reprobatur distinctio, nu.326. resolue, vt nu.327. & seq.

Testis concordatus quantam faciat fidem, iudicis arbitrio remittitur, num.325.

Testis concordatus nunquam in criminalibus probat, nu.327.

In ciuilibus vero probat, si concordia fit per intellectam repetitionem sermonis, secus si per actuum multiplicationem, vel per impropriationem verborum, nu.328.

Testis qui primo affirmat, deinde dicit, se non recordari, concordatur, & non est varius, nu.329. quod procedit, vt euitet pœnam falsi, non vt probet, nu.330.

Testis qui primo dicit, se non recordari, deinde dixit se recordari, & scire, concordatur, & probat, nu.331. limita dummodo non sit loquutus cum parte, nu.332. item limita, dummodo nouæ memoriæ causam alleget, alias secus, nu.333.

Testis qui primo dubitatiue deponit, secundo autem affirmatiue, & sine dubitatione, concordatur, & probat in secundo dicto, nu.334. limita hoc procedere, quando sumus in diuersis examinibus, secus si in eodem examine, nu.335.

Testis qui primo dixit, se credere, deinde dixit, se scire, vel alias per verbum assertiuum deposuit, concordatur, & probat in secundo dicto, num.336. Limita primo, dummodo causam nouæ certitudinis & scientiæ alleget, num.337. Limita secundo, dummodo simus in casu, in quo licita sit correctio, nu.338. Limita tertio, nisi simus in casu, in quo testi de credulitate plene creditur, nu.339.

Testis qui primo dixit, sibi videri, deinde dicit, se scire, vel per aliud verbum veritatis affirmat, concordatur, & probat in secundo dicto, nu.340.

Testis qui primo dixit, se scire, deinde dicat, se credere, non dicitur varius, sed probat, & per secundum dictum credulitatis non censetur recessum a primo, nu.341. & sequ. contra num.343. distingue, vt nu.344.

Testis qui in examine vnum affirmat, deinde in interrogatoriis dicit, quod res etiam aliter potest se habere, non dicitur varius, sed probat, nu.342.

Testis qui primo dixit, se nescire, deinde dixit, se credere, dicitur varius, & non probat, nu.345.

Testis qui primo dicit, se credere, deinde dicit, se non credere, non dicitur varius, sed probat in vltimo dicto, num.346. & idem econtra, si primo dixit, se non credere, & deinde dicat, se credere, nu.347. Limita tribus modis. Primo in casibus, in quibus testi de credulitate dipenitur plene creditur, num.348. Secundo, dummodo simus in casu, in quo sit licita correctio, alias secus, nu.349. Tertio, dummodo testis noua credulitatis causam alleget, alias secus nu.350.

Testis qui primo sui dicti rationem reddit, quia vidit, deinde dicit, quia audiuit, non dicitur varius, nec dicitur recessisse a prima ratione, nu.351. declara, vt num.352 & sequ.

Testis qui primo dicit, se scire, deinde dicat, se audiuisse, nunquid iste testis dicatur varius & contrarius, an vero probet, nu.353. & sequent.

Testis qui primo dicit, se audiuisse, deinde dicit, se vidisse, non dicitur varius & contrarius, sed probat, num 354.

Testis qui primo dixit, se scire, deinde dixit, se nescire, concordatur, nu 355. licet alij contraria, nu.356.

Testis qui primo dixit, se nescire, deinde dicit, se scire, non dicitur varius & contrarius, sed probat, num.357. & 359. licet alij contra, nu.358. Limita quatuor modis. Primo, dummodo iudex testem ex officio repetat, secus si ad partis instantiam, vel si idem testis sponte, & ex interuallo vellet se corrigere, nu.360. Secundo testis deponat super actu successiuo, secus si super momentaneo, nu.361. contra, nu.362. Tertio, dummodo testis superuenienti scientiæ probabilem causam alleget, aliter secus, nu.363. Quarto, quando in prima depositione dixit, se nescire, dixerit etiam se fuisse præsentem, nu.364.

Testis dicitur varius, & non probat, si primo dixit, se hoc tantum scire, vel hoc tantum verum esse, licet deinde aliquid aliud addat, nu.365. Vbi etiam idem si dixerit, se hoc tantum scire, & non plus, & idem si dixerit, se hoc scire, videlicet, & quid si dixerit, hoc esse quantum ipse scit, nu.366.

Testis examinatus in Palatio potestatis, dicit, aliquid factum in Palatio

Palatio Episcopi, deinde dicit, illud idem factum in hoc Palatio, saluatur a contrarietate, nu.367.

Testis non dicitur varius, qui primo dixit, quid factum, præsente Titio & Seio, licet deinde dicat, quod nullus fuit præsens, num.368.

Plura exempla, in quibus testis varius & contrarius concordatur remissiue, nu.369.

Plura exempla, in quibus testis varius & contrarius non concordatur remissiue, nu.370.

QVÆSTIO LXVI. PARS IX.

317 REGVLA sit, quod † vnicus testis, sibi varius & contrarius, omnibus modis concordandus est, vt varietas & contrarietas euitetur, secundum Bartol. *in leg. non solum, § sed vt probari, sub numer 3. ff. de oper. nou. nunt.* But. *in cap. cum tu, num.4. colum.2. versicul. & aduerte, quod hæc concordia, & ibi etiam Abb. numer 4. post med. versic. item dic* & Felyn. *num.1. vers. prima conclusio, extra, de testibus*, Abb. *in capit. in nostra, num.2. ad fin. eo tit. de testibus, de* * *communi testatur* Alexand. *in consil.190. num.1. libr.7.* Tindar. *in tract. de testibus, part 3. cap.12 in princip. & versic. in contrarium, &c. & num 2. etiam in princip. vbi de veriori opinione*, Crot. *in tract. de testibus, part.7. num 327. in prima concl.* Boss. *in tit. de oppos. cont. test. num.12. in prin. iuncto vers. & hæc concordia etiam fit in vnomet teste, & per totum, nu.10. & 11. vbi etiam testatur de* * *communi opinione*. Clar. *in practic. § fin. quæst.53. ver. quartus est casus, ante med. ibi, autem vero deponit contraria in diuersis examinibus. &c.* Hippolyt. Rimal. *consil.344. nu.5. & seqq. iuncto nu.26. & seqq. lib.4.* Mar. Ancl. *in repert. test. rub. impugnatur testis, quia varius. fol.206. colum.2. vers.1.* Mascar. *de proba. lib.2. conclus.1361. nu.10. & ita Doctor. omnes vnanimiter concludere videri, testatur* Pet. Ant. a Petra, *in tract. de fideicom. nu.908. & seqq. vsq; ad nu.912. & n.917. 965. 966. vbi exornat, & nu.1010.* Et licet idem Bartol. *in l. eos in fin ff. ad l. Corn. de falsi.* contrarium in hac conclusione affirmauerit, eius tamen doctrina in hoc communiter à Dd. reprobatur, & illi post alios bene respondet Boss. vbi *sup. d. nu.10.* licet bene verum sit, quod varietas in vno teste minus est concordabilis, quam in pluribus testibus, vt per Felyn. *in d.c.cum tu, nu 2. in fin. versic. videtur enim maior contrarietas, extra, de testib.* Tindar. *de testibus, part.3. cap.1. nu.1. & c.12. nu.2. versic. fateor quippe, cum alias per Petram de fideicom. d. qu.12. nu.909. & num.920. & sequ.* Et faciunt pro hac regula, quæ in simili de pluribus testibus concordandis dixi *supra, in anteced. qu.56. nu.35*

318 AMPLIA I. Hanc † regulam, vt in vno, & eodem teste sibi vario & contrario, concordia sit omnino facienda, etiam verba nedum impropriè, sed etiam impropriissimè intelligendo, vt per Rimin. sen. *in consil.53. nu.11. & seq. lib.1. quem refert & sequitur* Petra *in tract. tit. de fideicom. qu.12. sub nu.956. nec dissentit* Corrad. *in pract. tit. de testib. rub. de contrarietate testium, post n.12. fol.121. col.1. ad fin.* & faciunt in simili, quæ de pluribus testibus contrariis concordandis dixi *supra in anteced. qu.56. nu.44.*

319 AMPLIA II. Vt in † teste sibi vario & contrario fit facienda concordia, etiam per subauditos intellectus, & sic per interpretationem suppletiuam, Alexan. *consil.43. nu.3. lib.4.* Rimin. *sen. consil.56. nu.6. lib.1. quos in proposito refert* Petra *de fideicom. d. qu.12. nu.948. & seq. iuncto n 956. ad fin. & consil.947.* Vbi tamen post Bald. quem allegat, hoc intelligit procedere ad effectum, vt testis excusetur à falso, non autem ad effectum, vt probet, nec dissentit Corrad. *in pract. tit. de testib. rub. de contrarietate testium, nu.13. post princ. fol.121. col.2.* Et vide quæ in simili de pluribus testibus contrariis concordandis dixi supra, *in anteced. qu.65. nu.48. & seqq. vsq; ad nu.54.*

320 LIMITA I. Propositam † regulam non procedere, quando testis varietas & contrarietas esset euidens, & manifesta. Tunc enim nullo pacto fit concordia, vel reconciliatio, vt per Bald. *in leg. sed & si possessori, § sed & si rerum, ff. de iureiur.* & *in 1. constit. C. § quib. nu.3.* Alex. *in l. inter stipulantem, § 1. col.3. in princ. ff. de verbor. oblig. & consil.20. nu.3. lib.4.* Felyn. *in c.cum tu, nu.1. in fin. vers. & procedit secundum istos, extr. de testib.* Crot. *in tract. de testib. part.7. nu.227. in fin vers. fallit ista conclusio*, Boss. *in tit. de public. proces. num.37. vers.* sed vbi est notoria contrarietas, tunc testis punitur, vt falsus, Corrad. *in pract. titul. de testib. rub. de contrarietate test. nu.13. in 1. concl. fol.12. col.2.* Hipp. Rim *consil.344. num.2. iuncto nu.25. lib.3.* Montic. *in repert. test. rubr. impugnatio testis, quia varius, fol.201. col.2. vers. antepen. fol.205. col.1. versic.3. & col.2. vers.4.* Petra *de fideicom. d. qu.12. sub nu.908. & seqq. & nu.923. & nu.940. & 942.* Rota *coram Cæsare de Graff. decis.73. nu.5.* & faciunt, quæ in simili de pluribus testibus contrariis concordandis dixi *in anteced. qu.65. nu.94.*

321 LIMITA II. Eandem † regulam, vt procedat ad effectum euitandi falsum, non autem vt probet: testis enim sibi varius & cõtrarius, quamuis concordatus, nullam facit fidem, Imol. *in c.cum tu, nu.4. col.3 vers. sed aduerte, & ibidem relati per Fel.* (quos tamen ipse non sequitur) *nu.2. extra, de testib.* Alex. *cons.20. nu.3. lib.4. Vbi de* * *communi, & cons.43. nu.5. lib.4. & cons.190. nu.1. lib.9.* Ruin. *consil.149. nu.28. in fin. & seq. lib.5.* Gram. *inter consil. ciuil. consil.50. nu.35. & seqq.* Tindar. *in tract. de testib. part.3. cap.12. in fin vers. ic. vnum quod, notetis, & cap. fin. nu.1. vbi Dd. rationem nu.4. vers. aut vnus testis probat contradicit, Nell. in* * *stibus, nu.185. versic. sed aduerte*, Crot. *de testib. part 7. nu.* * *in princip. iuncto versic. sed ad illum text.* vbi respondit contrariæ rationi, & *post num.330.* vbi quod hæc conclusio communiter * approbatur, licet aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint, Boss. *in tit. de oppos. contra testes, nu.11. vbi etiam de* * *communi*, Corrad. *in pract. tit. de testib. rubric. de contrarietate test num.10. ad fin vers. hocque adeo procedit fol.120. col.2.* Foller. *in pract. in ver. item quod commisit falsitatem, nu.29.* Clar. *in pract. § fin. qu.53 post versic. quartus est casus, vbi de tutiori, & magis* * *communi opinione*, Eman. Soarez. *in thesauro recept. senten lit. T. nu.146. vbi etiam de* * *communi opinione.* Achil. Personal. *in tract. de adipiscend. possess. nu.132. versic. & hæc conclusio*, Bertaz. *consil.291. nu.9.* Petra *de fideicomm. qu.12. nu.924. & seqq. vbi num 931. & 935.* testatur de * communi & iustiori opinione, & faciunt pro * hac eadem limitatione, quæ in simili dixi de pluribus testibus contrariis *supr. anteced. quæst 65. nu.76.*

322 Contrarium, † quod testis sibi varius & contrarius sit etiam concordandus ad effectum, vt probet, scripserunt Felyn. *in c.cum tu, nu.3 & ibi latè Aret. in etiam nu.3 in fin. & seqq. extra, de testib. quos & alios refert*, (sed non sequitur) Crott. *in tract. de test b. part.7. nu.328. vers. tamen D. Alex. &c. & nu 329. & seq.* Alciat. *in l 1. nu.21. ff. de noui oper. nunt.* Socin. *consil.73. nu.7. lib.2. & cons.56. nu.17. lib.4. quos pariter refert, & sequitur* Claud. *ad Bertaz. in consil.5. num.6. litera C, versic. testes solent reduci ad concordiam. Alios autem refert* Petra *d.qu.12. nu.932. & seqq. vsq; ad nu.935.* vbi hanc contrariam * opinionem crebriori Dd. calculo receptam testatur, licet primam (vt supra cum retuli) dixerit * communem & iustiorem, *& nu.937.* vbi pro hac eadē contraria opinione adducit nouam rationem, & ita alias fuisse in Rota resolutum, testatur Put. *decis 28 n 3. part.3.* ex Felyn. in loco præcitato, & pro hac contraria opinione faciunt Dd. in simili de pluribus testibus contrariis allegati *sup. in anteced. qu.65. nu.77.*

323 In hac † opinionum contrarietate repetio aliquos Doctores distinguentes sic, quod si varietas & contrarietas in teste est euidens, & manifesta, & tunc non fit concordia ad effectum, vt probet, per ea quę dixi in antecedenti limitatione, *num.320. & in specie aduertit Petra d. quæst.12. num.923. 936. 938. & 941. & ante eum* Boss. *in titul. de oppos. contra testes, d. num.11. versicul. & hanc communem*, vbi idem, quando concordia fieret non nisi cum maxima difficultate. Si † vero varietas & contrarietas non est euidens, & manifesta, sed præsumpta, & ali-

324

quo modo apparens, & quæ non cum summa difficultate fieret, & tunc videtur, quod testis concordatus etiam probet, vt per Sigismundum inter consil. feudal. *consil. 49. num. 7. Boss. d. num. 11. versicul. sed vbi non fieret summa cum difficultate, Petra dict. num. 936. versic. secus si præsumpta, vel apparens*: & ita in contrarietate apparente & non vera, loquitur Felyn. *in dict. cap. cum tu, num. 3.* & faciunt pro hac distinctione, quæ in simili de pluribus testibus cõ
325 trariis dixi supra *in antecedent. quæst. 65. num. 80.* Et † nihilominus etiam in varietate & contrarietate præsumpta, quod testi concordato quanta fides sit adhibenda, iudicis arbitrio remittatur, scripserunt Aretin. *in d. cap. cum tu, num. 7. & Felyn. post Speculat. quem allegat, num. 3. versicul. subdens tamen, nec dissentit Boss. dict. num. 11. vers. fatendum tamen est.*

326 Verum, † sicut hæc distinctio mihi nunquam placuit, ita etiam neceam veriorem credidi: tũ quia, quando contrarietas est euidens, & manifesta, tunc nullo pacto est tractandum de concordia testis, ex quo non solum non concordatur, sed etiam de falso punitur, vt dixi *sup. nu. 320*. Et sic prima pars præpositæ distinctionis nullo pacto potest applicari ad terminos contrarietatis manifestæ, & euidentis, tum etiam, quia Doctores pro hac 2. limitatione supra allegati, *num. 321.* generaliter & indistincte loquuntur, etiam quando contrarietas est aliquo modo concordabilis, & compatibilis, & tunc, nec etiam concordiam faciendam ad effectum, vt probet, & tutiorem. & magis communem esse Dd. opinionem, testatur Clar. *d. qu. 53. post vers. quartus est casus.*

327 Quid dicendum? Quæstio † est ardua, & primam o-
* pinionem magis * communiter à Dd. receptam negare non possumus. Sed auctoritas Rotæ, de qua per Put. *d. decis. 28. num. 3. part. 3.* me valde ancipitem reddit: Ideo pro nunc crederem sic distinguendum, quod in criminalibus & contra reum testis sibi varius, & concordatus nunquam probet, per ea, quæ in simili de plurib. testibus contrariis dixi supra, *in anteced. quæst. 65. nu. 106. & in specie tradit Boss.* (licet dubitatiuè loquatur) *in titul. de opposit. contra test. nu. 12.*

328 In † ciuilibus † vero si concordia fit per intellectam repetitionem sermonis, & tunc ex teste vario concordato oritur etiam probatio, secus si per actuum multiplicationem, vel per impropriationem verborum, per ea, quæ in simili de pluribus testibus contrariis dixi *in anteced. qu. 65. nu. 86. & seq. & in specie nostra adnotauit Tindar. in tract. de testibus, part. 3. cap. fin. nu. 4. vers. sed aduerte, & num. 5. quem refert & sequitur Crot. in tract. de testibus, part. 7. num. 330 vers. quæ limita.*

Et hæc dicta sufficiunt de concordia testis sibi varii, & cõtrarii in genere, veniamus modo ad aliqua specialia.

329 Qværo I. Testis † primo loco examinatus, *affirmatiue deponit*, deinde in eodem facto, in quo deposuit interrogatus, dicit, *se non recordari*, nunquid iste testis dicatur varius & contrarius, ita quod vitietur primum dictum? Respondeq. quod non: secundum Mille. *in practic. folio 83. in gloss. non recordaretur ex Bartol. in l. in exercendi, versic. quæro, quid si testis, C. de fide instrum. sicut ipsum allegat Foller. in practic. crimin. in ver. & demum repetantur testes curiæ, num. 7. qui in idem allegat etiam Bald. in leg. fin. colum. 1. in fine, C. de re iudicat. nec dissentit Nell. in tract. de testibus, nu. 198.* Potest enim stare, quod quis hodie non recordetur de eo, de quo antea recordabatur, facit quod cõsuluit Alexan. *in consil. 185. num. 4. & seq. lib. 7.* de teste, qui primo deposuit, quod *iam sunt tot anni, vel circa, quod Titius fuit confessus tale quid.* Postea interrogatus de tempore & loco dixit, *se non recordari.* Hoc secundum dictum intelligi & concordari debet duobus modis. Primo, quod non recordatur de his duobus simul, scilicet de tempore, & loco. Secundo, quod non recordatur aliter, quam vt supra dixit. Licet enim variatio in tempore sit substantialis, dictum tamen testis regulariter interpretari debet, ne in tempore variare videatur, *Bald. in l. Labeo, ff. de supellect. leg.* cum aliis in proposito adductis per Petram *in tract. de fideicommiss. qu. 12. nu. 957.*

Limita huius † primæ quæstionis conclusionem, 330
vt licet isto casu testis saluetur à contrarietate, nõ tamen videtur, quod probet, & sic isto casu non videtur standum, nec primæ, nec secundæ depositioni, siue simus in eodem examine, siue simus in diuerso, dummodo vtrumque examen sit legitime factum, sic nempe hanc materiam declarat idem Nell. *dict. nu. 198. vers. si vero valeat.* Et idem, quando primum examen non est legitimum, secundum autem sic, vt per Foller. *dict. ver. & demum repetantur testes, d. num. 7. vers. adde quod*, vbi loquitur in criminalibus, in quibus, si testes primo pro informatione curiæ, & parte non citata examinati, *affirmatiue deponant*, deinde parte citata, & sic legitime repetiti dicant, *se non recordari*: tunc vtique isti testes nihil probant, licet saluentur à contrarietate. In secunda enim depositione nihil ponunt inesse. Prima autem facta non vocata parte remanet informis, & non legitima, vt ibi per Foller.

Qværo II. Testis † primo dixit, *se non recordari*, 331
deinde dixit, *se recordari, & scire.* Nunquid iste testis dicatur contrarius, an vero probet? Dic, quod non est contrarius, sed probat, quia potest stare, quod hodie quis recordetur de eo, de quo antea non recordabatur, Felyn. *in cap. præterea, ad finem, versic. quod autem dicitur, de testib. cogen. Aretin. in c. cum causa, 12. num. 10. de testibus, de testib. cogen. Aretin. in c. cum causa, 12. num. 12. vers. & si in vno articulo, Præpos. in cap. nihilominus, num. 12. vers. & si in vno articulo, 3. quæst. 9. Marsil. in l. eos, num. 7. ff. ad l. Corn. de falsis. Romanus. consil. 505. nu. 1. & seq. Natta consil. 537. num. 25.* Vbi quod isto casu testis non dicitur falsus, de quo dixi supra, *num. 79. Tindar. in tract. de testib. lib. 1. cap. 9. nu. 10.* Vbi etiam, quod isto casu statur secundo dicto, Nel. *de testibus, post nu. 110. Diaz. reg. 754. in princip. Boss. in tit. de public. at. proceff. num. 34. Foller. in pract. in ver. capiat informationem, numer. 54. in fine. Conrad. in pract. tit. de testib. rubric. de contrarietate testium, nu. 10. vers. & ex his. fol. 121. colum. 1. Gabriel. qui alios refert, lib. 7. concluf. 29. nu. 8.* (licet contrarium voluerint, ibi per eum relati, *d. nu. 28. vers. contrarium in hoc.*) *Montic. in repert. test. rub. corrigere an & quando possit testis, fol. 208. colum. 2. vers. 2. & rubr. testes contrarii, & c. an & qualiter puniantur, fol. 293. colum. 1. vers. fin. Hector Æmil. in tract. de testib. in verbo, testis nu. 3. fol. 41. Bertaz. consil. 3. nu. 11 & ibi Claud. in addit. li-* addit, *

de qua in primo dicto, sed tantum de auditu, quia ratio regulat dictum, & non econtra, prout in specie benè aduertit Ruin. *d.consil.54.nu.4.in fin.vers.secus autem secundum prædictos.*

354 QVÆRO X. Et † econtra testis primo dicit, *se aliquid audiuisse*, postea dicit, *se vidisse*, nunquid iste testis dicatur varius & contrarius? Dic quod non, quia potest stare, quod vnum & idem factum quis, & viderit, & audiuerit, per ea, quę post Iacob. de Arena, & Bald. in locis per eum relatis scripsit Marsil. *in singul.418.incip. dicta testium*, vbi in fortioribus terminis dixit, quod si testis, qui aliquid audiuit, dicat se vidisse, saluatur eius dictũ à falso, quia visus prædicatur de omni sensu. Et vide in proposito Put. *decis.28.numer.1.iuncto numer.3.libro 3.* vbi dixit, quod testis, qui primo loco dixerat, *non cognouisse Colam, nisi ex auditu*, & secundo loco dixerat simpliciter, *illum cognouisse*, talis testis saluatur à varietate, & probat, quia secundum dictum intelligitur vt prius, videlicet ex auditu.

355 QVÆRO XI. Testis † primo dixit, *se scire*, deinde dicit, *se nescire*, nunquid iste testis possit aliquo modo concordari? Dic, quod sic, quia intelligitur eius secunda depositio, vt videlicet aliquid non sciat, nisi vt supra dixit, vt per Bart. Bal. Alexan. & alios, quos allegat, consuluit Dec. *in d.cons.272.num.2.ad fin.vers. & idem Bart. & consuluit Nevizz. in consil.48.nu.7.* in teste, qui primo dixit, se esse fratrem producentis, & deinde negat, se illi esse attinentem. Nam intelligitur, non esse aliter attinentem, quam vt supra iam dixerat. Nec dissentit Nell. *in tract. de testibus, nu.225.* vbi in id inducit text. *in l.2.ff. de Senator.* plene consuluit Riminal. iun. *consil 344.num.9. & seqq. libr 3. Gabr. libr.7. conclus.29.nu.36.vers. contrarium quod minime, & bene exornat Rota diuer. coram D. Cantuccio,*
356 *decis.141.num.10.part.2.* quamuis † contrarium voluerit Lofred. relatus per Gabriel. *d.concl.29.num.36.in prin. prout etiam & contrarium voluit Tindar. de testibus, lib.1.cap.8. num.6.in princ.*

357 QVÆRO XII. Et † econtra testis primo dixit, *se nescire*, deinde dixit, *se scire*, nunquid iste testis dicatur varius & contrarius? Dic, quod non, quia potest stare, quod hodie ego incipiam scire id, quod antea ignorabam, Arctin. *in cap.cum causa, il secundo, nu.9.& 10.extra, de testibus*, Tindar. *in tractat. de testibus, libr.1.cap.8.num.1.2. & 3.* vbi loquitur siue in eadem instantia, siue etiam in diuersis, & respondet contrariis, *& num.5.vers. credo cum reuerentia*, vbi adducit bona iura, & numero octauo, vbi quod non punitur de falso, (de quo tamen dixi supra, *num.78.*) *& d.num 8.in fine, & sequentibus*, vbi idem, si testis primo dixerit, *se ignorare*, ac deinde, *se scire*, Crot. *de testibus, part.7.num.340.* vbi etiam in vers. primus casus hoc ampliat multo magis procedere, si testis sit persona honesta, Nell. *de testibus, sub num.111. Roman. cons.505. num.1.& seq. Boss. in tit. de publicat. proces. num.34. Diaz. regal.754. in princ. Foller. in pract. crim. in ver. capiat informationem, nu.54. in fin. Gabri. quiplures alios refert, lib.7. concluſ.29.*
* *num.29.& num.32. in fin.* vbi testatur de magis * *communi opinione, Conrad. in pract. tit. de testibus, rubr. de contrarietate testium, num.11. vers. & ex his. fol.121. Monticell. in repert. test. rubric. corrigere an & quando possit testis, fol.208. colum.2. vers.1. & rubr. dicens in secunda depositione aliter, quam in prima, fol. 2018. col.1. vers. pen. Hector Æmil. in tract. de testib. in ver. testis addit, nu.3. fol.41.*

358 Et † licet in contrarium allegetur decisio Rotæ, de qua per Tindar. & Crot. in locis præcitatis, ac etiam cõtrarium aperte senserint plures relati per Gabriel. *d. conclus.29.num.80. vers. contrarium quando, prout etiam inter alios contrarium voluit Ang. de Vbal. inter cons. crim. diuers. cons.*
* *73.nu.23.in fin. lib.2.* dicens, quod ita tenent omnes * nullo discordante, prout illum refert & sequitur Clar. *in practic. §. fin. quæst.53. vers. sed quid si testis, & ex Angel. prædicto communem * dixerit Soarez. in suo thesauro recept. sentent. litera T. nu.139. nec dissentit Bertaz. in cons.359. nu.11. lib.2.*

Non † per hoc tamen recedas à proposita conclu- 359
sione, quæ, sicut vides, magis * communiter à Dd. reci- *
pitur, ita etiam in se verissima est, declara tamen, vt infra seqq. limitationibus.

LIMITA I. Huius XII. quæstionis † conclusionem 360
procedere, dummodo iudex testem ex officio repetat, secus si ad partis instantiam, item secus, si idem testis sponte, & ex interuallo vellet se corrigere, tunc enim præsumitur subornatus à parte, cum qua locutus est, & propterea tanquam sibi varius, & contrarius nihil probat, vt per eundem Aret. *in d.c.cum causa, il 2. post num.10. extra, de testibus*, Tindar. *in pract. de testib. libr.1.cap.8. nu.4. vers. rursus, &c. & nu.5. in prin. & nu.6.& 7. per totum*, Crot. *de testib. d.nu.340. in 2.& 4. casu*, (vbi tamen in fine dicti quarti casus adhuc de hac declaratione dubitat) *& nu.341. in 5. casu*, Nell. *de testib. nu.111. in fin. vers. quod est verum*, Diaz. *reg.754. in 1. limit. Marsil. in l.eos, nu.7. vers. quod tamẽ limitat. ff. ad l. Corn. de falsi. Rota de testib. in nou. decis.19.* vbi omnino videas, Foller. *in pract. crim. in ver. capiat informationem, nu.60.* Conrad. *in pract. tit. de testib. rubr. de contrarietate testium, n.11. vers. & ex his, fol.121.* Gabr. *d. concl.29. n.31. lib.7.*

LIMITA II Eandem † conclusionem procedere, 361
quando testis deponit super actu successiuo, secus si super actu momẽtaneo, vt per Gabriel. qui alios refert, *d. conclus.29.nu.33.* Sed † certe Doctores supra, *nu.357.* al- 362
legati indistincte loquuntur, etiam in actu momentaneo, & propterea conclusionem etiam in teste deponẽneo, & propterea conclusionem etiam in teste deponẽneo, & propterea conclusionem procedere, defendit Aret. te super actu momentaneo procedere, defendit Aret. vide *in d.cap. cum causa, il 2.nu.9. vers. quod intelligunt, iuncto nu.10. vbi etiam refert contrarium, extra, de testib.*

LIMITA III. Dummodo † testis superuenientis no- 363
uæ scientiæ probabilem causam alleget, aliter secus, Gabriel. *lib.7. d. concl.29. n.35. post Aretin. & Barbat. quos allegat*, Bertaz. *d. concl.359. nu.10. in fin. libr.2.*

LIMITA IV. Conclusionẽ † non procedere, quan- 364
do testis in prima depositione, in qua asserit se nescire, dixerit etiam se fuisse præsentem in illo actu, de quo nihil scire affirmat. Tunc enim non potest ex interuallo dicere se scire, & si hoc dixerit, dicitur varius & contrarius, & nihil probat, sicut post Aret. & Lofred. quos allegat, scripsit idem Gabr. *d. concl.29. n.34.* Vbi propter ea dixit, conclusionem procedere in teste, qui dicat, se nescire de eo, de quo potuit ab aliis informari: secus de eo, quod ipse testis potuit videre, & non videre.

QVÆRO XIII. Testis † primo dixit, *se hoc tantum* 365
scire, vel hoc tantum verum esse. Postea aliquid aliud addit, illudque etiam verum esse asserit, an isto casu testis dicatur sibi varius, & contrarius? an vero probet? Dic, quod non probat, sed reputatur varius & contrarius, vt per Tind. *in tract. de testibus, libr.1.cap.8.num.3. in fin. & numer.4. in princ. & nu.8. in fin. Capra cons.75. num.4. Foller. in pract. criminal. in vers. capiat informationem, num.60. in fine, Boss. in tit. de publicat. proces. num.35.* Vbi præsertim, quando testis loquutus fuit cum parte, Gabr. *l.b.7. conclus.29. num.37.* Vbi etiam, quando testis primo dixerit, *se hoc tantum scire, & non plus.* Aret. *cons.83. colum. penult. ad med.* Vbi idem, si testis dixisset, *se hoc scire videlicet*. Quia illa dictio, *videlicet*, isto casu stat restrictiue, & limitatiue, sicut dictio, *tantum*, Petra *in tract. de fideicomm. qu.12. num. 986. iuncto num.98.* Vbi † declarat, hanc conclusionem 366
non procedere, quando testis dixisset, *hoc esse quantum ipse scit*, quia tunc illa dictio, *quantum*, non stat taxatiuè, ex Alexan. *in consil.190. nu.9. vol.7. & aliis modis concordatur, vt ibi per Petram d.nu.980.*

QVÆRO XIV. Testis † examinatus in Palatio 367
Potestatis, dicit aliquid factum *in Palatio Episcopi*: deinde dicit illud idem factum *in hoc Palatio*. Nunquid iste testis possit aliquo modo saluari à contrarietate? Dic, quod

quod sic referendo illud verbum, *hoc*, ad oculum intellectus, ita quod testis voluerit intelligere, dum dixit, *in hoc Palatio*, non de Palatio Potestatis, sed de Palatio Episcopi, de quo antea deposuerat, secundum Bar. *in l.1. in prin. per illum text. n.3. ff. de iuris. nou. nun.* Tindar. *de testib. par.3. c.7. n.6.* Crot. *de testib. part.7. post nu.327.* Nell. *de testib. n.185.* vbi quod isto modo fit concordia in vno teste, sed non in pluribus. Roman. *cons.391. n.6.* Hipp. Rimin. *cons.344. n.*
* *6.& seq.* vbi alios relatis testatur de communi, * Monticell. *in repert. test. rub. contrarij testes an & quando fidem faciant, fol.* 215 *col.1. ver.3.*

368 QVÆRO XV. Testis † in principio sui examinis dixit maleficium puta fuisse commissum, *præsente Titio & Seio*. Deinde interrogatus, qui fuerint præsentes, si dicat, *quod nullus fuit præsens*. Nunquid iste testis possit aliquo modo saluari à contrarietate? dic, quod sic, quia illa verba, *quod nullus fuit præsens*, intelliguntur, & interpretantur, exceptis prædictis Titio & Seio, Alber. *in l. non solum, §. dato. ff. de iureiur.* Alex. *cons.185. n.4 in fin. lib.7. & cons.130. n.5. ff eodem lib.7.* Grammat *cons.13. nu.1.* Marsil. *sing.571.* Hipp. Rim. *cons.344. n.18. lib.3.* Montic. *in repert. test. rub. contrarij testis, an, & quando fidem faciant. fol.214. col.2. ver. fin. & fol.215. col.1. ver.1 & 2.* Caputaq. *decis.370. n.8. part.3.*

369 Possem † hic amice lector, plures alios casus in medium afferre, quibus testis sibi prima facie varius & cõtrarius cõcordatur, sed ne longius hæc materia me trahat, putaui te remittere ad Abb. *in c. cum tu, n.3. in fine, vers. quando, per receptionem, extra de testibus*, Tindar. *in tract. de testibus, par.3. c.7. n.5. & seqq. omnibus*, Crot. *de testibus, par.7. n 329.& seq.& n.338. ver. primo igitur*, Lanfran. *de testib. nu. 27 vbi plus dixit, & ibi in addit litera T, in verbo esse*, Petra *de fideicom qu.12. n.962.970.974.978.988.990.993.995. 1000. & sequentibus vsq; ad n.1005.1007. & duobus sequent. & nu.1345.*

370 Et si rursus habere voluerit † alios casus, in quibus testes varius & contrarius nullo pacto concordãtur, adeas eundem Petram, vbi ẽ *nu.968.975.983 985.987.991. & 1346.* LAVS DEO. Absoluta hæc Quæstio die XXIX. Ianuarij. M. D. XCIII.

ARGVMENTVM.

Testis falsi de testatio, & pœna.

SVMMARIVM.

Testis falsi detestatio, n.1.

Testes falsi ex lege duodecim tabularum ex Saxo Tarpeio præcipitabantur, n.2.

Testis falsus de iure communi deportationis pœna cum publicatione bonorum punitur, si homo liber sit, si vero seruus, vltimo supplicio afficitur, si vero liber sit, sed plebeius, damnaretur in metallum. n.3.& 4.

Testis falsus vltra pœnam criminalẽ tenetur ciuiliter actione in factum ad damna, & interesse, n.5. Declara hoc procedere in foro contentioso, secus si in foro conscientiæ, n.6.

Testis falsus si clericus sit, punitur, vt in n.7.

Testes falsi de iure Canonico, quomodo puniantur, n.8.

Testis falsus in causa criminali punitur eadem pœna, qua puniendus erat is contra quem falsum deposuit, n.9. Declara, dummodo causa sit capitalis, secus si non capitalis, n.10. Sed contra declarationem, n.11.

Testis falsus nobilis, si deposuit contra vilem personam, quomodo puniatur n.12.

Testis falsus in causa hæresis, quomodo puniatur, n.13.

Testis falsus in causa capitali, puta homicidij, capitis pœna punitur, nu.14.

Sed quid si non fuit secuta mors illius, cõtra quem testis falsum deposuit? Dic quod non imponitur pœna mortis, sed mitior, n 15. & n.17. licet aliqui contra. n. 6.

Testis falsus in causa capitali ad relegationem, non punitur pœna mortis, sed alia mitiori iudicis arbitrio, n.18.

Testis falsi pœna hodie est arbitraria, ex quo deportationis pœna recessit ab aula, n.20. Præterquam in casu, in quo quis ex falso testimonio fuerit morti traditus. Nam tunc eadem pœna mortis falsò testi imponitur, n.21.

Testis falsus nõ redditur infamis, n.22. Limita 1. vt hoc procedat, quando punitur à iudice ciuili, coram quo falsum deposuit, secus si a iudice criminali, n.23. Limita 2 quia licet non sit infamis infamia iuris est tamen infamis infamia facti, nu.24.

Limita 3. quia de iure canonico semper falsus testis est infamis, num.25.

QVÆSTIO LXVII. §. I.

OPPONITVR XX. Contra † testem, quod est falsus. Sed quam detestabile sit falsi testis crimen ex eo potissimum dignoscitur, quod DEO, iudici & hominibus obnoxius est, triplicemq; facit deformitatem periurij nempe, iniustitiæ & mendacij, nullum autem crimen dicunt communiter * Dd. Reipubl. magis *
permitiosum esse, quam crimen falsi, per illud enim furta clandestina committuntur: miseri domini rerum enormiter spoliantur: insontes & innocentes indebite puniuntur, & quandoque etiam vita priuantur, falsi testes peiores sunt furibus, latronibus, & abigeis. Lingua falsa & dolosa, omni ferro nocentior est, cum non minus occidat hominem, qui falso testimonio innocentẽ opprimit, quam qui ferro necat, prout hæc & similia, in tanti criminis detestationem poterit vnusquisque bene comprehendere ex text. Vbi notant * omnes, *in c.1 de crimin falsi, Spec. in tit de teste, §.1.n.44. Iacob Ægid. in tract. de testib. n.1. Iodoc. in pract. crim, c.21. rub. de falsitate in verbu, n.7. Moncad. ad Crot. in tract. de testib. part.9 nu.379. S. Th. in 2. quæst.70. artic.4. Simanc. de cathol. inst. tit.64. nu.84. vbi eorum at, Clar. in pract. §. fin. qu.35. ver. sequentissime autem, Pegna in direct. inquis. par.3. ad quæst.72. comment.112. fol.675. col.1. ver. ad primum, Hier. Magon. decis. Lucen. 43. n.1. & seq. Ludo. Peguer. dec.19. n.1. & seqq.* Stante igitur grauitate delicti, & grauem pœnam omnino imponendo, necessario sequitur, quæ autem sit talis pœna mox audies.

REGVLA Sit, quod † licet olim ex lege XII. Tabula- 2
rum falsi testes ex Saxo Tarpejo, quod mirę altitudinis erat, præcipitari vltimo afficiebantur supplicio, auctore Aulo Gellio *lib.20 noctiũ* c.1. prout illum sic in proposito referunt Tiraquel. *de pœnis, cau.31.n.24. Simanc. de cathol. instit tit.64. rub. de testibus, n.87. Ioseph. Ludou. decis. Lucen. 15. n.17.* Quia tamen nostris Iurisconsultis talem pœnam tanquam nimis rigidam & crudelem improbasse placuit, *vt in l. si diutino in fine, ff. de pœnis.* Hoc ideo 3
eius loco in falsum testem deportationis pœnam cum publicatione bonorum, si liber homo sit, si vero seruus, vltimi supplicij merito irrogauit, tex. ad literam, *in l.1. in princip. iuncto §. final. ff. ad legem Cornel. de falsi.* per quem tex. sic etiam expresse scripserunt Ang. de Perus. *in addit. circa materiam testium, post num.15.* Nell. *in tract. de testibus, num.233. in princ.* Moncad. *ad Crot. part.9. num.480. versiculo secundo vero casu*, Marsil. *in dict leg.1. in princip. versic. ex hoc text. nota*, Abb. *in cap.1. numero 6. ver. & cum agitur criminaliter, de crim. falsi*, Ioan. Sicar. *in l. nullum, num.12. vers. deportatur enim falsus testis, C. de testibus*, Simanc. *vbi supra d. tit.94. nu.84.* Marian. *in d.c. nu.109. in fine vers. si vero loquamur.* Vbi etiam quod si falsus testis sit liber homo, sed 4
plebeius, damnatur in metallum, *per l. si quis aliquod, §. qui vim. ff. de pœnis.*

AMPLIA I. Hanc regulam, † vt adhuc teneatur is- 5
te falsus testis ciuiliter actione in factum ad damna, & interesse propter eis falsam depositionem, vt per Anan. *in capit.1. num 1. versiculo, nota, quod in crimine falsi, & ibi etiam Abb. nu.6. vers. primo casu*, Ancharan. *n.1. in 2. nota, & nu.12.* Butr. *nu.5 & n 8.* Maria. *n 109. vers. si ciuiliter, de cr. m. falsi.* Castren. *in l presbyteri, nu.3. C. de episc. & cler.* Iaso *in l.*

scriptione,n.8.C.si contrarius,vel vtilit.publ.Tyndar.de testibus, Par.1.c.9.n.6.& seqq. Vbi ampliat etiã in tacente veritatem, Ang.de Perul. *in addit.circa mater.test.n.15.* Monca.*ad Crot.de testibus,par.9 n.379.ad finem ver.notabis tamen.* Boss *tit.de falsis,n.149.* Corset.*sing.verbo testis,23.* Plot.*de in litem iur.cod.q.42.nu.14.* Vbi etiam,quod pro istis damnis passis, defertur damnum passo juramentum in litem, Simanc. *de cathol.instit.tit.64.rub.de testibus,n 85.* Viu.*in communi opin ver testis falsum testimonium deponens,ver.& in tãtum prædicta vera sunt.* C'ar.*in §.falsum, post ver.pœna autẽ,lo.* Bapt. Asin *in pract.§ 32 n 43.ampliat.one,* Soarez.*in sua collecta communi.* * *opin.litera T,n.155.* Ex quibus hanc ampliationem non solum esse communiter receptam,sed contradictorem non habere,& passim seruatam,sine dubio dicere possumus.

6 LIMITA Hanc † ampliationem procedere in foro contentioso,secus autem in foro conscientię in quo testis falsus,licet teneatur de falso testimonio,non tamen tenetur de damno ex illo subsequente. Sic n. post Vinc. *de testib.* Corset.*in locis per eum relatis tenet* Clar. *in §.falsum,ver.pœna autem,in fin.* vbi hoc notandum dicit, cum de facili quis responderet contrarium.

7 AMPLIA II Etiam † in clericis, quos pro falso testimonio puniri bene probat tex.*in authent.præsbyteri,* C. *de episcop.& cleric.* Vbi sic dicitur: *Præsbyteri seu Diaconi,si falsum testimonium perhibuisse conuincantur, si quidem in causa pecuniaria, diuino Ministerio dumtaxat per tres annos separati. Monasterio, verberibus tradantur, sed si in criminali, clerali honore priuati legitimis pœnis afficiendi sunt, ceteri vero clerici communi iure officio ecclesiastico depulsi, sine delectu cause verberib. coerceantur.* Quæ quidem authent. est canonizata.*in c.3.§.præsbyteri 5.q 6.& ad idem videas tex.in c.si episcopus,50 distin.* vbi dicitur, *Si Episcopus, Presbyter aut Diaconus capitale crimen cõmiserit, aut chartam falsauerit, aut falsum testimonium dixerit, ab officij honore depositus in Monasterium redigatur, & ibi q̃ diu vixerit laicam rãtummodo communionem accipiat.* Verum de horum iurium intellectu & alia ad materiam pœnæ clericorum falsa deponentiũ vltra Doctores in dictis iuribus, adeas Alb. & Salyc. *in l. presbyteri, C.de episcop.& cleric. Abb.in c.1.n.10.& ibi etiã Maran.Socin.n.110.& seqq.* & Henric. Boyc.*n.5 seq. de crim.falsi,* Mon.*ad ad Crot.de testibus par 9.n.379. vers.dico ergo,* Foller. *in pract. crimin. canon. cap.33. num.36.* Clar. *in practic. §. falsum, verficul.pœna autem,* Joseph. Ludouic. *decision.Lucen.15. num 11.*

8 AMPLIA III. Quia † sicut falsus testis trib. personis obnoxius est,nempe DEO,judici,& hominibus,*c.1. de crim.falsi.* Ita pariter dixit gl. *in d.c.1.in verbo,ledit,* canones triplici pœna illũ afficiendũ esse statuerunt. Primò, ex quo DEVM offendit pro periurio,ieiunium in pane, & aqua quadraginta dierum, & septennij pœnitentia sibi iniungitur,*c.quicunq;,& ibi gloss.in verbo sine 6.quæst.1.* Secundò quia judicem delusit, infamia notabitur, *cap.si quis conuictus.2.2.q.5.* Tertiò quia proximũ lædit, punitur iuxta modum læsionis, *arg. tex. in c. nihilominus 3.q.9.* Hoc est, quod tenebitur alia quacunq; pœna a jure Canonum irrogata pro falso testimonio, quæ est ea, de qua *in anteced.n.5.* sic enim post alios antiquiores hanc materiam bene declarat Ludou.Peguer. *dec.19 n.3.& 4.* Sed an testis falsus sit infamis, nec ne, dicam generaliter inf. *n.22.& seqq.*

9 AMPLIA IV. Vt † multo magis puniatur testis in causa criminali, in qua si falsum dixerit ipsum fore plectendum eadem pœna, qua veniebat puniendus reus, contra quem deposuit, & sic pœna talionis, scripserunt Anan.*in c.1.n.8.in fine, & ibi etiam But.n.6 ver.melius facit, de crim.falsi,* Ias.*in l.& si legibus,ad finem,* C. *si contra ius vel vtilit.publ.* Mars.*in l.1.in princ.ff. de falsis,* Tyndar.*de testib.part. 2.c.9.n.5.* Nell *de testibus,n.231.in prin.& n 231.& n.232.ver. testu falsus,* Ant. Gom.*ad l.Tauri 83.n.7.* vbi aliis relatis benę hanc ampliationem comprobat, illamq; communiter * teneri per Dd. *in l. præterea.ff. de ficar. affirmat* Simanc. * *de cathol.instit tit.64.rub.de testibus,n.86 & nu.156.* vbi alijs relatis testatur de communi * opinione, Olasc. *dec. Perelatis* testatur de communi * opinione, Olasc. *dec. Pelonen.19.n.1.* Montu. *in repertor. test. rub. testu falsi pœna, folio 306.colum.1.ver.2.& reg.crim.15. num.151.& 156.* Claud. *ad Bertaz. consil.72.litera A,ver.ratio est,lib.1.* Pegna *in decreto inquis.part.3 ad quæst.73.comment.122.fol.975.ver.sed in contrarium.*

Et licet † secundum opinionem Salyc. *in l.2.C. de reb.* 10 *cred.quam sequitur* Boss. *in tit. de falsis,n.169.* verius quibusdam forsan videri possit, quod hęc talionis pœna habeadam forsan videri possit, quod hęc talionis pœna habeat locum solum, quando testis falsum deposuit in causa capitali, vt dicam j̃ *n.14.* Secùs verò in causa non capitali, in qua iste falsus testis non eadem pœna, sed pœna falsi puniendus sit, quæ vt dixi supra in regula, est pœna deportationis, cum publicatione bonorum, vel potius arbitraria, prout pariter dixi infra *num* . . . . . Nec ab hac Salyc. opinione dissentit Marsil. *in l.1.§. præterea, ad fin num.35.ver.venio igitur post gloss.in verbo, publico iudicio, ff. de ficar.*

Ego tamen in occurrenti † casu nunquam à commu- 11 ni prædicta ampliatione discederem, & quod plus est. dico, quod etiam admissa opinione istorum volentium, pœnam falsi testis in causa non capitali esse pœnam talionis, & sic arbitrariam, nescio quam magis condignã pœnam possit judex huic testi arbitrari, quam istam quam punitus fuit pauper, & innocens reus, & hoc ideo dico, *quia punitus fuit.* Quia nisi sequatur punitio, non eadem pœna, sed minor propter effectum non sequutum per judicem arbitranda erit, per ea, quæ infra dixi, *numer.15.* & istam esse puram & meram veritatem omnino existimo.

Sed † quid si falsus testis sit nobilis, accusatus vero vi- 12 lis persona? An iste testis nobilis puniri debeat eadem pœna, qua erat puniendus reus vilis? Vide Moncad. ad Crot. de testibus. *par.9.n.380.post medium, vers. sed nunquid in istis terminis* vbi pro & contra, & demum cogitandum relinquit.

AMPLIA V. In causa † hæresis, in qua si testis falsum 13 dixerit, & acriter puniendũ tradunt Iacob. de Aret. Cyn. & Albertin. Bald. & Ang. *in l.fin. C. de accusationibus.* Sed quænam sit huius falsi testis pœna, quando habeat locum, & generaliter de materia, placuit pro nunc lectorem remittere ad Socin. *in consilio 103.& 104. lib. prim.* Diaz *in pract. criminal. capitul.87.* Anton. Gomez. *ad leg Tauri, 83.numero 8.* Simanc. *de catholic. institut. tit.64.rub. de testibus, numero 89.& omnibus sequentibus,* Ioan. Royas *in tractat. de hæret part.2.assert.8.num.156.& sequentibus.* Zanchin. *de hæret. capitul.14. numer.1.& ibi* Campeg. *in addition. litera A,* Nicol. Eymeric. *in direct. inquisit. lib.3. sub num.12. modo terminan. proceff. rubr. de forma puniendi, ac condemnandi falsos testes. fol. mihi 562.& d. lib.3. quæst. 73 rubr. an inquisitor valeat torquere testes, &c. nu. . . & sequentibus, & ibi latissime* Pegna *comment.122. per totum in discursu, folio 673.& seqq.* Claud. *ad Bertazzol consil.72. in addit. litera A, & litera B, lib.1.*

AMPLIA VI. Vt † multo magis puniatur testis, qui 14 falsum deposuit in causa capitali, puta homicidij, nam & is capitali pœna, & tanquam homicida puniendus est, vt bene probat tex. *in l. §. præterea ff. de ficar.* in illis verbis; *Quive falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur,* facit tex. *in c. fatis hanc in fi.33.q.5.* ibi, *in aliis autem causis, cum qui testimonio falso cuiquam nocuerit, quod si probaretur, iussit occidi, eadem plecti iubemus pœna, qua fuerat, si verum esset, testis plectendus.* Et per ista iura hanc ampliationem fir marunt Anan. *in* Et per ista iura hanc ampliationem firmarunt Anan. *in c.1.numero 8. de crim.falsi.* Marsil. *in d.l.1 §. præterea, nu.8. de crim.falsi.* Nell *de testibus,n.231.in prin.& n 231.& n.232.ver. testu falsus,* Ant Gom. *ad l.Tauri 83.n.7.* vbi aliis relatis idem

idem etiam in tacentem veritatem, Nell. *in tract. de testib. n.232.ver.testis falsus in causa homicidij,* Moncad. *ad Crot. de testibus,par.9.post n.380.& post ver.secundo vero casu,* Boss. *in tit. de oppos.cont.test.n.140.& in tit.de falsis, n.138.* Iodoc. *in pract. crim.c.21.rub.de falsitate, in verbis,nu.5.* Corset. *sing.verbo,testis, 12. incip. falsus testis in causa homicidij,* Corrad. *in pract.rub.de falsariis,nu.28.fol.398.* Duen. *reg.27.in fin.vers.quod tamen in testibus non habet locum,* Simanc. *de cathol. institut.tit.64.rub.de testib.n.156.& seq.* vbi ex Soc. Couarr. & alijs, quos allegat, testatur de communi * opinione, Clar. *in pract.§. falsum,vers.testis qui falsum, in prin.* Montic. *in reper.test.rub testis falsi pœna,fol.306.col.1.ver.fin.* Ant. Gomez. *ad l.Tauri 83.* vbi * alijs relatis testatur etiam de * communi Pegna *in direct. inquisit.part.3. ad quæst.73.commentar.122.fol.675.ver.sed in contrarium.* Ludou. Peguer. *decis.19. nu.5.& omnib. seqq.* vbi hanc ampliationem tam legę diuina, quam humana sancitam pluribus Doctorum auctoritatibus latissime comprobat.

15 LIMITA I. Hanc sextam † ampliationem, vt tunc de- num, pcedat, quando ex falsa depositione reus mortditus fuit, aliter secus, nam tunc mitior pœna judices arbitrio imponenda est, sic n. sentire videntur Abb. *in c.1.n.6.* Ias. *ibi sequutio,* Anchar. *ibidem, ver.si autem, in causa criminali,* Bart. *n.8. in fin. vers. si autem in causa criminali contra decem n. vers.* dum dicunt, isto casu esse pœnam talionis, quando exsequutio retractari non potest, ergo contrariũ, quãdo exsecutio est retractabilis, & sic multo magis, quando exsequutio non est facta, quod & idẽ videtur etiam de mente Iodoc. *in pract. crimin. c.21.d.n 5.* vbi pariter videtur requirere cõdemnationem ad mortem. Sed hanc limitationem bene defendit Olasc. *decis. Pelonen.19.n.2.ver.in contrarium vero,* vbi quod ita alias apud eum seruatum fuit in causa fisci, & Petri de Airali, qui propterea fuit condemnatus, non in pœnam mortis, sed in amputationem manus cum publicatione bonorum, iuxta formam decreti Ducalis, licet in causa vxoricidij falsum deposuerit: ea præsertim motus ratione, quia hodie de generali consuetudine affectus, non sequuto effectu, non punitur eadem pœna, late etiam hanc limitationem defendit Ioseph. Lud *decis. Lucen 15 n.19 & seqq.* vbi in specie contra Clar. in loco n. ex eadem.

16 Et licet contrarium quod testis falsus in causa capitali pœna mortis afficiendus sit, etiam quod in reo, contra quem deposuit, mors non sequatur, post Archid. & Felyn. pluribus comprobet Moncad. ad Crot. *de test.b. part.9.nu.380. ante med. ver.& audi, tuncto ver. eo vero teneo, quod & idem expresse tenuerunt Marian. in c.1.n.109.ver. si vero crim. ndum, de crim. falsi,* Boss. *in tit. de oppo. contra test.n.140.* Ant. Gom. *ad l. Tauri 83.n.7. ver. dubium tamen erat, iuncto n.9.* vbi quod ista opinio videtur iusta & tenenda, & ita apud eum seruatum fuit in teste falso in causa adulterij, per quo illo iure pœna mortis imponebatur, Simanc. *de cathol. instit. tit.64.rub. de testib.n.160.ver. quæ pœna locum habet,* Clar. *in pract. §. falsum. ver. testis qui falsum, in princ.* vbi, quod licet senatus mitius agendo quandoq; hos falsos testes ad triremes transmiserit, & quandoq; etiam fustigauerit, aliquando tamen quendam Cerrutum, & alium testem, qui falsum deposuerant in causa capitali, furcis fatsoendi iussit, Vasil. ad Affl. *decis.230. nu.4. ex Guido Papæ quæst. 444. & in cons.89* Et ita etiam fuisse furca tuspensos duos fratres, qui in causa criminis læsæ maiestatis falsum perhibuerant testimonium, ex Regio criminali Catalonię consilio testatur Ludou. Peguer. *decis. 19 n.6.* § *quem etiam refert Baiard. ad Clar. in pract. § falsum, num.51.*

17 Ego † tamen in occurrenti casu non recederem à proposita limitatione, tum quia æquior, tum quia apud nos magis seruata, tum etiam quia (ni fallor) & vetior est vt bene adnotauit Olasc. *in d. decis. Pedem.19.* & ego [illegible] loco explicabo, quidq̃d sit de iure, hodie de consuetudine nunquam punitur affectus eadem pœna, nisi sequuto effectu. & propterea Maria. Soc. *in d.c.1.n.109. ver. si tamen ex forma statuti, extra de crim falsi.* hanc limitationem maxime sequitur, quando vigore statuti homicidium non punitur pœna mortis, non sequuto effectu, sed vt dixi hodie generalis consuetudo operatur idem, quod statutum.

LIMITA II. Eandem † extam ampliationem nõ pro- 18 cedere, quando testis deposuisset falsum in causa capitali, non ad offensionẽ, sed ad defensionem rei. Tunc enim non eadem pœna, sed mitior de pecunia tantum iudicis arbitrio imponenda est, licet n. ¶ nullo vnquam prætermittendum sit, *c. si quis ad te, & c. ne quis, 22.q.2.* & licet ex prima facie videatur magis puniendus is, qui falsum deponit contra fiscum, & rempublicam, vt instit. non exsequatur, q̃ qui contra priuatũ, ad tex. *in auth. nullo magis. C. de sacrosan. eccles.* verius tamen est, magnam differentiam inter fiscũ & priuatum. Quia si rectus dicat falsum contra fiscum, nihil autem fisco retribuet: sed si falsum dicit contra reũ, aufert sibi vitam, & hinc est, quod rex. *in d.l.1.§ præterea, ff. de ficar.* vult testem falsum teneri ex lege in casu, *quo quis publico iudicio damnaretur.* Ergo secus vbi talis condemnatio non sequatur, sic nempe hanc limitationem comprobat Mars. *in d.§. præterea n 6 vbi Felin. cons 55 lib.1. Gramm. vot 5.* Monc. *ad ad Crot. de test.lib. par.9 n 382. ver. contrarium tamen, tuncto ver. Or ando, § ad ver. aduerte.* vbi pluribus eam limitationem cõfirmat, & veram dicit, & *n.383.in fine,* vbi hanc opinionẽ sequendam arbitratur, licet contraria in via disputatiua possit sustineri, vt mox eam referam, affirmat Boss. *in tit. de falsis post n 138.* Foller. *in pract. crim. in ver. item quod commisit falsitatem. n.7.* Corrad. *in pract. rub. de falsariis, n.28. ver. non tamen idem fol 398. col.2.* Clar. *in pract. § falsum, ver. testis qui falsum,* ibi, *Si vero deponat ad defensam, &c.* Vbi propterea, quod potest iste falsus testis ad triremes ad tempus damnari, prout alias iudicauit Curia Neap. teste Gram. *d. vot 5 Asantur. reg crim 15. n.151. & in reper. test. rub. testis falsi pœna fol.306. col.2. ver 4.* Bertazz. *cons.246. nn.12.& cons. 278 nu.* Ex quibus hanc limitationem * communiter re- * cepta esse apparet. Quamuis † in via disputatiua multi in contrarium deducantur, vt per Moncad. ad Crot. vbi supra, *num.382. in princip. iuncto ver. si. aduerte, &c. & num 383.* 19

LIMITA I. Propositam † regulam, in qua dixi gene- 20 raliter pœnam falsi testis esse pœnam deportationis cum publicatione bonorũ. quod ex quo hodie talis deportatio recessit ab aula: ideo etia hodie apud nos practicatur, quod falsi testes arbitrio iudicis, iuxta facti, & personarum qualitatem puniuntur. Quandoq; enim, quando in tali causa pecuniaria deposuerit exilij pœna, aut pecuniaria plectuntur, quandoq; etiam, si causa, in qua deposuerunt, vel ciuilis, vel criminalis grauior fit, aut fustigantur, aut ad triremes transmittuntur. Quę quidem practica bene comprobatur, ex tradit. per Ant. de But. *in c.1.n 8 ver. & puniatur etiam criminaliter, extra de crim falsi,* Clar. *in d.§ falsum, ver. testis qui falsum. post prin ibi, sed quia hodie, &c.* Montic. *reg.15 n.150. & in reper. testium, rub. testis falsi pœna fol 306 col.2. ver.2.* Olasc. *decis. Pedemon.19. in fin. ver. his accedit* Joseph. Ludou. *decis. Lucen.15.n.16.* Qui omnes aperte dicunt, quod pœna falsi testis hodie est arbitraria & ita etiam tu teneas illã arbitrariam esse. Præterquam † in casu, in quo ex falsa depositione, is contra 21 quem fuit falsitas commissa, fuerit morti traditus, nam tunc falsum testem, qui morti causam dedit, & morti tradendum esse, dubitandum non est, per ea, quæ potui supra *in 6 ampliation. n 14.*

LIMITA III. Eandem † regulam quia testis falsus licet 22 alias parcatur pœnas de quib. supra, non [illegible] in [illegible] vt per Alb. de Malet [illegible]

affert rationes *in tract. de testibus, c. 3. n. 26. nec dissentit Mar. Soc. in c. 1. n. 112. de crim. falsi.*

23 SVBLIMITA Hanc† secundam limitationem tribus modis.

Primò, vt procedat, quando testis punitur officio iudicis sine accusatore, propter eiusdem judicis solũ contemtum pœna extraordinaria, prout contingit, quando punitur à judice ciuili, coram quo falsum deposuit, de quo dicam ℸ *n. 26. & seqq.* vel etiam quando falsitas testis cessat detecta per viam exceptionis coram eodẽ judice. Tunc n. talis testis non est infamis; secus si puniatur pœna legis Corneliæ de falsis, secundum Bal. *in l. nullum, n. 9. C. de testib. Montic. in reper. test. rub. testis falsus an & quando efficiatur infamis, fol. 308. col. 1. ver. 2. & 4.*

24 Secundò † quia licet is testis non sit infamis infamia iuris, est tamen infamis infamia facti, secundum Maria. Soc. *in c. 1. n. 111. & seq. de crim. falsi.*

25 Tertò † quicquid sit de iure ciuili, de iure canonico testis falsus est etiam infamis, *c. si quis conuictus*, ibi, *& secũdum legem infamia notabuntur, 2. 2. qu. 5. Host. in d. c. 1. n. 4. ad fin. & n. 5. & ibi etiam But. n. 6. versatem punitur quantũ ad iudicem, Maria. nu. 110. vers. alibi dicit tex. Henr. Boyc. post n. 6. de crim. falsi. Alb. de Malet. de testib. par. 3 post d. nu. 26. ver. Butrius tamen. Lud. Peguer. dec. 19. n. 4. ad finem.*

Hactenus de pœna falsi testis, videamus modo de judice.

ARGVMENTVM.

Testis falsus à quo iudice puniri possit.

SVMMARIA.

Testis falsus potest puniri ab eo iudice, coram quo falsum deposuit, etiam quod idem iudex sit ciuilis, & non criminalis, n. 26. & 28. licet alij contra, n. 27.

Testis falsus potest puniri ab eodem iudice, coram quo falsum deposuit, sine etiam ab alio, tam durante causa, in qua deposuit, quam ea finita, n. 29. & 30.

Testis laicus falsum deponens coram iudice ecclesiastico potest puniri, & à iudice laico, & à iudice ecclesiastico, nu. 31. & sequ. Sed an per pœnam impositam a iudice laico, prohibeatur iudex ecclesiasticus imponere suam pœnam canonicam, dicto num. 32.

Testis vigore remissoriarum examinatus, an extra territorium remittentis, qui falsum deposuit, possit puniri à iudice loci, in quo fuit examinatus, an vero à iudice qui remissorias concessit, n. 33. & seq.

Testis qui falsum deposuit coram iudice ciuili non habente merũ & mixtum imperium, potest ab eo puniri pœna extraordinaria, non autem ordinaria. n. 38. & seq. Vbi tamen quod principe consulto, potest etiam imponi pœna ordinaria.

Testis qui falsum deposuit in causa hæresis, an possit puniri à iudice inquisitore, vel ab aliquo iudice, n. 37.

Testis falsus extraordinarie punitus à iudice ciuili, potest adhuc ordinaria pœna puniri à iudice criminali, n. 40. Quamuis aly contra, n. 41.

Testis falsus tunc demum potest puniri à iudice ciuili, coram quo falsum deposuit, quando de falsitate constat notorie, & manifeste, absq; eo quod formetur alius processus, aliter secus, n. 42. & 43. vbi propterea quod iudex ciuilis non potest procedere contra prætensos subornatores.

Testis qui falsum deposuit coram arbitro, non potest ab eo puniri, etiam pœna extraordinaria, n. 44. & 45. Vbi quod hoc fallit in arbitris ex necessitate iuris, aut statutorum electis.

Testis qui falsum deposuit coram iudice delegato, non potest ab eo puniri, num. 46. & seq. Limita 1. vt conclusio procedat, quoad pœnam ordinariam, secus quoad extraordinariam, num 48. & seqq. Vbi declaratur hæc limitatio. Limita 2. vt prima conclusio procedat in delegato inferioris, secus in delegato principis, nn. 51. & seqq. Vbi declaratur hæc secunda limitatio.

Testis clericus qui falsum deposuit coram iudice seculari, non potest ab eo puniri, nu. 54. & 56. licet aliqui distinguendo aliter dixerint, vt n. 55. Declara, vt n. 57.

QVÆSTIO LXVII. §. II

REGVLA Sit, † quod testis, qui falsum perhibuit testimonium, potest punire ab eo judice, coram quo falsum deposuit, etiam quod is iudex sit tantummodo causarum ciuilium cognitor, vel alias incompetens: sic enim probat text. *in l. nullum, C. de testib.* præsertim in fine legis, in illis verbis, *Data cunctis iudicibus absque vllo præscriptionis obstaculo, sic in testes, quorum voces falsitate culpaue non carere prospexerint, pro qualitate videlicet delicti, animaduertendi licentia.* Et per istum text. Specul. *in tit. de teste, §. 1 post nu. 44. vers. ideoq;* dixit cuilibet iudici ordinario datam esse facultatem puniendi falsum testem, *Bart. in l. si quis oppresserit in fine, ff. de falsis*, vbi quod quando in actu judicario fit aliquod dictum coram judice, vel à parte, vel à notario, vel teste, vel ab aduocato: Tunc judex ille potest delinquentem punire, ℸ *Rom. in l mulier, ff. ad l. Iul. matr. Couar. pract. q. c. 18. n. 8.* vbi quod is judex, qui nullam in testem jurisdictionem alioqui habet, adhuc in testem falsum punitione vti poterit, per tex. *in d. l. nullum, C. de testib. Rolan. cons. 12 n. 1. & seq lib. 2.* vbi pariter dixit, quod testis falsarius ratione falsæ depositionis, efficitur de foro illius judicis, coram quo falsum deposuit, etiam quod sit judex causarum ciuilium, & ego alias dixi, *in l. lib. tit. de inquis. q. 1. n. 57. & seqq.* quod quando causa criminalis est incidens ad ciuilem, tunc potest de ea cognoscere etiã judex ciuilis *per l. quoties, C. de iudiciis, & tradit Boss. in tit. de iudic. n. 121.* Et propterea hunc falsum testem posse etiam à judice ciuili puniri, ex Vantio, *in tit. de nullitate ex defect. iurisd. ordin. nu. 48. & alijs per me relatu*, dixi, *ind. q. n. 59.*

Et † licet contra hanc regulam, quoad judicem ciuilem, quod scil. is nõ possit punire testem coram ipso falsum deponentem: sed quod illum debeat remittere puniendum judici ordinario, videatur facere tex. *in l. diuus, la 2. in fine, & ibi Bar. ff. de falsis, & ab opinione Bar. in l. Diuus, in pract. non esse recedendum, dixerit Mars. in l. 1. §. præterea, nu. 17. ff. de sicar. quod & idem affirmasse videntur, Anan. in c. 1. ver. sed aduerte, & ibi etiam Anchar. n. 9. Bur. n. 6. post medium, ver. in contrarium videtur, de crim. falsi. Ang. de Malef. in verbo, falsario, nu. 36. Conrad. in pract. rub. de falsariis, nu. 37. fol. 401. col. 1.*

Non † per hoc tamen vllo pacto recedas à proposita regula, tum quia magis communiter * à Dd. recipitur: * Tum etiam quia verior est, adiectis tamen limitationibus & declarationibus, de quibus infra.

¶ Is testis falsus puniretur à judice ciuili, non tamen punitiue, quoad judicẽ criminalẽ, cum isto casu inter ambos iudices, locum habebit præuentio. *secundum quos Bar. & Mar. Soc. in locis per eum relatis, probant Dec. in tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 20. n. 9.*

AMPLIA I. Propositam † regulam, vt testis falsus nó solum possit puniri ab eo judice, coram quo falsum deposuit, & pendente illa instantia, sed etiam illa finita potest accusari & puniri ab alio judice ordinario, vt per Boss. qui bene declarat materiam *in tit. de falsis, num. 105.* Imo † etiam durante eadem instantia potest falsus testis accusari coram alio judice ordinario & competenti, præsertim si judex, coram quo deposuit, sit judex ciuilis, vt per eundem Boss. *d. tit. de falsis, n. 196. in prin. & latius n. 107.* Vbi de teste laico, qui falsum deposuit coram judice ecclesiastico, qui adhuc potest excusari coram alio ordinario & criminali judice, & ibi ita alias apud eum Mediolani, & in vrbe ex relatione Episcopi Nouarien. seruatum testatur. Sed de hoc vltimo vide, quæ mox dicam in seq. ampliat.

AMPLIA

31 AMPLIA II. Vt † propterea, si testis laicus falsum deposuerit coram judice Ecclesiastico, potentis punitri non solum à suo competenti judice laico, vt mox dixi ex Boss. *in tit. de falsis. n. 107. & late comprobat Roland. cons. 12. n. 12. & seqq lib. 2.* vbi etiam respondet contrarijs: sed etiam ab ipso judice Ecclesiastico, & sic cum vterq; iudex possit procedere, habebit inter eos locum præuentio, prout alias fuit notatum & resolutum in consilio Re-

32 gio Neapolitano, teste Afflict. *in decis. 219.* (vbi † tamen *num. 4. & 6.* ex Cyn. Bald. Bart. Ioan. Andr. & Abb. in locis per eum allegatis, dixit per pœnam impositam à judice laico non prohiberi Ecclesiasticum judicem imponere suam pœnam Canonicam) Guido Papæ *dec. 278. Aym. consil. 232. quos & alios refert & sequitur Ursil. ad Afflict. d. decis. 219. quem etiam sequitur Couar pract. q. c. 18. num. 8. ver. sed & in hac re, Clar. in pract. §. .... quæst. 38. vers. quæro numquid, & dixi in 1. libr. tit. de inquisitione, quæst 8 num. 27.* Sed quid e contra de clerico deponente falsum coram judice laico, vide infra in sexta limitatione, *numer. 55. & seqq.*

33 AMPLIA III. Etiam in teste, qui puta examinatur Florentiæ vigore literarum remissorialium concessarum à judice Romano: Nam si is testis in loco, vbi examinatus, falsum deponat, potuerit puniri non solum à judice illius loci, in quo falsum deposuit, sed etiam à judice, qui remissorias concessit, etiam quod neutri judici ratione originis, aut domicilij, subiectus sit. Sic enim hanc quæstionem determinatam reperio per Ana. *in cap. 1. num. 17. ver. quærit hic, & ibi etiam Butr. num. 6. versica quo autem puniatur testis, extra de crimin falsi. Salycet. in l. nullum, num 9. versic. quod facit ad quæstionem, & ibi etiam Bald. num 6. & Ioan. Sicard. nu. 13. C. de testibus, Marsil. in l. fin. num. 145 ff. de iurisd. omn. iud. Roland. 12. nu. 4. 5. & 6. & 8 lib. 2 Bertaz. cons. 72. nu. 19. lib prim.* & est communis; * Quamuis † Spec. *in tit. de teste, §. 1. n. 45.* arguat in

34 hac quæstione pro & contra, & deinde subdat, quod quidam dicunt committi arbitrio iudicis inspecta magnitudine causæ, qualitate personarum, & suspicione, & sic re vera nihil firmat, prout aduerterunt Doctores præcitati.

LIMITA præcedentem ampliationem duob. modis.

35 Primò quod † punitus ab vno ex istis iudicibus, nó potest puniri ab alio, vt per Bal. *in d. l. nullum, n. 7. ibi etiam Salyc. n. 10. Io. Sicard. n. 13. C. de testibus.*

36 Secundò † quod quando judex concedens remissoria punit, non pœnam sui statuti, sed loci, in quo falsum deposuit, imponere debet, vt bene per Rolan. *d. cons. 12. n. 7. & 8. lib. 2.*

37 AMPLIA IV. Regulam † ét procedere in causa hæresis, in qua si testis falsum deponat, puniri potest ab ipso inquisitore, etiam quod alias idẽ inquisitor sit incompetens judex, quod quãdo verum sit, qua pœna & de materia lectorem remitto ad Zanchin. *in tract. de haeret. c. 14 n. 1. & ibi Campeg. in addit. litera A, Nicol. Eymeric in Direct. inquisitio. lib. 3. sub 12. modo terminan. process. rub. de firma punendi, & condemnandi falsos testes. fol. mihi 562. & d. lib. 3. quæst. 73. rub. an inquisitor valeat torquere testes, n. 1. & sq. & ibi latissime Nicol. Pegna. comment. 122 per totum in discursu, fol 673. & seqq. Bertaz. cons. 72. lib. 1 per totũ, & ibi Claud. in addit. litera A, & cons. 157. n. 12. d. lib. 1.*

38 LIMITA I. Eandem † propositam regulã (& cum hac limitatione concordantur contraria relata supra, *nu. 26. & 27.*) vt licet judex ciuilis non habens merum, & mixtum imperium, & sic alias incõpetens, possit ex suo officio, & sine accusatore testem, qui coram ipso falsum deposuit, punire, id tamen intelligitur, vt possit puniri pœna extraordinaria ratione contemtus, non autem ordinaria, secundum Anan. *in c. 1. nu. 17. ver. secundo casu, Innocent. in princip. Hostiens. n. 1. in verbo, iudici & n. 4. in fine, ver. Quæritur, & extraordinarie punitur, Anchar. in. nu. 10. Zabarell. in c. 2. Butr. nu. 6 post med. vers. quod dictum intelligitur, & num. 9. ver. glossa dicit Abb. num. 5. ver. primo tamen, & num. .. versicolo, sed opinio verior videtur de crim. falsi, Cyn. in l. nullum, num. 1. in 2 notabili, & num. 2. vers. alio modo potest puniri, & ibi etiam Bart num. 1. & sequentibus, Bald. in summario, Alber. num. 2. & nu. 4. qui bene loquitur Salyc in princ. ver. vel aliter & num. 2. ver. item nota quod iudex, iuncto ver. oppono ab extra, Ioan. Sicard. num. 1. & 2. & num. 8. & 10. ad finem, ver. tamen sine accusatore, C. de testibus, Speculat. in titul. de teste, §. 1. num. 46. in fine, & seq. Socin. reo. 428. in princ. Mars. in l. 1. §. præterea, num. 27. ver. vel potest etiam dicere. ff. de sicar. Ang. de Malef. in verbo, falsario, num. 24. & ibi Augustin. in addit. num. 25. in fine, & post num. 36. Mon. ad. ad Crot. in tract. de testib part. 9. num 384. vers. hæc enter ergo dicas, Campeg. ad Zanchin. in tract. de hæret. cap. 14. in addit. litera A, versicul. si vero non habet imperium, C.* vbi † tamen, 39 quod principe consulto potest judex ciuilis imponere etiam pœnam ordinariam, Vantius *in tit. de nullitate ex defect. iurisdiction. ordin. num. 49. Boss. in tit. de falsis, num. 103. & 105 in discursu, & num. 107. vers. nec obstat. Nicol. Eymeric. in Direct. inquisit. par. 3. quæst. 73. num 2. fol. 674. Clar. in pract. §. fin quæst. 38. versic. sed quæro nunquid, vbi de * communi * ex Boss. in loco præcitato, Monticell. in repertorio testium, rubr testis punitio per quem, fol. 309. col. prim. ver. fin. & fol. 310. col. 1. vers. penultim. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 91. nu. 2. vbi quod non est qui ab hac opinione dissentiat, Bertaz. cons. 72. num. 12. lib. 1. Johan. Petr. Surd. cons. 42. num. 18. sequ. lib. 1. vbi late.*

LIMITA II. Dictam † regulam, quia adhuc punitus 40 pœna extraordinaria à iudice ciuili potest puniri pœna ordinaria à judice criminali, vt per Anan. *in d. c. 1. nu. 9. & n. 10 & ibi etiam Anchar. nu. 11. But n. 7 in fin. ver sed hic incidenter quæro, Abb. n. 5. ver. sed ista punitio Henr. Boyc. n. 7. de crim. falsi, Salyc. in l. nullam, n. 2. post med. ver. & hoc apparet, vbi respondet Cyno contrarium dicenti, & ibi etiam Bal. n. 4. & Io. Sicar. n. 12. vbi bene defendit hanc opinionẽ. C. de test. ℸ Bal. in l. vbi, col. fi. ad fi. & ibi etiã Salyc. col. fin. ver. & ex hoc, C. de falsis. Spec. in tit. de teste. §. 1. n. 47. ver. sed nunquid. Boss. in tit. de falsis, n. 104.* vbi quod ita communiter * dicunt Dd. & *nu. 105. in fin. & n 106. ver. & expræditis*, vbi quod in hoc opinio Baldi contra Bart. est communiter * approbata, * Clar. *in pract. §. fin. q. 38. sub ver. sed quæro nunquid*, vbi de cõmuni * ex Boss. *in loco præcitato*. Et sine dubio hæc limita- * tio magis communiter à Dd. recepta est. Quamuis † *in d.* 41 *l. nullum*, contrarium voluerint Cyn. *n 5. in fi. Bar. n. 9. in fi. & Alber. n 4. in fin. ver. Cyn. tamen.* ℸ *& Cyn. in d. l. vbi, n. 8. C. de falsis.*

LIMITA III. Quia † tunc demum potest iudex ciuilis 42 punire testem, qui coram ipso falsum deposuit, quãdo scilic. de illius falsitate constat notorie & manifestè absq; eo, q; formetur alius processus, puta quod sit vel confessus vel conuictus: secus vero vbi ad detegendam falsitatem esset opus nouum processum & inquisitionẽ formare, quia tunc non potest. Ita videtur de mente Nicol. Eymer. *in Direct. inquisit. par. 3. q. 73. in prin. iuncto n. 4 fol. 673.* sed expresse hanc firmant limitationem, illamq; iuris & rationibus comprobant Bertaz. *d. cons. 72. per totum in discursu, & præsertim n. 13. seq. lib. 1. & ibi Claud. in addit. litera D.* Et † propterea, q; judex ciuilis non possit procedere contra prærensum subornatorem, expresse etiã firmat idem Bertaz. *d. cons. 72. n. 2. 3. 4. 9. 10. 11. 15. & seqq.* vbi respondet contrarijs. 43

LIMITA IV. Vt † quicquid sit in judice, secus tamen 44 est in arbitro, coram quo si testis falsum deposuerit, nullo pacto, nec etiam pœna extraordinaria potest ab ipso puniri, Spec. *in tit. de teste, §. 1. nu. 46. vers. quid de arbitro, Ancharan. in c. 1. n. 9 vers. si autem coram arbitro, de crim. falsi, Tindar. in tract. de test. part. 3. c. 3. n. 1. in fine. Nell. de testibus, n. 245. Monsad. ad Crot. de testib par. 9 n. 38.* ℸ *bi tamen* quod † hoc fallit in arbitris ex necessitate juris, aut sta- 45

tutorum electis) *Marsil. in l. 1. §. præterea, nu. 27. post medium, vers. & ideo dicit Ang. ff. de ficar. Ang. de malef. in verbo, falsario, nu. 24. ad fin. ver. si autem coram arbitro, Montic. in repertor. test. rubr. testium punitio, per quem, folio 310. columna 1. ver. 4.*

46 LIMITA V. In judice † delegato. ¶ qui an & quando punire possit testem, coram eo confessum vel conuictum, de aliquo crimine, generaliter tradunt Dd. *omnes in c. 2. ext. de confess.* Sed in specie ad testem falsum puniri non posse scripserunt Anan. *in c. 1. nu. 17. ver primo casu, & ibi etiam Abb. nu. 9. ver. delegatus vero, Henr. Boyc. nu. 3. Ant. de But. n. 6. ad fin. ver. quandoq; ille, de crim. falsi, Salyc. in l nullum, n. 9. in prin. C. de test. Menoch. de arbit. q. lib. 1. q. 91. n. 4. & seqq. vsq; ad n. 17.* vbi plurib. hanc comprobat opinionem, & contrarijs respondet, & vt alias dixi, *tit. de inquis. q. 1. n. 60.*

* *lib. 1.* Hęc limitatio & verior, & communior* est. Quam-

47 uis † contrarium senserint Bar. Bal. & alij relati per Menoch. *d. q. 91. n. 3.* Quibus etiã addi potest Ioan. Pet. Surd. *cons. 42. sub n. 18. lib. 1.*

48 SVBLIMITA I. Hanc † quintam limitationem, vt scil. delegatus non possit punire falsum testem coram ipso deponentem, intelligatur quoad pœnam ordinariam, sed quoad extraordinariam, ¶ bene poterit, *vt per Henr. Boyc. in c. 1. n. 3. ver. sed per viam extraordinariam, ... extra de crim. falsi. Cur. Ioan. in l. 1. §. qui mandatum, n. 14 ff. de offic. eius, Moncad, ad Crot. de testib. par. 9. n. 385.* vbi remissiue Boss. post Ias. quem allegat *in tit. de falsis, nu. 103. ver. & in*

* *delegato, Cæsar Vrsil. ad Afflict. dec. 230. n. 3.* vbi quod ista* est

49 communis resolutio. Et † licet hæc distinctio improbetur à Menoch. *de arbit. qu. est. lib. 1. q. 91. n. 18. ver. non est vera*

50 *hæc conciliatio.* Ego † tamen ab ea in judicando non recederem, additis tamen duabus declarationibus. Primò vt is sit delegatus Principis, nõ autem inferioris, vt mox dicam in seq. sublimitatione. Secundò vt idem delegatus sit delegatus in causa criminali, qui aliquam punitus sit delegatus in causa ciuili, qui nullo modo punire potest, vt bene declarat Couarr. *pract. qu. c. 18. nu. 8. ver. sunt tamen qui, iuncto ver. & idem erit.*

51 SVBLIMITA II. Dictam † quintam limitationem procederein delegato inferioris, qui nullo modo nec ordinaria, nec extraordinaria pœna punire potest testem coram ipso falsum deponentem, secus autem in delegato Principis, qui quod possit punire pœna extraordinaria, scripserunt Abb. *in ca. 1. nu. 9. in fin. & ibi etiam Anch. nu. 9. ad med. & Bur. nu. 6. ad fin. ver. dic. extra de crimin. falsi. Cyn. in l. nullum, nu. 4. & ibid. Io. Sicar. n. 8. ver. quod tamen, C. de testibus, Couar. pract. quæst. d. cap 18. num. 8. vers. quamobrem*, vbi quod hæc distinctio frequentiori iuris vtriusq; interpretum suffragio recepta est, Clar. *in pract. §. fin. quæst. qu. 38. ver. sed quæro nunquid in fin*, vbi quod hæc

* est communis* resolutio ex Sebast. Sapia. *in l. fin. num. 8. ff. de officio eius, Campeg. ad Zanchin. in tract. de hæret. cap. 14. in addit. litera A, in princ. Nicol. Pegna in Direct. inquisit. lib. 3. ad quæst. 73. comment. 122. fol. 674 col. 2. vers. Cum enim inquisitor, Roland. cons. 12. num. 9. seqq. lib. 2. Montic. in repert. test. rub. testis punitio per quem, fol. 309. col 2. ver. penult.*

52 *Io. Petr. Surd. cons. 42. nu. 18. in fin. lib. 1.* Et † licet hæc distinctio de delegato Principis, aut inferioris non placeat Menoch. *de arbit. d. qu. 91. num. 17. vers. e contra opinor*, & hanc Menoch. opinionem rectiorem alias crediderim *in 1. lib. tit. de inquisit. q. 1. nu. 61.* ego tamen re maturius discussa in judicando, non recederem à proposita sublimitatione & distinctione. Declara † tamen, dummodo sit

53 judex delegatus in causa criminali, non autem in ciuili, vt moxadmonui, supra *numero 50. Couarru. in loco ibi citato.*

54 LIMITA VI. Int. le[illegible] qui si falsum deponat coram judice seculari, licet aliqui dixerint, posse ab eo puniti, vt videre est apud glott. *in l. nullum, C. de testibus, in prima glossella, Cyn. & Bald. in d. l. nullum, Alexan. in apostil. ad Bart in l. 1. in 2. oppos. ff. de iudic. Marsil. in l. fin. numero 52. ff. de iurisd. omn iud.* Quos & alios refert (sed non secutur Roland. *cons. 12. num. 26. & seqq. lib. 2.* vbi etiam adducitur Roland. *cons. 12. nu. 34. & omnibus seqq. lib. 2.* vbi & iuribus & rationibus bene hanc comprobat opinionem, & contrarijs respondet, & dixi sup. *in 1. lib. tit. de inquisit. quæst. 8. nu. 26.* Vbi † etiam dixi, quod licet judex laicus isto casu nullo 57 pacto possit punire clericum pro falsa depositione, non tamen impeditur causam falsitatis cognoscere ad effectum expediendi causam principalem: Hoc enim omnes fatentur, vt per Couarr. & Clar. in locis ibi per me relatis.

Hactenus de pœna ac judice falsi testis. Videamus modo de illius probatione, & fide, quando talis pœna locum habeat, &c.

ARGVMENTVM.

Testis falsus, quid, quando & quantum probet, & quando de falso puniatur.

SVMMARIVM.

Testis falsus regulariter non solum punitur, sed nec etiam probat, num. 58.

Testis falsus, vel de falso condemnatus non solum non probat in causa, in qua falsum deposuit, sed nec etiam in alia, n. 59.

Testis falsus non probat, etiam contra falsarium, n. 60.

Testis falsus non probat etiam fauore pia causa, n. 61.

Testis falsus non facit indicium, nec ad torturam, nec ad inquirendum, n. 62.

Testis falsus non excusatur propter metum à pœna falsi, n. 63.

Sententia lata ex falsis testibus contractatur, quandocunq; & de materia, n. 64.

Et an isto casu sufficiat probare falsitatem depositionis sine corruptela,

ruptela, an vero corruptelam sine falsitate, an potius vtrumq;, num. 65.

Testis deponens falsum per verbum credo, punitur pœna falsi, nu. 66. contra nu. 67. Distingue, vt n. 68. sed vix datur casus in quo de credulitate conuincatur de falso, n. 69.

Testis qui verum affirmat, illud verum esse ignorans, punitur de falso, nu. 70. & seq. Declara, vt nu. 72.

Testis deponens verum, credens deponere falsum punitur de falso, num. 73.

Testis falsus conuincitur ex præsumtionibus, & coniecturis, Declara, vt n. 74. & seqq.

Testis deponens falsum non dolo, sed per errorem & ignorantiam, non punitur de falso, num. 77. Amplia, vt in teste præsumatur in dubio potius error & ignorantia, quam dolus, nu. 78. Limita 1. quia licet is testis non puniatur, non tamen probat, nu. 79. Limita 2. quia adhuc extra ordinem iudicis arbitrio punitur, nu. 80.

Rust. eius falsum deponens excusatur a pœna falsi, num. 81. Limita 1. in rusticis sagacibus, nu. 82. Limita 2. quando deponunt super eo, quod ipsi non percipiunt, puta, super tenore instrumenti, num. 83. Limita 3. quia adhuc extra ordinem, iudicis arbitrio punitur, nu. 84.

Testem falsum excusat oblivio, & quanto tempore inducatur talis oblivio, nu. 85.

Testis deponens falsum, sed credens dicere verum, excusatur a falso, nu. 86. Contra nu. 87 Declara, cum nu. 88. & an isto casu credatur iuramento testis, quod fuerit motus ex causa credulitatis, n. 89. & seq.

Testis excusatur a falso, si dixerit se scire id, quod tantum audiuit a viro fide digno, & bonæ famæ, num. 91. Contra, nu. 92. Declara, vt nu. 93. Adhuc tamen videtur is puniendus pœna extraordinaria, nu. 94.

Testis falsus non in dicto principali, sed in reiectione rationis, non punitur pœna falsi, num. 95. Contra, num. 96. Declara cum num. 97.

Testis excusatur a falso, quando eius depositio iuuatur primo die ne veritatis, nu. 98.

Testis peritus si falsum dixerit, non punitur de falso, nu. 99. Declara, vt nu. 100.

Qualibet causa, etiam iniusta excusat testem a falso, & illius pœnam, num. 101.

Testis qui falsum deposuit in vna causa, probat in alia deposition ibus iam facta, nu. 102.

Testis non præsumitur falsus, & illum, qui de falso redarguit, tenetur probare, num. 103. Præsertim si testes sint bonæ famæ, in quo potius præsumitur error, quam dolus, nu. 104.

Testis, vt excusetur a falso, omnis interpretatio facienda est, nu. 105. & seq. etiam aliquid supplendo, & subaudiendo, nu. 107. etiam per impropriationem verborum, num. 108. de materia remissiue, nu. 109.

Testis, qui falsum deposuisse confitetur, non præiudicat talis confessio producenti, nu. 110.

QVÆSTIO LXVII. §. III.

58 REGVLA Sit † negatiua, quod testis falsus, non solum vt supra punitur, sed etiam nihil omnino probat Salyc. *in l. nullum, num. 1. in fine, verfic. item nota, C. de testibus*, Alex. *cons. 152. nu. 10. lib. 7.* vbi de communi, *prout illum refert, & sequitur Clar. *in practica, §. final. quæst. 53. vers. frequentissime autem in fine, Monticell. in repertor. test. rubr. falsarius, folio 31. col. 2. verficulo 5. & seq.* vbi alios refert concordantes, Bertazzo. *consi. 283. num. 3. lib. 2.* vbi præsertim, quando detegitur falsus ex euidentia facti, Bur. *cons. 141. nu. 35. lib. 2. & cons. 366. nu. 25. seq. lib. 4.* Et quidem hæc conclusio non solum est communis, sed contradictorem non habet.

59 AMPLIA I. † Hanc regulam, vt testis falsus, vel de falso condemnatus, non solum non probet in causa, in qua falsum deposuit, sed etiam in alia, sicut probat textus *in cap. si quis consuetus 2. quæst. 5.* ibi, u vero, qui ei, in periurio consensisse probantur, post[illegible] nii testimonio sunt remouendi, & sic, qui sem[illegible] depofuerunt, nunquam alias ad testimonium[illegible] tuntur, quod & idem voluerunt Innocent. *in c[illegible] ernitatis, num. 1. ante finem, vers. si tamen publica per[illegible] ibi etiam Io. Andr. num. 1. colum. 1. in fin. verfic. si tame[illegible] ica perso-na, Hostien. nu. 7. ad medium, Anan. num. 6. c[illegible] aran. n. 2. ad finem, versicu. & intellige predicta, Zabar. num. 1. ad finem, columna 2. in principio, vers. opponosexto, de haret. idem Anan. in cap. 1. num. 18. in fine, verficu. quæro nunquid, de crim. falsi. vbi in hoc sequitur opinionem Baldi in l. 2. C. de fide instrum. re probata glo. in dicta l. 3 contrarium dicente*, & loquitur Ana nedum in teste condemnato de falso, sed etiam in non condemnato, dummodo alias sit confessus, vel conuictus. Alber. *in l. sui iurandi, numero octauo in fine, vers. est etiam notandum, Cod. de testibus, Iacob. Ægid. in tractat. de testibus num 38. Gabriel libro 7. concl. 4. num. 5. Montic. in repertorio testium, rubr. falsarius, folio 32. col. 1. vers. 2. 5. & 6. vbi de materia, Bertazzol consilio 156. num. 1. Mascard. de probat. libro 2. conclusio 743. post numerum 9. & conclusio 103 numero 50. Ludou. Peguer. decisio. 9. num. 4. ad finem.* Ex quibus hanc ampliationem communiter * receptam esse apparet. ¶ Et pro ea addo Menoch. *in tract. de præsumt. lib. 5. præsumt. 22. nu. 6. seq.*

AMPLIA II. Vt † testis falsus non probet etiam con- 60
tra falsarium, Innocen. *in c. 1. de confess. & in cap. 1. de lit. contest. prout illum refert Mascard. de probation. conclu. 454. num. 12. lib. 1. & concl. 746. nu. 5. lib. 2. Aufrer. de testib. n. 42.*

AMPLIA III. † Vt testis falsus non probet, etiam fa- 61
uore piæ causæ. Gabr. *lib. 7. concl. 4. num. 9. post Paris. & Ruyn. quos allegat. ¶ Menoch. de præsumt. 22. n. 8. lib. 1.*

AMPLIA IV. Vt † testis falsus non faciat indicium 62
ad torturam, nec ad inquirendum, vt plene per Mascard. *de probat. lib. 2. concl. 1039. n. 10.* & dixi latius de teste periuro, *in 2. lib.* vbi vide.

AMPLIA V. Vt † nec metus excuset testem à falso, & 63
illius pœna, Bal. *in l data opera nu. 57. C. qui accusare non possunt, prout illum refert Montic. in repertorio testium, rubr. de falsitate test. & c. varia fol. 311. col. 1. vers. 5.*

AMPLIA VI. In † tantum falsos testes non probare, 64
vt sententia lata ex falsis testibus retractetur, quod quando verum sit, & quando aduersus talem sententiam detur restitutio in integrũ, & de materia, vide text. & ibi Doctores, *in capit. licet causam, de probat. item & text. & ibi Bartol. & Ias. & alios. in l. Diuus Adrianus ff. de re iudic.* & omissis aliorum antiquiorum auctoritatibus adeas omnino Mascard *de probat. libro 2 concl 688.* vbi late & latis per Oddum Perusin. *in tractat. de restitut. in integr. par. 2. q. 7[illegible] & 78.*

Verum † in prædicto, vel alio casu, an sufficiat proba- 65
re falsitatem depositionis sine corruptela, & an etiam corruptelam sine falsitate, an vero vtrumq; sit probandum, vltra præcitatos Doctores videas etiam Iac. Buti. *in tract. de testibus, rubr. final. nu. 18. Alber. in l. qui falso in fine, ff. de testibus, Vsui. in commun. opin. in verb. testium solam corruptelam. Clar. in pract. §. falsum, vers. quæro nunquid, & seq. vbi lat[illegible] Montic. in repertorio testium, rubr. impugnatur testis, quia corruptus, fol. 260. col. 1. versi. 2. & seqq. col. 2. verficul. antepenul. Mascard. de probation. libro 1. conclusio 28. numero 1. & libro 2. conclusio 746. numero 2. & latius dict. conclusio. 688. per totam.*

AMPLIA VII. † Propositam regulam, etiam in teste 66
falsum deponente de sua credulitate, quem nec falli pœnam euitare, scripserunt Alexand. *in consi. 28. num. 5[illegible] libro 6. post Bal. Salyc. & alios quos allegat in d. l. de tutela. Cod. de in integ. rest. refert & sequitur Corra. in pract. tit. de testibus rubr. de credulitate, num. 40. in fin ver. non adderepossumus, vbi h[illegible] dicit notandum, Boss. in tit. de oppos. cont. test. num. 44. vers. & an testis de credulitate. Vbi remissiue. Monticell. in repertorio*

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

test. rubr. testis studiose reddens malam causſam, fol. 296. col. 2. verſi. antepen. allegat Bald. in l. data opera, n. 33. C. qui accuſ. non poſſ. Maſcard. de prob. lib. 3. concluſi. 1363. num. 23. & dixi infra q. 68. n. 107.

67 Contrarium † videtur ſentire Tind. *in tract. de teſtibus cap. 6. nu. 2.* & contra etiam facit, quia quando quis iuret de credulitate, non dicitur periurus, licet probetur veritatem eſſe in contrarium, *c. quanto, vbi Dd. extra de iureiur. c. Beatus Petrus 2. 2. q. 2. cũ aliis per Lamberteng. in tract. de contractib. eor. & c. gl. 15. n. 7.*

68 Dicerem † iſtum non puniri pœna falſi ordinaria. Primo, quia, vt mox dixi, nõ dicitur periurus, & ſine iuramento pœna falſi non ſuccedit, ad ea, quæ poſui, ĩ. *n.* 197. Secundo, quia dictũ teſtis de credulitate, aut nihil nocet, aut parũ, vt inf. ſuo loco dicam, ideo nec etiã de falſi pœna tractari poteſt, ad pariter trad. ĩ. *n.* 190. *& ſeq.*

69 Aliquam autem pœnam extraordinariam, propter eius temeritatem vix effugere poſſe, crederem. Sed certe vix etiam crederem, poſſe dari caſum, in quo teſtis deponens de credulitate de falſo conuincatur, cũ ſemper dicere poſſit, quomodocunq; ſe veritas habeat, ego ita credebam.

70 AMPLIA IIX. Etiam in teſte, qui pro vero affirmat id, quod teuera verum eſt, ſed illud verum ipſe non vidit, nec audiuit, & ſic prorſus ignorat. Is enim teſtis, & falſus eſt, & punitur, vt per Neil. *in tract. de teſtib. n. 235. Marian. in cap. 1 nu. 63. de crim. falſi*, vbi generaliter, quod veritas negotii non excuſat teſtem deponẽtem falſum, & ibi ponit exemplum, Alciat. *in l. 1. § pen. num. 46. ſq. ff. de verb. oblig. prout illum refert, & ſequitur Claud. ad Bertazz. conſ. 194. in addit. litera A. in 1. verſ. Hipp. Rimin. conſ. 113. n. 41.*

71 *lib. 2.* † Vbi poſt Curtium *in conſ. 55 ſub nu. 20. ad fin.* amplius dicit, quod quando teſtis dicit, ſe fuiſſe præſentem & vidiſſe id, quod re vera non vidit, nec præſens fuit, etiam quod negotii veritas ita ſe habeat, tunc punitur

72 pœna falſi ordinaria. † Sed in hoc vltimo veritus crederem, non falſi pœnam ordinariam, ſed aliam pro temeritate mitiorem iudicis arbitrio imponendam fore, vt per Socin. *in l. ſi is, qui ducenta, §. verum, n. 6 ff. de reb. dub. Calefact. conſ. crim. diuer. 102. n. 12. lib. 1. quos & alios refert* (licet eos non ſequatur) *Hipp. Rim. conſ. 113. n. 8. lib. 2. Catell. Cot. in memor. verſi. eſt qui depoſuit in prin. iunctis aliis, quos ĩ. refert am, n. 95. & ſeqq.* vbi videas, quia materia videtur eadẽ. ¶ Et ad materiã huius octauæ ampliationis, vide etiam quæ dixi *in tit. de præſ. temp. q. 89. n. 109. & ſeq.*

73 AMPLIA IX. † In teſte deponente verum, ſed credente ſe dicere falſum, nam & hunc teſtẽ pariter de falſo puniri ſcripſit Marian. *in cap. 1. num. 63. verſ. & ad prædicta etiam facit, de crim falſi per text. in c. homines, & in cap. is autem 22. q. 2.* Verum hanc ampliationem declara, vt in præcedenti declaraui, quia materia videtur eadem.

74 AMPLIA X. † Quia licet dici ſoleat, quod ad probandam falſitatem teſtis non ſolum requiratur concludens, & neceſſaria probatio, ſed etiã ſtrictior, & magis exquiſita quã in aliis delictis, vt videre eſt poſt alios, quos allegant antiquiores, apud Monticell. *in repert. teſt. rub. de falſitate teſtium, & c. varia. fol. 312. colum. 1. verſ. antepen. Bertazz. conſi. 8. nu. 11. & 12. & conſi. 194. num. 10. & ſeqq & conſ. 147. n. 4. & conſ. 506. nu. 9. & conſ. 555. n. 1. Hipp. Rimin. conſ. 113. nu. 7. Hieron. Magon. dec. Luc. 43. n. 3.* Horum tamen

75 opinio † intelligi debet, quoad pœnam extraordinariã, quoad quam tamen quoad pœnam extraordinariã, quoad quam teſtem de falſitate ſuſpicionib. & argumẽtis ſuperatum conuictum decepiſſe ſcripſerunt Bald. *in l. presbyteri, nu. 12. vſq; & adde, C. de epiſc. & cleric. Ff quem refert & ſequitur Felin. in c. afferre, poſt num. 6. de præſumt. Marſ. in conſ. 10. n. 15. Mont. qui alios refert in repert. teſt. rub. teſtis falſi pœna, fol. 307. col. 1. verſ. 1. & rub. de falſitate teſtium, & c. varia, fol. 311. col. 2. verſ. pen. Aym. conſi. 249. num. 8. verſ. igitur iſte primus teſtis,*

76 † vbi quod ſola falſi ſuſpicio teſti fidem tollit.

LIMITA I. Propoſitam regulam in teſte, † qui falſum deponit, non dolo, ſed per errorem, ac ignorantiam, quem de falſo puniri probat text. ſumto ibi argumento a contrario ſenſu *in l. 1. §. preterea*, ibi, *dolo malo*, &c. Et ibi præſertim Marſil. *nu. 10. & ſeqq. ff. de ſicar.* idem Marſil. *in l. 1. in prin. num. 2. verſ. vltertius nota. ff. de falſis, A ex. in l. ſi ex falſis, num. 13. C. de tranſactio. Alber. in l. nullum, nu 4. verſ. hæc vera, C. de teſtibus, Marian. in cap. 1. nu. 105. & ſeqq. de crim. falſ. vbi etiam an peccet mortaliter, Alex. conſ. 190. nu. 8. lib. 7. Soc. iun. qui dicit ita fuiſſe iudicatum, in conſ. 40. nu. 14. conſ. 41. num. 1. iuncto num. 8. lib. 2. Lanfranc. de teſtib. num. 27. verſi. limitat Angelus, Plot. de in lit. iuran. §. 44. nu. 15.* vbi quod nec etiam punitur pœna ſtatuti, Boſſ. *titu. de publi. proceſſ. n 37. Bertazz. conſ. 8. nu. 15. & ſeqq. vbi plus ibi hanc limitationem exornat, & conſi. 194. n. 17. & poſt nu. 21. & conſi. 247. num. 5. verſi. exigitur enim dolus: apud quem in prædictis conſi. alios reperies concordantes Gabr conſi. 42. num. 7. lib. 1. & conſi. 175. num. 4. lib. 2. Hipp. Rimin. conſi. 145. nu. 11. & ſeqq. & num. 21. ſeqq. iuncto nu. 35. lib. 2 & conſ. 345. nu. 27 & ſeqq. omnib. in diſcurſu lib. 3. vbi bene comprobat, contrariuſq; reſpondet Hieron. Magon. dec. Lucen. 43. nu. 4. Montic. reg. crim. 15. num. 146. verſ. amplia, vt procedat. Et rubr. teſtis malitioſe falſum dicens, fol. 300. col. 1. verſi. 1. 2. 3. fin. Petr. Anton. a Petra in tract. de fideicom. quæſt. 12 nu. 12 & num. 53 & ſeq* Ex quibus non ſolum apparet, hanc limitationem eſſe communiter * receptam, ſed quem viderim contradictorem non habet. *

78 AMPLIA Hanc limitationem, † vt in dubio præſumatur. teſtem falſum de falſo poſſe puniri per errorem & ignorantiam, quam dolo, *Gram conſ 23. nu. 4. & conſ. 30 num. 7. & conſi. 33. num. 10. Parif. conſi. 169. n. 59. lib. 4. Ceph. conſi. 230. nu. 16. & conſi. 355. num. 5. in fin. Horat. Lutius inter conſi. crim. diuer. conſi. 162. nu. 19 tomo 1. Joan. Bapt. Aſin. conſ. 113. num. 9. Burſat. conſi. 111. nu. 14. Hier. Gab. conſi. 181. nu. 9. in fin. Fran. Beni. 78. num. 13. quos in propoſito refert, & ſequitur Bertazz. conſi. 3. nu. 14. & conſi. 194. num. 19.* vbi de communi, * vbi propterea infert, quod qui negat falſum dolo- * ſe depoſuiſſe, ſed per errorem, & credulitatem affirmat, habet iuris præſumtionem pro ſe, quia falſum in dubio non præſumitur, glo. *in c. accedens, de crim. falſ.* & in hoc ſtatur eius iuramento, vt per Cæpol. Marſil. Paril & aliosibi per Bertazzo. allegatos, adde pro eadem ampliatione Hippol. Riminal. *conſi. 145. num. 12. & num. 23. & ſeqq. lib. 2. & conſi. 345. num. 43. & 47. lib. 3.* vbi alios refert. Ex quibus licet hanc ampliationem communiter * receptam eſſe dicere poſſimus, quia tamen ſine difficultate non tranſit, ideo ad illius declarationem vide quæ dixi *infra nu. 143. & ſeqq.*

79 SVBLIMITA I. Hanc 1. limitationem, † quia licet is teſtis per errorem & ignorantiam deponens non puniatur, non tamen probat, vt dixi infra, *num. 141. & ſeqq.* Hic non repeto.

80 SVBLIMITA II. † Quia licet is teſtis non puniatur pœna falſi ordinaria, punitur tamen pro modo culpæ extraordinem aliqua mitiori pœna, arbitrio iudicis, prout videtur de mente Marſi. *in dd. l. 1. § præterea nu. 12. ff. de ſicar. Plot. de in lit. iuran. §. 44. n. 15. vbi de magis communi Hieron. Magon dec. Lucen. 43. nu. 23.*

81 LIMITA II. Eandem regulam, (& quidem illatiue ex præcedenti limitatione) nõ procedere in ruſticis, qui hoc ideo excuſantur à falſo, quia illud per errorem, & ignorantiam, non autem dolo deponere præſumuntur, ſicuti poſt alios, quos allegant antiquiores, ſcripſerunt Marſ. *conſ. 4. nu. 29. & conſi. 7. num. 18 & conſi. 67. n. 13. Alciat. de præſumt. reg. 2. præſumt. 35. num. 5. Boſſ. in titul. de falſis, numer. 148. in fin. vbi remiſſive Monticell. in repert. teſt. rub. teſtis malitioſe falſi dicens, fol. 300. column. 2. verſi. 1. Bertazz. conſi. 147. num 5 in fin. & ſeqq. Menoch. de arbitr. quæſt. lib. 2. caſu 308. num. 6. in fin Hieron. Magon. deciſ. Lucen. 43. numer. 7. & 8. poſt Armon. & Bonacoſ. in locis per eum relatis, Maſcard. de probation. lib. 2. concluſi. 745. numer. 13. Petr.*

Ant.

Ant. a Petra in tractat. de fideicomm. quæſt. 12. numero 1302. Ex quibus iunctis aliis, quæ in ſimili de teſte ſibi vario, * & contrario dixi ſupra, *quæſt. 66. numero 80. & ſeqq.* hanc limitationem, & communiter * receptam eſſe dicere poſſumus.

82 SVBLIMITA Hanc limitationem tribus modis.

Primo in ruſticis ſagacibus, † prout hodie plures reperiuntur, teſte gloſſ. *in l. athletæ §. de ruſticis, ff. de excuſat. tutor. Maſcard. de probat. libro 2. concl. 745. num. 13. verſi. quod intellige.*

83 Secundo, quando ruſtici † audent deponere ſuper eo quod ipſi non percipiunt, puta, ſi de tenore inſtrumenti, Mont. *in repert. teſt. rubr. teſtis malitioſe falſum dicens, fol. 300 col. 2. verſ. 2. & Firman. in repertor. in verbo, teſtium punitio, num. 40.*

84 Tertio, † quia licet is non puniatur pœna falſi ordinaria, punitur tamen extra ordinem aliqua mitiori, iudicis arbitrio : quia ruſticitas non excuſat in totum à pœna. ſed tantum facit eos initius plecti, Tiraq. *de pœn. temp. cauſſa 11. n. 1. Hier. Magon. d. dec. Luc. 43. nu. 15. & ſeqq.*

85 LIMITA III † (Et ſic etiam illatiue ex prima limitatione) regulam pariter non procedere in teſte, qui ex obliuione falſum deponit. iuſtam enim erroris cauſſam in teſte obliuionem eſſe, ad effectum ipſum excuſandi a falſo, poſt alios, quos allegant antiquiores, ſcripſerunt Marſ. *conſi 67 num. 15. Gram. conſi. 47. num. 13. & in fin.* vbi quod obliuio inducitur ex curſu duorum, vel trium annorum, Menoch. *de arbit. quæſtio. lib. 2. caſu 308. num. 7.* vbi etiam, quod obliuio inducitur, vel propter antiquitatem temporis, vel propter implicitatem, & circumuolutionem negotii, Monticell. *in repertorio teſtium, rubr. teſtis celans, vel tacens veritatem, folio 296. colum. 1. verſi. 5. Gabriel. conſi. 42. num. 7. & ſeqq.* vbi quod etiam in facto alieno inducitur obliuio ſpatio quinque, vel ſex annorum, imo etiam ſpatio duorũ annorum. Et demum ex qualitate negotii, id iudicis arbitrio remiſit Petra *de fideicom. quæſt. 12 nu 1256. & ſeq.* vbi etiam excuſat notarium, qui falſum depoſuit ſuper ſubſtantia inſtrumẽti per ipſum rogati, iam lapſis duobus annis, ex Marſ *in d. conſi. 77. nu. 15. & ſeqq. Hipp. Rimin. conſ. 1 nu. 11. lib. 2.* vbi etiam quod in caſu per biennium inducitur obliuio, & *conſ. 334. n. 78. & ſeqq lib 3. Hieron. Magon. d. dec Lucen. 43. num. 9.* vbi de ſimili decem annorum. Ex quibus iunctis aliis per nos ſuperius relatis ad excuſandum teſtem à contrarietate, ut *ſupra q 66. nu 34.* hanc limitationem communiter * receptam eſſe apparet.

86 LIMITA IV. † In teſte deponente falſum, ſed credere dicente verum. Nam & hunc teſtem à falſo excuſari, ſcripſerunt poſt alios, quos allegant antiquiores, Marſ. *in l. 1 § præterea. num. 13. ver. & ideo dico ff. de ſicar. & in l. 1. in prin. num. 3. ff. de falſis, Boſſ. in tit. de falſis, nu. 137.* vbi limitat, quando credulitas eſt iuſta: relati per Gabriel. *lib. 7. concl. 33. num. 1. & num. 2. in prin. & num. 3. & num. 4. verſ. contrarium, & nu. 6. verſi. ſed contrarium, Monticell. reg. crim. 15. nu. 93. & 94.* Vbi ponit exemplum in eo, qui deponit, quem maſculum virili habitu indutum, & ſic communiter reputatum, quæ tamen erat fœmina, & in repertorio teſtiũ, rubr. teſtis excuſandus, ne incidat in falſum, *ff. fol. 302. col. 2. verſi. 1.* vbi de eo, qui deponit vidiſſe ducatos aureos, qui tamen erant de ære aurato, vel alchymia, non enim tenetur ſcire de materia latenti, ſed ſufficit iuſta credulitas, & rub. teſtis malitioſe falſum dicens, *fol. 300. v. ſi. 4. & ſeqq.* vbi de materia, Bertaz. quam bene hanc limitat. comprobat. *in conſi. 8. nu. 18. & conſi. 10. num. 2 & conſi. 194. & nu. 14. & 15. lib. 1 Hipp. Rim. conſ 113. num. 37. & conſi. 145. n. 33. & ſeqq. lib. 2.* vbi bene fundat, & reſpondet contrariis diſtinguendo, quod licet is teſtis no probetur, non tamen punitur de falſo, & periurio, quia ſine animo periurium, & falſum non committitur, *Hieron. Lan dec. 20. n. 12. vbi alios refert.*

87 Et licet contrarium, † quod imo iſte teſtis de falſo puniatur, tenuerit Gabriel, qui alios refert concordantes, *lib. 7. d. concl. 33. n. 2. ver. ſed quia Dd. & num. 4. in prin. & in fin & num. 5.* vbi teſtatur de magis communi * opinione, *& num 6.*

88 Non tamen recedas à propoſita limitatione illã declarando, vt procedat, quoad pœnam falſi ordinariam, contraria autem intelligi debeat, quoad pœnam extraordinariam, prout late ſcripſit poſt alios, quos allegant antiquiores, *Anan. in c. 1. nu. 16. de crim. falſ.* vbi late declarat etiam idem Gabriel. *d. conclu. 33. num. 5. & num. 6. verſ. declara.*

89 AMPLIA Hanc † quartam limitationem, vt iſto caſu credatur iuramento teſtis, quod fuerit motus ex cauſſa credulitatis, Cæpol. *conſ. 24. num. 12. Marſ. conſi. 77. num. 19. Fran. Bec. conſ. 78. nu. 30. lib. 1. quos ſequitur Bertaz. conſi. 194. num. 21.* Verum poſtea, † an iſta credulitas ſit iuſta, & excuſabilis, necne, ego id totum iudicis arbitrio

90 remitterem, per ea, quæ dixi infra, *num. 146.* aliter enim ſemper teſtis ſe excuſaret à falſo, quia ſemper diceret & iuraret, ſe ita credidiſſe.

91 LIMITA V. (Et hæc † limitatio venit illatiue ex præcedenti) in teſte, qui dicit ſe ſcire, id quod tãtum audiuit, vt puta, à viro fide digno, & bonæ famæ: Nam & hunc teſtem à falſo excuſari, tenuerũt plures relati per Gabr. *lib. 7. conclu. 8. nu. 56. 57. & 58.* Per regulam, quod pro certo ſcire dicimur id, quod à fide digno audiuimus, ad glo. *in c. cupientes, in prin. in verbo, notitiam, de elect. lib. 6.* cum aliis ibi relatis per Gabriel. in loco præcitato, quibus ad comprobationem huius limitationis addo Boſſ. poſt Iaſon. quem allegat *in tit. de falſis, nu. 170. Petra Sanct. Sing. 80. incip. ſcire dicimur, Hipp. Rim. conſi. 113. nu. 37. Monti. in repert. teſt. rubr. teſtis excuſandus ne incidat in falſum, fol. 311. col. 1. verſ. fin.*

92 SVBLIMITANDO I. Hanc † quintam limitationem, aduerte, quod contra eam tenere videntur Abb. Corn. & Dec. relati per Gabriel. *dicta concl. 8. num. 60.* qui per textum, *in capit. 1. de cleric. per ſalt. promot.* concludunt, non excuſari teſtem, qui dicat ſe ſcire id, quod tantum audiuit etiam à fide digno : Item facit alia concluſio præcedenti contraria, quod non dicitur quis habere certam notitiam eius, quod pariter à fide digno audiuit, ad gloſſ. *in clemen. cauſſa, in verbo, plena, de elect. cum aliis per Gabriel. allegatis, dicta conclu. 8. num. 59.* † Ideo pro con-

93 cordia dicas, quod ita demum dicitur quis certo ſcire, id, quod audiuit à fide dignis. Et ſic tunc etiam procedit propoſita quinta limitatio, quando ſcilic. ſumus in his, quæ certa probatione ſciri requeũt, prout eſt, quod quis ſit filius talis, & ſimilia. Iſto enim caſu ſi teſtis ſic credens, quia ſic audiuit, falſum dixerit, à falſo excuſatur, ſecus autem in his, quæ certa probatione ſciri poſſunt: nam tunc minime excuſabitur. Sic enim poſt Bald. Imol. Butr. & Dec. in locis per eum relatis, declarat Gabriel. *d. concl. 8. nu. 61.*

94 SVBLIMITA II. Eandem quintam † limitationem, vt in omnem euẽtum is, qui pro vero affirmat id, quod ab altero etiam bonæ famæ viro audiuit, ſi falſum dixiſſe reperiatur, pœnam extraordinariam propter temeritatem, non aufugit, vt per Anan. *in cap. 1. num. 16. de crim. falſi*, prout nec eandem pœnam aufugit is, qui pro vero affirmat id, quod ignorat, vel pro certo non habet, vt per Aym. *in conſi. 99. num. 7. quem refert & ſequitur Decian. in ſuis tract. crim. lib. 5. rubr. qui ſint periuri, num. 24. tomo 2.*

95 LIMITA VI. In illo teſte, † qui licet dicat verum in ſuo dicto principali, dicit tamẽ falſum in redditione cauſæ, quia puta dicit ſe vidiſſe, quod nõ vidit, vel ſe fuiſſe præſentem cum re vera non fuerit, is tanquam teſtis, qui non punitur de falſo, originaliter allegatur Ancharan. *in conſilio 24. column. final. quem ſequuti ſunt relti. in*

cap. fi. in

cap fraternitatis,num.26.vers.item nota, de hæret. & in cons. 48.*nu.14.Socin.in l.sitis,qui* 200.*§.verum, nu.6.ff. de reb. du-*
*bius, Iaſ.conſ.*153.*num.4.lib* 2.*Rim.ſen conſ* 43.*num.*7.*&* 8.
*& conſ.*148.*num.*20.*Moncada ad Crot. de teſtibus,part.*9.
*num.*390.*Catellian.Cotta,in ſuis memor. in verbo, teſtis, qui*
depoſuit,verſi.& idem etiam in teſte, qui depoſuit verum, Ga-
*briel lib.*7.*concl.*33 *in fine* relati per Hipp.Riminal. (quos
tamen ipſe non ſequitur) *in conſ.*113.*num* 24 *in fine,lib.*2.
*Hieron.Gabriel conſ.*169.*num.*25.*lib* 1 *Fran. Becc. conſi.*78.
*num.*3.*Bertaz*220.*conſ.*8.*num.*25.*ad fin.& nu.*26.*vbi de com-*
*munni,& conſ.*140.*nu.*4 *lib.*1 *& conſ.*317.*nu.*10 *lib* 2. Vbi
etiam de communi, *regnicolo Cinthen.in loco mox*
infra allegando contrarium decernte.

96 Et licet contrarium,† quod imo teſtis falſus in ratione ſui dicti puniatur de iure, etiam quod in ipſo dicto
verum dicat, videatur de mente Mariani *in cap.*1. *nu.*36.
*de crim.falſi.& expreſſe voluit Cinr. ſen. conſ.*55.*ſub nu.*20.*ad*
fin.& lare hanc contrariam opinionẽ comprobat Hipp.
Rimin.*in conſ.*113.*nu.*35 *& ſeqq.vſq; ad nu.*49 *lib.*2.& pro
hac contraria opinione ſentiant etiam Dd allegati ſupra
97 *n.*70.vbi videntur eadem materia. Non † per hoc tamen
recedas à propoſita limitatione intelligendo, vt procedat,& vera ſit, quod † eam falſi ordinariam, ſecus
vero quoad penam extraordinariam. ¶ Et cum ſic intelligendo vt licet non puniatur, non per hoc tamen probat, quia eius dictum in totum cornit, *vt inſtructe aduer-*
tat Menoch.de præſumt. lib 5 *præſum.*22.*num.*3 *poſt alios quos*
allegat antiquiores.

98 LIMITA VII.Regulam, quando † teſtis in eius depoſitione inuentus pluribus modis vernatus, tunc enim à
falſi pœna excuſatur. *Gram.conſ.*29.*n.*8.*& conſ.*30.*nu.*13.
*& conſ.*33.*n.*13.*& voto* 26 *n.*12.*Feller in praxi.crim. tract. item*
*qui de omni ſit ſuſpitatem,num.*4.*Oppoſitio alio. refert & ſequi-*
*tur Bertaz.d.conſ.*193.*n.*6.*lib.*1 *& conſ.*317.*nu.*2.*lib.*2.*nec diſ-*
*ſentit Hipp. Rim. conſ.*286 *poſt nu.*4.*lib.*2.

99 LIMITA IX. Io teſte peritiæ † deponente de peritia
quam ſibi falſo deponit, de falſo non tenetur,
Gabriel.*lib.*7.*concl.*4.*nu.*18 *Bertaz conſ.*58.*nu.*14 *lib.*2.Et
poteſt eſſe ratio, quia cum peritus deponat de ſuo iudi-
cio,& credulitate non videtur dari caſus, in quo ipſe
poſſit conuinci de falſo, quia quicquid alii forſan con-
trarium credant & medeantur, ipſe tamen poteſt dicere,
ita credebam,ita iudicabam. Verum, vbi contingeret
100 ipſum de † falſo conuinci, puta ex eius confeſſione, non
crederem eſſe agere poenam ſaltẽ extraordinariam, per
ea, quæ dixi ſupra,*n.*66.*& ſeqq.* Vide quæ dixi infra *q.*68.
*num.*108.*& ſeqq.*

101 LIMITA IX. Quia qua libet † cauſſa etiã iniuſta excuſat teſtem a falſo,& illius pœna, vt per Hier. Mag.
*dec.Lucen.*43.*n.*10. Vbi ex Claro *in pract.§.fin. q.*60.*verſ.&*
* *generaliter*, adducit illam receptam,* concluſionem, quod
ſcilicet in iis,in quibus dolus eſt de ſubſtantia, prout eſt
falſum periurium,& ſimilia, quælibet cauſſa, ſiue iuſta,
ſiue iniuſta ſit,excuſat, cum ſic ceſſare videatur delin-
quendi animus. Verum hac de re latius tractabo, infra
*tit.de pœnis temperan.*in illa quæſtione, in qua diſputabo,
an & quando cauſſa iuſta, vel iniuſta, excuſat a delicto.

102 LIMITA X. Quia licet falſus teſtis † non probet, non
ſolũ in illa cauſſa, in qua falſum depoſuit, ſed etiam
in alia, in qua poſtea teſtificabitur, vt dixi *ſup.nu.*59 non
tamẽ deſinit probare in aliis depoſitionib antea factis,
licet etiam illis minor fides adhibeatur, ſecundum Ana.
*in c.fraternitatis,nu.*6.*& ibi etiam Anchar nu.*2.*ad fin. verſ.ſi*
autem dam.n.tenetur,de hæret.

103 LIMITA XI. Quia in dubio teſtis † non præſumitur
falſus,& ideo,quia contrarium dicit, tenetur proba-
re,*l.quoties §.qui dolo.ff. de probat glo.in c.accedens, de crimin.*
*falſi. Mar.conſ.*31. *& conſ.*104.*n.*31 *Pariſ.conſ.*56.*n.*
57.*lib.*4. *Cravetta conſ.*17. *Ceph.conſ.*230 *nu.*17. *Ran Bel-*
*ua.conſ.*78.*n.*12. *quos,& alios referendo ſequuti ſunt, Berta-*

6 *n.*10.*& ſeqq.*11.*& conſ.*156.*n.*25.*& conſ.*178.*nu.*2.*& conſ.*247.
*poſt n.*7.*& conſi.*506 *n.*8.*Maſc.de prob.lib.*2.*concl.*1003.*n.*29.
Mont.in repert. teſt. verb. teſtis dictum præſumitur verum,ſol.
437.*col.*1.*verſ.& ſeqq.* Vbi de materia.

Et hæc limitatio multo magis† procedat in teſte, qui 104
ſit bonæ famæ, quem ergo magis falſum non præſumi,
ſed in eo præſumi potius errorem, quam dolum, poſt a-
lios, quos recenſent antiquiores, conſulendo tradide-
runt Hipp.Rim.*conſ.*145 *nu.*12.*lib.*2. *& conſ.*344.*nu.*8.*&*
*ſeqq lib.*3.*Bertaz.conſ.*247.*n.*7.

LIMITA XII.(Et hæc limitatio† venit ampliatiue ad 105
præcedentem limitationem,) vt ad excuſandum te-
ſtem à falſo omnis interpretatio facienda ſit in eius de-
poſitione,*cap.cum tu, & ibi communiter* * *Dd. extra de teſti-* *
*bus,item Doctores,in l.*2.*§.creditum.ff. ſi cert.pet. Tind.in tract.*
*de teſtib.part.*3.*q.*6.*n.*3.*quæſtio na.*7.*num.* 1 *alios relatos & cumula-*
*tiue per Bertaz.d.conſ.*8.*nu.*13. *& conſ.*194.*nu.*7. *& ſeq.& conſ.*
322.*n.*5 *& conſ.*555.*nu.*2.*Hipp.Rim.conſ.*145 *num.*25.*lib.*2.*&*
*conſi.*286.*poſt n.*14.*Lib.*3. *& conſ.*345.*n.*44.*& ſeq.d lib* 3 *Clar.*
in pract.§. falſum,verſ.ſic tamen, Montic. in repertor. teſt rub
in pract.§. falſum,verſ.ſic tamen, Montic.in repertor. teſt rub
*teſtis excuſandus eſt ne incidat in falſum,fol.*300.*col.*1.*verſ.*3 *&*
5 & per totam illam col. vbi huius limitationis ponit plu-
ra ſpecialia exempla.

AMPLIA Hanc duodecimam limitationem trib. mo- 106
dis. Primo, vt omnes fabulibus, & omne ſtudium ad-
hibendum ſit in puncta interpretationis ad effectum
ſaluandi teſtem a falſo. *l.ſi quis.C. de fide inſtru. Foller.*
*in prac.crimin. verbo item quod commiſit falſitatem, nu.*13 &
14.*& conſi.*78.*num.*1.*tomo* 2. *conſ.crim diuer. Clar.in pract.§.*
*falſum,verſi.item nadev Bertaz.conſi.*8.*nu.*13. *verſiculo quin-*
*imo.& conſi.*194.*num.*8.*in fine,tuncto nu.*9.*lib.*2. *Hipp. Rim.*
*conſ.*145.*num.*25.*lib.*2.*& conſi* 345.*n.*45 *lib.*3.

Secundo, † vt talis interpretatio facienda ſit etiam 107
aliquid ſupplendo,& ſubaudiendo, ad glo. *in cap. ex-*
*ſtib Bertaz.d conſ.*3.*n.*23.

Tertio, † vt eadem interpretatio fiat etiam per im- 108
propriationem verborum, Felin.*in d.cap cum tu, num.*11.
verſi datur alius modus, extra, de teſtib. Curt.in tract. de teſtib.
*cond.*506.*num.*17.*Bertaz.d.conſ.*8.*num.*13.*in fi.verſi.& pro-*
*ptrea,& conſi.*322.*n.*4.*& conſi.*555.*nu.*3.*Montic.in repert. teſt.*
*rub. teſtis excuſandus ne incidat in falſum fol.*300.*col.*1.*ver.*2.

Verum materiam huius limitationis ſic, † vt ſupra 109
ampliatæ, latius explicaui 5.*in præced.q.*66.*p.*1.*nu.*317.
*& ſeqq.*vbi videas.

LIMITA XIII. † Et vltimo propoſitam regulam, 110
in qua dixi, teſtem falſum nõ probare, vt procedat,
quando de falſitate depoſitionis cõſtat aliunde, quam
ex propria confeſſione ipſius teſtis. Si enim teſtis ſiue
extraiudicialiter ac etiam in articulo mortis, ſiue etiam
iudicialiter fateatur ſe falſum depoſuiſſe, non præiudi-
cat talis confeſſio producenti, in cuius fauorem depo-
ſuit, prout alias dixi *in l.lib.ult.de indic.& tortur.q.* 46.*nu.*
56.*& ſeqq.* Hic non repeto.

ARGVMENTVM.

Teſtis in parte falſus, an & quando in totum reputetur
falſus, quando & quomodo puniatur, & quid ſi de-
ponat falſum ſuper interrogatoriis, circumſtantiis,
acceſſoriis, & appendiciis.

SVMMARIA.

*Teſtis in parte falſus regulariter in totum reputatur falſus,n.*111.
*licet contra,nu.*112.

Testis qui falsum nulliter deposuit, sciens nullitatem sui examinis, non punitur, secus, si ignoret, nu.210. & seq.

Testis non punitur de falso, quando eius depositio est nulla defectu formæ, secus si habeat debitam formam, sed alias est inualida, num.212. Declara vt nu.213 & seq.

Testis falsus punitur de falso, etiam quod eius depositio non habuerit effectum, vel quia iudex illi non credidit, vel quia aduersarius melius probauit, nu.215.

Testis falsus punitur de falso, etiam quod propter suam infamiam, vel inhabilitatem iudex ipsi non credidit, numero 216.

Testis falsus punitur de falso, etiam quod iurauerit, vel deposuerit in die feriato, nu.217. Contra, nu.218.

Testis qui nulliter & inutiliter deposuit, licet non punitur pœna falsi ordinaria, tamen punitur extra ordinem iudicii arbitrio, num.219.

QVÆSTIO LXVII. §. V.

187 REGVLA Sit, † quod testis nulliter & inutiliter deponens de falso, non punitur, Bald. *in l.1. num.4. C. de sepulc. violat. Marsil. late in l.1. §. præterea, numer.14. & sequen. ff. de ficar.* vbi alios refert *concordantes, Alberic. de Malet. in tractat. de testibus, capit. 9. numer.11. versiculo secus si deponeret falsum in iudicio nullo, Lanfranc. de testibus, numero 27. versiculo item habemus,* vbi ampliat etiam, quod dolo testis falsum dixerit, Clarus *in pract. §. falsum, sub versiculo item excusatur, ibi sed contrarium communiter tenetur, &c. Gabriel. libro 7. conclu. 5. num.14. Monticell. regul. crim.15. num.101.* Vbi de teste examinato parte non citata, vel a iudice incompetenti, vel à notario, absque iudicis commissione, & *in repertor. testium, rubr. testis falsum dicens extra iudicialiter, folio 297. colum. 2. versiculo antepenultim. & final. & rubr. testis falsus qui non iuuat, &c. folio 299. colum. 2. versic. 2. Michael Graff. in commun. opinion. libro 2. capit. 17. quæst. 21.* vbi testatur de communi * opinione

188 [illegible]rarium, † quod imo is testis de falso puniatur, scripserit idem Bald. *in l.1. numero 3. iuncto numer 5. per totum in discursu, & ibi etiam Salyc. num. 9. post princip. versic. si iuratus, C. de sepulc. violat. Angel. & Aret in locis relatis per Marsil. in l.1. §. præterea, nu.22. vers. Sed contrarium. ff. de ficar. Anan. in cap.1. num.12. ante finem, versic. aut causatur ab alio vitio, extra de crim. falsi,* vbi loquitur de nullitate examinis defectu citationis, *Nell. de testibus, num.238. Marsil. late in consi.70. num.12. & seq. Montic. in repert. test. rubr testis dicens falsum, extra iudicium, vel in iudicio nullo, folio 297. col.2. vers. penult. & fol.298. col.1. & vers.4. & 5. Pegna. in Direct. inquisit. part.3. ad quæst. 73. comment.322. folio mihi 677. colum.1. ver. id est autem obseruatione dignissimum, Petr. Anton. a Petra in tract. de fideicom. quæst.12. num.1248. vers. sed contrarium est veritas.*

Non † tamen recedas à proposita regula, quæ, sicut magis communiter recepta est, ita etiam & vetissima apparet, declarata tamen, vt infra dicam, *nu.219.* 189

AMPLIA I. Hanc † regulam, vt & idem sit, quando testis depositio parti non nocuit, fallitas enim inde non nocibilis non punitur de falso, sic enim post alios, quos recensent antiquiores, scripserunt Lan. *de testibus, num.27. versi. item habemus, & ibi in addit. in verb. leditur, litera S. Catellan. Cotta in memor. in vers. testis, qui deposuit, vers. & idem etiam dicunt,* vbi refert, quod falsus testis nec etiam punitur pœna statuti punientis falsum testimonium, & quod ita alias obtinuit Mediolani coram Capitaneo Iustitiæ, *Vini. in commun. opinion. in verb. falsum testimonium deponens, in fine,* vbi de communi, * sic pariter infert ad statutum Mediolani, Clar. *§. falsum, versic. item excusatur, in princip. & post medium, ibi, sed contrarium communiter* * *tenetur,* vbi alios refert, tenet ut de communi, & quod ab ea in iudicando non est recedendum, *Monticell. regul. crim.15. num. 90.* vbi de teste falsum deponente super maleficio non punibili, vel de quo inquiri non poterat, *& in repertor. testium, rubr. testis falsus, qui non iuuat, folio 299. colum. 2. versi.3. Ludou. Peguer decisio.19. num.5. ad finem, versicu. cui sententiæ suffragatur. de communi* * *Hieron. Magon. decis. Lucen. 43. num.11. Petr. de adipiscend. possess. numer. 130. vbi etiam aliis relatis, sic tenet de communi, * Hippol. Riminal. consi.113. num.10. & consi.* * *numer.37. lib.2. & consi.245. num.83. & seqq. libro 3.* Vbi tamen teste falsum deponente super maleficio non punibili & de quo inquiri non potest, *& consilio 344. numero 71 dict. lib 3. Bertazzol. consi.8. num.20. lib.1.* vbi quod ad hoc vt testis puniatur de falso, exigitur, vt eius depositio, vel nocuerit, vel nocere potuerit, & ibi plures adducit concordantes, & de communi * testatur, & ibidem *numer.26. versi. quarto cum huiusmodi prætensa falsitas non* *cto numer.27. versiculo, nec quicquam facit, & consi.9.* *vbi de communi, * & consi.247. num.10. & consi.322. num.6. & consi.555. num.14.*

LIMITA I. Hanc ampliationem, † vt procedat quando depositio testis non solum non nocuit, sed etiam quando non poterat nocere: tunc enim is testis de falso non punitur, prout loquuntur Doctores præcitati, imo nullatenus punitur, si credendum est Iosepho Ludou. *in decisio. Lucen. 15. num.47.* Secus autem si potuisset nocere, nisi fuisset detecta: Tunc enim hunc testem de falso puniendum verius crediderim, ideaque in proposito scripserunt Marsil. *in consil.70. num.13. Clar in § falsum, versi. item excusatur, post medium, ibi, Sed certe in dicio meo, &c.* & rursus ibi, *Secundus est casus. &c. Hippol. Riminald. consilio 113. numero 60. in fine, libro 2. consilio 145. numer.4. dicto libro 2. Petr. Anton. a Petra de fideicommiss. quæstion.12. numer.251.* & faciunt quæ dixi infra, *numero 215.*

LIMITA II. Eandem ampliationem, † vt procedat quoad pœnam falsi ordinariam, sic enim Doctores in dicta ampliatione loquuntur: Secus autem quoad

* extraordinariam, *Plot. de in litem iurand. §. 44. num. 9. in fin. & numero 11. in fine, vbi de magis communi,* * *& numero 15. ad finem, vbi etiam de magis communi, Clar. in §. falsum, versic. tu scis, in fine. & latius, in ver. item excusatur, ibi, Sed bene potest extra ordinem puniri, &c. & in fine, dict. versic. item excusatur, vbi aliis relatis testatur de communi,* de qua etiam testatur Soarez. *thesaur. recept. sentent. litera T. num. 259. Hippol. Riminald. consi 245. num. 85. lib. 3. Ioseph. Ludoph. decisio. Lucen. 15. num. 23. iuncto num. 48. & seq. Hieron. Magon. dec. Lucen. 43. num. 19. & 20. vbi de communi,* * *Petra de fideicommiss. dict. quæst. 12. num. 1252.* & faciunt, quæ generaliter dixi, *infr. num. 219.*

194 AMPLIA II. Eandem † regulam in teste, qui falsum deponit sine iuramento: Nam & hunc testem non puniri de falso, scripserunt Bald. *in l. 1. numero 3. & seqq. in discursu. & præsertim numero 5. versicul. breuiter ego distinguo, Cod. de sepulcr. violat. & in capitu. 1. num. 5. titu. si de inuestit. inter dom. & vassallum lis erit. Anchar. in cap. 1. num. 8. de crim. falsi.* Et pro hac ampliatione faciunt sex argumenta, distinctim relata, post Ioan. Andr. quem allegat per Marian. *in dict. cap. 1. de crim. falsi, numer. 71. iuncto num. 76. & seqq. vsque ad numerum 79. & numer. 92. versicul. & Baldus tamen, & numer. 93. & seqq. vsque ad uum. 101.* vbi in hac opinione tamquam satis æqua, & rationabili, & etiam veriori de iure Codicis, quo in testibus requiritur iuramentum, *per l. iurisiurandi, C. de testibus,* (licet secus de iure Digestorum) residere viderur. Item faciunt pro hac eadem opinione plures rationes magistraliter relatæ per Alber. *in l. turisiurandi, numer. 7. in princip. vsque ad versicul. in contrarium, &c. Codic. de testibus, & in l. si quis legatum, numero 2. in princip. ff. de falsis, Monticell. regul. crimin. 15 numer. 101. Michael. Graff. in commun. opinion. libr. 2. capit. 17. quæstion. 21. vbi de communi,* * *Ioseph. Ludou. decision. Lucens. 15. num. 74. & seqq.* vbi propterea, quod isto casu non intrat pœna statuti, &c. Bertazzo. *cons. 47. numer. 6.* Vbi † idem de teste, qui sine iuramento examinatus tacet veritatem, quod & idem repetiit in *consilio 218. nu. 13.*

196 Contrarium, † quod imo testis deponens falsum, puniatur de falso, etiam quod sine iuramento deposuerit, concludere post disputationem videtur Barto. *in l. si quis legatum, numero 4. ff. de falsis. Anan. in dict. capit. 1. num. 11. versicquærit autem, ibi Bartol. &c. & ibidem Henric. Boyc. numer. 8. extra de crimin. falsi.* Et faciunt pro hac eadem contraria opinione, alia sex argumenta relata per eundem Marian. *in dict. capit. 1. numer. 72. 73. & 74. & numer. 79. & seqq. vsque, & post numer. 91.* vbi etiam respondet contrariis, *& dict. numer. 91. versicul. sed tu aduerte, Salycet. in l. 1 numer. 9. ad medium, versiculo secundo casu, iuncto versicul. sed hoc non obstante, Codic. de sepulcr. violat. Alber. in l. iurisiurandi, numer. 7. colum. 2. versicu. in contrarium, &c. vsque ad versicul. si vero testimonium non habet formam, Cod. de testibus,* vbi pluribus rationibus, & magistraliter hanc probat opinionem, Iason *in l. præscriptione, numero 8. versicul. sed non est sine dubio, Codic. si contra ius, vel vtil. public. Fran. Curt. Papien. in tractat. de testibus, conclusio. 15. num 34. vbi de communi,* * *Tindar. de testibus, part. 1. capit. 9. numer. 16. & seqq.* vbi bene fundat, respondet contrariis, & quod ita tempore suo omnes moderni tenebant, *Alberic. de Malef. de testibus, cap. 7. num. 76. & cap. 9. num. 11. Crot. de testibus, part. 7. num. 232. in fine,* vbi quod ista opinio videtur probabilior, Boss. *in titu. de falsis, numer. 141. Gabriel. lib. 7. conclu. 5. numer. 15. Montic. in repertor. test. rubr. testis, dicens falsum non iuratus, fol. 297. colum. 1. versicu. 3. & eqq. vbi etiam de materia, Clar. in pract.* * *§. falsum. versicu. tu scis, vbi de communi,* * *Soarez. in commun. opinion. litera T. numero 257. vbi etiam de communi,* * *Ioseph. Ludou. decisio. Lucen. 15. numero 74. vbi de communi,* * *Mastard. de probat. libro primo, in præfat. quæst. 5. num. 106. Petr. Anton. a Petra in tractat. de fideicom. q. 12. num. 1277. versicu. nec refert, quod non dicatur iuratus, Pegna. in Direct. inquisit. part. 3. ad quæst. 73. Commen. 122. folio 677. colum. 1. vers. id est autem obseruatione dignissimum, Bertaz. consilio 218. num. 13. Bursat. consilio 99. num. 30. vbi etiam de communi.* *

Pro † concordia distingue, quod prima opinio procedat, quoad pœnam falsi ordinariam. Secunda autem quoad extraordinariam, & sic testis, qui falsum deposuit non iuratus, punitur non pœna falsi ordinaria, sed extra ordinem iudicis arbitrio, vt per Bald. *in l. iurisiurandi, in fine, C. de testibus, & in l. 1. numer. 6. C. de sepulcr. violandi, in fine, C. de testibus, & in l. 1. numer. 6. C. de sepulcr. viola. Alberic. in l. si quis legatum, num. 3. ver. soluendo dic. ff. de falsis,* vbi dixit, hanc distinctionem esse Martini de Fano, Iacobi de Arena, & aliorum famosorum Doctorum Bononiensium, quibus alias resolutio huius quæstionis tempore suo commissa fuit, Marian. *in capitu. 1. numer. 91. versicul. sed idem Baldus, & numer. 96. versiculo, vtrum autem alia pœna, iuncto numer. 97. 98. & 99. & seqq. de crim. falsi,* vbi relatis hinc inde contrariis, & post longam disputationem in hac opinione residet Maranta *de testibus, in princip. rubr. de testium productione, num. 21. & alias in suo Speculo, part. 6. actu 6. dict. num. 21. Grammat. decis. 27. numer. 5. & 6. Plot. de in lit. iurand. numer. 717. secundum antiquam impressionem, & secundum aliam, § 44. numero 10. Gabriel. libro 7. concluſ. 5. numero 15. versicul. contrarium, & numer. 18. Bertazzol. consil. 47. numer. 2. & vbi Claud. in addit. litera A.* vbi reprobata opinione Clari, & aliorum dicentium, esse pœnam falsi, testatur de frequentiori opinione,* & in praxi receptiori, Iul. Schar. inter consi. crim. diuersor. *consi. 106. nu. 15. tomo 2. Michael. Graff. in commun opinione, libro 2. cap. 17. quæst. 21. vb. de communi.* * *Hieronym. Magon. decisio. Lucen. 43. numer. 19. & 20. vbi etiam de communi,* * *Monticell. regul. crimin. 15. numero 101. versiculo, intelligas prædicta, Ioseph. Ludou. dict. decis. Lucen. 15. numer. 75.* vbi de verissima opinione, & hoc idem voluisse videtur Clar. (licet is pro secunda contraria opinione allegetur) *in §. falsum, versicu. tu scis, in fin.* dum dixit quod, quando depositio non iurata, non est nocibilis, non punitur de falso pœna ordinaria, sed extraotdinaria. Et faciunt pro hac opinione, quæ dixi, *ſ. num. 219.*

AMPLIA Rursus † hanc secundam ampliationem, 198
vt multo minus puniatur de falso testis, qui sine iuramento falsum dixit, quando non iudicialiter, sed extraiudicialiter coram notario deposuerit, iuxta distinctionem Bartoli, *in leg. si quis legatum, ff. de falsis,* de qua dixi, *infr. num. 212. & seq.* tunc enim deficit forma examinis, ideo non intrat pœna falsi, prout pariter, & generaliter dixi, *infr. num. 203. & seqq.* Idem, si testis falsum deposuit in schedula, & sine iuramento, de quo dixi, *infr. num. 206.* Tunc enim, cum pariter deficiat forma examinis, non potest pariter pœna falsi ordinaria imponi, vt in specie declarat Alber. *in l. iurisiurandi, nu. 7. col. 2. ad fin. versi. D. Ricardus, C. de testibus, & concordant omnes Dd. allegati, infr. nu. 212. seq.*

LIMITA Hanc secundam ampliationem quatuor 199
modis.

Primo, † quando testis iurauit, sed notarius per negligentiam omisit scribere iuramentum, quia tunc intrat pœna falsi, *Alber. in l. si quis legatum, in prin. num. 3 ad fin. ff. de falsis, & in l. iusiurandi, num. 8. C. de testibus,* vbi etiam, quomodo isto casu puniatur notarius, qui dictum iuramentum scribere omisit.

Secundo † quando testis iurauit, sed iuramentum 200
fuit nullum, & non solemniter præstitum, quia tunc etiam succedit pœna falsi, Bald. *in dict. l. iurisiurandi, num. 6. C. de testibus, & in l. 1. numer. 5. versicu. item si testu, Cod. de sepulcr. violat. Anan. in cap. 1. num. 12. versicul. si vero iurauit, de crim. falsi.*

Tertio,

201 Tertiò † quando testis est talis, vt ei sine iuramento credatur, quia tunc etiam de falso punitur, *Bald. in l. 1 nu. 5. vers. nisi esset talis, C. de sepulc. violat. Anan in c. 1. nu. 12. vers. nisi esset talis, cui staretur sine iuramento, & d num. 12. in fin. vers. si vero deponit extra id, & ibi etiam Marian. post num. 92. vers. & Baldus tamen, & num. 95. vers. vnde pondero, extra de crim. falsi.*

202 Quartò, quando à partibus esset remissum iuramentum, quia tunc pariter punitur de falso, si falsum dixit, *secundum Salyc. in l. 1. nu. 9. ad medium, vers. secundo casu, C. de sepulcr. viola. Anan. in d. c. 1 n. 95. vers. aut non est talis persona, extra de crim. falsi.*

203 AMPLIA III. Propositam † regulam in teste, qui extra judicium falsum deponit, nam & hunc testem de falso non puniri latè comprobat, & contrarijs respondet Tindar. *de testibus, part. 1. lib. 2. cap. 3. numer. 4. & omnib. seqq. & cap. 5. num. 2. refert & sequitur Gabriel. lib. 7. conclus 5. numi 7.*

LIMITA Hanc tertiam Ampliationem duobus modis.

204 Primò in teste, qui falsum deponit coram judice procedente sine strepitu, & figura iudicij, quem propterea de falso puniri, scripsit idem Tindar. *de testibus, lib. 3. cap. 5. num. 1.*

205 Secundò, quia † licet is testis extra judicium falsum deponens, non puniatur pœna falsi, punitur tamen crimine stellionatus mitiori pœna criminaliter, & etiam ciuiliter tenetur de dolo ad damna, & interesse, & per eundem Tindar. *de testibus, lib. 2. par. 1. c. 5. n. 3. & 4.* & faciunt quæ generaliter dixi, *infr. n. 219.*

206 AMPLIA IV. In † teste deponente falsum in priuata schedula (prout hodie faciunt illi, qui alicuius negotij, aut facti faciunt fides in scriptis.) Nam si is talē schedulam, siue fidem fallam fecit, vt illa poneretur in actis, non punitur vt falsus testis, licet puniatur in genere de falso: si vero nō animo, vt in actis produceretur, sed dolosè voluit aliū lædere, tenetur ciuiliter ad damna, &c. & etiam criminaliter pœna stellionatus: si vero neminem lædere voluerit, nō tenetur, nec aliquo modo punitur, vt per Marian. Socin post Ricar. de Malumb. & Io. Andr. quos allegat *in cap. 1. nu. 89. & ibi etiam Henric. Boyc. nu. 9. vers. sed quærebat, extra de crim. falsi. Alber. in l. iurisiurandi, nu. 7. in fine, col. 3. in princ. vers si vero testimonium, C. de testibus.*

207 AMPLIA V. In † teste falsum deponente extra articulos: Nam & hunc testem de periurio non teneri post alios, quos allegant antiquiores, scripserunt *Viu. in commun. opin. in vers. testu falsum testimonium deponens, vers. limitatur dicta pragmatica. Montucel. in repert. test. rub. testis falsus super appenditus. fol. 299. col. 1. vers. penult. Michael. Graff. in commun. opin. lib. 2. c. 17. qu. 21. vbi de communi,* * *Person. de adipiscen. possess. nu. 130 in fin. Bertaz. cons. 47 num. 5. lib. 1. Hipp. Rimin. cons. 344. num. 29. lib. 3.* vbi quod non punitur pœna statuti imposita contra falsos testes, ex Gram. *in cons. 31. num. 14.*

208 Contrarium, quod † imo testis deponens falsum extra articulos, puniatur de falso, relatis hinc inde contrarijs concludere videtur Bald. *in l. 1. num. 3. & seqq. in discursu, & ibi etiam Salycet. numero 9. versicul. an deponit extra id, quod fiat iuratus, iuncto versicu. sed non obstante, C. de sepulcr. viola. Lanfran. de testibus. num. 53.* (Vbi tamen rationes per eum adductæ, contrarium suadere videntur) Claud ad Bertazzol. *consil. 194. in addit. litera A, versicul. præterea, in princip. & in versicul. sed quid si dicatur, & versicul. sequ. ad fin.* vbi præsertim, quando testis, licet deposuerit extra articulos, deposuit tamen super pertinentibus connexis, & dependentibus ab articulis, de quo supra latius dictum fuit.

209 Pro † concordia dicerem secundum ea, quæ posui, *infr. nu. 219.* quod iste testis, qui falsum deposuit extra articulos non puniatur pœna falsi ordinaria iuris communis, vel statutaria, sed bene alia mitiori iudicis arbitrio, vt in specie voluit Plot. *de in lit. iuran. §. 44. n. 9. in fin. ver. & idem in teste, & est communis,* * *vt per Michael. Graf. lib. 2. c. 17. q. 21.* præsertim, quando id, super quo deposuit testis, non solum est extra articulos, sed etiam extraneum à causa, & testimonio, de quo agitur, tunc enim testis nō punitur de falso, sed vt mendax, vt per Marian. *in c. 1. nu. 101. & seqq. de crimine falsi.*

AMPLIA VI. Regulam † multo magis procedere, 210
quando testis, qui falsum deposuit, haberet notitiam nullitatis suæ depositionis, vt per Tindar. *de testibus, lib. 2. part. 1. cap. 10. nu. 11. versic. sed attende, & num. 12. & 13.* vbi magistraliter concludit, quod si nullitas judicij non est nota testi: Tunc falsum deponens in judicio nullo punitur: si vero nullitas est nota testi, & tunc non punitur, nec etiam crimine stellionatus. Verum † hunc testem, 211
siue ignotam, siue notam habeat judicij nullitatem, nunquam crederem effugere posse. si falsum dixerit, extraordinariam pœnam, propter periurium, & temeritatem.

LIMITA I. Propositam † regulam, vt procedat, quan- 212
do depositio est nulla defectu formæ, puta, quando testis non in judicio, sed coram Notario dicat, scribe notarie, quia depono sic, & sic: tunc enim iste testis deponens falsum nulliter, non punitur: Secus autem si depositio habeat debitam formam, sed alias est inualida, quia tunc si falsum dixerit punitur, sic enim distinguit Barto. *in l. si quis legatum, num. 3. ff. de falsis,* & hanc Bartoli distinctionem sequuti sunt Bald. *in l. 1. nu. 5. versic sed Ricardus distinguit, & ibi etiam Angel. & Salyc. num. 9. in princip. C. de sepulcr. viol. Marian. in cap. 1. nu. 68. versic. quod rutellige, & nu. 88. & 89. Anan. num. 10. post medium, & nu. 11. ante medium, & nu. 12. ad medium, verficul. adde quod Salycetus, &c. Abb. num. 7. versic. & intellige hoc dictum, Ancharan. numer. 8. verficul. quid ergo dicendum, extra de crucin. falsi. Tindar. de testibus, libro 2. part. 1. cap. 3. nu. 6. & cap. 10. nu. 9. vers. dic quæso, Lanfranc. de testibus, nu. 53. Angel. de malef. in ver. falsario. nu. 21. Marsil. cons. 70. nu. 12. Plot. de lit. iuran. §. 44. nu. 11. Clar. in §. item falsum, vers. item excusatur, ad finem, ibi, & hoc casu, &c. Bertaz. cons. 8. n. 27. Hipp. Rimin. cons. 145. nu. 10. lib. 2.* Ex quibus propositam limitationem, & Bartoli distinctionem communiter * à Dd. receptam esse * apparet.

SVBLIMITANDO Hanc primam † limitationem, 213
aduerte, prout aduertit Boss. *in tit. de falsis, num. 88. versic. item Bartolus, &c.* quod in prædicta distinctione dum Bart. dixit, quod primo casu, quando depositio est nulla defectu formæ, punitur testis falsum deponens, non punitur autem, quando depositio habet debitam formam, sed est alias nulla, non declarat, qua pœna puniatur, aut non puniatur iste testis, ordinaria scilicet, vel extraordinaria. Sed bene hoc declarat, Bald. *in l. iurisiurandi, in fine, num. 6. C. de testibus,* vbi dixit, quod si depositio testis non habet formam, & figuram judicialis testificationis, non punitur pœna falli, sed crimine stellionatus, quod & idem voluit Plot. *de in lit. iuran. §. 44. numero 11.* Si vero habeat formam, sed nullam, & minus solemnem, & tunc punitur pœna falsi, vt ibi per Bald. & Baldi distinctionem sequutus est Clar. *in §. falsum, vers. item excusatur, in fine.* Verùm † in hoc vltimo 214
capite distinctionis Baldi, vide Boss. *in dict. tit. de falsis, d. num. 88. in versi. sed quando,* vbi tenet, quod quando dictum testis non est nocibile, tunc indistincte, etiā quod adsit forma judicij, non punitur pœna falsi, sed extraordinaria.

LIMITA II. Eandem † regulam non procedere in 215
teste falso, cuius depositio non habuit effectum, vel quia iudex illi nō credidit, vel quia aduersarius melius probauit: pœna enim falsi hunc testem puniendum es-

se voluit, *gloss. in cap. 1. & ibidem Hostien. num. 1. in fin. Anan. numer. 10. versicul. in eadem glossa, & num. 14. versicul. adde etiam, & num. 68. versicul. item quæro, Anton. de Butr. numer. 9. vers. sed an puniatur, Abb. num. 7. extra de crim. falsi, Salycet. in l. 1. num. 9 post princip. versic. & tunc aut nullitas testimonij causatur dumtaxat à falso C. de sepulcr. viol. Marsil. cons. 70. n. 14. Jodoc. in pract. crim. c. 21. rub. de falsitat. in verb. nu. 4. in fine, Monticell in repert. test. rub. testis falsus, qui non iuuat, fol. 299. col. 2. ver. primo, & vers. antepenult.* ex quibus hanc limitationem * communiter * esse receptam apparet, quamuis contrarium consulendo tradiderit Hippol. Rim. *cons. 344. num. 69. lib. 3.*

216 LIMITA III. In teste, qui† falsum deposuit, sed eius depositio nulla & inutilis est, propter eiusdem testis inhabilitatem, cum non probauerit, quia puta erat infamis, excommunicatus, & similia: Nam, hunc testem falsi pœna teneri, scripserunt Bald. *in l. 1. n. 5. vers. breuiter ego distinguo, iuncto vers. nam certum est, C. de sepulc. violat. Anan. in c. 1. n. 12. vers. adde etiam, iuncto vers. si vero est iuratus, & vers. aut deposuit in figura iudicij, & ibi etiam Marian n. 92. versicul. si vero testis, extra de crimine falsi,* quorum opinio & * verior, & communior * mihi videtur. Quamuis contrarium expresse voluerit Lanfranc. *de testibus, nu. 3. in fine, versicul. quibus verbis, allegans pro se Bald. in l. 1. C. de sepulc. violat.* qui tamen (vt supra eum retuli) contrarium dicit.

217 LIMITA IV. In teste deponente, & † iurante die feriato, cuius depositio, licet nulla sit (vt infra suo loco dicam) eum tamen de falso puniri, voluit Iacob. Buttrig. *in tract. de testib. in rub qualiter exceptiones opponantur testibus, n. 26. arg. tex in l. si clericus, C. de episcop. audien. & in l. si quis le-*
218 *gatum. C. de falsis.* Sed † contrarium in hoc voluit Lanfr. *de testibus, n. 53. ante fin.*

219 LIMITA V. (Et † cum hac limitatione concordantur contraria relata, *sup. n. 187. & seq.* vt licet testis nulliter falsum deponens, pœna falsi ordinaria non puniatur, punitur tamen extra ordinem mitiori pœna iudicis arbitrio, secundum Anan. *in c. 1. nu. 11. extra de crimin. falsi, Augustin. ad Angel. de malefic. in verbo, falsario, nu. 21.* vbi * quod ita communiter * tenetur, ex Gandin. qui late tractat istam quæstionem, *& in tractat. de malef. sub rub. de falsariis, Marsil. in l. 1 § præterea, num. 23. & seqq. ff. de Sicar. Plot. de in it. iuran. § 44. nu. 11. in fine, & nu. 15. etiam in fine,* * vbi de magis communi, * *Boss. in tit. de falsis, num. 88. Clar. in § falsum, vers. item excusatur, ibi, Sic etiam testis, cuius depositio erat nulla, &c.* vbi alijs relatis de communi opinione, Michael. Grass. *in commun opin. lib. 2. cap. 17. quæst. 12. vbi etiam de communi,* * *Monticell. reg. crim. 15. num. 101. vers. intelligas prædicta, Hieron. Magon decis. Lucen. 43. num. 19. &* + *seq. vbi de communi,* * *Peer. Anton. à Petra, in tract. de fideicom. q. 12. nu. 1252.* & faciunt quæ in specie dixi supra, *nu. 193. 197. 205. & 209.*

ARGVMENTVM.

Testis qui tacet veritatem, an dicatur falsum deponere, quomodo puniatur, & de materia.

SVMMARIA.

Regula sit, quod testis, qui tacet, & occultat veritatem, non probat, & punitur, vt falsus, n. 220.

Ampliat. 1. in teste, qui dolose dicti sui rationem non reddit, vel reddit, sed non concludentem, num. 221. fallit in rusticis, num. 22.

Ampliat. 2. etiam in teste, qui dicit se non recordari de eo, de quo recordatur verisimiliter, n. 223. fallit quando obliuio est probabilis, nu. 224.

Ampliat. 3. in teste qui deponit obscure per malitiam ad hoc, vt eius depositio producenti non prosit, nu. 225. & n. 226. vbi idem de eo, qui aliquid certe sciens, deponit dubitatiue, & per verbum videtur.

Ampliat. 4. multò magis in teste, qui dicit se nescire, id quod re vera scit, n. 227.

Ampliat. 5. non solum si testis iurauit dicere plenam, & integram veritatem, vel si specialiter interrogetur super articulo, sed etiã simpliciter iurauit dicere veritatem, vel meram veritatem, n. 228. Contra, n. 229. Declara, n. 230.

Limita 1. in teste, qui sine dolo tacet veritatem, n. 231.

Limita 2. quia licet testis tacendo veritatem, dicatur falsus, non tamen dicitur dicere falsum, ideo non comprehenditur sub statuto puniente dicentem falsum, n. 232.

Testes qui dicunt mendacium, dicuntur falsi, qui vero tacent veritatem, dicuntur fraudulenti, n. 233.

Testis qui non vult comparere, ne examinetur, punitur criminaliter pœna stellionatus, ciuiliter autem ad damna & interesse, n. 234. Limita in teste instrumentario, qui recusat se examinari, punitur de falso, n. 235.

QVÆSTIO LXVII. §. VI.

REGVLA Sit, quod † testis, qui in sua depositione tacet, & occultat verum, puniatur, ac si falsum dixisset, & sic etiam omittendo, testis committit 220 falsitatem. Sic mihi probat tex. apertus, *in cap. 1. de crimin. falsitatem.* Sic mihi probat tex. apertus, *in cap. 1. de crimin. falsi, in fine, & ibi hoc notat Hostien. num. 6. in verbo, occultat, Anan. num. 4. vers. nota quod testis, Anchar. nu. 3. in 3. notab. Card. Zabarell. nu. 1. vers. falsus est, Abb. in summario, & nu. 1. in fin. vers. item ille, & num. 3. in 2. notab. & num. 4. vers. vlt. potest colligi Marian. Socin. nu. 2. & 3.* vbi etiam latè, an celans veritatem committat peccatum, *iuncto nu. 44. vers. & est aduertendum, & nu. 45. & sequ. Bart. in l. presbyteri, nu. 1. per illum text. ibi, vera suppresserint, & ibi etiam Bald. num. 7. & Castren. num. 1. C. de episcop. & cler. Ias. in l. præscriptionis, nu. 5. & nu. 9. C. si contra ius, vel vtil. publ. vbi bene Marsil. in l. 1. § sed si quis, nu. 1. ff. de falsi. Augustin. ad Ang. in ver. falsario, num. 20. in fi. vers. & vide Bald. Franc. Curt. in tract. de testibus, concluſ. 15. nu. 30. & seqq. vbi exornat, Tindar. de testibus, part. 1. cap. 9. nu. 4. Nell. de testibus, num. 243. & nu. 245. vers. testis, qui dicit se nescire, Tiraqu. de pœnis temperand. causa 44. nu. 15. & seqq. Boss. in tit. de falsis, num. 139. Jodoc. in pract. crim. ca. 21. rub. de falsitat. in verbo, nu. 4. Plot. de lit. iuran. § 44. nu. 7. Corrad. in pract. rubr. de falsariis, nu. 12. Menoch. de arbit. q. lib. 2. casu 310. num. 14. Viui. in commun. opin. in vers. testis falsum testimonium deponens in pract. Monticell. reg. crim. 15. nu. 22. & 23. & in reper. test. rub. testis celans, vel tacens veritatem fol. 295. colum. 2. versic. 1. & seqq. & rub. testis falsi pœna fol. 305. colum. 2. vers. fin. & fol. 306 colum. 1. vers. 1. Decian. in tract. crim. tomo 2. lib. 6. cap. 10. rubr. qui sunt periuri, num. 30. Bertazz. cons. 247. num. 1. lib. 1. & consil. 451. num. 5. lib. 2. Zanchin. de haret. cap. 14. num. 2. Pegna in Direct. Inquis. part. 1. ad quæst. 73. comment. 122 fol. mihi 675. col. 1. vers. falsum autem testem, Mascar. de prob. lib. 1. in præfat. qu. 5. nu. 70. & seqq. lib. 2. concl. 743. n. 12.* * Ex quibus hanc regulam non solum communiter * receptam, sed & (ni fallor) contradicentem non habere, dicere possumus.

AMPLIA I. Hanc† regulam etiam in teste, qui dicti 221 sui doloſe, vt non reddit rationem, vel illam reddit, sed non concludentem, nam & is de falso punitur, sicut si tacita veritate deponeret, secundum Bal. *in l. presbyteri, n. 6. C. de episc. & cler. in l. nullum, n. 3. versitem exemplum, & ibi etiam Ioan. Sicar. n. 3. C. de testib. Ias. in l. præscriptione, n. 6. C. si contra ius vel vtil. publ. Marsil. in l. 1. § sed si quis, n. 2. ff. de falsis. Anan. in c. 1. n. 4. vers. subdit etiam, iuncto vers. & istud idem, & ibi etiam Anchar. n. 5. & Marian. n. 53. de crim. falsi, Bald. in tract. de testibus, par. 2. nu. 7. Nell. de testib. nu. 234. & dixi inf. q. 70. nu. 40.*

LIMITA Hanc† primam ampliationem procedere, 222 prout loquitur, quando scilicet testis dolo, vel rationem non reddit, vel reddit, sed non sufficientem, prout faciunt rustici nescientes meliorem causam & rationem reddere, quia tunc non puniuntur, prout scripserunt idem Bald. *in d. l. presbyteri, numero 6. versicul. secus si ex simplicitate, C. de Episcop. & cleric. Anan. in d. cap. 1. numero 4. versic. secus si ex simplicitate, & ibi etiam Ancharan. num. 5. eodem versicul. secus si ex simplicitate, Mar. an. numero 54. extra de crim. falsi, Bald. de testibus, d. numero 7. versic. secus si ex simplicitate, Nell. de testibus, d. num. 234.* & faciunt, quæ infra mox dixi *in sequ. limitatione,* & quæ generaliter dixi etiam supra *hac eadem q. nu. 77. & 81.* & dixi infra, *d. q. 70. num. 41.*

223 AMPLIA II. Eandem † regulam etiam in illo teste, qui dicit se non recordari de eo, quod vel certum est ipsum recordari, vel saltem debet verisimiliter recordari. Nam & hunc testem de falso puniendum scripserunt Bald. *in l. presbyteri, nu. 6. vers. ex prædictis etiam dico, C. de Episcop. & Cler. Ias. in l. præscriptione, numer. 6. C. si contra ius, vel vtil. publ. Ancharan. in capit. 1. num 5. versic. si autem testes, & ibi etiam Marian. Socin. numer. 55. & Anan. num. 5. extra de crim. falsi, Bald. de testibus, part. 2. nu. 8. Tindar. de testibus, part. 1. cap. 9. nu. 11. versic. interdum enim, Nell. de testib. nu. 234. Curt. Papien. de testibus, concl. 15. num. 31. versic. 2. do si dicit non recordor, Boss. in tit. de oppos. cont. test. nu 9. Monticell. in repert. test. rubr. testis celans, vel tacens veritatem, fol. 296 col. 1. vers. 3. & 4.*

224 LIMITA Hanc† secundam ampliationem, vt procedat, quando testis dicit se nõ recordari de eo, de quo re vera recordatur: secus si probabiliter non recordatur. Quia probabilis obliuionis causa testem à falso excusat, vt alias dixi, & in proposito declarant idem Bald. *in d. l. presbyteri. nu. 6. in fine, C. de Episcop. & cleric. Anan. in d. cap. 1. num. 5. vers. secus quando, & ibi etiam Ancharan. num. 5. eod. vers. secus quando, extra, de crim. falsi. Marian. Socin. in d. l. num. 56. & seqq.* vbi dixit, obliuionis probabilem causam oriri ex multiplicitate negotiorum, vel quando factum non esset multum notandum, vel etiam ex lapsu temporis, Bald. *in tract. de testib. part 2. num. 8. vers. si autem esset probabilis causa obliuionis, Nell. de testib. num. 234. vers. ex quo dico.*

225 AMPLIA III. Dictam † regulam in teste, qui deponit obscure, verbi gratia, vel per malitiam ad hoc, vt eius dispositio producenti non prosit. Adhuc enim & is de falso punitur, secundum Bald. *in l. nullum, num. 3 & ibi etiam Salyc. post num. 1. de testibus, Anan. in cap. 1. num. 4. vers. primo admitto falsitatem, iuncto num. 7. & ibi etiam Marian. num. 66. & 68 & de crim falsi Marsil. in l. 1. § sed si quis, numer. 2. ff. de falsis, Curt. Papien. de testibus, concluſ. 5.*
226 *nu 30.* Et idem † quod puniatur de falso testis, qui dubitatiue deponit per verbum *credo*, vel per verbum *videtur*, de eo, quod ipse certo scit, scripsit Tindar. *de testibus, par. 1. ca. 9 nu. 11. vers. interdum enim,* & dixi *infra in eq. q. 68. num. 5.*

227 AMPLIA IV. Regulam † multo magis procedere in teste, qui dicit se nescire id, quod re vera scit. Tunc enim negando veritatem, nedum illam tacendo, eo magis de falso punitur, vt per Abb. *in cap 1. num. 3 versic. & hoc intellige, & ibi etiam Marian. Socin. num 46. vers. quod verum, extra de crim. falsi. Castren. in l. presbyteri, num 1. C. de Episc. & cler. Tindar. de testibus, par. 1 cap. 9. num. 11. vers. interdum enim, Nellus de testibus, num. 245. versic. testis, qui dicit se nescire.*

228 AMPLIA V. Vt † testis de falso puniatur tacendo veritatem, non solum si iurauerit dicere plenam & integram veritatem, vel si specialiter super articulo interrogatus dixerit se nescire, sed etiam si simpliciter iurauerit dicere veritatem, vel meram veritatem. Sic enim relatis hinc inde contrarijs colligitur ex trad. per Boss. *in titul. de falsis, numero 139 141. & 142. & ante eum per Anan. in cap. 1. num 4. versicul. Doctores tamen, & ibi etiam Marian. Soc. in numero 46. & seq. extra de crim. falsi. Franc. Curt. Pap. de testibus, concl. 16. num. 34. ad fin.* vbi quod hæc etiam sua sententia Imolæ, quæ sibi magis placet,
229 quam contraria sententia Buttrij. Prout † contrarium

in hoc scripserunt Abb. *in dict cap. 1. de crim. falsi, nu. 3. vers. & hoc intellige, & Anchar. etiam num. 3. versic. & hoc quando testis.*

Verùm † hæc contraria opinio posset procedere se- 230
cundum Ias. *in l. præscript. num. 8. in fin. C. si contra ius, vel vtil. publ.* quando testis simpliciter iurauit ad interrogata respondere: Nam tunc si non interrogatus tacet veritatem, non potest de falso puniri.

LIMITA I. Proposita regula, vt procedat in te- 231
ste, qui doloſe & scienter tacet veritatem: secus si sine dolo, per ea quæ generaliter dixi supra *nu. 77.* & in specie in tacente verum scripserunt Zanchin. *de haret. c. 14. nu. 2. in fin. & Bertaz. cons. 247. n. 2.*

LIMITA II. Eandem † regulam, vt licet testis tacens 232
veritatem dicatur falsus, & puniatur, non per hoc tamen dicatur, *dicere falsum*, & ideo non comprehendatur in statuto corporaliter puniente dicentẽ falsum, vt colligitur ex traditis per Boss *in tit. de falsis, nu. 139. & seqq.* vbi propterea, quod apud eum practicatur, & obseruatur, vt talis testis non puniatur pœna statuti Mediolani, sic dicentis sed mitius, sequitur Bertaz. *cons 47. nu. 6. in fine, & cons. 218 num. 13.* Et † facit pro hac allegatione tex *in* 233
l nullum, in n C. de testibus, in illis verbis: *Quorum voces, veritatem, vel fidem, non carere profitetur.* Per quem text. Bald. ibi, *nu. 3 in 2. notab. Salyc. nu. 2. & Io Sic. nu. 5.* adnotarunt, quod testes, qui dicunt mendacium, proprie dicuntur falsi, qui verò tacent veritatem, dicuntur fraudulenti.

LIMITA III. Vt † regula procedat in teste, qui exami- 234
natus tacet veritatem. Is enim punitur de falso, secus autem si vult comparere, ne examinentur, quia tunc non punitur, vt falsus testis, sed crimine stellionatus criminaliter, & etiam ciuiliter ad damna, & interesse, vt per Bald. *in l. presbyteri, num. 12. versic. quod in eo, C. de episcop & cler. Anan. in c. 1. nu. 6. vers. quid autem de illo, & ibi etiam Ancharan. num. 7. & Marian. Soci. nu. 65. extra de crim. falsi, Menoch de arbitr. q. lib. 2. casu 310. post num. 14. & nu. 15.* (19.)

SVBLIMITA Hanc † tertiam limitationem & in 235
teste instrumentario, & rogato, qui cum ex hoc assumserit sibi officium testificandi, non debet post assumptum officium tacere veritatem, & ob id occultans se, ne examinetur, punitur de falso, secundum Bald. *in d. l. presbyteri, num 12. vers. nisi esset testis rogatus, C. de episcop. & cleric. Anan. in d. cap. 1. num. 6 versic. quod potest esse verum, extra de crim. falsi. Ias. in l. præscriptione, nu. 8. vers. 1. quando. C. si contra ius, vel vtil. publ.*

ARGVMENTVM.

Dicta corruptela pœna, & probatione, pœna subornantes, & corrumpentis testes.

SVMMARIA.

Testis corruptus promissione, pecunia, vel alia re, regulariter non probat, & de falso accusatur, n. 236.

Testis pecuniam accipiens, præsumitur in dubio dixisse falsum, quod non probatur quod falsum dixerit, n. 237.

Testis eo ipso, quod probatur pecuniam accepisse, potest de falso accusari, & puniri etiam quod non probetur falsum dixisse, nu. 238. sed verius est quod isto casu possit tanquam valde suspectus torqueri, & si in tortura sustinebit, adhuc poterit extra ordinem puniri. n 239.

Testis qui pecuniam recepit, vt verum dicat, reputatur falsus, & de falso punitur, & nihil probat, numero 240 & 241. Vbi quod de falso punitur, etiam quod deposuerit in crimine publico, & capitali. Limita vi non puniatur pœna falsi ordinaria, sed arbitraria, nu. 242. Limita secundo, vt non puniatur, quia statutum punit falsum testimonium, nu. 243. Lucer aliqua limitat, num. 244. Limita 3 quia sententia lata ex

depositionibus ipsorum testium, non retractatur, n.245. Limita 4. quando aliunde constat de veritate depositionis ipsius testis, nu.246.

Testis dicitur corruptus, & punitur, & non probat, etiam si accipiat pecuniam pro non ferendo testimonio, numero 247. Limita primo, quando testificatus verum tacuit, secus si testimonium non dixit, nec examinatus fuit, numero 248. Limita secundo, quia probat contra eum, qui sibi dedit pecuniam, vt testimonium non dicat, num. 249. Imò etiam probat pro eo, qui pecuniam dedit si fuerit productus ab aduersa parte, num. 250.

Testes impediens, ne deponant, tenetur parti læsa ad interesse actione de dolo, ac etiam punitur, vt n. 251.

Testis dicitur corruptus, & non probat, etiam quod pecuniam accipiat à sponte dante, n. 252.

Testis dicitur corruptus ex eo solum, quod speret aliquod lucrum facere, n. 253.

Testis corruptus, potest repelli iudicis officio, & parte non opponente, nu. 254.

Testes corrumpens punitur etiam quod illis postea visus non sit, vt num. 255.

Teste vno corrupto, & alij corrupti præsumuntur, n. 256.

Testis corruptio probatur indiciis, & coniecturis, n. 257.

Testes corrumpens punitur pœna falsi, & alias, vt n. 258.

Testes corrumpens punitur, siue sit pars litigans, siue tertius, numero 259.

Testes corrumpens, vt verum dicant, punitur extraordinaria pœna, nu. 260. & 261 posset etiam dici, quod imo non puniatur, licet sit res mali exempli, nu. 262. prout non punitur in duobus casibus. Primo, quando datur pecunia testi, vt verum dicat, cum alias sine pecunia nolebat deponere, n. 263. Secundo, quando datur pecunia testi, vt detegat falsitatem quam in iudicio deposuerat, n. 264.

Testes corrumpens, vt verum taceant, punitur, sicut corrumpens vt falsum deponant, n. 265.

Testis prece inductus ad testificandum non dicitur corruptus, nu. 266. Licet alij contra, n. 267. Declara dummodo prece corrumpatur ad dicendum verum, secus si ad dicendum falsum, num. 268.

Testis non dicitur corruptus, si pecunias accepit publice & palam, num. 269.

Testis non dicitur corruptus, quando ei datur pecunia pro expensis, & pro operis amissis n 270. Sed quoad operas amissas contra, n. 271. & 272. Sed prima opinio est magis communa. Declarata tamen, n. 273 274 275 & 276.

Testis non dicitur corruptus, si post depositionem pecuniam accipit. n. 277. Sed quo ad probationem iste testis est multum suspectus, 278.

Testis accipiens pecuniam, vt iuxta partis commendatum habeat nō dicitur corruptus, n 279.

Testis corruptus probat contra corrumpentem, n. 280.

Testis corruptus probat etiam pro corrumpente, quando producitur ab eo, contra quem fuit corruptus, n. 281.

Testes corrumpens non perdit causam, n. 282.

QVÆSTIO LXVII. §. VII.

236 REGVLA Sit, quod † testis corruptus promissione, pecunia, vel alia re, non probat, & de falso accusatur, text. est *in cap. 1. extra de testibus, dum ibi dicitur: Placuit Sancto conuentui, vt testes non conducantur pretio*, & ibi hoc notant *gloss. in verbo, pretio*, vbi alia iura concordantia adducit *Anan. num. 1. Bellamer. in fine princip. Felyn. num. 1. in 1. notab. Aretin. num. 1. in 1. notab. Abb. num. 2. ante finem, versic. quæro quid si pretio, & notab. Dec. num. 1. in 1. notab. item est text. in cap. licet, de probatio. in cap. sicut, de testibus, & in cap. non sane, 27 quæstio 5 & in leg. 3. §. lege Iulia, ff. de testibus, in illis verbis: Quive ob testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam accepisse iudicatus, vel convictus erit. Ful. in l. si quis testibus, numero 3. C. de testibus, Speculat. in titul. de teste, § 1. numero 43. versicul. item opponitur testi, quod recipit à quocunque pretium, & versicul. item quod corruptus, Roman. singul. 330. in princip. Asinus l. Diuus Adrianus, numero 4. ff. de vsucap. Nepos de Monte Alban. in tract. de testibus, numero 75. Iacob. Butrig. de testibus, numero 8. Monticell. in repert. testium, rubric. impugnabitur testis, quia corruptus, folio 259. column. 2. versicul. 3. 4. & 6. & folio 260. colum. 1. versicul. 1. & colum. 2. versicul. antepenultim & sequ. Claud. ad Bertazz. cons. 157. litera B, in princip. Bertazzol. cons. 311 num. 12. Cephal. cons. 233. num. 1. lib. 3. Vulpell. cons. 68. num. 8. & cons. 103. num. 4. Mascar. de probation. lib. 1. concl. 454. nu. 1. vbi alios refert. & lib. 3. concl. 1358 nu. 1. Ex quibus regulam hanc communiter * receptam, negari non potest. Ratio huius regulæ sumitur ex traditis inf. in seq. ampliat.*

AMPLIA I. Hanc † regulam, vt testis pecuniam accipiens præsumatur in dubio falsum dixisse, etiam 237
quod non probetur, quod falsum dixerit, *vt per Hostien. in c. 1. ante nu. 1. in ver non conducantur, & ibi etiam Aretin. numero 1. vers. & in dubio ex hoc solo, Abb. numero 2. ad finem, vers. & nota quod alio non probato, & Dec. nu. 7 vers. in dubio autem, extra de test. bus. Boss. in tit. de oppos. contra testes, nu. 148. in fine, & nu. 149. prope finem, vers. & in dubio præsumitur falsum dixisse, Soa. ez in suo thesaur. recept. sentent. litera T, n. 253. vbi de communi * post Anan. & Couarr. quos allegat.* * Et propterea ex hac sola præsumtione receptionis pecuniarum tolli fidem huic testi probant iura, & Doctores in regula allegati, sed an ex hac eadem sola præsumtione possit testis de falso puniri, vel torqueri, vide *infrà* quæstione ampliatione.

AMPLIA II. Vt † eo ipso, quod probetur testem 238
pecuniam accepisse, etiam quod non probetur falsum dixisse, possit de falso accusari & puniri, *secundum Bartol. in l. prima, in princip. post gloss. in verbo, aduocationem, ff. de falsis, & in l. Diuus, num. 7 ff. de re iudicata, Canis. quos refert & sequitur sunt Anan. Menchiaca Didac. & alij relati per Clar.* qui de communi, & magis * communi testantur opinione *in §. falsum, vers. sed quid econuerso, in princ.* * Vbi † tamen relatis etiam contrarijs, in fine dicti versiculi concludit verius esse ex hac sola præsumptione, quod testis, qui pecuniam accepit, non aliter constituto de eius falsa depositione, possit tanquam valde suspectus torqueri, an falsum dixerit, & adhuc si in tortura sustinebit, poterit extra ordinem puniri pro eo, quod turpiter pecuniam accepit, & sic sola receptio pecuniarum sufficit ad condemnandum testem in pœnam extraordinariam, ac etiam ad torquendum, non autem in pœnam falsi ordinariam, quæ omnia tu judex 239
Vbi † tamen relatis etiam contrarijs, in fine dicti versiculi concludit verius esse ex hac sola præsumptione, quod testis, qui pecuniam accepit, non aliter constituto de eius falsa depositione, possit tanquam valde suspecte torqueri, an falsum dixerit, & adhuc si in tortura sustinebit, poterit extra ordinem puniri pro eo, quod turpiter pecuniam accepit, & sic sola receptio pecuniarum sufficit ad condemnandum testem in pœnam extraordinariam, ac etiam ad torquendum, non autem in pœnam falsi ordinariam, quæ omnia tu judex 240
nies.

AMPLIA III. Etiam in † teste, qui pecuniam accipit, vt verum dicat: Nam & is reputatur falsus testis, & de falso punitur, & nihil probat, ad text. *in l. 1. §. 1. ff. de falsis, ibi, Sed & si quis ob renuntiandum remittendum vel testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam acceperit, pœna legis Cornelia afficitur. Item est textus in cap. non sane, 14. quæstion. 5. ibi, Sed non ideo debet iudex vendere iustitiam in iudiciis, aut testis verum testimonium, & paulo infrà ibi, Cum autem iudicia & testimonia, quæ nec iusta, nec vera videndo sunt.* Et per ista iura hanc firmarunt ampliationem, *Ancharan. in capit. 1. numero primo, in fine, & ibi etiam Anan. numero primo, etiam in fine, vers. vltimo nota quod officium testandi, Imola in 1. notab. Aretin. numero 1. in 1. notab. Felyn. numero 1. in 1. notab. Butr. numero 1. in 1. notab. Dec. numero 2. & 3. extra de testibus, Abbas in capit. 1. numero 11. & ibi etiam Anan. numero 15.* vbi quod ita communiter * sequuntur Doctores, *extra de crimi. falsi, Specul. in titul. de teste, §. 1. num. 49. Angel. de malefic. in verbo falsario, numero 19. & ibi in addit. Nell. de ditio. Marsil. in l. 1. in princip. numero quinto, ff. de falsis. Nell. de testibus, num. 203. in tit. de falsis, num. 168. per totum.* Vbi propterea reprehendit Decium *in consilio 89.* dicentem communem * esse opinionem, vt non sequatur, testis est corruptus, ergo falsum deposuit, *& nu. 169. ad finem, vers.*

241 Vnum † tamen non ignores, vbi aduertit, quod isto casu testis punitur pœna falsi, & non pœna capitali, etiam quod pecuniam accipiat in crimine pub. etiam capitali, *idem Boss. in tit. de oppos. cont. test. n. 145. nu. 148. ad med. & nu. 149. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 316. nu. 1. & seqq.* vbi alis * is relatis testatur de communi * opinione, *Monticell. reg. crim. 15. nu 49 & in repert. test. rub. impugnatur testis, quia corruptus, fol. 260. column. 2. vers. 1. & 4. Claud. ad Bertazz. cons. 157. litera B. in princ. vers. & hoc ita procedit, Bertaz. cons. 295. nu. 11. lib. 2. Oddus Perusin. in tract. de restit. in integ. part. 2. qu. 78. art. 7. vbi etiam late, an sententia ex his testibus corruptis lata veniat ope restitutionis rescindenda, Masc. de prob. lib. 1. concl. 454. nu. 5.*

242 LIMITA I. Hanc † tertiam ampliationem, vt licet Doctores in ea relati simpliciter dicant, q̃ huiusmodi testes puniantur, & eorum pleriq; expresse dicant, quod puniantur pœna falsi, non tamen credas posse isto casu pœnam falsi ordinariam imponi, quia, *vt sup. dixi, n. 238. & seqq.* hæc sola præsumtio, quod testis acceperit pecuniam, non sufficit ad istum condemnandum in pœnam ordinariam, ergo multo minùs sufficiet, q̃n testis pecuniam recipit pro vero testimonio ferendo, prout bene aduertit Menoch. *d. casu 310. n. 1. & seqq.* vbi post Dec. & Didac. quos allegat, hunc testem arbitraria pœna puniendum esse verius dixit.

243 LIMITA II. Hanc † eandem tertiam ampliationem, vt licet testis, qui pecuniam accipit, vt verum dicat, puniatur, non tamen punitur pœna statuti, plectentis eum qui falsum testimonium dixerit, *vt per Menoch. d. casu 310. nu 8.* Vbi propterea infert ad statutum Mediolani, Pa-

244 piæ, & Veronæ. Quamuis † contrarium voluisse videatur *Boss. in tit. de falsis, sub num. 168.* Sed prima opinio mihi magis placet, per ea, quæ dicta sunt in præcedenti limitatione.

245 LIMITA III. Dictam † tertiam ampliationem, vt procedat ante sententiam: Tunc enim non probat testis pecuniam accipiens, vt dicat verum, secus vero post sententiam, & quoad illam retractandam, quia tunc probat, quamuis de falso puniatur, vt per Boss. *in tit. de falsis, sub n. 68. vers. credo opinionem Bartoli, Verum ad materiam huius limitationis, vide Oddum Perusin. in tract. de restit. in integ. part. 2. q. 78. art. 7. vbi latè, an sententia ex his testibus corruptis lata veniat ope restitutionis rescindenda.*

246 LIMITA IV. Propositam † tertiam ampliationem, vt pariter procedat, quando sumus in dubio: tunc enim testis accipiés pecunias, vt verum dicat, præsumitur falsus, & non probat, *vt probaui, sup. nu. 237.* Secus si aliunde constet de veritate suæ depositionis, quia tunc non dicitur falsus, licet crimine non careat, *secundum Boss. in tit. de oppos. cont. test. n. 151. ante fi.* Et propterea, quod isto casu pœna falsi non teneatur, pluribus comprobat, & cõtrarijs respondet *Dec. in c. 1. n 4. & seqq. extra de testib. quem refert Boss. vbi sup. 149. ante fin.* vers. & vide omnino Decium, nec dissentit Clar. *in §. falsum, vers. sed quid econuerso, ibi. Aut apparet ipsum veritatem dixisse*, vbi quod non punitur de falso, ex quo falsum non dixit, sed aliqua pœna extraordinaria, ex quo turpiter accepit pecuniam pro eo, quod tenetur gratis facere.

247 AMPLIA IV. Propositam † regulam, vt testis dicatur corruptus, puniatur de falso, & illius pœna, nec probet, non solum si accipiat pecuniam pro ferendo testimonio, sed etiam si accipiat pro non ferendo, *textus ad literam in l. 1. §. sed & si quis, ff. de falsis, ibi, Si quis ob renuntiandum, remittendum vel testimonium dicendum, vel non dicendum pecuniam acceperit, & in l. 3. §. 1. ge Iulia, ff. de testibus, ibi, Qui testimonium dicendum, vel non dicendum, &c.* Et per ista iura hanc firmarunt ampliationem, *Specul. in tit. de teste, §. num. 43. versicul. item opponitur testi, quod accepit à quocunque pretium, Abb. in cap. 1. numero 11. versic. vltimo quæro, & ante eum ibidem Anan. numero 2. in fin. extra de crim. falsi, Aretin. in cap. 1. numero 1. versic. non solum autem, & ibi etiam Felyn. numero 1. versic. & eandem pœnam incurrit, Dec. num. 4. & num. 9. extra de testibus, Plot. de in lit. suran. §. 44. nu. 7. Iodoc. in pract. crim. c. 21. rub. de falsitate, in verbis, num. 4. Nepos de Monte Alban. in tract. de testibus, nu. 75. Viu. in commun. opin. in verbo testis falsum testimonium deponens, in princip.*

LIMITA I. Hanc † quartam ampliationem in eo, 248
quod dixi, istum testem pœna falsi puniri, vt procedat si pecuniam accepit, vt non dicat testimonium, & testificatus verum tacuit, secus si testimonium non dixit, nec examinatus fuit, quia tali casu licet posset puniri, nõ tamen punitur pœna falsi, *secundum Dec. in d. c. 1. nu. 9. & 10. de testibus, post Bal. Flor. & Anan. in locis per eum relatis, reprobato Bart. contrarium dicente, in l. 1. ff. de falsis, sequitur Menoch. de arbitr. q. lib. 2. casu 310. num. 12.* vbi quod erit pœna arbitraria.

LIMITA II. Hanc † eandem 4. ampliationem in 249
eo, quod dixi, hunc testem non probare, vt non procedat, quando deponit contra eum, à quo pecuniam accepit, vt testimonium non ferret. Testis enim corruptus probat contra corrumpentem, *vt dixi infr. nu. 280.* ideo sic etiam probabit cõtra dantem pecuniam, vt testimonium non dicat, *prout in specie sic ripserunt Bald. in c. per illum tex. in tit. si de inuest inter dom. & vasal. lucrantur. Anan. in c. 1. nu. 1. ad fin. & ibi etiam Aret. nu. 1. in fin. versic. de iure autem canonico, Felyn. nu. 1. vers. quod intelligit, &c. Dec. nu. 12. extra de testibus.*

LIMITA III. Dictam † quartam ampliationem 250
(& hæc limitatio venit ampliative ad præcedentem limitationem) vt iste testis non solum probet contra corrumpentem illum, scilicet qui pecuniam dedit, ne ferat testimonium, sed etiam probet pro eo, si fuerit productus ab aduersa parte, ab eo scilicet qui petit cogi testem ad testificandum contra eum, qui pecuniam dedit; *secundum Aret. in c. 1. num. 1. in fin & num. 2. vbi arguit ad partes, & sic se firmat, & ibi etiam Felyn. num. 1. versic. quod intelligit, &c. Dec. numero 11. vbi alios refert concordantes, extra de testibus, Anan. in cap. 1. numer. 7 in fin versic. subdit etiam Bald. de crim. falsi. Nellus in tractatu de testibus, num. 202. Roman. Sing. 330 num. 1. vers. quod est verum, Honded. consil. 106. num. 47. & 51.*

AMPLIA Regulam, (& hæc † ampliatio non est ad- 251
modum dissimilis à præcedẽti) in impediente testes vt deponant. Talis enim impediens tenetur parti læsæ ad interesse, actione de dolo *Bar. in l. si falsis, n. 1. ff. de dolo*, & in quam aliam pœnam incidat, & de materia vide eundem Bar. *in l. 1. §. sed & si quis, n. 1. ff. de falsis, Butr. in c. constitutus, n. 5. de test. bus, Montic. in rep. test. rub. testes producens, instruens, corrumpens, &c. fol. 304. col. 2. vers. 4. & seqq. & vide in proposito Tindar. de testibus, l. b. 1. c. 9. n. 13.* Vbi quod occultans testimonium vni, vel duabus personis, non punitur de falso, occultans vero, vt nemini appareat, punitur de falso, *per tex. vbi dicit de hoc esse casum, in l. 3. §. si quis dolo, vers. & potest. ff. de tab. exhiben.* Sed certe text. ille non respicit materiam nostræ ampliationis, quando scilicet quis impedit, & occultat testes, ne examinentur; sed quando occultat testimonium, hoc est examen testium, qui iam deposuerunt, de quo alibi dicam in tit. de falsitate infra (ni fallor) *in 4. lib.* dum tractabo materiam occultantis, & subripientis scripturas. ¶ Vide infra *qu. 78. nu. 138. seqq.*

AMPLIA VI. Vt testis dicatur † corruptus, & non 252
probet, etiam quod pecuniam accipiat à sponte dantes. n. probat tex. *in c. non sane, 14. q. 5. in illu verbis*, quamuis à volentibus datur, *Marsil. in l. 1. in prin. n. 7. post Alex. & Iac. de Belui quos allegat. ff de falsis, Monticell. reg. crim. 15. nu. 59. in fin.*

AMPLIA

253 AMPLIA VII. Vt† non solum non probet testis, qui pecunia, aut promissione corruptus est, sed etiam nec probet is, qui nulla præcedente pactione sperat ad se peruenturum commodum, *Masc. de probat. lib. 1 concl. 454. nu. 4.*

254 AMPLIA VIII. Vt† testis corruptus possit repelli judicis officio etiam parte nõ opponente, But. *in c. significante, n. 5. qui matrimon. accus. poss. & in c. exceptionem, de except.* vbi de cõmuni Doctorum * opinione, prout illum refert Masc. *de prob d. concl. 454. n. 8.*

255 AMPLIA IX. Vt† corrumpens testes puniatur, etiam quod illis postea vsus non sit, *Boer. decis. 319. nu. 7. prout illum refert Monticell. in suo rep. rub. testes producens, instruens, corrumpens, &c. fol. 304. col. 1. versic. fin.* Et faciunt, quæ in simili dicam infra suo loco de producente falsos testes.

256 AMPLIA X. Vt† teste vno corrupto, & alij corrupti præsumantur, *Ruin. consilio 36. num. 9. lib. 4. prout illum refert Monticell. in suo rep. rubr. impugnatur testis, quia corruptus, fol. 261. colum. 1. vers. 1. Guido Papa, consil. 77. colum. 2. in fi. prout illum pariter refert Mascar. de prob. lib. 3. concl. 1340. num. 6.*

257 AMPLIA XI. Vt† corruptio, & subornatio testium ex indicijs arguatur & præsumatur, *vt post alios scripsit Guid. Pap. in cons. 75. per totum, prout illum refert Masc. de probat. lib 3. concl. 1340. n. 1. Verum ad hæc vide quæ dixi sup. n. 74. & seq.*

258 AMPLIA XII. Vt† pœna falsi teneatur non solum testis corruptus, sed etiam testes corrumpens & subornans, *Specul. in tit. de teste, §. 1. numero 49. in fin. versicul. & nota, quod corrumpens testes pari pœna punitur, Rebuff. in tract. de testibus, gloss. 7. numero 46. Marsil. in l. 1. § sed & si quis, in princip. ff. de falsi.* vbi, quod qui corrumpit, vel corrumpere tentauit, punitur pœna falsi, *Boss. in titul. de falsis, num. 143. Jacob. Nouell. regul. 216. num. 26. Simanc. de Cathol. Instit. tit. 64. nu. 96.* vbi quod corrumpens testes in causa criminali punitur eadem pœna, qua puniendus erat is, contra quem testis fuit corruptus, quod & idem dixit Pegna *in Direct. Inquis. part. 3. ad q. 73. commen. 122. fol. 676. col. 2. vers. atq; hoc ipsum, Monticell. in repert. rub. testes producens, instruens, corrumpens, &c. fol. 304. col. 1. vers. 4. & fol 305. col. 1. vers. an tepen & seq. Bertaz. cons. 218. nb 1.* vbi quod corrumpens testes dicitur falsum committere *per l. omnes, & ibi gloss. C. de har. idem Bertaz. cons. 72. num. 6.* vbi propterea, quod punitur pœna falsi, *ex Bero. in q. 58. in princ. & idem dixit in cons. 157. nu. 10.* Ex quibus patet hanc ampliatio-
* nem esse communiter à Dd. receptam. ¶ Ad quam vide etiam vrbis statutum *lib. 2. cap. 46.* quo cauetur, eum, qui scienter falsos produxerit testes, si plebeius fuerit, pœna centum aureorum & fustigationis per vrbem puniri, si vero fuerit nobilis pœna ducentorum aureorum, & exilij per septennium: si vero fuerit Baro, aut de Magnatibus pœna scutorum 400. & exilij per decennium mittatur: & faciunt quæ de pœna producentis falsos testes, dixi infra suo loco in 4. (ni fallor) libro.

259 AMPLIA XIII. (Et † hæc ampliatio, prout & aliæ sequentes, venit illatiue ad præcedentem ampliationem,) vt corrumpens testes puniatur, siue sit pars litigans, siue etiam tertius, *Salyc. post gl. in l. si falsos, in 1. qu. n. 3. C. ad legẽ Corneliam, de falsis, late defendit Bertaz. cons. 218. per totum,* vbi amplius, quod is tertius corrumpens comprehenditur sub statuto puniente corrumpentes, & subornantes testes.

260 AMPLA XIV. Vt puniatur non solum corrumpens testes, & dans pecuniam, vt falsum dicant, sed etiam vt verum dicant, *Nell. de testibus, n. 203. in fin. vers. dans pecuniam,* vbi dixit, quod dans pecuniam testi, vt verum
261 dicat, punitur ac si ipsum corrupisset. Sed† verius credo, quod non pœna falsi, sed eo, quia adhuc crimen commit-

mittit, ideo aliqualiter, & mitius puniatur, sic n. multis hinc inde relatis videtur tenere *Boss. in tit. de oppos. cont. test. n. 146. & omnibus seqq.* Imo† posset attentari, quod 262
nullo modo puniatur, prout videtur consuluisse *Io. Pet. Surd. in cons. 132. nu. 50. & seqq.* licet hoc dare pecunias, vt verum dicat, sit res mali exempli, *ex Cast. quem allegat, in l. 2. §. sed si quog. ff. de cond. ob turp. causs. & Dec. in cons. 189. n. 13. in fin.*

LIMITA Hanc decimam quartam ampliationem non procedere in duobus casibus.

Primò quando† quis dat pecuniam, vt verum dicat, 263
testi, qui alias sine pecunia noiebat deponere, *secundum Rip. in l. 1. nu. 37. in fi. ff. si cert. pet. prout illum refert & sequitur Claud ad Bertaz. in cons. 157. litera B, vers. fin. in fin. & ante istos Bald. in cap. fin. num. 11. de appellat. & Dec. in cons. 189. num. 12.*

Secundò quando† pariter datur pecunia testi, vt fal- 264
si tatem, quam deposuerat in judicio, detegat, & sic vt, quod falsò dixerat, reuocet, hoc enim casu (sicut in primo) dans pecuniam nullatenus punitur, *vt bene docet Boss. in titul. de oppos. contra testes, numer. 149. & numero 151. in fine, & dict. numero 149 ad finem, versicul. & in casu, de quo supr &c.* Vbi quod ista limitatio transit sine dubio, *quo supr &c. sequitur Joan. Petr. Surd. dict. consil. 132. numer. 49. & seqq. libro 1.*

AMPLIA XV. Quod† sicut testis dicitur falsus, qui 265
tacet verum, & sicut punitur testis corruptus ad tacendum verum, & ad non ferendum testimonium, vt supr. late dixi, ita etiã punitur corrumpens ad tacendum verum, nedum ad falsum deponendum, *Card. in clem. testibus, in prim. in 3. notab. Montic. in repert. test. rub. corruptus testibus, in prim. in 3. notab. Montic. in repert. test. rub. corruptus testis punitur de falsõ, fol. 295. col. 1. ver. pen. post Dec. & Marsil. quos allegat.*

LIMITA I. Propositam† regulam, vt licet testis dica- 266
tur corruptus pecunia, vel promissione, non tamen dicitur corruptus, si prece & rogatus deponat: Tunc enim probat, & non dicitur falsus, *vt per Hostien. in cap. 1. in fin. principij in verbo pretio, & ibi etiam Joan Andr. num. 1. in fin. in eod. verb. pretio, Aret. num. 2. in fin. vers. & dust hic Hostiensis, Butr. numero 5. versicul. an prece possim induci ad testificandum, Abb. in fi. principij, num. 1. notab. & num. 1. ad medium, versic. quare autem preces,* vbi reddit rationem diuersitatis, quare scilicet testis pretio corrumpatur, prece autem non, *Bellamer. ante num. 1. & num. 1. vers. imo permissum est precibus, vbi exornat. Felyn. num 1. post medium, ver. & pondrat hic D. Abbas, Dec. numero 15 extra de testib. Rebuff. in tract. de testibus, gloss. 7. num. 45. Campeg. de testibus reg. 49. in 1. fall. Boss. in tit. de falsis, nume. 0168. post medium, vers. sustinet tamen dictum Innocent. &c. Dec. consil. 189 latatus sum, num. 16. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1358. num. 2. alleget totam decis. 22. alias 272 de testibus, in nouis, Monticell. in repert. test rubr. impugnatur testis, quia corruptus, fol. 261. colu. 1. versic. 3. Oddus Perusin. in tract. de restitut. in integr. part. 2. quæst. 98. artic. 7. num. 61. in fine, & num. 62.* vbi bene exornat. Ex quibus hanc limitat. communiter à * Dd. receptam apparet. Quamuis† contrarium * 267
sensisse videantur, *Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 43. versic. item opponitur testi, quod recipiat à quocung. pretium, vel preces, Campeg. d. regul. 49. in princip. Bald. Salyc. & alii relati per Masc. de probat. lib. 1. concl. 454. num. 3. & lib 3. d. concl. 1358. num. 5.*

SVBLIMITA Hanc† primam limitationem (& cum 268
hac sublimitatione concordantur contraria sup. relata) vt procedat, dummodo corruptio absit, & sic dummodo preces effundantur pro dicendo vero: secus si ad faldo preces effundantur pro dicendo vero: secus si ad falsum dicendum testis rogaretur, quia non solum pecunia, sed etiam timore, amore, vel odio corrumpuntur testes *c. quoties, extra de testibus*, & tradunt Host. & communiter * omnes præcitati Dd. *in dict. cap. 1. eod. tit. de testibus.* *

LIMITA

269 LIMITA II. Eandem regulam † non procedere, quando pecuniæ testi darentur publicè & palam: Tunc enim non dicitur corruptus, sed probat, Bald. *in cap. fin. nu. 11. de appellat. Archid. in cap. qui recte, 11. quæst. 3.* vbi subdit, hanc non esse corruptelam, sed cautelam, *Adden. ad Romanum sing. 330. in fin. addit.* vbi quod licet dare pecuniam testibus publice, vt verum dicant, *August. ad Angel. de malef. in verbo, falsario, nu. 20.* vbi quod non punitur dans talem pecuniam (licet Innocent. ibi per eum relatus, *in c. licet, de reprob.* teneat contrarium) *Boss. in tit. de falsis, nu. 168. in fin. vers. sed hoc locum non habet, & in tit. de oppos. cont. test. num. 147. ver. est verum,* vbi etiam, quod isto casu non punitur, dans talem pecuniam, *quod & idem voluit Montic. reg. crim. 15. nu. 51. & in repert. test. rubr. impugnatur testis, quia corruptus, folio 206. col. 2. vers. 2.* vbi quod permittitur dare palam pecuniam testibus, vt verum dicant, ex quibus pariter & hanc limitationem communiter
* à Doctoribus * receptam esse apparet.

270 LIMITA III. Dictam † regulam non procedere, si testi pecunia datur pro expensis in itinere, & pro operis omissis, tales enim expensę de iure debentur testibus, ideo eas licitè recipiunt, & sine corruptela, *text. express. in cap. statutum, in fin. de rescript. lib. 6. & in §. venturis, 4. quæst. 3. & in l. quoniam liberi, C. de testib. Hostien. c. 1. ante, nu. 1. & ibi etiam Ioan. Andr. num. 1. in verbo, conducantur, & ibi in addit. lit. A, Anan. nu. 2. Bald. nu. 2. ver. oppono, & videtur Imol. in versicul. si tamen necesse habet ire de loco ad locum, Ancharan. nu. 1. in 1. notab. Zabarell. in princ. vers. oppono, quod datur pretium. Bellamer. in princip. vers. expone literam, & nu. 1. & sequ.* vbi ampliat, etiam quod expensę factę essent lautiores, *Butr. nu. 4. versic. non intendit hic prohibere expensas, Abb. nu. 2. ad fin. ver. nam pro expensis, Felyn. nu. 2. extr. de testibus, Cyn Iacob. But. & Salyc. in l. quoniam liberi, eodem, Iac. de Belu. in practic. crim. in ver. de testibus, nu. 21. Spec. in tit. de teste, §. 1. nu. 43. in fin. vers. expensas tamen, Florian. in l. ex hac lege, ff. si quadrup. paup. fecisse dicat. Alber. de Malet. in tract. de testibus, cap. 7. num. 81. & seqq.* vbi qualiter & quomodo tales expensæ sint taxandæ, & loquitur etiam quoad operas omissas, & quod contraria opinio Albertici *in d. leg. quoniam liberi,* est multum iniqua, *Nell. de testibus, nu. 37. in fin. & nu. 97. Iacob. Butr. de testibus, rub. quadam forma, circa testes, num. 2. Guido Pap. quæst. 86. num. 3. & seq.* vbi ita *in curia Delphin. seruatum* testatur, *Dec. consil. 189. nu. 12. Boss. in tit. de oppos. contr. test. nu. 132. & seqq. Couar. reg. peccatum, part. 2. §. 3. nu. 3. de reg. iur. in 6. Clar. in §. falsum, ver. sed quid econuerso, in fine, Menoch. de arbit. casu 310. nu. 10. Ossasc. decis. Pedem. 46. nu. 7. & omnibus seqq.* vbi in specie de refectione omissarum operarum late, comprobat, concordantes adducit, contrariis respondet, & in fine decisionis testatur de veriori & æquiori opinione, quã amplexus est ille Senatus, *Claud. ad Bertaz. cons. 157. litera B. ver. testiu tamen, & ver. scrit Bal. Montic. in repert. test. rub. an debeantur testibus expensa, fol. 262. col. 1. vers. 4. & seqq.* vbi de materia, *Andr. Gail. obseru. 99. nu. 8. & seqq.* vbi quoad operas omissas, æquissimam putat refectionem, & bene comprobat, & generaliter de expensis, *d. obseru. 99. nu. 1. & seqq.* vbi etiam bene compro-
* bat, & testatur de * communi opin. lib. 1.

271 Et† licet, quoad operas omissas, in contrariam sententiam valdè stringant deducta *in d. dec. Pedem. 46. nu. 1. & seqq. vsq; ad nu. 7. & per Claud. ad Bert. d. cons. 257. litera B, ver. sed licet, & per And. Gail. d. obseru. 99. nu. 5. & seqq.*

272 Et† hanc contrariam opinionem maxime procedere, quando solutio harum operarum omissarum fieret sine iudicis scientia, dixerat *Hostiens. Butr. & Felyn. in d. c. 1. de testibus, prout eos refert Claud. ad Bert. d. consil. 157. litera B, ver. sed licet, in fine, Bertaz. consil. 311. nu. 12. vbi loquitur etiam in expensis victus.*

273 Ego† tamen indistincte nunquam recederem à pro-
* posita limitatione, tanquam veriori & magis * communi.

274 Et † præsertim, quando testis nolebat accedere ad testimonium, nisi soluto pretio operarum omissarum, *secundum Archid. in c. qui recte, 15. qu. 3. Bald. in c. fin. de appell. Dec. in cons. 189. nu. 12. Rip. in l. 1. nu. 37. ff. si cert. pet. prout hos refert & sequitur Claud. ad Bert. d. consil. 157. liter. B. in vlt. ver.* Vbi† tamen in hac eadem contrarietate totum iudicis 275
arbitrio relinquendum duxit.

SVBLIMITA, hanc † tertiam limitationem non 276
procedere, quando pecuniæ datæ pro expensis, & operis omissis, excederent illarum æstimationem: Tunc enim esset color quæsitus, & testis diceretur corruptus, quando optime iudex arbitrabitur, ex conditione personæ, & ex quantitate summæ, *vt per Menoch. de arbit. d. casu 310. num. 8. ver. sed his erit opus iudicis diligentia, & bene declarat And. Gail. viden. d. obseru. 99. nu. 3. & 4. lib. 1.*

LIMITA IV. In teste, qui † nulla præcedente pro- 277
missione pecuniam tecepit post depositionem, nam is non punitur, nec dicitur corruptus, & probat, *Marsil. in l. 1. in princ. nu. 5. in fin. ver. Adde, † quod istud potest limitari,* 278
iuncto nu 6. & 7. ff. de falsis, Bertaz. consil. 506. num. 9. libr. 2. Menoch. de arbit. casu 310. nu. 11. Montic. reg. crim. 15. nu. 50. verum testis ille saltem quoad probationem esset multum suspectus.

LIMITA V. Regulam † procedere, quando testis pe- 279
cuniam accipit; vt sic specialiter dicat, secus si sibi fuit data pecunia sine tali promissione, de sic specialiter deponendo, sed generaliter, vt ius dantis commendatum haberet, *Roman. singul. 330. nu. 2. & ibi in addit. Marsil. in l. 1. in princ. nu. 11. ff. de falsi.* Verum quomodocunq; testis pecuniam recipiat, apud me suspicione non careret.

LIMITA VI. Quia testis † corruptus, licet non pro- 280
bet pro corrumpente, probat tamen contra corrumpentem, *prout late explicaui in 2. lib. tit. de indic. & tort. quæst. 45. nu. 6. & nu. 32.* vbi etiam de teste corrupto ad non deponendum, *de quo in specie dixi hac eadem qu. num. 249. & pariter in specie hanc limitationem comprobant Dec. in cap. 1. nu. 4. & nu. 12. de testibus, Felyn. in cap. licet causam, num 7. in 9 not. de prob. Ias. in l. 1. nu. 21. ff. de feriis, Rom. singul. 330. Marsil. sing. 112. & cons. 61. nu. 32. Bero. qu. 58 nu. 6. Grammat. voto 11. nu. 10. Ioan. Petr. Surd. consil. 132. nu. 3. lib. 1. Honded. cons. 106. num. 1. & 2. iuncto nu. 47. & seqq.* & licet contra hanc limitationem faciant ea, quæ considerauit *Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 454. num. 10. & seqq. videtamen pro responsione, quæ idem Mascard. posuit, ibi, nu. 13.*

LIMITA VII. Vt † testis corruptus probet etiam 281
pro corrumpente, quando producitur ab eo, contra
m fuit corruptus, & hoc per regulam, *l. si quis testibus,*
stibus, & dixi supra hac eadem qu. nu. 250.

LIMITA VIII. Quia † corrumpens testes, licet a- 282
lias puniatur, *vt supra probaui,* non tamen perdit causam, *Dec. in cap. 1. nu. 13. extr. de testibus, Capic. decis. 67. in prin. Boer. decis. 191. nu. 23. Vant. in tit. de nullit. ex defect. process. nu. 41. & est communis, vt per Villalob. in commun. opin. litera T. nu. 104. Hippol. Rim. consil. 345. nu. 22. Bertaz. cons. 218. nu. 17. & ibi Claud. in addit. lit. B. Fran. Turzan. opin. 81.* ¶ licet contrarium disputetur ex vrbis statuto, *lib. 2. cap. 46.* quo cauetur, litem & causam amittere eum, qui scienter falsos produxerit testes, *& faciunt, quæ dicam infr. in 4. (ni fallor) lib. in tit. de fals. in illa materia, an & quando falsum committens in causa, aut falsos testes producens causam perdat.*

ARGVMENTVM.

De teste instructo.

SVMMARIA.

Testis instructus à parte nihil probat, nu. 283.
Testis instructus ab aduocato, nec etiam probat, nu. 284.
Testis præsumitur instructus, & suspectus eo ipso, quod ante exa-
men alloquutus fuerit partem, nu. 285.
Potest tamen pars à teste examinando perquirere, quid pro veri-

li* tate

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

tate deponere potest in causa, imo etiam potest testi articulos legere, super quibus est examinandus, num.286.

Testis potest instrui bona fide, & ad dicendum veritatem, num. 287. etiam in eius manibus dimissa schedula, nu.288.

Testis instructus, licet sit suspectus, non tamen reputatur falsus, ibid.nu.289.

Testis potest instrui, vt congrue deponat, & vt sui dicti rationem reddat, ibidem num.290.

Quid de teste instructo ad deponendum quid sit notorium, ibidem num. 291.

Testis, qui dicit se instructum ad hoc, probat, quia intelligitur de licita instructione, & qui econtra, si dicat, se non instructum, & reperiatur postea quod sit instructus, num.292.

Testis, qui revelat partibus id quod dicturus est, non repellitur à testimonio, ibidem num.293. Contra, num.294. Distingue, vt num.295. & quid de teste revelante depositionem iam factam, num.296.

QVÆSTIO LXVII. §. VIII.

283 REGVLA sit, quod † testis instructus à parte non probat, *Specul.in tit.de teste, §.1.nu 43. post vers.item opponitur testi, Lanfranc.de testibus, nu.26.ver.nec mireminì, Campeg.de testibus, reg.216 in princ. Boss.in tit.de oppos.contra test.nu.31. & nu.50.in princ. & Mascard. de probat. libr.3 conclus.1358.nu.3.& 4. vbi alios refert.*

284 AMPLIA I. Regulam, vt † & idem sit in teste instructo ab aduocato, *Campeg.de testibus, dict. regul.216. Mascard. d.conclus.1358. nu.3.* & fatuus est aduocatus, qui loquitur cum teste, ante eius examen, *Speculat.in tit.de teste, §.1.num.43. vers.& ideo fatue egit aduocatus, & in tit. de aduocato, §. vtriusque, vers.14 sit cautus.*

285 AMPLIA II. Vt † testis præsumatur instructus, & suspectus eo ipso, quod ante examé alloquutus fuerit partem, *Felyn.in c.praterea, nu.12.de testibus cog. vbi tamen remissiue, Alex.Strat.cons.crim.diuer.117.nu.46.ver.4.non potest negari, iuncto ver & quod sit suspectus, lib.1. Rolan.cons.38. nu.30 lib.1. Montic.in repert.rub.impugnatur testis, quia corruptus fol 261.col.1.ver.2. vbi remissiue, & impugnatur testis, quia loquutus cum parte, fol.278.col.1.vers.2.vbi etiam remissiue.*

286 Vide † tamen Rebuff. *in tract.de testib.gl.7.nu 42.* vbi admonet partem, antequam producat testes, vt debeat ab eis scire, & ab illis perquirere, an & quid de illa re sciant. & quod etiam potest coram illis articulos, super quibus sunt examinandi, legere, & deinde dare iudici norulam articulorum, super quibus testes examinandos possit interrogare, & *faciunt, quæ dixi infra, nu.293.*

287 LIMITA I. Regulam † non procedere in teste instructo bona fide, & ad dicendum veritatem, *Felyn. c.p. praterea.nu.12.ver.& dicit Rofiedus, de testib.cog. Dec.in c.1 nu. 16.de testib. Campeg. de testib.reg.216.in 2.fall. post Bald & Rofred quos allegat Aciat.cons.29.num.22.tom.2.lib.6. Mynsing. obser.75 cent.3. Boss.in tit.de oppos cont.test.num.50.* Vbi † etiam quod ad veritatem dicendam, & vt testis melius recordetur, potest instrui etiam cum schedula.

289 LIMITA II. Quia † licet testis instructus à parte non probet, quia suspectus de falso, non tamen non reputatur falsus, nisi aliunde falsitas probetur, *Campeg regul.216.in 1.fallent.post Bald & Rofred. quos allegat.*

290 LIMITA III. In † teste instructo, vt congrue deponat, & vt sui dicti rationem reddat, *Dec.in c.1.nu.16. de testibus, Rip in l.1 nu 36. vers.sed quid si responderit, ff.si cert. per. Nell.de testibus, nu 102.* Vbi quod instruere testes, qui interfuerunt negotio, vt plene & aperte verba dicant, non est peccatum, *Rebuf.de testib.gl.7. nu.43.* vbi quod licitum est instruere testes, vt apte & aperte deponant, dummodo non inducantur ad mentiendum vel vtà veritate decedant, *Lanfr. de testibus, nu.26. ver.nec mireminì, Montic.in reper.test.rub.impugnatur testis, quia corruptus, folio 261.col.2.vers.penult.& fin.& col.2.vers.1.3.& 4. vbi alios refert concordantes, Mascard. de probab.lib 3.conclus.1358.nu.4.*

alias conclus. 1207. nu. 19.

SVBLIMITA hanc † limitationem non procedere, quando testis fuit instructus, & edoctus à parte, vt bene diceret, quid sit notorium, quia tunc videtur subornatus, & non probat, *Felyn.in cap.praterea, num.12 de testibus cog. allegat But.in c.vestra, col pen. de cohabit. cler.& mulier. Ripa in l.1.in prin.nu.36.ff.si cert.pet. allegat Specul.in titul. de notorio crimine, col.antepenul.& dixi inf.qu.73.nu.42.* 291

LIMITA IV. Quia † testis, qui dicit se instructum, adhuc probat, cum intelligatur de instructione licita, non autem illicita, sicut econtra, si dicat, se non instructum, & reperiatur, quod sit instructus, non est instructum, & reperiatur, quod sit instructus, non est instructum, & reperiatur, quod sit instructus, non est

pugnatur testis, quia eius dictum non concludit. folio 240. col. 1. versic. 1. Cephal. consil. 77. num. 26. & seqq. lib. 1. vbi ait, testem non probare, qui dubitatiue deponit, hoc modo, videlicet, Posse esse annos circiter viginti duos, vel viginti quinque, Hieron. Gab. consil. 168. numer. 10. lib. 2. Bertaz. consil. 251. num. 26. libr. 2. & Foller. quem allegat in pract. crimin. in 2. par. 2. partis principalis, in verbo, debentur capitula, quod suffocauit vxorem, num. 2. & sequ. Et hæc secunda ampliatio, vt vides, est etiam com-
* muniter * recepta.

5 AMPLIA III. Quia † testis obscure deponens, non solum non probat, sed si sic obscure per malitiam deposuerit, punitur de falso, *ex allegatis per Corrad. in practic. d. rub. de dubio dicto, num. 31. versic. imo si malitiose vel obscure loquatur testis. folio 129. col. 1. Alex. Stiat. in pract. sud. capit. 16. nu. 55. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1340. nu. 5. & dixi latius in anteced. quæstione 67. nu. 225.*

6 AMPLIA IV. Vt † testis dubia, & obscura depositio non valeat, etiam in causis fauorabilibus, *secundum gloss. in capit. præsentia, in verbo, dubium, extra, de probat. quam gloss. ab omnibus communiter approbari demonstrat Alexand. in cons. 152. sub nu. 1. versic. nec dicatur, libr. 5. vbi respondet Baldo contrarium sentienti, in titul. de pace Constan. in verbo, Die Lunæ, nu. 2. refert & sequitur Viu. opin. 963. num. 2. Addo*
7 *Dec. cons. 322. nu. 6.* † *Marsil. consil. 49. nu. 67. Prosp. Pa'eth. consil. 208. nu. 6. Hect. Æmil. in tract. de testibus, verbo, testis ambigue deponens, n. 3. fol. 150.* Verum contra hanc ampliationem vrgere videntur, *quæ tradidi infra, numer. 53.* vbi dixi, quod testium dubia dicta sunt interpretanda pro causa fauorabili, ergo non est verum, quod dubia depositio in tali causa non probet.

8 AMPLIA V. (Et † quidem illatiue ex proposita regula, prout etiam inferuntur omnes aliæ sequentes ampliationes) vt nec probet testis, qui per verbum, *dubito*, seu alias dubitatiue deponit per regulam, quod dubitans & ignorans æquiparatur, *l. fin. C. de condict. indeb. l. fin. § sin autem, C. de furtis, Spec. in tit. de teste, § 1. versic. item quid si dubitat, Ias. in l. 1. num. 14. ff. de iustit. & iur. Crott. de testibus, nu. 31. pract. Corrad. tit. de testib. rub. de credulitate, nu. 40. post prin. versic. nam super certo, Aym. consil. 60. nu. 124. lib. 1. Decian. consil. 14. nu. 71. versic. similiter testis in eo, quod dubitans deponit, lib. 2. Bertaz. consil. 95. nu. 17. lib. 1.*

9 AMPLIA VI. Vt † & idem sit in teste deponente per verbum, *forte*, vel *forsitan*. Tunc enim testem nihil probare, *scripserunt cum allegatis per eos Ias. in l. 1. nu. 27. ff. de iust. & iur. pract. Corrad. tit. de testibus, d. rub. de credulitate, numer. 40. sub 4. ampliatione.*

10 Et idem in † teste deponente per verbum, *prima fronte, scripserunt idem Ias. in d. l. 1. num. 28. ff. de iust. & iur. Corrad. vbi sup. d. nu. 40. sub eadem 4. ampliatione.*

11 AMPLIA VII. In teste, † qui deponit per verba, *si bene memini.* Nam & hunc testem nihil probare, *post Alexan. & Riminal. quos allegat, scripsit Alexan. Stiat. in practic iudic. cap. 16. num. 53. de quo etiam vide Corn. in consil. 94. nu. 4. libr. 3. prout illum refert Monticell. in repert. rub. quid si deponit per verbum, videtur, fol. 247. col. 2. versic. pen. Bertaz. consil. 95. num. 17. lib. 1.*

12 Idem † & multo magis dicens, *se non recordari, scripserunt Prob. ad Ioan. Monac. in c. Romana, nu. 7. de testib. Alexan. consil. 7. nu. 7. lib. 1. & consil. 187. nu. 9. lib. 7. & alia ad materiam ponit Monticell. in repert. rubr. quid si per verbum, nescio, vel non recordor, folio 248. col. 1. & 2. Imo isto casu testem posse torqueri, dixi inf. in sequ. tit. in materia torturæ testium.*

13 Et † de teste, qui deponit per verbum, *nescio, plura ponit Monticell. d. rubr. quid si per verbum, nescio, vel non recordor, fol. 218. col. 1. & 2. in discursu.*

14 AMPLIA VIII. In teste, † qui aliquid affirmat, adiecto verbo, *ni fallor*, nam & hunc testem non probare, nisi claram & bonam scientiæ suæ causam adducat, *scripserunt Ias. in leg. 1. num. 13. & seqq. ff. de iustit. & iur. vbi latè comprobat, & respondet contrariis, iuncto num. 22. & seqq. & ibi etiam Claud. Seysel. numer. 12. Curt. sen. in addit. ad Castr. ibid. num. 12. & Zas. num. 15. Felyn. in c. quoties, col. 4. post princ. num. 8. ad med extra, de testibus, Corrad. in pract. tit. de testibus, rubr. de credulitate, num. 40. sub 4. ampliat. Viu. opin. 965. nu. 5.*
Et † licet contrarium scripserint *Bald. in leg. 1. num. 6. ff. de iustit. & iur. Fulgos. ibid. 5. vbi Baldi auctoritatem magnam esse in scholis, & iudiciis affirmat, Ang. ibid. num. 5. & Castr. nu. 12. Aret. in d. cap. quoties, num. 22. de testibus, Campeg. reg. 215. in princ.* † *tu tamen non recedas à proposita ampliatione, quia com-*
16 *muni* * *est, prout eam tanquam communem & veriorem, relatis & reprobatis contrariis, sequuta est Rota coram bon. memor. D. Cantucio in vna Terdonen. fructuum subdit 26. Octob. 1575. inter diuer. par. 2. decis. 9. nu. 7.* ¶ Et ad illius comprobationem addo Hector. Æmil. *in tract. de test. rubr. testis articulum verum, nu. 6. fol. 222.*

Et † idem in teste, qui aliquid deponit, & deinde addit, *salua veritate*, quod nihil probet, *consuluit Alexand.* 17
consil. 92. num. 2. libr. 4. prout illum refert Monticell. rubr. singulares testes, an & quando probent, fol. 198. col. 2. versic. penult. & rub. quid si deponit per verbum, videtur, fol. 274. col. 2. versic. antepenult.

AMPLIA IX. In † teste, qui deponit alternatiue per 18
dictionem, *vel.* Nam & hunc testem nihil probare, ex quo dubitatiue deponit, *facit text. in leg. vbi autem non apparet, § qui illud, aut illud, ff. de verb. oblig. & scripserunt Alex. in cons. 82. nu. 2. lib. 1. Bertran. cons. 100. num. 19. part. 1. Crott. cons. 122. nu. 10. lib. 1. Rolan. cons. 35. nu. 23. lib. 1. Viu. opin. 963. nu. 1. vbi aliis relatis testatur de communi. Hect. Æmil. in tract. de test. rub. testis alternatiue deponens nu. 1. fol. 146.*

LIMITATVR hæc 9. ampliatio, † vt non procedat, quando alternatiua depositio vtraque tenderet ad 19
vnum effectum, puta si testis diceret, cum gladio, vel clauo, tunc enim vterque intellectus concludit maleficium, & ideo habetur pro concludenti probatione, *vt per Alex. in l. inter stipulantem, § si Stichum, num. 15. & ibi etiam Ias. nu. 3. ver. adde, quod singulariter tenet, &c. & Zas. numer. 7. ad fin. vbi dicit, hoc esse menti tenendum, ff. de verb. oblig. idem Alex. in cons. 152. n. 1. ibi, nisi qualibet pars alternatiue, & c. lib. 5. Mars. in rub. C. de probat. nu. 380. & seqq. alias 356 & seqq. Viu. opin. 963. nu. 3. & nu. 6. vbi alios refert concordantes, Hect. Æmil. in tract. de test. rubr. testis alternatiue deponens, num. 2. folio 146. & faciunt, quæ dixi infra, nu. 41.*

AMPLIA X. In † teste deponente per verbum, *circa*, 20
quem nihil probare *scripserunt But. in c. fin. de despons. impub. per illum text. quem sequuti sunt Curt. iun. cons. 144. nu. 4. & Alex. cons. 149. viso processu inter Michaelem nu. 17. libr. 5. Ruin. cons. 10. nu. 3. lib. 5. Guid. Pap. sing. 436. Rot. iuff. in prax. benef. tit. de dispensa. ratio ætatis, in verbo, vel circa, num. 6. Ceph. cons. 177. num. 26. & seqq. libr. 1. Osasc. cons. 64. num. 33. vbi de communi, Bertaz. cons. 106. nu. 15. lib. 1. Claud. ad Bertaz. cons. 140. num. 23. litera C. in prin. addit. d. l. 1. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 46. nu. 1. & seqq. Viu. d. opin. 963. nu. 9. iuncto nu. 1.* vbi aliis relatis testatur de communi, *Montic. in reper. rub. impugnatur testis ratione loci, & temporis, fol. 271. col. 2. versic. 4. & seqq.* vbi præsertim, quando dictio, *circa*, est apposita tempori, & alia ad materiam.

LIMITANDA est † hæc decima ampliatio, vt pro- 21
cedat, quando agitur de probatione certi & præcisi temporis vel quantitatis: tunc enim testes deponentes dubitatiue, & per verbum, *circa*, nihil probant, secus autem si non sit vis in tempore, aut quantitate præcisa, quia tunc dictio, *circa*, etiam à teste probata, refertur ad modicum tempus, vel quantitatem, paulo, scilic. plus, vel minus, & sic talis depositio relata iudicis arbitrio, bene probat, *secundum glos. in d. c. vlt. de despons. impub. & in c. 1. § pen. in verbo, circa, de offic. ordina. in tit. cum aliis relatis per Menoch. d. casu 46. nu. 3. & seqq. Viu. d. opinion. 963. nu. 8.* vbi aliis relatis etiam testatur de * communi opinione, *
Rota *coram Cæsare de Grassis, decis. 75. numer. 5. vbi quod hæc dictio, circa, extenditur ad duos, vel tres, plus, vel minus,*
Claud.

Claud. ad Bertazz. dict. consil. 140. num. 23. litera C. versic. sed hoc procedit, lib. 1. vbi præsertim, quando agitur de probatione longi temporis.

22 AMPLIA XI. In † teste deponente per verba, *plus*, vel *vltra*, quem nihil probare in eo, quod prætenditur plus, vel vltra, eo quia tales dictiones reddunt in-
* certitudinem, dixit * communem, aliis relatis, *Viu. opin.*
963. num. 1. iuncto num. 7. vbi hanc ampliationem declarat non
23 *procedere, quando* † *ageretur criminaliter remedio l. 2. C. de rescind. vend. Roland. consil. 57. num. 27. iuncto num. 34. & sequ.*
24 *libr. 1.* vbi † declarat, & inter alia dicit, quod in casu, in quo admittitur depositio huius testis, tales dictiones referuntur ad modicum, *post Corn. & Ias. ibi per eum relatos.*

25 AMPLIA XII. In † teste, qui deponit per verbum, *videtur*, affirmatiue, vel negatiue, dicens puta, mihi videtur, vel mihi non videtur, hunc enim testem minime probare scripserunt Felyn. *in cap. de cætero, numer. 51. de homicid. & in cap. quoties, numero 12. & ibi etiam Aretin. numer. 23. & 24. versic. in quæstione autem nostra, extra, de testibus, Ias. in rubr. ff. de iureiurand. solum. 2. num. 1. ver. & eodem modo non creditur, Tiraq. de testibus, libr. 1. capit. 6. numero 2. Marant. de testibus, rubric. de testium product. num 17. Nell. de test bus, num. 164. Boss. in titul. de opposit. contra testes, numer. 43. versic. item opponitur, il 1. Alexand. consil. 15. num. 5. lib. 1. Corn. consil. 10. num. 13. libr. 1. & consil. 137. num. 8. lib. 3. Dec. consil. 363. num. 4. Paris. consil. 54. num. 21. lib. 4. Marsil. in consil. 10. nu. 36. Osasc consil. 66. num. 25. libr. 1. Burs. at. consil 315. num. 15. lib. 3. Hippolyt. Riminal. cons. 236. nu. 23. lib. 3. Bertaz. consil. 521. nu. 43. lib. 2. Nouell. reg. 216. num. 46. Caputaqu. decis. 212. nu. 5. part. 2. pract. Corrad. tit. de testib. rub. de credulitate, num. 40. in quarta ampliatione, Montucell. qui aliis refert in*
26 *repertor. rub. quid si deponit* † *per verbum, videtur. fol. 247. col. 1.*
* *& 2.* & est * communis, prout etiam aliis relatis testatur *Viu. opin. 965. num. 1. Quamuis contrarium solus, quem inuenerim, senserit Castren. in leg. prima, numer. 12. in fine, ff. de iustit. & iur.*

27 Et idem † in teste, qui deponit de *videre suo, scripserunt Crot. de testibus, num. 314. post Bald. & Alexand. quos allegat, Iason in rubric. ff. de iureiurand. column. 2. num. 3. ad finem, versic. item concludit, & in leg. 1. num. 17. ff. de iustit. & iur. Nouell reg. 216. nu. 45. Osasc. decis. Pedem. 122. sub nu. 1. Mascard. de probat. lib. 1 conclus. 458. nu. 7.*

28 LIMITA I. Hanc † duodecimam ampliationem in materia sensu corporis non perceptibili, sed per discursum intellectus, in quo talis testis deponens per verbum, *videtur*, bene probat, *secundum Felyn. in cap. quoties, post numer. 12. extra, de testibus, Tiraq. de testib. libro primo, cap. 6. numer. 4. & faciunt quæ dixi infra de teste de credulitate, num 82.*

29 LIMITA II. Eandem † ampliationem, quando testis redderet bonam & concludentem rationem, quia tunc etiam bene & concludenter probat, quamuis deponat per verbum, *videtur, Alexand. consil. 74. numer. 8. libr. 1. & consil. 147. num. 16. libr. 2. & consil. 109. nu. 1. versic. sed iis non obstantibus, Roland. consil. 57. nu. 32. lib. 1. Hieron. Gabr. consil. 159. nu. 25. lib. 1. Hippol. Rimin. cons. 267. numer. 49. & seq. lib. 3. & faciunt quæ in simili dixi de teste de credulitate, infra nu. 74.*

30 LIMITA III. Quando † verbum, *videtur*, est appositum tempori, vtputa si dicat, se vidisse Titium possidere, & interrogatus de tempore dicit, *per decem annos, vt sibi videtur*, probat enim talis testis, quoniam verbum, *videtur*, refertur ad iudicium rationis, quod est coniunctum cum sensu scilicet visus, *secundum Bartol. in l. quod tamen, § si arbiter, ff. de arbitr. & in repetit. leg. de ætate, 2. quæst. ff. de minor. Tiraq. in tract. de testibus, lib. 1. cap. 6. nu. 3. cum aliis relatis supra, qu. 64. num. 108.* vbi probaui, quod testes deponere debentes de tempore, non est necesse, quod deponant de tempore præciso, sed admittuntur,

& probant, etiam quod de eo deponant dubitatiue, & per verbum, videtur.

Contrarium, † quod iste testis sic deponens, licet 31
probet de possessione, non tamen dicatur probare de tempore, quoniam vbi de tempore deponit, non allegat sensum, sed vtitur verbo dubio, quasi expresse dicens, quod tempus non ita benè sciat, sicut possessionem, *late defendit Aretin. in cap. quoties, num. 24. quem ibi refert & sequitur Felyn. nu. 12. versic. sed hoc dictum, extra, de testibus, Natta consil. 170. num. 9. libr. 1.* vbi generaliter dixit, quod dictum testis ambiguum respectu temporis non releuat producentem, *sequitur Hector Æmil in tractat. de testibus, rub. testis ambigue deponens, nu. 9 fol. 151.*

AMPLIA XIII. In † teste, qui pariter deponit de 32
iudicio suo, ex quo enim testis in sua depositione non debet iudicare, sed simpliciter factum narrare, *vt per Bartol. in tractat. testimon. num. 12. ver. magis iudicat & in leg. qui testamento, § final. ff. de testament. & in leg. quod tamen, § si arbiter, ff. de arbitr. Tindar. in tract. de testibus, part. 1. cap. 5. num. 5. Curt. in tractat. de testibus, conclus. 51 num. 100. in princ. Gram. decis. 103. num. 21. Rota coram bon. mem. D. Cantucio inter diuer. part. 2. decis. 107. nu. 33. Alexan. consil 114. numer. 17 lib. 4. & consil. 44. nu. 21. d lib. 4. & cons. 131. num. 25. lib. 5. Dec. cons. 256. nu. 4. versic. non obstat, & consil. 445. nu. 53. & consil. 499. num. 9. Aym. consil. 41. nu. 4. Grammat. consil. ciuil. 165. num. 1. & sequ. Matth. Brun. consil. crim. diuer. 115. numer. 40. libr. 2. vbi alios refert, Osasc. consil. 64. num. 37 iuncto nu. 59. & consil. 65. nu. 26. & consil. 66. num. 13. 18. & 25. Gabriel consil. 178. nu 10. lib. 1. & cons. 168. nu 9 libr. 2. Dec consil. 5. nu. 11. l b. 2. Burs. at. cons. 366. nu 14 & nu. 33. lib. 4 vbi alios refert. Hippol. Rim. cons. 236. nu. 22. lib. 3. Bertaz. cons. 95 num. 16. lib. 1. & cons 283. nu. 21. & cons. 488. nu. 5. lib. 2.*

Hoc † ideo hunc testem sic de iudicio suo deponen- 33
tem non probare, * communiter receptum est, *vt vi-* *
*dere est apud Aretin. in cap. quoties, num. 25. extra, de testibus, Ias. in rubr. ff. de iureiurand. col. 2. num. 3. in fine, versicul. eodem modo si testis deponat, & in l. 1. num. 18. ff. de iustit. & iur. Vbi alios plures refert concordantes, Maran. in tract. de testibus, rubr. de testium productione, num. 17. Crot. de testibus, nu. 313. Boss. in tit. de opposit. contra testes, num. 3. versic. item opponitur, il primo, Marsil sing. 183. in fine, Villalob. in commun. opin. litera T. numer. 98. vbi de * communi ex Curt. iun quem allegat in consil.* *
*165. numer. 17. pract. Corrad. tit. de testibus, rub. de credulitate, num. 40. in 4. ampliatione, Viu. opin. 965 numer. 3. vbi etiam de * communi, Nouell. reg. 216. nu. 44 Montic. in reperto rub.* *
quod si testis deponit de iudicio suo. fol. 242 col. 2. & fol. 243. colum. 1. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 458. nu 8. & lib. 3 conclus. 1363. num. 1. Osasc decis. Pedemont. 122. post nu. 1. Rota coram bon. memor. D. Cantucio inter diuer part. 2. decis. 29 num. 12. Aretin. cons. 49. num. 1. Dec cons. 363 num 4. Ioan. de Amic. cons. 45. nu. 15. Grammat. cons. crim. 12. nu. 13. Ioan. Bapt. Ferret. consil. 392. sub nu. 14. Matth. Brun. consil. crimin. diuer. 115. nu. 40. lib. 2. vbi alios refert, Decian. consil. 62. nu. 11 lib. 3. Fab. Turret. consil. 93. num. 77. Burs. at. consil 320 num. 79. & numero 105. libr. 3. & consil. 418. num. 8. libr. 4. Hippolyt. Rimin. consil. 713. num. 10. libr. 6. Bertr. consil. 34 num 9. lib. primo, & consil. 95. num. 19. & consil. 162. num. 1. dict. lib. 1. & cons. 548. num. 6. & consilio 555. num. 1. libr. 2. vbi alius pluribus relatis testatur de * communi, & præsertim loquitur in cri- *
minalibus.

LIMITA hanc † duodecimam ampliationem non 34
procedere, quando testis sui proprii iudicii bonam & concludentem redderet rationem, quia tunc optimè probat, etiam quod deponat de iudicio suo, *vt per eundem Ias. in leg. 1. num. 26. & ibi etiam Claud. Seysel. num. 13. in princ. ff. de iustit. & iur. Nell. de testibus, num. 135. Corn. consil. 139. num. 5. lib. 4. Roland. consil 57. num. 33 lib. 1. Decian. consil. 88. num 9 lib. 3. Hippolyt. Rimin. consil. 760. num. 9. lib. 7. & facit, quod dixi supra, de verbo, videtur num. 19. & infra numer. 74. de verbo credo.*

35 AMPLIA XIV. Vt† nec etiam probet testis, qui aliquid affirmat, vel negat, *secundum conscientiam suam, vt per Ias. in rubr. ff. de iureiuran. colum. 2. nu. 3. in fin. ver. adde, quod eodem modo & in l. 1. nu. 19 ff. de iust. & iur. Crot. in tract. de testibus, nu. 315. Pract. Conrad. in titul. de testibus, rub. de credulitate, nu. 40. sub 4. ampliatione.*

36 AMPLIA XV. Vt† pariter nec probet testis, qui deponit de iure, & per verba iuris, non autem de facto, & per verba facti, *secundum gloss. in leg. stipulatio, §. hac quoque, ff. de verborum obligat. Fulgos. in l. cum res, num. 2. C. de probat. Aretin. in leg. 1. num. 4. ff. de rebus credit. Ripa in leg. 1. num. 32. ff. si certum pet. Butr. in cap. 1. num. 19. de summa Trinit. & fide Cathol. Felyn. in cap. cum causam, il primo, numer. 9. versic. fallit secundo, & ibi etiam Bald. & alij, extra, de testibus, Ancharan. consil. 248. num. 6. Alexand. cons. 159. numer. 6. & consil. 180. num. 3. libr. 6. Dec. consil. 6. num. 123. & consil. 134. num. 43. & consil. 524. num. 3. Aymon consil. 78. num. 26. Decian. consil. 51. num. 11. libr. secund. Bursat. consil. 366. num. 21. libr. 4. Hippol. Rimin. consil. 65. num. 14. libr. 1. Monticell. in repertor. test. rub. impugnatur testis, quia deponit de iure, & non de facto, folio 242. colum. 1 & 2. vbi etiam de materia, Aym. de antiquit. tempor. 2. part. in princip. num. 35. Nouell. reg. 216. num. 52. Herculan. in tract. de negatiua, num. 319. Pract. Conrad. rubr. dicta testium assumendo, sub nu. 7. folio mihi 119. col. 2. in princ. Rota coram Aldobrandino, & nunc Santissimo D. N. inter diuers. part. 2. decis. 240. nu. 3.* Ex quibus * hanc ampliationem * communiter receptam esse, sine dubio dici potest.

37 AMPLIA XVI. Vt†& idem sit in teste, qui respondit per verbum, *credo*, nam & hunc testem non probare, latius infra reassumam, *hac eadem q. §. 2. num. 62. & sequentibus.*

38 LIMITA I. Propositam † regulam sic, vt supra in prima ampliatione ampliatam, vt tamen sufficiat testis depositionem præsumptiuè, vel ex iuris præsumptione concludere, *vt per Rom in leg. 1. num. 14. & ibi etiam Ripa, nu. 48 ff. si cert. petat. Butr. in c. per inquisitionem, num. 13. de electione, Alexand. consil. 83. nu. 3. libr. 1. quos refert & sequitur Monticell. in repertor. rub. impugnatur testis, quia eius dictum non concludit, fol. 240. col. 1. versf. final. & col. 1. versf. 1. & versf. 3.*

39 vbi† tamen *in d. versf. 1. ex But. in cap. literas, num. 4. de præsumpt.* declarat, hanc limitationem procedere in his, in quibus non cadit immediata cognitio per corporeum sensum, tunc enim sufficit testem præsumptiue concludere, secus in aliis, vt ibi per eum.

40 Et facit† pro hac limitatione, *quod voluit Rota coram bon. memor. D. Cantucio in vna Terdonen. fructuum, die 26. Octobris 1575. inter diuers. part. 2. decis. 9. num. 8.* vbi dixit, quod probatio dubia, & non concludens admittitur, quando est adiuuata præsumptione iuris, *vt per Dec. in cap. in præsentia, nu. 26. & seqq. de prob. Ægid decis. 683. post med. versic. sed plus placuit, & fuit etiam tentum in vna Clusin. pension. coram D. Blanchetto, die 9. Decembr. 1574.* Et vide, quæ in proposito de teste deponente per verbum, credo, *dixi infra, num. 101.*

41 LIMITA II. Eandem † propositam regulam non procedere, quando testis depositio etiam dubia & æquiuoca in quolibet intellectu probaret intentionem producentis: tunc enim admittitur, & bona reputatur, *vt per Gemin. in cap. 1. col. fin. versf. nota bene illud dictum, de pact in 6. Alexan. in l. Gallus, §. si eius, qui filium, nu. 4. ver. pro hoc bene facit, ff. de lib. & posthum. & consil. 186. num. 3. lib. 7. Pet. Ant. a Petra in tract. de fideicom. qu. 12 num. 1057. & sequ. Hector Æmil in tract. de testibus, rubr. testis alternatiue deponens, nu 3. fol 146. & rubr. testis ambigue deponens, sub nu. 6. fol. 151. & vide in simili, quæ dixi supr. nu. 19. de teste deponente per dictionem alternatiuam.*

42 LIMITA III. Vt† testis depositio dubia & incerta producentem non releuet, quãdo nulla iuridica interpretatione adiuuari potest, prout sunt posita exempla in præcedentibus ampliationibus, quod si depositio sit dubia ex eo, quod habẽs plures intellectus, *iuxta quæ dixi supr. num 2.* possit, aut debeat potius vno modo, quam alio interpretari, & tunc adhibitis interpretationibus in iure comprobatis talem depositionem sustineri, & in suo iuridico intellectu bene probare, dubitandum non est per infrascriptas conclusiones.

PRIMA enim † sit conclusio, quod testium depositiones ad hoc, vt probent, non cauillandæ, sed coadiuuandæ sunt, *Bart. in l. 2. & ibi etiam Bald. in 5. notab. C. de tempor. appell. Aretin. in leg. mutuum damus, num. 22. ff. de rebus credit. Claud. Seysel in l. Celsus, nu. 59. ff. de vsucap. Prob. ad 10. Monac. in cap. præsentium, num. 30. de testibus, Corn. cons. 266. num. 3. lib. 1. & cons. 41. num. 20. libr. 2. & consil. 172. num. 17. d. lib. 2. & consil. 28. nu. 12. lib. 4. Grammat. cons. ciuil. 36. nu. 5. & consil. 39. num. 2. & consil. 50. numer. 38. & sequ. Dec. consil. 42. num. 5. & consil. 100. num. 2. Paris. consil. 87 nu. 42. libr. 3. & consil. 138. numer. 17. libr. 4. Neuizan. consil. 26. numer. 33. Hippolyt. Riminald consil. 268. num. 66. & consil. 325. num. 15. libr. 3. Pract. Conrad. tit. de testibus, rubr. de dubio dicto num. 34. versic. sic recipiunt, fol. 129. colum. 2.* vbi quod ita tenent omnes Dd. *Monticell. in repertor. rubr. testium dicta qualiter interpretentur, folio 431. colum. 1. versf. 3. & seqq. & fol. 433. col. 1. versic. 2. & dixi iterum de hac eadem fere materia, quæstion. 65. num. 74.* 43

LIMITATVR hęc † prima conclusio, vt non procedat, quando testes essent suspecti, quia tunc eorum dicta diligenter perscrutari & cauillari debent, *Dec. consil. 448. nu. 30. quem refert Monticell. in repert. test. rubr. testium dicta qualiter interpretentur, fol. 431. col. 2. versf. 3.* 44

SECVNDA sit † conclusio, & à præcedenti non multum dissimilis, quod testium dubia verba in benigniorem partem interpretanda sunt, *ad text. in c. cum tu, & ibi gloss. in verbo, benigne, Hostiens. & Abb. extra, de testibus, Bald. de præscrip. part. 4. nu. 14. Montic. in reper. test. rub. testium dicta qualiter interpretentur, fol. 431. col. 1. versf. 2. & dixi latius supra, qu. 65. nu. 73.* 45

TERTIA sit † conclusio, quod testium dubia verba ad hoc, vt probent, impropriati possunt, *vt per Anton. de Butr. Abb. Felyn. Imol. & Anan. & * communiter omnes in d. cap. cum tu, extra, de testibus, Pract. Conrad. tit. de testibus, rub. de dubio dicto, num. 34. Monticell. d. rub. testium dicta qualiter interpretentur. fol. 433. colum. 1. versic. 4. & dixi latius in quæst. 65. nu. 43. & seqq.* vbi etiam posui, an sicut admittitur propriè interpretatio, ita etiam admittatur impropriissima. 46

QVARTA sit † cõclusio, quod testium dubia verba sunt propriè interpretanda, *Socin. in l. sed & ille, §. sed circa, num. 3. ff. de rebus dubiis, Afflict. in cap. 1. in princip. de controuer. inuest.* vbi quod testis tantum probat, quantum dicit, *hos refert & sequitur Montic. in rubr. testium dicta qualiter interpretentur, folio 432. column. prim. versic. 4. & 5. & folio 433. colum. prima, versic. fin.* vbi ex Iason. *in leg. 2. §. voluntatem autem, num. 22. ff. solut. matrimon.* dixit testium dicta & eorum rationes non recipere extraneam interpretationem, (*de quo & latius ego dixi supra in quæst. 65. numer. 90. & sequ.*) & faciunt pro hac conclusione Doct. allegati, *per Monticell. rub. testium dicta qualiter interpretentur. fol. 430. colum. 1. versic. 3.* Vbi pluribus comprobat, quod mentis nostræ nullum maius est testimonium, quam qualitas inspecta verborum. 47

LIMITANDO hanc † quartam conclusionem aduerte, quod ea non erit contraria, nec obstabit præcedẽti conclusioni, quia si dubia verba ad hoc, vt probẽt, recipiunt impropriam interpretationẽ, vt in dicta præcedenti conclusione, ergo multo magis debent recipere propriam, licet benè verum sit, quod in concursu interpretationum est potius sumenda propria interpretatio, quam impropria, si per vtramque interpretationem oritur probatio ex depositione testis. Sed si ex propria 48

propria interpretatione non resultat probatio, ex impropria autem sic, præfertur impropria interpretatio propriæ interpretationi, *vt dixi in præcedenti conclus. & latius in q. 65. n. 43. & seqq.*

49 QVINTA † sit conclusio, quod testium dubia verba sunt vulgariter, & secundum populi intelligentiam, non autem secundum Iurisperitorum subtilitatem, & legaliter interpretanda, *secundum gloss. in l. stipulatio ista, §. hac quoque, ff. de verb. oblig. Alex. in l. 1. in prin. num. 5. ff. de nou. oper. nuntiat. Felyn. in cons. 22. num. 37. Rom. cons. 301. num. 14. in fin. vbi alios refert, & cons. 490. nu. 12. Milis in suo repert. verbo testis, nu. 1. Pract. Corradi d. rubr. de dubio dicto, num. 34. Mont. d. rubr. testium dicta qualiter interpretentur, fol. 429. colum. 2. vers 3. & fin. Petra de fideicom. q. 12. num. 1046. & seqq.*

50 Et † ratio huius conclusionis est, quia testes communiter sunt idiotæ, & propterea nesciunt propriam verborum significationem, *arg. eorum, quæ dicit gloss. 1. in fin. in l. quod si nepotes, ff. de testam. tutel. & tradit Tindar. in tractat. testium part. 1 c. 8. n. 10. & part. 2. principali, lib. 2. c. 6. n. 4. pagin. mihi 352. col. 2.*

51 SEXTA † sit conclusio, (& hæc conclusio non est admodum à præcedenti dissimilis,) quod testium dicta sunt intelligenda secundum communem vsum loquendi, *Roman qui ante, num. 5. ff. de verb. oblig. & in l. sciendum, n. 8. ff. eod. & cons 301. n. 15. Fel. in c. cum tu, n. 19. de testib. & cons. 2. n. 36. Ias. in l. 1. n. 6. ff. de nou. oper. nuntiat. Paris. consil. 138. num. 19 lib. 4. Monticell. in repert. test. rubr. testium dicta qualiter interpretentur, fol 439. col. 2. vers. 1. Bertaz. consil 18. num. 4. lib. 2.*

52 SEPTIMA † sit conclusio, quod testium dubia verba ciuiliter sunt intelligenda, *Roman. consil. 300. nu. 1. & consil. 490. num. 1. quem refert & sequitur Mont. in repertor. te t. rubr. testium dicta qualiter interpretentur, fol. 430. col. 2. vers 3.*

53 OCTAVA † sit conclusio, quod testium dubia verba pro caussa fauorabili, vt puta testamento, matrimonio, dote, religione, & libertate interpretanda sunt, *Specul. in tit. de test. §. 1. vers. item quod testis obscure, &c. prout illum refert & sequitur Pract. Corradi, tit. de testib. rubr. de dubio dicto, num. 35. vers. item quod testis fol. 130. colum. 1. in princ.* licet Alex. *ibi per eum allegatus, in consil. 152. num. 2. lib. 5.* non concedat, omnino verba dubia testium pro matrimonio interpretanda, prout etiam contra hanc conclusionem facit alia conclusio posita *supr. num. 6.* quod videlicet dubia probatio producentem non releuat etiam in caussa fauorabili.

54 NONA † sit conclusio, quod testium dubia verba interpretãtur, vt sonent potius in factum, quam in ius, *Prob. ad Ioan Monach. in c. præsentium, nu. 33. de test. Rocch. de Curt. in tract. de consuetud. nu. 619. Socin. cons. 146. n. 1. vol. 1. & cons. 158. n. 25. vol. 2. Montic. d. rubr. testium dicta qualiter interpretentur. fol. 432. col. 1. vers. 3.* Et faciunt, quæ dixi *supra, num. 36.* vbi dixi, quod testis debet deponere de facto, & non de iure.

55 DECIMA † sit conclusio, quod testis dubia depositio in aliqua parte declaretur per aliam partem depositionis ipsius testis, *sic, vt post Fel. quem allegat, scripsit Monticell. in repert. in rubr. testium dicta qualiter interpretentur, fol. 433. col. 2. vers. 3.* vbi, quod si testis in vna parte suæ depositionis, puta in dicto principali expressit certum tempus, & locum, in alia autem parte, videlicet in ratione sui dicti, loquatur simpliciter, sine tempore, & loco, intelligitur se referre ad tempus, & loca priora.

56 VNDECIMA † sit conclusio, quod vnius testis depositio dubia declaratur, & interpretationem recipit ex dicto alterius testis, *Prob. ad Ioan. Monach in c. 1. num. 19. de test. Socin. iun. cons. 69. n. 16. vol. 1. Monticell. rubr. testium dicta qualiter interpretentur fol. 432. col. 2. vers. 7. & 8.*

57 DVODECIMA † sit conclusio, quod testium verba declarationem & interpretationem recipiunt à subiecta materia, *Gramm. cons. ciuil. 39. num. 24. Monticell. rubr. testium dicta qualiter interpretentur, fol. 432. colum. 1. vers. pen. & fin.*

DECIMATERTIA sit † conclusio, quod testium dicta recipiunt interpretationem & declarationem à capitulis, & articulis, super quibus sunt examinati, *Alb. in l. si præses, n. 4. ff. de pœn. Claud. Seysell. in l. Celsus, num. 58. ff. de vsucap. & in l. scire debemus, num. 9. ff. de verb. oblig. Bald. consil. 54. num. 6. part. 1. & consil. 10. num. 3. part. 5. Alex. consil. 88. num. 26. lib. 5. Gramm. cons. ciuil. 58. num. 1. & voto 26. num. 2. Dec. cons. 272. n. 7. & cons. 445. nu. 5. Cephal cons. 77. num. 33. Balb. de præscript. part. 4. n. 18. Montic. in repert. test. rubr. testium dicta qualiter interpretentur. fol. 430. col. 2. versic. 4. & seqq. vbi facit plures illationes.* 58

DECIMAQVARTA † sit conclusio, quod testium obscura & dubia depositio declarationem & interpretationem recipit ab instrumentis, & aliis scripturis in actis productis, *Anton. de Butr. in cap. ad audientiam, n. 12. de rescr.* 59

DECIMAQVINTA † & vltima sit cõclusio, quod testium dubia dicta contra producentem sunt interpretanda, *ad text. in cap. præsentia, vbi gloss. in verbo, dubium, ibi, & est argumentum, quod verbum testis ambiguum, &c. extra, de probat. Butr. in cap. causam quæ, nu. 20. de rescript. Abb. in cap. cum clamor, paulo ante fin. extra, de testibus, Bero. in cap. 1. num. 55. de appellat. Bartol. in l. inter stipulantem, §. si Stichum, num. 6. & ibi etiam Alex. num. 11. Ias. num. 8. Alciat. num. 8. ff. de verbor. oblig. idem Ias. in l. sciendum, num. 9. ff. eodem, Marsil. in rubr. de probat. num. 350. & seq. Corne. consil. 206. num. 4. lib. 4 & cons. 105. num. 7. circa fin. lib. 3. & cons. 238. sub num. 5. lib. 4. & cons 31. num. 13. lib 2. & consil. 299. num 3. lib. 1. Alex. cons 20 num. 5. lib. 4. & cons. 136. num. 8. lib. 1. & cons. 14. nu. 6. lib. 5. & cons 108. nu. 7. lib. 2. Socin. cons. 274. nu. 3. lib. 2. Gram. cons. ciuil. 65. num. 9. Prosp. Pasul cons. 208. num. 3. & 4. Ioan. Petr. Surd. cons. 19. n. 14. lib. 1. & cons. 61. num. 41. eod. in lib. 1. Bertazzol. consil. 251. num. 26. in fin. lib. 2. Afflict. decis. 120. num. 3. Rota de testib. decis. 6. alias 195. in antiq. pract. (Corradi tit. de testib. rubr. de dubio dicto, n. 35. fol. 129. col. 2. in fin. Monticell in reper. tor. rubr. impugnatur testis, quia ambigue vel obscurè deponit. fol. 249. col. 1. vers. final. & rubr. testium dicta qualiter interpretentur. fol. 429. col 2. vers. 2. & fol. 430. colum. 1. vers. 4. & colum. 2. versicul. 1. Hector Æmil. in tractat de testibus, rubr. testis ambigue deponens, numero 4. & numero 6. & sequentib. fol. 150. Petr. Anton. à Petra in tractat. de fideicommiss quæst. 12. num. 1057.* 60

LIMITA hanc † vltimam conclusionem, & multum notabiliter, vt testium verba sint interpretanda contra producentem, dummodo talis interpretatio nõ sit contra alias interpretationes, de quibus *supr. in præcedentib. conclusionib.* dictis enim interpretationibus cessantibus subintrat interpretatio contra producentem, aliter secus, *vt per Corrad. in pract. d. rubr. de dubio, d. num. 35. in fin. vers. super prædicta contrarietate, fol. 130. col. 1.* vbi sic distinguendo concordat contraria. 61

ARGVMENTVM.

Testis de credulitate, an, & quando probationem aut indicium faciat.

SVMMARIA.

Testis de credulitate regulariter non probat, nec dicitur propriè testis, num. 62. & numer. 63. vbi ponitur ratio huius conclusionis.

Testes ad hoc, vt probent, necesse est, vt deponant de veritate facti, & per sensum corporeum, n. 63.

Testes de credulitate non probant, consuetudine aut statuto in contrarium existentibus, non obstantibus, n. 64 & 65.

Testis de credulitate præsumptionem non facit, etiam quod dicat, se pro certo credere, nisi caussam sua credulitatis adducat, numer. 66.

Item non probat, si dicat se firmiter credere, vel se bene credere, nu. 67. *& 68. & 70. licet alij contra, n.69.*

Et quid si testis deponens de credulitate adjiciat ita esse, an probet, num.71.

Testis reddendo dicti sui rationem de credulitate, nihil probat, numer.72.

Testes de credulitate non probant, etiam quod plures sint, numero 73.

Testis de credulitate bene probat, quando sui dicti sufficientem reddit rationem, vtputa si dicat sic: Credo, quia vidi, n.74.

Testis de credulitate probat contra producentem, n.75.

Testis pro Curiæ informatione examinatus, probat contra Curiam, n.76.

Testes de credulitate probant ad defensionem rei, num.77. Sed an isto casu teneantur reddere rationem dicti sui, numer.78. & seqq.

Testes de credulitate probant in iis, quæ directo probari non possunt, n.81.

Item probant in materia non certitudinaliter cognoscibili, d. numer.81.

Item probant in iis, quæ sensu corporis percipi & expresse cognosci non possunt, n.82.

Item probant in iis, in quibus præsumptiua admittitur probatio, num.83.

Item probant in iis, quæ sunt difficilis probationis, n.84.

Testes de credulitate probant in antiquis, num.85. idem & multo magis in factis notoriis antiquis, nu.86. & quod in proposito dicatur tempus antiquum n.87.

Testes de credulitate probant filiationem, n.88.89. & 91. vbi declaratur, licet alij contra, n.90.

Testes de credulitate probant matrimonium, n.89.

Testes de credulitate probant adulterium, & copulam carnalem, num.92. declara, dummodo adducant suæ credulitatis proximam & immediatam caussam, alias secus, n.93.

Testes de credulitate admittuntur in probatione ætatis, n.94.

Testes de credulitate admittuntur in iis, quæ consistunt in peritia artis, n 95 declara, vt n.96. sed an isto casu teneantur reddere caussam suæ credulitatis, n.97.

Testes de credulitate admittuntur in probatione valoris, n 98.

Confessio partis de credulitate non præiudicat consentis, numero 99.

Testes de credulitate probant in omni casu, in quo probant testes de auditu, n.100.

Testes de credulitate probant concurrentibus adminiculis, & præsumptionibus, n.101.

Testis, qui primo deponit de veritate & scientia facti, & deinde dicat, se credere, non dicitur contrarius, sed probat, n.102.

Et quid si testis vnico contextu dicat, se scire, & credere, n.103. vbi etiam, quid si dicat, se scire, & pro certo habere.

Et quid si testis primo dicit, se scire, & postea in caussa scientiæ respondeat, quia credit, n.104.

Testimonium de credulitate facit indicium efficacissimum, numer.105. Sed verius est, quod non facit nisi qualequale indicium, n.106.

Testis de credulitate an puniatur de falso, si falsum dixerit, num. 107. *& seqq.*

Testes de credulitate, vt plenam faciant probationem, tria debent concurrere: Primo, vt caussas & rationes credulitatis adducant, ibid. n.111. Secundo, vt tales caussæ & rationes sint veri- *similes, & sensui proximæ, n.112. secus si remotæ, n.115. Et quæ isto casu dicatur remota caussa credulitatis, vide exemplum, nu.114. Tertio requiritur, vt dicant, se ita credere, nu.115. imo debent dicere, se ita firmiter credere, & quod in eorum conscientia non dubitant, n.116.*

Sententia lata ex testibus de credulitate, nunquam transit in iudicatum, & quandocunq; potest retractari, n.117.

QVÆSTIO LXVIII. §. II.

62 REGVLA sit † negatiua, quod testis de credulitate non probat, nec etiam proprie dicitur testis, *gloss. in l.2. §.penult. in verbo, meminerint, ff. de aq. pluu arcend. & in l. testium, in verbo, præsto, C. de testib. & in cap quoties, in verbo, credere, extra, eodem, Cyn. in d.l. testium, num.9. Bartol. num.14. Alber. num.8. Salycet. num.14. Castrens. num.10. Ioan. Sichard. num.12. ver. vnde videmus, C. de testibus, Felyn. in d. cap. quoties, num 7. vers. est enim regulariter verum, & ibi etiam Abb. nu.7. vers. regulariter autem, & ibi adden. litera C. in 2. addit. ver. & quod testis deponens de credulitate, & in alia addit. Ant. Franc. incip. An testis de credulitate, in princip.* vbi de * communi, * *Imol. ibid. num.1. ad med vers. aut loquimur in aliis, & num.2. in fin. vers. alias autem regulariter, Butr. num.12. colum penultim. vers. si quæritur, & vers. si nullam caussam, & colum. fin in fine, vers. aduerte tamen, extra, eodem, Fulgos. in l. admonendi, nu.55. ff. de iureiur. Ias. in rubr ff. de iureiur. num.2. & num.11. vers.2. aduerte, & in l.1. num.15. ff. de iustit. & iur. Marf. rubr. de probat. num.13. Spec. in tit. de teste, §.1. num.58. vers. item quod debat. num.13. Spec. in tit. de teste, §.1. num.58. vers. item quod deposuit de credulitate. Bar. in tracta. testium, num.12.* vbi, quod ita ab omnibus responsum est, *Tindar. de testibus, part.1. c.5. num.3.* vbi, quod ita tenent omnes * scribentes, *Lanfran. * de testibus, num.23. ad fin. vers. nam testimonium de credulitate, Marant. in rubr. de testium productione, num.15. Nell. de testib. num.164. Crot. de testib. num.312. & ibi Morcad. litteris qq. Campeg. de testib. regul.209. in prin. Boss. in tit. de opposit. contra test. num.43. pract. Corradi, tit. de testib. rubr. de credulit. nu.40. in prin. Socin. reg.407. & reg.429. in prin. Capoll cautel.43. in prin. & caut.74. Afflict. decis.381. num.7. Osasc. decis. Pedem. 122. num.1. Marsil. singul.19. in prin. Anton Gomez. de probat. delict. cap.2. in fine principij, vers. item adde, Villalob. in commun. opin. litera T, numer.97.* vbi de communi, * *Viui. opin. * 965. nu.1.* vbi aliis relatis testatur de communi * opinione omnium Legistarum, & Canonistarum, Mascard. *de probat. lib.1. concl.458. num.1. & seqq.* vbi bene comprobat, quod, qui credit, non affirmat, & quod credere & scire non possunt insimul concurrere, *& lib.3. conclus.1363. n.1. & seq. Monticell. in repertor. rubr. quid si deponit, per verbum, credo, fol.243. in fin. & seqq. vbi alios plures refert Bald. cons.19. numero.3 part.5. Alexand. consil.91. num.5. & consil.132. num.10. lib.6. & consil.114. num.15. lib.4. Felyn. consil.7. num.2. Corne. consil.91. num.10. & consil.129. num.1. lib.1. & consil.286. numer.4. lib.3. Dec. cons.124. num.6. & cons.347. nu.6. Paris. consil.104. n.37. lib.1. & cons.13. num.83. lib.3. Socin. iun. consil.86. num.36. lib.2. Marsil. cons.4. num.9 & cons.24. num.2. & numer.31. Decian. consil.14. nu.21. lib.2.* vbi, quod ita * omnes * tenent, *& consil.62. num.11. lib.3. Fab. Turret. consil.93. n.37. Bursat. consil.194. num.52. lib.2. & consil.321. num 83. lib.3. & consil.358. num.12. lib.4 & cons.418. num.8. eodem lib.4. Hippol. Riminald. cons.65. num.13. lib 1. Bertaz. cons 34. nu.9. lib.1. & cons.162. n.1 lib.1. & cons.316. n.11. & cons.548. nu.8. l.b.2.* Ex quibus hanc regulam, & in iudicijs, & in scholis canonizatam aperte vides.

RATIO † Regulæ est, quia ad hoc, vt testes pro- 63
bent, necesse est, vt de veritate facti per sensum corporeum deponant, aliter nullam faciunt fidem, *l. qui testamento, in fin. ff. de testam. l. solam, & l. testium, C. de testib. cap. relatum, vers. vnde canonica, 5. q.2. cap. testes, 3. q.1. Bald. in c. pastoralis, n.2. de rescript. Ioan. Monach. in c. filij, num 33. de hæret. Rival

*secundo fallit, Campeg.de testibus,reg.209.in 9.fallent. Marfil.singul.19.vers.teneas tamen perpetuo mente vsq; ad fin. Boss.in tit.de oppositcontra test.num.43.in fin.vers.& ad prædicta, practic.Corrads, tit.de testib.rubr.de credulitate, num.40.in 7.fallent. & in rubr.de proceden.ante diffinit.& defens. numer.6.fol. 309.colum.1.Carrer.in practic.in tract.homicid.§.circa sextum & vltimum,num.1.Herculan.de negat.num.309.& num.314. versicul. hac autem multo magis procedent pro reo ad defensionem, Mattha.Gribal.in suis regul.crimin. versicul. in criminalibus,ad excusandum reum,inter commun.opin.lib.1 fol.344. a tergo,colum.2.Bonacos.in commun.opin.crimin part.2.fol.79. colum.1. versic.3. incip testes ad probandum defensionem, & fol. 81.colum.2.vers.1.vbi de communi,& colum.4.versicul.2.incip.testis de credulitate,Mascard.de probat.lib.2.conclus.490. * num.4.& 5.vbi de communi,* & conclus.491.num.10.& seqq. & num.14.& seq. & lib.2. conclus.904. num.9.& lib.3. conclus.1363.num.13. Bart.cons.16.incip.Vannutius Petri,numer.6.lib.2. Alexand.consil.76.num.5.& consil.109.numer.8. lib.1.Dec.consil.crimin.diuers.102.num.26.lib.1.Laurent.de Oca.inter eadem consilia,consil.60.numer.48.lib.2. Marsil.consilio 24.num.33.lib.1.Cephal.consil.140. numer.8. & seqq. lib.1. Hippol.Riminal.inter consil crim.diuers.cons.36. num.14.lib.1. Thomas de Saluet.inter eadem consil.29.numer.7.& seqq.lib.2. * Mazzol.consil.57.numer.9.vbi de communi,* Fab.Turret.consil.96.num.12. Bursat.consil.273.num.10.& seqq.lib.3. vbi exornat, Hippol.Rimin.cons.217.num.7.lib.2.& cons.360. num.42.lib.4. Bertazzol.consil.1.num.10.lib.1.& consil.3.numer.37.& consil.11.num.18. & consil.26.num.1.& consil.121. num.2.& 3.& consil.135.num.11.d.lib.1.& consil.312.num.3. & seqq.lib.2.*

78 SVBLIMITA hanc † tertiam limitationem, vt procedat, dummodo testis adducat, & exprimat causam suæ credulitatis ad hoc tendentem, vtputa si dicat, quod occisor volebat occisorem interficere, qui propterea coactus fuit se tueri, & illum vulnerare, & inde credat ad defensionem fecisse. Tunc enim creditur testi de credulitate deponenti super homicidio facto ad defensionem: secus autem,si nulla credulitatis caussa adducta simpliciter dicat testis, se credere homicidium factum ad defensionem, quia tunc defensionem non probat, per ea,quæ generaliter dixi *infr. numer.*111.& in specie declarat Crot.*de testib.num.*315.*in 2.fallent.in fin.* Et, vt bene aduerti, videtur de mente Bart. Alex. Felyn.& aliorum Dd.supra allegatorum, loquentium, quando testes deponunt,primo super actibus insultantis, & ex iis deinde dicunt, se credere, quod insultatus fecit ad sui defensionem.

79 Contra,† quodimo testes de credulitate probent ad defensionem, etiam quod nullam reddant eorum dicti rationem, videtur de mente Decii *in cons.*459.*n.*6. *iuncto num.*8.*& cons.*469.*n.*5.*iuncto num.*9.*& expresse iis allegatis tenet Bursat.cons.*273.*num.*12.*& seqq.lib.*3. vbi etiam huius contrariæ opinionis eam reddit rationem, quia scilicet ad probandum defensionem obscura & dubia * admittitur probatio, *ad trad.per Bart. Ias.* & * communiter Dd.*in l.non solum,*§.*sed vt probari, ff de nou.oper.nuntiat. cum aliis ibi per eum relatis.*& optime facit,quod dixi *infra, quæst.*70.*nu.*101. vbi dixi generaliter, defensionem probari per testes, etiam non reddentes rationem sui dicti: & tutius facit pro hac eadem opinione, quia si testis in probando defensionem,vbi de credulitate deponit,esset necesse, quod concludentem rationem adduceret, vtique nullus esset in hoc specialis fauor defensionis, cum etiam extra casum defensionis testes de credulitate optime probent, si concludentem sui dicti reddant rationem,vt probaui *supr.in 1.limitat.num.*74. & tamen * omnes * Dd.*supr.in hac 3.limitat.num.*77. allegati aperte dicunt,speciali fauore defensionis inductum esse,vt testes de credulitate illam probent: ergo non est necesse, quod rationem reddant.

Et † hæc vltima opinio sine dubio procedet, quando testis, qui credit homicidium factum ad defensionem,dicit,se fuisse præsentem,& vidisse. Hæc enim sola ratio visus in teste de credulitate sufficit ad inducendam plenam probationem, vt dixi *supr.in d.1.limitatione, d.num.*74. & in terminis defensionis scripserunt Bartol. Bald.& alij plures relati per Bursat.*d.consil.*273.*numer.*11. & per Mascard.*de probationib.lib.1.conclusione* 491.*num.*14. & 15. 80

LIMITA IV. In † iis,quæ directo probari non possunt,& in materia non certitudinaliter cognoscibili, in qua testes de credulitate bene probant, vt per Aret. *in cap.quoties,num.*18.*& ibi etiam Felyn.num.*10.*in 3.limitatione,adden.ad Abb. in litera C. in 2.additione, versicul.& adde, quod in his, quæ non possunt sciri, nisi per credulitatem, extra, de testibus,Butr.in cap.transmissa,num.*3.*qui filij sint legit.* Tindar. *de testibus,part.*1.*cap.*5.*num.*12. Curt.*de testibus, conclus.*51.*numer.*100.*verficul.vel in his, Marsil.singul.*19.*versicul.in hac materia,& in rubr.de probat.numer.*14.*pract.Corradi, titul.de test.rubr.de credulitate, num.*40.*in 3.fallent. Bursat.consil.*87. *num.*50.*lib.*1. 81

LIMITA V. In † iis, quæ sensu corporis percipi & expresse cognosci non possunt, Butr.*in cap.quoties,numer.*12.*colum.final. versicul.in his, in quibus, extra, de testibus,* vbi amplius,quod isto casu,si testis diceret,se scire, subiret anceps periurium, nisi scientia referretur ad propriam credulitatis scientiam, *Campeg.de testib.regul.*209. *in* 14.*fallent.Boss.in tit.de oppositcontra testes, post numer.*43. *Decian.consil.*88.*num.*9.*vers.maximè cum deponat, lib.*3. *Mascard.de probat.lib.*3.*conclus.*1363.*numer.*10.*& seq.* Et facit, quod in simili dixi *supr. num.*28. de teste deponente per verbum, *Videtur.* 82

LIMITA VI. In † iis,in quibus non concludens,sed præsumptiua probatio habetur pro vera & concludenti probatione, *Aret.in c.quoties, n.*18.*extra,de testibus, ¶ Anton.de Butr.in cap.per inquisitionem,n.*3.*de elect.Salyc.in l. testium,n.*14.*vers.idem dico,& ibi Ioan.Sichard.sub num.*12.*C. eod.Campeg.de test.nu.*209.*in* 4.*&* 16.*& in* 17.*fallent.vers.& multo fortius, Bursat cons.*241.*num.*3.*& seqq.lib.*3. vbi infert propterea,quod testes de credulitate probant debitorem suspectum de fuga. 83

LIMITA VII. In † iis, quæ sunt difficilis probationis, *Crot.de testib.num.*315.*in* 4.*fallent. Campeg.de testib.regul.*209.*in* 10.*fallent.* vbi loquitur in his, quæ naturaliter sunt occulta, *& Ioan.de Plat.Instit.de rerum diuis.*§.*praterea,in fin.Ias.in rubr.ff.de iureiur.num.*5.*vers.*2.*limita,Viui.opinion.*965.*n.*12.*Gabr.cons.*159.*num.*25.*lib.*1.*Decian.cons.*1.*numer.*120.*lib.*3. 84

LIMITA VIII. In † antiquis,*Bald.in cap.quoties, numer.*3.*extra,de testib.& in l.conuenticulam, num.*6.*vers.est tamen verum,C.de episcop.& cleric. Ias.in rubr.ff.de iureiur.post num.*10.*sub* 8.*limitat. Ioan.Sichard.in l.testium, num.*11.*vers. nam in his casibus,C.de testib. Viui.opin.*965.*nu.*7.*Bursat.consil.*87.*num.*50.*lib.*1.*Mascard.de probat.lib.*1.*conclus.*104.*numer.*15.*vbi etiam contrarios refert,& lib.*3.*conclus.*1363.*numer.*20.*& 21. 85

Et † multo magis testes de credulitate probant in factis notoriis antiquis, puta, quod Iustinianus fuerit Imperator,& simil. *vt per Imol.in d.c.quoties,num.*1.*vers.potes concludere, & ibi etiam Anton. de Butr. num.*12.*ver.hac vera,extra,de testib.Campeg.de testib.reg.*209.*in* 23.*fallent. Socin.reg.*407.*in* 1 *fall. pract.Corradi, tit.de testib.rubr.de credulitate,in* 4.*fallen.* 86

Antiquum † autem tempus in proposito inducitur ex cursu centum annorum, *Villalob.in commun.opinion.littera A, numer.*106.*vbi de communi,* ex Aym. quem allegat, Viui.opin.*965.*num.*8.* vbi aliis relatis testatur de communi * opinione, à qua in iudicando & consulendo * recedendum non est, vide, quæ dixi *infr.in seq.numer.*132. *& seqq.* 87

LIMI-

88 LIMITA IX In † probatione filiationis, quam bene probant testes,dicentes, se credere, talem esse filium talis & talis, quia viderunt illum natum in domo eorum, qui se vt coniuges tractabant, *vt per Imol.in cap. quoties, num.*2.*vers.idem si dicat, & ibi etiam Anton.de Butr. num.*2.*vers.si dicit filium natum, Abb.num.*5.*in fin.vers.vltimo nota,& numer.*6.*vers.vide aliud exemplum, Felyn.sub num.*10. *ver.imo dicit eleganter Baldus,extra,de testib. Cyn.in l.testium, num.*9.*vers.primo casu,in fin.& ibi etiam Salycet.numer.*14.*ad med.vers.vt patet in filiatione, & Ioan.Sichard.num.*13.*&* 14. 89 vbi † etiam idem in probando matrimonio,*C.eodem, Ias.on in rubr ff.de iureiurand.num.*5.*vers.exemplum in probanda filiatione, Marsil.in ruor.de prob.*11. *Tind.de testib.part.*1.*cap.*5. *num.*12.*Socin.reg* 429.*in* 1.*fall.in fin. vers.vel si dicat, Campeg. reg.*209.*in* 4 *fallent.& sub num.*17.*&* 21.*fall. Pract.Corradi, tit.de testib.rubr.de credulitate,sub* 3.*fall. Monticell in repertor. test.rubr.quid si deponit per verbum credo.fol.*245.*col.*2.*vers.pen. Dec.cons.*1.*num.*119.*lib* 3.vbi tamen loquitur,quando testis dicit,se pro certo scire,& credere, *Masc.de probat.lib.*2. *concl.*798.*n.*21.

90 SVBLIMITANDO † hanc nonam limitationem, aduerte,quod licet cõtrarium, quodimo testes de credulitate non probent filiationem, consuluerit Socin. iun.*cons.*86.*num.*36 *lib* 2. & Riminal.*cons.*289.*nu.*11.*lib.*2.

91 non † per hoc tamen ab ea recedendum est, hac adhibita conditione, vt testes de credulitate super filiatione deponentes adducant eorum credulitatis rationem, quia scilicet viderunt eum quem credũt filium natum in domo eorum, qui se vt coniuges tractabant, & similia,*prout loquuntur Dd.pro limitatione allegati, & in specie declarat id.in Socin.iun.d.consil.*86.*num.*36.*vers.hæc ratio, quam iste testis allegat.* Secus autem si nulla adiecta ratione testes simpliciter super filiatione de credulitate deponerent,quia tunc illam non probant, per ea,quæ generaliter dixi *infr.n.*111. *& in specie declarat Mascard.d.concl.*798. *n.*22.*&* 23 Et hoc modo concordantur contraria.

92 LIMITA X. In † probatione adulterij, & copulæ carnalis,quia cum sit difficilis probationis, dicebãtque probari non posse,& ob id præsumptiuas admittat probationes, consequens est, vt etiam admittat testes de credulitate,dicentes, puta,se credere, quod Titius rem habuit cum Berta,eo quia eos sic nudos,& solos in lecto iacentes,& similia,*per ea,quæ generaliter dicta sunt supra in* 4.6.*&* 7.*limitatione, & in specie scripserunt Anton.de Butr in cap.quoties,num.*12 *versicul.de primo exemplum, & ibi etiam Abb.num* 6.*versicul.exemplum primi, & ibi Ant.Fran. in addit.Imol post num.*2. *Felyn.numer.*10 *versicul.sed declaratur extra de testibus, Cyn.in l.testium,numer.*9.*versicul.primo casu, & ibi etiam Bartol.sub num.*14. *Alber.num* 8.*versicul.dicendum.* … *Salyc.et.num* 14.*post med. versicul.& in adulterio,* & copula carnali, *Castrens.num.*10.*versicul.pone exemplum in prolatione adultery, Ioan.Sichard.num.*15.*C.eodem, Ias.in rubric.ff.de iureiurand. numer.*5.*versicul.* … *similiter ad probandum adulterium, Marsil.in rubric.de probat.numer.*10. *Tindar.de testibus,part.*1.*cap.*5.*numer.*11. *Socin regul.*407.*sub* 5. *fallent.& regul* 429.*in* 1.*fall. at. ad fin. versicul.vtputa si dicat, Campeg.regul.*209 *in* 17 *fallent.in fin.& in* 21 *fallent. Pract. Corrads. titul de testibus, rubric.de credulitate, numer.*40.*sub* 3 *fallent. Mascard.de probat.lib* 1.*conclus.*158 *numer* 11.*& consul.*65.*num* 10.*&* 11.*conclus.*452.*num.*13.*& lib.*3.*concl.*1363. *num.*15. 93 94 95 96 97 98 99 100

93 SVBLIMITA † hanc decimam limitationem, vt procedat,dummodo testis non solum adducat causam suæ credulitatis,*per ea,quæ generaliter dixi infr.n.*111.verum etiam,vt illam adducat proximam & immediatam copulæ carnali,prout exemplificant Dd.prælegati in testibus,qui dicunt,se ita credere, quia viderunt nudum cum nuda, & solum cum sola in lecto iacentes: secus autem si nulla adducta credulitatis ratione sic se credere dicerent,vel si causam allegarent remotam & immediatam,vtputa dicendo,se credere, Titium carnaliter cognouisse Bertam, eo quia insimul confabulantes viderunt: tunc enim non probant isti testes copulam carnalem,*per ea,quæ generaliter dixi infra, numer.*111. *& in specie scripserunt Abb.in d.cap.quoties, numero* 6.*versicul.exemplum secundi, & ibi etiam Felyn. numero* 10.*versicul.sed declaratur, extra,de testibus, Socin.iun.consil.*86.*num.*36.*lib* 3. *Campeg.de testibus, regul.*209.*sub* 21.*fallent. Mascard.d.conclus.*1363. *num.*15.

LIMITA XI. In † probatione ætatis, quæ cum sit difficilis probationis, hoc ideo admittit testes de credulitate,*Bart.iml.de ætate,numer.*7.*ff.de minor. Socin.iun. consil.*3.*num.*1.*lib.*2. *Paris.consil.*16.*num.*28.*lib.*2. *Menoch.de arbitr.quæst.lib.*2.*casu* 116.*nu.*1.*& seq. prout hos sic refert & sequitur Ioan.Petr.Surd.cons.*77.*n.*6.*lib.*1.

LIMITA XII. In † his, quæ consistunt in peritia artis,prout sunt Medici,obstetrices,& similes, ij enim non sunt proprie testes, sed magis vti iudices ad illum causæ articulum iudicandum assumuntur,*ad l.1.cum ibi notatis per Dd.de ventre inspicien.* Et propterea eorum relatio & testificatio de credulitate admittitur, *vt per Felyn. in cap.quoties,numer.*11.*& seqq. & ibi etiam Anton.Franc.in addit.ad Abb.numer.*6.*versicul.hæ & adde, extra, de testibus, Dec.in cap.proposuisti,numer.*12.*de probat. Bartol.in l.testium, num.*14.*versicul.sed certe, & ibi Alber. num.*8.*versicul.& idem posset dici,C.eodem, Koman.in l.stipulatio,*§.*eodem, num.*2.*ff.de verborum oblig. t. Bartol.in tract.testim.post num.*12. *Tindar.de testibus,part.*1.*cap.*5.*numer.*10. *Curt.de testibus, conclus.*51.*numer.*10.*versicul.& testimonium de credulitate, Crot.de testibus, num.*315.*in* 3.*fallent. Socin.regul.*407 *in* 3.*fallent. Campeg.regul.*209.*in* 3.*&* 13 *fallent. Practic.Corradi, titul de testibus, rubr.de credulitate, numer.*40 *in* 3.*fallent.in fin.versicul.tertio declara, Cornæus consil.*232 *num.*4.*lib.*1.*& consil.*27.*numer.*11. *lib.*3. *Gabr.de consil* 35.*num.*2.*lib.*1. *Decian.consil.*51.*num.*81. *lib.*2.*Hippolyt.Riminald.consil.*836.*num.*2.*& seqq.l.b.*7. *Mascard de probat.lib.*3 *conclus.*1363.*numer.*14. *Alexand.Stiat in pract.nudi.cap.*16.*num.*78. vbi declarat, nisi † penitus deponere,& per te perceperit, non solum iudicio intellectus,sed etiam aliquo sensu corporeo, quia tunc tenetur iurare non solum, quod ita credat, sed etiam, quod ita sit,*ex Fel. quem allegat in d.cap.proposuisti,num.*15.*in* 3.*coml.de probat.*

Sed † antiquo casu peritus teneatur reddere causam suæ credulitatis, vide Felyn cum allegatis per eum,*in d. cap.quoties,num.*11. *vers.verum autem. & latius ibi Aretin.numer* 13.*& seqq.extra,de testibus, Decian.consil.*51.*num.*81.*lib* 2. vbi,quod non tenetur reddere rationem, *& dixi latius infr.q.*70.*n.*102 *seqq.*

LIMITA XIII. (Et † hæc limitatio venit illatiue ex præcedenti,) in probatione valoris, ad quam testes de credulitate admitti, post alios, quos referunt, consulendo tradiderunt Bertran *consil.*236.*n.*2.*lib.*2. *Heron.Gabr.cons.*159.*n.*25.*lib.*1. *Decian.cons.*62.*n.*49.*lib.*3. *Mascar.de probat.concl.*1363.*n.*11.*& seq.lib* 3.

LIMITA XIV. Vt † quicquid sit quoad testes, seipsos est quoad partem,cuius confessio ipsi plene prę-iudicat, etiam quod sit per verbum, *Credo*, prout contingit,quando respondet positionibus, *vt per Abb.in cap. quoties,num.*8.*extra,de testib.Ias.in rubr.ff de iureiur.num.*1. *vers.secundo aduerte, Tindar. de testib part.*1.*cap.*5.*num.*13 *&* 14. *Crot.de testib.nu* 316.*& ibi Moncad.in addit. literarr,* vbi declarat procedere in confessione de facto proprio, secus si de alieno, *Socin.reg.*407.*in* 4.*fall. Campeg.de test.reg.* 209.*in* 25.*fallen. Pract.Corrad.tit.de testib.rubr.de credulitate, n.*40.*in* 6.*fallen.*

LIMITA XV. In † omni casu,in quo probant testes de auditu: nam & tunc etiam probant testes de credulitate,*secundum Specular.in titul.de teste,* §.1.*num.*58.*ante fin.ver.& vlicunq; admittuntur testimonium de auditu, Imol. in cap.quoties, num.*1.*vers.nota bene,& versicul.aut quærimus*

in aliis negotiis, & ibi etiam Abb. num. 7. extra, de testibus, Ias. in rubric. ff. de iureiurand. numer. 10. in 8. limitatione, Socin. regul. 407. in 2. fallent. Campeg. de testibus, regul. 209. in 24. fallent. Practic. Corradi titul. de testibus, rubric. de credulitate, numer. 40. in 5. fallent. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1363. num. 19.

101 LIMITA XVI. Quando † concurreret aliquod aliud adminiculum, vel præsumptio; probatio enim insufficiens efficitur sufficiens ex præsumptionibus & adminiculis, *Vulpell. cons. 125. num. 1. ex Marsil. quem allegat in consil. 183.* præsertim si sit iuris præsumptio, vt dixi *supr. num. 40.*

102 LIMITA XVII. In † teste, qui primo deponit de veritate & scientia facti, secundo autem dicit, se credere, is enim testis nec dicitur contrarius, sed bene concludit, & probat, *vt per Aretin. in cap. quoties, num. 21. & ibi etiam Abb. nu. 9.* vbi saluando hanc limitationem à contrariis, dicit, eam procedere potius ex quadam æquitate, quam de iuris rigore, *Felyn. numer. 8. vers. sed si assignasset bonam causam, extra, de testibus, Castren. in l. testium, num. 10. in fin. Ceodem, Ias. in rubr. ff. de iureiurand. numer. 6. in 3. limitat. Campeg. de testibus, regul. 209. in 19. fallent. Pract. Corradi titul. de testibus, rubr. de credulitate, num. 40. in 1. fallen. Mascard. de probat. lib. 3. d. conclus. 1363. num. 17.* & dixi hac de re iterum *sup. quæst. 66. num. 341. & seqq.* & ad ibi tradita me remitto.

103 Et † idem in teste, qui vno contextu dicat, *se scire, & credere*, scripserunt Imol. *in 6. quoties, num. 1. in fin. vers. & per hoc patet, extra, de testib. Socin regul. 429. sub 1. fallent. Aretin. cons. 94. nu. 2. prout illum refert Montecell. in repertorio testium, rubr. qui deponit per verbum credo, fol. 246. colum 1. vers. final. Decian. cons. 1. n. 119. lib. 3.* vbi de teste, qui dicit, se scire, & pro certo credere.

104 Sed † quid si primo dicat, *se scire*, & postea in causa scientiæ respondeat, quia credit? Vide *supr. num. 72.*

105 LIMITA XVIII. Quia † licet testes de credulitate non faciant plenam probationem, bene tamen faciunt indicium efficacissimum, prout dicunt communiter * Dd. & videre est post alios, quos allegant antiquiores apud Ias. *in rubr. ff. de iureiurand. nu. num. 9. vers. 7. limita, Angel. cons. 1. num. 2. & 3. Laurent. ab Oc. a inter consil. crimin. cuiusdam vers. cons. 98. num. 50. lib. 2. Pract. Corradi, tit. de testimon. cuiusdam, rubr. de credulitate, numer. 40. in 8. fallent. Mascard. de probat. rubr. de credulitate, numer. 40. in 8. fallent. Mascard. de probationibus, rubr. de credulitate, numer. 40. in 8. fallent. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1363. num. 22. Rota coram bonæ mem. D. Canbat. lib. 3. concl. 136

QVÆSTIO LXIX. CAP. I.

1 OPPONITVR XXII. Contra † testes, quod deponunt de auditu alieno, quo casu nihil probant: verum quia, licet hoc regulare sit, plures tamen sunt casus, in quibus testimonium de auditu admittitur, ideo pro absoluta cognitione præpositæ quæstionis illam in septem capita diuidendam existimaui, in quorum primo supposita regula, & post regulam adiectis suis ampliationibus, limitationibus, & sublimitationibus, generaliter pertractabo omnes casus, in quibus testimonium de auditu alieno admittitur, vel non. In secundo autem specialiter videbimus, quando testes de auditu probent consanguinitatem. In tertio, quando probent in antiquis. In quarto aggrediar materiam testimonij de auditu proprio. In quinto, quando præsertim testes habent notam vocem loquentis. In sexto, quando loquentem cognoscunt ex tenui pariete vel cortina intermediis. In septimo & vltimo, de carnali commixtione, & copula, quomodo per testes de auditu probetur, solum pertractabo; & his septem capitibus explicitis, erit (ni fallor) explicita, & perfecta tota materia testium de auditu, tam proprio, quam alieno.

2 REGVLAM † itaque hoc primo capite constituo negatiuam, quod videlicet testes de auditu alieno non probent, *text. est in cap licet ex quadam, in princip. ibi, Præter communem formam, extra, de testibus, & ibi hoc notant Hostien. ante numer. 1. in verbo, præter communem formam, Anan. num. 1. vers. & conclude, Imol. num. 1. in fin. Butr. numer. 1. & 2. not. ab. & num. 2. in fin. vers. non valet testimonium de auditu regulariter. Abb. num. 1. in 2. not. ab. quod & idem voluerunt Canonistæ in cap. præterea, extra, eodem, vt ibi per Imol. num. 6. vers. icul. testimonium autem de auditu auditus regulariter non admittitur, & Butr. ibidem, num. 6. in princ. & etiam in cap. tam literis, eodem titul. de testibus, vt ibi per Hostiens. num. 1. in verbo, nisi de auditu, Ioan. Andr. num. 1. in fin. Imol num. 2. vers. item nota, quod regulariter, & num. 8. vers. quandoq; vero testes, Anchar. an. num. 3. in 2. not. ab. But. num. 8. in princip & num. 12. in fin. vers. testimonia autem auditus ab alio, Felyn. num. 2. vers. & breuiter dicas, gloss. in l. testium, in verbo. præsto, in princ vers. de auditu autem alieno, & ibi hoc notant Bartol. num. 6. Alb. nu. 4. Ioan. Sichard. num. 11. vers. nam de alieno auditu, C. de testibus, item gloss. in l. 2. §. idem Labeo, in verbo, audiuerint, vers. alias regulariter contra, & ibi etiam Castr. post num 1. regulariter secus, ff. de aqua pluu. arcen. Bal. in l. si arbiter, colum. 1. vers. quando vero testes deponunt, ff. de probat Curt. iun. in l. 1. num. 57. vbi, quod vero testes deponunt, ff. de probat Curt. iun. in l. 1. num. 57. vbi, quod cum hac regula transeunt * omnes, & ibi etiam Rip. nu. 86. ff. si cert. pet. Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 53. vers. testimonium autem de auditu alieno, Bartol. de testibus, num. 10. Nepos de Monte Alban. de testibus, num. 54. Feder. Schenck de testib. num. 45. vers. nam testimonium de auditu, Curt. de testibus, conclus. 31. num. 68. in prin. Marant. in Spec. rubr. de testium productione, num. 10. Moncad. ad Crot. part. 9. num. 366. in fin. principij, vers. testimonium de auditu regulariter non valet, Boss. in tit. de oppos. contra testes, num. 42. Pract. Corradi, tit. de testib. rubr. de auditu, num. 41. in prin. Pract. Ferrarien. in forma opponen. contra test. post publicat. verbo, de alieno auditu testificantur, num. 1. Hartman. d. lib. 2. Pract. Foren. tit. de testib. decis. 3. Menoch de arbitr. quæst. lib. 2. casu 475. num 4. vers. prima est regula. Nouell. reg. 216. num. 47. Adden. ad Rotam decis. 8. alias 117. de restitut. spol. in nou. vers. vel potes latius concludere, Caputaq. decis. 279. incip. dominum, numer. 2. part. 1. Natt. cons. 170. num. 1. vbi, quod hæc est trita & vulgaris regula, Roland. cons. 24. numer. 86. lib. 1. Cephal. cons. 250. numer. 17. lib. 2. Port. Imolen. consil. 94. num. 24. Hippol. Rimin. consil. 120. num. 4. & consil. 182. num. 19. lib. 2. & cons. 299. num. 35. lib. 3. & consil. 363. numer. 120. lib. 4. & cons. 489. num. 41. & cons. 554 nu. 99 lib. 5. Bursat. cons. 316. num. 2. vers. deinde super rixa, & num. 22. vers. ic. & in summa, & cons. 370. num. 63. lib. 3. & cons. 359. nu. 12. & cons. 435. num. 1. & num. 13. lib. 4. Ioan. Petr. Surd. consil. 94. num. 76. lib. 1. Menoch. cons. 149. n. 24. lib. 2. & cons. 342. n. 26. lib. 4. & cons. 431. n. 45. lib. 5. Decian. cons. 62. n. 11. & nu. 58. lib. 3. & cons. 77. n. 2. in prin. & cons. 100. nu. 19. eod. lib. 3. Honded. cons. 17. n. 2. vbi alios refert Octau. Cacheran. cons. 66. n. 18. & n. 27. aliosq; plures, sed antiquiores refert consulentes Monticell. in repertor. test. rubr. ratio testis de auditu, fol. 231. col. 2. vers. 1. & 2. & fol. 232. col. 2. vers. si. & fol. 238. col. 2. vers. pen. & nouissime hanc regulam bene comprobat Hector Æmil. in tract. de testib. in rubr. testis auditum alienum deponens non probat, nu. 1. & seqq. fol. 292. & post Æmil. Fulgin. Pacian. in tract. de prob. lib. 1. c. 9. n. 11. & seqq.*

Ratio † principalis huius regulæ ea * communiter à 5 Doctoribus affertur, quia scilicet testis debet deponere de eo, quod nouit, & præsens fuit; & sic per proprium sensum, non autem per sensum alterius, *ad text. in c. testes, 3. q. 9. prout hanc rationem in proposito considerarunt Ioan. Andr. in c. licet ex quadam, n. 2. in verbo, communem formam, & ibi Anan. ante num. 1. Imol. post num. 2. But. nu. 1. in 2. not. ab. extra, de test. Abb. in c. tam literis, n. 5. vers. & est ratio, extra, eod. Spec. in tit. de teste, §. 1. n. 52. Moncad. ad Crot. part. 9. n. 366. in prin vers. debet enim testis, Natt. d. cons. 170. post num. 1. Hippol. Rimin. cons. 363. n. 121. lib. 4. Hector Æmil. vbi supr. in tract. de testib. fol. 303. n. 5.*

Secunda † potest afferri ratio, quam docuit Bald. *in 4 l. sancimus, num. 1. in fin. C. de diuers. rescript.* quia scilicet sicut exemplum exempli non probat, ita nec etiam probat testimonium de auditu auditus, *refert & sequitur Æmil. in tract. de testib. vbi supr. fol. 296. n. 17.*

Tertia † sumitur ratio ex dictis Baldi *in l. si cui aqua*, §. 5 *idem Labeo, num. 3. ff. de aquapluu. arcend.* vbi dixit, quod cum per auditum auditus non percipiatur veritas sensus, sed solum quædam relatio veritatis, ideo alleganti rationem referentem illam veritatem non est credendum in iudicio sine iuramento eius, à quo ista relatio causam habuit, quod & idem considerarunt Bartol. *in tract. de testib n. 10. vers. non enim, pract. Corradi, tit. de testi. rub. de auditu, post num. 41. fol. 132. col. 2. in fin. Hector Æmil. vbi supr. fol. 294. n. 8.*

Quarta † & vltima affertur ratio, quia scilicet in te- 6 stimonio de auditu causa scientiæ non est, prout esse debet, manifestior dicto, sed æque, vel minus, & taliter, quod ex tali testimonio iudex nõ redditur certus, cum ignotum per ignotius deponatur, prout hanc rationem originaliter considerauit Bart. *in tract. de testib. n. 10. vers. huius ratio est, Pract. Corrad. tit. de testib. rubr. de auditu, nu. 41. vers. Bartolus vero, fol. 132. col. 1. Hector Æmil. vbi supr. fol. 293. num. 4.*

AMPLIA I. propositam † regulam, vt testis de au- 7 ditu alieno non solum non probet, verum etiam non dicatur vere & proprie testis, *prout not. Abb. in c. tam literis, num. 5. vers. nam talis, & ibi etiam Felyn. num. 2. ante fin. vers. vnde dicit D. Antonius, extra, de testib. Anton. de Butr. in c. quoties, in fin. & ibi etiam Abb. num. 17. extra, de testib. Mynsing. in c. præterea, num. 10 extr. eod. Alexand. cons. 117. num. 2. lib. 4. Moncad. ad Crot. in tract. de testib. part. 9. num. 366. in princ. vers. nec dicitur proprie testimonium, Natta cons. 170. num 1. in fin. & Roland. cons. 24. num. 87. lib. 1. & cons. 51. num. 33. eodem lib. 1. Hippol. Riminal. cons. 363. post num. 121. lib. 4. Bertaz. consil. 251. nu. 37. lib. 2 & cons. 283. num. 11. vers. quibus additur, & cons. 288. num. 14. eo item lib. 2. Monticell. in repertorio testium, rubr. ratio testis de auditu. fol 231. col. 1. vers. fin. Hector Æmil. in tract. de testib. in materia testis de auditu. fol. 243 numer. 3. 4. & 5. & fol. 294. num. 6. & 7.* Et † propterea testimonium 8 de auditu alieno esse præter & contra formam & regulam iuris, expresse dicit text. & ibi notant * omnes *in c. licet ex quadam, extra, de testib. Fulg. Pacian. de probat. lib. 1. c. 9. num. 13.* *

AMPLIA II. Et † multo magis in criminalibus, in 9 quibus testes de auditu alieno non solum nõ probant, sed nec etiam faciunt præsumptionem, *prout consuluerunt Marsil. consil. 20. n. 5. & n. 10. & cons. 41. n. 8. & cons. 76 n. 25. & cons. 88. n. 9. & cons. 116. n. 3. Iaf. cons. 22. n. 7. lib. 1. Ang. de Castr. inter cons. crim. diuers. cons. 94. n. 27. lib. 1. in paruis, & in eisdem Calepin. de Calepin. cons. 52. nu. 19. lib. 2. Hor. Lut. inter simil. consil. crimin. diuer. in magnis, vel in folio, cons. 161. n. 22. lib. 1. Barthol. Ghitt. cons. 60. num. 12. eodem lib. 1. Roland. consil. 24. num. 86. lib. 1. & consil. 98. numer. 55. eodem lib. 1. Cephal. consil. 204. num. 7. & num. 21. & seqq. lib. 2. & consil. 721. numer. 35. lib. 5. Menoch. cons. 98. n. 55. lib. 1. & cons. 144. num. 24. lib. 2. Bursat. cons. 316. n. 18. & 19. lib. 3. Bertaz. cons. 3. n. 20. & cons. 92. n. 9. lib. 1. & cons. 251. n. 27. & cons. 278. nu. 12. & consil. 284. n. 4. & cons. 296. n. 7. & cons. 491. n. 11. lib. 2. Hippolyt. Rim. cons. 260. nu. 45. lib. 3. & cons. 299. nu. 35. eodem lib. 3. Hect. Æmil. in tractat. de testibus, in materia testis de auditu, fol. 253. num. 14. & 15. & fol. 295. num. 15. & fol 297. num. 19. & numer. 24.* Quibus in locis optime probat, quod testimonium de auditu in criminalibus non facit probationem ad condemnandum sufficientem, nec etiam præsumptionem; sed an faciat indicium ad torturam, dixi *infra, in sequenti ampliat. n. 14.*

10 Et † licet, quod imo in criminalibus testimonium de auditu faciat aliquam præsumptionem, senserit Ripa *in l. 1. post num. 88. ff. si cert. petat.* Ego tamen vel à communi opinione non recederem, vel potius hanc præsum-
11 ptionem satis leuem existimarem, quam vix † ad captu-
12 tam sufficientem crediderim, præsertim † contra hominem bonæ famæ, per quam hæc leuis præsumptio in criminalibus oriens ex testimonio de auditu, sine dubio tollitur, *prout consuluit Ceph. in consil. 271. num. 39. lib. 5. sequitur Hector Æmil. in tract. de testib. in materia testis de auditu, fol. 253 n. 13.*

13 LIMITA † hanc secundam ampliationem in tribus casibus: Primo, ad rei defensionem, *vt dixi infr. n. 56.* Secundo, in delictis occultis, & difficilis probationis, *vt dixi infr. n. 51.* Tertio in testimonio de auditu proprio ab ipso reo delinquente, prout etiam dixi *infr. n. 144.*

14 AMPLIA III. Vt † testimonium de auditu alieno nec etiam faciat indicium ad torturam, *sic enim post Bald. & alios, quos allegant antiquiores, consulendo tradiderunt Marsil. consil. 20. num. 7. & in pract. §. examinanda, numer. 18. Angel. de Vbal. inter consil. crimin. diuers. in paruis, lib. 1. consil. 72. num. 5. & inter eadem consil. Calepin. de Calepin. consil. 52. num. 16. & sequent. lib. 2. & in simil. consil. crimin. diuers. in fol. Barthol. Ghit. consil. 160. num. 6. lib. 1.* vbi dixit, quod si testimonium de auditu alieno non reprobaretur, in cuiuslibet potestate positum esset, facere indicium ad torturam, contra aliquem suum inimicum, dicendo, talem fecisse furtum, vel audiuisse, quod fecerit; nam vnus dicit alteri, & sic oritur contra aliquem falsus rumor, & vana vox populi, *Horat. Lut. inter eadem consil. 161. num. 21. & sequent. d. lib. 1.* vbi dixit, quod si fama non facit indicium ad torturam, tanto minus faciunt testes de auditu, *& inter eadem consil. Matthæ. Brun. consil. 115. numer. 23. lib. 2. Bursat. consil. 316. num. 19. lib. 3. Bertazzol. consil. 225. num. 1. & seq. lib. 1. Monticell. regul. crim. 8. num. 24. Hector Æmil. in tractat. de testibus, in materia testis de auditu, folio 245. numero 11. & folio 297. numero 23.* Ex quibus ap-
* paret, hanc ampliationem communiter * à Doctorib. receptam esse, & pro ea facit euidens ratio, quia, vt dixi *supra in antecedenti ampliatione, num. 9. & seq.* testimonium de auditu in criminalibus non solum non facit probationem, sed nec etiam præsumptionem, ergo multo minus indicium.

15 LIMITA I. hanc † tertiam ampliationem, vt procedat in vnico tantum teste de auditu, secus autem, si
* essent duo testes, quia tunc facerent indicium ad torturam, *vt per eundem Brun. in d. cons. crim. diuers. 115. nu. 22. lib. 2. pract. Corrad. rubr. de negatione crim. & torment. nu. 41. vers. secundus est gradus, fol. 303. colum. 2.* vbi dixit, quod duo testes de auditu alieno sufficiunt ad torquendum leuiter, in secundo gradu per vnum Pater noster, vel Miserere, absque squassatione. Et ad hæc vide Hect. Æmil. *in tract. de testib. in materia testis de auditu, fol. 253. num. 16.* vbi dixit, quod ad hoc, vt testimonium de auditu alieno sufficiat ad probandum indicium ad torturam, ad minus duo testes requiruntur, *allegat gl. quam pariter dixit singularem, & communiter approbatam, in l. fin. in verbo, vel indiciis, & ibi Dd. C. famil. herciscund. & Amad. in tract. de syndic. nu. 226. vers. qualiter autem probetur indicium, & Brun. de indic. & tortur. part. 1. q. 2. n. 4.*

Verum ne decipiaris, amice Lector, aduerte, † quod 16 hæc limitatio est falsa. Pro euidenti ratione, de qua per Hor. Lut. *in d. cons. 161.* Nam, *vt suo loco dixi*, fama de se sola non facit indicium ad torturam, & tamen ad probãdum famam duo saltem testes requiruntur: imo plus est habere testimonium famæ, quam testimonium simplex de auditu. Quia in testimonio famæ testes debent deponere, se publice, & à maiori parte populi audiuisse. In testimonio vero auditus alieni sufficit, quod testes dicant, se audiuisse à duobus. Ergo si fama non facit indicium ad torturam, multo minus faciet plenum testimonium de auditu, nempe per duos testes, prout etiam in pleno testimonio de auditu loquuntur aliqui Dd allegati *supr. in allegatione, n. 19.* Nec obstat glos. *in l. fin. C. famil. herciscund. cum aliis allegatis per Hect. Æmil. vbi supra*, quia illa gl. & præcitati Dd. non dicunt, quod testimonium de auditu probatum per duos testes faciat indicium ad torturam, sed quod indicium remotum debet probari per duos testes, & sic nihil ad propositum.

LIMITA II. Eandem † tertiam ampliationem 17 non procedere in crimine assassinij, in quo testem de auditu facere indicium ad torturam, voluit Marsil. *in pract. §. examinandi, n. 28. & seq.* ea motus ratione, quia licet testis de auditu non probet, facit tamen qualem-qualem præsumptionem, *secundum Archidiac. in cap. hoc videtur, 22. q. 5. & dixi infr. n. 32.* Si tale dictum facit qualem qualem præsumptionem, & contra assassinios sufficiunt probabilia argumenta; ergo multo magis sufficiet ista qualisqualis præsumptio, quæ plus est, quam argumentum, *vt ibi per eum, & Marsil. sic vt supra dicentem referendo sequi videntur Carrer. in practic. crimin. in 3. tractat. de homicid. & assassin. §. circa igitur tertiam de homicidio commisso, verbo, & lingua, num. 29. Paul. Meren. consil. crimin. diuers. cons. 88. num. 8. lib. 2. & inter eadem cons. Marth. Brun. cons. 115. num. 23. vers. nihilominus in causa assassinij. Petr. à Placha in epit. delict. c. 19. num. 14. Gabr lib. 7. conclus. 1. num. 21. & 23.* vbi etiam reddit rationem, quia scilicet in crimine assassinij proceditur iuris ordine non seruato, *iuncto num. 28. Monticell. reg. crim. 8. num. 24. vers. tamen in assassinio secus est, Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 137. numer. 4. & seq. Hector Æmil. in tractat. de testibus, in materia testis de auditu, fol. 254. num. 18. & in verbo, testis assassinium deponens, fol. 229. num. 2.* Quibus in locis prædicti Gabr. Mascard. & Æmil. *post Gram. voto 11. num. 4. & seq.* declarant, hanc limitationem procedere, dummodo iam constet de qualitate assassinij, & sic, quod interuenerit pecunia, alias secus. Nec ab hac limitatione dissentire videtur Fulu. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 9. n. 36.*

Verum † contra hanc limitationem pluribus insur- 18 git Matth. Brun. *in d. cons. crim. diuers. 115. n. 81. & seq.* vbi bene respondet rationi per Marsil. adductæ, & Archid. *in d. c. hoc videtur, 22. q. 5.* Et licet idem Brun. loquatur in vno solo teste de auditu contrarium sentiens in duobus testibus: Ego tamen nec etiam ex pleno testimonio de auditu reum in crimine assassinij torturæ subiicerem, nisi alia concurrant. Aliis † enim concurrentibus bene 19 crediderim, testimonium de auditu plenum per duos testes indicium facere ad torturam, *vt per Natt. in consil. 170. nu. 4. lib. 1. quem refert & sequitur Hect. Æmil. in tract. de testib. verbo, testis auditum alienum deponens probat, n. 2.* Secus autem

autem sine adminiculis, prout in terminis assassinij bene declarat Carrer. *in d. §. circa tertium, n. 29. in fin.* expresse dicens, dictum Marsilij, de quo supra, esse periculosum in practica, aliis non concurrentibus.

20 AMPLIA IV. Vt testimonium † de auditu non probet, etiam quod testis dicat, se audiuisse à tali homine antiquo, qui erat vir magnæ auctoritatis: testis enim fundans dicti sui rationem, non super priuata sui ipsius, sed alterius auctoritate, non probat, *Bartol. in l. 1. n. 29. vers. quædam est auctoritas priuata, & ibi etiam Ang. n. 6. iuncto vers. item per hanc literam, Dec. in 2. lect. nu 18. Ripa nu-*
mer. 86. vers. vltima conclusio, Alciat. n. 55. vers. sed quid in teste,
* *Zas. sub num 10. Cagnol. vbi de communi*, * *ff. si cert. pet. pract. Corradi tit. de testib. rubr. de auditu, nu. 41. vers. ampliat. Bartol. fol. 132. col. 2. in fin. Hector Æmil. in tractat. de testib. rubr. testis auctoritatem allegans fol. 235. n. 14. & seqq.*

21 AMPLIA V. Vt † testimonium de auditu non probet etiam fauore piæ causæ, Ripa *in l. 1. n. 86. ff. si cert. pet. Dec. cons. 159. incip. casus, qui proponuntur, sub num. 6. col. pen ad fin. vers. quintus testis magister Bastianus. Add. ad Rom. singul. 753. vers. nec etiam fauore piæ causæ, pract. Corradi tit de testib. rubr. de auditu, num. 41. vers. item ampliat. fol. 133. col. 1. in*
22 *prin. Hector Æmil. in tractat. de testib. rubr. testis auctoritatem allegans, fol. 236. n. 18.*

AMPLIA VI. Vt † nec etiam fama concurrente testimonium de auditu faciat probationem, *prout est text. in cap. tam literis, in prin. extr. de testib. in illis verbis, nihil esse contra Lucanum electum sufficienter ostensum. nisi de auditu & fama, & ibi hoc notant gl. in verbo. de auditu, Hostiens. num. 2. Bald. num. 1. vers. item nota, Aretin. numer. 3. in 2. not ab. & Abb. num. 5. Ripa in l. 1. n. 86. ff. si cert. pet. Addent. ad Roman. sing. 753. in princip. Alex. cons. 25. incip. causæ inter Antonium, num. 3. vers. imo fortius dico, lib. 4. pract. Corradi, titul. de testibus, rubr. de auditu, num. 41. vers. ampliat etiam Franciscus Ripa, fo-*
lio 133. col. 1. in prin. Hector Æmil. in tract. de testibus, in verbo, testu auctoritatem allegans, fol. 236. num. 17. & in materia testis de auditu, fol. 304. numer. 10. & 11. Ex quibus sine dubio
* hanc ampliationem * communiter receptam esse ap-
23 paret. Quamuis † contrarium sensisse videantur Felyn. *in cap. præterea, de testib. num. 1. & Moncad. ad Crot. de testibus, num. 367.*

24 LIMITA I. hanc † sextam ampliationem, quando cum testimonio de auditu vltra famam concurreret alia adminicula, quia tunc omnia simul iuncta bene probant, vt dixi *infr. n. 45. & seq.*

25 LIMITA II. eandem † sextam ampliationem, vt licet testimonium de auditu iuncta fama non faciat plenam probationem, inducit tamen violentam præsumptionem, *secundum Butr. in c. tam literis, n. 12. in prin. vers. sed testimonium de auditu, & d. nu. 12. in fin. vers. si res vere non*
subsistat audetui proprio, extr. de testib.

26 AMPLIA VII. Vt † testis de auditu non probet, etiamsi dicat, se audiuisse ab eo, qui præsens fuit, *se-*
27 *cundum Bart. in tract. de testib. c. 9. nu. 10. vers. sed si addat, quem refert Campeg. de testib. reg. 249. vers. dic primo.* † Quamuis contrarium post Bald. ibi per eum allegatum senserit Campeg. *reg. 206. in 11. fallen.*

28 AMPLIA VIII. Vt testis † de auditu non probet non solum, quando principaliter dicit, se ita audiuisse, sed etiam, quando dicat, se ita scire, sed in reddendo rationem dixerit, quia audiuit, *vt per Alber. in l. testium, n. 4. (de testib. Bart. in tract. de testib. n. 10. in prin. Curt. iun. in*
l. 1. n. 57. post med. vers. de qua materia, ff. si cert. pet. Campeg. reg. 2. 6. in princ. Hector Æmil. in tract. de testib. in materia testis de auditu, fol. 298. num. 5. & 28. & fol. 303. n. 11. Quamuis
29 contrarium † sensisse videantur Archid & Imol. *in locis relatis per Æmil. d. num. 11. vers. contrarium voluit.*

30 AMPLIA IX. Vt † testis de auditu nec etiam probet rei valorem, *secundum Corne. in cons. 347. nu. 3. vol. 1. quem refert Hector Æmil. in tract. de testib. in materia testis de auditu fol. 299. n. 31.* Et licet contrarium voluisse videatur Put. *decis. 29. incip. in vna Colonien. lib. 1.* loquitur tamen Put. iuncta fama in casu difficilis probationis, & concurrente legalitate producentis, petentis sibi defectui iutamentum in supplementum.

31 AMPLIA X. Vt † nec etiam testes de auditu probent dominium & possessionem, quando enim tractatur de probatione alicuius rei, in qua requiritur verus hominis actus, nec sufficiunt verba, vt in probando dominio, in quo requiritur verus titulus, actus ad acquisitionem dominij, & traditio possessionis, siue illius apprehensio, tunc, inquam, testimonium de auditu nó sufficit, *Alex. cons. 94. incip. in causa & lite, col. fin. n. 13. lib. 2. Guido Pap. cons. 95. n. 7. Rom. cons. 424. nu. 6. & ibi Mandos. in addit. liter. C. Caputaquen. decis. 279. incip. dominium non probatur, n. 1. part. 1. Bursat. cons. 366. n. 15. lib. 4. Hector Æmil. in tract. de testib. in materia testis de auditu, fol. 297. n. 20.* Quid in antiquis, vide *infr. nu. 128.* quid in possessorio iudicio, vide etiam *infr. n. 69.*

32 LIMITA I. proposita † regulam, vt licet testimonium de auditu non faciat plenam probationem, faciat tamen præsumptionem, vel, vt alij dicunt, aliquam lem præsumptionem, *sic enim tradiderunt Archid. quem ad hoc omnes allegant, in cap. hoc videtur, 2. 2. q. 5. Alex. consil. 77. incip. in causa accusationis, n. 4. lib. 1. Bald. cons. 219. incip. testes, & attestationes, sub n. 3. vers. præterea saltem tale dictum, lib. 4. Rom. cons. 424. num. 6. vers. licet bene præsumptionem inducat, Rip. in l. 1. num. 88. ff. si cert. pet. Henr. Boyc. in c. præterea, num. 7. de testibus, & in cap. tam literis, num. 5. vers. si queris de auditu relationis, Marsil. in pract. §. examinanda, num. 29. Campeg. re-*
gul. 206. in 9. fallent. (vbi tamen, quod hæc præsumptio nihil probat,) *pract. Corrad. tit. de testib. rubr. de auditu, n. 41. in fin. sub 14. limitatione, fol. 133. colum. 2. Benintend. decis. 67. num. 3. Monticell. regula crim 8. sub num. 24. & in repertorio testium, rubr. ratio testu de auditu. fol. 232. colum. 2. vers. 1. & fol. 233. col. 1. vers. 3. 4. & 5. Natta cons. 170. num. 1. Gozad. consi-*
lio 79. num. 11. Barthol. Ghist. consil. crimin. diuers. 160. num. 1. lib. 1. Roland. consil. 82. numer. 56. lib. 2. Bertaz. consil. 487. nu-
mer. 2. lib. 2. Hippol. Riminald. consil. 223. num. 24. lib. 2. & con-
sil. 363. numer. 5. lib 4. & consil. 524. numer. 52. lib. 5. Ioan. Petr. Surd. consil. 135. num. 18. lib. 1. Menoch. consil. 98. numer. 53. lib. 1. & consil. 199. num. 36. lib. 2. & consil. 342. num. 27. lib. 4. & consil. 422. num. 93. lib. 5. & consil. 431 num. 45. in fin. versic. nec dicatur, lib. 5. Decian. consil. 72. num. 2. versicul. tamen non est dubium, lib. 3. Honded. consil. 17. num. 48. vbi alios refert, & consil. 102. num. 1. Hector Æmil. in tractat. de testibus, in ma-
teria testis de auditu, fol. 248. numer. 1. & 2. qui pariter alios re-
fert, Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 9. numer. 31. seq. & nu-
mer. 48. in fin. vbi de communiori * *opinione.* Ex quibus appa- *
ret, hanc limitationem non solum esse * communiter *
receptam, sed certe nec etiam contradictoriam habere.

33 AMPLIA † hanc primam limitationem, vt talis præsumptio, quæ oritur ex testimonio de auditu, transferat onus probandi in aduersarium, *sic enim ad hoc originaliter allegatur Archid. in c. hoc videtur, 2. 2. quæst. 5. cuius di-*
ctum mirabile dixit Roman. singul. 345. vbi addentes concor-
dantes allegant idem adden. ad Paul. de Castr. in l. 2. §. idem La-
beo, numer. 1. litera A. in princip. ff. de aqua pluu. arcend. Curt.
iun. in l. 1. num. 57. in fin. versicul. item aduerte, & ibi etiam Rip.
numer. 88. vers. & transfert onus probandi, ff. si cert. pet. Felyn. in
cap. tam literis, num. 3. extra, de testib. Curt. in tract. de testibus,
conclus. 31. num. 68. Moncad. ad Crot. de testib. part. 9. n. 366.
in 3. fallent. Boss. in tit. de opposit. contra testes, numer. 42. versicul.
item declara, quod testis, practic. Corradi, titul. de testibus, rubr.
de auditu, numer. 41. in fin. in 14. limitat. fol. 133. col. 2. Menoch.
de arbitr. quæst. casu 475. num. 5. vbi alios refert. & num. 7. & 8.
vbi respondet contrario Put. decis 33. incip. testimonium de au-
ditu, lib. 2. relati per Benintend. decis. 67. numer. 3. Rota Ianuen.
103. numer. 8. Monticell. in repertor. test. rubr ratio testis de au-
ditu,

ditu fol. 133 colum. 2. vers. 1. & rubr. testes qualiter debeant depo-
nere. vt faciant in tuto. fol. 352. colum. 1. vers. penult. Mascard.
de probat. lib. 1. conclus. 137. sub numer. 4. & lib. 2. conclus. 797.
num. 18. Hector Æmil. in tractat. de testibus, in materia testis
de auditu, folio 248. numero 1. & 2. vbi plures alij allegantur
concordantes, quod & idem consulendo tradiderunt Dec. consi-
lio 270. numero 3. Socin. iun. consilio 69. numero 17. libro 1. &
omissis aliis antiquioribus relatus per Hippol. Rim. consilio 299.
numero 35. versic. tamen accedit, libro 3. & consilio 363 post nu-
mer 5. lib. 4. item relatis per Cephal. consilio 435. numero 5. lib 3.
idem Cephal. consilio 140. num. 29. lib. 1. Bursat consil. 284. nu-
mer 13 lib 3 Ioan. Petr. Surd. cons. 135 numer. 18 lib. 1. vbi alios
refert concordantes, Menoch. consilio 521. numero 5. lib. 6. Hon-
* *ded. consilio 17. numero 49. & seqq. vbi de magis* * *communi, &*
magis canonizata in Rotis opinione. Quamuis Natta, Beninteud & Cephal. in locis, quos nuper referam, contrarium dixerint.

34 Contrarium, † quod imo talis præsumptio non transferat onus probandi contrarium in aduersarium, tenuerunt Alciat. *in l. 1. in verbo, Celsus ait, ff. si cert. pet. Add-*
den. ad Alexand. consil. 77. incip. in causa accusationis, num. 4. in
verbo, aliqualem lib 1. Aym. de antiq. tempor. part 1. sect. viso de
fama. versicul. item aduerte, vbi, quod hoc dictum Archi. si ita simpliciter intelligatur, continet in se iniquitatem, *Natta consilio 170. numero 2. & 3. Benint. decis. 67. num. 8. 9.*
& 10. Cephal. consilio 435. numer. 85. lib. 3. Menoch. consilio 98.
num. 51. & 54 lib. 1 Bertazzol consilio 406. numero 15. Hip-
pol. Rimin. consilio 182. numero 21. libro 2. & consilio 299 nu-
mero 6 d lib. 3 & consilio 363. numer. 122. & seqq. vbi late hanc
defendit opinionem, lib. 4. Ioan Petr Surd. consilio 135. num. 97.
vers. secundo respondeo, & seq lib. 1. Et quidem si veritatem fateri volumus, quicquid in contrarium tetigit Honded. *in loco præallato*, hodie apud modernos hæc contra-
* ria opinio magis * communiter recepta est, nec negari
potest, quin in puncto iuris verior sit, sicut plurimis fundamentis ostendunt Natt. Beninten. Cephal. & Hippol. Rimin. *in præcitatis locis*, in quibus etiam ponderant, quod Archid. *in c hoc videtur, 2. 2. q. 5.* qui pro prima opinione allegatur, non dicit id, ad quod allegatur, & inter alias rationes, quæ pro hac opinione adducuntur, duæ potissimum mihi ineuitabiles videntur. Prima est, quia certum est, famam non transferre onus in aduersarium, & tamen in fama ineest testimonium de auditu, imo, prout alias admonui, testimonium, quæ est fortius, quam testimonium de auditu: ergo si fama non transfert tale onus, multo minus transferre debet testimonium de auditu, *prout sic argumentatur Alciat. in d. l. 1. num. 7. ff. si cert. pet. & refert Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testu de auditu. fol. 250. num. 5.* Secunda est ratio, quia si percurrantur Dd. allegati *supr. in limitatione, nu-*
mero 33. maior pars eorum non dicit, quod testimonium de auditu faciat præsumptionem, sed quod facit aliqualem præsumptionem, quæ dicitio, *Aliqualis*, diminutionem significat, *prout aduertunt Alexand. consilio 77.*
* *num. 4. lib. 1. Bursat. consilio 316 post num. 21. & 22. & ita magis*
* *communiter* * *tenere Dd testatur Ruin. inter. decis. 67. num. 8.*
Hæc autem qualisqualis præsumptio dicitur leuis præsumptio, *vt per Menoch d. consilio 98. numero 54. lib. 1.* & hæc aliqualis præsumptio aliud non est, quam suspicio, *prout ex Alciat. in loco per eum citato dicit Bertaz. consilio 299 nu-*
35 *mero 6. lib. 2. & consilio 288. num. 16. eodem lib.* Quod † autem leuis præsumptio seu suspicio non transferat onus probandi in aliquem, absurdum est dicere, ita pariter absurdum erit, vt testimonium de auditu hoc operetur, & ita per hanc rationem, & alia bona fundamenta, hanc contrariam opinionem bene defendit, & respondet contrariis Ful. Pacian. (quem post hæc scripta habui,) *in suo tract. de proba. lib. 1. c. 9. n. 11. & pluribus seqq.* vbi præsertim *num. 19* probat, non esse verum, quod prima affirmatiua opinio sit communior, & quatenus communior, non est tamen attendenda, tanquam abhorrens à iuris ratione, & ab æquitate.

Bene verum est, quod † hæc præsumptio oriens ex 36
testimonio de auditu adminiculatur & adiuuat alias probationes, facitque, vt in pari probatione illa præferatur, quæ habet pro se testimonium de auditu. Et hoc est, quod voluit Archid. *in l. hoc videtur, 2. 2. q. 5.* quem sic in proposito magis fideliter referendo secuti sunt Ripa *in l. 1. n. 88. vers. coadiuuat enim, ff. si cert. pet. Henric. Bos. in cap. præterea, numer 7. de testibus, Ruin. consil. 96. num. 17. & consi-*
lio 141. num. 18. lib. 5. Natta consilio 170. numer. 2. versicul. hæc probant talia testimonia, iuncto num. 44. Hippol. Riminald. consi-
lio 182. sub num. 21. & 22. lib. 2. & consilio 227. nu. 25. d. lib. 2.
& consilio 299. numer. 36. lib. 3. & consilio 362. num. 77. lib. 4.
& consil. 363. numer. 128. & 129 & 132. in fine, d. lib. 4. Cephal.
consil. 435 numero 85. libro 3. Ioan. Petr. Surd consilio 135. nu-
mero 98. lib. 1. Honded. consil. 17. num. 51. versicul. & si opinio, &
consil. 101. num. 20. Hector Æmil. in tractat. de testibus, in ma-
teria testis de auditu, fol. 251. numer. 11. Fulu. Pacian. d. probat.
libro 1. cap. 9. num. 31. & sequentib. Sed quod hæc eadem præsumptio sit tantæ potentiæ, vt de se sola transferat onus probandi in aduersarium, omnino falsum est, *per prædicta.*

Præterquam † in casibus, in quibus inducatur ex 37
præsumptionibus, & coniecturis, vtputa in antiquis, vel in iis quæ occulte & secrete fiunt: Tunc enim posset saluari prima opinio affirmatiua, & hoc etiam accedentibus aliis adminiculis, & non alias, *vt pulcre declarat Natt. cons. 170. nu. 2. & seqq. & præsertim num. 4 nec dissentit Hipp. Rim. cons. 363. n. 103. & seqq. lib. 4.*

Et † licet non ignorem, quod in hac contrarietate o- 38
pinionum Aym. *d. antiquit. tempor. par. 1. d. sect. viso de fama,*
num. 7. versicul. non ponc iuncto num. 8. distinguendo dixerit, quod prima affinio affirmatiua procedat, quando illi, à quibus testes audiuerunt, sunt mortui: secunda autem negatiua, quando sunt viui, & Aym. sic, vt supra, distinguentem sequi videantur Menoch. *de arbitr quæst. casu 475. n. 6. & cons. 431 num. 46. lib. 5.* Hippol. Riminal. *cons. 82. num. 23. lib. 2.* Honded. *consil. 17. num. 51.* Barthol. Ghist. *consil. crimin. diuersor. 160. numer. 7 lib. 1.* Hector Æmil. *in tractat. de testibus, in materia testis de auditu, fol. 250.*
num. 6. cum aliis, quos infra referam, num. 92. Ego † tamen 39
omnino & secundum veritatem credo, quod indistincte, etiam in casu, in quo illi a quo testes audiuerunt, sint mortui, præsumptio ex testimonio de auditu orta minime transferat onus probandi in aduersarium, per rationes prædictas, quæ generaliter in omni casu procedunt, & valde gauisus sum, quod & in hanc eandem meam opinionem vidi etiam concurrisse Fulu. Pacian. (quem post hæc scripta habui, & qui bene & magis aliter contra Aymonem insurgit) *in tract. de pro-*
bat. l. 1. c. 9. n. 21. seqq.

Quid † autem in criminalibus, an testimonium de 40
auditu faciat præsumptionem, dixi *supr. n. 6. & seqq.*

LIMITA II. eandem † propositam regulam, vt te- 41
stimonium de auditu, licet non faciat plenam probationem, faciat tamen semiplenam, vt volunt Alber. *in*
l. 2. §. idem Labeo, num. 13. ff. de aq. pluu. arcend. & in l. si arbiter,
num. 16. ff. de probat. per text. *in c. tam literis, de testibus, & in c.*
inquisitionis, extra, de accusat. vbi dicitur secundum eum, quod tantum valet talis probatio de auditu, quantum vnus testis de visu, sed vnus testis de visu facit semiplenam probationem, *l. Theopompus. ff. de dot. præleg.* Ergo, &c. Et propterea ex solo testimonio de auditu posse indici canonicam purgationem, dicit ibidem Alber. per iura prædicta.

Sed † certe non reperio in dictis iuribus probari, 42
quod testes de auditu æquipolleant vni testi de visu, & quod volunt de ista gratione canonica indicenda, hoc ibi dispontur ex simplici testimonio de auditu,

sed etiam, quia ibi concurrebat diffamatio, & infamia, sine qua talis purgatio non inducitur, vt bene probat text. *in d. cap. tam literis, ibi, nisi de auditu tantum, & fama, & ibi gl. in verbo, purgationem, & in d. cap. inquisitionis, ad fin. ibi, propter famam, & deponentium credulitatem, & est text. in cap. quod autem 6. q. vltima, & in c. presbyter, 2. q. 5.* Vnde non est inferendum de testimonio famæ ad testimonium de auditu, quia, vt alias admonui, illud vtique potentius est, quam testimonium auditus; & sic vides limitationem etiam de iure canonico satis dubitabilem.

43 De † iure enim ciuili testimonium de auditu, non facere semiplenam probationem, sed tantummodo quandam modicam fidem, admittit Alber. *in d. l. si arbiter, n. 17. vers. in foro autem ciuili, ff. de probat.* Et facit, quia, vt dixi *supr. nu. 35.* tale testimonium, secundum magis com-
* munem, * non inducit nisi qualemqualem præsumptionem. Ergo non est verum, quod faciat semiplenam probationem, præsertim in criminalibus, in quibus si faceret semiplenam probationem, faceret etiam indicium ad torturam, secundum vnam opinionem, *de qua suo loco dixi*, sed sic est, quod indicium ad torturam non facit, *prout dixi supr. num. 24.* Ergo, &c. *prout in terminis post Bald quem allegat, argumentatur Bertaz. cons. 225. n. 1. lib. 1.* Et quod testimonium de auditu non faciat semiplenam probationem, probat etiam Fulu. Pacian. *de probat. lib. 1.*
* *c. 9 n. 46. seqq.* vbi de communiori * opinione.

44 LIMITA III. Quando † testimonium de auditu esset adminiculatum ex aliis adminiculis & coniecturis, tunc enim per tale testimonium admittitur, *vt per Anan. in c. præterea, num. 4. & ibi etiam Imol. n. 3. extra, de testib. Butr. in c. tam literis, num. 8. vers. dicit tamen, & ibi etiam Henric. Boic. num. 7. extra, eodem, Corne. cons. 341. num. 5. vers. & licet tale testimonium de auditu, lib. 1. Nouell. regul. 216 numer. 47. Menoch. post Aym. quem allegat, de arbit. quæst. lib. 2. casu 475. num. 9. Hector Æmil. in tract. de testib. in materia testis de auditu, fol. 252 num. 10. Fulu. Pacian. in tract. de probat. lib. 1. c. 9. num. 33.* vbi, quod testimonium de auditu iunctum cum aliis probationibus, viam faciliorem præstat ad perfectam probationem faciendam, ex Alex. & Socin. *ibi per eum allegatis.*

45 Et † hinc propterea sequitur, quod licet *supr. num. 22.* dixerim, testimonium de auditu iuncta fama non plene probare, si tamen vltra famam concurrant alia adminicula, tunc vtique plene probabit, *vt per Anan. in cap. præterea, num. 1. in fin. & ibi etiam Imol. num. 1. in 2. notab. & Butr. n. 2. extr. de testib. Pract. Corradi, tit. de testib. rubr de auditu, num. 41. in 2. limitat. fol. 133. col. 1.* Et hinc etiam probare testimonium de auditu, concurrente alio teste, & multo magis concurrentibus pluribus testibus de visu, de veritate facti, vel de propria scientia, scripserunt Bellon. *cons. 67. sub num. 11. Aym. cons. 277. colum. 3. in fin. vers. si testimonium de auditu, Socin. iun. cons. 131. num. 32. lib. 2. Hippol. Riminal. cons. 227. num. 26. lib. 2 Honded. cons. 17. num. 51. ad fin. Bursat. cons. 284 num. 13. lib. 3. Hector Æmil in tract. de testib. in materia testis de auditu. fol. 251. n. 9. & fol. 255 num. 3. & fol. 266. n. 38. & fol. 305. n. 24. vbi declarat,* (*declarationem vide,*) *& fol. 312. n. 48.*

46 SVBLIMITA I. hanc † tertiam limitationem, vt tũc demum testimonium de auditu iunctis aliis plene probet, quando scilicet sumus in materia, in qua est iudicandum ex præsumptionibus & coniecturis, illæq; habentur pro vera & concludenti probatione, aliter secus, *prout exemplificat Natt. in cons. 170. n. 4. lib. 1. quem refert Hector Æmil. in tract. de testib. in materia testis de auditu, fol. 254. n. 2* Facit, quod ante istos voluit Anan. *in cap. præterea, n. 1. in fin. vers. & procedit illud, & ibi etiam Imol. nu. 1. in 2. notab. extra. de testi.* vbi etiam dixerunt, quod testes de auditu adminiculati tunc demum probant, quando agitur de probando aliquid, quod vere probari non potest, prout est copula carnalis, aliter secus.

SVBLIMITA II. eandem † tertiam limitationem, vt nihilominus an testimonium de auditu adminiculatum plene probet, vel non, & quanta, & qualia ad hunc effectum debeant esse adminicula, iuxta facti & personarum qualitatem, iudicis arbitrio remissum est, *vt per Hostien. in c. tam literis, n. 3. vers. sed hac materia arbitraria est, extra, de testib. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 475. n. 1. & n. 9. & n. 19. & n. 22. in fin. Hippol. Rim. cons. 362. nu. 69. lib. 4.* Et facit, quod generaliter dixi *infr. in sublimitationibus, n. 102.* & etiam infra in simili de copula carnali, *num. 204.* & etiam infra de testibus ex interiecto pariete vel cortina deponentibus, *n. 185.* 47

LIMITA IV. In † iis, quæ sunt difficilis probationis, in quibus testimonium de auditu admitti, scripsit Aym. *de antiq. tempor. part. 1. sect. viso de fama, num. 3. vers. & vbi sufficeret testimonium de auditu, quem refert Hector Æmil. in tract. de testib. in materia testis de auditu, fol. 273. nu. 66.* & 73. vbi idem, quando † materia est talis, in qua non possunt haberi testes deponentes de omnimoda certitudine, ex Croto, quem allegat *in cons. 413. incip. visa copia processus, n. 16. lib. 3.* 48

Et † propterea in antiquis propter probationis difficultatem pariter testimonium de auditu admitti, late dixi & declarani *infr. n. 125. & seqq.* 49

Et † pariter etiam in delictis occultis, & difficilis probationis, hoc idem testimonium fidem facere, scripserunt Hostien. *in c. præterea, col. 3. n. 4. in fin. vers. & in delictis, quæ occulte fiunt, Ioan. Andr. ibid. post nu. 10. Ancharan. n. 4. vers. & in delictis, quæ occulte fiunt, Ant. de Butr. num. 8. in fin. extr de testib.* 50

SVBLIMITA I. hanc † quartam limitationem, & id, quod præcipue dixi de delictis occultis, vt quoad plenam probationem non procedat, nisi iuncta fama, & adminiculis, sic enim loquitur text. *in c. præterea.* & ideo sic secundum terminos illius Decretalis sunt intelligendi Host. Ioan. And Anchar. & But. *in loci præcitatis.* Et propterea duo requiruntur, vt limitatio locum habeat. Primo, vt simus in materia occulta, & taliter occulta, vt actu & habitu aliæ probationes haberi non possint, iuxta communem declarationem. Secundo, vt alia concurrant, alias secus, *prout declarat Natt. cons. 170. nu. 4. lib. 1.* nec quoad primum requisitum dissentit Fulu. Pacian. *de prob. lib. 1. c. 9. n. 29. & seq.* 51

SVBLIMITA II. eandem † quartam limitationem, vt non procedat, quando difficultas probationis orta esset ex negligentia, & cunctatione agentis: Tunc enim non est admittendum testimonium de auditu alieno, quia non est subueniendum ei, qui se nimium angustauit, *vt per Abb. in c. licet ex quadam, numer. 3. post med. versicul. item limitarem, extra, de testibus, Campeg. de testibus, regul. 205. in 2. fallent. vbi loquitur in antiquis, Gabriel tit. de testibus, lib. 1. conclus. 3. numer. 10. Purpurat. consil. 415. numero 24. lib. 2. Cephal. consilio 250. numer. 27. versicul. præsertim cum negligentia, lib. 2. Hector Æmil. in tractat. de testibus, in materia testis de auditu. fol. 271. num. 53. & 54. & fol. 287. numer. 32.* 52

LIMITA V. In † causa, in qua modica scientia fidem facit, prout est causa denuntiationis, tunc enim testes de auditu alieno probant, *prout voluit gl. in c. hoc videtur, 2 2. 7 5. refert & sequitur Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, fol. 274. n. 65.* 53

LIMITA VI. In † iis, quæ facta fuerunt tempore pestis, quæ probari videntur à testibus de auditu deponentibus, vt in pulchro casu consuluit Ceph. *in consil. 776. n. 14 lib. 5.* ea ductus ratione, quia scilicet tempore pestis mortui non despiciuntur, sed fugiuntur, & penuria est personarum, ita vt tunc testes, qui de visu deponere possint, facile non reperiantur, *refert & sequitur Hector Æmil. in tractat. de testib. in materia testis de auditu, fol. 275. n. 67. & seq.* 54 55

LIMI-

56 LIMITA VII. Ad † defensionem rei, ad quam probandam testimonium de auditu admitti consuluit Cephalius iunior *inter consil. Cephali patris sui, consil. 678. nu. 75. iuncto num. 6. 7. & 8. lib. 5.* ¶ *Honded. qui alios refert, cons. 100. num. 35.* Et facit pro hac limitatione, quia, vt suo loco dixi, testes de credulitate probant defensionem rei, ergo & idem in testibus de auditu, cum in hoc à pari procedant, *vt dixi infra, nu....*

57 LIMITA VIII. Contra † producentem, contra quẽ testes de auditu plene probare, post alios, quos allegant antiquiores, scripserunt Gabriel *lib. 1. tit. de testibus, conclus. 1. num. 14. & 15. Cephal. consil. 65. num. 55. lib. 1. Bertaz. cons. 316. numer. 3. & consil. 484. num. 8. Bursat. consil. 57.*
58 *num. 11. lib. 1. & consil. 106. num. 22. d. lib. 1.* (vbi † tamen intelligit, quando etiam producitur depositio testis, alias secus) *& consil. 195. num. 16. lib. 2 & consil. 232. num. 3. lib. 3.*
59 *& consil. 235. num. 71. dict. lib. 3.* vbi † ampliat, etiam quod vnicus sit.

60 Et † procedit hæc limitatio, non solum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, & contra fiscum, *vt per eundem Bursat. in consil. 135. num. 62. & consil. 141. num. 23. libr. 2. & consil. 232. num. 3. lib. 3. Hor. Lut. consil. crimin. diuer. 161. numer. 44. & 47. tomo 1 in folio, Bertaz. consil. 14. num. 17. lib. 2. Hector Æmil. in tractat. de testibus, in materia testis de auditu, fol. 276. num. 75. & seqq.* & dixi de materia huius limitationis latius *in 2. lib. in tit. de opposit. contra personas testium, quæst. 62. num. 233. & seqq.*

61 LIMITA IX. Vbi † non agitur de alterius præiudicio tunc enim nihil est, quod impediat fidem testimonii de auditu, *vt per adden. ad Rotam decis 8. alias 117. de restitut spoliat. in nouis.*

62 LIMITA X. Vt † in omni casu, in quo admittitur testimonium de credulitate, admittatur etiam testimonium de auditu, *prout nouissime consuluit Honded. in consil. 15. nu. 38. ex Ias. quem allegat in rubr. ff. de iureiur. num. 9. & seq. in 8. limitatione, adden. ad Fulu. Pacian. de prob. lib. 1. cap. 9. num. 42. litera E, ex Alex. quem allegat in cons. 187. in hac causa, nu. 15 vers. præterea, in casibus, col. fin. lib. 2.*

63 LIMITA XI. In † probatione filiationis, in qua testimonium de auditu admitti saltem ad effectum transferendi onus probãdi contrarium in aduersarium, scripserunt Dec. *cons. 272. in c. viso processu causæ, nu. 3. Ruin.*
64 *cons. 51. nu. 17. lib. 5. Alb. cons 6. nu. 11.* Et † licet contrarium voluerint Socinus Gozadin. & Cephal. *in locis relatis per*
65 *Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 797. num 19.* pro † concordia tamen dicere potes, quod prima opinio procedit in antiquis, secunda autem in non antiquis, per ea, quæ in simili de consanguinitate dixi *infra, num. 121.* Et in specie in materia filiationis, scripserunt Ias *consil. 114. sub numer. 6. versic. secundo respondeo, libr. 1. Ceph. consil. 137. nu. 45.* ? *biplures alios allegat Mascard. d conclus. 797. num. 19. vers. verum opinio hæc, dissentit Hector Æmil. in tractat. de testibus, in materia testis de auditu. folio 249. nu. 3.*

66 LIMITA XII. In † probatione consanguinitatis, *prout dixi infr. nu. 103. & seqq.* vbi late explicaui materiam.

67 LIMITA XIII. In † probatione metus in causa matrimoniali, in qua testimonium de auditu admitti, consuluit Alexan. *cons 99. incip. in causa prædicta tria, lib. 3. quem refert, & sequitur Alciat. respon. 5. incip. vi o processu causæ matrimon. alis, nu. 11. lib. 1. secundum Venetam impressionem, Anni 1566 & hos pariter refert, & sequitur Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, fol. 275. nu. 71.*

68 LIMITA XIV. Quãdo † agitur in probatione fraudis per hæredem in hæreditatem commissæ, *ad text. in §. si vero absint, in authentic. de hared. & falcid. Ripa in leg. 1. num 87. versic. limitatur secundo, ff. si certum petat. Henr. Boic. in cap. præterea, numer. 8. versic. item cum agitur de fraude, extra, de testibus, Anton. de Butr. in capit. tam literis, numer. 8. in fine, versic. fallit, quando agitur de fraude commissa ab hærede, & ibi etiam Felyn. numer. 2. in fine, versicul. item in prebando hæredem fraudasse, extra eodem, Moncad. in addit. ad Crot. in tract. de testibus, part. 9. nu. 366. in 5 fallent. Pract. Corrad. tit. de testibus, rubr. de auditu, nu. 42. in 15 limitatione, folio 133. col. 2. in fine, Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, folio 276. nu. 78. Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 9. nu. 44.*

LIMITA XV. In causa † possessorii, in qua, quod testes de auditu admittantur, allegatur Rota *decis. 8.* 69
alias 117. incip. in possessorio, de restitut. spol. in nouis, decis. 10. alias 458. incip. nota, quod in possessorio, de testibus, & attestation. in antiq. vbi dicitur, probari spoliationem per testes deponentes audiuisse à parte, quod ipsa possidet rem spoliatam. *Et hanc Rota decisionem sequuti sunt Curt. iun. in leg. 1. numero 58. versicul. sexto limita, ff. si certum petatur, Felyn. in cap. tam literis, num. 4. ad medium, versic. item vide Rotam, extra, de testibus, Moncad. ad Crot. in tractat. de testibus, parte 9. num. 366. in 4. fallent. Pract. Corradi titul. de testibus, rub. de auditu, num. 41. in 4. limitat. folio 133. colum. 1. Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu. fol. 277. numero 79. Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 9. num. 50.* vbi de materia.

SVBLIMITA hanc † decimam quintam limitationem, vt procedat, prout loquuntur dictæ decis. Rotæ, in testibus deponentibus de auditu proprio, & de confessione partis: Tunc enim tales testes sic de auditu deponentes probant, prout etiam generaliter dixi *infra, nu. 143. & sequ.* Secus autem si deponerent de auditu alieno, & sic de auditu auditus, tunc enim nec etiam in possessorio crederem eos probare, nisi essemus in antiquis, & iuncta fama, *prout voluit Put. decis. 78. incip. fuit conclusum in vna Placentina, libr. 1. nec dissentit Fulu. Pacian. d. cap. 9. num. 51.* 70

LIMITA XVI. Quando † testes interfuerunt examinationi testium receptorum ad perpetuam rei memoriam: Tunc enim illis testibus deponentibus super illa examinatione, & etiam super dicto eorum creditur, licet deponant super auditu, *secundum Bart. in tractat. de testibus, num. 11. & ibi in addit. litera B, Imol. in capit. significauit, in fine, de testibus, Felyn. in cap. tam literis, sub num. 4. versicul. item vide D. Antonium, extra, eodem, Moncada ad Crott. in tract. de testibus, part. 9. num. 366. in 6 fallent. Campeg. de testibus, regul. 206. in 14. fallen. Ant. Trigon. sing. suo 118. num. 2. Pract. Corrad. tit. de testibus, rubr de auditu, nu. 42. in 16. limitatione, folio 134. colum. 1. in princip. Hector Æmil. in tractat. de testibus, in materia testis de auditu. fol. 277. nu. 80. Fulu. Pacian. vbi supra, d. c. 9. num. 49.* 71

LIMITA XVII. In † causa matrimonii, *Bald. in leg. si arbiter, colum. 1. versic. in causa tamen matrimoniali, ff. de probat. Imol. in cap. tam literis, num. 8. in fine, versic. in causa tamen matrimoniali, extra, de testibus, Campeg. reg. 206. in 3. fallent. Bursat. consil. 339. num. 13 lib. 4. quamuis contrarium voluerit Cephal. consil. 82. num. 43. in fin. lib. 1. Mascard. de probat. conclus. 797. nu. 19. lib. 2.* 72

SVBLIMITA hanc † decimamseptimam limitationem, vt non procedat, quando agitur de dissoluendo matrimonium de auditu, *vt per Ioan. Andr. in c. licet ex quadam, nu. 2. vers. in aliis igitur impedimentis, & ibi etiam Anchar. num. 2. in 2. notab. Butr. nu. 3. in fine, Abb. nu. 2. extra, de testibus.* † Vide tamen *infra, num. 123* vbi quod quando sumus in antiquis testes de auditu probant consanguinitatem, etiam quod agatur de dissolutione matrimonii. 73 74

SVBLIMITA I. Et † generaliter omnes prædictas limitationes, in quibus dixi ex testimonio de auditu probationem oriri, vt debeant testes sic de auditu deponentes nominare eos, à quibus audiuerunt, aliter non probant, *sic enim post alios, quos allegat antiquiores, consulendo scripserunt Crot. consil. 34. incip. viso, & diligenter, nu. 24. versicul. præterea testes deponentes, libro 1. Barthol. Ghit. consil. crimin. diuers. 160. numer. 2. & num. 5. libro primo, Cephal.* 75

consil.250.num.21.libr.2. Bertazzol.consil.225.num.2.libr.1. Hippol.Rimin.consil.398.num.29.lib.4.& cons.483.num.52. libro 5. Ioan Petr.Surd.consil.135.nu.95.in fine,libr.1. Menoch. consil.98.num.57.libr.1. Aymon.de antiquit.tempor.part.1. sect. viso de fama, num.11. Menoch.casu 475.num.14. vbi * *quod ita* omnes tradunt in cap.licet ex quadam, extra de testibus, Mascard.de probat. lib.1. conclus.395.num.7. Monticell.in repertor.test.rubr.ratio testis de auditu, fol.236.col.1 vers 1. Hector.Æmil.in tractat.de testibus,in materia testis de auditu, folio 264.nu.29.30.& 31.*

76 Et propterea † non probare testem, qui interrogatus à quibus audiuerit,dixerit,se non recordari, scripserunt Bart.*in leg.de minore*, §.*plurimum*, *num.23. ff. de quæst.* *Capell.Tholosan. quæst.180.num.11. versic.quæro, si testis interrogatur*, *Dec.consil 133.incip.visis processibus*, & *sententia*, *nu.5.* *Matth.Brun.cons.crim.diuers.115.num.49.libro 2. Bursat.consil.316.post num.22.lib.3. Hector Æmil.in tract.de testibus,in materia testis de auditu,folio 264.num.30.& 35.*

77 Et † talem auctoris nominationem proprio nomine fieri debere videtur voluisse Curt.iun.*in consil.17.numero 2.lib.1. quem ad hoc allegat, Bartol.Ghit. d.consil.crimin.diuer.160.num.4.lib.1.& sequitur Hector Æmil.vbi supra, folio 265 num.33.*

78 Immo, † & quod plus est, etiam quod testis non interrogetur,quod debeat nominare eos,à quibus audiuerit consulendo, scripserunt Aretin.*consil.73.incip.diligenter*, & *maturè consideratus, colum.penult. num.11. in princ.* *Natta consil.170.numer.5. Matth.Brun.consil.crimin. diuers. 115.num.31 lib.2. Cephal.consil.250.num.23 libr.1. Hippol.Riminald.consil.222.num.29.lib.2.& consil.524.num.54.lib.4. Hector Æmil in tractat.de test bus, in materia testis de auditu, fol.257 num.8.& folio 265.numero 35. Fulu.Pacian.de probat. lib.1.cap.9.num.37.*

79 SVBLIMITA II. Pariter, † generaliter dictas limitationes, (& hæc sublimitatio venit ampliatiue ad præcedẽtem) vt ad hoc, vt testimonium de auditu probet, oportet, vt illi, à quibus testis audiuit, sint plures, quam vnus, aliter non probat, *text.est in cap. licet ex quadam, extra, de testibus,ibi, Non vtique ab vno, cum non sufficeret ille, si viueret, sed duobus ad minus,& ibi hoc notant glossa in verbo, ab vno, Innocent.in verbo,duobus, Hostiens.post num.6. vers.& omnes illi, & paulo infra, in verbo, sed duobus, & numer 11.vers.quartum vtrum ad minus à duobus, Ioan. And.numer.4. a verbo,duobus, & numer.11.in verbo,duobus ad minus, Bal. in princ.vers.4 quod non ab vno, Anan.num. 1. versic.nota.quod quo ad hoc, Imol.nu 3. Butr.nu.2.in 4 notab.& nu.6. vers.quærit glossa, Abb.num.8 in princ. Curt.Iun.in l.1. nu.59.* * *in princip.tuncto versic.est verum, vbi de* communi, *& ibi etiam Kipa,nu.88.in fine, ff. si certum petat. Campeg.de testibus, regul.205.in 5.fallent. Gabriel.tit.de testibus, conclus.3.num.4. libr.1.Menoch.de arbitr.quæst.lib.2.casu 475.num.12.Mascard. de probat.libr.1.conclus 104.num.20.& conclus.395. num.6. Hector Æmil. in tractat. de testibus, in materia testis de auditu, folio 256.num.5.6.& 7. & fol.270.numer.50.vbi quod hoc est indubitati iuris, & folio 300.num.34.in verbo, testis affinitatẽ deponens, folio 128. n.11.* vbi præsertim in probatione consanguinitatis, de quo & per Dd.prædictos, *in d.cap. licet ex quadam, & hanc sublimitationem consulendo sequuti sunt Natta consil.170.num.5.lib.1. Bartol.Guthus consil.crimin.diuers.160.post nu.2.lib.1.Cephal.consil.250.nu.22. lib.1.Hippol.Riminal consil.113.num.25. libro 2.& consil.120. num.4.& consil.186.num.58.& consil.208.num.12.lib.2.& consil.222.nu.26.& sequ.& consil.369.nu.50.libr.4.& consil. 363.num.88.& sequ.& num.134.& sequ.& consil.483.numer.22.libr.5.& consil.515.num.39.dict.libr.5.& consil.524. num.63 eodem lib.5 & consil.808.num.33.lib.7.& consil.816. num.51 eodem lib.7.Honded.consil.17.num.45.lib.1. Fulu.Pacian.de probat.lib.1.cap.9.num.37.*

80 LIMITA I. Hanc † secundam generalem sublimitationem, quando is, à quo testis audiuit, est ille idem, qui actum gessit: Tunc enim sufficit, quod testis illum tantum nominet in auctorem, *Ang.de Vbal post Ioann. Andr.& Imol.quos allegat inter consil. Croti, consil.413.numero 32.libro 3. Aretin.consil.73.numero 11. Calcan.consil.9. columna 1. versic. non obstat, si dicatur, Aymon.consil.277. colum.3.versic. similiter primus testis, & versic.tertius etiam testis, Gabriel.tit.de testibus,conclus.3.nu.5.libr.1.Hector.Æmil. in tractat.de testibus, in materia testis de auditu, folio 260. numero 18.& 19.*

LIMITA II. Eandem † sublimitationem, quia licet nominati à teste debeant esse plures, non tamen est necesse, quod illi plures nominati à teste audiuerint ab eodem, sed sufficit, quod audiuerint ab vno, aliis pluribus, quia sufficit, quod audiuerint ab vno, alias esset procedere in infinitum, *gloss.in cap. licet ex quadam, in verbo, ab vno, versic.sed quid si illi duo.& ibi hoc notant Hostiens.post num 7.vers.quid ergo si illi duo, Ioan. Andr.nu.11. versic maximè cum non de facili, Butr.num.7. Abb.nu.8.versic.2 quid erit,extra,de testibus, Campeg.in tract.de testibus, regul.206.in 13.fallent.Monticel.in repert.test rubr.ratio testis de auditu,folio 236.col.2.vers.3.* 81

LIMITA III. Quia † sufficit, quod testis nominet aliquem, à quo audiuit, deinde dicat, *& a pluribus alius, quorum nomina non recordatur, secundum Ferrariens.in sua practica, in forma excipiendi contra positiones, in verbo, item quod de prædictis omnibus, &c. numero nono, Capell. Tholosan. quæstion.380.sub num.11. versic sed debet testis aliquem nominare, & ibi Ausfer. in addit. numer.16. versicul si tamen testes post aliquorum nominationem, Hector.Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, folio 266.numero 56.& sequenti.* 82

Sed † certè isti Dd. videntur loqui in teste, qui aliquos nominat in auctores, & sic plures quam vnum, quia tunc valet tale testimonium, si addat, *& a pluribus aliis, quorum nomina non recordatur*, vnde contrarium videtur, quando vnum tantum nominat, *prout contrarium volunt Hipp.Riminal.in cons.222.num.28.libr.2.ex Corn.quem allegat in consil 78.nu.7.libr 3.& sequitur Mascard. de probat. lib.1. conclus.104 nu.11.* 83

LIMITA IV. Quando † agitur de probando memoriam hominum existare, quia tunc probant testes de auditu,etiam quod dicant,se audiuisse ab vno tantum, sed an hæc limitatio vera sit, & quando, vide gloss.*in l. 2.§. item Labeo, ff.de aqua pluu. arcen. item & gloss.in l si arbiter, ff.de probat. quæ gloss inter se sunt contrarie, vide etiam Cuman.in d.§.idem Labeo num 3.post princip. & post nu.3. versic. sed secundum glossam, & ibi etiam Imol.numer.6.in fine, versic.quid autem si duo testes, & Roman.numero 3. vbi late disputat. Vide etiam Cuman. in dict. leg si arbiter numero 2. vers. item ratio, & nu.3. vbi etiam disputat, & ibi etiam Alber. numer.14. & sequ. Bald in princ. tuncto versic. in ea gloss. Salycet. sub num.1 ff.de probat. Curt.iun.in l.1.num.59. in fine, ff.si certum petat. Butr.in cap.licet ex quadam, num.8.ante finem, extra,de testibus, Mascard.de probat. libr.1 conclus.104.nu.9.& 10.Hector Æmil.in tract.de testibus, in materia testis de auditu, folio 260.num.20.* 84

SVBLIMITA III. (Et hæc † sublimitatio venit etiam ampliatiue ad primam sublimitationem,) vt ad hoc, vt testimonium de auditu probet, necesse est, vt illi, à quibus testes dicunt, se audiuisse, sint personæ graues, fide digni, non suspecti, & omni exceptione maiores, non enim plus copiæ credendum est, quam originali, & sic testibus de auditu nõ creditur, quorum repelluntur auctores, textus est, qui loquitur in probatione consanguinitatis, *in cap. licet ex quadam, extra, de testibus, ibi, Nec ab infamibus & suspectis, sed a fide dignis, & omni exceptione maioribus, cum satis videretur absurdum, illos admitti, quorum repellerentur auctores, & per istum textum hoc ibi adnotarunt gloss.in verbo, ab vno in fine, & in verbo, auctores, Hostien.nu.7 in fin.in verbo, nec ab infamibus, & nu.11. versic. quintum vtrum illi duo sint suspecti, Ioan Andr.4.in verb. ab infa-* 85

mibus, Bald.in princip.versic.quintum, quod non ab infamibus, iuncto nu.1. Anchar.nu.6.But.nu.1.in 5.notab.& nu.4. versic.oppono, quod personalia, Abb.num.9.versic.vltima glossa, quod & idem consulendo tradiderunt Aym.consil.6.num.67.& consil.41. nu.2.& consil.112.nu.13. Barthol.Ghit.consil.crimin. diuer.160 nu.5.lib.1.Roland.consil.57.nu.33.libr.1.& consil.9. nu.33.lib.3.Cephal.consil.250.nu.27.versic.item oportet, libr.2. Bertaz.consil.3.nu.17.& consil.251.nu.17.versic.sed tanto minus probat, lib.1.& consil.283.nu.11.& cons.296.num.7.versic. & tanto magis, & consil.316.nu.4.& consil.406.nu.13.& 14. lib.2.Hippol.Rimin.consil.60.nu.2.& seqq.& consil.61.nu.34. & consil.68.nu.36.& consil.82.num.22.& 23.libr.1.& consil. 135.nu.28.& consil.210.nu.68.lib.2.& consil.234.num.186. & sequ.lib 3 & consil.360.nu.45.& seqq.libr.4.& consil.751. nu.22.lib.5.& consil.610.num.44.& seqq.lib.6.& consil.733. nu.22.& seq.d.lib.6.& consil.836.nu.29.& seq.libr.7. Bursat. consil.435.nu.20.lib.4.Ioan.Petr.Surd.consil.135.nu.96.libr.1. Honded.consil.102.nu.58.Ochau.Cacheran.in consil.65.nu.25. & consil.66.nu.18 vers.& multo minus, & post nu.27. Et demum hanc sublimitationem, & iuribus, & auctoritatibus late comprobat Hector Æmil *in tractat.de testibus, in rubr.testis affinitatem deponens, fol.128.num.12.& in materia testis de auditu fol.247.nu.24.& seqq.* vbi facit plures illationes ad illam conclusionem, quod testibus non creditur, quorum repelluntur auctores, *& fol.270 num.50. & 51.* vbi quod hoc est indubitati iuris, *& fol.298.nu.29. Ful.Pacian.in tract.de probat.lib.1.cap.1. nu.38.* vbi amplius, quod hæc qualitas grauitatis & fidei in auctore testis debet articulari & probari.

86 Et † in specie, quod non credatur testi de auditu à parte interessata & litigante, consuluit Hippolyt.Riminald.*consil.60.num.2.& seqq.libr.1.& consil.61.nu.33 & 34. & consil.65.num.31.& sequ & consil.68.num.36.& consil.83. num.22.eod.libr.1.& consil.210.num.66.libr.2.& consil.234. nu.285.lib.3.& consil.571.nu.22.lib.5.* vbi de auditu à querelante, *& num.24.& consil.733.nu.21.libr.6.& consil.836. nu.28.& seqq.libr.7. & ante Hippol. Alexand. consil.112. incip. viso quodam instrumento, num.11.lib.6.& in consil.71.incip.in causa, & lite, nu.3.libr.7.& consil.123.incip.viso processu, nu.8. eodem lib 7. sequitur Æmil.in tract. de testibus, in materia testis de auditu, fol.296.nu.18.*

87 SVBLIMITA IV. Et † generaliter omnes prædictas limitationes, in quibus dixi testimonium de auditu probare.vt tunc demum procedant, quando illi, à quibus singuli testes audiuerunt, sunt eædem personæ ab vno quoque teste nominatæ, secus si diuersæ, testes enim de auditu singulares, & diuersi in auctoribus, à quibus audiuerunt, nihil probant, *secundum gloss.in cap. licet ex quadam, in verbo ab vno, vers.item & si plures essent testes, & ibi Hostiens.post num.7. vers.tu dic, Butr.num.8. in princip. & Abb num.9.etiam in princ. extra de testibus, Aymon.qui alios refert, de antiqu. tempor. part.1. sect. viso de fama, num.12. Campeg. de testibus, regul.206.in 7.fallent. Gabr.tit.de testibus, conclus 4.nu.12. Cephal.cons.250.num.24.lib.2. Hippol Riminald.cons.222.num.29.lib.2.Mascard.de probat.libr.1. conclus. 104.num.12.versic.recessit tamen, & nu.13.& 14.Hector Æmil.in tract.de testibus,in materia testis de auditu, fol.261.num. 22.Fulu.Pacian. de probat.lib.1.cap.9. nu.42.*

88 LIMITA hanc † quartam sublimitationem, vt procedat, quando vnus, aut plures testes de auditu deponentes nominant vnum auctorem, alter vero, vel alii testes nominant alium & diuersum, sed pariter vnum auctorem, vt puta si aliquis, vel aliqui dicant se audiuisse à Titio, alter vero, vel alii dicant, se audiuisse à Gaio: tunc enim tales testes nõ probant, & sublimitatio procedit, *prout exemplificant gloss & Dd.in d.c licet ex quadam, & putant Hect. Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu.fol.261.nu.23.*

89 Secus † autem, quando vnus, vel plures testes dixerint pura, se audiuisse non ab vno, sed à pluribus, vt puta si duo, plures, vel vnus concordes dixerint, se audiuisse à Gaio, & Sempronio, alii autem, vel alter à Titio, & Męuio: tunc enim testes non dicuntur singulares in auctoribus, sed probant, prout videtur fuisse de mẽte glossæ, *in d.c. licet ex quadam, in verbo, ab vno post med. extra, de testibus, ibi, Nisi quilibet illorum audiuisset a pluribus, à duobus ad minus, vel nisi omnes ipsi cõiunctim audiuissent à duobus.* Et sic glossa ibi æquiparat, quod aliqui testes audiuerint à pluribus diuersis, vel à pluribus coniunctim. Fuit etiam hoc de mente Innocentii *in d.cap. licet ex quadam, in verbo, duobus*, dum dixit, quod non est necesse, quod quilibet à duobus audiuerit, sed tantum necesse est, quod plures sint principium auditionis, licet tutius sit, quod quilibet ab eisdem duobus audiuerit, *sequitur Imol.ibi, nu.7.* vbi relatis hinc inde cõtrariis dicit opinionem gl. fortè seruari in practica, & Abb. *ibid.num.9.* aliis relatis opinionibus hanc expresse firmat declarationẽ, quam etiam sequuti sunt Corn. *cons.78. incip. viso processu agitato, nu.2.vers.item præmittendum est, libr.3. Capell.Tholos. decis 380.sub nu.11.vers.quod si testes diuersi dixerunt, & ibi in addit. Ausfrer.sub nu.16.post Salyc. quem allegat in l. ea quidem, C.de accus.* Et demum hanc opinionem tanquam veriorem late comprobat Hect. Æmil. *in tract. de testib. in materia testis de auditu fol.262.num.25.26.& 27.* prout etiam mihi hæc eadem opinio magis placet. 90

Quamuis † contrarium, quod imo testes non probent, & quod reputẽtur singulares, voluisse videantur Hostiens. *in d.c.licet ex quadam, in verb.de duobus, nu.6.& 7. in princip. & in vers.quid si vnus*, vbi expresse dixit, necesse esse, quod plures idem ab eisdem pluribus audiuerint, *Ioan. And.ibid.nu.11.in verbo, duob.ad minus, & Butr.nu.8.vbi late comprobat, & hanc opinionem sibi magis placere dicit Aym. post Alex. & alios, quos allegat in tract. de antiq. tẽp. part.1.sect. viso de fama, nu.12. Menoch. de arbit.qu.libr.2.casu 475.nu.14. vbi alios refert, & reprobat Cornеum contrarium tenentem, Hippol. Rimin.consil.363.nu.90.lib.4.*

Sed † adhuc retenta hac vltima opinione aduerte, 91 quod licet testes deponentes de auditu à diuersis personis non probent, faciunt tamen adminiculum, *secundum Arctin.in cons.13.incip.viso diligenter,col.6.vers.præterea, D.Francisc.vers.seq.quem refert & sequitur Cephal. in consil. 435.nu.71.lib.3. prout pariter hos refert Hect.Æmil.in tract. de testibus,in materia testis de auditu, fol.264. nu.28.*

SVBLIMITA V. Et † generaliter omnes prædictas 92 limitationes propositæ regulæ, (& hæc sublimitatio venit etiam ampliatiue ad primam sublimitationem,) vt in omni casu, in quo testes de auditu probant, id vtique intelligendum sit, si illi, à quibus testes dicunt se audiuisse, fuerint mortui, secus si viui sint, tunc enim cum illi, qui possunt examinari, non examinentur, non modica oritur contra producentem suspicio, ex qua fides testibus de auditu non solum diminuitur, sed etiam omnino tollitur: quia non solum non probant, sed nec etiam faciunt indicium & præsumptionem, *secundum Aymon.de antiqu.tempor.part.1.sect.viso de fama, nu.7. versic.nam pone, quem sequuti sunt Menoch. de arbitr. quæst.lib.2. casu 475.nu.6. Hor.Lut consil.crimin.diuer.161.nu.22.libr.1. Barthol Ghit inter eadem consil.cons.160.num.7.d.libr.1. Hippolyt.Riminald.consil.360. num.55. libr.4. Menoch. consil.98. numero 56. libr.1.& consil.107.num.36.libr.3.& consil.410. num.53.& consil.431.num.46 libr.5. Honded. consil.17. num. 46. Hector Æmil.in tract.de testibus,in materia testis de auditu.folio 245.nu.10.& folio 250.nu.6.& 7. & dixi aliquid supra, num.38.*

SVBLIMITA VI. Dictas † limitationes, vt in omni 93 casu, in quo testes de auditu plene probant, debeant esse plures, nec sufficiat vnus, text est *in d.cap. licet ex quadam, ibi, nec tamen si vnus à pluribus, & iterum infra, ibi, cum secundum ordinem solitum iudiciorum non sufficiat vnius testis assertio, et.amsi præfidali refulgeat dignitate, & hoc ibi notant*

tant Hostiens.nu.6. in verbo, si viueret, & nu.8. in verbo, si vnus, & in verbo, vnius testis, & nu.11. versic. sextum vtrum vnus, Ioan. Andr. num.4. in verbo, si vnus, Bald. in princip versf.6. quod nec vnius, Ancharan.nu.7. Abb.nu.3. in fin. versf. nota, quod dictum vnius, extra, de testibus, Curt.iun. in l.1.nu.59. versf. eodem modo, ff. si certum petat. vbi reddit rationem, & testatur de communi. Menoch.consil.422.nu.94.lib.5.

94 SVBLIMITA VII. Vt † pariter testes de auditu nunquam probent, nisi sint graues, bonæ famæ, fide digni, & omni exceptione maiores, text. est *in d. cap. licet ex quadam, ibi, nisi forte personæ graues exstiterint, quibus fides sit merito adhibenda, & iterũ infra, ibi, nec tamen infames ab hominibus bonæ famæ, &c. & iterũ infr. ibi, & actus legitimi sint infamibus interdicti, & ibi gloss. in verbo, persona, extra, de testibus*, vbi amplius dixit glossa, quod graues isto casu appellantur non illi, qui in dignitate sunt constituti, sed qui non sunt leues, sed bonæ famæ & opinionis existunt. Quod & ibidem voluerunt Innocen. *in verbo, graues, nu.5. & nu.11. versic. primum est, Ioan. Andr. nu.4 in verbo, graues, & in verbo, infames, Bald. in princ. versic. primum quod testes, iuncto num.4. Ancharan. post nu.7. Butr. nu.5. Abb. num.3. in fine, versic. item oportet, quod isti testes sint bonæ famæ, Gabriel. conf.3.nu.8. lib.1. Hippol. Rimin. consil.222.nu.30. & 31. lib.2. Cephal. consil.82. num.45.*

95 *lib.1. & cons.250. nn.26. & 27 lib.2.* Vbi † amplius, quod hæc qualitas est articulanda, & probanda. Quod & idem voluit Hector Æmil. *in tractat. de testibus, in materia testis de auditu. fol.247. nu.17. & fol.268. num.45. & 46.* vbi loquitur in probatione consanguinitatis (*de quo dixi infra, nu.106. & seq.*) *& nu.48. & num.50.* vbi, quod hoc est in dubitati iuris, *& fol.271. nu.51.*

96 SVBLIMITA VIII. Vt † pariter testes de auditu nunquam probent, nec faciant præsumptionẽ, si audiuerunt post litem motã, text. est *in d.c. licet ex quadam, ibi, ante litem motam. & ibi gloss. in verbo, motum, Hostien. nu 5. in fine, in verbo, ante litem, & num.11. versic. secundum vtrum ante litem, Ioan. Andr. nu.4. in verbo, ante litem, Bald. in princ. versf. sciendum, quod deponunt, Imol. nu.2. & nu.5. in fine, Ancharan. nu.5. Butr. num.1. in 3. not ab. Abb. nu.3. versf. item nota, extra, de testibus, Curt. iun. in l.1. num.58. in fine, ver. octauo pro declaratione aduerte, & ibi etiam Ripa, nu.87. in fine, versf. quas omnes fallentias, ff. si cert. petat. Roman. sing.753. Feder. Schenck. in tractat. de testibus, nu.45. sub 2. fallent. Moncada ad Crot. de testibus, parte 9. num.368. Campeg. de testibus, regul.205. in 4. fallent. Boss. in tit. de opposit. contra testes, num.42. versf. item declara, vt quando Aymon de antiqu. tempor. part.1. sect. viso de fama, nu.6. versf. adde, quod testis, Gabriel. tit. de testibus, lib.1. conclus.3. num.9. Menoch. de arbitr. quæst. lib.2. casu 475. versf.14. versf.4. requiritur, Benintend. decis.67. nu.11. Natta consil.170. num.8. lib.1. Hippol. Rimin. consil.52. num.1054. lib.1. & consil.208. num.28. lib.2. & consil.610. num.47. libr.6. & consil. 836. nu.30. lib.7. Menoch. consil.431. num.45. versic. tertia est ratio, lib.5. Honded. consil.17. num.47. lib.1. & hanc sublimitationem pluribus comprobat Hector Æmil. in tract. de testibus, in verbo, testis affinitatem deponens, fol.127. numer.5. & 6.* (vbi præsertim loquitur in probatione consanguinitatis) & in materia testis de auditu, *fol.252. nu.12. & fol.267. num. 40. & num.41. in discursu, & num.42. Fulu. Pacian. de probat. lib.1. cap.9. nu.39.*

97 AMPLIA hanc † sublimitationem, vt ad hoc, vt testis de auditu probet, debeat expresse deponere de tẽpore, quod sit ante motam litem, quia isto casu probatio fine tempore non releuat, cum potuerit esse post litio fine tempore non releuat, cum potuerit esse post litem motam, *vt per Gabr. d. conclus.3. nu.9. Cephal. d. cons.150. num.28. Honded. d. consil.17. nu.47. sequitur Hect. Æmil. vbi supra, folio 267. nu.41.*

98 LIMITA hanc † octauam sublimationẽ, vt non procedat, quando testes diu alibi, quam vbi lis cœpta est, audiuerunt, quo etiam casu post litem motam probarent, *vt per Mascard. de probat. libr.1. conclus.410. num.31. Archidiac. in c. consanguineos, nu.3. in fin.36. quæst.6. sequitur Hector Æmil. in tractat. de testibus, in verbo, testis affinitatem deponens, folio 127. nu.7. & in materia testis de auditu, folio 268. nu.42. in fine.*

SVBLIMITA IX. Vt † in omni casu, in quo testes de auditu probant, non probent tamen, nisi etiam dicant, se credere illud, quod audiuerunt, textus est *in d. cap. licet ex quadam, in illis verbis, & credere ita esse, & ibi hoc notant Hostiens. nu.10. in fine, in verbo, & credere, & nu.11. versic. vndecimum vtrum credant ita esse, Ioan. Andr. num.6. in verbo, & credere, Bald. in princip. versic.5. quod adiciant, Imol. nu.3. in fine, Butr. nu.3. versic. nota, quod vbi testis, Abb. nu.3. ad finem, versf. item oportet, extra. de testibus, Corn. consil.62. num. 12. lib.1. (aetera consil.156. nu.7. Neuiz. consil.78. nu.18. Natta consil.170. nu.7. libr.1. Cephal. consil.250. num.25. lib.2. Menoch. consil.98. nu.58. lib.1. Hippol. Rimin. consil.363. num.136. lib.4. & cons.524. nu.64. lib.5. Campeg. de testibus, regul.205. in 6 fallen. Gabr. tit. de testibus, lib.1. conclus. nu.7. Boss. de oppos. contra test. nu.42. in fine, versf. & adde, Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, folio 268. nu.44. & in ver. testis affinitatem deponens, folio 130. num.18. vbi de probatione consanguinitatis de quo in specie dixi infra, num.219. Fulu. Pacian. de probat. lib.1. cap.9. nu.40.* 99

Immo † secundum Felyn. *in c. tam literis, nu.4. extra, de testibus*, ad hoc, vt testes de auditu deponentes fidem faciant, non sufficit, si dicant simpliciter, se audiuisse, nisi etiam simul asserant, se id, quod audiuerunt, intellexisse, *& Felyn. refert, & sequitur Hect. Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, fol.270. nu.49.* 100

SVBLIMITA X. Quod † ex quo facilime inueniuntur testes, qui dicant, se ab aliquo tale quid audiuisse: iccirco talis probatio dicitur fragilis, suspecta, & facilè prosternibilis, & propterea si in aliquo deficiat, nihil producentem releuat, *secundum Ancharan. in consil. 194. in causa, & quæstione Ioannis, col.2. versicul. non est etiam verisimile, Cuman. consil.77. incip. visis libello, & c. col.2. versic. ad quartum, Curt. iun. cons.17. incip. licet per celeberrimos, nu.1. lib.1. idem Curt. in l.1. num.70. ff. si certum pet. Aym. de antiqu. temp. part.1. sect. viso de fama, n.9. Boss. in tit. de oppos. contra test. nu.42. versf. item declara quod licet, Menoch. de arbit. quæst. lib.2. casu 475. num.7. & sequen. Barthol. Ghit. consil. crimin. diuer. casu 475. num.7. & sequen. Barthol. Ghit. consil. crimin. diuer-

sed à pluribus, *prout est text. in d.cap. licet ex quadam, & ibi* * *notant* * *omnes, & plerique alii Dd. quos retuli, supra, num. 79.* hic non repeto.

113 LIMITA VI. Quia † pariter isti tales, à quibus testes dicunt se audiuisse, debent esse fide digni, aliter non probant, prout est idem text. *in d cap. licet ex quadam, &* * *ibi notant omnes,* * *& plerique alii Dd. quos retuli supra nu. 85.* hic non repeto.

114 LIMITA VII. Vt † vnus testis de auditu non probet consanguinitatem, sed debent esse plures, ad text. expressum, *in d cap licet ex quadam, extra, de testibus, & ibi notant omnes, & plerique alii Dd. quos retuli supra, num. 93.* hic non repeto.

115 LIMITA VIII. Vt nunquam † testes de auditu probent consanguinitatem, quando sic deponũt odio, amore, vel timore aliquo, prout est text. *in d cap. licet ex quadam, in illis verbis, odio, amore, timore, vel commodo non procedant, & ibi hoc notant Hostiens. nu. 10. in verbo, odio, & nu. 11. versic. septimum esto, Bald. in princ. post versic. sex autem, extra, de testibus, Host. Æmil. in tract. de testibus, in rubr. testis affinitatem deponens, &c. folio 129. nu. 14.*

116 LIMITA IX. Vt nec † consanguinitas probetur per testes de auditu, nisi declarent personas & gradus per nomina propria appellatiua, demonstratiua, vel per circumlocutiones sufficientes, *prout est text. in d. cap. licet ex quadam, ibi, personas expressis nominibus, vel demonstratione, vel circumlocutione sufficiente designent. Et ibi glossa, in verbo, demonstratione, Innocen. in verbo, vel demonstratione, & in verbo, vel circumlocutione, & nu. 10. versic. 8. & c. Ioann. Andr. num. 5. in verbo, Personas, & in verbo, demonstratione Bald. in princ. versic. 2. quod personas, Imol. nu. 4. Butr. num. 3. versicul. nota non referre, Abb. nu. 3. in fine, extra, de testibus, Hector Æmil. in tract. de testibus, rubric. testis affinitatem deponens, folio 129. nu. 15.*

117 LIMITA X. Vt † ad hoc, vt testes de auditu probent consanguinitatem, debeant specificare singulos gradus consanguinitatis excepto stipite, *ad text. in dict. capit. licet ex quadam, ibi, & ab vtroque latere singulos gradus clara computatione distinguant, & ibi glossa, in verbo, gradus, Hostiens. post num. 10. in verbo, singulos gradus, & numero 11. versicul. 9. & c. Bald. in princip. versic. quod ab vtroque latere, extra, de testibus, Pract. Corradi, titul. de testibus, rubric. de auditu, num. 41. in 7. limitatione, in fine, folio 133. colum. 2. in princ. Hippolyt. Riminald consil. 340. nu. 50. & sequ. libr. 3.* Vbi præsertim, quando agitur de probando consanguinitatem limitatam ad certum gradum, *Hector Æmil. in tractat. de testibus, in rubric. testis affinitatem deponens, fol. 129. numero 16. & in materia testis de auditu, folio 272. num. 56. & 57. in discursu.*

118 LIMITA XI. Vt † tales testes debeãt deponere cum iuramento, aliter non probant, *prout voluit text. in dict. cap. licet ex quadam, ibi, testes autem huiusmodi proprio iuramento firmantes, & infra ibi, & in suo nihilominus iuramento concludunt, & iterum infra ibi, Nisi iurati deponant, & ibi hoc* * *notant communiter* * *omnes, præsertim Hostiens. sub nu. 11. versic. 10. & c. & Bald. in princip. versic. 1. quod proprio iuramento, & c. iuncto versiculo 4. quod concludant suo iuramento, extra, de testibus, Host. Æmil. in tractat. de testibus, rubr. testis affinitatem deponens folio 130. nu. 17. & dicam latius de hac limitatione, infra, tit. de opposit. contra examen testium, in materia testis, sine iuramento deponentis.*

119 LIMITA XII. Quia † nunquam testes de auditu probabunt consanguinitatem, nisi expresse dicant, se credere ita esse, id quod audiuerunt, *prout est textus in d cap. licet ex quadam, ibi, & credere ita esse, & ibi hoc notant o-* * *mnes* * *Dd. & alii plerique per nos relati supra, num. 99. quos hic repetere non est necesse,* & ex defectu huius requisiti reprobantur in simili testes per Capram, *in consil. 156. numero 7. Corn. consil. 78. sub numero 5. versicul. requiritur etiam, quod testes, & in consil. 146. sub num. 3. versic. item requiritur, quod deponant se credere, libr. 3. Socin. senior consil. 47. sub numer. 16. versic. 3. quod affirmant se credere, ita esse, libr. 4. Hector Æmil. in tractat. de testibus, rubr. testis affinitatem deponens, folio 130. nu. 18.*

LIMITA XIII. (Et † hoc erit duodecimum, & vltimum requisitum in probatione consanguinitatis, facienda per testes de auditu) vt prædicti testes debeant insuper dicere, quod viderunt tales consanguineos sic pro consanguineis se inuicem tractare, aliter non probant, *prout voluit text. in dict. cap. licet ex quadam, in fine, ibi, pro consanguineis se habere, & ibi hoc notant Hostiens. nu. 11. in fine, in verbo, pro consanguineis, & num. 11. in verbo, habere. & l. nu. 11. versic. 12. vtrum viderint, Io And. nu. 6. in verbo se habere, Bald. in princ. ante num. 1. versic. sexto, quod iurati. & num. 3. Anchar. nu. 8. Butr. num. 3. versic. Nota etiam, extra, de testibus, Corn. consil. 78. sub num. 5. versic. item requirit text. lib 3. Socin. consil. 47. sub nu. 16 versic. quarto, quod deponunt se vidisse, lib. 4. Hector Æmil. in tract. de testibus, rubric. testis affinitatem deponens, fol. 131. nu. 19.* 120

LIMITA XIV. Vt † testes de auditu tunc demum probent consanguinitatem, quando scilicet sumus in antiquis, & memoriam hominum excedentibus, alias secus, *Curt. iunior in leg. prima, post num. 57. sub versic. 2. fallentia est, vbi tamen cogitandum relinquit, ff. si certum petatur, Campeg. regul. 205. in prima fallentia, Socin consil. 47. num. 16. libr. 4. Mynsing. obseruat. 58. num. 4. cent. 6. Bertazz. consil. 154. numer. 2. libr. 1. latè prosequitur Hippolyt. Riminald. consil. 363. num. 120. & seqq. vsque ad num. 133 libr. 4. Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, fol. 288. num. 35.* 121

LIMITA XV. Vt † tunc demum testes de auditu probent consanguinitatem, quando scilicet non agitur de graui præiudicio, secus si de graui præiudicio agatur, puta de dissoluendo matrimonio: Tunc enim testes de auditu consanguinitatem non probant, etiam quod simus in antiquissimis, *secundum Aret. in consil. 57. num. 3. & 4. prout eum allegat Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 511. numero 11. quos pariter refert, & sequitur Hector Æmil. in tractat. de testibus, in materia testis de auditu, folio 292. num. 49.* 122

Contrarium † probat text. *in d. cap licet ex quadam, & ibi communiter notant* * *omnes, extra, de testibus,* agitur enim * ibi de dissoluendo matrimonium, & tamen ad hunc effectum testes de auditu probant consanguinitatem. 123

Pro concordia potes dicere, quod † prima opinio procedat, fama aut adminiculis non concurrentibus, secunda autem concurrentibus adminiculis aut fama, *vt per Campeg. regul. 205. in 2. fallent. post Ioan. Andr. Hostiens. & Abb. in loc. per eum relatu, Mascard. de probat. libr. 1. conclus. 104. num. 20. Verum de hac distinctione vide qua dixi infra, num. 133. & seqq.* 124

ARGVMENTVM.

Testes de auditu, an & quando probent in antiquis.

SVMMARIA.

Testes de auditu regulariter probant in antiquis, nu. 125.
Amplia 1. & multo magis in antiquis memoriam hominum excedentibus, puta centum annorum, nu. 126.
Amplia 2. quando agitur de probatione hominum memoriam exstare, vel non exstare, nu. 127. 128. & 129.
Amplia 3. in probandis confinibus, nu 130.
Amplia 4. etiam in probatione fideicommissi, nu. 131.
Amplia 5. etiam in probatione iuris patronatus, nu. 132.
Amplia 6. vt testes de auditu probent in antiquis, etiam sine fama, & adminiculis, num. 133. Contra, num. 134. Distingue, vt prima opinio procedat, quando agitur de paruo præiudicio, secunda autem, quando de graui præiudicio, num. 135. & seq. vbi declaratur.
Limita primo, quando agitur de probatione alicuius rei, quæ requi-

requirit verum actum hominis, tunc enim testes de auditu non faciunt plenam fidem, etiam in antiquis, num. 137.
Limita secundo, in probatione dominii & possessionis, num. 138. Contra, num. 139.
Limita tertio, vt testimonium de auditu probet in antiquis, dummodo concurrant duodecim requisita, de quibus numero 140.
Limita quarto, dummodo testes dicant, se audiuisse ab antiquioribus, vel à maioribus suis, alias secus, num. 141.
Et in proposito quod dicatur tempus antiquum, ad hoc, vt testimonium de auditu admittatur, nu. 142. & seqq.

QVÆSTIO LXIX. CAP. III.

125 REGVLA sit † affirmatiua, quod testes de auditu probant in antiquis, *Hostiens. in cap. licet ex quadam, num. 2. versic. & idem videtur in antiquis, & ibi etiam Ioan. Andr. num. 3. versic. & idem videtur, Anan. nu. 1. versic. nota, quod in re valde antiqua, Imol. num. 1. in 1. not ab. Anchar. nu. 1. versic. & idem de omnibus factis antiquis, Butr. num. 1. versic. nota, quod in re antiquata, Abb. nu. 3. versic. eadem tamen ratio, Felyn post num. 1. extra, de testibus, idem Felyn. in cap. præterea, nu. 1. ad medium, versic. & indubitatum esse, & ibi etiam Henric. Boyc. num. 8. versic. item vbi tractatur de antiquitate, extra eodem, Imol. in cap. tam literis, num. 8. in fine, versic. & similiter, & ibi etiam Butr. num. 8. in fine, versic. item vbi factum est antiquum, Felyn. nu. 2. in fine, versic. item in factis multum antiquis, dict. tit. de testibus, Bald. in leg. si arbiter, columna prima, versic. & similiter est speciale, vbi agitur de factis valde antiquis, ff. de probat. Ioan. Sicar. in leg. testium, num. 11. versic. casus autem excepti, C. de testibus, Curt. iun. in leg. 1. post nu. 57. versic. quia ista est vna fallentia generalis, & ibi etiam Ripa num. 87. & Cagnol. post num. 223. ff. si certum petatur, Aymon. de antiquit. tempor. part. 1. sect. viso de fama, num. 2. versic. similiter in* * *tur de* * *magis commun. opinion. Maranta in practic. part. 6. in versic test productio. num. 18. Ferrarien. in pract. in forma oppos. contra testes, post publica. in versic. de alieno iudicio, testificantur Hieronym. de Monte in tract. de finibus regun. cap. 51. num. 7. Mynsinger obseruat. 58. num. 2. centur. sexta. Practic. Corradi, tit. de testibus, rubr. de auditu, num. 41. in 5. limitatione, folio 133. col. 1. Menoch. de arbit. quæst. lib. 2. casu 475. num. 10 & sequ. Put. decis. 78. nu. 1. versic. ex quo eramus in antiquis, lib. 1. Monticell. in repert. test. rubr. ratio testis de auditu, fol. 233. col. 2. versic. 2. & 4. rubr. factum antiquum, folio 389. colum. 2. versic. penult. Paul. Granut. Theorem. 22. numer. 3. Mascard. de probat* * *lib 1. conclus. 104. nu. 1. & 2. vbi de* * *communi, & conclus. 395. num. 5. Hector Æmil. in tractat. de testibus, in materia testis de auditu, folio 280. num. 10. & sequentibus, vbi alios plures refert concordantes Aretin. consil. 73. nu. 11. & consil. 37 incip. sequendo ordinem, num. 2. & 4. Ancharan. consil. 310. lib nu. 2. versic. idem dicit etiam hoc posse probare, Alexand. consil. 87. in hac causa & lite, num. 16. lib. 2. & consil. 116. incip perspectis, nu. 8. libr. 5. Socin. consil. 205 incip. difficultas, num. 3. lib. 2. Dec. consil. 146. incip. & pro tenui, numer. 12. & consil. 322. incipien. in causa quæ Alexandria, num. 8. Iaf. consil. 114. incip. ad obiecta, num. 18. lib. 1. & consil. 128. incip. in quæstione, nu. 2. dict. libr. 1. Corn. consil. 333. incip capio primo, num. 5. versic. & maxime suuare videtur, lib. 1. & consil. 142. incip. videtur prima facie, sub num. 1. circa finem, libr. 3. Natta consil. 135. superioribus mensibus, num. 6. lib. 2. & consil. 378. incip. non videtur, nu. 6. d. lib. 2. Syluan. consil. 57. num. 6. Hippolyt. Riminald. consil. 339. num.* * *57 lib 3. vbi testatur de* * *communi, Burſat. consil. 340. nu. 70. lib. 4. Menoch. consil. 241. nu. 23. lib. 3. Decian. consil. 77. num. 3. lib. 3. Honded. consil. 17. nu. 52. & seqq. vbi alios refert, latè com-* * *probat, & testatur de magis* * *communi Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 9. nu. 45.*

126 AMPLIA I. Hanc † regulam, & multo magis in antiquis memoriam hominum excedentibus, puta 100 annorum. Tunc enim testes de auditu probant præscriptionem, cuius initii memoria in contrarium nõ exstat. *Ripa in leg. 1. num. 86. & Alciat. num. 56 ff. si certum petat. Abb. in cap. licet ex quadam, num. 3. & ibi etiam Felyn. nu. 1. in princip. extra, de testibus, Hostiens. in cap. præterea, num. 4. ad finem, versic. & hoc de antiquis factis, & ibi etiam Ancharan. num. 4. versic. & hæc in factis antiquis, extra eodem, Moncada ad Crott. in tract. de testibus, part. 9. num. 366. in 1. fallent. Aymon. de antiquit. tempor. part. 1. sect. viso de fama, num. 3. versic. benè dicit Decius.* Vbi, quod testes de auditu sine dubio probant præscriptionem, cuius initii memoria, &c. Quia tunc talis præscriptio coadiuuatur probatione possessionis, & sic concurrit possessionis adminiculum, *Pract. Corradi, tit. de testibus, rubr. de auditu, num. 41. in 9. limitat. folio 133. col. 2. Adden. ad Rotam, decis. 8. alias 117. de restitu. spoliat. in notis, in versic. item fallit in re antiqua, & eadem Rota diuer. part. 3. decis. 861. coram Ptolomæo, numer. 1. in fine, Mynsinger. obseruat. 58. nu. 2. cent. 6. Corn. consil. 142. incip. videtur prima facie, sub num. 1. versic. & specialiter in probandis factis antiquis, libr.... vbi reddit rationem, Natta consil. 170. num. 4. in fine, Hippolyt. Riminald. consil. 143. nu. 8 libr. 2. & consil. 339. num. 37 libr. 3. vbi de* * *communi, Montuell. in repertor. test. rubr. ratio testis de auditu, folio 132. versic. 5. & folio 233. colum. 2. versic. 3. Hieron. de Monte in tract. de finibus regund. cap. 51. nu. 2. & seqq.* vbi ponit aliquas formas, qualiter testes de auditu debeant deponere super his, quæ hominum memoriam excedunt, *Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, folio 280. nu. 18. 20 & 34. vbi etiam de materia, & in rubr. testis auctoritatem allegans, folio 236. num. 19.*

AMPLIA II. Vt † pariter testes de auditu probent, hominum memoriam non exstare, vt puta, si dicãt, omnium esse opinionem, se non vidisse vel audiuisse, quando hoc fieret, nec eos vidisse, vel audiuisse, qui id viderunt vel audiuerunt, *text. est in l. si arbiter, in fine, & ibi glossa magna, post princip. versic. secundus, &c. & ibi etiam Cuman. in princip. versic. non exstare autem memoriam, Abern. num. 1. versic. & econtra, num. 2. versic. non exstare memoriam, Bald. col. 2. versic. item de probatione negatiuæ, Salycet. in summario, Florian. etiam in summario, & nu. 3. versic. item nota. ff. de probatione, Cyn. in l. testium, ad medium, versic. aut volo probare, memoriam non exstare, & ibi etiam Alber. nu. 4. versic aut memoriam exstare, Cod. de testibus, item Alber. in leg. 2. § idem Labeo, versic. aut non exstare, iuncto versic. aut volo probare, memoriam non exstare, & ibi etiam Bart. num. 7. in fine, versic. sed quæro, ff. de aqua pluu. arcend. Pract. Corradi. tit. de testibus, rubr. de auditu, nu. 41. in 3. limit. folio 133. col. 1. Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, folio 284. nu. 19. Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 9. nu 46.* 127

AMPLIA III. Et † hæc ampliatio venit ampliative ad præcedentem ampliationem, vt pariter, & ecõtra per eosdem testes de auditu probetur hominum memoriam exstare, prout est text. *in l. 2. § idem Labeo,* dum dicit, *Cum quæritur, an memoria exstes ex facto opere, nec vtique necesse est superesse, qui meminerint, verum etiam si qui audiuerint eos, qui memoria tenuerint.* Et ibi hoc notant Iacob. de Arena, *nu. 2. versic. sed fallit in casu isto, Alber. num. 1. in summario, & nu. 6. versic. aut volo probare, exstare alicuius rei memoriam, iuncto vers. si volo probare, & c. vbi de* * *communi,* * *Cuman. ante nu. 1. in summario, & num. 2. versic. item videtur, quomodo probetur memoria, & nu. 6. in fin. vers. in glossa audiuerint, & nu. 9. in princ. Bart. nu. 7.* vbi etiam quodammodo isto casu debeant deponere testes, *Paul. de Castro, n. 1. in summa, Imol. nu. 3. in fine, iuncto nu. 4. ff. de aqua pluu. arcen. item text. in l. si arbiter, in princ. & ibi gloss. magna in princ. versic. tertium etiam videtur, & in fin. d. gloss. vers. sed memoria retinetur per auditum, Cuman. ante nu. 1. in summario. & num. 2.* vbi alia ad materiam huius probationis, *Alber. nu. 1. & 2. Bald. colum. 2. versic. sed Raynerius dicit, iuncto vers. aut ad probandum memoriam, Salyc. in summario, Florian. in summario, & post num. 3 & numer. 5. versicul. cum ergo memoria melius per*

auditum colligatur. ff de probat. Cyn. in l. testium, num. 7. versic. aut volo probare exstare alicuius rei memoriam, & ibi etiam Alber. num. 4. versic. aut memoriam aliculus rei exstare, C. de testibus, Curt. iunior in leg. prima, nu. 57. versic. nam iura, ff. si certum petat. Speculat. in tit. de teste, §. 1. num. 14. versic. quintus in memoria facti, Federic. Schenck. in tractat. de testibus, num. 45. versic. quod fallit primo, Pract. Corradi, tit. de testibus, tub. de auditu, nu. 41. in 3. limitatione, fol. 133. col. 1. Fulu. Pacian. de probat. lib. 1. d. cap. 9. nu. 46.

129 Sed † an isto casu sufficiat, quod testes dicant, se audiuisse ab vno tantum, an vero debeant dicere à pluribus, dixi supra, *nu.* 48. hic non repeto.

130 AMPLIA IV. (Et illatiue † ex regula) vt testes de auditu probent confines, quando sumus in antiquis, *sicut post alios, quos allegant antiquiores, scripserunt Alex. consil. 187. nu. 16. lib. 2. Natta consil. 672. nu. 14. lib. 4. Bertaz. consil. 366. nu. 14. & seq. lib. 2. Bursat. consil. 249 nu. 34. libr. 3. vbi de magis communi, * Hier. de Monte in tract. de finib. regen. 4. 52. per totum, vbi de materia, Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 395. numer. 4. vbi alios refert, Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, folio 286. nu. 25. & 27.*

131 AMPLIA V. (Et sic † etiam illatiue ex regula,) vt testes de auditu alieno deponentes in antiquis probent fidei commissum, *vt in specie consuluit Aretin. in consil. 27. incipien. sequendo ordinem, in 1. & 2. dubio, Natta qui alios refert in consil. 378. nu. 6. lib. 2. Bursat. consil. 249. num. 34. libr 3. Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu. fol. 286. num. 28.*

132 AMPLIA VI. Quod † ad probandum iuspatronatus in tempore antiquissimo admittuntur etiam testes de auditu, *secundum Iason in consil. 225. incip. in quæst. iuspatronatus, nu. 5. libr. 2. Lamberteng. in tract. de iurepatronat. parte 2. libr. 2. artic. 4. qu. 10. nu. 14. Menoch. consil. 241. nu. 23. lib. 3. Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, fol. 286. nu. 29. (30.)*

133 AMPLIA VII. Vt † testes de auditu probent in antiquis, etiam sine fama & adminiculis, *sic enim post alios, quos allegant antiquiores, scripserunt Por. Imol. consil. 39. sub num. 8. & seqq. Hieron. de Monte in tractat. de finibus regen. cap. 51. nu. 7. & ante istos Aretin. consil. 37. nu. 4. vbi reprehendit Hostiens. Ioan. And. & sequaces contrarium volentes, Gabr. tit. * de testibus, lib. 1. conclus. 3. nu. 1. & vbi de magis * communi, & nu. * 3. in fin. vbi etiam de * communi, Hippol. Rimin. consil. 143. nu. 8. libr. 2. & latius consil. 23. num. 29. & seqq. vbi pluribus comprobat, alios refert, contrariu respondet, & testatur de crebriori * opinione, * Bursat. consil. 249. num. 34. lib. 3. vbi etiam de magis * communi, * Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 104. num. 1. & 2. * vbi de * communi, & num. 6. in fine, vbi quod hac opinio magis placet Dd. Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, folio 280. nu. 10. & 11. & 12. vbi alios refert concordantes, & pariter testatur de crebriori Dd. opinione, prout etiam notes, & pariter testatur de crebriori Dd. opinione, prout etiam notes, & pariter testatur, latè comprobat, & alios refert Honded. consil. 17. nu. 53. & seqq lib. 1.*

134 Contrarium, † quod testes de auditu nō probent in antiquis sine fama & adminiculis, voluerunt Dd. communiter * *in cap. licet ex quadam, extra, de testibus, vt videre est apud Hostiens. ibi nu. 2. versic. & idem vide in antiquis, Ioan. Andr. num. 3. versic. & idem videtur, Anan. num. 1. versic. & conclude, Imol. sub num. 1. in fine, versic. tutius videtur, Anchar. post numer. 1. Abbas post num. 3. ante medium, versic. videtur tamen, Felyn. numer. 1. vers. sed Ioannes Andreas, vbi plures in hanc opinionem adducit, Curt. iun. in leg. 1. nu. 57. versic. aduerte, quod Hostiensis, ff. si cert. petat. vbi de magis * communi, & respondet contrarius, Moncada ad Crot. part. 9. nu. 366. in 1. fallent. in fine, Campeg. reg. 205. in 2. fall. Corn. consil. 78. visa processu, in fine, Campeg. reg. 205. in 2. fall. Corn. consil. 78. visa processu, num. 5. lib. 3. Aym. de antiqu. tempor. part. 1. sect. viso de fama, nu. 3. & seqq. vbi latè comprobat hanc * opinionem, & num. 5. in fine, vbi quod Doctores in hoc conueniunt relati per Gabr. dict. conclus. 3. nu. 2. item relati per Hipp. Rimin. d. consil. 23. nu. 45. & per Hector Æmil. vbi supra, fol. 289. num. 38. 39. 40. & 44. Cephal. consil. 250. numer. 19. libr. 2. vbi alios refert, Ioan. Petr. Surd. consil. 135. num. 100. lib. 1. vbi etiam de magis * communi, * ex Curt. iun. in d. l. 1 nu. 57. si certum petat.*

135 Pro † concordia potes distinguere, quod hęc secunda opinio procedat, quando agitur de maximo præiudicio: tunc enim ad hoc, vt testes de auditu probent in antiquis, debent concurrere fama & adminicula. Et ita, quando de graui præiudicio agitur, loquuntur Aymon. *de antiqu. in loco præcitato, d. nu. 3. & seqq. Bursat. consil. 330. nu. 160. Capic. decis. 191. nu. 4. Cephal. consil 250. nu. 19. lib. 2. Mazzol. consil. 4. nu. 166. & videtur de mente Hect. Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, fol. 282. num. 14. & fol. 289. nu. 40. & fol. 292. nu. 48.* Prima autem † opi- 136
nio procedat, vbi de non sic tam graui præiudicio agitur, & tamen etiam in primo casu, quādo de graui præiudicio agitur, quod saltem tunc plus, quam semiplenam faciant probationem testes de auditu, consuluit Ceph. *in cons. 776. nu. 7. lib. 5. prout illum refert Hect. Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, fol. 290. nu. 42.*

LIMITA I. Propositam † regulam non procedere, 137
quando agitur de probatione alicuius rei, quæ requirit verum actum hominis: tunc enim testes de auditu non faciunt plenam fidem, etiam in antiquis, *Aleditu non faciunt plenam fidem, etiam in antiquis, Alexan. consil. 94. incip. in causa & lite, num. 13. lib. 2 Guido Papa consil. 95. num. 7. Paris. consil. 23. num. 260. lib. 1. Gabriel. titul. de testibus, conclus. 3. nu. 11. versic. septimo limita, Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, fol. 788. num. 33. & fol. 297. nu. 21.*

LIMITA II. Eandem † regulam (& hæc limitatio 138
venit illatiue ex præcedenti limitatione,) quod ex quo dominium & possessio requirunt verum actum hominis, qui actus potest probari per testes de visu, & sic talis probatio non est de sui natura difficilis, iccirco testes de auditu non solum non probant in non antiquis, *vt dixi supra, nu. 31.* verum etiam nec in antiquis, nisi fama aut adminiculis concurrentibus, *Ruin. consil. 34. num. 11. lib. 2. & consil. 92. nu. 13. in fine. lib. 4. prout eum sic refert (sed non sequitur) Menoch. de arbitr. qq. lib. 2. casu 475. nu. 11. Cephal. consil. 250. nu. 10. Mascard. de probat. libr. 1. conclus. 104. nu. 16. 17. & 18 iuncto nu. 21. Hector. Æmil. post Aymon. quem allegat, in tract. de testibus, in materia testis de auditu, folio. 290. nu. 43. in princ. & nu. 47. etiam in princip. & fol. 297. nu. 21.* Et habemus decisionem Rotę *inter diuer. part. 3. coram Ptolomeo, decis. 861. num. 1.* Vbi quod in antiquis possessio probatur per testes de auditu, sed loquitur in possessorio, & concurrente fama.

Contrarium, † quod sola antiquitas inducat difficul- 139
tatem probationis, & propterea, quod in antiquis dominium vt possessio probetur per testes de auditu, verius credidit Menoch. *d. casu 475. nu 11. vers. ego certe, quem refert Hect. Æmil. vbi supra. fol. 274. num 86. in fine, Bursat. consil. 249. num. 34. lib. 3. vbi de magis * communi, quem etiam * refert Hect. Æmil. vbi supra. fol. 260. nu. 43. in fine, & fol. 291. nu. 47. etiam in fine, Curt. & Corn. in locis relatis per Mascard. d. conclus. 104. nu. 18. versic. contrarium & expressum, late comprobat Honded. in consil. 17. nu. 44. & seqq & num. 52. & seqq.* vbi præsertim loquitur in probatione possessionis, & *allegat inter alios Put. decis. 78. lib. 1.*

LIMITA III. Vt † testes de auditu nec etiam pro- 140
bent in antiquis, nisi concurrant illa duodecim requisita, de quibus dixi in probatione consanguinitatis supra, *cap. 2 nu. 105. & seqq. & cap. 1. in sublimitationibus, nu. 75. & seqq.* Sic enim hanc materiam declarat Aymon. *in tract. de antiqu. temp. part. 1. sect. viso de fama, nu. 6. Gabriel. tit. de test conclus. 3. num. 4. & sequ. libr. 1.* vbi explicat aliqua ex dictis requisitis, & propterea nec etiam in antiquis testes de auditu probant, nisi ipsi sint personæ graues, & nisi nominent auctores ad minus duos, & nisi tales auctores sint fide digni, non interessati, & non suspecti, & nisi etiam dicant se ita credere id, quod audiuerunt, *prout*

prout hæc omnia bene probat Hect. Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu. folio 287. nu. 30. & 31. & nu. 45. & 46. vbi etiam, quod si talis probatio in aliquo deficiat, non probat nec in antiquis.

141 LIMITA IV. Quia † adhoc, vt testes de auditu probent in antiquis, necesse est, vt dicant, se sic audiuisse dici ab antiquioribus, vel à maioribus suis, prout est text. *in cap. testes, §. de his etiam, quæ audiuerunt, & ibi gloss. 3. quæst. 9. & in d. cap. licet ex quadam, extra, de testibus,* vbi præsertim in probatione consanguinitatis, *de quo dixi supra, num. 110. & generaliter probarunt Corn. consil. 78. incip. viso processu agitato, sub num. 5. vers. quia nullus testis deponit, quod audiuerit ab antiquioribus, &c. vers. cum igitur textus requirat, libr. 3. & consil. 146. incip. res mihi adeo clara, sub num. 3. versic. inter cætera requiritur, eodem libr. 3. Paulus de Castr. consil. 56. incip. super primo, quæst. num. 4. lib. 1. Cephal. consil 250. num. 24. libr. 2. Hect. Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu. folio 259. numer. 16. & 17.* vbi ex Bald. *in d. cap. licet ex quadam, nu. 5. vers. quæro nunquid illi, qui dicunt, &c.* declarat, quod licet in antiquis testes de auditu debeant dicere, se audiuisse à suis antiquioribus & maioribus, non tamen est necesse, quod dicant, à quibus dicti maiores & antiquiores audiuerunt, quia esset dare processus in infinitum.

142 LIMITA V. Seu potius declara † istam totam materiam, vt antiquum tempus ad hoc, vt in ea admittantur testes de auditu, debeat esse centum annorū, & non
* minus, secundum crebriorem * opinionem, *de qua testatur addit. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 5. nu. 63. Ioan. Bap. Villalob in* * *commun. opin. litera A, nu. 106. vbi de communi, * approbat. opinione, ex Aym in tract. de antiqu. t. mp. in loco per eum relato,* * *Hipp Rim. consil. 363. nu. 3. lib 4. vbi pariter de * communi, & allegant concordantes, Cephal. consil. 250. nu. 18. libr. 2. vbi etiam* * *alias relatis testatur de magis * communi opinione, Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 104. num. 4.* vbi propterea, quod testis isto casu deponens debet excedere annos cētum & decem, *Honded. consil. 17. nu. 56. iuncto nu. 60.* vbi, quod etiam modernis temporibus, in quibus hominum vitæ cursus
* breuis est, hęc opinio videtur magis † communis ad effectum plenæ probationis. Et licet dicti addentes ad consuetudin. Paris. *in loco citato,* dixerint hanc crebrio-
* rem Dd. * opinionem locum habere in casu, in quo requiritur tempus immemorabile, non autem in aliis casibus. Et hanc declarationem licet etiam reprobet Me-
143 noch. *de arbit. qq. lib. 2. casu 3. num. 7.* Et rursus licet contra Menoch. eandem declarationem sustineat Hector Æmil. *in tractat. de testibus, in materia testis de auditu, fol. 278. nu. 1. & fol. 279. nu. 4.* Et demum licet sex aliis relatis opinionibus idem Menoch. dicto casu tertio, *nu. 2.* dixerit, in arbitrio iudicis positum esse, quod in proposito di-
* catur tempus antiquum, & * hanc opinionem relatis concordantibus crebriorem testetur, quam Hector Æmil. vbi supra bene amplectitur, quando non sumus in
144 casu, in quo immemorabile requiritur tempus: † Ego tamen negare non possum, ex Villalob. Hippol. Riminald. Cephalo, Mascardo, Hondedeo in locis præcitatis, & aliis ibidem per eos relatis, ad effectum inducen-
* di plenam probationem magis communem * esse opinionem, quod requiratur tempus centum annorum, adhoc, vt ratione antiquitatis testes de auditu admittantur, & ita fuisse tentum in vna Lucana Cappellaniæ coram Domino Augustino, die 9. Decembris 1552. testatur Caputaquen. *decis. 28. nu. 4. part. 1.*

145 Sed † quicquid sit de iure, Rota seruat, quod tempus antiquum in proposito dicatur tempus 60. annorum, dempto tempore litis, *prout testatur idem Caputaq. decis. 5. nu. 3. part. 3. & optimè deducit Paul. Granut. theorem. 22. nu. 4. & nu. 5.* vbi etiam refert decisionem, factam coram Domino Seraphino, sub die Lunæ, 23. Maii, 1569.

ARGVMENTVM.

Testes de auditu proprio, an & quando probent.

SVMMARIA.

Auditus duplex est, aut proprius, aut alienus, & quando testu dicatur deponere de auditu proprio, vel alieno, nu. 146.

Quando Doctores loquuntur de testibus deponentibus de auditu, simpliciter intelliguntur de auditu alieno, & non de proprio, num. 147.

Testes deponentes de auditu proprio, reputa à parte aliquid promittente vel stipulante, plene probant, num. 148. & 150. licet contra, num. 149.

Testes in iis, quæ percipiuntur gustu, tactu, vel odoratu, non est necesse, quod deponant per sensum visus, vel per sensum auditus, sed sufficit, vt deponant per illum sensum, quo res illa percipitur, num. 151.

Testes de auditu proprio probant, siue deponant affirmatiue, siue etiam negatiue, nu. 152.

Testes de auditu proprio probant confessionem alicuius, non solum in ciuilibus, num 153. sed etiam in criminalibus, nu. 154. Declara, vt nu. 155.

Testes de auditu proprio probant, quando agitur de probatione alicuius rei, quæ non nisi per sensum auditus percipitur, vel in qua sola verborum expressio sufficit, nu. 156.

Secus autem in iis, in quibus non sufficit sola verborum expressio, sed opus est aliquo actu, vel in iis, quæ non auditu, sed visu percipiuntur, nu. 157.

Testis de auditu proprio probat etiam, quod deponat super actu, qui visui conueniat, quando sensus auditus non est omnino improportionabilis tali actui, nu. 158.

Testis de auditu proprio probat ad torturam, nu. 158. ad finem.

Testimonium de proprio auditu valet in iis, quæ sunt perceptibilia visu & auditu simul, nu. 159. Contra, num. 160. Distingue, vt nu. 161.

Testes de auditu proprio probant, quando sunt rogati a partibus, secus si non sint rogati, nu. 162.

Contrarium est verius, quod imo creditur etiam, quod non sint rogati, num. 163.

QVÆSTIO LXIX. CAP. IV.

HACTENVS de † testibus deponentibus de auditu alieno. Videamus modo, quid iuris sit de † 146
testibus deponentibus de auditu proprio. Auditus enim duplex est, aut proprius, aut alienus. Sed quis dicatur auditus proprius, & quis alienus? Vide Baldum *in capit. licet ex quadam, num. 6. versic Nota, quod interdum, extra, de testibus,* dum facit differentiam inter hæc duo, videlicet, *Audio dicere, & audio dici.* Si enim audio contrahentes: tunc *audio eos dicere,* sed si audio alios, tunc *audio de eis dici.* Primo casu audio est esse rei. Secundo casu audio auditum esse, & vocatur secundus auditus, id est, auditus auditus. Hæc ibi Bald. & rursus vide eundem Baldum *in leg. 2. §. item Labeo, nu. 3. ff. de aqua pluu. arcend.* vb. dicit, quod testimonium de auditu duplex est, vnum nempe de auditu significāte actionem, vt si audio stipulantem & promittentem, alterum vero de auditu referente actum, vt quando audio à te, quod mihi dicis te vidisse. Prima hæc testificatio est recta, & vero proxima. Secunda vero est de auditu auditus, per quem non percipitur veritas sensus, sed solum quędam relatio veritatis. Et huc spectat, quod in proposito post Ioan. And. & Felyn. quos allegat, scripsit Menoch. *de arbitr. qq. libr. 2. casu 475. num. 3.* vbi dixit, quod auditus proprius est ille, qui immediate & in propria audientis persona percipitur, vt si quis nō ex auditu, vel relatione alterius, sed præsens audiuit aliquid dici, vel fieri: auditus vero alienus, vel auditus auditus, dicitur auditus mediatus, vt quando quis pro confirmatione dicti sui dicit, se ita ab hoc, vel illo, ab his, vel illis audiuisse, & sic fundat se nō in auditu proprio, sed alieno, quod

& idem voluit Alb.de Malet.*in tract.de testibus, cap.9. sub numero 26. versicul. quandoque testes deponunt*, dum dixit, quod quando testis deponit, se audiuisse ab aliquo, qui dixit, aliquid fuisse dictum vel factum: tunc tale testimonium non dicitur de auditu proprio, sed de auditu auditus.

147 Et in † materia scias, quod quando Dd. loquuntur de testibus deponentibus de auditu simpliciter, intelliguntur de auditu alieno, vel de auditu auditus, non autem de auditu proprio, quia quando testis proprio sensu audit contrahentes, & de hoc suo proprio auditu deponit, tale testimonium nō dicitur testimonium de auditu, sed testimonium proprium: testimonium enim de auditu proprio est, cum aliquis audiuit aliquid dici esse factum, *vt dicit gloss. in cap. hoc videtur, in verbo, iudicauit, 2. 2. quæst. 5. quam sequitur Abb. in cap. quoties, nu. 7. in fine, extra, de testibus.*

His ita præmissis pro terminorum cognitione:

148 REGVLAM in † hoc quarto capite constituo affirmatiuam, quod scilicet testes de auditu proprio plene probant, quando puta deponunt, se aliquid audiuisse à parte promittente, vel stipulante, *gloss. in leg. si arbiter, in gl. ff. magna, ante finem, versic. nam in quibuslibet obligationibus, ff. de probat. Bartol. in leg. 2. §. item Labeo, vers. sed de auditu suo semper valet testimonium, & ibi etiam Cuman. num. 7. & nu. 8. in fine, Paul. de Castr. num 1. vers. nisi de auditu proprio, & nu. 3. vers. & notat glossa. ff. de aqua pluu. arcend. Curt. iun. in l. 1. nu. 57. ad finem, vers. sed quando testificaretur de proprio, ff. si cert. petat. Host. in cap. licet ex quadam, nu. 1. in vers. de auditu, de testibus, Abb. in cap. præterea, nu.... vers. istud autem testimonium de auditu proprio, eodem tit. de testibus, Ioan. Andr. in cap. tam literis, num. 10. in fine, extra, eodem, Speculat in tit. de testibus, §. 1. num. 52. vers. vbi ergo testis auditu proprio percipit veritatem*, vbi exemplificat in teste deponēte super veritatem, vbi exemplificat in teste deponēte super verbis contumeliosis ab aliquo in alium ipso præsente, & audiente illatis, & etiam de teste dicente, se audiuisse tonitruos, *& nu. 56. vers. ego audiui*, vbi de teste deponente, se se audiuisse partis stipulationem & promissionem, & ponit formam, qua iste testis super ea deponere debet, *Campeg. de testibus, reg. 20 6. in 10. fallent. Pract. Corrad. tit. de testibus, rub. de auditu, num 41. in 1. limitat. fol. 133. col. 1. Menoch. de arbit. qu. lib. 2 casu 475. nu. 15. Bursat. consil. 466. num. 1. l. b 4. Hect. Æmil. in tract de testibus, in materia testis de auditu. fol. 243. num. 1. & folio 301. num. 4. in fine, & folio 302. nu. 6. & 7. & fol. 304. num. 14.* vbi hoc comprobat etiam auctoritate sacræ scripturæ, *& fol. 305. num. 22. & 23.* Ex quib° patet hanc regulā communiter à Dd. receptam.

149 Quamuis † in contrarium, quod imo tale testimonium de auditu proprio non plene probet, sed tantummodo faciat adminiculum videatur esse tex. expressus, *in capit. cum dilectus, extra, de succes. ab intestat.* illis verbis: *Quia tamen alij testes dixerunt, se audiuisse ipsum in Abbatia præsentia, quod dictum est, confitentem non tanquam sufficienter probantes, sed tanquam vehementer adminiculantes assertionem Abbatis plurimum adiuuabant.* Quem text. ad id ponderauit Hect. Æmil. *vbi supra, fol. 315. nu. 64.*

150 Sed pro † responsione potes dicere, quod licet illi testes non plene probent assertionem Abbatis, bene tamen probant confessionem factam in præsentia Abbatis, & hoc sufficit, quia dicti testes deponunt non super assertione Abbatis, sed super confessione, de quo latius dicam *infra, nu. 153. & seqq.*

151 AMPLIA I. Hanc regulam, vt † idem sit in testibus deponentibus de eo, quod percipitur non per proprium auditum, sed per alium sensum, puta per gustū, tactum, vel odoratum, tunc enim non est necesse, quod deponant de visu, sed sufficit, quod deponant per illum sensum, per quem talis res percipitur, imo & eo casu dicitur deponere de visu, quia sensus visus, largissime interpretatur pro omni sensu, *fuit (ni fallor) originalis doctrina Iacobi de Arena, in leg. 2. §. idem Labeo, num. 1. & 2. ff. de aqua pluu. arcen. quem ibidem sequuti sunt Alber. num. 8. Cuman. nu. 6. vers. item habetis, Bart. nu. 4. in fine, versic. vnde lex, Cyn. in l. testium, n. 7. post med. vers. non obstat, quod dicitur, iuncto vers. sic vbi per gustum, & ibi etiam Alber. num. 4. ad fin. vers. idem est de aliis sensibus, Salyc. nu. 10. vers. in contrarium facit, C. de testibus, idem Alber. in l. si arbiter, nu. 10. vers. & idem in aliis sensibus corporis, & ibi etiam Bald. col. 2. vers. aut ad probandum aliud sensatum, iuncto vers. dicit autem Speculator, ff. de prob. Henr. Boyc. in c. tam literis, nu. 7. in fine, extr. de testibus, Specul. in tit. de teste, §. 1. nu. 53. vers. quoniam nomine visus.*

AMPLIA II. Vt † testes de auditu proprio probent, 152 siue deponant affirmatiue, siue etiam negatiue, puta dicentes, se fuisse præsentes, & nō audiuisse aliquem clamantem, quia si clamasset, audiuissent, *secundū Bart. post gl. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuq; privat. Ioan. And. in c. bona, extra, de elect. Ang. in auth. de hared. & Falc. §. hinc nobis, Bal. in l. errorib. in fin. C. de error. aduo. quos & alios in proposito refert Deci. qui in terminis hanc firmat ampliationē, in cons. 83. nu. 24. lib. 3.* Et quid si testis non fuit præsens, sed asserat, puta, Titium nō acclamasse, quia si acclamasset, audiuisset, cum illius vocē notam habeat, vide *inf. nu. 162.*

AMPLIA III. (Et † hæc ampliatio venit illatiue ex 153 regula) vt testes de auditu proprio plene probent confessionem alicuius, non solum in ciuil. bus, *vt per Speculat. titul. de teste, §. 1. num. 52 post med. vers. vel audiunt aliquem confiteri, Adden. ad Rotam, decis. 8 alias 117. de restitut. spoliat. in nouis, ad fin. additionis, Bald. in cons. 10. incip. in quæstione, quæ vertitur, nu. 6. lib. 5. Hect. Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, fol. 305. nu. 22. & 23.*

Sed † etiam in criminalibus, puta, quādo deponunt, 154 aliquem audiuisse se publice de peccato gloriantem, ad text. *in c. quam sit graue, de excess. pralat. & notat Host. in c. tam literis, num. 1. in verbo, nisi de auditu, & ibi etiam Ioan. Andr. nu. 2. Anchar. nu. 3. in 2. notab. vers. sienim de auditu illius, qui accusatur, Butr. nu. 8. post princ. vers. sed testimonium, extra, de testibus, Calcan. consil. 109. col. 3. vers. non obstat, & vers. respondeo, vbi de teste, qui dicit, se audiuisse ab eo, qui negotium vel delictum penetrauit, Menoch. consil. 149. nu. 24. lib. 2.* vbi de testibus deponentibus de auditu ab ipso inquisito. Et facit, quod in simili de probatione fornicationis per confessionem fornicantis dixi infra, *nu. 199. & sequ.*

LIMITA hanc † tertiam ampliationem, quia licet 155 testes de auditu proprio probent confessionem etiam in criminalibus, non tamen plene probant delictum confitentis, *vt dixi supra, num. 139. & 140.* Quandoque enim talis cōfessio sufficit ad torturam, & quandoque, *vt dixi infra, in tit. de reo confesso & conuicto in suo loco*, & in ciuilibus, si talis confessio est facta parte præsente, plene probat, parte vero absente semiplene, *vt in terminis aduertit Aym. de antiqu. tempor. part. 1. sect. viso de fama, nu. 8. versic. nec dubitatur, refert Hect. Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu. fol. 260. nu. 21.*

LIMITA I. Et † principaliter huius quarti capitis re- 156 gulam, vt testes de auditu proprio probent, quando agitur de probatione alicuius rei, quæ non nisi per sensum auditus percipitur, vel in qua sola verborum expressio sufficit, vt puta si volo probare, Titium ita dixisse, ita mandasse, & quid simile, tunc enim tales testes de auditu proprio optime probant, *vt per Cyn. in leg. testium, nu. 7. vers. aut volo probare aliquid, in quo sufficit sola verborum expressio, & infra, versic. siue auditus, vt in verbis, &c. & iterum infr. in vers. & secundum hoc debet intelligi, &c iuncto versic. vbi per auditum, & ibi Bart. nu. 6 vers. quod intelligere rerum, Alber. nu. 4. vers. aut aliquid, iuncto vers. aut veritas negotij, Salyc. nu. 10.* vbi etiam de teste deponente, se audiuisse sonum Campanæ, *& nu. 13. vers. quandoq; consistit in auditu tantū, C de testibus, Iacob. de Arena, in l. 2. §. idem Labeo, nu. 1. vers. siue auditus, & ibi etiam Alber. nu. 2. versic. aliquando autem & nu. 6. in princ. iuncto vers. si est factum, in quo sufficit sola verborum expressio. ff. de aqua pluu. arcen. idem Alber. in l. si arbiter, nu. 10. versic. si vero debet percipi per auditum, &c.* vbi ponit exemplum de sono campanæ, *& ibi etiam Bald. col. 1. versic. conclude, quod vbi testes, & col. 2. versic. aut ad probandum verum actum verbi, ff. de probat. Abb. in cap. licet ex quādam, num. 1. versic. vbi autem res esset perceptibilis auditu, extra, de testibus, Henric. Boyc. in cap. præterea, num. 4. eodem tit. de testibus, Imol. in cap. tam literis, num. 8. in princip. & ibi etiam Butr. num. 8. versic. sed testimonium de auditu proprio, & num. 12. versic. dic testimonium de auditu proprio, Abbas post num. 5. versic. dic clarius, Felyn. numer. 2. versic. aut de auditu proprio, Henric. Boyc. num. 1.* vbi exemplificat in verbis, clamoribus, & vocibus, *& nu. 3.* vbi exemplificat in tēpestatibus, tonitruis, pulsatione campanarum, & Missa cantata alta voce, *d. tit. de testibus, Moncada ad Crot. de testibus, parte 9. num. 366. in princ. vers. & intellige, Campeg. de testibus, regul. 206. in 1. fallent. Adden. ad Rotam decis. 8. alias 117. de restitut. spoliat. in nouis, in versic. testimonium autem de auditu, Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, folio 301. num. 5. 6. & 7.* Vbi enim testis deponit de proprio auditu, dicitur deponere de propria scientia, quia quod ab aliis audimus, quandoque etiam scire dicimur, *vt per Alber. in leg. 2. §. idem Labeo, nu. 2. vers. aliquando autem scire dicimur, iuncto nu. 12. & ibi etiam Cuman. post nu. 2. versic. item colligitur, ff. de aqua pluu. arcen. & plene hanc limitationem explicat & exemplificat Felu. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 10. nu. 68. seqq. & faciunt, quæ dixi infra, num. 184.*

157 Secus † autem, quando agitur de probando aliquid, in quo non sufficit sola verborum expressio, sed opus est aliquo actu, & idem in iis, quæ non auditu, sed visu percipiuntur, prout est si volo probare te occidisse, te soluisse, te numerasse, & in aliquo contractu subscripsisse, aut quid simile, tunc enim non sufficit testimonium de auditu, etiam proprio, sed requiritur testimonium de visu, *prout est text. in d. l. testium, C. de testibus, & in l. vnius, §. testes, ff. de quæst. & in auth. de hared. & Falcid. §. si vero absunt, & notat Cyn. in d. l. testium, nu. 7. post princ. vers. dicendum est, & ibi etiam Bart. num. 6. vers. quod intellige verum, Alber. nu. 4. vers. circa quod, iuncto vers. aut habet percipi negotii veritas per visum, Salyc. nu. 13. in princ. C. de testib. Alber. in l. 2. §. idem Labeo, nu. 4. & 5. & n. 6. versic. circa quæ. ff. de aqua pluu. arcend. idem Alber. in l. si arbiter, nu. 9. versic. nam si id, quod agitur, & ibi etiam Bald. col. 2. versic. aut testis introducitur, ff. de probat. Henr. Boyc. in c. præterea, nu. 5. & 6. extra, de testibus,* vbi ponit nouem casus, in quibus est necessaria depositio per visum, ibi omnino videas, *Adden. ad Rotam, decis. 8. alias 117. de restit. spol. in nou. versi. in re vero capessibili visu, Guido Pap. consil. 95. num. 7. Alex. consil. 94. incip. in causa, & lite, nu. 13. lib. 2. Paris. consil. 13. nu. 260. lib. 1. Socin. cons. 98. iustissime iudex, nu. 5. lib. 4. Gabriel. tit. de testibus, lib. 1. conclus. 3. nu. 1. vers. septimo limita, Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu. fol. 269. nu. 48. & fol. 288. nu. 33. & fol. 295. nu. 13. & 14. & fol. 299. nu. 30. & fol. 304. nu. 16. & fol. 305. nu. 18. & 19. & nouissime Fulu. Pacian. in tract. de probat. lib. 1. c. 10. nu. 46. & plurib. seqq.* vbi ponit quatuordecim actus, in quibus oculorum visus necessario requiritur.

158 SVBLIMITA I. Præcedentem † limitationē, quia testis deponens de auditu proprio super actu, qui visui conuenit, adhuc probat, quando sensus auditus non est omnino improportionabilis tali actui, super quo deponit testis, *prout voluit Ant. de But. in cap. 2. col. 2. de consuetud. quem refert Socin. in consil. 54. incip. visis testibus, num. 5. lib. 3.* Et potest poni exemplum, quando testes dicunt ex pariete, vel cortina audiuisse virum, & mulierem committentes, licet eos non viderint: probant enim tales testes saltem concurrentibus adminiculis, *vt per Alex. in consil. 24. nu. 10. versic. nec insuper, lib. 2. Mynsing. in cap. præterea, nu. 10. extra, de testibus, Hector Æmil. in tract de testibus, in materia testis de auditu. fol. 303. nu. 13. in princ.* & de huiusmod. exemplo dixi latius infra, *in vlt. huius qu. cap. nu. 197. & seqq.* & ad comprobationē huius sublimitationis vide Ful. Pacian. *vbi supr. d. cap. 10. nu. 62. ad fin. vers. aut actus est proportionabilis, & nu. 63. versic. exemplum vero secundi casus, & nu. 65. & seqq.* vbi ponit alia exempla, *& nu. 67.* vbi ponit exemplum de tortura, quæ licet sit res, quæ visu percipitur, quia tamen iste torquendi actus proportionatur etiam cum sensu auditus, propter strepitum ex stridore funis, gemitum & clamorem torti, hocideo testis deponens de tortura illata cum ratione, quia audiuit, plene probat, concurrentibus debitis adminiculis, *vt ibi per eum post Bald. Alexandr. & Marsc. quos allegat.*

SVBLIMITA II. Dictam † limitationem, vt non 159 procedat in iis, quæ sunt perceptibilia visu & auditu simul: tunc enim valere videtur testimonium de proprio auditu, etiam quod de visu testis non deponat, *secundum Butr. in cap. tam literis, nu. 8. ad med. vers. sed si dicat, extr. de testibus*, vbi quod si testis dicat, se audiuisse in eo, in quo exigitur visus, adhuc sufficiens est testimonium, quoniam auditus non excludit visum, imo includit, nisi aliud constet, per text. quem allegat *in cap. fin. de succes. ab intest.* Et quod valeat testimonium de auditu, vbi res, vel actus est perceptibilis visu & auditu simul, testisq; deponat de auditu tantum, consuluit in facti specie Socin. *in consil. 54. incip. visis testibus examinatis, nu. 4. & 5. lib. 3* & facit, quod pariter dixit Bald. *in consil. 10. incip. in quæstione, quæ vertitur, num. 6. vers. deponit etiam iste testis de visu, lib. 5. quos in proposito refert Hect. Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, fol. 302. nu. 8.*

Contrarium, † quod quando testis deponit super 160 actu, vel re perceptibili per visum & auditum simul, bene probet, quando dicit se audiuisse & vidisse simul, *vt post Menoch. quem allegat*, voluit idem Hector Æmil. *vbi supra, fol. 306. nu. 26.* Secus autem, quando dicant se audiuisse tantum, videtur sensisse idē But. *in d. cap. tam literis, d. num. 8. versic. sires*, vbi etiam expresse dixit, quod si res est perceptibilis plene vtroq; sensu, visus scilicet, & auditus, & tunc non sufficit solus sensus auditus, si constat, eum non vidisse, quoniam tunc oportet, quod testificetur per vtrumque sensum, *allegat Archidiac. in cap hoc videtur, 22. quæst. 5.* (Putat tamen ibi Butr. quod si testis deponat per sensum visus, probet etiam vbi exigitur auditus, quoniam visus est communis sensus ad omnes alios, & tic Butr. videtur sibi contradicere.) *Addo & pro hac contraria opinione Salyc. in l. testium, num 13. versic. quandoque consistit in vtroque, & tunc de vtroque est testificandum, C. de testibus. Addo & Felyn. in d. cap. tam literis, num. 2. vers. aut res est perceptibilis duplici sensu, & Abb. in cap. cum causam, nu. 8 post med. vers. & vbi res, extra, de testibus, & post Bald. quem allegat, in tract. de testibus, part. 3 nu. 8. vers. sed ego dico pro glossatoribus, voluit etiam idem Hect Æmil. vbi supr. fol. 304. nu. mer. 16. & 17.* Adde demum pro hac contraria opinione Fulu. Pacian. *de prob. tit. libr. 1. cap. 10. num. 74.* vbi, quod quando actus requirit vtrumque sensum, visus scilicet & auditus, tunc nemini dubium est (inquit ipse) quod solus auditus non sufficit.

Quid † dicendum? Vtraque † opinio vera est sano 161 modo intellecta, & resolutio huius dubii colligitur ex traditis per But. *in d. c. tam literis, nu. 8. extra, de testibus*, vbi facit conclusionem, quod in re perceptibili sensu visus & auditus non sufficit, testem dicere se vidisse, & nō audiuisse, item non sufficit, testem dicere se audiuisse & non vidisse, quia vbi duplex exigitur sensus, per vtrumque sensum debet testis deponere, & ideo si testis dicat se vidisse, & constet non audiuisse, vel econtra, nō probat talis testis: & secundum istos terminos est intelligenda secunda opinio; si vero testis dicat, se vidisse Titium, puta talia dicentem, nec dicat, se non audiuisse, & sic non constat, quod non audiuerit, tunc vtiq; probat talis testis, quia, *vt ibi dicit Butr. d. nu. 8. in vers. puta tamen.*

& idem voluit Alb.de Malet.*in tract.de testibus, cap.9. sub numero 26. versicul. quandoque testes deponunt*, dum dixit, quod quando testis deponit, se audiuisse ab aliquo, qui dixit, aliquid fuisse dictum vel factum: tunc tale testimonium non dicitur de auditu proprio, sed de auditu auditus.

147 Et in † materia scias, quod quando Dd. loquuntur de testibus deponentibus de auditu simpliciter, intelliguntur de auditu alieno, vel de auditu auditus, non autem de auditu proprio, quia quando testis proprio sensu audit contrahentes, & de hoc suo proprio auditu deponit, tale testimonium nō dicitur testimonium de auditu, sed testimonium proprium: testimonium enim de auditu proprio est, cum aliquis audiuit aliquid dici esse factum, *vt dicit gloss. in cap. hoc videtur, in verbo, iudicauit, 2.2. quæst.5. quam sequitur Abb. in cap. quoties, nu.7. in fine, extra, de testibus.*

His ita præmissis pro terminorum cognitione:

148 REGVLAM in † hoc quarto capite constituo affirmatiuam, quod scilicet testes de auditu proprio plenę probant, quando puta deponunt, se aliquid audiuisse à parte promittente, vel stipulante, *gloss. in leg. si arbiter, in gl. ff. magna, ante finem, versic. nam in quibuslibet obligationibus, ff. de probat. Bartol. in leg. 2. §. item Labeo, vers. sed de auditu suo semper valet testimonium, & ibi etiam Cuman. num.7. & nu.8. in fine, Paul. de Castr. num 1. vers. nisi de auditu proprio, & nu.3. vers. & notat glossa. ff. de aqua pluu. arcend. Curt. iun. in l.1. nu.57. ad finem, vers. sed quando testificaretur de proprio, ff. si cert. pet. at. Host. in cap. licet ex quadam, nu.1. in vers. de auditu, de testibus, Abb. in cap. præterea, nu.... vers. istud autem testimonium de auditu proprio, eodem tit. de testibus, Ioan. Andr. in cap. tam literis, num.10. in fine, extra, eodem, Speculat in tit. de testibus, §.1. num.52. vers. vbi ergo testis auditu proprio percipit veritatem*, vbi exemplificat in teste deponēte super verbis contumeliosis ab aliquo in alium ipso prælente, & audiente illatis, & etiam de teste dicente, se audiuisse tonitruos, *& nu.56. vers. ego audiui*, vbi de teste deponente, sese audiuisse partis stipulationem & promissionem, & ponit formam, qua iste testis super ea deponere debet, *Campeg. de testibus, reg.206. in 10. fallent. Pract. Corrad. tit. de testibus, rub. de auditu, num 41. in 1. limitat. fol.133. col.1. Menoch. de arbit. qu. lib.2 casu 475. nu.15. Burs. at. consil.466. num.1. lib 4. Hect. Æmil in tract de testibus, in materia testis de auditu. fol.243. num.1. & folio 301. num.4. in fine, & folio 302. nu.6. & 7. & fol.304. num.14.* vbi hoc comprobat etiam auctoritate sacræ scripturæ, *& fol.305. num.22. & 23.* Ex * quib° patet hanc regulā communiter à Dd. receptam.

Quamuis † in contrarium, quod imo tale testimonium de auditu proprio non plene probet, sed tantummodo faciat adminiculum videatur esse tex. expressus,

149 *in capit. cum dilectus, extra, de succeff. ab intestat.* illis verbis: *Quia tamen alij testes dixerunt, se audiuisse ipsum in Abbatia præsentia, quod dictum est, consitentem non tanquam sufficienter probantes, sed tanquam vehementer adminiculantes assertionem Abbatis plurimum adiuuabant.* Quem text. ad id ponderauit Hect. Æmil. *vbi supra. fol.315. nu.64.*

150 Sed pro † responsione potes dicere, quod licet illi testes non plene probent assertionem Abbatis, bene tamen probant confessionem factam in præsentia Abbatis, & hoc sufficit, quia dicti testes deponunt non super assertione Abbatis, sed super confessione, de quo latius dicam *infra, nu.153. & seqq.*

151 AMPLIA I. Hanc regulam, vt † idem sit in testibus deponentibus de eo, quod percipitur non per proprium auditum, sed per alium sensum, puta per gustū, tactum, vel odoratum, tunc enim non est necesse, quod deponant de visu, sed sufficit, quod deponant per illum sensum, per quem talis res percipitur, imo & eo casu dicitur deponere de visu, quia sensus visus, largissime interpretatur pro omni sensu, *fatt (ni fallor) originalis doctrina Iacobi de Arena, in leg. 2. §. idem Labeo, num. 1. & 2. ff. de aqua pluu. arcen. quem ibidem sequuti sunt Alber. num.8. Cuman. nu.6. vers. item habetis, Bart. nu. 4. in fine, versic. vnde lex, Cyn. in l. testium, n.7. post med. vers. non obstat, quod dicitur, iuncto vers. sic vbi per gustum, & ibi etiam Alber. num.4. ad fin. vers. idem est de aliis sensibus, Salyc. nu.10. vers. in contrarium facit, C. de testibus, idem Alber. in l. si arbiter, nu.10. vers. & idem in aliis sensibus corporis, & ibi etiam Bald. col.2. vers. aut ad probandum aliud sensatum, iuncto vers. dicit autem Speculator, ff. de prob. Henr. Boyc. in c. tam literis, nu.7. in fine, extr. de testibus, Specul. in tit. de teste, §.1. nu.53. vers. quoniam nomine visus.*

152 AMPLIA II. Vt † testes de auditu proprio probent, siue deponant affirmatiue, siue etiam negatiue, puta dicentes, se fuisse præsentes, & nō audiuisse aliquem clamantem, quia si clamasset, audiuissent, *secundū Bart. post gl. in l.1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuq; priuat. Ioan. And. in c. bona, extra, de elect. Ang. in auth. de hared. & Falc. §. hinc nobis, Bal. in l. errorib. in fin. C. de error. aduo. quos & alios in proposito refert Deci. qui in terminis hanc firmat ampliationē, in cons. 83. nu.24. lib.3.* Et quid si testis non fuit præsens, sed asserat, puta, Titium nō acclamasse, quia si acclamasset, audiuisset, cum illius vocē notam habeat, vide *inf. nu.162.*

153 AMPLIA III. (Et † hæc ampliatio venit illatiue ex regula) vt testes de auditu proprio plene probent confessionem alicuius, non solum in ciuil. bus, *vt per Speculat. titul. de teste, §.1. num.52 post med. vers. vel audiuit aliquem confiteri, Adden. ad Rotam, decis. 8 alias 117. de restitut. spoliat. in nouis, ad fin. additionis, Bald. in cons. 10. incip. in quæstione, quæ vertitur, nu.6. lib.5. Hect. Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, fol.305. nu.22. & 23.*

154 Sed † etiam in criminalibus, puta, quādo deponunt, aliquem audiuisse se publice de peccato gloriantem, ad *text. in c. quam sit graue, de excess. pralat. & notat Host. in c. tam literis, num.1. in verbo, nisi de auditu, & ibi etiam Ioan. Andr. nu.2. Anchar. nu.3. in 2. notab. vers. sienim de auditu illius, qui accusatur, Butr. nu.8. post princ. vers. sed testimonium, extra, de testibus, Calcan. consil.109. col.3. vers. non obstat, & vers. respondeo, vbi de teste, qui dicit, se audiuisse ab eo, qui negotium vel delictum penetrauit, Menoch. consil.149. nu.24. lib.2.* vbi de testibus deponentibus de auditu ab ipso inquisito. Et facit, quod in simili de probatione fornicationis per confessionem fornicantis dixi infra, *nu.199. & sequ.*

155 LIMITA hanc † tertiam ampliationem, quia licet testes de auditu proprio probent confessionem etiam in criminalibus, non tamen plene probant delictum confitentis, *vt dixi supra, num.139 & 140.* Quandoque enim talis cōfessio sufficit ad torturam, & quandoque, *vt dixi infra, in tit. de reo confesso & conuicto in suo loco*, & in ciuilibus, si talis confessio est facta parte præsente, plene probat, parte vero absente semiplene, *vt in terminis aduertit Aym. de antiqu. tempor. part. 1. sect. viso de fama, nu.8. versic. nec dicatur, refert Hect. Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu. fol.260. nu.21.*

156 LIMITA I. Et † principaliter huius quarti capitis regulam, vt testes de auditu proprio probent, quando agitur de probatione alicuius rei, quæ non nisi per sensum auditus percipitur, vel in qua sola verborum expressio sufficit, vt puta si volo probare, Titium ita dixisse, ita mandasse, & quid simile, tunc enim tales testes de auditu proprio optime probant, *vt per Cyn. in leg. testium, nu.7. vers. aut volo probare aliquid, in quo sufficit sola verborum expressio, & infra, versic. siue auditus, vt in verbis, &c. & iterum infr. in vers. & secundum hoc debet intelligi, &c iuncto versic. vbi per auditum, & ibi Bart. nu.6 vers. quod intellige rerum, Alber. nu.4. vers. aut aliquid, iuncto vers. aut veritas negotij, Salyc. nu.10.* vbi etiam de teste deponente, se audiuisse sonum Campanæ, *& nu.13. vers. quandoq; consistit in auditu tantū, C. de testibus, Iacob. de Arena, in l.2. §. idem Labeo, nu.1. vers. siue auditus, & ibi etiam Alber. nu.2. versic. aliquando autem & nu.6. in princ. iuncto vers. si est factum, in quo sufficit sola verborum expressio, ff. de aqua pluu. arcen idem Alber. in l. si arbiter, nu.10. versic. si vero debet percipi per auditum, &c.* vbi ponit exemplum de sono campanæ, *& ibi etiam Bald. col.1. versic. conclude, quod vbi testes, & col.2. versic. aut ad probandum verum actum verbi, ff. de probat. Abb. in cap. licet ex quadam, num.1. versic. vbi autem res esset perceptibilis auditu, extra, de testibus, Henric. Boyc. in cap. præterea, num. 4. eodem tit. de testibus, Imol. in cap. tam literis, num.8. in princip. & ibi etiam Butr. num.8. versic. sed testimonium de auditu proprio, & num.12. versic. dic testimonium de auditu proprio, Abbas post num.5. versic. dic clarius, Felyn. numer.2. versic. aut de auditu proprio, Henric. Boyc. num.1.* vbi exemplificat in verbis, clamoribus, & vocibus, *& nu.3.* vbi exemplificat in tēpestatibus, tonitruis, pulsatione campanarum, & Missa cantata alta voce, *d. tit. de testibus, Moncada ad Crot. de testibus, parte 9. num.366. in princ. vers. & intellige, Campeg. de testibus, regul.206. in 1. Salent. Adden. ad Rotam decis.8. alias 117. de restitut. spoliat. in nouis, in versic. testimonium autem de auditu, Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, folio 301. num.5.6. & 7.* Vbi enim testis deponit de proprio auditu, dicitur deponere de propria scientia, quia quod ab aliis audimus, quandoque etiam scire dicimur, *vt per Alber. in leg.2. §. idem Labeo, nu.2. vers. aliquando autem scire dicimur, iuncto nu.12. & ibi etiam Cuman. post nu.2. versic. item colligitur, ff. de aqua pluu. arcen. & plene hanc limitationem explicat & exemplificat Fulu. Pacian. de probat. lib.1. cap.10. nu.68. seqq. & faciunt, quæ dixi infra, num.184.*

157 Secus † autem, quando agitur de probando aliquid, in quo non sufficit sola verborum expressio, sed opus est aliquo actu, & idem in iis, quæ non auditu, sed visu percipiuntur, prout est si volo probare te occidisse, te soluisse, te numerasse, & in aliquo contractu subscripsisse, aut quid simile, tunc enim non sufficit testimonium de auditu, etiam proprio, sed requiritur testimonium de visu, *prout est text. in d.l. testium, C. de testibus, & in l. vnius, §. testes, ff. de quæst. & in auth. de hared. & Falcid. §. si vero absunt, & notat Cyn. in d.l. testium, nu.7. post princ. vers. dicendum est, & ibi etiam Bart. num.6. vers. quod intellige verum, Alber. nu.4. vers. circa quod, iuncto vers. aut habet percipi negotii veritas per visum, Salyc. nu.13. in princ. C. de testib. Alber. in l.2. §. idem Labeo, nu.4. & 5. & n.6. versic. circa quæ. ff. de aqua pluu. arcend. idem Alber. in l. si arbiter, nu.9. versic. nam si id, quod agitur, & ibi etiam Bald. col.2. versic. aut testis introducitur, ff. de probat. Henr. Boyc. in c. præterea, nu.5. & 6. extra, de testibus,* vbi ponit nouem casus, in quibus est necessaria depositio per visum, ibi omnino videas, *Adden. ad Rotam, decis. 8. alias 117. de restit. spol. in nou. vers. in re vero capessibili visu, Guido Pap. consil.95. num.7. Alex. consil.94. incip. in causa, & lite, nu.13. lib.2. Paris. consil.13. nu.260. lib.1. Socin. cons.98. sufficiat inde iudex, nu.5. lib.4. Gabriel. tit. de testibus, lib.2. conclus.3. nu.1. vers. septimo limita, Hector Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu. fol.269. nu.48. & fol.288. nu.33. & fol.295. nu.13. & 14. & fol.299. nu.30. & fol.304. nu.16. & fol.305. nu.18. & 19. & nouissime Fulu. Pacian. in tract. de probat. libr.1. c.10. nu.46. & plurib. seqq.* vbi ponit quatuordecim actus, in quibus oculorum visus necessario requiritur.

158 SVBLIMITA I. Præcedentem † limitationē, quia testis deponens de auditu proprio super actu, qui visui conuenit, adhuc probat, quando sensus auditus non est omnino improportionabilis tali actui, super quo deponit testis, *prout voluit Ant. de But. in cap.2. col.2. de consuetud. quem refert Socin. in consil.54. incip. visis testibus, num.5. lib.3.* Et potest poni exemplum, quando testes dicunt ex pariete, vel cortina audiuisse virum, & mulierem committentes, licet eos non viderint: probant enim tales testes saltem concurrentibus adminiculis, *vt per Alex. in consil.24. nu.10. versic. nec insuper, lib.2. Mynsing. in cap. præterea, nu.10. extra, de testibus, Hector Æmil. in tract de testibus, in materia testis de auditu. fol.303. nu.13. in princ.* & de huiusmod. exemplo dixi latius infra, *in vlt. huius qu. cap.*

nu.197. & seqq. & ad comprobationē huius sublimitationis vide Ful. Pacian. *vbi supr. d. cap.10. nu.62. ad fin. vers. aut actus est proportionabilis, & nu.63. versic. exemplum vero secundi casus, & nu.65. & seqq.* vbi ponit alia exempla, *& nu.67.* vbi ponit exemplum de tortura, quæ licet sit res, quæ visu percipitur, quia tamen iste torquendi actus proportionatur etiam cum sensu auditus, propter strepitum ex stridore funis, gemitum & clamorem torti, hoc ideo testis deponens de tortura illata cum ratione, quia audiuit, plene probat, concurrentibus debitis adminiculis, *vt ibi per eum post Bald. Alexandr. & Marsil. quos allegat.*

SVBLIMITA II. Dictam † limitationem, vt non procedat in iis, quæ sunt perceptibilia visu & auditu simul: tunc enim valere videtur testimonium de proprio auditu, etiam quod de visu testis non deponat, *secundum Butr. in cap. tam literis, nu.8. ad med. vers. sed si dicat, extr. de testibus*, vbi quod si testis dicat, se audiuisse in eo, in quo exigitur visus, adhuc sufficiens est testimonium, quoniam auditus non excludit visum, imo includit, nisi aliud constet, per text. quem allegat *in cap. fin. de succeff. ab intest.* Et quod valeat testimonium de auditu, vbi res, vel actus est perceptibilis visu & auditu simul, testisq; deponat de auditu tantum, consuluit in facti specie Socin. *in consil.54. incip. visis testibus examinatis, nu.4. & 5. libr.3* & facit, quod pariter dixit Bald. *in consil.10. incip. in quæstione, quæ vertitur, num.6. vers. deponit etiam iste testis de visu, lib.5. quos in proposito refert Hect. Æmil. in tract. de testibus, in materia testis de auditu, fol.302. nu.8.*

Contrarium, † quod quando testis deponit super actu, vel re perceptibili per visum & auditum simul, bene probet, quando dicit se audiuisse & vidisse simul, *vt post Menoch. quem allegat*, voluit idem Hector Æmil. *vbi supra, fol.306. nu.26.* Secus autem, quando dicant se audiuisse tantum, videtur sensisse idē But. *in d. cap. tam literis, d. num.8. versic. si res*, vbi etiam expresse dixit, quod si res est perceptibilis plene vtroq; sensu, visus scilicet, & auditus, & tunc non sufficit solus sensus auditus, si constat, eum non vidisse, quoniam tunc oportet, quod testificetur per vtrumque sensum, *allegat Archidiac. in cap. hoc videtur, 22. quæst.5.* (Putat tamen ibi Butr. quod si testis deponat per sensum visus, probet etiam vbi exigitur auditus, quoniam visus est communis sensus ad omnes alios, & sic Butr. videtur sibi contradicere.) *Addo & pro hac contraria opinione Salyc. in l. testium, num 13. versic. quandoque consistit in vtroque, & tunc de vtroque est testificandum, C. de testibus. Addo & Felyn in d. cap. tam literis, num. 2. vers. aut res est perceptibilis duplici sensu, & Abb. in cap. cum causam, nu.8 post med. vers. & vbi res, extra, de testibus, & post Bald. quem allegat, in tract. de testibus, part.3 nu.8. vers. sed ego dico pro glossatoribus, voluit etiam idem Hect. Æmil. vbi supr. fol.304. numer.16. & 17.* Adde demum pro hac contraria opinione Fulu. Pacian. *de probat. libr.1. cap.10. num.74.* vbi, quod quando actus requirit vtrumque sensum, visus scilicet & auditus, tunc nemini dubium est (inquit ipse) quod solus auditus non sufficit.

Quid † dicendum? Vtraque † opinio vera est sano modo intellecta, & resolutio huius dubii colligitur ex traditis per But. *in d. c. tam literis, nu.8. extra, de testibus*, vbi facit conclusionem, quod in re perceptibili sensu visus & auditus non sufficit, testem dicere se vidisse, & nō audiuisse, item non sufficit, testem dicere se audiuisse & non vidisse, quia vbi duplex exigitur sensus, per vtrumque sensum debet testis deponere, & ideo si testis dicat se vidisse, & constet non audiuisse, vel e contra, nō probat talis testis: & secundum istos terminos est intelligenda secunda opinio; si vero testis dicat, se vidisse Titium, puta talia dicentem, nec dicat, se non audiuisse, & sic non constat, quod non audiuerit, tunc vtiq; probat talis testis, quia, *vt ibi dicit Butr. d. nu.8. in vers. puta tamen*,

per sensum visus non excluditur sensus auditus. *Et hanc opinionem tenendam*, quicquid in contrarium dixerint Bald. & Salycet. *in loci per eum relatis*, dixit Fulu. Pacian. *vbi supr. d.c.10.nu.79.& sequ.* Et econtra, si testis dixerit se audiuisse, puta Titium talia dicentem, nec dicat, se non vidisse, & sic non constat, quod non viderit, tunc pariter & iste testis probabit, quia, *vt ibidem dixit Butr. in ver. sed si dicat*, per sensum auditus non excluditur visus, imo includitur, nisi aliud constet. Et secundum istos terminos est intelligēda prima opinio in sublimitatione posita, & sic vides, in dictis Butrii nullam esse contradictionem. Quæ omnia benè nota, quia non sic alibi bene explicata reperies. Et vide, quæ in proposito dixi infra *in qu.70.nu.135.seqq. in 4. conclusione, per totam.*

162 LIMITA II. Huius † capitis propositam regulam, vt testes de auditu proprio probent, quando sunt rogati à partibus. Sic enim loquitur Specul. *in tit. de teste, §.1. num.54.vers. primus in contractu, & Felyn. in capit. tam literis, num.3. in fine, extra, de testibus.* Secus autem, si tales testes non sint rogati à partibus *sic in specie limitat Curt. iunior in*
163 *leg.1.num.58.ff. si certum pet. per text. in cap. testes, §. de his, ter-tia quæst. nona.* Sed certe hæc limitatio est † contra mentem omnium Dd. allegatorum, *supr. num.138. in regula*, qui simpliciter & indistinctè loquuntur, siue testes sint rogati à partibus, siue non.

ARGVMENTVM.

Testes de auditu, an & quando probent, si loquentis vocem se bene notam habere asserant.

SVMMARIA.

Testes de auditu proprio ab iis, quorum personam cognoscunt ad vocem, probant regulariter, nu.164.

Et hoc procedit tam in ciuilibus quam in criminalibus, nu.165. & 166. contra, nu.167. distingue, vt nu.168.

Testes deponens, Seium vulnerasse Sempronium exsistentem in proximo cubili, quia sic eos cognouit ad vocem, probat, nu.165. contra, nu.166 & seq. Resolue, vt nu.168.

Testes deponentes audiuisse mulierem in lecto acclamantem, dum fuit percussa, non probant, num.166. & sequ. declara, vt num 168.

Testis dicens se cognouisse ad vocem aliquem loquentem, vel clamantem in magno rumore & tumultu rixantium, non probat, num.167. Declara, vt nu.168.

Testis depon. se cognouisse hominem ad vocem, non probat, nisi taliter vocem notam habeat, vt ea decipi non possit, numer.169.

Testem habere notam vocem loquentis, præsumitur ex domesticitate & vicinitate, nu.170.

Testis non probat dicens se cognouisse aliquem ad vocem ex loco, ex quo à communiter accidentibus illam audire, & cognoscere non poterat, nu.171.

Testis super alicuius clamore deponens non sufficit, si dicat se habere notam vocem clamantis, sed necesse est, vt etiam dicat se habere notum illius clamorem, nu.172.

Testes non videntes testatorem non sunt idonei in testamentis, etiam quod illius vocem notam habeant, nu.173.

Testis ad hoc vt probet, debet habere notam vocem loquentis de recenti, non autem sufficit, quod eam notam habuerit de præterito puta in adolescentia, nu.174.

Iudicis arbitrio relinquitur an testis habeat notam vocem delinquentis, num.172. in fine.

QVÆSTIO LXIX. CAP. V.

164 REGVLA sit, quòd † testes de auditu proprio ab iis, quorum personam cognoscūt ad vocem, probant, Cuman. *in l.2.§. idem Labeo, nu.8.* (vbi tamen, quod hoc est periculosum, cum sæpe hominum voces mutentur) *& ibi etiam Roman. num.8. post medium, vers.c. & hoc maxime procedat, ff. de aqua pluu. arcend. Henric. Boyc. in cap. tam literis, nu.4. extra, de testibus, Capoll. caut 230. num.2. Mathesil. sing.124 in princip. Anton. Trigon. sing.98. incip. audi notabilem, num.4 adden. ad Rotam, decis.8. alias 117. vers. testimonium autem, de restit. Spoliat. in nou. pract. Corradi, titul. de testibus, rubric. de auditu, num.1. vers. hocque adeo procedit, folio 133. col.1. Alexand. consil.24. col.2. nu.10. libr.2. & consil.99. incip. in casu predicto tria, &c. num.5. libr.3. & ibi in addit. Corn. consil.166. incip. minime dubium est, column.2. ibi, & hoc communiter tenetur, lib.3. Alciat. respon.5. num.19. & num.27. libr.1. secundum impressionem Venetam, vbi * de * communi, prout etiam de communi aliis relatis concordantibus testatur Hector Æmil. in tractat. de testibus, in materia testis de auditu. folio mihi 307. num.31. & sequent. & folio 308. nu. 34. & sequ. & folio 310. num.40. Fulu. Pacian. qui alios plures refert concordantes in suo tractat. de probat. lib.1. cap.10. num.7. & seqq. & num.32. & seqq.* Et faciunt pro hac regula Doctor. infra allegati, *in 6. cap. num.175.* vbi de testibus de auditu proprio, ex interiecto pariete, vel cortina, & dixi etiam *in 2. libr. quæst.62. num.45.* vbi de testibus deponentibus, se aliquem de nocte non vidisse, sed bene ad vocem cognouisse. Ex quibus omnibus simul iunctis apparet, regulam hanc magis communiter à Dd. receptam esse, licet contraria voluisse videantur Dd. allegati, *infra, num.176. & per Fulu. Pacian. de probat. lib.1. dist. cap.10. num.1. & seqq.*

AMPLIA hanc regulam, † vt non solum procedat 165
in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, & propterea si testis deponat, Seium vulnerasse vel occidisse Sempronium, exsistentem in proximo cubili, affirmans, se audiuisse eorum voces, quas notas habebat, & sensisse ictus illatos, vtique tale testimonium probat, *secundum Alexan. in consil.24. incip. animaduersis his, nu.10. libr.2. quem sequutus est in specie Socin. sen. consil.54. incip. visis testibus examinatis, nu.5. lib 3. Menoch. de arbitr. qu. lib.2. casu 475. nu.19. Hector Æmil. in tractat. de testibus, in materia testis de auditu, folio 306. num.27.*

Contrarium suaderi † videtur ex allegatis, infra *nu.* 166
189. vbi dixi, quod testes de auditu ex cortina vel pariete non probant in criminalibus, etiam quod loquentium voces notas habeant. Item contra consuluit Bertaz. *in consil.228. num.13. lib.1.* vbi probauit, non probari mulieris percussionem per testes deponentes, audiuisse mulierem in lecto acclamantem, allegat Paris. *in consil.54. nu.23. lib.4. & Rolan. in consil.27. num.10. lib.3* Et pro hac contraria opinione adde Fulu. Pacian. *in tract. de probat. cap.10. nu.12. vbi alios plures refert concordantes, & nu.66. vbi expresse reprobat Alex. Socin. & Menoch in locis supra relatis.* Eorumq; opinionem dici posse saluari ad eum defendendum, secus autem ad condemnandum, *prout & idem dixit d.c.10. nu.13.*

Et † hæc contraria opinio multo magis procederet, 167
quando testis diceret, se cognouisse ad vocem aliquem loquentem vel clamātem in magno rumore, & tumultu rixātium, tunc enim iste testis eo minus probat, quia isto casu & maxime de loco separato difficile est cognoscere voces clamantium, *secundum Aym. in consil.2. num.4. vers. quarto arguitur, refert & sequitur Hect. Æmil. in tractat. de testibus, in materia testis de auditu, folio 307. nu.18.*

Verum † pro resolutione huius contrarietatis vide 168
quæ dixi *in 2. lib. qu.62. nu.16 & seqq.* Vbi relatis hinc inde contrariis secundum veriorem & magis * commu- *
nem opinionem probaui, quod in criminalibus testes deponentes hominem cognouisse ad vocem, licet probent, non sunt tamē omni exceptione maiores, & propterea vnus solus non faciet indicium ad torturā, proùt nec duo sufficient ad condemnandum, nisi alia concurrant. Et vide etiam quæ dixi infra, *nu.189 & seqq.*

LIMITA I. Prædictam † regulam, vt tunc demum 169
procedat, dummodo testis taliter bene notam vocē loquentis habeat, vt ea decipi non possit, secus si illam non sic bene, sed puta mediocriter notam habeat, tunc enim is testis non probat, *secundum Angel. in l. si non speciali, C. de testam. quem refert & sequitur Aret. in c. cum causam, num.41. de testib. Capoll. caut.230. n.3. in fin. vers. & intelige prefata, Ripa respons.28. super ff. veter. incip. placet, numer.2.*
* *vbi, quod ita dicunt omnes * scribentes, Nat. consil.21. nu.5. lib.1. Viui. in suis commun. opin.990. n.2. Burs. consil.316. n.21. lib.3.*
170 Et † in proposito vide Socin. *in consil.54. incip. visis testibus examinatis, sub numer.4. vers. vnde ex testis assertione, lib.3.* vbi dixit, quod ex domesticitate & vicinitate præsumitur, testem habere notam vocem loquentis, *refert & sequitur Hector Æmil. in tractat. de testib. in materia testis de auditu, folio 310. n.39.* Addo nouissime Fulu. Pacian. *in tract. de probat. lib.1. c.10. n.41. & seqq.* vbi facit conclusionem, quod iudicis arbitrio remissum est, an testis habeat notam loquentis vocem: deinde dicit, quod ex affinitate, consanguinitate, amicitia, & vicinitate præsumitur testem habere notam vocem loquentis. Et hæc omnia pluribus Dd. auctoritatibus bene comprobat. Vide, quæ in simili de teste cœco dixi *supr. lib.2. q.61. num.26. & infr. hac ead. quæst. n.196.*

171 LIMITA II Quando † testis diceret, se audiuisse ex aliquo loco, ex quo à communiter accidentibus audire non poterat, quia tunc nec etiam talis testis probat, *secundum Hercul. in tract. de negat. nu.194. & seq. refert & sequitur Hector Æmil. in tract. de testib. in materia testis de auditu, fol.307. n.30.*

172 LIMITA III. Quando † testis diceret audiuisse aliquem acclamantem, vel non acclamantem, quia tunc non sufficit rationem reddere, eo, quia illius vocem notam habeat, sed oportet vt dicat, quod etiam illius clamorem notum habet, quia diuersa est vox à clamore, & potest stare, quod quis habeat notam vocem alicuius, non tamen habeat notum clamorem, *vt bene consuluit Aym. in cons.2. num.4. in prin. quem refert & sequitur Hector Æmil. in tract. de testib. in materia testis de auditu, fol.* 307. *n.4.* vide, quæ dixi *supr. n.142.*

173 LIMITA IV. In † testamentis & vltimis voluntatibus, in quibus testes debent videre testatorem, nec sufficit, quod in eorum depositionibus dicant, quod testatoris vocem notam habeant, *ad text. in l. si non speciali,* ibi, *& testes non in conspectu testatoris testimoniorum officio functi sunt, vbi & omnes * hoc notant, C. de testamen. Cuman. in l.2.* *
§. idem Labeo, num.8. vers. sed in testamentis secus est, ff. de aqua pluu. arcen. Alex. consil.24. n.10. lib.2. & alios de communi testantes refert Hector Æmil. in tract. de testib. in materia testis de auditu, fol.314. numer.55. & seqq. & latius dicam *infr. in seq. cap. nu.185.* vbi de testibus deponentibus se audiuisse ex interiecto pariete, vel cortina.

174 LIMITA V. Quia † ad hoc, vt iste testis probet, debet habere notam vocem loquentis de recenti, non autem sufficit, quod de præterito, puta in adolescentia, quia talis vox in virili ætate mutatur, *prout animaduertit Aret. in c. cum causam, n.49. extra. de testib.*

ARGVMENTVM.

Testes de auditu ex interiecto pariete vel cortina, an & quando probent, &c.

SVMMARIA.

Testes, qui dicunt, ex interiecto pariete vel cortina audiuisse illum, cuius vocem notam habeant, aliquid dixisse, promisisse, stipulatum esse, aut aliquem alium actum inter viuos fecisse, regulariter probant, n.175. Quamuis alij contra, n.176.

Ampliat etiam in causa matrimonij, n.177. contra, nu.178. distingue, vt n.179.

Ampliat etiam sine adminiculis, num.181. licet alij contra, numer.180.

Ampliat. etiam quod tales testes ex proposito à parte fuerunt positi retro cortinam vel parietem ad hoc, vt postea, quicquid au-

dirent, possent testificari: hac enim cautela est approbata in ciuilibus, ibid. n.182. secus in criminalibus, n 183.

Amplia 4. vt multo magis tales testes probent ea, quæ sola auditu percipiuntur, vtputa sonum campanæ, rumorem, clamorem, & similia, n.184.

Limita 1. in probatione testamenti, vel alterius vltimæ voluntatis, n.185. & 186. & seq. vbi, quid in codicillis & donationibus causa mortis.

Sublimita hanc primam limitationem, dummodo testis nullatenus viderit testatorem: secus si viderit, sed cum difficultate, puta per rimulam, d.n.185. post med. Quid autem tempore pestis, d.n.185. vers. amplia 1. & quid in testamento ad pias causas, d.n.185. ante vers. amplia primo.

Limita 2. quando testes ex pariete vel cortina dicerent, se aliquid audiuisse ab infirmo, quia tunc non probant, n.188.

Limita 3. in criminalibus, nu.189. contra, num.191. distingue, vt n.193. & an isto casu vnus testis faciat indicium ad torturam, n.190. & quid in crimine læsa maiestatis, n.192.

Limita 4. vt huiusmodi testes probent, dummodo in eo loco cum loquente, à quo se audiuisse affirmant, non aderat alia persona, nec adesse potuisset, quin testes sciuissent, aliter secus, numero 194.

Limita 5. vt pariter isti testes probent, dummodo, antequam ponerent se retro cortinam vel parietem, viderent eo loco illum, cuius vocem se notam habere affirmant, aliter secus, n.195.

Limita 6. vt demum iidem testes probent, si ita iudici visum fuerit ex facti & personarum qualitate, aliter secus, n.196.

QVÆSTIO LXIX. CAP. VI.

REGVLA † sit in hoc VI. capite affirmatiua, quod 175
scilicet probent testes, qui dicunt, ex interiecto pariete vel cortina audiuisse illum, cuius vocem notam habent, aliquid dixisse, promisisse, stipulatum esse, aut aliquem alium actum inter viuos fecisse, *secundum gloss. in l.2. §. idem Labeo, in verbo, audiuerint, & ibi etiam Bartol. num.4. versicul. sed videtur in eo, Imol. num.7. in princip. iuncto versicul. in contractibus autem, & num.8.* vbi, quod hæc opinio propter glossæ & Dd. auctoritatem forte seruaretur in practica, licet alij contradixerint, *Paul. de Castr. numer.3. in fin. versicul. licet in contract bus possit procedere, Roman. num.8. in princip. & versicul. sed quoad contrahentes,* vbi, quod glossa prædicta ad hoc communiter * allegatur, *
(licet eius opinio sibi dubia videatur, *vt mox eum referam,*) *Alber. num.3. in princip. & num.6. in fin. versic. sed dic, & num.8. in princip. vbi respondent contrarijs, ff. de aq. pluu. arcen. Bal. in l. si arbiter, col.1. vers. & propterea etiam, ff. de probat. Angel. in l. si non speciali, num.3. & ibi etiam Ias. num.49. C. de testam. Imol. in cap. præterea, num.6. vers. facit, quod notat glossa, & num.7. vers. & prædicta, & ibi etiam Abb. nu.6. Felyn. nu.4. vers. extra istos casus, vbi, quod ita communiter * tenetur, Hen-* ric. Boyc. n.4. extra, de testib. Imol. in cap. tam literis, num.8. vers. & per prædicta, eodem tit. Aret. in cap. cum causam num.40. & ibi etiam Felyn. num.9. d. tit. de testib. Bald. in tract. de testib. num.8. vbi refert, & reprobat contraria, Capoll. caut.230 nu.1. & omnibus seqq. vbi relatis contrarijs in hac resident opinione, Campeg. de testib. num.306. in 1. fallent. in fin. Gigas de crim. læsæ maiest. lib.2. rubr. quomod. & per quos crim. læsæ maiest. probet. 960. num.1. iuncto num 3. vbi, quod ita communiter * tenetur, * Menoch. de arbitr. quæst. lib.2. casu 475. num.16. & num.22. Viui in commun. opin. opin.990. num.1. vbi testatur de communi * & indubitata opinione, & de communi etiam testatur He-* ctor Æmil. in tractat. de testibus, rubr. testis actum probans, folio 37. n.2. & in materia testis de auditu, fol.308. nu 33. versicul. primus est, & fol.309. nu.36. & fol.312. nu.50. in fin. & fol.313. num 52. & 53. & fol.316. numer.68. in princip. Fulu. Pacian. in tract. de probat. lib.1. cap.10. num.7. & sequentib. & numer.32. & seq. vbi alios plures refert concordantes, & respondet contrarijs.* Ex quibus, iunctis aliis, quos *supra* retuli, *numer.164.* hanc regulam magis communiter * receptam esse, di- *
cere possumus.

176 Quamuis † contrarium faciant deducta per eundem Alber. *in d. §. idem Labeo, numer. 2. in fin. vers. & in contractibus, & num. 6. in fin. vers. sed ad secundum, & ibidem per Imol. num. 8. & per Roman. num. 8. vers. sed quoad contrahentes, vbi dixit, glossæ contrariam opinionem sibi dubiam videri, & per Angel. in d. l. si non speciali, sub num. 3.* vbi, quod isto casu non datur testi plena fides, *& Angelum refert Aretin. in d. cap. cum causam, numer. 41. 46. & 47.* vbi bene comprobat, & respondet contrariis, & hanc contrariam opinionem verissimam dicit, *extra, de testibus, & per Capoll. caut. 230. num. 2. vers. sed in contrarium.* Et cum Angel. quod tales testes non plene probent, sed quod requiratur aliud adminiculum, sentit Menoch *d. casu 475. n. 22. vers. ego pariter. (de quo vltimo dicam infr. n. 180. & seq.) & hanc contrariam opinionem sequuti etiam sunt alij plures relati per Fulu. Pacian. in tract. de probat. lib. 1. cap 10. n. 1. & seq. iuncto n. 24. vers. quartus articulus.*

177 AMPLIA I. Et † illatiue ex regula, vt tales testes probent matrimonium, si ex pariete vel cortina dicant audiuisse verba apta ad illud contrahendum, habeantque contrahentium notas voces, *secundum Specul. in tit. de teste, §. 1. num. 53. vers. quid ergo si viro & muliere, Ias. in l. si non speciali, num. 9. vers. hinc dicit, C. de testam. Crot in tract. de testib. part. 7. num. 347. Alexand. consil. 99. incip. in causa matrimoniali, Alciat. respons. 5. num. 27. lib. 1. Ant. Trigon. sing. 98. numer. 2. vers. hinc notanter dixit, Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 475. numer. 20. Viui. in suis commun. opin. 990. numer. 1. vbi etiam, quod ita iudicauit Rota coram D. Oradino, dic 15. Nouembr. 1566. vt in eius decis. 13. Hector Æmil. in tract. de testib. in rubr. testis actum probans, fol. 37. numer. 3. & in materia testis de auditu, fol. 311. num. 45. & fol. 317. n. 70.* Ex quibus apparet, hanc ampliationem esse communiter receptam.

178 Quamuis † Cæpoll. *in caut. 230. num. 3. versic. in matrimonio*, dixerit, huiusmodi testes nec etiam in causa matrimonij plenam fidem facere, nisi alia concurrant adminicula.

179 Verum † pro concordia potes dicere, hanc contrariam opinionem procedere, quando agitur de dissolutione matrimonij, primam autem, quando de contrahendo matrimonium. Primo enim casu hos testes non sufficere, nisi alia concurrant, scripserunt Ias. *in d. l. si non speciali, n. 9. in fin. vers. limita tamen, & ibi etiam Alex. num. 7. vers. fallit conclusio prædicta, C. de testam. Gigas de crim. læsæ maiest. probet. lib. 2. tit. quemadmod. & per quos crimen læsæ maiest. probet. q. 20. num. 4. Alciat. respon. 5. num. 27. lib. 1. secundum impressionem Venetam, Marsil. in rubr. C. de probat. num. 331. Menoch. de arbitr. quæst. d. casu 475. nu. 21. alios refert concordantes Hector Æmil. vbi supr in materia testis de auditu. fol. 309. num. 35. & fol. 311. n. 46. & 47.*

180 AMPLIA II. eandem † regulam, vt licet aliquorum fuerit opinio, quod testes ex interiecto pariete vel cortina de auditu deponentes non faciant plenam fidem, nisi alia concurrant, *vt videre est apud Ang. in d. l. si non speciali, num. 3. C. de testam. Aretin. in cap. cum causam, sub num. 41. extra, de iudic. Imol. in l. 2. §. idem Labeo, num. 8. vers. item pro hac parte, iuncto vers. & pro certo, ff. de aq. pluu. arcend.* vbi, quod hæc opinio de rigore & mente iuris verior est, *Corne. consil. 18. num 6. & 7. lib. 2. & consil. 166. numer. 2. lib. 3. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. casu 475. num. 22. versic. ego pariter, quos & alios refert Hector Æmil. vbi supr. in materia testis de auditu. fol. 312. num. 50. & fol. 316. nu. 68. vers. sunt tamen aliqui.* Et pro istorum opinione adduci etiam possunt, quæ in simili de probatione copulæ carnalis, & commixtione dixi *infr. n. 214.*

181 Verior † tamen, & magis communis * opinio est, * quod eiusmodi testes etiam sine adminiculis fidem faciant. Sic enim est de mente omnium Doctorum allegatorum supra in regula, *num. 165.* qui simpliciter & indistincte loquuntur etiam sine adminiculis. Et in specie dixit Imol. *in d. §. idem Labeo, num. 8. vers. & pro certo*, quod propter gloss. & Dd. eam tenentium auctoritatem, hæc opinio forte seruaretur in practica, licet etiam forte de mente & rigore iuris contraria verior sit. Nec obstat, quod ad probandum copulam carnalem, & commixtionem per huiusmodi testes requirantur adminicula, ad text. *in c. præterea, de testib. cum aliis allegatis, d. nu. 214.* Ibi enim requiruntur adminicula, quia agitur de re percæptibili per visum, hæc autem ampliatio procedit, quando agitur de re perceptibili per auditum. Ratio differentiæ est in promptu, quia primo casu testes de auditu proprio non admittuntur, secundo autem sic, *vt plenè probaui supr. in 4. cap. n. 146. & seqq.*

182 AMPLIA III. Vt † huiusmodi testes sic ex cortina audientes probent, etiam quod ex proposito fuerint ibidem positi ab aliquo, vt loquentis, quam vocem notam habent, audiant, ac deinde super illius sermonibus deponant. Communiter * enim à Dd recepta est * cautela, vt huiusmodi cortinati testes adhibeantur, quando scilicet quis puta creditor vult inducere aliquem, puta debitorem, ad confitendum id, puta debitum, quod coram testibus fateri noluit, *vt videre est apud Hostiens. in cap. 2. extra, de consuetud. Imol. in cap. præterea, numer. 2. & ibi etiam Felyn. num. 4. versicul. & per hoc datur practica, extra, de testibus, Paul. de Castr. in l. si non speciali, num. 6. & ibi etiam Ias. num 9. versicul hinc etiam dixit Paulus de Castro, C. de testament. Capoll. caut. 230. Gigas de crimin. læsæ maiestat. lib. 2. titul. quem. & per quos crim. læsæ maiestat. probet. quæst. 20. num. 5. Marsil. in rubr. C. de probat. num. 328. versicul. remedium est, & num. 332. Crot. de testib. part. 7. nu. 348. in fin. Anton. Trigon. sing. 96. Mascar. de probat. lib. 1. conclus. 457. n. 7. & harum cautelarum plura exempla ad longum explicat Hector Æmil. in tractat. de testibus, in rubr. testis actum probans, fol 37. num. 4. & latius in materia testis de auditu. fol. 317. numer 69. 71. 72. 73. & 74. quibus addo Fulu. Pacian. in tract. de probat. lib. 1. c. 10. nu. 9.*

183 LIMITATVR † hæc tertia ampliatio, vt non procedat in criminalibus, in quibus testes cortinati, vel retro parietem ad cautelam positi, nullo pacto probant delictum, *vt per Gig. de crim. læsæ maiest. tit. quem. & per quos crim. læsæ maiest. probet. d. q. 20. nu. 6.* vbi propterea post Barbat. *in c. 2. de consuet.* reprehendit quendam potestatem, qui contrarium seruauit, & certe hæc limitatio apud me verissima est, *per ea, quæ generaliter dixi infr. n. 189.*

184 AMPLIA IV. Vt † multo magis isti testes interiecto pariete vel certina probent ea, quæ solo auditu percipiuntur, vt puta sonum campanæ, rumorem, clamorem, vel etiam aliqua verba, sed non à quo, *secundum Aretin in cap. cum causam, num. 43. in 1. concl. extra, de testibus, bene explicat Fulu. Pacian. in tract de probat. lib. 1. cap. 10. n. 68. & seqq.* vbi idem de strepitu, cantu, arborum fragore, equorum hinnitu, auium garritu, & similibus, *& faciunt, quæ dixi supr. n. 156.*

185 LIMITA I. propositam † regulam, vt procedat, prout loquitur, quando agitur de probãdo aliquem contractum, vel actum inter viuos, secus autem si agatur de probando testamentum, vel aliam vltimam voluntatem: tunc enim, quia testes debent videre testatorem, *ad text. in l. si non speciali, C. de testament. cum ibi notatis communiter per Dd. & per Clar. in §. testamentum, quæst. 59. in prin. vbi alios de communi testantes refert*, hoc ideo non probant dicentes, se aliquid audiuisse ex interiecto pariete, vel cortina, *secundum Alber. in l. 2. §. idem Labeo, num. 2. ff. de aqua pluuia arcend.* vbi ex Iacob. de Ra. & Oldrado, *quos allegat*, hanc opinionem dixit tutiorem, (licet crediderit, sententiam glossæ ibi, *in verbo, audiuerit*, veriorẽ) quod & idem voluerunt ibi Bart. *n. 4. vers. sed in testatore*, quod & idem voluerunt ibi Bart. *n. 4. vers. sed in testatore*, *Paul. de Castr. num. 3.* vbi, quod Dd. dicunt contrarium eius, quod voluit ibi gloss. *Imol. nu. 7. vers. sed quod dicit, &c.* Vbi

16 AMPLIA II. Hanc † eandem primam limitationem, vt testis iuratus simpliciter dicere veritatem, non solum super articulis, sed etiam super tota causa, *secundum Alberic. in l. si quis libertatem, § idem Iulianus num 9. in fine, versicu. quod si vero, Roman. in addit. in vers. si autem iurauit, Alexand. num. 17. vbi de eorum opinione, & ita communiter Doct. Bart. in capit. de testibus, numer. 5. in fine, & ibi etiam Abbas num. 3. & Imol. & Felin. num. 3. extra de testibus, Neil. de testibus, numer. 67. versiculo idem si iurasset simpliciter, Vestr. in pract. libro 6. capit. 2. numero 10. versicu. admoneo tamen, Pract. Corradi, rubr. de testibus, d. numero 12. versicul. a fide tamen, fol. 69. column. 1. Monticell. in repertor. testium rubric. iurare an debeat testis super tota cau. fol 150. colum. 1. vbi adhuc effect concordantes.* Ex quibus iunctis aliis per me relatis *Supra quæst. 67. num. 76.* ita se habere * communiter, & in hoc opinionem dubitandum non est. † Quamuis con-

17 trarium videatur Imol. *in dict. cap. de testibus, numer. 7. & in capit. fraternitatis extra comm. prout illum refert, sed non sequitur* dicendum in d. §. idem Iulianus, num. 17. & Alber. de Malet. in tract. de testibus, capit. 7. num. 8. seqq. & quamuis etiam contrarium opinionem ex horum, & veriorem diximus Paris. & Petra *in loc. per me relatis sup. d. q. 67. n. 207.*

18 SVBLIMITA I. Hanc † primam limitationem, vt procedat quando id super quo testis deponit, licet sit extra articulos, aliquo tamen modo facit, & pertinet ad causam: tunc enim verum est, quod iste testis probat, ex quo iurauit dicere veritatem super tota causa, licet extra articulos deposuerit; sic enim in pertinentibus ad causam loquuntur *Bart. in dict. l. si duo patroni, §. idem Iulianus, num 8. ex quo iurauit, &c. & ibi etiam Alberic. numero 9. Paul. de Cast. 70, numer. 14. vers. & tunc secus Roman. num. 4. vers. aut de eo quod super aliquo pertinenti, ff. de iureiur. idem Roman. in dict. l. si quis libertatem, num. 3. vers. aut interrogatus dep. nat. Iacob. de Arena. hered. & Felin in c. de testib. num. 4. extra eodem.*

19 Secus autem quando id, † super quo testis deponit, non solum est extra articulos, sed nec etiam facit aut pertinet ad causam: tunc enim, quia iuramentum non extenditur ad impertinentia, *vt probaui supra quæst. 67. num. 134.* hoc ideo talis testis nihil probat, etiam quod iurauerit dicere veritatem super tota causa. Sic enim videtur de mente omnium * Dd. nuper allegatorum, & ex * presse declarant Alber. *in d. §. idem Iulianus, num. 9. vers. super impertinentibus autem. Roman. ibidem num. 4. ante medium, vers. aut iurat dicere, Fulg. in l. si quis libertatem, num. 91 fine, versicu. dum tamen pertineat ad causam, ff. de petit. hereditat.*

20 LIMITA II. Eandem † propositam regulam non procedere quando id super quo deponit testis, esset de connexis dependentibus, & accessoriis ad articulum. Tunc enim, quia iurans dicere veritatem super articulis, censetur etiam iurasse illam dicere super accessoriis, hoc ideo talem testem probare, scripserunt *Iaso. Bald. in l. si duo patroni, §. idem Iulianus, colum. 1. vers. non tamen dicas*, vbi exemplificat in teste deponente de loco & tempore *& ibi etiam Alber. num 9.* sed super appendentibus *Pomp. fin. n. 4. vers. aut deponit super aliquo separato, & Ias. post num 3. ff. de iureiurand. idem Iason. in l. 1. num 44. in fine, vers. simile dicit Baldus, & ibi etiam Cagnol. num. 75. vers. item quod connexa. ff. si cert. pet. Alberic. in l. si quis libertatem, num. 6. vers. hoc verum, & ibi etiam Angel. num. 1. vers. nec dicit Innocent. ff. de pet. hered. Paul. de Castr. in l. 2. num. 2. & ibi etiam Alexand. num 2. ff. de iurisdict. omn. iudic.* vbi ipse Alexan. declarat, quæ in proposito dicantur connexa, dependentia & accessoria, *Imol. in cap. de testibus. num. 1. in fine, Aret. in abi num. 7. & seq. Bellamer. num. 9. Felin. colum. 2. ac medium, versicu. & dicit Baldus, extra de testibus, Specul. in tit. de teste, §. 1. numer. 62. vers. vel dic, Pract. Corradi, rubr. de testibus, num. 12. in 3. declaratione, fol. 69 column. 1. Nell. de testibus, num 67. versi. nisi illud quod deponit, &c. Monticell. in repert. test. rubr. impugnatur testis, quia deponit extra articulos fol. 253 colum. 1. vers. 5. Mascard. de probat. lib 3. concl. 1365 num. 4.*

21 SVBLIMITA Hanc † secundam limitationem procedere, quando iuramentum non releuaret, nec de petitio testis valeret, nisi portigeretur ad dependentia, connexa & accessoria. Secus si valeret sine illis, *secundum Angel. in l. 2. numero 1. versiculo, dupremum dictum. ff. de iurisdict. omnium iudic. sequitur Corrad. fol 3. declaratione, in princip.* sed Angel. distinctionem vide bene declaratam *Aret. in cap. de testibus, num 8. versicu. ipse vero pro concordia, iuncto versicul. & licet Ang. l. extra de testibus, quem refert & sequitur Felin ibidem num. 2 colum. 2. ante med. versicul. tertio declara, & post med. vers. & quamus Angelus.*

21 LIMITA III. In teste deponente super eo, quod aliquo modo pertinet ad causam aliquove modo contingit ad capitulum, etiam quod parum tangat negotium, nam tunc non dicitur deponere extra articulum, & probat, *secundum Alex. in l. 1. num. 12. in fin. & ibi etiam Jas. num. 44. versi. nota tamen. Ripa post nu. 23. Cagnol. num. 75. ad med. ff. si cert. pet. Aret. in capit. de testibus, sub nu. 8. extra eodem. Riminald. sen. cons. 164. num. 35. & seqq. lib. 1. vbi bene Monticell. in repert. testium rubr. impugnatur testis, quia deponit extra articulum, fol 252. colum. 2. versic fin. & fol. 255. col. 1 versi. 4.*

23 SVBLIMITA Hanc etiam limitationem, vt † procedat, vel in accessoriis, & connexis, secundum terminos præcedentis limitationis, vel etiam quando testis iurauit dicere veritatem super tota causa secundū terminos primæ limitationis. Secus autem si iurauit dicere veritatem super articulis tantum, quia tunc non probat, etiam quod deponat super eo, quod aliquo modo pertinet ad causam, & contingit ad capitulum, *secundum Ang. in l. si duo patroni, § idem Iulianus, num. 2 ff. de iureiur. & post Papien. quem allegat, sequitur Alex. Stiat. in pract. iud. 6. 16. nu. 107. versi. & fatiunt optime.*

24 LIMITA IV. In testibus quorum † depositio licet sit extra articulos, confert tamen ad declarationem eorum, quæ in articulo continentur, *secundum Bartol. in l. si duo patroni. § idem Iulianus, num. 8. in fin. versi. & intelligo. ff. de iureiurand. Aretin. in capit. de testibus, post num. 6 & nu. 7. in fin & ibi etiam Felin. col. 2. in fin. versi. quarto declara, extra de testib. Pract. Corrad. rubr. de testib. num. 12. in fin. in 4. declaratione. fol. 69. colu. 1. in fin. Vestr. in pract. lib. 6. c. 2. rubr. de testibus, & de eorum inductione, numer. 10. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1365. nu. 6.*

25 Simile est quod dicunt Dd. † testem non deponere extra articulum, quando intelligens verba articuli, antequam illi respondeat, declarat, quomodo ipse intelligit verba dicti articuli, & quomodo etiam intelligit verba sua, per regulam, quod qui declarat, nihil extraneum dicit, *secundum Bart. in l. 1. num. 8. & ibi etiam Paulus de Castro nu. 17. Rom nu. 27. Alex. num. 12. Jas. n. 44. versi. sed si testis deponit, Ripa, nu. 23. & seqq. vbi exornat Cagnol. post nu. 75. ff. si cert. pet.*

26 LIMITA V. In teste † inducto super articulo veritatis, nam si deponit de fama, & non de veritate, non dicitur deponere extra articulum, & probat. *secundum Paulum de Castro, in l. si duo patroni, §. idem Iulianus, num. 14. in fin. versicu. pone etiam, & ibi Jas. num 27. ff. de iureiurand. Felin. in capit de testibus, num. 4. in fin. extra eodem*, vbi propterea, quod testis productus ad probandum filiationem non dicitur deponere extra articulum, si deponat de fama filiationis, *Monticell. in repert. test. rubr. impugnatur testis, quia deponit extra articulos, folio 252. column. 2. versiculo 3.*

27 SVBLIMITA Hanc † quintam limitationem, vt econtra non procedat in teste inducto super articulo facti, cuius depositionem non valere, si deponat super veritate facti, & non super fama, scripsit Felin. *in c. de testibus, post num. 2. allegat Marian. in c. qualiter, & quando, il 2. q. 9. art. 1. de accusat. Montic. d. fol. 152. col 2. versi. 3. Masc. de probat. lib. 3 concl. 1365. nu 2.*

28 LIMITA VI. In teste inducto † super articulo mutui, nam non dicitur deponere extra articulum, si vltra mutuum deponit etiam, quod creditor fecit pactum de non petendo, fuit originalis doctrina Innoc. *in ca. pastoralis, de except. quam sequuti sunt Specu. in titul. de teste, §. 9. num. 6. Jas. l. si duo patroni, § idem Iulianus, num. 27. in fin. ff. de iureiur.* Quamuis Aretin. *in capit. de testibus, num. 8. in princ. multo versicu. & per hanc distinctionem contrarium tan-*

29 *quam verius sustinere videatur.* Sed † pro limitatione facit, quod in simili voluit Iason *in d. §. idem Iulianus, num 28* vbi dixit, valere depositionem testis inducti super vulnere, si etiam deponat vulnus illatum ad defensionem vulnerantis.

LIMITA VII. In testibus † deponentibus de causa scientiæ, quæ non dicitur esse extra articulum, licet articulata non fuerit, & ideo testem bene probare scripsit idem Felin. *in d. c. de testibus, nu. 2. col. 2. sub 2. & 3. declaratione, extra de testibus, Pract. Corradi rubr. de testib. num. 12. fol. 69. col. 1. in secunda declaratione, Mascar. de probat. lib. 3. conclusio. 1365 num. 4. & 5.*

LIMITA VIII. Quando † articuli non perfecti, & 31 plene compositi sunt: nam tunc si testis plene deponat factum non perfecte in articulis explicatum, non dicitur deponere extra articulos, & probat. *sic enim relatu, & reprobatis contrariis hanc limitationem ponit Specul. in titul. de teste, §. 1. numer. 63 versic. quid ergo, iuncto num. 64. & sequen.*

ARGVMENTVM.

De fide, & probatione testium non cognoscentium litigantes contrahentes, vel notarium, & de materia.

SVMMARIA.

Testes non cognoscentes litigantes regulariter nihil probant, numero 31 & seq.

Testis deponens super delicto debet cognoscere eum, quem dicit deliquisse. n. 34.

Testes an & quando debeant esse noti iudici, & examinatori, quomodo, & de quo tempore, n. 35.

Testes ignoti admittuntur in ciuilibus, secus autem, in criminalibus, ibidem nu. 36.

Testes ignoti, & transeuntes non admittuntur in probatione solutionis debiti, per instrumentum contracti, n. 37.

Testes qui dicunt non cognoscere personas litigantes. aut delinquentes nisi illas viderint, debent sibi dicta personæ exhibenti ad hoc, vt eas recognoscant in solito habitu, & vestitu, numero 38.

Testes in instrumentis non debent cognoscere contrahentes, numero 39.

Limita 1. quia licet non debeant cognoscere per prius, bene tamen debent eos cognoscere tempore contractus, num. 40. sed contrarium seruatur in practica, n. 41.

Limita 2. in inuentario, in quo testis debet cognoscere heredem, nu 42. Declara limitationem duobus modis, vt n. 43. & 44.

Limita 3. in contractu celebrato in scriptis per imperitum literarum, in quo testes debent cognoscere contrahentes, num. 45. Declara, vt n. 46.

Testes adhibiti in apocha, & scriptura priuata debent cognoscere contrahentes, n. 47.

Testes in testamentis debent videre, & cognoscere testatorem, nu. 48. Declara, vt n. 49. & 50.

Valet statutum, volens, quod testes debeant cognoscere contrahentes, & quæ cognitio ipso casu requiratur, nu 51.

Notarius, non est necesse, quod cognoscat testes, quos ponit in instrumentis, n. 52. Declara, vt n. 53.

Notarius non tenetur cognoscere contrahentes, nu. 54 contra, nu. 55. dic quod ad cautelam debet cognoscere contrahentes, sed non de necessitate, n. 56.

Testes non tenentur cognoscere omnes litigantes, sed tantum illum, de cuius facto deponunt, n. 57. & seq.

Testes in actione personali tenentur cognoscere litigantes, secus autem in reali, n. 57. & seq.

Testes debent cognoscere litigantes per nomen, proncmen, & personam, n. 58.

Testes, sufficit, quod cognoscant litigantes tempore, quo deponunt, licet eos non cognouerint tempore actus, super quo deponunt, d n 59.

Test. licet debeant cognoscere litigantes, non est tamen necessarium quod ipsi cognoscantur a litigantibus, n. 60.

QVÆ-

QVESTIO LXXI. OPPOS. XXV.

32 OPPONITVR XXV. Contra † testes, quod non cognoscant partes litigantes, & ideo nihil probant. *gloss. in § si vero non sit rata, in auth. de testibus, alia glo. in fin. final. §. sin autem dubius, in verbo, cognoscant, versiculo, sed ibi quando per testes probaretur, & & in si d. gloss. versi. & vbi non fit instrumentum, & ibi Bar. nu. 4. versi. primo casu, Bald. nu. 17. versi. & nota, iuncto versi. & idem in quibuscunq; actibus. Ang. num. 6. Salyc. num 9. versi. super testes. Paul. de Castro, num. 7. versi. an fiat per testes. Jason num. 7. eodem, versi. an fiat per testes, Ioan. Sicar. n. 2 vbi bene explicat, C. de iur. delib. eman. mea glo. in l. testium, §. ideoq; in verbo quanta. d. sequitur Rosel. in parti. ff. de testibus. Bald. in rub. Cod de fid. instrumen. numer. 11. versi. & ita dicitur in teste, item gloss. in cap. cum causam, in verbo, de causis, ad fin. versi. præterea testes. & ibi Anton de But. numer. 21. in prin. Abb. num 16. & adden ad Abb. litera f. versi. item adde. Archid. extra de testibus, Specul. in titul. de teste. §. 1. num 81. versi. item quod non nouit personas litigantium, Neps de Monte Alban. in tract de testibus, num. 122. Butrig. de testibus, rubr. quadam forma circa testes, & & num. 21. Bald de testibus, part. 3 num. 7. versicul. primo, quando. Nell. de testibus, num. 248. versicu. si ad probandum actum. Pract. Corradi, situ. de testibus. rubric. de non cognoscentibus litigantes, &c. num. 45. in princip. folio 134 column. 2. Monticell. in repertorio testium, rubr. item impugnatur, quia non vidit litigantes. & c. versi. 1. & seqq. fol. 256. & seq vbi alios refert concordantes, & de materia.*

33 REGVLA Igitur † ex præmissis firma remanet, quod testes debent cognoscere litigantes, alias non probant.

34 AMPLIA I Hanc regulam, † vt multo magis procedat in criminalibus, in quibus si testes deponant, aliquem nominatim deliquisse, sine dubio cognoscere debent eum, quem deliquisse dicunt. alias non probant, *secundum Bald. in l. fin. §. cum igitur, vers. cunctum alios in § sin autem dubius. num. 17. versicu. in maleficiis ergo, & ibi Angel. nu. 9. in prin. Ioan Sicar. num. 24. vers. maxime procedit in maleficiis, iuncto versic. sed qua sæpe, Cod. de iur. deliberan. & seruant quæ dixi supr. q 70. nu. 18. vbi vide.*

35 AMPLIA II. Vt † testes non solum debeant cognoscere partes litigantes, sed etiam ipsi debeant esse noti iudici, eos examinanti vel ante examen, vel saltem tempore examinis, *secundum gloss. in l. testium § ideoq; lat. g. in verbo, quanta fides, in pri. ff. de testibus. Bart. ib. num 2. vbi dixit, quod testis debet esse notus ante & per inquisitionem factam à vicinis, Alber. in d. § ideoq;, nu 9 vbi secundum Rayn. dixit, quod non est de necessitate quod iudex cognoscat testes ratione personæ eorum, quia talem notitiam haberet, vt priuatus, non vt iudex, sed debet cognoscere sicut iudex ex circumstantiis, & interrogationibus, de præsenti, quia talem notitiam habet tanquam iudex, & sic collige, quod licet examinator non teneatur cognoscere testes per prius, debet tamen eos cognoscere in examine. & diligenter aduertere, vt sint tales, quales se nominant, quia sæpe etiam in testium examine fit suppositio personarum.*

36 AMPLIA III. Et generaliter † vt licet in ciuilibus testes ignoti admittantur, in criminalibus tamen testium personæ debent esse bene notæ & approbatæ, aliter non probant, *gloss. & Archid. in cap. canonica, tertia anast. 5. ad den. ad Abbat. in capit. cum causam, num. 16. litera f. ad fin. addit. versi. quid autem in teste, qui est persona ignota, & ibi etiam Felin. num 11. ante fin. versi. & istud ad Archidiac. &c. extra de testibus, Pract. Corradi vbi sup. d. rub. de non cognoscentibus litigantes, nu. 6. fol. 135. col. 1. Monticell. in repertor. test rubr. nouus, versi. 1. & seqq fol. 259. vbi de materia & rub testium quæ præferuntur, communia fo. 448. col. 1 versi. vbi quod testi noto magis credetur, quam ignoto, ex Abb. quem allegat. in cum omnes, in c. de testibus.*

37 AMPLIA IV. In † probatione solutionis debiti per instrumentum contracti, quo casu testes non debent esse transeuntes, & ignoti, *ad text. in §. & luet dubium. in auth. de testibus, in illis verbu. hæc autem mania, & ex transitu probatur testimonia & & ibi gl. dub. & lit. c. in verbo, ex transitu, & in verbo valere.*

38 AMPLIA V. Vt si testes examinati dicant, † se nominatim non cognoscere partes litigantes: sed quod bene eas cognoscerent si viderent, debent dictæ partes ipsis testibus ad effectum præmissum exhiberi in vestibus & habitu cōsueto, ita quod illis non ingeratur difficultas recognoscendi, *secundum gloss. in c. cum causam. in verbo de causis, ad fin. versi. & si dubitetur. & ibi Anton. de But. num. 21. versi. & si nominatim non cognoscant, extra de testibus, Bald. in l. fin. §. cum igitur, & secundum alios in §. sin autem dubius num. 17. & ibi Ang num. 6. versi. & sufficit cognitio per exhibitionem personæ, Salycet, num. 9. versi. si tamen testes dicerent, Paul. de Castro, num. 7. versi. & si dicerent se non cognoscere, Jason num 7. versi. & si diceret, Ia. Sicard. numer. 4. versi. sed quæ sæpe,* vbi bene exemplificat, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, *C. de iur. de liberand. Barto. in l. testium. n 4. & ibi Albric. num. 9. versi. & si ea non cognoscerent, ff. de testibus. Pract. Corradi, dict. rubr. de non cognoscentibus litigantes num 45. fol 135. colum. 1. versicu. & in hoc casu, & nu. 46. in fin.* vbi loquitur, quando est facienda recognitio personæ delinquentis.

39 LIMITA I. Propositam regulam † in instrumentis, in quibus testes non debere cognoscere contrahentes scripserunt gloss. *in l fin §. fin autem dubius, in verbo, cognoscant, versi. si autem per instrumentum, & ibi Butrig. column. 2. versi. modo collige in fin. Cyn. ante nu. 1. versi. aut per instrumentum, Bart. nu. 4. a fin. versi. si vero debet probari per instrumenta. Bald. num 17. versi. aut probatio fit per publicum instrumentum. Alb. 1. num. 12 in prin Ang. num 6. versi. sed si adhibeatur ad. versi. aut per instrumenta. Salyc num. 9. versi. si vero probatur per instrumentum, Paul. de Castr. num. 7. Alex num. 9. vbi de magis communi (quamuis Fulg. ibi per eum allegatus contrarium duxerit) Iason post num. 7. Ioan. Sicar. num. 24. versicu. aut est probatio faciendo per instrumenta, & versicu. præter illos duos casus, & de iur. deliber. Imol. in cap. cum causam. num. 10. & ibi etiam Abb. n. 16 ver. primo casu & Felin. num. 11. versicu. quando de testibus descriptis in instrumento, extra de testibus. Nell. in tract. de testibus, num. 248. Pract. Corradi dicta rubr de non cognoscentibus litigantes, num. 45 fol. 135. col. 1. versus testibus verum tantum notarius.*

40 SVBLIMITA I Hanc primam limitationem, † vt licet in instrumentis testes non debeant cognoscere eorum heredes per prius, bene tamen debeant eos cognoscere tempore contractus, alias non video, quomodo possint esse testes, maxime cum rogantur, vt audiri ad heredes palam, & an testamentis. ff. de testament. c. ap. testes, § si debitum. 3. q 9. Sic nempe per iuta prædicta hanc limitationem declarat Abb. *in d. c. cum causam, n. m. 16. ad fin. vers. sed quod primum, extra de testib. quem sequuti sunt Felin. in d. capit. cum causam, num. 15. ad med. & Corrad. in pract. rubr. de non cognoscentibus litigantes, n. 45. ante fin. vers quod intelligit Abb & fol. 135. col. 1.*

41 Verum, † vt hæc sublimitatio apud nos in practica recepereturs, sit (ni fallor) admodum difficile, cum sæpissime cōtingat testes in instrumento per notarios recipi, qui cō tales res non cognoscunt, nec ante instrumentum, nec tempore instrumenti, & propterea, si iudex vellet annullare huiusmodi instrumenta, esset vtique magnum damnum, & interesse eorum, qui in vtroque instrumento contraxerunt.

42 SVBLIMITA II Eiusdem primam † limitationem in inuentario heredis in quo testes per notarium adhibitos debere cognoscere heredem, probat text. *in dict. d. §. fin autem dub. us, in versicu. quoniam ignarus,*

dum

dum dicit, si bis vidit licet assumendu, qui heredem cognoscant, & ibi hoc notant gloss. in verbo, cognoscant, Butrig. colum. 2. versi modo intelligo, Bart. num. 4. in fin. versicu. fallit in inuentario. Alber. num. 12. Ang nu. 6. versi. fallit in confectione inuentarii. Salycet. num 9. versi. fallit in instrumento inuentarii. Salycet. num 9. versi. fallit in inuentario Felin. de teste, §. 1. num. 95. in fin versi. ad quid plura, iuncto num. 81. verficul. vult tamen specialiter esse in inuentario, Imol. in cap. cum causam, num 10. versi fallit in persona in instrumento inuentarii & ibi etiam Abb. num. 16 versi fallit in inuentario Felin. namer. 11. ante med. versi. sed quero nunquid, extra de testibus, Nepos de Monte Alban. in tract. de testibus, 1 num. 122. in fine, Bald. de testibus. part. 3. num. 7 versi. 8. quarto Prael. Corradi, d. rubric. de non cognoscentibus litigantes, num 45. ad fin. in 1. limitatione, fol. 135. colum. 1. Ioan. Imol. de passeratis in 10 speciali vltim. volunt. quæst. 9. num. 30. in fin Rolan. de inuentario, §. requiritur, & partter. nu. 1 & seqq. in fin. Vbi hanc †sublimitationem declarat duobus modis primo eam non procedere, quando testes adhibiti in inuentario essent vicini, quia tunc præsumuntur cognoscere vicinos, secund. Bald. in d. §. sin autem dubius, num. 18. Secundo † quod licet testes in inuentario debeant cognoscere defunctum, rationibus ibi per eum adductis.

Svblimita III. In contractu † celebrato in scriptis per imperitum literarum, in quo testes adhibitos debere cognoscere contrahentes, probat text. in §. oportet vero, & ibi gloss. in verbo, maxime, in authent. de instrument. caut. & fid. & per istum text. hoc idem voluerunt gloss. in l. fin. §. si autem dubitas, in verbo, cognoscant, versiculo & ibi speciale, in versiculo si ergo, & ibi etiam Angel. numero 6. versiculo & in contractu literarum, Salycet. numero 9. in fine, versiculo fallit etiam, quando imperitus, Ioan. Sicar. numer. 24. ad fin. versiculo deinde est alius casus, Cod. de iur. deliber. Abbas in cap. cum causam, num. 16. versi. item in instrumento, extra de testibus, Bald. in tract. de testibus, part. 3. numer. 7. versicul. secundo quando, Pract. Corradi, vbi supra dict. nu. 45. ad fin. in 2. limit. fil. 135. colum. 1.

Verum aduerte, † quod text. in dict. §. oportet vero, loquitur, quando fit scriptura nomine imperiti, & nescientis scribere, sine notario. Nam tũc verum est, quod testes debent cognoscere illum contrahentem, cuius nomine se subscribunt: si autem tabellio interuenerit, tunc non est necesse, quod testes sint noti, vt colligitur in eo textu ponderando dictionem maxime, prout eam ibi ponderant gloss. & bene animaduertit Abbas, in dict. capit. cum causam, numero 16. versicul. hinc tamen casum, & sequitur Conrad. dict. numer. 45. ad finem, versicu. quod intelligit Abbas.

Svblimita IV. In apocha, † vel in scriptura priuata, in qua testes adhibiti debent cognoscere contrahentes, prout est text. in §. si quis igitur, versicu. sed is, qui depositum dat, ibi, & hunc nouerunt, & ibi gloss. Iuter. g. in authen. de instrum. caut. & fid. nec dissentit Alexand. in fin. §. sin autem dubius, num. 9. versi. & licet ille text. iuncto versi. non obstat ergo, C. de iur. delibr.

Svblimita V. In testamentis, † in quibus testes debent bene videre, & cognoscere testatorem, ad text. in l. si non speciali, vbi est sua mater, Cod. de testamen. late prosequitur Ancharan. Regien. quæstion. 11. part 2. nec dissentit Hieron. Laureg. decis. Auenion. 108. numer. 8. Et propterea isto casu non sufficere testes sterilis retro parietem, vel cortinam, dixi supra in quæstion. 69. numer. 105 & seqq.

Verum † ad hanc sublimitationem aduerte, quod text. in dict. l. si non speciali, & ibi Dd. volunt, quod testes in testamento adhibiti debeant videre, & cognoscere testatorem tempore testamenti, sed non dicunt, quod testes debeant illum per prius cognouisse. Et † quo modo isto casu testis dicatur cognoscere testatorem, vide in eadem facti specie cõsulentes, inter consilia diuer. tomo 1. Alex. Strat. cons. 117. nu 42. Ferran. Gargias, cons 122. num. 21. & seq. & latius in cons. 126. & Ioan. Franc. Caualcat. cons. 129 nu. 24. & seqq. qui omnes loquuntur in casu statuti Bononiæ, volentis, vt ex testibus instrumentariis, aliqui debeant cognoscere contrahentes, cessante autem tali statuto non est dubium, quod non est necesse, quod testes per prius cognouerint testatorem, sed sufficit, quod ipsi in bene viderint, vt in dict. l. si non speciali, cum sua materia, ad quam me remitto.

Svblimita VI. Eandem † primam limitationem, vt valeat nihilominus statutum, volens, quod testes debeant cognoscere contrahentes, secundum But. in d. cum causam numer. 21. ad med vers. & statutum, & ibi etiam Imol. numer. 10. versi. interdum tamen statuta prouideret Abb num. 16 versic. fallit etiam vbi est statutum, Felin. num. 11. ante med. versi vel nisi statutum alter prouideret, extra de testibus, Pract. Corradi tit. de testib. & de non cognoscentib. litigantes, num. 45. ad fin. in 3. limit. fol. 135. colum. 1. Et communiter * hoc admittunt omnes consulentes allegati, supra in præcedenti nu. 50. vbi etiam optime declarant, quomodo in casu huius statuti testes dicantur cognoscere contrahentes.

Limita II. Proposita m regulam, † vt licet testes examinati debeant cognoscere litigantes, tamen sicut testes in instrumento adhibiti non est necesse, quod cognoscant contrahentes, vt in præced. limitatione dixi, ita etiam nec est necesse, quod notarius eosdem testes cognoscat. Hinc propterea quotidie in instrumentis testes notario incognitos admitti videmus ex doctrina Bald. in rubr. Cod. de fid. instrument. num. 13. quem refert & sequitur Foller. in pract crim. in verbo, item quod commisit falsitatem, num. 2. 1 versi. nec habet necesse, qui tamen declarant, hanc limitationem † non procedere, quando notarius deberet in instrumento scribere certam qualitatem testium, puta quod sint idonei, & possidentes in bonis, quia tunc debet eos omnino cognoscere, & ita etiam declarat Benincas. in tract. de paupert. in 10 speciali vltim. volunt. quæst. 9. nu. 36. in fin.

Limita III. Vt † sicut notarius non tenetur cognoscere testes in instrumento adhibitos, ita nec etiã tenetur cognoscere cõtrahentes, & ideo si supposita sibi vna persona pro alia, bona fide à contrahentibus decipitur, non tenetur in aliquo, secundum Bald. in rubr. Cod. de fid. instrument. numer. 11. & seq. vbi bene comprobat & respondet contrariis Foller. post Barto. quem allegat in pract. criminal. in verbo, item quod commisit falsitatem, num. 2. Ruin. consil. 89 num. 17. lib. 1. Petr. Royz. decis. Lituan. 2. num. 20. & seq. post Anan. Ancharan. & Dec. quos allegat Hieron. Laurens. decis. Auenion. 108. num. 3. in fin. versic. & præsertim cum notarius.

Et licet contrarium, † quod imo notarius regulariter debeat cognoscere contrahentes, alias de facili posset decipi in nomine, & committere falsitatem, dixerit idem Bald. in l. final. §. cum igitur numer. 16. Codic. de iur. deliberan.

Pro concordia tamen aduertas, quod † secunda hæc opinio potest procedere ad bene esse, non autem de necessitate. Nam, vt inquit Angelus in d. §. sin autem dubius, post num. 6. fatuus est notarius, qui in suis instrumentis ad euitandam falsitatem excogitatam in forma, quæ ipsum aliquando vituperare solet, non adhibet testes cognoscentes. Et propterea inquit Angelus volentes notarii caute agere, dicant semper in eorum instrumentis, præsentibus talibus testibus asserentibus se cognoscere contrahentes, vel testatores, & tunc erunt liberi & immunes ab omni periculo.

Limita

57 Limita IV. Eandem † regulam, quia licet testes debeant cognoscere litigantes, non tamen tenentur cognoscere omnes litigantes, sed tantum illum, de cuius dicto vel facto deponunt, & si deponant de facto tertii, tunc nec vnam, nec alteram partem cognoscere tenentur, secundum gloss. in leg. testium, §. ideoq;, in verbo, 58 quanta fides, ver. sed hoc puto verum, ff. de testib. vbi † propterea infert, quod quando agitur de personali actione, testis debet cognoscere litigantes, secus, quando agitur actione reali, quod & idem voluerunt ibi Bart. nu. 2. vers. item quæro, iuncto nu. 4. & Alber. post nu. 9. vers. an autem testu, Butrig. in l. fin. §. sin autem dubius, vers. modo colligo, & ibi Cyn. ante nu. 1. versic. quarto oppono, Bart. nu. 4. vers. aut adhibentur ad testificandum, Albert. nu. 12. vbi bene exemplificat, Salyc. n. 9. versic. sed vltra attende, C. de iure deliber. But. in c. cum causam, nu. 21. versic. dic quod, & ibi etiam Imol. num. 10. verficul. interdum vero testes, vbi etiam bene exemplificat Abb. num. 16. ante med. vers. in secundo casu, Adden. ad Abb. ibi litera F. versic. sed dicit, &c. Felyn. nu. 11. extra, de testibus, Bald. de testibus. part. 3. nu 7. Pract. Corradi, titul. de testibus, rubric. de non cognoscentibus litigantes, nu. 45. folio 135. col. 1. in princ. vbi quod in hoc videntur Dd. conuenire.

Limita V. Quia † sufficit, quod testes cognoscant litigantes, tempore quo deponunt per nomen, pronomen, & personam, licet tempore actus, super quo deponunt, non cognouerint nisi personam, Bartol. in leg. final. §. cum igitur, num. 4. ver. & puto, quod sufficiat, C. de iur. deliber.

Limita VI. Quia licet † testes debeant cognoscere litigantes, non est tamẽ necesse, quod ipsi cognoscantur à litigantibus, Adden. ad Abbat. in cap. cum causam, nu. 16. litera F. versic. item adde, quod non est necessarium, extra, de testibus. Perfecta hæc Quæstio ad laudem Dei, die 20. Decembris, 1593.

Finis Quæstionum, de oppositione contra dicta testium.

PROSPERI FARINACII
IVRISCONS. ROMANI,
VARIARVM QVÆSTIONVM ET COMMVNIVM OPINIONVM Criminalium,
LIBER TERTIVS.
De Oppositionibus contra Examen Testium, Titulus Octauus.

ARGVMENTVM.

Testes examinati parte non citata, quid & quantum probent generaliter, & præsertim in ciuilibus causis.

SVMMARIA.

Testes parte non citata examinati non probant regulariter, numero 1.

Testes ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam non possunt examinari, nisi parte citata, nu. 2. Sed an isto casu requiratur citatio personalis, vel sufficiat citatio ad domũ, num. 3. & seqq. & an vnica sufficiat citatio, vel plures requirantur, nu. 11. tres tamen sunt casus, in quibus citatio non requiritur, quando examinantur testes ad perpetuam rei memoriam, de quibus remissiue, nu. 9. 10. & 11.

Citatio sicut requiritur in receptione, & examine testium, an etiam requiratur in productione & admissione articulorum, num. 12.

Testes non possunt examinari parte non citata, etiam quod procedatur iuris solemnitate non seruata, nu. 13.

Et idem in causis summariis, vel in quibus proceditur summarie, de plano, sine strepitu & figura iudicii, nu. 14.

Et idem in causis mercatorum, in quibus agitur de æquitate, & sine solemnitatibus, nu. 15.

Et idem vbi proceditur manu regia, nu. 16.

Et idem vbi proceditur sola facti veritate inspecta, nu. 17.

Et idem in quolibet iudice habente quodlibet liberum & absolutum arbitrium, num. 18.

Testes examinati parte non citata adhuc nihil probant, si citatus impeditus venire non potuit, nu. 19.

Sed an citandus sit Procurator, vel Dominus principalis, nu. 20.

Testes examinati parte non citata nihil probant, etiam quod producantur in termino, vel dilatione concessa ad partis instantiam ad examinandum & probandum, num. 21. & 23. licet alii contra, num. 22. quod tamen declara tribus modis vt num. 24. 25. & 26.

Testes non possunt examinari parte non citata, etiam coram iudice delegato, nu. 27.

Et etiam quod causa tractetur coram principe, nu. 29.

Citatio requiritur etiam in publicatione testium, nu. 28.

Testes examinati parte non citata non probant, etiam quod sint mille, num. 30. tam in ciuilibus, quam in criminalibus, numero 31.

Testes examinati parte non citata non probant, etiam quod fuerint examinati cum interrogatoriis eiusdem partis, num. 33 contra, nu. 34.

Formula citationis faciendæ in receptione & examine testium, num. 35.

Testes examinati parte non citata probant in pluribus casibus.

I. Vbi periculum est in mora, num. 36.

II. Quando agitur contra debitorem suspectum de fuga, numer. 37.

III. Quando est timor mortis vel absentiæ ipsorum testium, numer. 38. quod tamen declara tribus modis, vt nu. 39. & seqq.

IV. Quando timetur potentia aduersarii, num. 43. Declara, vt nu. 44. 45. & 46.

V. Quando testis est omni exceptione maior, & nihil opponi potest, num. 47. contra, nu. 48.

VI. Quando dicto testis omnino standum est, vel ex partium conuentione, vel ex tenore testatoris. num. 49. contra, nu. 50.

VII. Quando sumuntur informationes super habilitate, vel inhabilitate personæ nu. 51. Declara, vt nu. 52.

VIII. Quando agitur de probando casum, puta naufragium, vel furtum factum in longinquis partibus, nu. 53. Declara, vt num. 54. & 55.

IX. In probatione consuetudinis, numer. 56 Declara, vt num. 57. & 58.

X. Quando agitur coram iudice procedente in forma æquitatis naturali, nu 59.

Et idem quando agitur coram iudice, qui potest iudicare secundum suam conscientiam, nu.60.

Et idem quando agitur coram arbitratore, nu.61.

Et idem quando agitur coram iudice procedente sine causa cognitione, nu.62.

XI. *In probatione mortis, numer.63. Declara, vt num.64. & 65.*

XII. *Quando testis alias examinatus declarat dictum suum, num.66. Contra, nu.67.*

XIII. *Quando examinatur mulier egregia in eius domo, num.68. contra, nu.69.*

XIV. *Quando testis depositio est verisimilis apud bonos & graues viros, qui inspecta sola facti veritate procedunt, numero 70.*

XV. *In causa spolii & possessorii, num.71.*

XVI. *Vbi stylo, statuto, vel consuetudine introductum esset testes examinari parte non citata, nu.72. contra, nu.73.*

XVII. *De consensu partium, nu.74.*

XVIII. *Quando pars est præsens, nu.75.*

XIX. *Quando pars fuit monita a iudice, nu.76.*

XX. *Quando pars citata noluit comparere, nu.77.*

Sed an citatio ista requiratur personalis, vel sufficiat ad domum, num.78. & seq.

Et an vnica sufficiat citatio, an vero trina & peremptoria requiratur, num.82 & seqq.

Et an requiratur citatio in actu depositionis testium, an vero in actu iuramenti, num.85. & seqq.

QVÆSTIO LXXII. CAP. I.

OPPONITVR XXVI. (Et nunc ingredior oppositiones, quæ fiunt contra testium examina) quod sunt examinati, parte non citata, ideo nihil probant.

1 REGVLA † enim firmissima est in iure, hos testes sic, parte non citata, examinatos minime probare, vt probat text. *in dict. cap. 2. extra, de testibus*, dum dicit, Ecce, *admonendus est semper aduersarius, vt ad audiendos testes veniat, quod quia hic omissum est, necesse est, vt quod contra legem actum est, non habeat firmitatem*, & per istum textum hanc regulam ibi firmarunt, *gloss. in verbo, admonendus, litera L. & in verbo, contra legem, litera K. Innocen. in verbo, obiiciatur, Ioan. Andr. in summario, Bald. in summario, iuncto num.1. & num.6. in 2. notabil. & num.13. in 4. notabil. Butr. nu.1. Imol. in princ. Anan. nu.1. Abb in summar. iuncto nu.7. & nu.13. Aret. nu.8. ver. & pro regula, Bellamer. & Felyn in summario, Deci. nu.28. ver. regula sit, & in iure ciuili habemus simile m text. in l. si quando, §. sed cum oportet, in fin. ibi, si per exmilem text. in l. si quando, §. sed cum oportet, in fin. ibi, si per executores admoniti, & ibi gloss. in verbo, induerint, litera N. Balduus num.2. ante med. in verbo, admoniti, Alber. num.5. Salycet. num.2. Castrens. post num.1. C. de testibus*, facit ad text. C. eodem, *in authent. sed & si quis* (qui tamen loquitur in testibus receptis ante litem cõtestatam, de quibus mox dicam) ibi, *aduersarius moneatur a iudice, & sic eo præsente iudex attestationes recipiat*, & ibi per illum textum hanc regulam pariter firmauit gloss. final. *in verbo, vna parte, litera X. Alber. de Malet. in tractat. de testibus, capit. 7. num.1. Crot. de testibus, num.245. & num.255. Lanfranc. de testibus, nu.13. Roman. sing.369. fuit vnus ex vobis, nu.1. versic. regulam enim habes, quod sic, Sanch. regul. 406. in princip. Marsil. singul. 24. in principio. clarum est in iure, Nouell regal 215. in princ. Campeg. regul.164. in princ. Petr. a Plach. in Enchir. delict. cap.19. nu.17. Ioan Roman consil.192. num.2. in fin. & ibi Mandos. in addit. litera A, in verbo, iuramentum, Boss in tit. de oppos. cont. test. num.4. Vestr. in pract. libr.6. capit.2. rubric de testibus, & eorum inductione, num.1. & ibi Graua. in addit. litera B nu.28. versic. tertiar. quæst. Pract. Cerrad. vol.1. de offic. prætor. in causa emphyt. de testibus, num.9. in princ. fol.77. colum.2. Gabriel. lib.2. tit. de cert. conclus. num.25. vbi alios plures refert concordantes, Viu. opin. 966. num.1. & seqq. post Bald. Angel. Sulyc. & Paul. de Castr. quos allegat in l. authent. C. de fide instrum. & ita alias fuisse resolutum, testatur in Rota Rom. coram Oradino suo præceptore, Monticell. in repert. test. rubr. iuramenta & productio testium fiat parte citata, versic.1. & seq. vbi plures alios refert concordantes, Rota diuer. part.3. decis.189. num.3. coram Fabio, Gail. obseruat.102. nu.1. libr.1. Cephal. consil.203. nu.3. lib.2. Hippolyt. Riminal. consil.213. nu.94. lib.2. Octau. Cacheran. consil.64. nu.22. Honded. consil.101. nu.6. Mascard. de probat. lib.1. in præfat. qu.5. nu.36. & nu.85. & libr.2. conclus.682. nu.1. vbi de * communi, & lib.3. conclus.1366. post nu.2. vbi plures alios refert consulentes.* Ex quibus regulam hanc * communiter ab omnibus receptam esse apparet.

AMPLIA I. Hanc † regulam, vt procedat etiam in 2 testibus recipiendis ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, in quorum receptione partem esse citandam, probat mihi text. *in § & hic vero, in auth. de testibus*, dum ibi dicitur, *Oportet & illum in ea ciuitate constitutum, in qua attestationes dantur, admonitum a iudice, siue à defensore præsentem esse, & audire attestationes*, & ibi gloss. *in verbo, præsentem, in princip. & in verbo, inutilia, & ibi Ang. nu.36. item ex text. in auth. sed & si quis, C. de testib.* dum ibi dicitur, *Aduersarius moneatur a iudice, & sic eo præsente iudex attestationes recipiat.* Et ibi gloss. fin. *in verbo, vna parte, litera X. Odofred. ante nu.1. in verbo, admoneantur, & Paul. de Castr. nu.1. Marsil. in l. de vnoquoque, nu.80. ff. de re iudic. Boss. in tit. de oppos. cont. test. nu.34. ver. quod procedit etiam, Montic. in repert. test. in rub. quãdo ad perpetuam rei memoriam, &c. folio 100. col.1. vers.5. & vers. pen. Mascar. de probat. lib.3. concl. 1366. nu.3. Hond. consil.101. n.7. & latius dixi inf. q.76. n.141.*

AMPLIA. Rursus † præcedentem primam ampliationem, vt quando testes examinantur ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, citatio debeat esse personalis, *secundum Dyn. in l.4. §. prætor ait, ff. de damno infect. Cyn. in auth. si quis, ver. quæro modo, & ibi etiam Alb. num.2. versic. sed numquid, C. de testibus, Angel. in §. & hoc vero, num.37. col.2. ad med. vers. sed quæro, an eo casu in authen.* 3

*Ampliat. Rursus † præcedentem primam ampliationem, vt quando testes examinantur ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, citatio debeat esse personalis, secundum Dyn. in l.4. §. prætor ait, ff. de damno infect. Cyn. in auth. si quis, ver. quæro modo, & ibi etiam Alb. num.2. versic. sed numquid, C. de testibus, Angel. in §. & hoc vero, num.37. col.2. ad med. vers. sed quæro, an eo casu in authen. num.1. vbi de * communi, & lib.3. conclus.1366. post nu.2. vbi plures alios refert consulentes.* Ex quibus regulam hanc * communiter ab omnibus receptam esse apparet.

AMPLIA I. Hanc † regulam, vt procedat etiam in testibus recipiendis ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, in quorum receptione partem esse citandam, probat mihi text. *in § & hic vero, in auth. de testibus*, dum ibi dicitur, *Oportet & illum in ea ciuitate constitutum, in qua attestationes dantur, admonitum a iudice, siue à defensore præsentem esse, & audire attestationes*, & ibi gloss. *in verbo, præsentem, in princip. & in verbo, inutilia, & ibi Ang. nu.36. item ex text. in auth. sed & si quis, C. de testib.* dum ibi dicitur, *Aduersarius moneatur a iudice, & sic eo præsente iudex attestationes recipiat.* Et ibi gloss. fin. *in verbo, vna parte, litera X. Odofred. ante nu.1. in verbo, admoneantur, & Paul. de Castr. nu.1. Marsil. in l. de vnoquoque, nu.80. ff. de re iudic. Boss. in tit. de oppos. cont. test. nu.34. ver. quod procedit etiam, Montic. in repert. test. in rub. quãdo ad perpetuam rei memoriam, &c. folio 100. col.1. vers.5. & vers. pen. Mascar. de probat. lib.3. concl. 1366. nu.3. Hond. consil.101. n.7. & latius dixi inf. q.76. n.141.*

AMPLIA. Rursus † præcedentem primam ampliationem, vt quando testes examinantur ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, citatio debeat esse personalis, *secundum Dyn. in l.4. §. prætor ait, ff. de damno infect. Cyn. in auth. si quis, ver. quæro modo, & ibi etiam Alb. num.2. versic. sed numquid, C. de testibus, Angel. in §. & hoc vero, num.37. col.2. ad med. vers. sed quæro, an eo casu in authen.* 3

LIMITA I. Præcedentem † ampliationem procedere, quando agitur de magno præiudicio. Tunc enim in huiusmodi testibus examinandis est necessaria citatio personalis, secus si agatur de paruo præiudicio, quia tunc sufficit, citationem factam esse ad domum. Sic enim Cyni opinionem refert & declarat Bart. *in d. authen. si quis, nu.7. & seq. C. de testibus*, quod & idem voluit *in l.4. §. sed cum oportet, ff. de damn. infect. & Bart. in dict. authen. si quis, sequuti sunt Bald. ibid. nu.7. post med. vers. Bartol. autem, & Paulus de Castr. nu.3. & dixi infra, qu.76. nu.153.* 4

LIMITA II. Eandem † ampliationem, vt requiratur citatio personalis, quando examinantur testes ante litem contestatam, ad effectum publicandi eorũ dicta, tunc enim agitur de magno præiudicio, quia contra dicta non potest opponi, nisi per modum reprobationis, secus autem, vbi talis receptio testium non fit ad publicandum, quando scil. eorum dicta sigillantur, nec partibus panduntur, quo casu dicitur receptio suspensiua, nec agitur de tanto præiudicio, cum vtriusq; partis ius sit saluum. ideo sufficit citatio communis ad domum, *secundum Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de testib. §. nunc tractandum, post nu.1. lit. F. in verbo, & bene, & per eundem Ioan. Andr. in reg. præsumitur, de reg. iur. in 6. prout illum refert & sequitur Bald. in auth. sed & si quis, nu.7. ad fin. vers. sed Ioan. Andreas, C. de testib.* Et licet Bart. *in auth. sed & si quis, nu.7.* diceret, hanc Ioan. And. distinctionem sibi non placere, tamen, dum ipse postea distinguit de magno & paruo præiudicio, videtur in idem cum Io. Andr. sentire, quẽ etiam relatis aliorum antiquiorum opinionibus benè explicat, & defendit Sulyc. *in d. auth. sed & si quis, nu.7. per totum*, & vide ad præmissa, quæ dixi infra, *qu.76. nu.148.* 5

LIMITA III. Dictam † ampliationem non procedere, quando huiusmodi testes ad perpetuam rei memoriam examinantur, quia timetur de eorum morte, vel absentia diuturna: tunc enim citationem ad domum sufficere, scripserunt Imol. *in cap.2. de testibus, in vltimis verbis, Henr. Boyc. in d. cap.2. post nu.5. vers. nisi immineret periculum, & num.10. vers. secundo casu* (vbi tamen in libro meo litera est corrupta, & deficit dictio *non*) quod & ante istos voluit Cyn. *in d. authen. si quis, ad fin. versic. si tamen esset periculum in exspectando, & ibi etiam Salyc. nu.7. ad med. versic. & quod ita sit, C. de testibus.* Imo & isto casu nullam requiri citationem, dixi infra, *nu.30. & seqq.* vbi de materia, & vide ad præmissa, quæ dixi infra, *qu.67. nu.148.* 6

LIMITA † rursus † propositam 1. ampliationem, in qua dixi, citationem requiri etiam in testibus examinandis ante litem cõtestatam, & ad perpetuam rei memoriam, vt non procedat in tribus casibus, in quibus nulla prorsus requiritur citatio. Primo, quando † timetur potentia aduersarii, *vt dixi infra, num.43.* Secundo, quando † est periculum in mora, *vt dixi infra, nu.36.* Tertio, quando † est timor mortis vel absentiæ, *vt dixi infra, num.38.* 7 8 9 10

Et † an vnica sufficiat citatio, vel plures requirantur, quando isti testes sic ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam examinantur, *dixi infra, nu.84.* 11

Et alia ad materiam propositæ primæ ampliationis dixi *infra, qu.76. nu.141. & seqq. pluribus, in tertio requisito per totum*, vbi late explicaui, an & quando, & quæ requiratur citatio, quando examinantur testes ad perpetuam rei memoriam, & ante litem contestatam.

12 AMPLIA II. Propositam † regulam, vt citatio requiratur, nedum in receptione & examine testium, sed etiam in productione & admissione articulorum, quod quando verum sit, & de materia vide Imol. *in c.2. nu.9 & ibi etiam Ant. de But. nu.11. Alb. nu.16. Aret. nu.18. & seq. Felyn. nu.32. Dec. nu.69. & seq. extr. de testib. Alb. de Malet. in tract. de testibus, cap.7. nu.6. & seqq. Campeg. de testibus, reg. 165. in princ. & in 1. & 2. fallen.* Et licet præfati Dd. varia dicant in materia huius ampliationis, veriorem tamẽ & magis * communis apud nos practicata opinio est, vt etiam in admissione articulorum, nedũ in productione pars citetur. Sub vnica enim citatione citatur ipsa pars ad videndum productionem articulorum, vel ad dicẽdum contra articulos in actis productos, illosq; ad probandum admitti, &c. *prout docet Vestr. in sua pract. libr.6. cap.2. num.6.* Vide tamen in proposito Mascard. *de probat. lib.1. conclus.131. nu.1. & seqq per totum*, vbi facit conclusionem, quam dicit veriorem & * communem, in admissione scilicet articulorum esse partem citandam, & eam postea declarat nonnullis modis, *vt ibi per eum.*

13 AMPLIA III. Vt † citatio requiratur in examine, etiam in causis, in quibus procedit iuris solemnitate non seruata, *secundum Aret. in cap.2. nu.10. & ibi etiam Felyn. nu.4. Dec. nu.35. & seqq. vbi bene comprobat & respondet contrariis, extr. de testibus, Crot. in tract. de testibus, nu.249. Boss. in tit. de oppos. contr. test. nu.34. vers. & vbi causa communiter, Nouell. regul.215. in 1. ampliatione, Osasc. decis. Pedemont. 79. nu.18. in fin. & num.19. versic. nec obstat, & in consil.64. num. 22. ver. & etiamsi causa fuisset commissa, Mascar. de prob. libr.2. conclus.682. nu.9. & libr.1. in præfatione, qu.5. nu.38. Honded. consil.101. nu.8. & sequ. Bursat. consil.201. nu.95. & pluribus seqq. vsque ad nu.119. vbi latissime infert ad plures similes causas, Bertazzol. consil.359 nu.23. lib.2. & faciunt quæ dixi in 1. lib. quæst.39. nu.15. & seqq.*

14 Et † idem in causis summariis, vel in quibus procedit summarie, de plano, sine strepitu & figura iudicii, scripserunt Nouell. *reg.215. in 1. ampliatione, Viu. opin. 966. num.5. Bursat. consil.20. num.65. versic. quod procedit etiam, & consil.201. post num.48. iuncto nu.98. Honded. consil. 101. nu.8. & 9.*

Et † idem in causis mercatorum, in quibus agitur de æquitate, & sine solemnitatibus, consulunt Bertaz. *consil. 94. nu.11. & ibi Claud. in addit. litera B.* vbi † etiam idem in causis, in quibus proceditur manu regia, *post Bartol. Lanfran. & Ias. quos allegat, sequitur Mascard. de probat. libr.3. conclus.1366. num.4 & 5.* 15 16

Et idem † in causis, in quibus proceditur sola facti veritate inspecta, voluit Osasc. *d. decis. Pedemon 79. nu.18. in fin. & num.19. versic. nec obstat*, vbi affert concordantes, reprobato Dec. contrarium tenente, *consil.4. columna 2. Hippolyt. Riminald. consil.213. num.98. & sequen. Personal. in tract. de indic. nu.18. & est * communis, vt testatur Honded. in * dict. consil.101. nu.10.* quamuis contrarium affirmare ausus fuerit Bursat. *in consil.345. num.29. lib.4.* vbi tamen per eum allegati non faciunt ad propositum, *declara, vt infr. nu.70.* 17

Et † idem in iudice, habente quodlibet liberum & absolutum arbitrium, dixi infr. *num.98. & faciunt quæ dixi in 2. lib. qu.39. num.19. & sequ.* 18

AMPLIA IV. Vt † in examine & receptione testiũ non solum pars sit citanda, sed si citata comparere non potuerit ex iusto impedimento, talis receptio etiam nulla est, *text. est in §. si vero, in authen. de testibus, ibi, & nisi per inexcusabilem aliquam necessitatem, &c. Item est text. in capit.2. de testibus, ibi, & non ex ineuitabili quadam necessitate venire non possit, & ibi gloss in verbo, ineuitabili, litera I.* Verum quando hæc ampliatio vera sit, quando autem impeditus teneatur mittere procuratorem, vel non, & isto casu, an testium receptio sit nulla ipso iure, an vero per restitutionem rescindatur, & quid si iudex sciuit vel ignorauit impedimentum non comparentis, & alia ad materiam videas *in d.c.2. Innocen. in verbo, ineuitabili, Ioan. Andr. nu.4. Bald. nu.2. versic. idem ait, & num.12. in 3. not ab Butr. nu.5. in 5. not ab. & num.7. in 7. not abil. & num.14. Imol. num.4. in princip. & num.5. Anan. num.5. Abb. num.3 versic. nota, quod temporaliter impeditus, iuncto versic. item nota, & num.11. per totum & num.12. & ibi Adden. d. num.11. litera C. in verbo, concludit, Aretin. num.5. in 5. not abil. iuncto num.14. & seqq. Bellamer. ante nu.1. in verbo, ineuitabili, Felyn. num.18. & seqq. Dec. nu.9. & 10. & latius nu.58. & seqq. ext. de testibus, Alber. de Malet. in tract. de testibus, cap.7. nu.2. Crot. de testibus, nu.254. Lanfranc. de testibus, nu.13 versic. vnum attende, Campeg. de testibus, regul.164. in 1. fallen. ver. nisi pars fuisset impedita, &c. And. Gail. obseruat.102. nu.3. lib.1.* 19

SVBLIMITA III. eandem † XV. limitationem, 148 vt testis in confrontatione debeat iterum iurare. Sibiciat ad id allegare Bursat.*in cons.*201.*num.*107. Et hoc in practica non habet difficultatem.

LIMITA XVI. Quando † reus habuit testes pro 149 rite & recte examinatis: tunc enim defectus citationis eorum examen non infringit, *vt per Foller.in practic.in verb.detur copia capitulorum, n.*1.*vers.licet repetitis testib.iuncto n.*5.*Vulpell.cons.*29.*sub n.*1.*& cons*32.*n.*1.*& cons.*68.*sub nu.*7. *Gabr.cons.*178.*n.*19 *lib.*1. vbi propterea reprobat contradicentem Simanc.*in tract. de hæret.rubr.de testib. tit.* 36 *n.*25. Addo pro hac limitatione Honded.*cons.*101.*n.*3.*& Flam.Chartar in pract.interrog.reor.lib* 3 *c.*3.*n.*56.vbi reddit rationẽ huius limitationis, *& nu.*62.*iuncto n.*67.*post med. vbi testatur de communi * practica in statu ecclesiastico, & lib.*4. * *c.*1.*n.*57.*vers.vel quod reus, faciunt quæ dixi supr. n.* 4. Et hoc est, quod voluit Bal.*in l.si quando, n.*5.*ff.de testib.* vel dixit, testes posse examinari parte non citata de consuetudine partiũ, & quod ita practicatur, ¶ *Bursat.in addit. ad Clar.q.* 43. *n.*3.vbi, quod ita seruatur in omnibus fere Curiis Italiæ.

SVBLIMITA I. hanc † XVI. limitationem, quæ 150 licet, *prout testatur Flam.Chartar.in suo practicato,* hæc practica, habendi testes pro rite & recte examinatis, viget in statu ecclesiastico, non viget in Vrbe, in qua, reorum aduocatis contradicentibus, nunquam iudices potuerunt inducere hanc practicam, *prout etiam bene aduertit Flam.Chartar.d.c.*3 *sub n.*67.*& seqq.*

SVBLIMITA II. Quia † licet testes fuerint habi- 151 ti pro rite & recte examinatis, adhuc tamen potest reus illos repeti facere cum suis interrogatoriis, etiam publicato processu, *vt bene probat idem Honded.cons.*101.*nu.*26. *& seqq.vsq; ad nu.*29 *vbi alios refert concordantes, &* nu.28. testatur, ita seruari in praxi etiam in Curia Pernina, & nu. 36. ¶ vbi defendit Simancam idem tenentem, et hoc testatur *tit.*64 *num.*25 ab impugnatione & [illegible] Gabr.*cons.*17. *n.*18.vbi dixit, opinionem [illegible]

P

se intelligi, vt procedat re integra, & ante habitas copias, *iuxta ea, quæ dixi infr. num.156.* Re autem non integra minime verum dicat, & talis declaratio valida sit, & per eam conualidetur nullitas examinis facti parte non citata, etiam quod vlterius non repetantur. Inquit enim ibi Honded. bene verum esse, quod etiam sine alia repetitione, stante declaratione dicta, testium examina sunt valida, nec ad illa conualidandum est necessaria repetitio cum interrogatoriis. Sed non per hoc sequitur, quia iterum debeant reperi cum interrogatoriis rei, vt veritas detegatur pro sua defensione, cui nullatenus renuntiare potest. Et † hæc sublimitatio eo magis
152 procedet, quando reus in declaratione, quam facit de habendo testes pro rite & recte examinatis, expresse ius repetendi sibi reseruasset, *vt ibid. per Honded. n.28. in fin. & n.33. in fin. & seqq. vsq; ad n.36.* ¶ Quæ quidem declaratio passim & indistincte admittitur in statu ecclesiastico, & præsertim in Vrbe, in qua etiam quandoque rei habent testes pro rite & recte examinatis, licet ad id minime cogantur, quicquid in cõtrarium cum verborum multitudine dicere tenuerit Baiar. *in addit. ad Clar. in pract. §. fin. q.48. n.34. & seq.* Verum rationes per Honded. deductæ, quia scil. tam in ciuilibus, quam in criminalibus testes debeant cum interrogatoriis examinari, & repeti; & aliter examinati, depositiones eorum sint nullæ, & inualidæ; si boni Dd. ad id per eum allegati inspiciantur, procedunt, quando, antequam examinentur, fuerunt data interrogatoria, & super illis non fuerunt examinati: secus autem, quando nulla sunt data interrogatoria, & reus testes pro bene examinatis habuit, prout sunt termini propositæ dubitationis: sic & pariter Practica Perusiæ, de qua ipse testatur *nu.28. in fin.* procedit, quando in declaratione fuit expresse reseruatum ius repetendi, prout contingit in casu, in quo ipse consuluit: secus autem si tale ius reseruatum non fuerit. Et licet pro sua opinione multum stringere videatur ratio per Simanc. considerata *in loco præcitato*, quia scilicet repetitio testium cum interrogatoriis est species defensionis, cui renuntiare non potest: ego tamen dum allegaui de præsenti anno 1599. in grauissima causa, & in supremo Vrbis tribunali non potui obtinere repetitionem huiusmodi stante declaratione facta de habendo testes pro rite & recte examinatis, absque clausula, *saluo iure repetendi*, & ea potissimum ratione fuit mihi hæc repetitio denegata, quia si illa concederetur re non integra, esset prorsus destruere limitationem, & conclusionem positam *supr. n.149.*

153 SVBLIMITA III. Quia † in huiusmodi declaratione potest reus excipere testes absentes, & mortuos, & talis exceptio de iure est admittenda, licet in Regno diuersimode seruetur, *prout testatur Foller. in practic. in ver. detur copia capitulorum, nu.5. Flam. Chartar. in praxi interrog. reor. c.3. n.61. in fin & seqq. vsq; ad num.67. vbi late de materia.* ¶ Et in statu ecclesiastico hoc non habet difficultatem, & ita passim seruatur, quicquid in contrarium dixerit Baiard. ad Clar. *in quæst.48. n.34. & seq.*

154 SVBLIMITA IV. Quia † non obstante declaratione prædicta, potest reus excipere contra personas, & dicta testium, præsertim quando expresse hoc excipiendi ius sibi reseruasset, prout hodie practicatur, & bene docet Chartar. *d.c.3. n 62. in fin. iuncto n.70. & seq.*

155 SVBLIMITA V. Quia † non sufficit, iudicem habuisse testes pro rite & recte examinatis, nisi reus expresse sic eos habuerit, *Honded. d. cons.101. n.33.* vbi etiam, quod non sufficit, reum institisse pro copiis, & obtulisse habere testes pro rite & recte examinatis, nisi expresse eos sic habuerit, quia, *vt dicit Gabr. in d. cons.178. n.17. lib.1.* aliud est offerre, me habere testes pro rite, &c. & aliud est habere illos, &c. *Vulpell. cons.12. nu.18.* vbi propterea, quod non sufficit decretum iudicis, copias decernentis habitis testibus, &c. sed necesse est, quod reus in earum traditione expresse sic eos habeat, *& idem dixit in cons.32. n.6. Flam. Chartar. in pract. interrog. reor. d.c.3 n.63. vers. & animaduertant iudices, iuncto numer.61. ad fin.* vbi propterea, quod hæc declaratio debet fieri, vel ab ipso reo, vel à procuratore habente ad hoc speciale mandatum.

SVBLIMITA VI. Quia † in prædicta declaratione datur pœnitentia re integra, & ante habitas copias, 156
Gab. d. cons.178. n.19. lib.1. Honded. d. cons.101. n.33. in fin. prin.

SVBLIMITA VII. Quia † ad huiusmodi declarationem faciendam reus cogi non potest, *Vulpell. consil.* 157
32. n.6. Bursat. cons.311. n.2. vbi propterea, quod non valet interlocutoria iudicis decernentis copias, dummodo reus habeat testes pro rite examinatis, quia hoc esset ei tollere defensiones, quod non potest, *Chartar. d. capit.3. num.67. & seq.* Et † licet idem Chartar. *ibid. num.60.* con- 158
trarium asserere videatur, † eius tamen assertio potest 159
procedere nõ in Vrbe, sed extra statum ecclesiasticum, vbi talis viget stylus & consuetudo sic decernendi copias habitis testibus pro rite examinatis, quo casu intrant ea, quæ posui *supr. n.72.*

Et † in proposito si vis scire, an & quando testes di- 160
cantur rite & recte examinati, vide Marian. Socin. *in c. fraternitatis, n.31. extr. de testib. Dd. & præsertim Imol. in clem. 2. n.4. & ibi etiam Card. Zabar. nu.4. vers.2. quæro, & latissime Bonifac. de Vitell. nu.1. & seqq. & latius num.13. & seqq. vsq; ad n.105. eod tit. de testib.*

Perfecta fuit hæc quæstio ad laudem Dei, die 9. Februar. 1594.

ARGVMENTVM.

De interrogatoriis examinando testi faciendis, qua, & qualia sint per iudicem admittenda, quibus ve testis ipse respondere teneatur, quando sine interrogatoriis à parte datis examinatus probet, vel non.

SVMMARIA.

Interrogatorium quid sit, & de pluribus interrogatoriorum speciebus, n.1.

Testes sunt examinandi super interrogatoriis datis à parte, contra quam producuntur, n.2.

Testes examinati sine interrogatoriis datis à parte, nihil probant, n.3. & n.6. Præsertim in criminalibus, n 4. & n.8.

Licet aliqui relati n.5. dixerint, testes etiam sine interrogatoriis datis a parte examinatos probare saluo iure illos repetendi super dictis interrogatoriis.

Testes examinati super interrogatoriis datis à parte, possunt repeti cum eisdem interrogatoriis, n.5. & n.7.

Iudex ex officio potest testes interrogare, etiam quod pars non dederit interrogatoria, n.9 & 10. Vbi ampliat, etiam quod pars dederit interrogatoria, sed imperfecta, & num.11. vbi, an hæc posit inducx post publicationem, & nu.12. vbi, quod licet possit, non tamen colligitur.

Iudex vel examinator omittens interrogare testes super interrogatoriis datis à parte, tenetur ad damna & interesse, n.13.

Testis si non respondet interrogatoriis, nihil probat, n.14.

Pars quæ dedit interrogatoria, potest esse præsens, quando testis super illis interrogatur, n.15.

Copia articulorum debet dari parti, vt possit formare interrogatoria, n.16.

Si tamen non fuerit data, non per hoc annullatur testimonium, n.17. contra, n.18.

Copia interrogatoriorum non est danda parti producenti testes, num.19.

Nomina testium sunt danda parti, ad hoc, vt possit formare interrogatoria, n.20. & n.22. & 23. licet aliqui relati num.21. contrarium dixerint.

Dilatio est etiam danda parti, contra quam testes producuntur, ad hoc, vt possit dare sua interrogatoria, n.24.

Citari etiam debet pars ad dandum interrogatoria n.25.

Testes

Testes possunt interrogari super circumstantiis facti, super quo deponunt, nu.26. Declara, dummodo circumstantiæ sint substantiales, & pertinentes ad causam, aliter secus, n.27.

Testes possunt interrogari de loco & tempore, num.28. non tamen sunt restringendi ad angulum temporis, vel loci, n.29.

Sicut pariter non possunt interrogari de qualitate temporis, an scilicet fuerit serenum, vel nubilosum, n.30.

Testes possunt etiam interrogari de sua credulitate, nedum de certitudine, n.31. contra, n.32. Declara, vt n.33.

Testis potest interrogari, an sit dues, vel pauper, n.34. Declara, vt nu.35.

Testes possunt interrogari de causa scientia, n.36.

De pluribus interrogatoriis testibus faciendis, remissiue, n.37.

Testes possunt interrogari de diffinitione rei, quid scil. sit illud, super quo deponunt, n.38. licet alij contra, n.39. & isto casu admittuntur etiam interrogatoria contraria, n.40. Limita 1. quia isto casu testis non tenetur respondere per diffinitionem iuris, sed grosso modo, & per verba facti, n.41. Imo si respõdeat per verba iuris, præsumitur suspectus, & subornatus, n.42. Limita 2. quãdo iam dicti sui bonam reddidisset rationem. Quia tunc non tenetur dare diffinitionem rei, super qua deposuit, n. 43. Limita 3. in testeperito, n.44. contra, num.45. Limita 4. quando testis petit declarari, an teneatur respondere per verba iuris, vel facti: quia si declaratur, quod debeat respondere per verba iuris, non tenetur respondere, n.46. & 47.

Interrogatoria impertinentia, incongrua, superflua, & extra articulos, non sunt admittenda, n.48.

Cautius tamen est, facere plura interrogatoria superflua, quam omittere necessaria, & vtilia, n.49.

In dubio tamen interrogatoria sunt iudicanda non impertinentia, n.50.

Interrogatoria subtilia, cauillosa, & facta ad inuolandum testem, non sunt admittenda, n 51.

Testis quando est suspectus, potest interrogari etiam super circumstantiis non substantialibus, n.52. Vbi etiam, quod iudicis arbitrio remittitur, quando testis dicatur suspectus.

Testis non potest interrogari de iis, quæ eius crimen vel turpitudinem tangunt, n.53. & n.54. licet alij contra, n.55. Amplia, siue crimen sit occultum, siue manifestum, n.56. & seqq. Limita 1. quando principaliter agitur de crimine contra aliquem, quia tunc testis potest interrogari, an sit dicti criminis particeps, nu. 59. contraria, n.60. Limita 2. quando testis interrogatur officio iudicis, n.61. Limita 3. in teste ignoto, n.62. contra, n.63. Limita 4. quando testis non fecit pœnitentiam sui criminis, n.64. Limita 5. quia licet testis non posit interrogari in genere, an sit criminosus, n.65. contra, n.66. Limita 6. quia licet testis non teneatur respondere, si tamen respõdet, sibi imputet, n 67. Limita 7 vt quicquid sit in teste, potest tamen pars compelli ad respondendum de sua & testis infamia, n.68. contra, n.69.

Testis potest interrogari, & tenetur respondere ad omnia ea, quæ reddunt eum inhabilem ad testificandum, n.70. siue interrogetur in specie, siue in genere, n.71.

Interrogatoria continentia nouum capitulum, non sunt admittenda, n.72.

Testes possunt examinari sine interrogatoriis, quando pars illa non dedit, n.73.

Testis, qui semel interrogatus respondit, non tenetur amplius respondere, n.74.

QVÆSTIO LXXIII.

1 OPPONITVR XXVII. Contra † testes, quod sunt examinati sine interrogatoriis à parte datis; & hanc materiam tractaturi, non ab re esset, vt in primis præmitteremus, quid, & quotuplex sit interrogatoriũ: sed ad vlteriora tendens Lectorem remitto ad Bal. *in c. per tuas, n.5. de testib.* vbi dat vnam diffinitionem, & ad Alber. de Malet. *in tract. de testib. c.8. nu.1.* vbi dat aliam diffinitionem, seu potius descriptionem. Et quod interrogatoria præcipue in duas species distinguantur, cum alia sint, quæ fiant partibus: alia autem, quæ fiant testibus, vide bene declarantes Butrig. *in d. testem, col.1. vers. modo quæro, C. de testib. & Bald. in d.c. per tuas, n.6.* Interrogatoriorum autem, quę testibus fiunt, quod quædam sint substantialia, quædam cohærentialia, quædam ad cautelam, & quædam inutilia. Vide pariter bene prædicta declarantem Bal. *in d.l. testium, n.11. & seq. C. de testib. quem in proposito refert & sequitur And. Gail. obser. 95. n.1. & 2. lib.1.*

His præmissis,

REGVLA † sit, quod, quando testes examinantur ab 2
vna parte, potest altera pars dare sua interrogatoria, & super illis datis debet omnino iudex vel examinator prædictos testes examinare. Sic enim probat text. *in c. præsentium*, in illis verbis: *Examines secundum partis aduersæ interrogatoria.* Et ibi hoc notant gl. ex Domin. in figuratione casus, *vers. vnde partes.* vbi, quod partes communiter dant interrogatoria generalia & specialia, ad reperiendum testes in aliqua variatione, vel fallitate, *idem ibid. gl. in verb. interrogatoria, liter. N. & in verbo, examinare, liter. a F. Gem. in. ibid. in §. testes, nu.3. Archid. n 7.* vbi, quod de consuetudine causarum est, quod producens testes dat articulos, is autem, contra quem producuntur, dat interrogatoria, *Adden ad Fran. ibi, n.6. litera B. de testib. in 6. Hostien. in c. per tuas, nu.5. ante med. vers. sed & secundum, & ibi etiam Bald. n.5. vers. sed interrogatoria.* vbi, quod sicut vtile est producenti testes date articulos, ne in confuso examinentur, ita vtile est aduersario, testes super suis interrogatoriis examinari, *Butr. n.6. vers. est ergo de stylo causarum, quod interrogatoria dentur, Anchar. n.3. in 4 not. & nu.5. vers. sic sunt ergo inuenta interrogatoria, ext. de testib. Soc. in l.1. n.2 ff. si cert. pet.* vbi, quod olim ante text. *in d.c. præsentium*, de iure interrogatoria non erant cognita, sed tantum de consuetudine; hodie vero sunt cognita, & de iure, & de consuetudine, *Grauat. ad Vestr. in pract. lib.5 c.7. n 16. Pract. Conradi, §.2. de offic. prætor. in caus. ciuil. rub. de interrogatorio, nu.1. fol.63. Monticell. in repert. test. rubr. quom & qualiter testes circa vel extra articulos sint interrogandi. fol.168. col.2. vers.3.*

Sed an isto casu testes sic examinati sine interrogatoriis à parte datis, probent, vel non, vide *infr. seq. ampliat.*

AMPLIA I. propositam † regulam, vt testes examinati sine interrogatoriis à parte datis nihil probent, *secundum Io. And. in c. cum causam. n.12. ad med. vers. & propter hoc cautum est & ibi etiam Bellamer. n.1. Butr. n.17. Card. Zabarell post n.3. col.1. vers. in glossa 4. Ant. har. n.13. vers. aduertendum tamen, Abb. n.6. in fin. vers. alio modo, Felin. n 2 col.3. in prin. vers. quibus adde, ext. de testib. Ripa in l.1. nu.39 ff. si cert. pet. Nell. de testib. n 99. Franc. Curt. de testib. concl 53 n.103. Papien. in forma iuram. test. in verb. ati, n.1. in fin. Prad. Conradi de offic. prætor. in caus. ciuil. rub. de interrogatorio, nu 4. fol. 64. in prin. qui allegat etiam Oldrad. in cons. 313 n 5 Monticell. in repert. test. rubr. quom. & qualiter testes circa vel extra articulos sint interrogandi fol.169. col.1. vers.3. Scot. Placent. in conf. 6. n.34. lib.2. part.2. prout illum allegat Mascard. de probat. lib.2. concl. 684. n.3. Brunor. à Sole in suo consil. rm. n.102. Oldrad. Cach. cons. 65. n.5. lib.1. Bursat. cons 34. n.4. lib.1.* vbi † præsertim in criminalibus testatur de communi * opinione, * *& cons. 192. n.34. lib.2.* vbi etiam in criminalibus, *prout illum pariter refert Mascard. concl 684 nu.4. Viu. opin. 896. nu.6. vers. & isti testes.* vbi, quod nec etiam probat contra producentem, *ex decis. Rotæ ibi per eum allegatis, Virg. Bocca. in tract. de litteris remissorial. c.6. n.21. & seq.* ubi præsertim, quãdo præcedit protestatio nullitatis examinis, nisi testes interrogentur super interrogatoriis, & *nu.31.* vbi etiam loquitur, quando omnia interrogatoria fuerint omissa, & *c.8. n.6. & seq. & n.9. & n.11. in fin. & c.9. n.7.* vbi, quando interuenit iudicis decretum, quod testes super interrogatoriis datis examinentur.

Contra † hanc ampliationem facit text. *in c. postea, ext. de testib. cum aliis, quæ retulit supr. q 66 n.28. & seq.* vbi probant, testes examinatos sine interrogatoriis datis à parte posse & debere repeti cum dictis interrogatoriis

P p

etiam post eorum publicationem. Ergo videtur, quod etiam examinati sine interrogatoriis probent, licet sit salvum ius repetendi. Sic enim expresse voluit Alex. *in consil.41.n.9.lib.4. repetitum in cons.172.lib.2.ex Spec. quem allegat in tit de teste, § iam de interrogatoriis, n.21. vers. item caute, & ibi etiam Io. Andr. in addit. & Alex. opinionem sequuti sunt Ruyn. cons.35.nu.4.lib.4. Marant. de ord. iud. part.6 rubr. de interrogatoriorum productione, n.4. Dec. in c. licet causam, nu.56. de probat Graual. ad Vestr in pract. lib.6.c.2.rubr. de testib. & eorum inductione, n.56. Monticell. in repertor. test. rubr. testiu an & qualiter de causa scientiæ debeat interrogari, fol.171.col.1. vers. 2. Andr. Gail. obser. 95.n.7. lib.1. Masc. de probat. d. conclus. 684. n 1. & 2. vbi etiam in idem allegat Ias. in l si quis ex argentariis, § prætor ait, in 6 not ab. ff. de edend. addo & Dec cons. 51. nu. 122. lib. 2. & Gabr. cons 118. n. 69. & seq. lib. 2.* (vbi tamen loquitur, quando testis iam bonam reddidit rationem,) *Viu. opin. 896. n. 6. ver. & hinc est etiam, iuncto vers. & dum de præsenti mente, Virg. Boccac. in tract. de liter. remissor. c. 6. n. 23.* vbi tamen loquitur, quando testes non sunt examinati super aliquibus interrogatoriis, non autē, quando omnia interrogatoria sunt omissa, *& c. 9. n. 26.* vbi etiam loquitur, quando non præcessit protestatio partis, nec iudicis decretum, quod testes examinentur super interrogatoriis partis.

6 Sed † iis non obstantibus, ego non recederem à proposita ampliatione, tum quia mihi videtur magis com-
* muniter * recepta, tum etiam, quia Spec. & Io. And. qui originaliter pro contraria opinione per Alexan. & alios allegantur, non dicunt, quod testes examinati sine interrogatoriis datis à parte probent, sed quod possunt repeti, & sic non per hoc sequitur, quod probent, quia imo & nō probant, & possunt repeti, prout dicunt Dd. pro prima opinione allegati, & dicam mox *in seq. ampl.* Et pro prima opinione addo Bursat. omnino viden. *in cons.358 nu.10. & seq. lib.4.* vbi dicit, quod de rigore, &
* secundum magis communem * nullum & inualidum est examen testium non examinatorum super interrogatoriis datis à parte, præsertim si eadem pars de hoc fuerit protestata, licet de æquitate cessante protestatione nullitatis examen valere, non tamen probare, nisi repetantur testes, alias fuit resolutū in Rota coram Io. Paulo in vna Burgen. coram Capisucco in vna Pamphilen. & in alia coram Fabio, *vt ipse refert decis. 50. & Peregrin. decis. 50. & Peregr. decis. 101. in vna Parmen.* Et hanc primam opinionem tanquam veriorem prævalere debere, quādo scilicet præcessit protestatio partis, & iudicis decretum, quod testis examinetur super interrogatoriis datis, bene colligitur ex allegatis per Virg. Boccac. *vbi supr. in tract. de lit. remissor. c. 6. num. 21. & seq. & n. 31. & c. 8. n. 6. & seq. n. 9. & n. 11. in fin. & c. 9 n. 27.*

7 AMPLIA II. eandem † regulam, vt testes examinati sine interrogatoriis datis à parte non solum nō probent, sed si pars velit, possit eos adhuc repeti facere
* cum delictis interrogatoriis. Sic enim * communiter dicunt omnes Dd. allegati *in præcedenti ampliat.* & in specie scripserunt Spec. *in tit. de teste, § iam de interrogatoriis, n. 21. vers. item caute facit aduocatus*, Felyn. *in c. cum causam, n. 8. vers. 6. nota. extr. de testib.* Pract. Corradi d. *rub. de interrogatorio, nu. 4. fol. 63. col. 2. in fin.* Luc. Pat. *in pract. Capitoli. lib. 2. c. 5. rubr. de admissione articulor. n. 15. etiam facta testium publicatione, vt dixi sup in q. 66. nu. 284. & seq.* Bursat. *cons. 358. n. 10. lib. 4 Viu. opin. 896. n. 6. per totum, in di cursu.* ¶ *Rota diuers. decis. 84. part. 3. lib. 1.* vbi dicit, fuisse alias resolutum in Rota, teites examinatos sine interrogatoriis partis posse repeti, datis per eandem partem interrogatoriis.

8 AMPLIA III. Vt dicta † regula procedat non solum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, *ad text. in l si postulauerit, § quæstioni, ibi, interrog[illegible] facultas datur patronus, ff. de adult.* Salyc. Aret. Blan. Ber[illegible] & Bursat. *in locis per eos relatis per Honded. in cons. 101 num. 28.* Licet Clar. post Foller. quem allegat *in pract. cri. § fin. q. 23. vers. item quæro*, testetur de contraria consuetudine, quod scil. in causis criminalibus admittantur interrogatoria fisci contra reum, non autem rei contra fiscum, vide tamen bene deductis per Foller. & Clar. prædictos respondentem Honded. *in d. cons. 101. n. 4. iuncto n. 28. & n. 37. & seqq.* Et apud nos, quando reus est præsens, nō solum testē confrontatum posse per eundem reum interrogari, sed si repetatur, debere etiam cum interrogatoriis eiusdem rei examinari ad saturitatem, dixi *sup. in præced. quæst. num. 136 & 144. & seqq.*

9 AMPLIA IV. Quia † si pars non dedit interrogatoria, adhuc potest iudex ex officio testes interrogare, *secund. Ant. de But. in c. præsentium, n. 4. & ibi Fran. n. 6. in fi. de testib. in 6. Couar. pract. quæst. c. 18. n. 7. vers. quamobrē ex officio iudicis passim interrogatur testis, Luc. Pat. in pract. Capitol. lib. 2. c. 5. rubr. de admissione articulorum, nu. 15. vers. quinimo etiam, iunct. nu. 23.* vbi idē dicit in Notario, quod scil. etiam sibi non datis à parte interrogatoriis possit ex suo officio testes interrogare de causa scientiæ, loco, & tempore, & contestibus, & ita concordat Vbis statutum, *vt ibi per eum, Vsui. opin. 912. n. 7. Montic. in reper. test. rub. testiu an & qualiter de causa scientia debeat interrogari, fol. 170. col. 2. vers. 5. Brun. à Sole in suo cons. crim. n. 102. vers. nam iudex.* Imo † si 10
pars dedit interrogatoria, sed non perfecta, adhuc potest iudex in illis supplere, *secund. Alber. de Malet. in tract. de testib. c. 8. n. 2. post Spec. & Io. Andr. quos allegat, quorum opinionem a contrario defendit Pract. Corrad. d. rubr. de interrogatorio, n. 2. vers. & illa, quæ desunt, ex officio suo etiam supplebit, folio 63. Andr. Gail. obser. 95. n 8. lib. 1.* Sed † an hæc possit iudex 11
post publicationem, dixi *supr. q. 66. n. 262. & seqq.*

LIMITA † hanc ampliationem, quia licet iudex 12
possit ex officio testes interrogare, non tamen cogitur, *Boss. in tit. de publicatione processus & testium, nu. 23. in fin.* vbi,
* quod ita communiter * dicunt Dd.

AMPLIA V. Quia † iudex vel examinator omit- 13
tens interrogare testes super interrogatoriis datis à parte, tenetur eidem parti ad damna & interesse, sed quando hæc ampliatio procedat, & quando non, remitto Lectorem ad Abb. & alios, *in d. c. cum causam, extr. de testib.* apud nos enim nunquam vidi hanc ampliationem in practica seruari.

AMPLIA VI. Vt non solum † testes debeant exa- 14
minari super interrogatoriis datis à parte, sed etiam si super illis interrogati non respondeant, & sic interrogatoria non euacuent, habentur pro non receptis, & nihil probant, *secundum Nell. in tract. de testib. n. 99. Montic. in repert. test. rub. quom. & qualiter testes circa vel extra articulos sint interrogandi, fol. 168. col. 2. vers. antepen. & seq.* vbi etiam, quod is testis præsumitur dolosus.

AMPLIA VII. Quia † quando testis examinatur 15
super interrogatoriis partis, potest eadem pars dictis interrogationib. interesse, & est ratio, quia pars melius scit quærere circumstantias, per text. *in l si postulauerit, § quæstioni. ff. de adult. cum aliis adductis per Archid. in c. præsentium, col. fin. n. 7. vers. scias tamen, de testib. in 6.* Sed hæc ampliatio apud nos non seruatur, nec in ciuilib. nec in criminalib.

AMPLIA VIII. Quia † ad effectum, vt possit pars 16
formare interrogatoria, debet eidem parti dari copia articulorum, si eam petat, *secundum Spec. in tit. de teste, § iam de interrogatoriis, n. 3. Ias. in l. 1. nu. 16. ff. si cert. pet. Innoc. in c. per tuas, n. 1. in verbo, capitulis, & ibi etiam Hostien. n. 5. Bal. in c. per tuas, n. 1. in verbo, capitulis, & ibi etiam Hostien. n. 5. Bal. in c. per tuas, n. 1. in verbo, capitulis, & ibi etiam Hostien. n. 5. Bal. n. 9. Butr. nu. 4. Imol. n. 3. vers. expedit etiam, Abb. n. 2. Aret. n 11. vbi de materia, Fel. n. 2. ad fin. col. 3. vers. vlterius, & c. extr. de testib. Alb. de Malet. in tract. de testib. c. 7. nu. 102. Marant. part. 6. rubr. de interrogatoriorum productione, nu. 1. Luc. Pat. in pract. Capitol. lib. 2. c. 5. rubr. de admissione articulorum, n. 12. Viu. opinion. 896. n 6. vers. & inde inoleuit, Pract. Gail. obseru. 95. n. 6. vers. copia vero articulorum, n. 1.*

LIMITA I. hanc † octauam ampliationem, quod 17
licet

licet articulorum copia dari debeat, si tamen data non fuerit, valet tamen testium examinatorum depositio, *secundum Hostien. in d. cap. per tuas, num. 5. versic. verum tamen, & si hoc factum fuerit* (litera in libro meo est corrupta, quia vult dicere, *& si hoc factum non fuerit*) *& ibi Bald. post nu. 9. versic. sed si ista copia non fiat, Butr. nu. 5. Abb. nu. 2. versic. sed si ista copia non fiat, & ibi Add. in addit. incip. an copia articulorum, Felyn. nu. 2. ad fin. colum. 3. versic. vlterius, & c. extra, de testibus, Bald. in tractat. de testibus, num. 40.* Et mouentur præfati Dd. quia adhuc non habita copia articulorum, poterit pars dicere articulos impertinentes.

18 Verum † hæc ratio non tollit defectum interrogatorium, quæ non potuerunt formari non habita copia articulorum, ideo si illa petita fuerit ad effectum dandi interrogatoria, & hoc non obstante fuerint examinati testes, crederem illorum depositionem, aut non valere, aut saltem parti esse etiam reseruatum ius testes repetendi super interrogatoriis, iuxta ea, quæ dixi *supra in 1. ampliat.* nedum disputandi super impertinentia articulorum.

19 LIMITA II. Dictam † octauam ampliationem, quia & si articulorum copia danda sit ei, contra quem testes producuntur, non tamen illos producenti est danda copia interrogatoriorum: si enim hoc fieret, esset ipsi commoditatem dare ad testes subornandos, *ad gloss. in capit. præsentium, in verbo, interrogatoria, litera n. ver. & hac interrogatoria.* vbi quod ita est de iure, & etiam seruatur de consuetudine, *& ibi Frant. post num. 6. de testibus, in 6. Innoc. in d. c. per tuas, num. 2. de testibus,* vbi tamen quod nō peccaret iudex, si hanc copiam daret, sed quod imo iudex isto casu grauiter erraret, nisi de consensu partis copiam daret, & adhuc fatuam esse partem, quæ in id
* consentiat, magis communiter * dixerunt Doctores *in d. cap. per tuas, vt videre est apud Hostien. post nu. 5. versic. de interrogationibus vero, Ioan. And. nu. 7. Bald. nu. 11. Bellam. nu. 2. in l. qu. Butr. post nu 6. Imol. num. 3. in fin. versic. & licet copia, Ancharan. nu. 4. Abb. nu. 2* vbi propterea, quod pars posset appellare, si iudex vellet dare hanc interrogatoriorum copiam, *& ibi Adden. litera c. in verbo, interrogatoriorū, & Felyn. nu. 3. addo pro hac eadem limitatione Ias. in l. 1. nu. 16. & ibi etiam Ripa, nu. 40. ff. si cert. pet. Bald. in tract. de testibus, part. 3. nu. 41. Alber. de Malet. de testibus, cap. 7. post nu. 102. & cap. 8 nu. 1. versic. nec de talibus interrogatoriis debet dari copia, Maran. in Spec. part. 6. rubr. de interrogatoriorum productione, nu. 3. Graual. ad Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. rub. de testibus, & eorum inductione, num. 55. Pract. Corrad. d. rub. de interrogatorio, num. 1. & nu. 3. vers. & quod interrogatoria non sint danda parti, fol. 63. Luc. Pat. in pract. Capitol. libr. 2. cap. 5. nu. 16. Gail. obseruat. 95. num. 6. in princ. libr. 1. Virg Boccac. in tract. de liter. remissor. cap. 6. sub num. 35.* vbi reprobata quadam distinctione Butrigarii *in tractat. de testibus, num. 41.* testatur de stylo, nunquam parti producenti testes solere dari copiam interrogatoriorum, siue contineant exceptiones contra testes, & eorum dicta, siue etiam intentionem dantis interrogatoria.

20 AMPLIA IX. Quia † non solum est danda copia articulorum, vt *supra*, sed etiam danda sint nomina testium examinandorum, ad hoc, vt de eorum inhabilitate possint formari interrogatoria, *secundum Bald. in dict cap per tuas, num. 12. & ibi etiam Felyn. nu. 3. in fin. extra, de testibus, idem Felyn. in c. 1. nu. 9 prope fin. vers. item habet locū, extra, de probat. Campeg. de testib. reg. 300. in 5. fallent. Vestr. in pract. lib. 6. c. 2. rub. de testibus, & eorum inductione. nu. 18. post Innoc. Bald. & Felyn. in locis per eum relatis*, vbi reddit rationem, quia scilicet interrogatoria fieri solent secundum circumstantias causę, & personarum inductarum, quas quidem circumstantias personarum inductarum non potest[illegible]rs considerare, nisi earum nomina sibi edantur, & ex hac ratione dicit se credere, dilationem datam ad dandum interrogatoria non currere, nisi à tempore, quo edita fuerunt testium nomina, tanquam necessaria ad confectionem ipsorum interrogatoriorum.

Et † licet non ignorem, aliquos Dd. contrarium sen- 21
sisse, quod imo testium nomina ad effectum euitandi subornationes nullo pacto edi debeant parti, *prout firmarunt Bald. in l. fin. nu. 16. C. de eden. Spec. in tit de teste, § qualiter, nn. 3.* affirmans, de iure indistincte edi non debere nomina testium, nisi vel vbi hoc fieri esset consuetum, vel nisi appareat, quod fraudulenter subticeantur, *Alexan. in l. 1. § editiones, nu. 20. & 21. ff. de eden. Maran. in Specul. part. 6. act. 10. rubr. de actorum editione, nu. 60. & pro reg ponit Campeg. d. reg. 300. in princ.* Quos omnes relatis & reprobatis contrariis refert, & sequitur nouissime Honded. *in suo cons. 101. num. 40. & seqq.* vbi † propterea infert in cri- 22
minalibus, quod quando reus ad sui defensionem producit testes, nō tenetur fisco eorū nomina edere, quando vel adest accusator principalis, vel fisco adhærens.

Ego † tamen in occurrenti casu non discederem à 23
proposita ampliatione, apud nos tam in ciuili[illegible], quam in criminalibus, & siue procedatur ex officio, siue ad partis querelam, *magis seruata. Semper enim vidi parte petente nomina testium specificata per producentē, qui propterea solet aduersario intimare, qualiter nomina & cognomina testium sunt in actis specificata: bene verum est, quod quando fiscus citatur ad videndum examinari testes, non solent in ista citatione testium nomina specificari, & quandoque etiam illis non specificatis proceditur ad examen testium, cum interuentu substituti fiscalis: sed si fiscus ipse, aut accusator, testium nomina specificari petierit ad effectum dandi interrogatoria, sine dubio specificari debent. Et ita nuper seruaui in causa grauissima ad fisci instantiam, contra* Episcopum Marticanum. *

AMPLIA X. Quia etiam si † petatur, danda est aliqua 24
breuis, sed competens dilatio ad formandum interrogatoria, *secundum Spec. in tit. de teste, § iam de interrogatoriis, nu. 1. & 2.* vbi, quod ita consuetudine introductum est, *Ripa in l. 1. nu. 41. ff. si cert. pet.* vbi, quod ita in practica seruatur, (licet Bald. & Papien. *in locis per eum relatis* contrarium dixerint) *Alb de Malet. in tract. de testibus, c. 8. nu. 3. Maran. in Specul. part. 6 rub. de interrogatoriorum productione, nu. 1. Vestr. in pract. lib. 6. c. 2. rub. de testib. & eorum inductione, nu* 17. vbi, quod ita inoleuit generalis consuetudo, quę etiam in Romana Curia recepta est, *& ibi Graual. nu. 54.* (vbi e contra affirmat, dilationem non esse dandam, si pars eam non petat.) *Pract. Corrad. § 2. de offic. præt. in caus. ciuil. rub. de interrogatorio, nu. 1. fol. 63.* vbi ita esse consuetudinem, pariter testatur. Et isto casu, si iudex non concederet terminum petitum ad producendum interrogatoria, subsequutum examen indubitanter esse nullum, dixit Viu. *opin. 896. nu. 6. vers. vnde merito, alleg. et Pute. in tit. de testib. decis. 10.* Verum si iudex dilationem concessisset ad dandum interrogatoria, & ea pendente testes fuissent examinati, tunc non dicuntur nulliter examinati, sed veniunt repetendi, *prout voluit idem Put. decision. 316. lib. 2. & ipsum allegat idem Viu. d. nu. 6. ver. & aduerte*

AMPLIA XI. Vt etiam † debeat citari pars ad dan- 25
dum interrogatoria, *vt bene aduertit Papiens. in forma iuramen. test. in verbo, citati, num. 1. vers. rursus citari debet pars.* Et ita apud nos seruatur, vt in formula citationis Vestrii. de qua in sua practica, *lib. 6. c. 2. rub. de testib. & eorum inductione, sub nu. 6. iuncto n. 17. And. Gail. obser. 102. n. 1. lib. 1.*

AMPLIA XII. Propositam † regulam (& nunc in- 26
gredior specialia interrogatoria testibus facienda) vt testes interrogari possint non solum super principaliter contentis in articulis, sed etiam super illorum circumstantiis, text. est *in cap. cum causam*, in illis verbis, *& de singulis circumstantiis diligenter inquirens*, & ibi gloss. in verbo, *circumstantiis*, vbi, quod alias non pertenitur ad veritatem, *Ioan. Andr. post num. 1. in verbo, circumstantiis,*

& nu.13 Bald.nu.3.& nu.47. vbi quod circumstantiæ sunt quæcunq; aggrauant factum, vel possint mouere animum iudicis ad credendum, vel discredendum, *Bellam. post num.1 in verbo, circumstantia, Butr.nu.18.versic.est tamen tum vtile*, vbi exemplificat aliquas circumstantias, *Zabarell.in summario, Anch.post nu.3.vers.4 nota, & nu.15.vers. & prædicta, Abb.nu 1.in fin.vers.nota iudicem ex offic.& n.10. Aret.nu.4.in 3 notab.extra, de testibus, glos.in cap.præsentium, in verbo, interrogatoria.litera n.in princip.& ibi Ioan.Monac. nu.10 in verbo, interrogatoria, de testibus, in 6.Ioan.And.in cap. per tuas, post nu 11.extr.cod. Alber.in l 3.nu.8.in fin.ff.de testib. Bart.in l.testium, nu.12.C.cod.Ægid.in tractat.de testibus, nu. 50 in fin Pract.Corrad.d.rub.de interrogatorio, sub nu.2.fol 63. col.1. Monticell.in repert.test.rub. testes qualiter sunt de circumstantiis interrogandi, per totam.fol.172.vbi de materia.*

27 LIMITA hanc † duodecimam ampliationem, vt procedat in circumstantiis substantialibus, & pertinentibus ad causam, factique veritatem, secus si in impertinentibus, & non substantialibus, de quibus testis non potest interrogari regulariter, *vt dixi infra, nu.48.* nisi sit suspectus, *vt pariter dixi infra, nu.52.*

28 AMPLIA XIII. Qua † testes possunt etiam interrogari de loco & tempore, prout est text. *in d.cap.cum causam in illis verbis, loco, tempore, &c.& ibi glossa in verbo, loco, & in verbo, tempore*, vbi reddit rationem, quia scilic. si dicti testes sint in loco & tempore, & nihil probant, *Innoc nu. 3.in fin.in verbo, loco, & in verbo, tempore, Hostien.num.8.in fin. vers. attendat ergo locum & tempus.& nu.25 Bellam.in prin.& in verbo, loco, & in verbo tempore, Butr.nu.22. Anch.nu 5. Abb. nu 17. Felyn nu.12.extr. de testibus glos.in c præsentium, in verb. interrogatoria, lit n. versiculum quero de anno & die, de test.bus, in 6 Innoc.in c.per tuas nu.4.versiculum nota, & ibi Io. And.post nu.11 & adnum Added.lit.e. Bellam post nu.10 in 4.qu.in prin. extra eodem, Specul.in tit.de teste, §.iam de interrogatorio, nu. 9.& 10.Bart.in l.3.§.ideoq;, nu.6.ff.de testibus, gl.in l.testium, in verbo, præsto, versic.de tempore autem, & ibi Butrig col.2.in princ.versiculum testes debent interrogari de loco, Bart.nu.12. Bald. nu.13. Alber.nu.12. Paul.de Cast.n.13. C.eodem, Nell de testibus, nu.138. Alber.de Malet.de testibus, c.8.nu.5. Pract.Corr.ad.dict. rub.de interrogatorio, nu.2.fol.63. Montic.in repert.test.rub.an de loco & tempore &c.per totam, fol.171. vbi de materia.*

29 LIMITA I. Hanc † decimamtertiam ampliationē, vt licet testes possint interrogari de loco & tempore, non tamen sunt restringendi, prout dicunt Dd. ad angulum temporis, vel loci, *secundum Hostien.in c.cum causam, nu.9.de testibus*, vbi propterea, quod sufficit testi exprimere annum, mensem & diem, *Alber.in l.testium, post nu.12.vers.non tamen est locus ad angulum restringendus, C.eod.* Et hanc limitationem tu Procurator nota, contra illa interrogatoria, quandoque fieri solita, vt scilicet testes interrogentur de loco loci, & hora diei.

30 LIMITA II. Eandem † decimamtertiam ampliationem, vt licet pariter testes possint interrogari de loco & tempore, non tamen possunt interrogari de qualitate temporis, an scilicet fuerit nobilosum, vel seremum, *per ea, quæ generaliter dixi infra in 2.limitat.princ. num.51.* nisi testis esset alias suspectus, *vt etiam dixi infra, num.52.* Sic enim in specie scripserunt glos. *in d.cap.cum causam, in verbo, tempore, vers. nec intellige, & ibi etiam Innocent.nu.3.in fin.vers. de qualitate autem temporis, Hostien post nu.9.& nu.25. versic.non tamen de qualitate temporis, Bald.nu.54. Butr.post* * *nu 22 vbi quod ita* * *communiter concluditur, extra, de testibus, glos.in leg testium.in verbo, præsto, versic. de tempore autem, & ibi etiam Butrig colum.1.in fin.versi. & quandoque interrogantur, C eodem, Specul in tit.de teste, §.iam de interrogatoris, nu 14.versic.de temporis vero qualitate.*

31 AMPLIA XIV Quia † testes possunt etiam interrogari de sua credulitate, nedum de certitudine, *ad text vulgar. nam causam in illis verbis credulitate, fama, & certitudine, & ibi Io.in.And.nu.5 in fin.in verbo credulitate, Bald. nu.62. & 63.* vbi etiam, quod aliquando testis interrogatur de conscientia, *Abb.num.2 extra.de testibus, Alber.de Malet.in tract.de testibus, cap.8.nu 5. Pract.Corradi.d rubr. de interrogatorio, nu.2.ad med.fol.63.col.2. Montic.in reper.test. rubr.interrogari an debeant testes de conscientia & credulitate, per totam.fol.172.vbi de materia.*

Quamuis † contrarium dixerit Ioan.Andr. ad Spec. *in tit.de teste, §.iam de interrogatoriis, in fin.litera r.* vbi, quod hoc interrogatorium, an testes sciant de auditu vel credulitate, cancellandum est, *Monticell.vbi sup.d fol.172.colum.1.vers.2.* vbi, quod testis non interrogandus de eius conscientia, quæ potest oriti ex falsis caulis, *& ibi concordantes adducit.* Ad text.autem *in d.c.cum causam*, si hæc tibi placuerit opinio, considera, an responderi possit, quod loquatur non de iudice interrogante testes, dum examinantur, sed de iudice inquirente super conditione testis post eius examen: quo casu, vt bene illius fidem iudicet, inquirere debet, an testis de certitudine an vero de credulitate, fama, vel auditu deposuerit. 32

Et hæc † contraria opinio eo magis est admittenda, quando prædictum interrogatorium fieret in fine examinis ipsius testis, an scilicet credat vera esse ea, quæ supra in suo examine dixit & hoc ad effectum in eo inducendi varietatem & contrarietatem, vt quæ primo asseruit deposuerat, deinceps dubitative, & per verbum credo, repetendo affirmet. Tale enim interrogatorium admittendum non esse in specie, voluit Alber de Malet *in tract.de testibus, cap.8.nu.26.* 33

AMPLIA XV. Vt † licet testis non possit interrogari de sua turpitudine, *vt late dixi infra, num.53. & seqq.* Bene tamen poterit interrogari, an sit pauper, vel diues, *secundum Spec.in tit.de teste, §.iam de interrogatoriis, num.19. versiculum quantum habet in bonis, & ibi Ioan. Andr litera b. & litera h versic.ad alia vt paupertas & nu.22.in fin.versic.tamen hoc vltimum.* Vbi (loquendo † tamen per verbum, *forte*) videtur ampliationē declarare, vt non procedat, quando pauperas esset occulta, sed simpliciter hanc ampliationem firmarunt Fulgos. *in l.3.col.1.in fin.post nu.4.ff. de testibus, Butr in d cap.cum causam, nu.10.col.6. versic puto etiam, & ibid. Abb.nu.14 in fin. Innoc. Boyc nu.17.extra, de testibus, Alber.de Malet.in tract.de testibus, cap.8. Socin.reg. 411. in 2 fall. Boss.in tit.de oppos.contr test nu.62.in fin.* vbi testatur de * *communi pract.ex Salyc.in loco per eum relato, Pract. Corradi, §.2.de offic. Prætor.in causa simil rub.de interrogatorio, nu.6. post med.fol.64 col.2.in princip.* 34 35

AMPLIA XVI. Vt eo † magis testes possint interrogari de causa scientiæ, *secundum Bal.l.in d.c.cum causam post nu.3.extra de testibus, Montic.in repertor.test.rubr testis an & qualiter de causa scientiæ debeat interrogari per totam, fol 170.vbi de materia de qua late dixi supra, qu.70.* 36

AMPLIA XVII. Et † generaliter, vt testes possint etiam interrogari pluribus aliis modis, quos hic repetere satis laboriosum esset, sed lectorem remitto ad gloss. *in c.præsentium in verbo, interrogatoria, litera n. versic.si dixerit testis, & ibi Hostiens.nu.26.de testibus, in 6. Specul.in tit. de teste, § iam de interrogatoriis, nu.4. & seqq. vbi late Nepos de Monte Alb.in tract.de testibus, num.136.& seq. Alb.de Malet.de testibus, c.8.num.5.& seqq. Vestr.in pract.lib.5.cap.7.rub.de responsionibus rei ad positiones, & nu.1. Monticell.in repertor.test. fol.160.& seqq. vsq; ad 174.vbi etiam late.* Et de interrogatoriis faciendis super decem prædicamentis, & super quatuor caulis, videlicet formali, materiali, efficiente, & finali, vide Dd. allegatos *supr.qu.70.nu.159.& seq.* 37

AMPLIA XVIII. Vt testes † possint etiam interrogari ad definitionem illius rei, super qua deponunt, vt puta si sint producti ad probandum famam, notorium, consuetudinem, possessionem, & similia, possunt vtique interrogari, quid sit fama, quid notorium, quid consuetudo, & quid possessio. Sic enim de notorio dixi *in l.lib.q.21.n.104.* vbi videas: & de fama dixi *in l.lib.q.47.* 38

nu.219. vbi etiam videas, ac de omnibus prædictis vltra allegatos in dictis locis scripserunt Bart. *in l.1.num.10. & seqq. vbi bene comprobat, & respondet contrariis, & ibi etiam Bald.nu.3.col.3.in princip.vers.& nota vlt. Fulgos.nu.8.& seqq. Paul.de Castr.nu.15.& seq. Ang.nu.5. Roman.num.7.vbi quod omnes * sequuntur Bart. vbi supr. Alexand.num.15. vbi respondet Salycet.contrarium dicenti, Aret.nu.7. ver.sed contrarium, vbi quod ita * communiter omnes, Jas.post nu.14.Dec.nu.14.& nu.42. Ripa nu.28.& seqq.vbi respondet etiam rationi Salyceti, & nu.32.Socin.nu.4.& num.6. vers.4.& vltima conclusio, Cagnol.nu.81.& post nu.86.ff.si certum petat. Nell.de testibus, nu.165. Octau.Cacheran.consil.66.nu.15.lib.1. Monticell.in repertor.test.rubr.interrogatur testis de rei vel verbi diffinitione per totam, vbi de materia.*

39 Et † licet Salyc. contrarium voluisse videatur *in d.l.1. nu.5.ff.si cert.petat.* cuius rationi bene respondent Doct. præcitati, adhuc tamen aduertendum est, prout, ni fallor, aduertit Alexan. *in d.l.1.num.15.ad medium, vers.& ad rationem Salyceti*, quod ipse hanc contrariam opinionem defendit, non simpliciter, sed quando testis causam scientiæ reddidit, quo casu, inquit, ipse non tenetur respondere interrogatorio continenti diffinitionem rei, cui iam bene videtur satisfecisse per præcedentem redditionem rationis, & sic opinio Salyceti non est contraria propositæ ampliationi, sed illius declaratiua, & declaratio est vera, *vt dicam inf.in limitat.huius ampliat.nu.43.*

40 AMPLIA rursus † propositam ampliationem, vt isto casu admittantur etiam interrogatoria contraria, vt puta, si testis deponat super bona fama, vel super nocte, potest interrogari, quid sit mala fama, & quid sit dies, *secundum Ripam in l.1.nu.31.ff.si cert.petat.post Bald.Angel. & Alex.quos allegat, dixi in 1.lib.qu.47.nu.220.*

41 LIMITA I. Hanc † decimamoctauam ampliationem, quia testis isto casu tenetur respondere, non per diffinitionem iuris, & per verba iuris, sed grosso modo, & per verba facti, ex quo ius illud resultet: sufficit que quod ex sua responsione appareat, testem bene cognoscere id, de quo interrogatur, *secundum Bart.in d.l.1.num. 14.& ibi Bald.num.3.col.3.ante medium, versic.non tamen exigo*, vbi bene exemplificat hanc ampliationem, *& nu.4. & col.4.versic.item quoniam non requiritur, Fulgos.num.10.in fine, & Angel.post num.5. Roman.num.7.ad finem, versic.2.per quæ verba, il 2.& nu.8.in fine, versic.unde testis, Alexan.nu.15. post med. versic. sed si nondum declarasset*, vbi pariter exemplificat in teste interrogato, quid sit mutuum, quomodo debeat respondere, *Aretin.nu.3.in fin. versic.aliquando interrogatorium, & num.4. versic. aliquando testis interrogatur, Cagn.post nu.81.& nu.84.& num.86.in fine, ff.si cert. petat. Nell.in tract.de testibus, num.165. versic ex qua nota, & nu.166.ad med.versic.nec requiritur in eis, nec exigitur in iis industria, sed sensus, Monticell.vbi supra, folio 172.columnn.1.versic.1.& dixi supr.in 1.lib.qu.47.nu.225.*

42 Imo † si contigerit, testem interrogatum respondisse per diffinitionem iuris, præsumetur suspectus, & tanquam instructus non probabit, *secundum Roman.in d.l.1. nu.7.in fin.versic.imo plus, & num.8.in fin.versic. imo si respondet, & ibi etiam Aret.nu.3.in fin.vers.quoniam etiam sponte respondens ff.si cert.& dixi supra, quæst.67.num.291.& dixi supra in 1.lib.d.qu.47.nu.226.*

43 LIMITA II. Eandem † decimamoctauam ampliationem non procedere, quando in sua depositione testis tam bonam & concludentem reddiderit dicti sui rationem, ex qua appareat, bene ipsum intelligere, quid sit illud, super quo deponit. Tunc enim non tenetur amplius respondere interrogatorio continenti diffinitionem rei, & si respondendo dixerit, se nihil scire, adhuc bene probat secundum Bart. *in d.l.1.nu.10.vers. & hoc puto verum, & ibi Bald.nu.3.col.3.versic.quod est verum*, vbi bene hanc fallentiam exemplificat, *& num.4.col.4. versic.& facit ad quæstionem, Roman.num.8. Alex.num.15.ad medium, versic.& rationem Salyceti, Aretin.num.4 ad finem, versic.mihi autem videtur, iuncto num.5.versic.omnium tamen, & nu.6. versic.aliquando testis interrogatur, vbi quod ita tenent communiter * scribentes, & num.8.ad med.versic.& per * hæc est expeditus articulus, Dec.num.14.ad finem, versic.& quod dictum est, Ripa nu.32.versic.limitatur 2.& nu.33. Socin.nu.4. versic.hoc tamen intellige esse verum, Cagnol.nu.87.& seqq.ff. si certum petat. Nell.de testibus, num.165.versic.quod tamen limita, & nu.166.* vbi etiam bene exemplificat. Et pro hac limitatione faciunt, quæ dixi *supra, quæst.70.nu.46.* vbi posui, quod testis, qui in sua depositione bene declarauit dictum suum, non tenetur amplius reddere causam scientiæ. Et faciunt, quæ dixi *supra in 1.libr.qu.47.nu.227.* Et cum hac limitatione potest concordari opinio Salycet. contradicentis propositæ ampliationi, vt admonui *supra, nu.39.*

LIMITA III. Dictam † decimamoctauam ampliationem, vt procedat in teste imperito, & idiota, secus autem in perito, cui tale interrogatorium, & per quid est tanquam superfluum & impertinens, nō est faciendum. Sic enim distinguendo & concordando opinionem Salyc. cum opinione Bart. scriptum reliquit Rom. *in d.l.1.num.7.vers.sed hic pro concordia.ff si cert.pet.* Et hanc Roman. distinctionem reassumit, & sequi videtur Aretin. *ibi, nu.3.vers.pro concordia, & Ripa num.35.* vbi quod distinctio Romani est verior de iure, licet opinio Alex. in practica seruetur, vt infra eum referam. 44

Contra † hanc distinctionem tenet Alexand. *in dict. leg.1.nu.14.ad finem, vers.nec placet dictum Roman.ff.si certum petatur*, dicens, quod hæc differentia inter peritos & imperitos non videtur vera, nec iuribus probatur, & eam reiiciunt Cyn. Bart. & alii, *in l.1.C.de vsur.* Eo, quia Iurisperiti quandoque impropriis vocabulis vtuntur, *l.2.vbi glossa & Bart.C.de his, qui ex publ.ratio.libr.10. l.solent, in prin. in verbo, custodias, ff. de offic.proconsul.* & quandoque etiam errant, *l.3.§.Neratius, ff. de acquirend. possess. cum aliis ibi per eum allegatis, Ripa in d.l.1.nu.35.* vbi quod opinio Alexan. seruatur in practica, licet opinio Romani sit de iure verior, *vt supra eum retuli.* Et faciunt, quæ dixi *in 1.libr.quæst. 47.nu.221.* 45

LIMITA IV. Prædictam † decimamoctauam ampliationem, quia si testis sic de diffinitione rei interrogatus petat sibi declarari, quomodo hoc interrogatorium intelligatur, an scilicet teneatur respondere per verba iuris, vel per verba facti, tenetur pars, aut iudex declarare, aliter non tenetur respondere, *secundum Aretin. in d.l.1.nu.7.vers.mihi videtur.& num.8.ff.si cert.& videtur sequi Ripa ibi, nu.29.vers.solutio*, vbi ita concordat opinionem Bart. cum opinione Salycet. 46

Et † propterea si † interrogatorium expresse referat se ad ius dicendo, puta, *quid sit de iure mutuum*, non tenetur testis respondere, *secundum Socin. in d.l.1.num.5.& 6. in 1.& 2.conclusione, & ibi in addit.litera a.ff.si cert.pet.* quem sequitur Rip. *ibi nu.32.* dicens, quod in istis terminis potest procedere opinio Salyc. contra Bart. 47

LIMITA I. Propositam † huius quæstionis regulam in interrogatoriis impertinentibus, incongruis, superfluis, & extra articulos: talia enim interrogatoria cum non faciant ad causam, nec ad personam testis, nō sunt admittenda, & si admittantur, respondere non tenetur, & si respondeat, dicatque se nescire, talis depositio non vitiatur, *Specul.in tit.de teste, §.iam de interrogatoriis, num.19.in fin vers.caueat tamen iudex, Alber.in l.3.nu. 8.ad fin.ff.de testibus, Butrig.in l.testium, col.1. vers.non tamen, &c.C.eodem, Bart.in l.1.num.9.& ibi etiam Salyc.post num.4. Paul.de Castr.num.16.versic.sed si esset impertinens, Jas.nu.16. versic.2.aduerte, Ripa nu.34.& nu.41.vers.vltim.in quantum, Bart.Socin.nu.3.ff.si cert.pet gloss.in c.præsentium, in verbo, interrogatoria, litera n.in fine, vers.& si qua reperit superflua, vel impertinentia, & ibi Host.nu.30 & Archid.nu.7.de testib.in 6.* 48

Hostiens. in cap. per tuas, nu. 1. & ibi Ioan. Andr. num. 5. in fine, de testibus, Aretin. in cap. cum causam, post num. 4. extra eodem, & Alber. de Malet. in tract. de testibus, cap. 7. post num. 2. versic. & in hoc versabitur officium iudicis, Adden. ad Papien in forma iuramenti test. in verbo, citati, nu. 1. litera a. Pract. Corradi, §. 2. de offic. prator. in caus. ciuil. rubr. de interrogatorio, nu. 2. folio 63. colum. 2. Iac. Pet. in pract. capitol. lib. 2. cap. 5. rub. de admissione artic. num. 14. Vin. opin. 912. num. 6. vbi remissiue ponit casus 27. in quibus quis non tenetur respondere interrogationis impertinentibus, ex Corrado *in practica d. §. 2. titul. de interrogatione, num. 5. & seqq folio 27.* (sed loquitur Corrad. in interrogationibus parti faciendis, non autem testi) *Monticell. in repert. test. rubr. quomodo & qualiter testes circa vel extra articulos sint interrogandi, folio 169. colum. 1 versic. 4. & seqq. vbi de materia, & rubr. qualiter testes sunt de circumstantiis interrogandi, fol. 173. colum. 1. versic. pen. Andr. Gail. o seruat. 95. num. 1 & sub num. 6. lib. 1.* ¶ Et voluit Rota coram Aldobrandino, nunc S. D. N. Clemente VIII. in vna Tullen. matrimonii die Lunæ, 8. Febru. 1574. vbi propterea concludit, iudicem posse & debere interrogatoria impertinentia omittere & resecare. Huius autem decisionis tenor talis est; ¶ Domini tenuerunt, esse adhibendam fidem testibus, de quibus in dubio absque alia repetitione super interrogatoriis omissis. Nam quicquid dixerint multi Domini, Rota semper tenuit, quod ex ea sit validum. Et licet non soleat talibus testibus adhiberi fides, nisi ipsis repetitis super omissis interrogatoriis, hoc tamen limitatur, vt locum non habeat, quando interrogatoria fuerunt à iudice tacitè vel expressè renocata, quod iudex facere potest & debet, prout vtrumque probant Dd. *in cap. per tuas, de testibus, vbi Abbas nu. 2. & 8.* Iuste autem iudicem recusasse in hoc casu, ex eo dixerunt constare, quod primum & septimum nō sunt interrogatoria, sed quædam admonitiones vel excusationes, & *9. & 13. 15.* continent capitula separata concernentia intentionem & definitionem Illustr. D. Caroli, qui super eis debebat, prout etiam postea fecit, dare articulos ad hoc, vt altera pars posset desuper dare sua interrogatoria, qua ex causa stante maxime protestatione Guiliberti potuerunt, & debuerunt, à iudice resecari & omitti: *Ioan. Andr. in addit. Specul. §. iam de interrogatoriis, nu. 1. versic causam, de testibus.* Nec obstant, quæ de pertinentia de parte Caroli allegantur ex Iasone *in leg. si duo patroni, §. item Iulianus, num. 13. ff. de iurctur.* quia ea procedunt in materia articulorum, in qua illi domini loquuntur: in materia vero interrogationis magis strictè sumitur pertinentia, ne reus conte quatur indirecte, quod directe consequi nequit, scilicet examinentur testes in sua exceptione, sine interrogatoriis actoris.

49 SVBLIMITA I. Hanc † primam limitationem, quia nulli est facere interrogatoria superflua, quam omittere necessaria vel vtilia. Et hoc propter cap. per tuas, extra, de testibus, quia si fuit factum interrogatorium, & super eo testis non fuit examinatus, dolo vel negligentia examinantis, testis repetetur non obstante publicatione: secus si nullo modo factum fuerit, *secundum Hostien. in d. cap. præsentium nu. 27. & ibi Ioan. Andr. nu. 16 & Butr. nu. 40. de testibus, in 6. Nell. in tract. de testibus, num. 99. ad fin.*

50 SVBLIMITA II. Eandem † primam limitationem, quia in dubio interrogatoria sunt iudicanda non impertinentia, & consequenter admittenda, *Iaf. in l. 1. nu. 16 versicula hoc*, quia iudex in dubio debet illa admittere, *si sic cent pet. Adden. ad gloss. in cap. præsentium, in verbo, interrogatoria in fin. num. 3. & ibi Franc. post num. 6. versic. & in dubio iudex. de testibus, in 6.*

51 LIMITA II. Dictam † regulam, (& hæc limitatio non est admodum differens à præcedenti) in interrogationibus fabulibus, caullosis, & solummodo factis ad inuoluendum testem, talia enim interrogatoria non esse admittenda per iudicem, & illis admissis testē non teneri respondere, scripserunt Hostiens. *in cap. cum causam, nu. 9. versic. nec de talibus, & ibi etiam Felyn. num. 13. in fin.* vbi exemplificat dicta interrogatoria cauillosa, *extra, de testibus, Host. in cap. præsentium, num. 30. de testibus, in 6. Specul. in tit. de teste, §. iam de interrogatoriis, post num. 24. & 25.* vbi pariter ponit quædam interrogatoria, facta ad capiendum & conuincendum testem in ore & sermone proprio, *gloss. in leg. testium, in verbo, præsto, versic. de tempore autem, & ibi Butrig. col. 1. in fine, versic. & quandoque interrogatur, Bald. nu. 16. versic. item ex quo, &c.* vbi quod isto casu iudicis factum male actum, non præiudicat iuri producentis testes, *Fulgos. num. 6. ad med. versic. sed dic, Alber post nu. 12. C. de testibus, Odofred. in l. si quando, num. 8. versic. sed denuo quæro, C. de testibus*, vbi pariter ponit aliqua interrogatoria captiosa, & non facienda testibus regulariter. *Alber. de Malet. in tract. de testibus, cap. 7. post nu. 2. versic. & in hoc versabitur officium iudicis.* Et propterea testem non posse interrogari de qualitate temporis, an scilicet fuerit nebulosum, vel serenum, dixi *supra, nu. 30.*

52 SVBLIMITA hanc † secundam limitationem non procedere, quando testis alias esset suspectus, quia tunc non solum potest interrogari de circumstantiis nō substantialibus, *vt dixi supra, in qu. 66. num. 25.* sed etiam quibuscunque modis inquirenda est veritas per iudicem, qui propterea laborare debet, vt ipsum testem in mendacijs & contrarietatibus intercipiat, *vt per gloss. in c. cum causam, in verbo, tempore, versic. nisi esset suspectus, & ibi Innoc. nu. 3. in fin. versic. nisi & testes essent suspecti, Hostiens. nu. 9. versic. nisi quando testes, & num. 26. versic. ex quo autem suspectus est, Ioan. Andr. post nu. 2. versic. vnde dicebat Hostiens. &c. Bald. nu. 2. versic. vnde dicebat Hostiens. &c. Bald. nu. mer. 54. in fine*, vbi etiam, quod iudicis arbitrio remittitur, an testis sit suspectus, *Bellamer. post princip. versic. vnde dicebat Hostien. Butr. post num. 22. versic. communiter concluditur, Ancharan. num. 4. extra, de testibus, item gloss. in leg. testium, in verbo, præsto, versic. de tempore autem, & ibi Cyn. nu. 11. in fine*, vbi pariter, quod iudicis arbitrio relinquitur, an testis sit suspectus, *Bald. num. 16. Fulgos. nu. 6 ad med. Alber. post nu. 12. C. eodem, Odofred. in l. si quando, nu. 8. versic. sed denuo quæro, C. de testibus*, vbi etiam, quod iudicis religioni remissum est, an testis sit bonus vel malus vir, *Pract. Corradi, §. 2. de offic. prator. in caus. ciuil. rubr. de testibus, num. 14. ad med. versic. & ad præmissa. fol. 69. col 2. in fin. Monticel. in reper. test. rubr. testes qualiter sunt de circumstantia interrogandi. fol. 173. col. 1. 2 ersi. & seqq.*

53 LIMITA III. Prædictam † regulam, vt nō possit testis interrogari de iis, quæ crimen, infamiam, & turpitudinem ipsius testis continent, *secundum Hostiens. in c. cum causam, nu 20. in fine, versic. sed nunquid testis, & seqq. vbi bene comprobat, refert contraria, & illis respondet, & ibi etiam Ioan. Andr. num. 15. vbi post Hostiens. in specie spondet, l. 3. ff. de testibus, Bald. num. 51. Bellamer. num. 2. vbi, quod hoc communiter* approbatur, *& num. 36. & sequent. in quarta quæstion.* * vbi, quod hæc opinio sibi magis placet, quam contraria opinio glossæ, *Butr. num. 20. per totum*, vbi licet multa opinio glossæ, *Butr. num. 20. per totum*, vbi licet multa referat in materia, tandem, ni fallor, in hac opinione residere videtur, & respondet contrariis, *Imol. num. 8. Abb. num. 13. in 4. & 5. opinione, & num. 14. in 6. opinione*, vbi relatis aliis quinque opinionibus, hanc sibi magis placere dicit, *Felyn. num. 10. vbi aliis relatis, dicit ita* communiter *teneri, Henr. Boyc. numer. 16. & 17. extra, de testibus, Speculat. in tit. de teste, §. iam de interrogatoriis, num. 22. versic. sed tamen, &c.* vbi quod ita de consuetudine seruatur, & est satis honestum, *& ibi Ioan. Andr. in addit. litera H. Fulgos. in l. 3. num. 5. & ibi Bart. numer. 13. extra, de testibus, idem Bartol. in authent. si testis, num. 4. ver. si vero illud, Cod. eodem, Nepos de Monte Alb. in tract de testib. nu. 136 Ægid. de testibus, nu. 50. Alber. de Malet. de testibus, cap 8. n. 25. Boss. in tit. de oppos it. contr. test. num. 63. Couarr. pract. quæst. cap. 18. nu. 7.*

vbi,

vbi quod ita vsu fore si receptum est, & etiam comprobatum ratione per professores iuris Pontificii, & theologos, *Pract. Corrad. d. rub. de interrogatorio, nu. 5. fol. 64. col. 1. & num. 6. versic. & communis est opinio, & d. n. 6. in fin.* vbi de
* communi * opinione & de consuetudine, quam dicit etiam vigere apud eum, licet, vt ipse inquit, quandoque
54 seruetur contrarium, & male, vt † scilicet testis interrogetur, an sit confessus peccata sua eo anno, *addo pro hac eadem limitatione, Soc. reg. 411. in princ. Osasc. decis. Pedem. 66. nu. 2.* vbi tamen loquitur in positione criminosa, *Viuius opin. 912. in princ. Michael Cræss. in commun. opin. libr. 2. cap. 13.*
* *qu. 33. vbi quod ita* * *communiter placuit Dd. Montic. in repert. test. rub. testis interrogatus de eius crimine, versi. 1. & sequ. vbi etiam de materia, fol. 107.* ¶ ad quam vltra infra scripta, vide omnino Innoc. Hostiens. & alios omnes, *in c. cum super, ext. de confess.* vbi latissime ponūr, an & quando testis possit interrogari de criminibus contra ipsum obiectis, & ex prælegatis sine dubio appareat, hanc limitationem
* magis communiter * receptam esse à Dd.

55 Quamuis † contrarium voluisse videatur gloss. *in d. cap. cum causam, in verbo, de causis, versic. sed nunquid testis*, vbi dicit, quod testis saltem tenetur respondere ad ea, de quibus *in l. 3. ff. de testib. canonizata in c. si testes, vers. testium fides, 4. qu. 3.* vbi inter alia in testium fide explorandū est, *an sit honeste & inculpatæ vitæ, an vero notatus & reprehensibilis.* Ergo secundum gloss. tenetur etiam respondere ad id, quod eius infamiam suspicit. Et hanc glossæ opinionem refert But. *in d. c. cum causam, nu. 20. col. 6. versi. si quæritur, an posset interrogare, faciunt dicta per Specul. in tit. de teste, §. iam de interrogatoriis, nu. 22. in princ.* Nec dissentit Alber. *in l. 3. num. 8. ff. de testibus*, vbi quod ita mos iudiciorum seruat, quod scilicet testes interrogētur de circumstantijs criminosis, & quod eis creditur, nisi cōtrarium probetur, *& idem testatus fuit in Auth. si testis, nu. 4. in fin. C. eod.*

56 AMPLIA hanc † tertiam limitationem, vt procedat, siue crimen sit occultum, siue etiam publicum & notorium, adhuc enim testis non tenetur de eo respondere, *secundum Ant. de But. in d. c. cum causam, num. 20. col. 6. post med. ver. si quæritur, an interrogare teneatur, & ibi etiam Imol. post nu. 8. Bellam. nu. 43. Felyn. nu. 10 post med. ver. & procedit ista conclusio, vbi respondet contrariis, extr. de testib. Couar. pract. qu. cap. 18. nu. 7. post med. Pract. Corrad. §. 2 de offic. prat. in caus. ciuil. rub. de interrogatorio, n. 6. post med. Viu. opin. 912.*
57 *nu. 1. in fin. vers. & hoc non mirum, & nu. 2.* Vbi † tamen declarat nisi crimen esset manifestum per sententiam. Sed si adest sententia, quid opus est interrogare testem?

58 Quamuis contrarium, quod timo possit testis interrogati de crimine, quando eius opinio apud bonos & graues viros grauata reperitur, voluerint aliqui relati per Speculat. *in tit. de teste, §. iam de interrogatoriis, num. 22. versic. quidam dicunt, & per Ægid. in tract. de testibus, nu. 50. versic. alij distinguunt.*

59 SVBLIMITA I. Dictam † tertiam limitationē non procedere, quādo principaliter agitur de crimine contra aliquem, quia tunc potest testis interrogari, an sit dicti criminis particeps, & tenetur respondere *secundum Hostien. in d. cap cum causam, nu. 22. versic. tu dicas, & ibi etiam Io. And. post nu. 51. versic. nisi quæratur de crimine, de quo principaliter agitur, Bellam. post nu. 2. & post nu. 36. in 4 quæst. Henr. Boyc. nu. 15. extra, de testibus, Socin. reg. 411. in 1. fallent.*

60 Contrarium, quod † nec isto casu teneatur testis respondere bene, defendit But. post Innocent. quem allegat *in dict. cap. cum causam, nu. 20. col. 6. post med. versic. fallit secundum Hostiensem.*

71 SVBLIMITA II. Eandem † tertiam limitationem procedere in interrogatoriis datis à parte, secus autem, quando iudex interrogat ex officio testem: tunc enim videtur, quod teneatur respondere, etiam de suo crimine, per ea, quæ in simili de responsione facienda positioni criminosæ, voluit Osasc. *decis. Pedem. 66. nu. 11.*

62 SVBLIMITA III. Vt † eadem tertia limitatio procedat, quando testis est notus iudici: tunc enim videtur, quod nō possit interrogari de crimine, quia de noto præsumitur bonum, secus autem si testis sit ignotus. Ponitur hæc distinctio per Bellamer. *in d. c. cum causam, nu. 2. ad med. Butr. ibi nu. 20. versi. dic, quod sic, quando est ignotus, Anchar. num. 14. versic. vel dic, Abb. num. 13. in 2. opinione, extra, de testibus.*

63 Verum ad † hanc sublimitationem aduerte, quod prædicti Dd. non dicunt expressè, quod testis ignotus possit interrogari de crimine: notus autem nō; sed tantum dicunt, quod de teste noto præsumitur bonum, de ignoto autem iudex diligēter exquirat, & nisi approbetur, non creditur ei, de quo particulariter dixi *supra, qu. 71. n. 35. & seq.* & sic videntur loqui in diuersis terminis.

64 SVBLIMITA IV. Quia † si testis egit pœnitentiam de suo crimine: tunc bene de eo interrogatus, non tenetur respondere, & procedit proposita limitatio, secus autem si pœnitentiam non egerit, si credendum est Butr. post Innocent. quem allegat *in c. cum causam, num. 20. post princ. cuius opinionem refert Abb. ibid. nu. 13. in fin. vers. & de hoc. extra, de testibus.*

65 SVBLIMITA V. Propositam † tertiam limitationem, vt scilicet non possit interrogari testis de crimine in specie, sed bene poterit interrogari in genere, an sit criminosus, secundum opinionem Ioan. *in cap. quærendum, 11. quæst. 7. quem referendo sequuti sunt Imol. in d. c. cum causam, num. 8. ad fin. extra, de testibus, Abb. ibid. nu. 13. in 1. opinione, Speculat. in tit. de teste, §. iam de interrogatoriis, num. 22. in fin. vers. alij dicunt.* Et hoc est quod voluit gloss. *in d. cap. cum causam, in verbo de causis*, quod scilicet possit testis interrogari de iis, quæ *in leg. 3. ff. de testibus*, continentur, an scilicet sit inculpatæ vel notatæ vitæ.

66 Verum † hęc sublimitatio est contra mentem omnium Dd. allegatorum *supra*, in limitatione, qui loqui videntur indistincte, siue in genere, siue in specie testis interrogetur de crimine cōtra eam. Vide eundem Speculat. ibidem *dict. num. 22. ad medium*, vbi expressè dicit, quod testis nec in genere, nec in specie tenetur prodere suum crimen.

67 SVBLIMITA VI. Quia † licet testis non teneatur respondere de suo crimine, nihilominus si respondeat, sibi imputet, quia ipsi creditur contra seipsum, & testimonium non valet, *secundum Host. in d. c. cum causam, n. 23. ad med. & ibi Ioan. Andr. post nu. 15. versi. vel secundum Hostien. Bellam. post nu. 2 & post nu. 37. ver. sed si exploret, Butr. nu. 20. ad fin. versi. est dubium, vbi respondet contrarius, Imol. nu. 8. versi. fatendum est tamen, & d. nu 8. in fin. Anchar. post nu. 14. extr. de testibus, Alber in auth. si testis, nu. 4. ad fin. C. de testibus, & in l. 3. n. 8. ff. eodem, vbi ita de consuetudine seruari testatur Ægid. in tract. de testibus, nu. 50. versic. alii dicunt, Couarr pract. quæst. c. 18. nu. 7. ad fin. versi. quod si nihilominus, Pract. Corrad d. rub. de interrogatorio, nu. 6. fol. 64. col. 1. Viu. opin. 912. nu. 3.*

68 SVBLIMITA VII. Vt † quicquid sit in teste, secus tamen est in parte, quę compelletur ad respondendum de sua & testis infamia, *secundum Bartol. in leg. Marcellus, §. 1. ff. rerum amotar. Speculat. in tit. de teste, §. iam de interrogatoriis, nu. 23. Butr. in cap. cum causam, num. 20. colum. 6. versic. dicit tamen Speculator, Imol. post num. 8. Abb. num. 13. versi. aliud dicit in parte, Felyn. nu. 10. post medium. extra, de testibus, Monticell. in repertor. test. rubric. testis interrogatus de eius crimine, fol. 168. colum. 1. versi. antepenult.* Quamuis † contrarium, quod nec etiam pars teneatur huic interrogatorio respondere, scripserit Viu. *opin 912. n. 10. ex Capic. & aliis ibi per eum allegatis.* 69

70 SVBLIMITA VIII. (Et † hæc sublimatio nullā habet difficultatem) vt licet testis non teneatur respōdere de crimine, tenetur tamen respondere ad omnia ea, quæ reddunt eum inhabilem ad testificandum, *Speculat. in tit. de teste, §. iam de interrogatoriis, ad fin. versic porro,*

num. 19.

nu.19. & ibi Ioan. And. in addit. liter h. vbi idem Speculat. ponit plura interrogatoria respicientia testis inhabilitatem, quibus respondere tenetur Bart. *in l.3. in princ. nu.3. ff. de testibus, idem Bart. in authen. si testis, nu.5. C. eodem, Abb. in c. cum causam, num.13. in 4. opinione, & num.14. in 6. opinione, extra, de testibus, Alber. de Malet. de test. cap.7. nu.25. in fin. Couarr. pract. quæst. cap.18. post nu.7. vers. de his vero, vbi quod ita* * *frequentissimo Dd. consensu* * *receptum est. Pract. Corradi, §.2. de offic. Prætor. in caus. ciuil. rubr. de interrogatorio, nu.6. versic. & communis est opinio, fol.64. col.1. in fin. Viu. opin.912. nu.8. Monticell. d. rub. testis interrogatus de eius crimine, folio 168. col.1. versic.1.*

71 Et † non solum in specie, sed etiam in genere posse testem interrogari, an sit inhabilis ad testificandum, scripserunt Butr. *in d.c. cum causam, nu.20. post versic. in contrarium, &c. & paulo infra, versic. dicit. si quaritur, & ibi etiam Imol. nu.8. ad fin. versic. potest tamen quæri a teste in genere, Zabarell. post nu.3. col.2. versic. potest tamen iudex generaliter interrogare, Anchoran. nu.15. extra, de testibus, Monticell. d. rub. testis interrogatus de eius crimine, fol.168 col.1. vers.4.*

72 LIMITA IV. Propositam † quæstionis regulam non procedere in interrogatorio, continente nouum capitulum, vt puta, si actor per testem velit probare mutuum, reus autem velit testes interrogari super solutione, non est vtique hoc interrogatorium admittendum, quia continet nouum capitulum, sed debet reus alio modo & principaliter per suos testes dictam solutionem probare. Sic enim post Ioan. Andr. quem allegat, hanc materiam declarat Alber. de Malet. *in tract. de testibus, cap.8 nu.4. sequitur Monticell. in repertor. test. quomodo & qualiter testes circa vel extra articulos sint interrogandi fol.169. col 2. versic.1.*

73 LIMITA V. Quando pars † non dedit interrogatoria: tunc enim sine illis testes examinati bene probant, *secundum Bald. in cap. per tuas numer.7. de testibus, Decian. consil.51. nu.121. in fine, libr.2. Viu. opin.896. nu 6. versic. ceterum vbi ung*, vbi amplius, quod isto casu nec minor restituitur aduersus omissa interrogatoria, nisi constet de læsione, *ex Pur. decis.9. tit. de restitutione in integr.*

74 LIMITA VI. Quando † testis semel interrogatus respondit explicite, vel implicite, non enim tunc tenetur iterum respondere, *vt dixi supra, quæst.70. num.976.* hic non repero. Perfecta hæc quæstio die 11. Martii 1594. Ad laudem DEI.

ARGVMENTVM.

Testes sine iuramento examinati, an & quando probent, & sub qua forma iurare debeant, adhoc, vt probent.

SVMMARIA.

Testes sine iuramento recepti, regulariter non probant, num.1.
Etiam in causis matrimonialibus & feudalibus, nu.2.
Paria sunt, testem non iurasse, vel nulliter iurasse, nu.3.
Testis debet iurare non solum de veritate dicenda, nu.5.
Sed etiam de tota veritate dicenda, nu.6. contra, nu.7.
Iuramenti requisita, nu.8. & seqq. pluribus.
Testis debet iurare dicere omnem veritatem, siue interrogatus, siue non, nu.9. contra, nu.10. debet iurare, quod in sua depositione falsitatem non immiscebit, nu.11. contra nu.12. debet iurare dicere veritatem super tota causa, nu.13. qui iurauit dicere veritatem super articulis, non probat, si extra eos aliquid deponat, etiam super pertinentibus ad causam, nu.14. Secus si iurauit dicere veritatem super tota causa, nu 15 debet iurare dicere veritatem pro vtraque parte, nu.16. debet iurare, quod nec pretio, nec amore, nec timore, nec odio, nec pro alio commodo testimonium dicet, nu.17. debet iurare testimonium suum ante publicationem non reuelare, nu 18. contra, nu.19. debet iurare corporaliter tactis scripturis & sacrosanctis Euangeliis, nu.20. nec præsumitur corporaliter iurasse, nisi hoc appareat ex forma iuramenti, nu.21. de consuetudine tamen est, vt tangantur scripturæ, etiam quod non sint Euangelia, num.22. Declara hanc consuetudinem, nu.23.
Cardinales, Episcopi, & Sacerdotes, licet debeant iurare, quando recipiuntur in testes, iurant tamen tacto pectore, & non tactis scripturis, nu.24. iuncto nu.81. & seq.
Testis an possit iurare per Baptismum, per fidem, per iudicium Christi, & alias similibus modis, num.25. & seqq. debet iurare per se, & non per procuratorem, nu.28. debet iurare in iudicio & non alibi, num.29. depositio extraiudicialis an & quando valeat, nu.30. debet iurare ante examen, & non postea, nu.31. licet alii contra, nu.32. potest vna die iurare, & altera deponere, nu.33. iurans post examen debet iterum idem deponere, quod prius deposuit, vel breuiter & specifice primam depositionem referre, nu.34.
Testes debent prius iurare & postea deponere, etiam parte non petente, num.33. & seq.
Testis in dubio præsumitur prius iurasse & postea deposuisse, num.37. potest prius deponere, & postea iurare. si iuret in continenti, secus si ex interuallo, nu.38. contra, nu.39. resolue. vt n.40. & 41. debet iurare vtraq; parte presente, nu.42. quæ quidem partis præsentia non præsumitur, nisi de ea appareat in depositione, nu.43. Limit.1. quia licet debeat iurare parte presente, non tamen parte presente debet examinari, n.44. Lim.2. quia sufficit, vel partem esse præsentem vel citatam, nu.45.
Testes sine iuramento recepti multo minus probant in criminalibus, nu.46.
Testis plures examinatus vel repetitus, pluries etiam iurare debet, nu.47. examinatus coram arbitro, debet iterum iurare, si repetatur coram iudice. nu.48. contra, n.49. repetitus ad declarandum suum dictum non tenetur iterum iurare, n.50 si iurauit dicere veritatem super tota causa, non tenetur itẽ iurare. si iterum examinetur, n.51. contra, nu.52. resolue, vt nu.53.
Statuto fieri non potest, vt testi non iurato credatur, nu.54. contra nu.55. Distingue, vt nu.56.
Consuetudine fieri non potest, vt credatur testi sine iuramento recepto, nu 57. Declara, vt nu.58.
Iuramentum in testibus est de iure diuino, nu.59.
Papa aut Princeps non potest in testibus iuramentum remittere, nu.59. Declara, vt nu.60.
Testes sine iuramento recepti non probant, etiam coram iudice habente arbitrium & potestatem procedendi, omissa iuris solemnitate, summarie, de plano, & sine strepitu & figura iudicii, nu.61. licet alii contra, num.62. sine iuramento probant coram arbitro, qui habet potestatem procedendi de facto, sed sententiandi de iure, nu.63.
Testibus iuratis magis creditur, quam non iuratis, nu 64.
Testes non iurati non probant, etiam quod plures sint, nu 65. sine iuramento non probant, etiam quod sint clerici, religiosi, & sacerdotes, nu 66.
Quid in teste, qui sit homo sanctæ vitæ. nu 67.
Testis etiam quod sit Cardinalis, sine iuramento non recipitur, num.68. cuiuscunque dignitatis & auctoritatis sit, sine iuramento non recipitur, nu.69. cuius dicto ex forma statuti, vel partium consensu stari debet, nec etiam sine iuramento recipitur, nu.70. licet alii contra, nu.71.
Iuramentum in testibus non præsumitur, nisi expresse de eo appareat, nu.72. non præsumitur nec solemniter præstitum tactis scripturis, etiam quod notarius dicat, testis iuratus, &c. nisi de tali solemnitate & iuramento fiat particularis scriptura, nu.73. contra, nu.74. Distingue, vt nu.75. & seq. quid in antiquis, nu.76. præsumitur in teste, quando ille est examinatus à iudice & tempore debito, alias secus, nu.78 vt præsumatur in teste solemniter præstitum, debent tria concurrere, nu.79. non præsumitur præstitum parte aut iudice presente, nisi hoc expresse à notario dicatur, nu.80.
Testibus potest remitti iuramentum à partibus, & tunc sine iuramento recepti probant, num.81. Limita 1. dummodo partis consensus sit expressus secus si tacitus, n.84. Limita 2. in causa criminali, nu.85 Limi.3. dummodo adsit consensus vtriusq; partis,

partis, aliter secus, nu.86. licet alii contra, nu 87. Limita 4. quia a iudice non potest remitti iuramentum, num.88. Limita 5. in causis, in quibus iudex potest supplere ex officio, vel quando agitur de præiudicio publico, aut animarum, nu.89. Limita 6 dummodo accedat consensus & auctoritas iudicis, aliter secus, nu.90. contra, nu.91. Limita 7. vbi agitur de beneficio ecclesiastico, vel de alia re spirituali, non dependente a voluntate partium, nu.93. Limita 8. in causa matrimoniali, nu.92. declara, vt nu.94.
Periti & obstetrices referunt, & deponunt sine iuramento, num.95. contra, nu.96. & 97. distingue, vt nu.98. & seq.
Testes mortui probant etiam sine iuramento, nu.101.
Testes sine iuramento recipiuntur in probatione famæ, nu.102.
Idem quando agitur de probando notorium, num.103. & 104.
Idem in probatione consuetudinis, nu.105.
Testes pro informatione iudicis recepti, probant sine iuramento, nu.106. & nu.107. vbi infertur ad iudicem deputatum, ad conferendum alicui beneficium, cum clausula, si eum idoneum inueneris, declara, vt nu.108 sine iuramento recepti, faciunt præsumptionem, nu.109.
Quæ quidem præsumptio coadiuuat alias probationes, faciatque vt data paritate probationum præferatur illa, quæ plus habet pro se testem non iuratum, nu.110.
Iuramentum in testibus non est de forma substantiali eorum testimonii, nu.111.

QVÆSTIO LXXIV.

1 OPONITVR XXVIII. Contra testes, quod sunt examinati sine † iuramento, ideo non probant, *text. est in l. testium, C. de testibus, ibi, hique cum Sacramenti religione deposuerint, & ibi gloss. in verbo, Sacramenti, item & text. in l. iurisiurandi, C. eodem, ibi, iurisiurandi religione testes, priusquam perhibeant testimonium, tam dudum arctari præcipimus, & ibi hoc notant Butriga. in summario, Cyn. in l. notab. Bart. & Bal. Ang. Salyc. & Ioan. Sicar. etiam in summario, Fulgos. nu.1. & seq. ver. nota depositi. Alb. in prin. vers.1. dicit, Angel. & Ioan. Sicar. in l. notabil. qui quidem text. in dict. leg. iurisiur. est canonizatus, in c. si testes, in fin. vers. iurisiurandi. & ibi gl. Archid. Præpos. & Turrecrem. 4. qu.3. item & text. in leg. si quando, in fine, in princ. versic. si etiam, & l. solam, & ibi gloss. in verbo, solam, secundum eius primam expositionem, C. de testibus, Bart. in l. admonendi, nu.43. & ibi Ias. nu.219. Ripa nu.194 ff. de iureiur. & in iure Canonico habemus tex. in c. nuper, ext. de testib. ibi respondemus, quod nullius testimonio quantumcunq; religiosus existat, nisi iuratus deposuerit, in alterius præiudicium debet credi, & ibi gl. in verbo, nisi iuratus, item & tex. in c. hortamur, 3. qu.9. ibi præbito etiam legaliter sacramento, item & tex. in c. inprimis, vers. deinde, 2. qu.1. ibi, si eo præsente, qui accusatus est iureiurando, contra eum testimonium dictũ est, item & tex. in cap. de testibus, extr. de testibus, ibi, nec debent audiri, nec cogi testimonium perhibere, vtpote super quo deponerent nõ iurati, & ibi gl. in figuratione casus, vers. nota quod non valet, & in verb. non iurati, Imol. nu.5. & Anch. n.3. vers. secundo nota, C. Anan. n.4. item & tex. in c. tuis, ext. eod. ibi, testes in causis propriis producere absq; iuramenti exhibitione non possunt, & ibi Imol. n.1. vers. item nota, il 1. & Felyn. etiam nu.1. & demum est text. in c. fraternitatis, in fin. ibi, receptis prius ab ipsis secundum formam recipiendorum testium iuramentis, & ibi gl. in verb. iuramentis, in prin. & Anchar. nu.6. extr. de testib. & per iura prædicta hanc oppositionem bene firmarunt Nepos de Monte Albano in tract. de testib. nu.38. Ægid. de reprob. test. nu.11. Fed. Schenck. de testib. nu.3. Nell. de testib. nu.59 in fin. Alb. de Malet. de testibus, nu. 49. Lanfran. de testibus, nu.4. Marant. in rub. de testium productione, nu.19. Crot. de testib. nu.227. Boss. in tit. de oppos. contra test. n.81. vers. item quod non iuranit, Campeg de testib. reg.167. vers. testis si non fuerit iuratus, Papiens. in forma iuramenti test. in gloss. constituti, nu.1.* vbi, quod hæc regula est comprobata tam legibus ciuilibus, quam canonicis, *Catell. Cotta in suis memorab. in verb. testis non iurato, in prin. Socin. reg.424. in prin. Marsil. sing.214. incip. ad validitatem dicti testis, Myn. in fin. obseru.77. in prin. cent.4. Nouell. reg.216. nu.37. Vestr. in pract lib.6. c.2. rub. de testib. & eorum inductione, nu.6. & ibi in addit. Graual. nu.34. & nu.52. Pract. Conrad. rubr. de testibus, nu.10. And. Gail. obseru.101. nu.1. libr.1. Viu. opin.931. nu.1. & num.4. Monticel. in repert. test. rubr. iurare debet testis, & c. fol.124. col.2. vers.6. & vlt. & fol.125. col.2. vers.3.4. & 5.* Vbi † idẽ in caus. feudali & matrimoniali, *Mascar. de prob. lib.1. in præfat. q.5. nu.74. & nu.76. & lib.3. concl.1362. nu.1. Caputaq. dec. is. 4. alias 1. par.3. Bursat. cons.192. num.28. libr.2. Cephal. cons.294. nu.3. lib.2. Hippol. Riminald. consil.8 nu.31. lib.1. & consil 516. nu.41. lib.5.* Ex quibus hanc conclusionem nedum communiter * receptam, sed & contradictoremnon habere, sine dubio affirmare possumus. *

REGVLA igitur ex præmissis firma remanet, quod testes non iurati non probant. Quę autem iramenti testium forma sit, mox *in seq. ampliatione* audies.

AMPLIA I. Propositam † regulam, vt procedat etiam, quod testis iurauerit, sed nulliter, paria enim sunt, testem non iurasse, vel non rite iurasse, *secundum Butrig. in tract. de testibus, num.53. quem sic refert, & sequitur Mascard. de probat. in præfat. quæst.5. num.80.* vbi bene hanc ampliationem exornat. 3

Vt † autem scias, quę requirantur ad validitatem iuramenti, & quæ sit forma huiusmodi iuramenti per testes præstandi, dic 4

PRIMO, Testem † debere iurare, non solum de veritate dicenda, prout est text. *in c. hortamur, 3. quæst.5. ibi, quæ in veritate rerum nouerunt, &c. Bart. in l. iurisiurandi, in 2. lect. nu.2. in fin. vers. vtrum testes. C. de testib. Bellam. in c. de testibus, nu.13. vers.3 quæritur, extr. de testib. Felyn. in c. tuis, num.1. extra, eod.* vbi propterea, quod non sufficit iuramentum credulitatis, *Adden. ad Abb. in c. fraternitatis, nu.13. lit. A. in 2. addit. versic. & debet iurare, il 1. de testib. Angel. de Perus. in addit. ad Ægid. de reprob. test. nu.6. Alber. de Malet. in tract. de testib. c.7. nu.49. versic. primum quod testis, And. Gail. obseru.101. nu.2. lib.1. Monticell. in reper. test. rub. iurare debet testis. fol.128. col.2. versic.5. Hippol. Rimin consil.345. nu.39. lib.3.* 5

Sed † etiam de tota veritate dicenda, *secundum gl. in c.* 6 *fraternitatis, in fin. in verbo, iuramentis, in versic. forma vero, & ibi Hostiens. nu.5. Bald nu.12. & Butr. num.21. extra, de testibus, Spec. in tit. de teste, §. sequitur, nu.1. Campeg. de testibus. reg.168. versic. dic primo, Pract. Conrad. rub. de testibus, nu.11.*

Sed † certe quicquid sit de iure, apud nos seruatur, 7 vt testis iuret simpliciter de veritate dicenda, absq; eo, quod iuret, dicere totam veritatem, & pro hac obseruantia facit, quod in specie dixit Campeg *dict. reg. 168. versic. quarto dic*, vbi, quod de forma iuramenti sunt ista pauca verba, videlicet, ego iuro dicere veritatem, alia vero sunt de specificatione formæ, non autem necessaria, *vt in similis dixi infra, nu.12*

Et sic † vides, quod ea, quæ in infrascriptis requisitis 8 (excepto quarto) pro forma iuramenti, per Doctor. pronuntur, apud nos in practica non seruantur.

SECVNDO, Testis † debet iurare, dicere omnem 9 veritatem, siue interrogatus, siue non, *secundum gloss. in c. fraternitatis in fin. in verbo, iuramentis. versic. item quod dicent omnem veritatem, & ibi Host. nu.5. vers. quæro, quod totam veritatem, Bald. nu.12. versic. item quod dicet omnem veritatem, Butr. nu.21. versic. & quod dicent omnia, extra, de testibus, Pract. Conrad. d. rub. de testibus, nu.11.*

Verum, † *vt supra mox admonui*, hoc secundum requi- 10 situm apud nos in practica non seruatur.

TERTIO † Requiritur, quod testis iuret dicere ve- 11 ritatem, sed etiam, quod in ea falsitatem non immiscet, *secundũ gl.1. in l. iurisiurandi, vers. item quod falsitatem non immiscet, C. de testib.* vbi, quod ita se habet generalis consuetudo, *sequitur Butrig. ibi, in vers. modo quæro, nec dissentit Odofred. in l. si quando, nu.6. vers. item iurat testis, iuncto vers. vnde debet ita formari sacramentum, C. de testib. addo & al. am gl. in c. fraternitatis, in fin. verb. iuramentis, vers. item quod nullum in-*

terserant falsitatem, & ibi Host. nu. 5. vers. secundo, quod nullam, Butr. nn. 21. vers. item quod nullam, ext. de testibus, Spec. in tit. de teste, §. sequitur, post nu. 1. vers. & quod solam veritatē, Iac. Butr. in tract. de testib. rub. quadam forma, circa testes, &c. nu. 1. in fin. Angel de Perus. in addit. ad Ægid. de reprob. test. num. 6. Feder. Schenck in tract. de testib. nu. 7. Nell. de testib. n. 59. vers. & quod solam veritatem, Alb. de Mal. de testib. c. 7. nu. 49. vers. secundum est, Campeg. de testib. reg. 168. vers. secundo quod nulla, Papien. in forma iuramenti test. in prin. pract. Corra. d. rub. de testib. nu. 11.

12 Verum † & pariter, *vt supra admonui, num. 7. num. 8. & num. 10.* ista verba, quod falsitatem non immiscebit, in practica non apponuntur in iuramento testis, quia, vt dicunt Dd. magis declarant, & specificant formam veritatis dicendæ, quam quod sint de illius essentia, *prout declarat Salycet in d. l. iurisiurandi, nu. 2. & ibi præsertim Ioan.* **S. car. nu. 6.* vbi dicit, quod per Dd.* communiter reprobatur forma iurandi, *de non immiscendo falsitatem*, cum illa perfecta sit, *de dicendo veritatem*, simpliciter, quod & idem voluit Campeg. *d. reg. 168 versic quarto dic.*

13 Qvarto, Requiritur, † quod testis iuret dicere veritatē, *super tota causa*, sic enim apud nos seruatur, quia citatur pars ad dicendum contra articulos, & videdum iurare testes super illis, & tota causa, vt in formula citationis, quam ponit Vestr. *in sua praxi, lib. 6. c. 2. rub. de testibus, & eorum inductione, sub nu. 5. iuncto nu. 9.* vbi tamen dicit, quod potest iudex, parte præsertim instante, hoc iuramentum sic super tota causa recipere, sed non tenetur de necessitate, *addo ad comprobationem huius quarti requisiti Hostien in c fraternitatis, nu. 3. & ibi Bald nu. 13. Adden. ad Abb. nu. 13. lit. A in 2. addit. incip. circa hoc, versic. & debet iurare, fol. 2. ext. de testibus, Spec. in tit. de teste, §. sequitur, nu. 3. Nell. de testibus, nu. 59. in prin. & vers. item quod dicet veritatem super articulis, & super tota causa, Campeg. reg. 168. in fin. versic. 8 etiam Papiens. in forma iuramen test. in prin. & in gloss. super to-***ta causa, Graual. ad Vestr. vbi supr nu. 44. vbi de* communi, Montic. in repert. test. rub. iurare an debeat testis super tota causa, fol. 129. vers. 1. & seqq vbi etiam de materia, Rota coram Domino Aldobrādino, nunc sanctissimo Domino nostro, decis. 593. n. 1. part. 1.* & dixi hac de re latius *sup. quæst. 71. nu. 15. & seqq.*

14 Vtilitas † huius quarti requisiti est euidens, quia si testis iurauit dicere veritatem super capitulis, non probat, si extra eos deponat, etiam super pertinentibus ad causam, iuramentum enim restrictum ad capitula non trahitur ad pertinentia ad causam, *secundum Butrig. in l. iurisiurandi, ad fin. versic. quid ergo, si testis, C. de testibus, Speculat. in titul. de teste, § sequitur, num. 3. Papiens. in forma iura-*15 *menti testium, in gloss. super tota ipsa causa.* Sed † si iurauit dicere veritatem super tota causa, tunc probat, etiam quod deponat extra articulos, dummodo deponat super pertinentibus ad causam, *secundum Butrig. Specul. & Papiens. in loci practitatu, Angel. in d. l. iurisiurandi, nu. 2. versic. si ergo testis, Bursat. consil. 358. nu. 4. libr. 4.* & dixi hac de re latius *supr. qu. 71. nu. 13. & seq.*

16 Qvinto, Requiritur, † quod testis iuret dicere veritatem pro vtraque parte, sicut enim & pro vtraque parte veritatem dicere tenetur, ita etiam & pari modo iurare debet, *secundum gloss. in leg. iurisiurandi, in gl. 1. versic. item pro vtraque parte, & ibi Ioan. Scar. num. 6. C. de testibus, Odofred. in leg. si quando, num. 6. versic. certe dicimus, & versic. vnde debet, C. eod. gloss. in c. hortamur, in verbo, nouerunt, 3. q. 9. item gloss. in c. fraternitatu, in fin. in verb. iuramentis, versic. item quod pro vtraq; parte, & ibi Hostiens. nu. 5. versic. 3. quod pro vtraq; parte, Bald. post nu. 12. versic. item quod pro vtraque parte, Butr. nu. 21. versic. & quod pro vtraq; parte, Adden. ad Abb. ibi, nu. 13. lit. A. in 2 addit. incip. circa hoc, & c. in fin. Felyn. num. 12. post med. versic. & in quantum,* (vbi tamen ponit tres casus, in quibus valet testimonium pro vna parte tantum) *extra, de testibus, Spec. in tit. de teste, §. sequitur, post nu. 1. ad med. vers. item quod duces, Iac. Butrig. de testibus, rub. quadam forma, circa testes, nu. 1. vers. & debent iurare, Ang. de Perus. in addit. ad Ægid. de reprob. test. nu. 6. Fed. Schenck in tract. de testibus, n. 7.* vbi quod hoc consonum est iuri & consuetudini, *Nell. de testibus, nu. 59. versic. item quod dicet veritatem, Alber. de testib. c. 7. nu. 49. versic. tertium est, Lanfran. de testibus, post nu. 6. Maran. in Spec. rub. de testium productione, n. 20. Campeg. de testib. reg. 168. versic. septimo testis, Graual. ad Vestr. in pract. lib. 6. c. 2. num. 44.* vbi de * communi, & maxime reprehendit Notarios, qui in criminalibus præsertim scribunt testium dicta facientia pro fisco, non autem pro reo, quod etiam nec debet facere iudex, ¶ prout bene aduertit Clar. *in pract. §. fin. quæst. 23. sub princ.* cum examinando testes teneatur veritatem inquirere, tam pro fisco, quam pro reo, prout de consuetudine seruari testatur Clar. *in pract. §. fin. qu. 61. versic. sed hæc quidem, post med. ibi bene verum est, & c. il. 2.* ¶ quamuis in contrarium esse communem opinionem, dixerit ex Aret. *in d. c. fraternitatis*, Sed cum Grauato & Claro in locis præcitatis concordat Sigism. Scaccia, post hæc impressa habitus, *in tract. de iudic. caus. ciuil. & crimin. lib. 1. c. 86. nu. 9.* vbi, quod iudices aliter facientes, sunt rei gehennæ, *ex Io. An. de Nig. quem allegat super cap. reg. 272. incip. sicum sceleratis, num. 37.* Et aduerte, quod licet Scaccia eo loci admittat, iudicem posse licentiare testem, nec eius depositionem facere redigere in scriptis, quando eo oretenus interrogato & audito videt parū aut nihil deponere pro fisco, & hoc ne alias videatur defensiuum processum fabricasse. Et ita etiam non ignorem à iudicibus nostri temporis vt plurimum seruari: Hæc tamē opinio & practica nullatenus recipienda est, cum vt alias probaui, & in præscriptis terminis nos Romani habemus statutum *lib. 2. c. 9.* (quod omnino videas) iudex tenetur ex debito sui officii veritatem & rei innocentiā quærere, & desuper testes examinare. Et si aliter facit, male facit, & si in hoc mundo pœnas non luget, in inferis lugebit amare: præterquam in vno casu, quando scilicet iudex habet testem pro suspecto, & subornato, tunc enim bene crederem, iudicem posse illum licentiare, nec suam depositionem in scriptis redigere, iuxta ea, quæ bene aduertit Clar. *in d. qu. 23. in prin.* vbi bene loquitur, & eum videas. *Addo pro hoc eod. quinto requisito Pract. Corrad. d. rub. de testibus, nu. 11. Viu. opin. 931. post nu. 1.* vbi de * *communi, & nu. 2. Montic. in repert. test. rub. iurare debet testis. fol 128. col. 2. vers. pen. & seq. Rota coram Aldobrandino nunc sanctissimo Domino nostro, decis. 593. nu. 1. & n. 3. part. 1. & dixi sup. lib. 2. q. 62. n. 212. & q. 54 n. 79. in fin.*

17 Sexto, Requiritur, quod † testis iuret, quod nec pretio, nec amore, nec timore, nec odio, nec pro alio commodo testimonium dicet, *secundum gl. in c. fraternitatis, in fin. in verbo, iuramentis, in fin. gloss. versic. item quod non pretio, & ibi Host. nu. 5. vers. sexto, quod nec pretio, Bald. nu. 12. in fin. vers. item quod nec pretio, But. nu. 21. eod. vers. item quod nec pretio, ext. de testib. Spec. in tit. de teste, §. sequitur, nu. 1. post med. vers. & quod nec prece, Iac. Butrig. de testib. rub. quadam forma, circa testes, nu. 1. Fed. Schenck de testib nu. 7. in fin. Nell. de testib. nu. 59. vers. & quod nec prece, nec pramio, Alb. de testib. c. 7. n. 49. in fin. vers. quartum est, Lanfran. de testib. post nu. 6. vbi de communi,* **Campeg. reg. 168. vers. quod non pretio, & vers. quinto ad-* * *de, Papien. in forma iuramenti test. in prin. Pract. Corrad. rub. de testib. n. 11. vers. quandoq; non pretio, Mascard. de probat. libr. 1. in præfat. qu. 5. nu. 75.* Sed, *vt sepius supra admonui*, sextum hoc requisitum in forma iuramenti apud nos non seruatur.

18 Septimo, Requiritur, quod † testis iuret testimonium suum ante publicationem nemini reuelare, *secundum Hostien. in c. fraternitatis, nu 5. vers. 5. quod testimonium, & ibi etiam Abb. nu. 13. & ibi Ant. Fran. in addit. liter. A. Felyn. nu. 12. Marian. Socin. nu. 7. ante med. vers. glossa finalis, & c. extra, de testib. Spec. in tit. de teste, §. sequitur. nu. 2. Nell. de testibus, nu. 59. versic. item quod nulli partium, Campeg. de testibus, regul. 168. versic. sexto textus, Pract. Corrad. rub. de testibus, nu. 11. ante med. Montic. in repert. test. rub. iurare debet testis, & c. fol. 128. col. 2. versic. 3. & vide, quæ dixi in 2. libr. quæst. 67. num. 296.*

Sed

19 Sed † hoc vltimum requisitum est potius de specificatione formæ iuramenti, quam de ipsa forma.

20 Ampliа II. Propositam regulam, vt † iuramentum debeat præstari per testem corporaliter ad sancta Dei Euangelia tactis scripturis, alias nō probat. text. est *in c. hortamur, 3 qu. 9. ibi, tactis sacrosanctis Euangeliis. & c. gloss. in l. iurisiurandi, in 1. glos. in prin. & ibi Bart. in 2. lect. nu. 3. versic. quæro, qualiter debeant iurare testes, & ibi Adden lit. C. in verbo, corporaliter, Alb. nu. 2. versic. sed nunquid testis, iuncto vers. communiter, & c. C. de testibus, Abb. in c. de testibus, nu. 8. in fin. vers. pro hoc vide, ext. de testibus, Bellam. in c. tuis, nu. 1. & ibi etiam Imol. nu. 4. versic. & adde, eod. tit. de testibus, Butr. in c. fraternitatis, post nu. 21. versic. & dicit Ioan. Andreas, & ibi etiam Imol. nu. 11. Abb. nu. 13. versic. & aduerte, Felyn. post nu. 12. versic. & debet testu iurare, eod. tit. de testibus, Specul. in tit. de teste, §. sequitur, nu. 4. in fin. vers. & tactis Euangeliis, Feder. Schenck. de testibus, nu. 3. versic. 4q; tactis, & c. Alber. de testibus, c. 7. n. 50. Lanfranc. de testibus, post nu. 6. versic. & desseri, & ibi in addit. liter. A. Boss. in tit. de oppos. contra testes, nu. 83. Campeg. de testib. regul. 170. in 2. fallent. Papiens. in forma iuramenti testium, in prin. Monticell. in repert. testium, rub. iurare debet testis, fol 129. col. 1. versic. 1. Mascard. de probat. libr. 1. quæst. 5. nu. 74. versic. & id tactis scripturis. & lib. 3. conclus. 1358. nu. 42.* vbi propterea, quod non habens manus, non potest esse testis, quia non potest tangere scripturas, *Rota de iurament. calum. decis. 1. alias 37. nu. 4. in nou. Caputaquen. decis. 123. alias 5. num. 1. part. 2.* vbi quod ita alias Rota iudicauit, *& decis. 246. n 1. eadem part. 2. Ant. Thesaur. decis. Pedem. 47. nu. 1. versic. alij vero, & nu. 4. vbi alius relatis testatur de magis communi opinione, Hier. Gab. consil. 40. nu. 42. libr. 2. Hippol. Rimin consil. 315. numer. 23. lib. 3.* Et facit generalis conclusio, *de qua per Paris. in d. cap. fraternitatis, nu. 77. col. penult. versic. tu dicas regulariter,* vbi dixit, quod licet regulariter iuramentum possit præstari solo verbo, absq; tactu scripturarum, *vt per Bart. Bal. Alex. & alios in locis per eum relatis*, & sic solo verbo iurans incurrat periurium, ac si tactis scripturis iurasset, *ad nota. per gl. c. in summa 2. 2. quæst. 1.* vbi tamen iuramentum defertur à iure, prout est delatum in casu nostro: tunc non sufficit, quod solo verbo iuretur, sed est necesse, quod interueniat tactus Euangeliorum, aut aliarum scripturarum, *ex Felyn. & Abb. ibi per eum allegatis.*

21 Amplia rursus hanc † secundam ampliationem, vt non præsumatur testem iurasse tactis scripturis, nisi de hoc iuramento fiat specialis mentio, *prout dixi infra, nu. 37.* hic non repeto.

22 Limita I. Eandem secundam † ampliationem, vt quicquid sit de iure, quoad sancta Dei Euangelia, de consuetudine tamen est, vt sufficiat tangere quascunq; scripturas, etiam quod non sint Euangelia, & talis consuetudo valet. Fuit originale dictū glos. *in Clem. 1 §. porro, de hæret.* vbi testatur de hac consuetudine apud Italicos. Et hanc gl. sequuti sunt Alber. *in l. iurisiurandi, nu. 2. vers. de more tamen, C. de testibus, Imol. in c. tuis, nu. 4. vers. non tamen est necesse, iuncto vers. communiter tamen seruatur, & ibi Abb. nu. 7. versic dicit tamen gloss. Aretin. num. 14. versic. si tamen est consuetudo, extra eodem, Abb. in c. fraternitatis, nu. 13. vers. vide glossam, & ibi Felyn. post nu. 12.* (vbi tamen, quod hæc consuetudo est stricte intelligenda) *Paris. col. penult. sub n. 77.* (vbi etiam, quod isto casu nō sufficit quælibet consuetudo, sed debet esse specifica, expressa & seruata super non tactu Euangeliorum) *eod. tit. de testibus, Feder. Schenck. in tract. de testibus, nu. 4. in fin.* vbi testatur de consuetudine sui fori, & Cameræ Imperialis (licet vt ipse inquit minus bene) *Lanfran. de testibus, post nu. 6. versic. in alia autem, Anton. Thesaur. decis. Pedemont. 47. nu. 6. vbi quod ita seruatur in practica, Pract. Corrad. rub. de testibus, nu. 10. in fin. vbi*
* *quod ita apud eum* * *communiter seruatur, Viu. opin. 432. nu. 1.*
* *vbi alius relatis testatur de* * *communi stylo.*

23 Svblimita hanc † primam limitationem, quia vbi talis consuetudo in specie non viger, testis iuxta iuris communis dispositionē iurare debet ad sancta Dei Euangelia, *secundum Abb. in cap. tuis num. 7. in fin. versic. sed vbi consuetudo nihil disponeret, & ibi Felyn. post nu. 5. versic. est verum, & per eundem Abb. in cap. fraternitatis, nu. 13. versic. cessante autem, & ibi etiam Felyn. nu. 12. versic. & cessante consuetudine, extra, de testibus.*

Limita II. Dictam † secundam ampliationem in Cardinalibus, Episcopis, & Sacerdotibus, qui iurant 24
non tactis scripturis, sed tacto pectore, *vt dixi infra, nu. 81. & seq.* hic non repeto.

Limita III. Quia † sufficit iurare per Baptismum, 25
per fidem, & per iudicium Christi, item sufficit iurare, Si Deus me adiuuet, vel, in fide mea, vel, periculo animæ meæ, & aliis modis, de quibus per Butr. *in capit. tuis, nu. 6. & per Adden. ad Abb. ibi nu. 7. liter. B. & lit. C.*

Contra Butr. † opinionem scripserunt Abb. *in d. capit.* 26
tuis, nu. 7. & ibi Sebastian. Sap. lit. D. & Felyn. nu. 5. vbi *in fine* dicit, Abbatis opinionem esse veriorem, *idem Felyn. in cap. fraternitatis, post nu. 12. de testibus.* Et pro hac contraria opinione facit, quod scripsit Paris. *in cap. fraternitatis, colum. penult. num. 77. versic. tu dicas, quod regulariter, extra, de testibus*, quod licet regulariter iuramentum solo verbo præstari possit, absque tactu scripturarum & Euangeliorum, *vt per Bart. Bald. & Alex. & alios ibi per eum allegatos*, & sic solo verbo iurans periurium incurrat, ac si per tactum scripturarum iurasset, *ad gloss. in cap. in summa, 22. quæst. 1.* vbi tamen iuramentum defertur à iure, prout est in casu nostro: tunc est necesse, quod interueniat tactus Euangeliorum, vel aliarum scripturarum, *ex Abb. & Felyn. ibi per eum allegatis.*

Pro † concordia potes dicere, quod non sufficit, te- 27
stem iurare solo verbo, quomodocunque iuret, sed bene sufficit iurare tacta aliqua alia re sacra, licet non tangantur Euangelia, vt puta Reliquiis, Cruce Altari, aut similibus, sic enim relatis hinc inde contrariis distinguit, & late comprobat Aretin. *in d. cap. tuis, nu. 13. & seqq. nec dissentiunt Corrad. in Practica, rubr. de testibus, num. 10. in fin. Anton. Thesaur. d. decis. Pedemont. 47. num. 16. versic. & his casibus.*

Amplia III. Eandem † regulam, vt testis debeat 28
iurare per se, & nō per Procuratorem, *secundum Bartolum, in leg. qui bona fide, §. si alieno, num. 17. ff. de damno infecto, Butr. in capit. licet ex quadam, num. 3 & ibi etiam Abb. & Imol num. 6. & Anchar. num. 3. extra, de testibus, Barbat. in capit. proposuisti, num. 5. & in cap. in præsentia, num. 61. de probation. prout prædictos sic referendo sequitur Monticell. in repertor. testium, in rubric. iurare debet testis per se, folio 132. colum. 1. versic. 4 & sequentib. & in rubric. deponere an possit testis per scripturam, vel per procuratorem, fol. 158. col. 2. versic. 3.* vbi, quod testis nec potest constituere Procuratorem cum speciali mandato, ad deponendum pro ipso: sed vide Viuium *opin. 429. num. 9.* vbi, quod licet testis non possit deponere per Procuratorem, bene tamen potest iurare per Procuratorem, habentem speciale mandatum, *prout alias inclinauit Rota Romana, post Rom. & Cur. quos allegat, & sequitur Bursat. consil. 285. num. 26. libr. 3.* Et hoc casu iurabit Procurator, in animam constituentis, & non in suam, *secundum Bart. & Alex. & alios in locis relatis per Viu. d. opin. 429. nu. 1.*

Amplia IV. Vt † testis debeat iurare in iudicio, & 29
non alibi, & alibi iurans, nihil probat, *Lanfranc. de testibus, num. 16.* vbi reddit rationem arguendo de tempore ad locum, *vt ibi per eum, sequitur Mascard. de probat. in præfat. quæst. 5. num. 89. Montic. in repertor. test. rubr. iurare debet testis, & c. fol. 129. col. 2. vers. 3. per text. quem allegat, in l. 3. §. Sabino, & ibi gloss. ff. de testibus.*

Ad † quam materiam, quando scilicet depositio ex- 30
trai udicialis valeat, vel non valeat cum iuramento, vel sine, vide Tindar. *in tract. de testibus, lib. 2. p. in te 1. a. p. 3. n. 1. & sequentib. & cap. 4. num. 1. & cap. 5. num. 1. & Monticell. in*

rub. testes impugnantur, quia nulliter erant examinati, fol. 267. col. 2. versic. 3. & 6. & pag. 268. col. 1. vers. 1. & 3. & col. 2. vers. 6. & 7. & pag. 269. col. 1. versic. 2. & 3. & in rub. deponere an possit testis per scripturam, fol. 150. col. 1. versic. fin. & in rub. testes nulliter recepti, an faciant indicium, fol. 351. col. 2. versic. penult.

31 AMPLIA V. Vt † testes debeãt prius iurare, & postea se examini subiicere, quod si prius deposuerint, & postea iurauerint, depositio nihil valet, prout videtur probari *in d.l. iurisiurandi, C. de testibus*, in illis verbis, *priusquam perhibeant testimonium, &c.* per quem text. ita voluerunt, ibi gloss. *in verbo, iurisiurandi*, Cyn. *nu. 4. in tertia quæstione, vbi quod ita dicunt Doctor. Bart. in secunda lectura, in princip. versic. nota, quod testis, & num. 5. in fine, versic. item antequam recipiantur*, Adden. ad Bald. *ibi, num. 1. litera G.* Odofred. *in fin. princip.* Fulgos. *numer. 2.* Angel. *num. 1. versic. & si deposuit non iuratus a Principe*, Salycet. *num. 1. versic. nota, quod de ordine testificationis est, & num. 3.* Ioan. Sicar. *nu 7. qui quidem text. in dict. leg. iurisiurandi est canonizatus in cap. si testes, in fine, versicul. iurisiurandi, & ibi gloss.* Archidiac. *Præposit. & Turrecrem. 4. quæstione 3. Addo pro hac eadem ampliatione Ripam in leg. admonendi, num. 194. versic. ampliatur tertio*, & in iure Canonico, hoc idem probat text. *in cap. fraternitatis, in fin. ibi, receptis prius, &c. & ibi* Ioan. And. *num. 8. versic. item quod testis prius*, Bald. *num. 4.* Aretin. *nu. 6. versic. nota sexto*, Fely. *num. 2.* Marian. Socin. *num. 6. versic. nota vltimo, extra, de testibus*, Bellamer. *in cap. de testibus, num. 1. vbi, quod hoc communiter approbatur, & ibi etiam* Imol. *post numer. 5. versic. an autem sufficiat, vbi, quod hoc communiter tenebatur*, Anan. *num. 4. vbi, quod ita communiter dicunt Dd.* Abb. *nu. 8.* Felyn. *num. 5. vbi, quod ita communiter concluditur, extr. eod. tit. de testibus*, ad lo. rursus pro hac eadem ampliatione Boss. *in tit. de oppositis contra test. num. 83 versic. & si testis primo dicit*, Campeg. *de testibus, regul. 169. in princ. & reg. 170. in 6. fallent.* Ioachim. *observat. 80 in princ. & ad finem, versic. & quod supra, centur. 3. & observat. 77. versic. sed pone testes, vbi de crebriori opinione, centur. 4.* Grauat. *ad Vestr. lib. 6. cap. 2. num. 30.* Pract. Corrad. *tit. de testibus, sub num. 11.* Andr. Gail. *observat. 101. nu. 9. libr. 1. Viu. opin. 931. nu. 15. vbi de communi*, Monticell. *in repertor. testium, rubr. iurasse testem an & quando præsumatur, column. 1. versic. 1. vbi alios refert*, Decian. *consil. 51. numer. nono, libr. 2.* Mascard. *de probation. libr. 3. conclusione 1362. num. 10. vbi de communi.* Et † sine dubio ista ampliatio magis communiter à Dd. recepta est.

32 Quamuis † Barth. Brixiens. Hostiens. & alii nonnulli antiquiores, relati per Ioannem Andream *in dict. cap. de testibus, num. 2.* contrarium dixerint, prout etiam contrarium, quando testis est bonæ famæ, dixit Specular. *in tit. de teste, §. sequitur, num. 6. versic. quid si testis deponit*, sequitur Nell. *de testibus, num. 66.* Alber. *de Malet. cap. 7. nu. 65. & sequentib.* Campeg. *reg. 169. versic. tertio fallit, & versic. quarto fallit.*

33 AMPLIA rursus † præcedentem ampliationem, vt multo magis admittatur depositio testis, qui vna die iurauit, & altera postea die deposuit, & sic ex interuallo post iramentum. Talis enim depositio trahitur retro ad tempus iramenti, *secundum Ang. in dict. l. iurisiurandi, num. 1. versic. item depositio testis*, C. *de testibus*, vbi ita testatur de consuetudine seruari, Cyn. *in l. si quando, num. 6. in fine, versic. propterea dicunt quidam*, & ibi communiter notant omnes. C. *de testibus*, dum concludunt, valere depositiones testium, qui fuerunt examinati die feriato, vel extra terminum, vel alias tempore incongruo, dummodo prius iurauerint tempore congruo (de quo & suo loco prius dicam) *addo pro hac eadem ampliatione* Ioan. Monach. *in* [illegible] *numer. 15. de electione, post illum refert & sequitur* [illegible] *repert. test. rub. iurasse testem an & quando præsumatur versic. 3.*

34 IMPLIA III. [illegible] quintam ampliationem, quia etiam quando testis deposuit non fuit iuramento, datur cautela ad Dd. vt talis depositio valideture ex subsequenti iuramento, quando scilicet testis, vel iterum illud idem deponat, vel breuiter & specifice primum dictum referat, *secundum* Ioan. And. *in c. de testibus, extra, de testibus, nu. 2. prout illum refert* Bald. *in leg. iurisiurandi, num. 1. versic. & dicit* Ioan. And. C. *de testibus, (sed in libro meo* Ioan. Andr. *in loco præcitato refert tantummodo antiquorum opiniones, & nihil resolsuit) quod & idem pro cautela tradiderunt* Anchar. *in d.c. de testib. nu. 3.* Anan. *nu. 4. vers. cautius est, & communiter omnes alij, extra, de testibus, nec dissentit* Campeg. *reg. 169. in 1. fallent.*

35 LIMITA II. Eandem † ampliationem procedere, quando pars, contra quam testes producuntur, petiisset ipsos testes prius iurare, hoc casu non possunt post examen iurare, secus autem si pars hoc non petiisset. Fuit originalis distinctio Calderini, quam referunt Abbas, & alii, *in d cap. de testibus, extra, eodem*, Campeg. *reg. 169. vers. sexto fallit.*

36 Sed † hæc distinctio communiter reprobatur, quia testis depositio non iurata non valet, etiam quod pars non petierit illum iurare, *prout testatur* Bellamer. *in d. cap. de testibus, nu. 14. & seqq. extr. eodem.*

37 LIMITA III. Quia † in dubio, quando non apparet, an iuramentum præcesserit, præsumitur præcessisse pro validitate depositionis, *secundum* Ias. *in l. admonendi, in 2. lectur. nu. 230. & sequ.* Crot. *de testibus, nu. 232.* Mascard. *de probat. lib. 3. conclus. 1362. nu. 13.*

38 LIMITA IV. Propositam † quintam ampliationem, vt procedat, quando testis iurat ex interuallo post depositionem, secus si iurat in continenti post eam, tunc enim valet depositio. Fuit originalis distinctio Bald. *in leg. iurisiurandi, num. 1. quem sequuti sunt Alber. post num. 11. versic. quod forte verum est*, (vbi tamen non se firmat, quia refert aliorum opiniones) Paul. *de Castr. num. 1.* Ioan. Sicar. *num. 7. versic. nisi autem forte asis*, C. *de testibus*, Ias. *in l. admonendi, in 2. lectur. num. 227. & seqq. ff. de iureiuran* vbi relatis hinc inde contrariis hanc distinctionem pluribus comprobat, reprobatis Salycet. & Abb. contrarium volentibus in locis infra mox allegandis, Ripa *in dict. leg. admonendi, num. 195.* (vbi tamen dubitatiue loquitur) *sed pro hac distinctione fuerunt subtiliter deducta per Aret. in cap. de testibus, num. 15. versic.* Baldus autem, *& num. 16. & seqq. & ibi etiam* Felyn. *post num. 5. versic. sed ibi limitat*, Henr. Boyc. *etiam num. 5. extra, de testibus*, Lanfran. *de testibus, nu. 7. & ibi in addit. liter. B.* vbi, quod ita practicatur Venetiis in aliquibus officiis, licet contrarium fuerit obtentũ in contradictorio iudicio, in causa cuiusdam amici, Campeg. *de testib. reg. 169. in 2. fall.* Andr. Gail. *observ. 101. nu. 9. versic. breuiter in Camera receptum est, lib. 1.* Monticell. *in repertor. test. rubr. iurasse testem an & quando præsumatur. fol. 131. col. 1. versicul. 2.* Mascard. *de probat. lib. 3. conclus. 1362. nu. 11.*

39 Contra † hanc Baldi distinctionem, & quod depositio testis non valeat, si iuramentum eam subsequatur etiam incontinenti, voluit Salycet. *in dict. l. iurisiurandi, num. 3. versic. ego puto, quod dictum Cyni simpliciter sit verum, & ibi etiam* Barbat. *in additione ad eundem* Bald. *num. 1. lit. G.* C. *de testibus*, Archidiac. *in cap. si testes, §. iurisiurandi, 4. quæst. 3. & ibi etiam Præposit. post. nu. 1.* Turrecrem. *in versic. sed hic iurgit quæstio*, vbi, quod istud est verius, & quod istud tenent Doctores, *in d. cap. de testibus*, Bellam. *in d. c. de testibus, nu. 11. & post nu. 13. & seqq. in 4. & 5. quæst.* vbi pluribus reprobat Bald. distinctionem, & hanc contrariam opinionem dicit veriorem & communiorem. *Pro qua addo & Abb. ibidem, nu. 8. & Aretin. post nu. 15.* vbi pariter dicit, hanc opinionẽ sibi magis placere, Crot. *de testibus. nu. 231.* vbi hanc opinionem dixit probabilem, *& ibi* Moncada *in addit. litera C. vbi aliu relatis testatur de communi, pro qua etiam addo & relatos per* Mascard. *d. conclus. 1362. nu. 10. versic. & hoc etiam si incontinenti.*

40 In † hac contrarietate reperio Aret. *in dict. cap. de testibus, nu. 19.* distinguentem, quod si testis iurat incontinẽti ex seipso, tunc procedat prima Baldi & sequacium opinio: si autem iurat non ex seipso, sed ad instantiam iudicis aut examinatoris, & tunc procedat secunda Salyc. & aliorum opinio, & ibi satis subtilem & probabilẽ rationem diuersitatis inter casum & casum adducit. Et hanc Aret. distinctionem sequuti sunt Felyn. *in d. c. de testib. nu. 5. in fin. vers. est verum, & nu. 6.* Mynsing. *obser. 77. vers. hanc opinionum repugnantiam, cent. 4.* vbi testatur, ita alias apud eum in Camera fuisse seruatum, Grauat *ad Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. rub. de testibus, & eorum inductione, nu. 30. Viuius opin. 931. n. 15. vers. & luet aliqui*, Mascar. *d. conc. 1362. n. 12.*

41 Contrarium, quod † non valeat depositio testis, etiamsi in continenti ex se ipso, & ad nullius petitionem iuret, pluribus comprobat, & de veriori ac communiori opinione testatur Bellamer. *in d. cap. de testibus, num. 14. & seqq.*

42 AMPLIA VI. Propositam † regulam, vt non sufficiat testem præsente; Sic enim per text. *in l. si quando, C. de testibus*, voluit ibi glos. *in verbo, noluerint, vers. vel dic*, Butrig. *in fin. vers. item oppono, quod præsentibus*, Cyn. *nu. 6.* Bart. *num. 1. vers. nota istum finem, in 1. lect. & nu 8. vers. nota text. in 2. lect.* Ang. *nu. 1.* Alb. *nu. 5* Salyc. *ante num.* Paul. *de Castr. post nu. 1. alia gloss. in l. iurisiurandi, in gloss. 1. an fin. vers. item præsente vtraque parte, & ibi* Butrig. *in 3. oppositi.* Bart. *nu. 5. in 2. lect. C. eodem*, Specular. *in tit. de teste, §. sequitur, num. 4. in fin. versic. & nota, quod testis*, Iacob. Butrigar. *in tractat. de testibus, in princip. nu. 52. & in rub. quædam forma circa testes, nu. 1.* Feder. Schenck. *de testibus, num. 8.* Nell. *de testibus, nu. 59. post medium versic. secunda est*, Campeg. *regul. 170. in 16. fallent.* Vestr. *in pract. lib. 6. cap. 2. rubr. de testibus, & eorum inductione, num. 15.* Andr. Gail. *observat. 101. nu. 2. versic. & debent testes, lib. 1. Viuius opin. 931 sub nu. 12.* vbi propterea, quod eadem pars præstetis iuramento testium potest testem admonere, vt dicat veritatem, *& nouissime consuluit* Octauian. Cacheran. *consil. 64. num. 24. lib. 1.*

43 AMPLIA rursus † hanc sextam ampliationem, vt partis præsentia in iuramento testium nõ præsumatur, nisi expresse enuntietur à notario, *prout dixi infra, nu. 80.*

44 LIMITA I. Hanc † sextam ampliationem, vt licet testes debeant iurare parte præsente, non tamen parte præsente debent examinari, sed secretè, *prout dixi infra, quæst.... num...* Et tradunt communiter omnes, *in dict. l. si quando, C. de testibus.*

45 LIMITA II. Eandem † sextam ampliationem, quia sufficit, vel partem esse præsentem, vel citatam, Bart. *in l. iurisiurandi, nu. 5. in 2. lect. C. de testibus*, Feder. Schenck *in tractat. de testibus, num. 8. tradunt communiter omnes in dict. l. si quando, C. de testibus, dixi supra, qu. 72. nu. 1. iuncto nu. 75.*

46 AMPLIA VII. Regulam † procedere non solum in ciuilibus, sed multo magis in criminalibus. Sic enim generaliter tam in ciuilibus, quam in criminalibus loquuntur Dd. allegati, *supra numer. 1. & in specie scripserunt* Blanc. *de indic. nu. 327.* Corrad. *in pract. rubr. de testibus, nu. 10.* vbi de communi, And. Gail. *observ. 101. nu. 1. vers. 3d, omnium maxime in causis criminalibus*, Montic. *in repert. test. rub. iurare debent testes fol. 127. col. 2. vers. 4.*

47 AMPLIA VIII. Vt † si cõtingat testem pluries examinari & repeti, opus etiam erit, vt idem testis iterato iuret, *text. est in c. fraternitatis, in fin. & ibi* Innocen. *num. 1.* Hostien. *nu. 1. vers. & notandum*, Ioan And. *nu. 8. vers. item quod antiquus testis*, Bald. *nu. 1.* Butr. *nu. 4.* Imol. *num. 4.* Zabarell. *in princip. versic. item quod testis productus*, Anan. *nu. 3.* Abb. *nu. 1.* Aretin. *nu. 6. in prin.* Felyn. *post nu. 2.* Marian. Socin. *num. 6. &* Paris. *nu. 5. de testibus*, Bald. *in l. fin. C. eodem*, Alex. *in l. qui bona, §. si quis stipulatus, nu. 7. ff. de damn. infect.* Alex. *ad Bart. in l. haredes palam, § si quid post, in addit. incip. quod non, & idem tenet* Bald. *& c. ff. de testam.* Boss. *in tit. de oppositis contra testes, nu. 86. vbi remissiue*, Monticell. *in repert. test. rubr. repetitio testium quomodo fiat, fol. 180. col. 1. vers. 1. & 2.* Hector. Æmil. *in tract. de testibus, verbo, testis ambigue deponens, fol. 152. nu. 12.*

48 LIMITA I. Hanc octauam † ampliationem in teste examinato coram arbitro, qui, si repetatur coram iudice super eisdem capitulis, nõ videtur necesse, quod iterum iuret, *secundum Campeg. de testibus, regul. 170. in 14. fallent. ex Bellamer. quem allegat, in cap. præsentata, de testibus.* Contrarium † voluerunt Abb. *in dict. cap. præsentata, numer. 11. & Felyn. super numer. 4. prout eos sic refert, & sequitur* Monticell. *d. rubr. repetitio testium quomodo fiat, fol. 180. col. 1. versic. fin. & col. 2. versic. 1.* vbi generaliter, quod examinatus coram vno iudice, si repetatur coram alio, & in eadem causa, debet iterum iurare, *post Bald. & Felyn. in locis per eum relatis.* 49

50 LIMITA II. Dictam † octauam ampliationem nõ procedere in teste, qui repetitur ad declarandum dictum suum, is enim non tenetur repetitus iurare, Bart. *in l. haredes palam, §. si quid, post num. 7. in fin. ff. de testament.* Bald. *per illum text. in authent. hoc sacramentum, nu. 1. C. de iureiurand. propter calum. dand. idem* Bald. *in l fin. nu. 6. in fin. C. de testibus*, Alexan. *in l. qui bona, §. si quis stipulatus, nu. 7. ff. de damn. infect.* Sebast. Sap. *in addit. ad Abb. in d. cap fraternitatis, nu. 1. litera C.* Paris. *ibidem, nu. 5.* Campeg. *de testibus, regul. 167. post versic. testis si non fuerit iuratus, in 6. fallent.* (vbi tamen secus, quando testis se emendat, vel mutat) *& reg. 170. in 13. fallen.* Roman. *consil. 482. & nu. 8. & ibi* Mandos. *in addit. litera I.* Anton. Gail. *obseru. 101. nu. 16. lib. 1.* Viu. *opin. 931. nu. 19.* Monticell. *d rub. repetitio testium quomodo fiat. fol. 180. col. 1. versic. 4.* Hector Æmil. *in tract. de testibus, testis ambigue deponens. fol. 152. num. 10. & seqq.*

51 LIMITA III. Eandem † octauam ampliationem procedere, quando testis iurauit dicere veritatem super articulis: secus si iurauit super articulis, & tota causa, quia tunc iterum examinatus non tenetur amplius iurare, *secundum Butr. in d. cap. fraternitatis, nu. 4. versic. quod est intelligendum, & ibi etiam Imol. nu. 4. versic. quod videtur intelligendum*, Anan. *nu. 3. versic. quod videtur procedere*, Abb. *nu 1. versic. quod intellige, quando*, Aret. *num. 6. versic. secundum est*, Felyn. *post num. 2.* Montic. *d. rub. repetitio testium quomodo fiat. fol. 180. col. 1. vers. 3.*

52 Contra hanc † tertiam limitationem facere videntur tradita per Bald. *in dict. cap. fraternitatis, nu. 1.* vbi dixit, quod quando testis examinatur ex interuallo, tunc debet iterum iurare, etiam quod examinetur super inclusis in primo iuramẽto. Nec dissentit ibi Imol. *nu. 4. vers. & forte etiam dici posset*, vbi loquitur, quando testis examinatus in prima instantia super certo articulo iterũ examinatur in secunda instantia super alio articulo: tutic enim, inquit, forte dici posset, quod propter diuersitatem instantiæ debeat iterum iurare, etiam quod primo iurauerit super tota causa, quod expresse etiam voluit Campeg *d. reg. 170. in 11. fall. & sequitur* And. Gail. *observat. 101. nu. 16. in fin. lib. 1.* Et † licet Aret. *in d. c. fraternitatis, n. 6.* 53 & ibi etiam Felyn. *sub nu. 2.* late defendant, quod testis examinatus in secunda instantia non teneatur iterum iurare, si à principio iurauerit dicere veritatẽ super tota causa, Imolæ tamen opinionem, de qua supra, bene etiam defendentem videas Paris. *in d. c. fraternitatis, post n. 5.*

54 AMPLIA IX. Propositam † regulam, vt nec statuto fieri possit, vt testi non iurato credatur, *secundum Felyn. in c. tuis, nu. 1. vers. alius casus est, quando statutum, extr. de testibus, reprobato Roman. ibi contrarium dicente.*

55 Contrarium, † quod imo statuto fieri possit, tradiderunt Vestr. *in pract. lib. 6. c. 2. rubr. de testibus, & eorum inductione, nu. 7. in fin. versic. finge, quod statutum*, Viu. *opin. 931. nu. 20.* Montic. *in repertor. test. rubr. iurare debet testis, fol. 126. col. 2. vers. antepen.*

56 Pro concordia † distingue, vt statutum possit hoc facere non indistincte, & in quolibet teste, sed tantummodo in personis integritate vitæ conspicuis, illustribus, & nobilibus, *secundum Andr. Gail. qui ita distinguendo concordat contraria, d. observ. 101. nu. 11. & seqq.*

57 AMPLIA X. Vt † nec valeat consuetudo admittens receptionem testium sine iuramento, *secundum Ripam in l. admonendi, nu.* 195. *versic. ampliatur quarto, ff. de iureiuran. Conrad. in pract. rub. de testibus, sub nu.* 10. *versic. vel etiam stante consuetudine, And. Gail d. obseru.* 101. *nu.* 11. *lib.* 1.

58 LIMITA hanc † decimam ampliationem procedere, quando consuetudo vigeret generaliter in quolibet teste, etiam priuato: secus tamen, si se tantum restringeret ad personas integritate vitæ conspicuas, illustres & nobiles, quia tunc talem consuetudinem valere scripsit idem Andr. Gail. *d. obseru.* 101. *nu.* 13. *& sequ.* vbi ita apud eum seruari testatur in Regno Boemiæ, in Archiducatu Austriæ, in Bauaria, & in aliis illis locis, in quibus dicit longa obseruantia receptum esse, vt nobiles & illustres non teneantur comparere personaliter ad perhibendum testimonium, sed per scripturam, sub fide sua absque corporali iuramento deponunt, & depositionem suo sigillo obsignatam, & propria manu subscriptam iudici examinis transmittunt.

59 AMPLIA XI. Vt † cum iuramentum sit de iure diuino, hoc ideo nec Papa, nec alius superior Princeps potest rescribere, vt credatur testi non iurato, *secundum Rip. in l. admonendi, nu.* 194 *vers. ampliatur* 2. *tuncto nu.* 199. vbi respondet contrariis, *Crot. de testibus, num* 229. *& ibi Moncada in addit in verbo, dispensare, lit. B.* vbi etiam, quid si testis esset magnæ fidei & religionis, *Boss in tit. de oppos. contra test. nu.* 82. *vers. & an Papa, Catellia. Cotta in suis memorab. in verbo, testi non iurato, versic. sed an Papa. Marsil. sing.* 214. *incip. ad validitatem, in fin. vers. & in materia ista, Gab. Sarayn. in addit. ad Matth. sil. sing.* 48. *ad fin. vers. & adde, Mynsinger. obseru.* 80. *post prin. vers. vbi amplius dicit, cent.* 3. *Iac. Nouell. reg.* 216. *nu.* 37 *Granat. ad Vestr. in pract. libr.* 6. *cap.* 2 *nu.* 38. *pract. Conrad. rub. de testibus, sub nu.* 10. *vers. vel etiam si Papa, Monticell. in repert. testium, rub. iurare debet testis, fol.* 126. *col.* 1. *vers.* 3. *Mascar. de probat. lib.* 1. *quæst.* 5. *nu.* 81. *& libr.* 3. *conclus.* 1362. *nu.* 4. *vbi alios recentiores cõsulentes adducit, Cephal. consil.* 294. *nu.* 32. *Bursat. consil.* 192. *nu.* 29. *libr* 2. *Crescent. tit. de testibus, decis.* 4. *alias* 287 *nu.* 4. *Andr. Gail. d. obseru.* 101. *nu.* 12. *libr.* 1.

60 *& nu.* 13. Vbi † tamen hanc ampliationem declarat, non procedere in testibus, integritate vitæ conspicuis, illustribus & nobilibus, quibus dicit, posse per Principem remitti iuramentum.

61 AMPLIA XII. Etiam † in testibus examinatis coram iudice, habente arbitrium procedendi, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, omissa iuris solemnitate, summarie, de plano, & sine strepitu, & sine figura iudicii, nam & iis testibus talis iudex sine iuramẽto fidem adhibere non debet, *secundum Ias. in l. admonendi, in* 2. *lectur. nu.* 225. *& ibi etiam Ripa nu.* 194. *vers. ex hoc infertur, ff. de iureiur. Adden. ad Abb. in cap. tuis, lit. A. in* 1. *addit. versic. item adde, quod ille, & ibi etiam Felyn. ante n.* 1. *vers. & hinc est, quod habens potestatem, & num.* 1. *vers. & hinc quod in causis quamuis summariis, extr. de testibus, Crot. de testibus, nu.* 227. *vers. secundo queritur, & nu.* 228. *Catellian. Cotta in suis memoral. vers. testi non iurato, in prin. Gab. Saraym. in addit. ad Matth. sing.* 38. *ad fin. vers. & adde Mynsing. obseru.* 80. *vers. adq; tam in plenarius, quam in summariis iudiciis, cent.* 3. *Vestr. in pract. libr.* 6. *cap.* 2 *rub. de testib. & eorũ induct. nu* 6. *vers. est q; hoc in tantum verum, Viu. opin.* 931. *nu.* 16. *Menoch. de arbitr. qu. libr.* 1. *qu.* 26. *nu.* 1. *& seqq.* vbi reprehẽdit Bart. contrarium dicentem, Monticell. *in repert. testium. rub. iurare debet testis fol.* 125. *col.* 2. *vers. denul. Bursat. conf.* 192. *nu.* 28. *libr.* 2. vbi de veriori & probabiliori opinione, Cephal. *conf.* 29 *nu.* 33. *lib.* 2 *Mascar. de probat. lib.* 3. *conl.* 1362. *nu.* 5. *& 6.* Et hæc conclusio * sine dubio magis * communiter à Dd. recepta est.

62 Quamuis † contrarium voluerit Bart. *in l. filius familias, nu.* 5 *ff. de donat. quem sequuti sunt Anchar. & alii relati per Ias. in d. l. admonendi, in* 2 *lect. d. nu.* 225. *in prin. vbi etiam Roman. nu.* 99. *in fin. idem Roman. rub. de test. nu.* 34. *& consil.* 20. *nu.* 3. *& seqq. & ibi Manu. in addit. lit. C. vbi alios adducit concordantes, & testatur de vera & * communi opinione, Alex. in l. milites, nu.* 78. *C. de testam. milit. Socin. reg.* 424. *in* 3 *fallen. pract. Conrad. d. rubr. de testibus, nu.* 11. *versic. quando statutum, Decian. consil.* 51. *nu.* 107. *in fin. lib.* 2.

LIMITA hanc † decimam secundam ampliationẽ 63
non procedere in iudice vel arbitro, cui data sit potestas procedendi de facto, sed sententiandi de iure. Is enim iudex vel arbiter poterit credere testibus non iuratis, *secundum Bald. in cap. consanguinei, ad fin. de re iud. prout illum refert & sequitur Ias. in l. admonendi, in* 2. *lect. nu.* 226. *ff. de iureiurand. Adden. ad Abb. in cap. tuis, liter. A. in* 1. *addit. in fine, versic. item adde, quod iudex, & ibi etiam Felyn. nu.* 2. *versic. alius est in arbitrio, extra, de testibus, Crot. de testibus, nu.* 230. *Catellian. Cotta in suis memoral. in verbo, testi non iurato, versic. sed in contrarium (vbi tamen non se firmat) Mynsing. d. obseruat.* 80. *post princ. vers. quod tamen postea, cent.* 3. *Nouell. reg.* 216. *nu.* 37. *Decian. consil.* 51. *nu.* 101. *versic. quinto vt tollatur, tuncto num.* 105. *vers. vltimo cum etiam, & nu.* 107. *in fin. lib.* 2.

AMPLIA XIII. (Et † hæc ampliatio venit illatiue 64
ex regula, & transit sine difficultate) vt testibus iuratis magis semper credatur, quam non iuratis, *Adden. ad Bart. in leg. iurisiurandi, in additione magna, versic. item nota, quod existentibus probationibus, C. de testibus.*

AMPLIA XIV. Vt † testes non iurati non probẽt, 65
etiam quod sint plures, *Gemin. in cap. multis, per illum text.* 44. *distinct. Ias. in l. admonendi, in* 2. *lect. nu.* 234. *& ibi etiam Ripa nu.* 195. *in fin. versic. ampliatur quinto, ff. de iureiuran. Adden. ad Abbat. in cap. tuis, in* 1. *addit. lit. A. versic. adde, quod si sit multitudo testium, extra, de testibus, Crot. de testibus, num.* 227. *versic. tertio extenditur, Vestr. in pract. lib.* 6. *cap.* 2. *nu.* 6. *in fin. Pract. Conrad. rub. de testibus, nu.* 10. *versic. vel etiam si adessent mille, Viu opin* 931. *nu.* 17. *Cephal. consil.* 194. *nu.* 34. *lib.* 2. *Mascar. de probat. lib.* 3. *conclus.* 1362. *nu.* 9.

AMPLIA XV. Etiam † in clericis, monachis, reli- 66
giosis, & sacerdotibus, qui pariter sine iuramento non recipiuntur, prout est text. *in cap. nup.* 7. *extra, de testibus,* dum dicit: *Respondemus, quod nullius testimonio quantumcunq; religiosus existat, nisi iuratus deposuerit in alterius præiudicium debet credi,* & ibi gloss. in verbo, *nisi iuratus,* item est text. *in d. cap. tuis, extra, de testibus,* vbi loquitur de monachis. Et ibi hoc notant gloss. *in verbo, iuramenti, litera A. Host. ante nu.* 1. *Bald. in summario, & in* 2. *not. Imol. in summario, Anchar. nu.* 2 *Zabarell. in summario, Anan. num.* 1. *Abb. in summario, Aret. nu.* 1. *Felyn. in summario, Specul. in tit. de teste, § sequitur, nu.* 6. *Alber. in l. iusiurandi, nu.* 4. *versic. nec valet dictum clericorum, C. de testibus, Ias. in l. admonendi, in* 2. *lect. ub nu.* 234. *ff. de iureiur. Nell. de testibus, num.* 59. *in fine, Crot. de testibus, nu.* 227. *in prin. vers. ex quo nota, & vers. quando extenditur,* vbi idem in sacerdote deponẽte, aliquem esse emendatum de crimine, *Blanch. de indic. nu.* 327 *Practic Conrad. rub. de testibus, sub nu.* 10. *And. Gail. obseruat.* 101. *sub nu.* 1. *lib.* 1. *Viu. opin.* 931. *nu.* 4. *vers. etiam quod ille testis sit religiosus, Monticell. in repert. testium, rub. iurare debet testis, & t. fol.* 125. *col.* 1. *versic. penul. & seq* vbi idem de monachis, vel aliquo alio sanctæ vitę, *Mascar. de probat. lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 78 *& lib.* 3. *conclus.* 1362. *nu.* 2. *Cephal. consil.* 294. *nu.* 31. *lib.* 2. *Hippol. Riminal. consil* 8. *nu.* 31. *lib.* 1.

Vide † tamen in proposito Adden. ad Bart. *in dict. leg.* 67
iurisiurandi, in additione magna, versic. item limita, vbi hanc ampliationem videntur limitare in homine sanctæ vitæ, de cuius dicti veritate non est opus hodie disputare. cum etiam hodie isti homines sanctæ vitæ à me non cognoscantur.

AMPLIA XVI. In † Cardinalibus, qui pariter sine 68
iuramento recepti in testes non probant, *secundum gloss. in cap. cum olim, in verbo, quorundam, & ibi etiam Abb. extra, de priuileg. Felyn. in cap. tuis, post num.* 1. *versic. & hinc est quod etiam Cardinales, extra, de testibus, Crott. de testibus, numer.* 227 *versicul. quod procedit etiam, & ibi Moncada in addit. num.* 229. *litera B. Catellian. Cotta in suis memoral. in verbo,*

verbo, testi non iurato, vers. & ideo, &c. vbi tamen, quod facit præsumptionem propter dignitatem personæ, *quod & idem voluit Blanch. de indic. n.* 327. *Vestr. in pract. lib.* 6. *c.* 2. *rub. de testib. & eorum inductione, nu.* 6. *ad fin. Viui. opin.* 931. *nu.* 4. *vers. imo si esset Cardinalis, Monticel. in repertor. test. rubr. iurare debet testis, fol.* 125. *col.* 1. *vers.* 1. *Bursat. conf.* 192. *num.* 28. *lib.* 2. *Mascard. de prob. lib.* 1 *q.* 5. *num.* 78. *vers. nec Cardinalis, & concl.* 270. *n.* 4. Et in materia vide, quæ dixi *in* 2. *lib. q.* 63. *n.* 55. *& seqq.* vbi late posui, an, & quando Cardinalis assertioni & testimonio credendum sit.

69 AMPLIA XVII. Et † generaliter, vt regula procedat in omni teste, cuiuscunque dignitatis & auctoritatis sit, *Crot. de testib. num.* 227. *vers. ex quo nota, Papiens. in forma iurament. test. in gloss constituti, num.* 1. vbi, quod hoc est cautum tam legibus ciuilibus, quam canonicis, *Vestr. in pract. lib.* 2 *d. cap.* 2. *num.* 6. *in fin. & ibi in addit. Granat. numer.* 40. *etiam in fin. Practic. Conradi. rubr. de testib. numer.* 10. *Andr. Gail. obseruat.* 101. *num.* 10. *in fin. versicul. prædicta vera sunt, lib.* 1. *Cephal. consil.* 294. *num.* 32. *lib.* 2. *Mascard. de probat. lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 78. *& conclus.* 270. *nu.* 5. *& lib.* 3. *concl.* 1362. *num.* 2. *& 3.*

70 AMPLIA XVIII. Vt † eadem regula procedat etiam in teste à partibus vel à statuto approbato, vbi enim partes voluerunt, aut statutum mandauerit, alicuius testimonio credendum esse, id vtiq; intelligendum est accedente iuramento, & non alias, *secundum Bart. & Dd. in l. Theopompus, ff. de dote præleg. Bald. in c. eius, nu.* 3. *& ibi Abb. num.* 2. *in fin. vers. quid si testator, extr. de testib. Marsil. sing.* 814. *ad validitatem, vers. & hoc non solum habet locum, Mynsing. obseruat.* 80. *in prin. vers. idq; non solum procedit, centuria* 3. *Granat ad Vestr. lib.* 6. *c.* 2. *n.* 34. *vers. statuto cauetur.* Et hæc opinio mihi magis placet, & bene comprobatur ex iis, quæ infra posui, *num.* 84.

71 Quamuis † contrarium voluisse videantur Bart. *in l. Lucius, in fin. ff. de fideiussor. & Alex. in cons.* 54. *alias* 266. *incip. circa id, quod quæritur, lib.* 2. *prout eos sic referendo sequitur Crot. de testib. n.* 237. *& 242. Rom. cons.* 2. *n.* 6. *& ibi Mandos. in addit. litera G. Alex. Stiat. in pract. iudic. c.* 16. *n.* 79. *Mascar. de probat. lib* 3. *concl.* 1362. *n.* 19.

72 AMPLIA XIX. Vt † iuramentum non præsumatur, nisi expresse de illo appareat in depositione testis, est enim iuramentum solemnitas extrinseca, ideo non præsumenda, nisi probetur, *Ias. in l. admonendi, in* 2. *lectura, n.* 139. *ff. de iureiuran. Butr. in c. tuis, n.* 5. *vers. secus si iuramentum non apparet, iuncto vers. si autem apparet, & ibi Abb. n.* 8. *in prin. extr. de testib. num.* 239. *Campeg. reg.* 167. *in fin. vers. quarto fallit, Granat. ad Vestr. in pract. lib.* 6. *c.* 2. *num.* 40. *vers. quod quidem iuramentum, Montic. in repert. test. rubr. iurasse testem, an, & quando præsumatur, fol.* 130. *col.* 2. *versic.* 1. *vbi alios refert Bursat. conf.* 192. *nu.* 35 *lib.* 2. *Mascard. de probat. lib.* 1. *q.* 5. *n.* 82. *& 113.*

73 AMPLIA † rursus præcedentem ampliationem, vt nec iuramentum præsumatur, nec etiam solemniter præstitum præsumatur, quamuis Notarius in actis scripserit, *testis iuratus, &c. secundum Ioan. Andr. in c. vt circa, de elect. in* 6. vbi, quod non sufficit dicere, *testem iurasse,* nisi etiam dicatur: *corporaliter, & tactis cripturis,* faciunt dicta per Bald. *in l. iurisiurandi, num.* 2. *vers. in contrarium videtur, C. de testibus, Paul. de Castr. in d. l. iurisiurandi, numer.* 3. vbi propterea, quod cauti Notarij conficiunt particularem scripturam de iuramento cum appositione diei (licet, vt ipse inquit, contrarium quotidie fieri videamus.) *quod & idem dixit Campeg. regul.* 170. *in* 4 *fallent. Mascard. de probat. lib.* 1. *quæst.* 5. *num.* 113. *& ista opinio videtur approbata à Rota, vt per Caputaquen. decis.* 123. *alias* 5 *num.* 1. *part.* 2. *& decis.* 246. *alias* 4. *eadem parte* 2 vbi amplius, quod nisi Notarius dicat, *tactis scripturis, &c.* examen in Rota fuit alias annullatum, etiam quod dixerit, *talis testis iuratus tactis, &c. & decis.* 285. *alias* 22. *part.* 3. vbi etiam, quod Notarius debet de iuramento, & de tactura scripturarum facere mentionem dispositiue, non autem enuntiatiue.

Contrarium, quod † iuramentum præsumatur, & 74
etiam solemniter præstitũ, si à Notario dicatur, *testis iuratus, &c.* videtur de mente gloss. *in l. Theopompus, per illum text. in verbo, iuratus, ff. de dot. præleg. & ibi Bartol. numer.* 3. *& Alb. num.* 1. *vers. & ad hoc allegatur,* licet fateatur ibi Alber. cautius esse, quod de iuramento fiat particularis scriptura. Faciunt pro hac opinione dicta per Bald. *in d. l. iurisiurandi, nu.* 2 *in prin. C. de testib.* & ibi Fulgos. *num.* 3. dixit, communiter * seruari, vt solum dicatur, *testem iurasse,* * absque eo, quod dicatur, *corporaliter tactis scripturis,* & Castrens. *ibid. num.* 3. pariter dixit, quod ita quotidie videmus fieri, licet non neget, cautius esse, vt de iuramento fiat particularis scriptura, *vt supra eum retuli.* Addo pro hac eadem opinione Abb. *in c. tuis, nu.* 8. *vers. imo si in actis, & ibi etiam Aretin. num.* 7. *in fin. vers. circa secundum, iuncto num.* 8 *& seq. vbi refert & defendit Bart. in d. l. Theopompus, extra, de testib. Addent. ad Abb. in c. fraternitati, num.* 13. *in verbo, scripturam, litera C extra, eadem, Papiens. in forma iuramenti testium, in gloss. citati, n.* 2. *Pract. Conradi rubr. de testibus, num.* 13. *Viui opin.* 931. *num.* 21. *Granat. ad Vestr. lib.* 6. *c.* 2. *num.* 40. *vers. quod quidem iuramentum, vbi testatur de communi, * ex Alciat. regul.* 3. *præsumpt.* 13. *num.* 4. *& ex Couar. variar. resolut. lib.* 2. *cap.* 13. *numer.* 2. *Monticell. in repertor. test. rubr iurasse testem an & quando præsumatur, fol.* 130. *colum.* 2. *versicul.* 2. *Bursat. consil* 34. *num.* 14. *lib.* 1. *vbi de communi.* * Et pro hac contraria opinione habemus etiam Rotæ decisionem coram D. Cæsare de Grassis, *decis.* 82. *alias* 13. *nu.* 6. 7. *& 15.* vbi, quod si Notarius dicat, *iurauit, &c.* intelligitur, quod tactis scripturis, & quod ita alias Rota voluit coram D. Blanchetto, & coram D. Robustello, præsertim si fuit dictum: *ad sancta Dei Euangelia,* quo casu tanto magis præsumitur tetigisse scripturas, licet aliqui ex Dominis tenuerint contrarium, *vt ibi per eum,* & demum pro hac eadem opinione addo Anto. Thesaur. *decis. Pedem.* 47. *n.* 18. *vers. alia ratione.*

Quid dicendum? Difficultas † est ardua, & ideo 75
colligendo dicta Dd. qui diuersimode in materia loquuntur, dico, quod vtraque opinio, adhibitis tamen infrascriptis declarationibus potest substineri. Si enim tueri volueris primam opinionem, quod scilicet iuramentum non præsumatur, nec solemniter præstitum, etiam quod Notarius dicat, *testis iuratus, &c.*

LIMITA † illam non procedere, quando sumus in 76
antiquis, tunc enim iuramentum præsumitur in teste, etiam quod de eo non appareat in actis, secundum Bar. *in l. admonendi, num.* 43. *ff. de iureiuran.* vbi loquitur, quando dicta testium sunt scripta manu alicuius Notarij antiqui defuncti, cuius acta non reperiuntur, dicitque, quod tunc faciunt semiplenam probationem, & cum Bartol. transire omnes * Dd. antiquos, & modernos, dixit ibi Curt. iun. *numer.* 58. vbi amplius optima ratione tenet, quod in antiquis isto casu dicta testium plenam inducunt probationem, *Ias. in d. l. admonendi, numer.* 219. vbi, quod cum opinione Bart. alij resident, *& n.* 240. *in fin. vers. limita tamen, iuncto num.* 241. *Ripa ibid num.* 200. vbi, quod dicta testium faciunt isto casu semiplenam probationem, si iuramentum non enuntietur, plenam autem, si enuntietur, vt quia dicatur, *testis iuratus, &c. Crot. de testib. num.* 239. *vers. sallit tamen, & num.* 240. *& seqq.* vbi etiam in proposito, quod tempus antiquum dicatur centum annorum. *Viui. opin.* 931. *numer.* 23. vbi, quod omnes Dd. vnanimiter sequantur Bart. *vbi supr. Mascar. de probat. lib.* 1. *q.* 5. *num.* 83.

Si † vero tueri volueris secundam opinionem, quod 77
scilicet iuramentum præsumatur, & solemniter præstitum quando Notarius dixit, *Testis iuratus, &c.*

LIMITA † pariter illam procedere, quando testis 78
est examinatus a iudice, & tempore debito, quo scilicet

potuit legitime iurare, vt puta, in die non feriato: secus autem si non fuit examinatus à iudice, vel in die feriato: Tunc enim non præsumitur pro solemnitate iuramenti. Fuit hæc distinctio Bal. *in l. iurisiurandi, nu. 2. ad fin. vers. solutio dico, & ibi etiam Salyc. n. 4. vers. solutio, quod si testis, & Ioan. Sicar. n. 8. C. de testib. Fel. in c. tuis, post nu. 6. vers. si vero constat, extr. eod. Monticell. in reperter. test. rubr. iurasse testem, an & quando præsumatur, col. 2. vers. 3.*

79 Imo † ad præsumendum solemnitatem iuramenti, & quod tactis scripturis fuit præstitum, non solum est necesse, quod Notarius saltem enuntiatiue de iuramento mentionem faciat, & quod fuerit præstitum coram iudice, & tempore debito, vt mox dixi, sed etiam est necesse, quod Notarius dicat, *parte presente*, nisi enim ista omnia concurrant in enuntiatione iuramenti, non præsumitur pro illius solemnitate, & validitate, secus autem si concurrant. Fuit hæc distinctio Ioan. Andr. ad Specul. *in tit. de teste, §. sequitur, n. 4. in fin. in verbo, Euangeliis, litera B. quem sequuti sunt Aretin. in cap. tuis, num. 10. & ibi etiam Felyn. num. 6. vers. item in quantum, vbi de materia, & numer. 7.* vbi tamen de hac conclusione videtur dubitare, rationibus ibi per eum allegatis, *extra, de testibus.* Sed pro hac distinctione addo Butr. *in cap. fraternitatis, numer. 21. vers. & an præsumatur tetigisse, & ibi etiam Imol. num. 11. vers. & nota, Abb. numer. 23. in fin. vers. an autem in dubio, Felyn. numer. 12. ad medium, vers. & si diceretur, Paris. numer. 79. extra, eodem, Alber. de testibus, cap. 7. numer. 51. Campeg de testibus, regul. 170. in 4. fallent. Monticell in reperter. test. rubr. iurasse testem, an & quando præsumatur. fol. 130. colum. 2. vers. fin. Viu. opin. 432. num. 3. Anton. Thesaur. decis. Ped. m. 47. num. 18.* vbi, quod istis tribus concurrentibus iuramentum præsumitur, & quod ita apud eum in illo consilio communi voto resolutum fuit.

80 Et † ad præmissa facit, quia partis, aut iudicis præsentia non præsumitur, quamuis Notarius dicat, *Testis iuratus, &c.* nisi expresse dicatur, *Parte aut iudice presente, secundum Bartol. in l. Theopompus, numer. 3. ff. de dot. præleg. Butr. in cap. tuis, numer. 5. vbi etiam de materia, & ibi Abb. numer. 8. in fin. vers. non tamen probatur, Aretin. numer. 7. in fin. versicul. circa secundum, incto num. 8. & 9.* vbi bene resumit, & declarat dicta per Bartol. *in d. l. Theopompus,* & amplius dicit, quod non semper præsumitur præsentia partis, aut iudicis, etiam quod illa enuntietur à Notario, Felyn. *sub numer. 6. vbi etiam de materia, extra, de testibus, Butr. in cap. fraternitatis, num. 21. vers. si vero non apparet, Imol. numer. 11. post medium, versicul. secus dicit, extra, eodem, Ioan. Andr. ad Specul. in titul. de teste, §. sequitur, num. 4. in fin. litera B. in verbo, Euangeliis, in fine addit. Alber. de testib c. 7. nu. 51. vers. secus est.*

81 Limita I. propositam † regulam in Episcopo, vel etiam alio sacerdote, qui etsi in testem receptus iurare debeat, & aliter non probet, *secundum Rip. in l. admonendi, n. 194. vers. ampliatur etiam testis si esset Episcopus, Vestr. in pract. lib. 6 c. 2. nu. 7. Viui opin. 931. nu. 4 ad med. vers. etiamsi esset Episcopus.*

82 Non † tamen tactis scripturis, sed tantummodo propositis & inspectis sacrosanctis Euangeliis, tacto pectore tum de iure, tum de generali consuetudine iurant, *ad text. in auth. sed iudex, C. de episcop. & cleric. & in cap. fin & ibi gloss. in verbo, parte ipsum, de turam. calum. item gl. in l. iurisiurandi, in gloss. 1. vers. sed fallit in episcopo, & ibi etiam Butrig. in 1. oppos. Bart. in 2. lectura, n. 3. vers. fallit in Episcopo, Alber. n. 2. vers. & pro hac, Salyc. n. 1. vers. fallit in Episcopo, Ioan. Sicar. num 2. C. de testib. Spec. in tit. de teste, §. sequitur, n. 5. vers. nisi sit Episcopus, Feder. Schenck. de testib. n. 4. Boss. in tit. de oppos. contra testes, post num. 83. Campeg. de testib. reg. 167. post versicul. testis si non fuerit iuratus, in 2 & in 8. fallent. Vestr. d. cap. 2. num. 7. & ibi Grauat. num. 41. Andr. Gail. obseru. 101. num. 2. vers. quomodo Episcopus, l. 1. Viui. opin. 931. num. 14.* vbi testatur de consuetudine sic iurandi tacto pectore, *Monticell. in repert. testium, rubr. iurare debet testis, fol. 129. col 2. vers. 3. Anton. Thesaur. decis. Pedemon. 47. n. 11. & 12.* Et licet Paris. *in c. fraternitatis, nu. 78. ad fin.* alleget quandam decis. Rotæ in antiquis, *sub tit. de iureiurand. quæ in libro meo est in ordine, 7. alias 819.* in qua dicitur, quod Papa Gregorius XI. volebat, quod in Curia Romana Episcopi iurarent tactis scripturis, hodie talis practica non seruatur, sed iuxta terminos propositæ limitationis eos semper tacto pectore iurantes vidi.

83 Limita II. De partium † consensu; testibus enim iuramentum à partibus posse remitti (quicquid alias sit in iuramento calumniæ, scripserunt gloss. *in l. iurisiurandi, in g'oss. 10. vers. item si remittatur consensu partium, & ibi etiam Cyn. num. 3. in 2. quæst. Bartol. in 1. lectura, num. 1. versic. item non posit remitti, & in 2. lectura, vers. quæro vtrum, & ibi ad Bartol. adden. in additione magna, versicul. & quod pars posit remittere, iuncto versicul. item quod iuramentum testis posit remitti, Odofred. num. 1. versicul. sed nunquid sacramentum potest remitti, Salycet. numer. 1. versicul. item fallit secundum glossam, &c. Castrens. numer. 2. versicul. hoc tamen iuramentum potest remitti, Ioan. Sichar. num. 3. C. de testibus, Ias. in l. admonendi, numer. 235. versicul. item partes, & ibi etiam Rip. numer. 199. vbi comprobat, & respondet contrariis, & Roman. num. 99. versicul. tertius casus. ff. de iureiurand. gloss. in cap. si testes, §. iurisiurandi, tertius casus. ff. de iureiurand. gloss. in cap. de testibus, numer. 4. versicul. nisi forsan iuramentum remissum esset, & ibi etiam Bellamer. num. 13. versicul. secundum est, & num. 14. ad fin. versicul. non obstat, Imol. numer. 5. versicul. nisi aliter esset dispositum, Abb. num. 8. ad med. versic. ego puto, extra, de testibus, & est text. expressus, in cap. tuis, in fin.* ibi, *nisi forte à parte remittatur aduersa, & ibi gloss. in figuratione casus, versic. nota, quod iuramentum testis potest remitti, & in verbo, remittatur, litera b. & ibi etiam Hostiens. ante num. 1. vers. sic patet, & num. 3. versic. sed certe magna est diuersitas, Bald. in summario, & numer. 2. versic. nota, quod iuramentum testis potest remitti, Bellam. num. 4. Butrig. num. 7. Imol. & Zabarell. in summario, Anchar. numer. 1. Anan. num. 2. & num. 4. versic. quare autem, Adden. ad Abb. ibi in 1 additione, in princip. & in 2. addition. incip. an iuramentum posit remitti, Aretin. numer. 1. Felyn. in summario, Henric. Boyc. num. 4. & num. 9. extr. eod. titul. de testibus, addo pro hac eadem opinione gloss. in cap. fraternitatis, in fin. in verbo, iuramentis, litera d in prin. & ibi etiam Hostiens. num. 5. in verbo iuramentis, Ioan. Andr. post num. 7. in verbo, iuramentis, eod. tit. de testibus, Nepos de Monte Alb. in tractat. de testibus, num. 38. versic. nisi à parte remittatur, Ægid. de reprobatione testium, num. 11. Feder. Schenck. de testibus, num. 6. Nell. de testibus, num. 68. Tusdar. de testibus. part. 1. cap. 9. num. 17. Alber. de testibus, cap. 7. nu. 75. Lanfranc. de testibus, post num. 4 vers. licet partes, Crot. de testib. num 236. Campeg. de testibus, reg 167. post versicul. testis si non fuerit iuratus in 1. & sub 8. fallent. vers. & nota, quod iuramentum, Socin. reg. 424. in 2 fallit. Mynsinger. obseruat. 80 post med. versicul si tamen iuramentum, centur. 3. & obseruat. 77. in princip. centur. 4. Andr. Gail. obseru. 101. num. 2. vers. potest autem, & sequent. Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. num. 8. & ibi in addit. Grauat. num. 42. & 43. Pract. Corrad. rubr. de testib. num. 11. ad med. vers. limitat vero. Viui. opin. 931. num. 17. vers. sed præmissa, Monticell. in reperr. test. rubr. iurare debet testis, fol. 126. col. 1. vers. 1. Michael Cras. in sau commun opinion. lib. 2. cap 17. quæst. 18. Roland. cons. 99. num. 5. & seqq. lib. 3. Mascard. de prob. lib. 1. quæst. 5. num. 103. & seqq. vbi numer. 105. testatur, ita consuetudine receptum esse, & lib. 3. concl. 1362. num. 19. Crescon. de cis. 4. alias 287. n. 5. tit. de testib.*

84 Sublimita I. hanc † secundam limitationem, vt procedat, quando partis consensus est expressus, secus si tacitus, non enim sufficit partem non contradicere, sed opus est, vt expresse consentiat, *vt per Addent. ad Bartol. in l. iurisiurandi, in additione magna, vers. & an Notarius, C. de testib. Bellam. in cap. tuis, post num. 10. & ibi etiam Aretin. num. 5. & seqq. vbi infert, & de materia, Henric. Boyc. sub num. 9. Felyn. num. 2. post med. vbi, quod ita communiter* * Dd. dicunt.

dicunt, extra, de testib. Campeg. de testib. reg. 167. in fin. vers. fallit, &c. vbi, quod in dubio iuramentum non præsumitur remissum, *Vestr. in pract. lib. 6. c. 2. n. 8. vers. amplius quoque, & ibi Grauat. in addit. num 42. vers. sed hoc sane intelligendum erit, vbi etiam de communi,* * *Roman. cons. 20. nu. 4. Pract. Corrad. rubr. de testib. nu. 11. vers. amplia, vt licet. Viui. opin. 931. sub n. 18. Monticell. in repertor. test. rubr. iurare debet testis, fol. 126. col. 1. vers. 1.* Et faciunt pro hac sublimitatione, quæ dixi *supr. n. 70.*

85 Sublimita II. Hanc † eandem secundam limitationem non procedere in causa criminali, vel in causa ciuili ardua, in qua testibus iuramentum non posse remitti, scripserunt Ægid. *de reprobat. testium, nu. 11. in fin. vers. sed nunquid in causa criminali, Campeg. de testib. regul. 167. post vers. testis si non fuerit iuratus, in 3. fallit. n. Mascard. de probat. lib. 1. quæst. 5. numer. 107. & seqq.* vbi late comprobat hanc sublimitationem, præsertim vbi agitur de pœna capitali.

86 Sublimita III. Quia † non sufficit consensus illius, contra quem testes producuntur, nisi etiam interueniat consensus producentis, *secundum Ioan. Andr. in cap. tuis, num 1. in fin. & ibi Addent. litera b. Bellamer. ibidem, num. 2. Ancharan. num. 4. Zabarell. num. 1. versicul. quæro, an pars aduersa,* (vbi tamen, quod sufficit producentem non contradicere,) *Abb. num. 4. Felyn. post num. 1. versic. in textu, &c. extra, de testibus, Præpos. in cap. si testes, §. iurisiurandi. post num 1. ad med. vers. gloss. 1. 4. quæst. 3. Campeg. de testibus, regal. 167 ad finem, versicul. secundo fallit, Vestr. in practic lib. 6. cap. 2. num. 8. versicul. & cum iuramentum, & ibi Grauat. in addit. num. 42. vers. quinimo, Viui. opin. 931. num. 18. Monticell. in repertorio testium, rubr. iurare debet testis, fol. 126 col. 1. vers.* * *fin.* Ex quibus hæc sublimitatio potest dici * communiter recepta.

87 Quamuis † contrarium defendere conetur Ias. *in l. admonendi, in 2. lect. n. 235. vers. an autem, ff. de iureiur.*

88 Sublimita IV. Quia † licet à partibus possit testibus iuramentum remitti, non tamen potest remitti à iudice, *Bellam. in c. tuis, n. 10. & ibi etiam Henr. Boic. num. 9.* vbi, quod à iudice non potest remitti, nec tacite, nec expresse, *extr. de testib.*

89 Sublimita V. In † causa, in qua iudex potest supplere ex officio, vel quando agitur de præiudicio publico, vel animarum, quia tunc iuramentum non potest testibus remitti, *secundum Fel. in c. tuis, nu. 3. in fin. extra, de testib. Andr. Gail. obser. 101. n. 6. lib. 1.* Et faciunt, quæ dicam *infr. n. 92. in 7. sublimit.*

90 Sublimita VI. Quia † iuramentum testibus non potest remitti à partibus, nisi accedente iudicis consensu, & auctoritate, *Bald. in cap. tuis, num. 6. & ibi etiam Butrig. num. 8. Anchar. num. 4. Aretin. num. 11. vbi testatur,* * *ita transire communiter* * *Dd. extra, de testib. Specul. in titul. de teste, §. sequitur, num. 6. vers. potest tamen, Campeg. de testibus, reg. 157. ad fin. versic. sed fallit hoc 1. Pract. Corrad. tit. de testib. sub num. 10. vers. limita, nisi iuramentum, Andr. Gail. obser. 101. num. 5. lib. 1.*

91 Contrarium, quod † sufficiat consensus partium, etiam quod iudex contradicat, scripserunt Abb. *in d. cap. tuis, num. 3.* vbi bene defendit hanc opinionem, pro qua etiam faciunt subtiliter deducta per Aretin. *in d. cap. tuis, post num 11.* vbi plures adducuntur rationes, *sequitur Felyn. ibi, num. 3. Ias. in l. admonendi, in 2. lectura, num. 236. versicul. contrarium tenet, &c. ff. de iureiurand. Crot. de testibus, numer. 236. vbi de veriori opinione, Michael Cras. in suis commun.* * *opin. lib. 2. cap. 17. quæst. 18. vbi pariter testatur de* * *communi opinione.*

92 Sublimita VII. Hanc † secundam limitationem non procedere in causa matrimoniali, in qua testibus iuramentum non posse remitti, scripserunt Innoc. *in cap. tuis, & ibi etiam Hostiens. num. 4. extra, de testibus, Vestr in pract. lib. 6. cap. 2. num. 8. in fin. vers. secus in alia,* vbi idem, quando † agitur de beneficio ecclesiastico, alias re spirituali non dependente à mera voluntate partium, *quod & idem voluit Viu opin. 931. n. 18. in fin. And. Gail. obser. 101. n. 6. lib. 1.* 93

Limita † hanc sublimitationem, vt procedat, quando agitur de matrimonio dissoluendo: tunc enim testibus non potest remitti iuramentum, secus si de matrimonio contrahendo, *secundum Specul. in titul. de testi. §. sequitur, post num. 6. vers. nisi cum agitur de matrimonio disiungendo, Ias. in l. admonendi, in 2. lectura, num. 236. versicul. idem intellige, ff. de iureiurand. & habemus gloss. in cap. tuis, in verbo, remittitur vers. sed nunquid iuramentum, & ibi hoc notant Bald. num. 4. Bellam. post num. 10. Butrig. num. 9. Abb. numer. 5. vbi, quod ita communiter* * *sentiunt Doctores, Felyn. numer. 4. vbi de materia, Henric. Boic. sub numer. 9. extra, de testibus, Alber. de testibus, cap 7. numer. 75. versicul. fallit secundum glossam, Crot. de testibus, numer. 243. Campeg. de testibus, regul. 167. ad finem, versicul. tertio fallit, Burs. at. consil 309. numer. 23. libr. 4. Mascard. de probationib. libr. 1. quæst. 5. numer. 111.* 94

Limita III. Propositam † huius quæstionis regulam non procedere in obstetricibus inspicientibus, & referentibus, an mulier sit prægnans; in Medicis iudicantibus, an vulnus sit lethale, aut quid simile, vel in aliis peritis de peritia eorum artis aliquid deponentibus, horum enim relatio ac depositio sine iuramento recepta valet. Sic enim per text. *in l. 1. circa primum ff. de ventre inspiciendo, voluit gloss. in l. iurisiurandi, in 1. gloss. ad finem, versicul. item quando tractatur de ventre inspiciendo, & ibi etiam Butrig. in 1. oppositione, Bartol. numer. 1. & 2. in 1. lectura, & numer. 4. in 2. lectura.* (vbi tamen referendo contraria non videtur se bene firmare,) *Salycet. numer. 1. in fin. versicul. item fallit 3. C. de testibus, Addent. ad Ioan. Andr. in cap. tuis, litera a. in fine additionis, versicul. item fallit in merce deponente de peritia, extra, de testibus, Campeg. regul. 167. post versicul. testis si non fuit iuratus, in 4. fallent. Roman. consil. 20. numer. 5. & ibi Mandos. in addit. litera f. versicul. secundo vero casu, post Bartol. Salycet. Paul. de Castr. Ias. & alios ibi per eum relatos.* 95

Contrarium, quod † imo peritorum relatio non recipiatur sine iuramento, per text. *in l. hac edictali, §. illud, C. de secund nupt. & in l. comparationes, C. de fide instrum.* voluit *Ricar. de Malumb. prout illum refert Bar. in l. iurisiurandi, in 1. lectura, num. 2. in fin. vers. sed ista glossa, & in 2 lectura, num. 9. vers. in contrarium dicebat Ricard. Add. ad Bartol ibi, litera e, in verbo, iurare. Fulgos. numer 4.* vbi, quod Dd. *in d. l. comparationes, & in d. l. hac edictali,* communiter * contradicunt primæ opinioni, (*vt ot. de testib num. 227. post versic. quarto extenditur, vbi de communi, Pract. Corrad. rubr. de testibus, num. 10. vers. vel etiamsi testes essent in arte periti, Monticell. in repertorio testium, rubric. iurare debet testis fol. 125. colum. 2. vers. final. Menoch. in 5. remed adipiscen possess. num. 164 vbi de communi,* * *de qua etiam per Villalob. in suis commun. opin. litera S. num. 27. & per Emanuel. Soarez. in suo libello recept. sentent. litera p. num. 93.* 96

Imo † obstetricibus isto casu iuramentum non posse remitti, dixerunt Bellam. *in c. tuis, post nu. 10. & Henr. Boic. n. 3. in fin. post alios, quos allegat antiquiores, extr. de testib.* 97

In † hac contrarietate aliqui distinguendo dixerunt, quod prima opinio procedat in peritis electis, & approbatis à parte, secunda autem in electis à iudice, *vt videre est apud relatos per Tiraquell. de præscription. gloss. 8. versicul. illud tamen non pratermittendum, & per Mandos. ad Roman. in d. consil. 20. num. 5. litera f. ac Alex. Strat. in pract. iudic. cap. 16. numer. 79.* apud quos huius distinctionis concordantes reperies. 98

Tu vero, & † verius, dicas indistincte, non admitti peritorum relationem sine iuramento: sed circa modum iurandi est differentia, quia si deponunt super re perceptibili non solum iudicio intellectus, sed etiam sensu 99

sensu corporeo, tunc tenentur iurare de veritate dicendа, *vt per Alex. Stiat. d.c.16. n.78. Mandos. ad Roman. d. consil.* 20. *n.5. liter. f. post med. additionis, vers. dum tamen ita moderetur, &c.* vbi ponit exemplum in Arithmeticis, & in agrimensoribus, *& ibi alios adducit concordantes.*

100 Si † vero deponunt non de re perceptibili sensu corporeo, sed iudicio intellectus, & tunc debet præstari iuramentum non veritatis, sed credulitatis: Sic enim distinguendo concordat contraria Ang. *in d.l. iurisiurandi, num. 3. & ibi Ioan. Sichard. nu. 4. & 5. C. de testib. Odofred in l. si quando, num. 6. vers. præterquam in casu. C. eod. Ias. in l. admo-*
* *nendi, in 2. lectura, n. 237. vbi, quod ista est communis * concordia, & senten: is, & ibi etiam Rip. n. 196. ff. de iureur. Alexand. Stiat. d.c. 16. n. 78. Mandos. ad Roman. d. cons. 20. n. 5. litera f. vers. alii vero, iuncto vers. alii autem, vbi alius relatis testatur de*
* *communi.**

101 LIMITA IV. In † testibus mortuis. Creditur enim testibus sine iuramento receptis post eorum mortem, *vt per Viu. opin. 931. nu. 5.* vbi loquitur in teste nobili, & examinato etiam parte non citata, (*de quo dixi supr. q. 72. n 129. & seqq.*) *allegat Oradi. decis. 55. & seq.* Facit, quia mors habet vim iuramenti, *vt pluribus comprobat Lamberteng. de contract. eorum, & c. gloss. 11. n. 20. Mascar. de probat. lib. 3. concl. 1003 n. 10. Cephal cons. 225. num. 8. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 5 n. 4. in fin.*

102 LIMITA V. In † probatione famæ, in qua iudex pro sui informatione potest recipere testes etiam sine iuramento, *secundum Ias. in l. admonendi, in 2 lectura, numer. 221. & n. 232. ad fin. ff. de iureiur. Adden. ad Abb. in c. tuis, litera a, in 1. addit. vers. item adde, quod in informatione super fama, & ibi Fel. post n. 2. extr. de testib. Monticell. in repertor. test. rubr. iurare debet testis, fol. 127. col. 1. vers. penult. & seq.* Vide, quæ in simili de testibus examinatis parte non citata, dixi *supr. q. 72. n. 113.*

103 LIMITA VI. Quando † iudex procedit super notorio, & super eo recepit informationes & probationes: tunc enim admittuntur testes etiam sine iuramento, *secundum Ias. in l. admonendi, in 2. lectura, post numer. 232.*

104 *Rip. in d.l. admonendi, nu. 198.* (vbi † tamen distinguit inter notorium facti permanentis, & transeuntis,) *Roman. ibid. n. 99. vers. primus quando, Adden. ad Ioan. Andr. in c. tuis litera a, in prin. & ibi etiam Adden. ad Abb. litera a, versicul. item adde, quod in informatione, & ibi etiam Felyn post num. 2. extr. de testib. Crot. de testib. n. 233. Campeg. de testib. reg. 167. post vers. testis si non fuit iuratus, in 5 fallent. Socin. reg. 424. in 1. fallent. Pract. Corradi, rubr. de testib. num. 11. vers. quando deponit super notorio, & vers. item quoad probandum notorium, Monticell. in repertorio testium, rubr. iurare debet testis. fol. 127. col. 1. vers. penultim. Decian. consil. 51. num. 108. lib. 2. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1362. num. 17.* Vide, quæ in simili dixi de testibus examinatis parte non citata, *quæst. 72. n. 109. & seqq.* & secundum ibi tradita declara hanc limitationem.

105 LIMITA VII. In † probatione consuetudinis inductæ à populo alicuius ciuitatis, quam pariter posse probari per testes sine iuramento receptos, scripserunt Ias. *in l. admonendi, in 2. lectura. num. 232. & ibi etiam Rip. numer. 198.* qui tamen loqui videntur in consuetudine notoria, *ff. de iureiurand. Adden. ad Abb. in cap. tuis, in 1. additione, litera a, in princip. vers. item adde hic, &c. & ibi etiam Felyn. numer. 2. extra, de testibus, Crot. de testibus, num. 232. ad fin. Pract. Corradi, rubr. de testibus, num. 11. vers. item quoad probandum, Monticell. in repertorio testium, rubr. iurare debet testis, fol. 126. colum. 2. vers. penultim. Mascard. de probat. lib. 3. concl. 1362. num. 17.* Vide, quæ dixi in simili de teste examinato parte non citata, *quæst. 72. numer. 56. & seqq.* & secundum ibi tradita declara hanc limitationem.

106 LIMITA VIII. & † generaliter in testibus receptis, pro informatione iudicis, *secundum gloss. in cap. 1. §. si vero, in verbo, testamentum, de pace iuram. firman. addent. ad Bart. in l. iurisiurandi, in additione magna, vers. quod autem informationes, C. de testib. Ias. in l. admonendi, in 2 lectura, n. 220. & seqq. & num. 223. ff. de iureiuran.* vbi † infert ad iudicem 107
deputatum ad conferendum alicui beneficium, cum clausula *si eum idoneum inueneris*, quod potest credere testibus non iuratis, *quod & idem voluerunt Adden. ad Abb. in cap. tuis, in 1. additione, litera a, vers. item adde, il 3. extra, de testibus, Crot. de testibus, num. 234. & Mascard. de probation. lib. 3. conclus. 1362. numer. 16.* Et faciunt pro hac illatione, quæ in simili dixi de testibus examinatis parte non citata, *quæst. 72. num. 51. & seqq.* addo pro hac eadem limitatione Ripam *in d.l. admonendi*, vbi, quod ex testibus non iuratis informatur conscientia iudicis, *Roman. ibidem, numer. 99. vers. sed si non deponunt*, vbi, quod testes non iurati recipiuntur non ad plenam informationem, sed ad iudicis informationem, *Felyn. in d. cap. tuis, post num. 2. vers. aliud est, quando agitur, Campeg. de testibus, reg. 167. post versic. testis si non fuerit iuratus, in 7 fallent.* (*Catellian. Cotta in suu memoral. in verbo, testi non iurato, ad fin. vers. notandus tamen est vnus casus, vbi etiam de materia, Socin. regul. 424. in 4. fallent.* vbi † tamen declarat, quando Princeps mandaret, 108
vt se diligenter informet, quia tunc est necessarium iuramentum,) *Blanch. de indic. num. 328. Pract. Corradi, rubr. de testibus, num. 11. versicul. & quando Pontifex, Monticell. in repertorio testium, rubric. iurare debet testu. fol 127. column. 1. versicul. 3. Alexand. Stiat. in practic. iudic. capit. 16. numer. 80. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 682. numer. 5. & lib. 3. conclus. 1362. numer. 14. & 15.* Et faciunt, quæ dixi de testibus examinatis parte non citata pro informatione Curiæ, *q. 72. n. 135.*

LIMITA IX. Quia † etsi testes sine iuramento re- 109
cepti non probent, faciunt tamen aliquam præsumptionem, *secundum Ias. in l. admonendi, in 2. lectura, nu. 220. & sequentib.* vbi alios refert, & infert ad depositionem religiosi non iuratam, *& ibi etiam Rip. num. 197.* vbi quod talis præsumptio sufficit ad informandum conscientiam iudicis, *& Roman num. 99. vers. sed si non deponant. ff. de iureiurand. Præpos. in cap. si testes, §. iurisiurandi, numer. 1. 4. q. 3. Butr. in cap. tuis, numer. 2. de testib. Blanch. de indic. numer. 327. Grauat. in addit. ad Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. rubr. de testibus, & eorum inductione, num. 40. Pract. Corradi, rubr. de testibus, numer. 11. vers. declara etiam, Monticell. in repertorio testium, rubr. iurare debet testis. fol. 127. colum. 1. vers. 1. & 2. Lamberteng. de contract. eorum, &c. gloss. 11. num. 25. vbi alius relatis testatur de communi * opinione, Decian. cons. 128. num. 10 lib. 3. Mascar. * de probat lib. 1. q. 5. n. 84. & concl. 270. n. 6. & lib. 3. concl. 1362. num. 18.*

Hæc † autem præsumptio oriens ex depositione te- 110
stium non iuratorum operatur, quod si ab vtraque parte sit par probatio, præualet illa, quæ plus habet pro se testem non iuratum, *Alexand. consil. 147. num. 2. lib. 6. Aym. consil. 198. in fin. Crot. de testibus, num. 235.* (vbi tamen non sine ratione dubitat de veritate huius conclusionis,) *Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. quæst. 26. numer. 3. & 6. Monticell. in repertor. test. rubric. iurare debet testis, &c. fol. 127. col. 1. versicul. 4.* vbi propterea quod testes non iurati coadiuuant alias probationes, maxime quando sunt personæ graues, *Mascard de probationib. lib. 3. conclus. 1362. num. 18. in fin.*

LIMITA X. Vt † licet testes sine iuramento recipi 111
non debeant, & sic sine iuramento recepti non probent: Tale tamen iuramentum non potest dici de forma, aut de solemnitate substantiali ipsius testimonij, *secundum Butr. in cap. tuis, numer. 1. in 1. notab. & ibi etiam Imol. num. 2. Sebast. Sap. in addit. ad Abb num. 2. litera A. Aret. nu. 3. & seqq.* vbi bene defendit hanc opinionem Felyn. *num. 1. post medium, vers. ex eodem textu, extra, de testib. Tindar. de testi-*
Gail.

Gail. obseruat. 101. num. 3. lib. 1. Et sine dubio hæc limitatio
* est communis, * quamuis contrarium tentauerit Abb. *in d.c. tuis, n. 2. in 3. notab.* Perfecta hæc quæstio ad laudem Dei, die 6. April. 1594.

ARGVMENTVM.

Quid, & quotuplex sit testium publicatio: quæ requirantur ad illius formam & substantiam, quando publicationis omissio vitiet sententiam, & processum? Quando testes publicati probent, vel non?

SVMMARIA.

Testium examinandorum post publicationem materia est vtilissima, & quotidiana, sed confuse, & intricate à Dd. tractata, num. 1.
Testium publicatio quid sit, n. 2.
Testium publicatio quotuplex sit, n. 3.
Testium publicationis forma, substantia & requisita, n. 4.
Testium publicatio an sit de substantia processus, & an eius omissio vitiet ipsum processum, acta, & sententiam, n. 5. & n. 6. & 7. vbi, quid seruetur in Curia Romana. & n. 8. & 9. vbi, quid in criminalibus.
Testes non publicati regulariter non probant, nu. 10. licet alij contra, n. 13.
Testes non publicati non probant etiam in Curia Romana, n. 11.
Testes non publicati non probant in diuerso iudicio, diuersa instantia, & coram diuerso iudice, num. 12. licet alij contra, numer. 13.
Testes examinati coram vno iudice non possunt publicari ab alio, n. 14. licet alij contra, n. 15.
Testes sunt publicandi etiam in causa matrimonij, n. 16.
Testes non publicati pereunt perempta instantia, n. 17.
Testes non publicati non probant, nec etiam semplene, n. 18.
Testes non publicati probant, etiam coram eodem iudice, nu. 19. licet contra, n. 20.
Testes non publicati probant, etiam coram diuerso iudice, siue ordinario seu delegato, quando est successor, & subrogatus in locum illius, qui testes examinauit, n. 21. sed an sit necesse, quod ab isto iudice successore publicentur, an vero probent, etiam non publicati, n. 23.
Testes examinati ab vno iudice possunt publicari ab illius successore, n. 22.
Testes non publicati in prima instantia, probant coram iudice appellationis, n. 24.
Testes senes valetudinarij, vel alias recepti ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, probant etiam non publicati, num. 25.
Testes mortui, vel alias in longinquis partibus existentes probant, etiam non publicati, n. 26.
Testes non publicati probant de consensu partium, n. 27.
Testes non publicati licet non probent coram alio iudice, pars tamen aduersa compellitur pati, vt iterum producantur, & examinentur, n. 28.

QVÆSTIO LXXV. CAP. I.

1 OPPONITVR XXIX. Contra † testes, quod sunt examinati post publicationē, ideo nihil probant. Huius autem oppositionis materia, licet vtilissima, & quotidiana sit, adeo tamen confuse & intricate à Dd. tradita reperitur, *prout notauit Marian. in cap. fraternitatis. numer. 7. ad med. versicul. & quoniam materia, extra, de testibus*, vt quidem ingenue fatear, me hucusque præmanibus non habuisse quæstionem magis laboriosam, & quæ intellectum meum magis defatigauerit, quam ista. Plurimum enim insudaui die noctuque, vt illam sic digestam & ordinatam, prout infra apparebit, reducerem. Valdeque mihi ipsi lætatus sum, quod in hac præsertim quæstione, sicut & in cæteris aliis, quæ tractatum hunc, De Testibus, respiciunt, nec iura, nec glossarum, nec Dd. auctoritatem aliquam allegaui, quam prius propriis oculis, & in fonte (vt dici solet,) non viderim, quod non forsan ab omnibus, qui labores suos in lucem proferre profitentur, contigisse scio; Sit laus DEO semper.

Præmissorum loco quærendum est in hoc primo capite de pluribus: Et

PRIMO quæro, Quid † sit publicatio? De hoc vide 2
aliquas diffinitiones, seu descriptiones per Butr. *in cap. fraternitatis, numer. 7. in versicul. publicatio autem, & ibi etiam Marian. num. 22. ad fin. versic. quædam est publicatio, quam facit iudex, extra, de testib. Cagnol. in l. 2. n. 82. vers. redeundo ad primum, C. de eden.*

SECVNDO quæro, Quotuplex † sit, & quot modis 3
sumatur testium publicatio? De hoc pariter videas Bar. *in authent. atqui semel, num. 17. versicul. breuiter sciendum, C. de probat. Bald. in l. gesta, nu. 1. & ibi Paul. de Castr. num. 1. & seqq. C. de re iudic. Butr. in cap. fraternitatis, n. 7. vers. aduerte tamen, & ibi etiam Imol. n. 13. vers. & aduerte, quod duplex est publicatio, & Abb. num. 5. col. 5. ad med. extr. de testib. Bonifac. in clem. 2. n. 108. & seqq. de testib.*

TERTIO quæro, Quæ † requirantur ad formam, 4
substantiam, & validitatem publicationis testium? De hoc pariter remitto Lectorem ad Bart. Bal. & Dd. *in l. gesta, C. de re iud.* vbi præsertim, à quo iudice fieri possit talis publicatio, & quando in ea requiratur partis præsentia, Cagnol. post alios, *in l. 2. n. 83. & seq. C. de eden.* vbi præsertim etiam, à quo iudice fieri possit talis publicatio, & an ab eodem, vel ab alio iudice, dixi etiam aliquid *infra, in hoc 1. cap. quæst. ab hinc 2. n. 14. & seq.* Sed generaliter de omnibus requisitis, & substantialibus ad publicationem, vide Butr. *in c. fraternitatis, nu. 7. post vers. secundus terminus est, & ibi etiam Imol. n. 13. vers. & aduerte, quoniam consueuit, & Marian. num. 23. extra, de testib.* vide etiam text. & Dd. *in cap. constitutus, extr. eodem*, vbi particulariter, ad cuius instantiam fieri debeat testium publicatio, *Bonifac. in clement. 2. num. 104. & seqq. eodem titul. de testibus, Speculat. in titul. de teste, §. satis vtiliter, numer. 1. & 2. Nell. de testibus, numer. 120. & seq. Crot. de testibus, numer. 268. sub 8. fallent. Rebuff. de public. attest. numer. 11. & sequent Campeg. de testibus, regul. 360. Marant. in Specul. in 2. part. 6. part. principal. in 11. actu, rubric. de proces. publicat. sub numer. 1. & sequentib. fol. mihi 197. in paruis, Practic. Corrad. rubric. de publicatione, & conclusione, numer. 4. fol. 184. column. 1. Alexand. Stiat. in practic. cap. 18. numer. 18. & seqq. iuncto numer. 25. & seq. & numer. 76.* vbi præsertim ponit formam & practicam publicationis testium, *Viu. opin. 932. numer. 15. & seq. & latissime post alios Monticell. in repertor. test rubr. publicatio testium quom. & quand. &c. fol. 182. & seq. & rubr. publicatio testium fit parte citata, &c. fol. 174. & seq.*

QVARTO quæro, An † testium publicatio sit de 5
substantia processus, & an eius omissio vitiet ipsum processum, acta, & sententiam, tam in ciuilibus, quam in criminalibus? De hoc remitto etiam Lectorem ad tex. & Dd. *in c. cum l. & A. de re iudic.* nec non etiam ad gloss. & Dd. *in l. probatum, C. de senten.* & vide etiam Imol. *in cap. fraternitatis, numer. 13. versicul. an tamen valeat sententia, extr. de testibus, Bonifac. in clement. 2. num. 91. & seqq. eodem titul. de testibus, Cagnol. in l. 2. num. 83. versic. ad sextum, C. de eden. Rebuff. in tract. de public. attestat. num. 1. & seqq.* vbi, præsertim
numer. 4. dicit, quod † in Curia Romana non solet peti 6
publicatio, nisi in tertia instantia, ad hoc, ne sit præclusa via producendi alios testes. Et ita cautos Patronos in Rota præsertim obseruare solēte, testatur Vestr. *in pract. lib. 7. cap. 1 rubr. de calcu. feren. sent. num. 4. Angel. de Malef. in verbo, qui iudex dictum processum, numer. 1. & ibi Aug. in addit. per totam addit. in discursu*, vbi loquuntur tam in ciuilibus, quam in criminalibus, *Marant. in 2. part. 6. part. prin. in 11. act. rubr. de proces. public. num. 1. & seqq. fol. mihi 197. Vant. in tit. de nullitat. ex defect. proces. num 40.* vbi, quod † in Curia, 7
&c.

& in Rota Romana sententia non vitiatur testibus non publicatis, nisi à non publicatione fuerit appellatum, quod & de iure admittit etiam Luc.Pæt. *in pract. cap. fori, cap.11. num.8. & seqq. lib.2.* vbi etiam ponit isto casu formam appellationis, *Put. decis.120. lib.1.* vbi, quod in tantum est necessaria appellatio, vt ea quidem debeat fieri coram iudice, & sic non sufficit instantia, & protestatio partis coram Notario, etiam quod iudici fuerit significata. Et ad præmissa vide Alexand. Stiat. *in practic. cap.18. sub num.76. verficul & ista practica*, vbi pariter dicit, quod in Curia Romana publicationis omissio non vitiat, nisi fuerit petita. Et Andr. Gail *observat.105 lib.1.* dicit, quod publicatio testium non est de substantia, & omissa non
* vitiat, secundum magis communem, * quam dicit seruari in Curia Romana, & in Parlamento Parisiensi, *ex Guid. Pap. decis.586. adde ad materiam huius quæst Rotam, de re iudic. decis.1. in antiq. Asin. in practic. cap.10 pagin. mihi 81.*
8 *Clar. in pract. §. fin. quæst. 61. in princip.* vbi, quod † publicatio processus defensiui non est de substantia, *Conrad. in*
9 *pract. rubr. de publica. & conclusione. num.33.* vbi, quod † nec in ciuilibus, nec in criminalibus publicatio testium est de substantia, & ideo eius omissio non vitiat sententiam, *fol.174. colum.1. Menoch de arbitr. quæst. lib.1 q.33* vbi
* facit conclusionem, quam dicit magis * communem, quod publicatio non est de substantia, & quod eius omissio non vitiat, eamque ampliat duobus modis, & declarat aliis duobus modis: Ad quam materiam vide eundem Alexand. Stiat. *vbi supra, d.c.18 num.23. & seqq. & n.28. & seqq. & n.33. & Monticell. in repert. test. rubr. publicari debent depositiones, &c. fol.181. col.1. vers. penult. & fol.182. col.1. vers.2. & seqq.*

QVINTO quæro, An testes non publicati probent?
10 REGVLA † sit negatiua, quod non probent, *secundum Butrig. in l. gesta, col.2. vers. simile in testamento, iuncto vers. si autem nunquam fuerint publicata, & ibi etiam Bartol. n.3.* vbi, quod ita obseruat consuetudo, *C. de re iud. Iaf. in l.2. n.20. vers. item aade, C. de eden. Butr. in cap. fraternitatis, numer.17. & ibi etiam Imol. num.13. vers. & aduerte, extra. de testib. Bald. in dispositus, num.2. vers. nam si non essent publicati, non facerent perpetuam fidem, extra, eod. Felyn. in cap. cum l. & A. num.4. de re iudic. Diaz. regul.758. in princip. Bossi. in tit. de oppos. contra testes, num.28. Pract. Corrad. §. dicta testium assumen. rubric. de non publicatis, nu.51. in princip. fol.140. colum.2. Viu. opin.932. num.4. Monticell in repertor. test. rubr. publicari debent depositiones, &c. fol.181 colum.1. vers. ant. penul. & col.2. vers.2. & 3.*

11 AMPLIA I. Vt † ista regula procedat etiam in Curia Romana, in qua, licet de stylo non soleat peti publicatio, nisi in tertia instantia, *vt dixi sup. num.6.* non per hoc tamen est, quin peti possit etiam post ostensa partibus dicta, *vt per Caput. aq. decis.259. lib.1.* Ergo ad hoc, vt testes examinati in Curia probent in alio iudicio etiam inter easdem personas debent publicari, & alias non publicati nihil probant, *vt per Viu. d. opin.932. nu.13. & 14. & per Gab. conf.40 n.46. lib.2.* vbi fatetur, in Vrbe stylum esse, quod testes probent etiam non publicati, sed declarat illum procedere in eadem instantia, & coram eodem iudice, secus in diuersa causa, & diuersa instantia. Quia tunc stylus est contrarius, *vt ibi per eum.*

12 AMPLIA II. Vt † prædicta regula præsertim procedat, quando sumus in diuerso iudicio, ac diuersa instantia, & coram diuerso iudice: tunc enim proprie testes non publicati non probant, prout loquitur text. *in d.l. gesta, C. de re iudic.* ibi, *neq; enim morte cognitoris perire debet publica fides, &c.* & ibi hoc notant Butrig. *col.2. in fin. vers. coram alio non probant, & Bald. num.4. ad med. versic. sed coram alio non valent, idem Bartol. in l.2 num.12. vers. quædam sunt acta, C. de eden. & ibi etiam hoc notant Bald. num.21 ante med. vers. aut testimonia non sunt publicata, Salyc. num.5. ad fin. Castr. in num.14. ad med. vers. sed si non essent publicata, Rip. nu-*
mer.30. vbi respondet fundamento Decij contrarium sentientis, & testatur de communi, * (licet contra eam * aliquas adducat rationes,) *& num.45. Curt. iun. num.93.* vbi pariter de communi, * (licet ipse in puncto iuris * contrarium sustineat,) *& numer.95. in fin.* vbi de magis communi, * *(agnol. num.123. & seqq.* vbi pariter testatur * de communi, * & bene hanc ampliationem compro- * bat, & respondet rationibus contrariis adductis per Dec. & Curt. *ibi*, quod & idem voluerunt Imol. *in capit. causam qua, col.2. ante med. vers. si vero sunt, & ibi etiam Felyn. col.2. ante med. vers. si vero sunt, extra, de testibus*, & aduerte, quia lectura Decij in libro meo est corrupta. Legitur enim in ea sic: *Conclusio Abbatis videtur esse magis communis.*) Addo pro hac eadem ampliatione Conrad. *in pract. d. rubric. de non publicatis, num.51. vers. sic facit. fol.140. Menoch. de arbitr. lib.1. q.33. numer.7. & seqq.* vbi testatur de veriori, & magis recepta opinione, * quam & iuribus & auctori- *
tatibus comprobat, reprobatque Abb. & Dec. contrarium tenentes, & illorum fundamentis respondet, prout etiam facit. & testatur Viui. *opinion.932. num.1. & seqq. Monticell. vbi supr. d. fol.182. col.1. vers.5. & ex nostris consuluit Gabr conf.40. n.45. lib.2.* Et sine dubio hæc ampliatio magis communiter * recepta est. *9

Quamuis contrarium, quod † testes non publicati 13
probent etiam in diuersa instantia, & coram diuerso iudice, sustinuerint Dec. *in l.2. numer.60. C. de eden.* faciunt rationes consideratæ per Rip. *ibid. nu.30. vers. tu considera, Curt. iun. in d.l.2. n.93. in fin. & seqq.* vbi testatur de veriori opinione in puncto iuris, vbi pro ea affert tres rationes, *Abb. in d.c. causam qua, nu.2.* vbi respondet contrariis Dec. *n.9. & 10.* vbi pariter testatur de veriori opinione, & respondet contrariis, & faciunt pro hac contraria opinione, quæ dixi *infr. num.15.*

AMPLIA III. Quod † si testes non fuerint publi- 14
cati coram illo iudice, coram quo fuerunt examinati, non potest alius iudex illos publicare, ad hoc, vt probent, *secundum Bartol. in l gesta, num.3. in fin. vers. puto tamen, C. de re iudic. Iaf. in l.2. num.20. versicul. tene contrarium, C. de eden. & ibi etiam Rip. num.32. & Cagnol. nu.126.* vbi de com-
* muni, * & à qua dicit non esse recedendum, *Abb. in cap.* *
causam qua, il 1. num.2. vers. Bartol. in d l cum licet, &c. extra, de testib. Aretin. ibid. numer.5. & seqq. vbi pluribus comprobat, *
*& testatur de communi, * prout etiam de communi & practicata luerunt Conrad. in pract. in titul. de testib. d rubr de non publicat. n.51. vers. ampliari potest, Viui. opin.932. nu.6 & 7. vbi etiam de communi,* * & reddit rationem.

Quamuis † contrarium, quod imo ad hoc, vt testes 15
non publicati coram vno iudice, probent coram alio, possit publicatio fieri ab illo iudice, coram quo quæritur probatio, voluerit idem Bart. *in l.2. col penult. & ibi etiam Cuman. ff. iudicat. fol. post Innoc. in cap. Albericus de testibus, Imol. in cap. causam qua, il 1. col.2. ante med post vers. si vero sunt attestationes, eod. tit. de testib.* vbi, quod ita pars videtur æquior, & magis consona iuri, dicenti, probationum facultatem non esse angustandam, *idem Felyn. in c. cum l & A. num.4. ad med. vers. an autem in alia instantia, extra, de re iudic. vbi de communi,* * prout etiam faciunt pro hac contra- *
ria opinione Dd. allegati *supr. n.13.* vide *infr. n.22.* vbi declaratur hæc ampliatio.

AMPLIA IV. Vt † testes sint etiam publicandi in 16
causa matrimonij, quando agitur de illud dissoluendo, *vt per Monticell. in repert. test. rubr. publicari debent deposit. &c. fol.181. col.2. vers. antepen.*

AMPLIA V. Vt † testes non publicati pereant per- 17
empta instantia, quod an verum sit, & quando, vide Bal. *in d.l. gesta, num.5. & ibi etiam Castrens. nu.1. C de re iudic.* item vide Dd. *in l.2 C. de eden* vbi late, an, & quando peri-
empta

empta instantia pereant acta probatoria, de quo vide etiam Dd. *in c. causam qua, il 1. de testib.*

18 AMPLIA VI. Vt † testes non publicati non probent, nec etiam semiplene, *sic enim post alios, quos allegant antiquiores, scripserunt Conrad. in pract. rubr. de non public. n.5. vers. amplia rursus ex Aym. quem allegat in cons.134. n.18. Vini. opin.932. nu.15. Monticell. d. rubr. publicari deb. deposit. test. fol.181. col.2. vers.4.*

19 LIMITA I. Regulam † positam *supr. num.10.* vt non procedat, quando sumus coram eodem iudice, qui testes examinauit. Dicta enim testium sunt semper publicata iudici examinanti, vel examinari mandanti, & propterea coram eo etiam non publicati probant, *secundum Butrig. in l. gesta, col.2. in fin. vers. aut nondum sunt publicata, & ibi etiam Bart. & Paul. de Castr. nu.1. vers. & aduerte, iuncto vers. sed si scriptura, C. de re iud. Aret. in c. causam qua, il 1. nu.1. & seqq. extr. de testib.* vbi bene comprobat hanc li-
* mitationem, quæ sine dubio communis * est, *prout eam communem dicit Rip. in l.2 nu.30. in fin. C. de edend.* Quamuis
20 in contrarium † faciant rationes deductæ per eundem Rip. *ibid. n.29. vers. secundo aduerte, & seq.*

21 LIMITA II. Vt † idem sit in iudice ordinario, vel delegato, successore, & subrogato in locum illius iudicis, qui testes examinauit, nam & coram eo etiam nō publicati probant, secundum Bald. *in d.l. gesta, n 4. versic. aut coram iudice, C. de re iudic. Castrens. in l.2. nu.14. ad fin. vers. & idem si fecisset transitum ad successorem, & ibi etiam Rip. numer.30. ad med. C. de eden. Abb. in d.c. causam qua, nu.2. vers. ego puto, & ibi etiam Aret. in summario. per illum text. Dec. n.9. in prin. iuncto vers. opinio Abbatis, extr. de testib. Felyn. in cap. cum l. & A. n.4. vers. probat tamen, extr. de re iud Viu. opin.932. n.9.*

22 SVBLIMITANDO † hanc limitationem aduerte, quod licet dixerim *supr. num 14.* testes non posse publicari, nisi ab illo iudice, qui illos examinauit, veritas tamen est, quod possunt publicari ab illius successore, vel subrogato, secundum eundem Bart. *in d.l. gesta, num.13. in fin. vers. puto tamen, C. de re iudic. Rip. in d.l.2. nu.32. vers. istud debet intelligi, C. de eden Imol. in c. causam qua, il 1. colum.2. ante med. vers. si vero sunt, extra, de testib. Aret. ibid. post num.7. ver-*
* *sic. hoc tamen vltimum, vbi testatur de communi, * (licet ibid. num.6.* aliquas rationes adducat, quod nec etiam à successore possit fieri publicatio,) *Viui. opin.932. num.9. & num.11.*

23 Et † propterea coram isto iudice, successore, & subrogato, testes non publicati non probant, nisi ab eodem iudice fuerit facta publicatio. Sic enim commu-
* nius * dictum testatur Aretin. *in d.c. causam qua, n.8 ad fin. vers. aduerte etiam.*

24 LIMITA III. In † causa, prout dicunt Dd. succedanea, & sic in iudice appellationis. Nam isto casu sicut testes non publicati probarunt coram primo iudice, ita etiam probabunt coram secundo, *Bald. in l. gesta, num.4. vers. quod intellige etiam, C. de re iudic. Castrens. in l.2. num.14. ad fin. vers. sed si instantia, & ibi Iaf. nu.21 in fin. vers. secus si successiua, vt appellationis, Rip. n.31. Curt. iun. num.98. vers. & ideo considera, Cagnol. n.83. vers. & debet fieri, C. de eden. Abb. in d.c. causam qua, num.2. vers. ego puto, & ibi etiam Aret. n.8. ad fin. vers. aduerte etiam, & Felyn. num.16. vers. tertius casus, extra, de testib. item Felyn. in cap. cum l. & A. num.4 vers. probat tamen, de re iudic. Pract. Corradi in tit. de testibus, d. rubr. de non publicatis, d. numer.51. versicul. item limita, fol. mihi 140. Viu. d. opin. 932. num.8.*

25 LIMITA IV. In † testibus senibus, valetudinariis, & aliis receptis ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, nam & hi etiam non publicati probant, *Bald. in l.2. nu.21. ad med. vers. fallit in testibus, & ibi Iaf. n.21. & Rip. num.31. vers. fallit tertio, C. de eden. Aret. in d. cap. causam qua, n.10. & ibi etiam Felyn. n.17. vers. quartus casus, extra, de testib. idem Felyn. in d. cap. cum l. & A. num.4. versic. idem in testibus examinatis ad perpetuam rei memoriam, extra, de re iudic. Pract. Corrad. d. num.51. vers. limitat Iaf. Viu. d. opin. 932. nu.10. & n.12.*

LIMITA V. In † testibus mortuis, vel allas in lon- 26
ginquis partibus existentibus, nam & isti etiam non publicati probant, *Iaf. in d.l.2. nu.20. vers. nisi essent mortui, & ibi etiam Rip. n.31. vers. fallit 2. vbi reddit rationes, C. de eden. Imol. in d.c. causam qua, n.2. col.2. ad fin. vers. sed vbi essent mortui, & ibi etiam Abb. post nu.2. vers. Antonius tenet, & Aret. col.3. nu.8. post med. vers. aduerte tamen, Fel. nu.15. vers. secundus est, extr. de testib Pract. Corrad. tit. de testib. rubr. de non publicatis, n.51. ad med. vers. nisi essent mortui, fol. mihi 140.*

LIMITA VI. Quia † de consensu partium testes 27
non publicati probant coram quocunq; iudice, *Butr. in d.c. causam qua, col.2. vers. puto, quicquid dicat, iuncto versic. sed hoc dictum, & ibi etiam Imol. col.2. ante med. vers. Dominus tamen Antonius, Fel. n.14. in fin. vers. primus est, extr. de testib.*

LIMITA VII. Quia † licet testes non publicati nō 28
probent coram alio iudice, pars tamē aduersa compellitur pati, vt iterum producantur, & examinentur, *Butr. in l. gesta, col.2. in fin. vers. modo si aduersarius, iuncto vers. coram alio, &c. & ibi etiam Bal. post nu.4. vers. si aduersarius petit, quod iterum producantur, & nu.5. vers. & tunc aut aduersarius petit, C. de re iud. Rip. in l.2. n.32. vers. sunt igitur, C. de edend. Butr. in d.c. causam qua, col.2. in princ. vers. si recepta sunt, iuncto vers. puto quicquid dicat Bart. extr. de testib.*

ARGVMENTVM.

Articuli quando dicantur noui, vel antiqui, & quando dependentes. Item, quando dicantur directe aut indirecte contrarij.

SVMMARIA.

Articuli quando dicantur noui, n.29.
Articuli quando dicantur antiqui, n.30.
Articuli quando dicantur dependentes, n.31.
Articuli quando dicantur directe contrarij, n.32.
Articuli quando dicantur indirecte contrarij, n 33.

QVÆSTIO LXXV. CAP. II.

IN hac materia testium examinatorum post publica-
tionem, sæpissime contingit inuestigare de articulis, & eorum qualitate, ideo in hoc 2. cap. præmissorum loco quærendum est Primo, quinam dicantur articuli noui; Secundo, qui dicantur antiqui; Tertio, qui dependentes, Quarto, qui directe contrarij; Quinto, qui indirecte contrarij.

Circa primum, quando † scilicet, & quot modis ar- 29
ticuli dicantur noui (& sic non iidem. sed diuersi à primis,) vide gl. *in l per hanc, in verbo, ad nouum capitulum, & ibi etiam Bell. per. col.2. in fin. vers. restat exponere, & col.3. per totam, & . ol.4 & 5. Butrig. col.1. vers. quæro quid sit nouum capitulum, Cyn. n.5. per totum*, vbi exemplificat Bar. *n.4. per totum*, vbi latissime secundum antiquorum diuersas opiniones ponit, quando & quot modis dicatur nouum capitulum, *Bal. n.10. Alber. n.1. ad fin. & n.2. Salyc. nu.4.* vbi post glossi ibi ponit quatuor modos, quibus capitula dicuntur noua, *(astrens. nu.3.* vbi etiam ponit quatuor modos, *C. de temp. appell.* Vide etiam Castren. *in auth. atqui semel, n.11. vbi remissiue, & ibi etiam Ang. col.2. n.3. & Io. Sinibar. n.24. C. de probat. Ang. in §. quia vero, n 19. col 2. post med. vers. exemplū cum directo, in auth. de testib.* vbi pariter ponit exēpla. Et de hoc etiam tractarūt Canonistæ, prout videre est apud Io. And. *in c. fraternitatis, n.18.* vbi etiam ponuntur plura exempla, & ibi etiam Bal. *num.6. & 7.* vbi ponit duos modos, quibus articulus dicitur nouus, *Bellamer. n.6.* vbi etiam ponit exempla, & *nu.28. in fin. vers. & quot modis dicatur nouus articulus, vbi remissiue, & nu.42. Henric. Boyc. nu.11. ad fin. vbi etiam remissiue, Butr. n.8.* vbi late ponit plura signa, ex quibus cognoscitur, quod articulus est nouus, *& num.10. vers. ille dicitur nouus, Imol. n.9.* vbi bene exēplificat articulos nouos, tam ex parte actoris, quam

ex parte rei, *Anchar.nu.*10. *Zabar.n.*1. *Abb.n.*8. *& ibi in addit. litera A. Aret.n.*56. *& seqq. Fel.n.*11. *ad fin. & Marian.n.*13. *& seq.* vbi in hoc ponit aliquas regulas, bene exemplificat, & declarat, *extr. de testib. Imol. in clem.*2. *post num.*7. *vers. quæ autem dicantur noua capitula, & ibi etiam Zabarel.n.*2. *ad fin. vers. quæ autem dicantur noua, eod. tit. de testib. Spec. in tit. de testib. §. satis vtiliter, n.*7. *& seq.* vbi & ipse ponit modos, & exempla, quando articuli dicantur noui, tam ex parte rei, quam ex parte actoris, *Alber. in tract. de testib. c.*7. *n.*121. *& seq.* vbi etiam ponit regulam, & exemplificat. Potes etiam nouissime videre Franc. Person. *in tract. quem nominare voluit de indic. & tortur. q.*11. *n.*24. *ad fin.*

30 Circa secundum, quando † articuli dicantur anti- qui, videri possunt Dd. *in anteced. numer.* allegati, tractantes de nouis articulis. Cognito enim vno contrario, cognoscitur & aliud. Sed nihilominus in specie vide Buttrig. *in d. l. per hanc, colum.*1. *vers. quæro*, quod dicatur anti- quum, *& ibi etiam Bart. sub n.*5. *in discurs.*, C. de tempor. appell. Butr. *in c. fraternitatis, num.*10. *etiam in discurs.*, *& ibi etiam Abb. nu.*10. *vers. & satis per præfata, Marian. n.*15 *per totum, & Paris. n.*69. *extr. de testib.*

31 Circa tertium, quando † articuli dicantur dependentes à primis, vide Buttrig. *in l. per hanc, col.*1. *vers. sed quomodo venit ex veteribus, &c.* vbi aliqua ponit exempla, &c. Bald. *ibid. n.*7. *& seqq. & Alber. n.*3. *in discurs.*, C. de tempor. appellat. vide etiam eundem *Alber. in auth. atqui semel, nu.*6. *in prin.* C. de probat. Bald. *in c. fraternitatis, nu.*6. *&* 7. vbi præcipue declarat, quomodo discernantur articuli dependentes ab artículis nouis, Bellam. *ibid. num.*29. Butr. *nu.*3. *in* 5. *not ab. & num.*9. vbi, quot modis dicantur articuli dependentes, quomodo cognoscantur, quod sint dependentes, & de eorum exemplis, *Imol. n.*9. *col.*4. *in prin.* vbi exemplificat, quando articuli dicantur dependentes, tam ex parte actoris, quam ex parte rei, *Abb. nu.*8 *vers. secunda est species, Marian. n.*16. vbi bene declarat, & bene exemplificat, *Paris. num.*74. *extra, de testib. Bonifac. in clement.*2. *num.*122. *post med. versicul. illud autem, & num* 123. *& seqq. eodem tit. de testib.* vbi ponuntur plura exempla de articulorum dependentia.

32 Circa quartum, quando † articuli noui dicantur antiquis directe contrarij, vide Butr. *in c. fraternitatis, nu.*13. *vers. tertia species articulorum*, vbi ponuntur exempla, *Abb. ibid. n.*11. *Marian. n.*17. vbi etiam ponit quatuor exempla, *& nu.*91. *vers. & ad declarationem prædictorum, &c.* vbi ponit regulam, & magis traliter loquitur, *Paris. nu.*70. *extra, de testib. Zabarel. in c. ex tenore, col.*1. *in fin. vers. dic, quod directa dicitur affirmatio, & colum.*2. *post prin. vers. dic, quod directa contrarietas est ea, &c. extra, eod. tit. de testib. gloss. in clem.*2. *in verbo, directo contrariis, vers. essent autem directo contraria capitula, & ibi etiam Imol. numer.*8. *Zabarell num.*3. *in princip. & in vers. & hanc Clementinam dixi, &c. Bonifac. num.*121. vbi ponit exempla, *d. tit. de testib. Lanfranc. de testib. ad cap. quoniam contra, in verbo, testium depositiones n.*41. *in fin. vers. dicitur autem per directum, extra, de probat. Alber. in tract. de testib. cap.*7. *n.*120. *in prin.*

33 Circa quintum, & † vltimum, quando articuli dicantur indirecte contrarij, vide Bald. *in l. per hanc, nu.*23. *ad fin.* C. de temp. appellat. vbi exemplificat, *Ang. in* §. *quia vero, num.*19. *col.*2. *post med. vers. pone exemplum, in auth. de testib.* Butr. *in cap fraternitatis, num* 13. *in fin. vers. quarta species, & ibi etiam Marian num.*18. vbi ponit aliqua exempla, *& nu.*91. *vers. & ad declarationem prædictorum*, vbi ponit regulam, & magis traliter loquitur, *Paris. num.*73. *extra, de testib. Zabarell. in cap. ex tenore, col.*1. *in fin. vers. indirecta vero, & col.*2. *post prin. vers. indirecta vero contrarietas, extra, eod. tit. de testib. Zabarell. in clem.*2. *nu.*3. *vers. indirecta est autem, & ibid. Bonifac. nu.*122. vbi ponit quatuor exempla de testibus, *Alber. d. c.*7. *n.*120. *vers. sed quando testes, Lanfr. ad d. c. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, nu.*41. *in fin. vers. & dicitur quis, extra, de probat.*

ARGVMENTVM.

Didicisse testificata quando quis dicatur.

SVMMARIA.

*Testium etiam non facta publicatione, non possunt produci ab eo, qui dixit testificata, & an econtra sola publicatio sufficiat absque eo, quod sint didicita testificata, remissiue, n.*34.

*Testificata non dicitur didicisse is, qui à testibus ante eorum examen audiuit, quid dicturi erant, n.*35.

*Et quid si testis coram iudice parte præsente reuelauerit, quicquid in causa sciebat, an tunc pars dicatur didicisse testificata, num.*36. *&* 37.

*Testificata non dicitur didicisse pars, quæ à testibus post eorum examē audiuit, quidnam ipsi deposuerint, n.*38. *Amplia multo magis, quando testes examinati essent plures, & pars non ab omnibus, sed ab aliquibus tantum percunctatus est eorum depositiones, n.*39. *Limita, quando testes, qui retulerunt testificata, essent docti, amici, fideles, & veridici, nec agebatur de negotio, quod requireret magnum discursum, n.*40.

*Testificata non dicitur didicisse is, qui testium depositiones à Notario reuelante audiuit, n.*41. *Limita, si Notarius fidelis, & fide dignus, non perfunctorie, sed mature, & præmeditate testium depositiones retulerit, n.*42.

*Testificata didicisse non dicitur, quando à iudice testium depositiones quis audiuit, n.*43. *Limita* 1. *nisi iudex parti amicus, & fide dignus, non perfunctorie, sed specifice dicta testium retulerit, n.*43. *Limita* 2. *quando iudex partibus præsentibus, & audientibus, testium dicta perlegisset, n.*45.

*Testificata didicisse an dicatur pars, quæ ab aduersa parte testium depositiones audiuit, distingue, vt n.*46. *&* 47.

*Testificata non dicitur didicisse is, qui ab extraneo testium depositiones audiuit, n.*48. *Limita procedere, quando iste extraneus non esset doctus, vel si attestationes non perfunctorie legisset, aut verisimiliter earum plenam notitiam non habuisset, secus si illa legisset, vel alias de illis verisimilem scientiam habuisset, n.*50. *&* 51.

*Testificata dicitur didicisse is, qui à suo Aduocato, vel Procuratore, testium depositiones audiuisset, n.*49.

*Testificata non dicitur didicisse is, qui testium depositiones penes Notarium, vel alium existentes perlegit, num.*52. *licet contra, num.*53. *Limita procedere, quando non plene, aut perfecte, sed perfunctorie, & transeuntorie dicta testium legerit, secus si plene & perfecte perlegerit, n.*54.

*Testificata didicisse dicitur is, qui testium depositiones subtraxit, vel alio modo penes se habuit, n.*55. *Limita* 1. *procedere, dummodo penes partem reperiantur originalia, vel copiæ authentico manu Notarij, aliter secus, n.*56. *Limita* 2. *nisi pars, quæ habuit penes se attestationes, probaret se illas non legisse, nu* 57. *& quomodo dicatur hæc negatiua probata, dic, quando attestationes reperirentur clausæ & sigillatæ, n.*58.

*Testificata non dicitur didicisse is, qui testium examini præsens fuit, n.*59. *contra, n.*60 *&* 61. *& hæc contraria opinio est verior, num.*62. *quatuor concurrentibus. Primo, vt pars fuerit præsens examini testium perfecte & punctualiter n* 63. *Secundo, vt sit præsens in loco, vnde omnia bene audire & percipere possit, secus si staret retro aliquem parietem, vel tanuam, num.*64. *Tertio, vt examen fiat vulgari sermone, secus si Latino, audienti incognito, n.*65. *Quarto, dummodo pars audiens sit persona non rudis, sed docta & instructa, agatur q; de re modico discursu perceptibili, aliter secus, n.*66.

*Testificata an quis dicatur didicisse, iudicis arbitrio multum tribuitur, n.*67.

QVÆSTIO LXXV. CAP. III.

TESTES † non solum non possunt examinari post 34 publicationem, sed etiam nec possunt examinari, non facta publicatione, quando pars, quæ vult examinare, aliquo modo sine publicatione didicit testificata, *prout infra dicam, n.*88. & rursus magna est inter Dd. controuersia, an sola publicatio impediat testium examen absque

absque eo, quod per producere volentem fuerint didicita testificata: & quidem non desunt magnæ auctoritatis viri, & numero quidem plures, qui publicationem non sufficere crediderunt absque eo, quod fuerint didicita testificata, *prout eos infra referam, num.*325. & vtcunque sit regula in hac materia promiscue (vt ita dicam,) & coniunctim ponitur per omnes Dd. quod scilicet testes, post aliorum testium publicationem, & post didicita testificata non possunt amplius examinari, *vt pariter dicam infra, num.*68. Ideo ex præmissis aperte colligitur, quod in hac materia omnino præscire oportet, quando & quomodo dicatur quis didicisse testificata. De hoc igitur in hoc 3. cap. etiam præmissorum loco verba facturi, sicut plures sunt modi, quibus quis dicitur didicisse testificata, ita & nos plures ponemus, ac etiam soluemus quæstiones.

35 QVÆRO I. An † pars dicatur didicisse testificata, si à testibus, antequam examinaretur, audiuerit, quid ipsi in eorum examine dicturi erant? Respondo, quod non, & consequenter non per hoc impedietur aliorum testium examinatio, *secundum Bal. in auth. qui semel, num.*5. *vers. idem multo magis, C. de prob.* vbi eam reddit rationem, quia scilicet sæpe testes partibus promittunt deponere vno modo, & quando examinantur, deponunt alio modo, *Odofr. in d. auth. atqui semel, n.*3. vbi aliam reddit rationem: quia scilicet iura dicunt, quod pars non potest examinare, quando didicit testificata, non autem, quãdo didicit testificanda, & est differentia inter testificata, & testificanda, *vt ibi per eum, quod & idem dixit Butrig. in tract. de testib. rubr. qualiter exception. oppon. nu.*17. *addo ad præmissa Salyc. in d. auth. atqui semel, n.*10. *vers. ex hoc infertur, & ibi etiam Castrens. num.*17. *addo & Marian. in c. fraternitatis, n.*41. *in fin. vers. & ex prædictis, iuncto num.*42. *Gabr. tit. de testibus, lib.*1. *com. l.*21. *n.*18.

36 LIMITA † Huius primæ quæst. conclusionem non procedere, quando testes reuelassent partibus, quid dicturi erant iudice præsente, dicendo puta: Domine iudex, de ista causa nescimus, nisi tale quid, &c. Ex hoc enim parti audienti, censetur præclusa via ad producendum alios testes, secundum Alber. *in d. auth. atqui semel, n.*7. *in fin. C. de prob.* vbi, quod ita vidit bene in iudicio ser-

37 uari. Sed † contrarium in hoc voluit Buttrig. *in tract. de testib. d. rubr. qualiter exception. opponen. cod n.*17.

38 QVÆRO II. An † pars dicatur didicisse testificata, si à testibus post eorum examen audiuit eorum depositiones? Respondo, quod non, nec propterea excluditur à productione & examine aliorum testium, *secundum Bart. in auth. at qui semel, post nu* 19. *vers. nec sufficeret, & n.*21. *Bald. ibid. n.*5. *vers. sed reuocatur in dubium, Salyc. n.*10. *in prin. Castren. sub num.*5. *Ioan. Sicard. num.*10. C. *de probat. Henric. Boyc. in c. fraternitatis, num.*6. *vers. aut testibus publicatis, Butrig. numer.*14 *colum.*7. *vers. quæ lam publicatio, quæ fit à teste, &c.* vbi reddit duas rationes, *Imol. num.*13. *ad fin. vers. secus si solum forte didicisset per assertionem à testibus, Marian. numer.*22. *versicul. tamen quantum attinet, &c.* vbi *& ipse affert duas rationes, & numer.*54. *vers. Innocentius tamen, & num.*55. *& seq.* vbi bene comprobat, refert concordantes, respondet contra-

* rijs, & testatur de communi, * *extra, de testibus, Imol. in cap. series, colum. final. in fin. versicul. & adde etiam, extra, eod. Bald. in cap. constitutus, il* 2. *num.*3. *in fin. eod. tit. de testibus, Ancharan. in clement.*2. *num* 11. *versicul plus dicit Bartol. de testibus, Crot. in tractat. de testibus, numer.*268. *in fin. in* 11. *fallent. Socin. regul.*403. *in* 25. *fallent. Campeg. reg.*268. *in* 34. *fallent. Gabr. tit. de testib. lib.*1. *conclus.*21. *num.*117. *Pract. Corradi, titul. de testibus, rubr. de recept post term. nu.*47. *fol.*137. *col.*1. *in fin. in* 24 *&* 25 *fallen. Andr. Gail. obser.*105. *lib.*1. *num* 3. *vers. idem est, si ab ipsis testibus audiuisset.*

39 AMPLIA † huius secundæ quæstionis conclusionem multo magis procedere, quando essent examinati plures testes, & pars didicisset testificata non ab omnibus, sed ab aliquibus, quia tunc eo minus impeditur alios examinare, *secundum Alber. in d. auth. at qui semel, n.*7. *in fin. vers. dicit etiam, C. de prob. Marian. in d. cap. fraternitatis, n.*57. *in fin. vers. & intellige, extr. de testib.*

LIMITA † Eandem conclusionem non procede- 40
re, quando testes, qui retulerunt testificata parti, sunt docti, & multum amici, fideles, & veridici, nec agebatur de negotio, quod requireret magnum discursum: tunc enim potest procedere secunda opinio. si vero est negotium, quod non modico discursu percipitur, & testes non essent multum docti, nec amici, & fideles partis, & tunc procedat prima opinio communis; ita concordando contraria, sub dubio, & per verbum *forte*, declarat Marian. *in d. c. fraternitatis, num.*56. *in fin. vers. sed forte posset concordari, tuncto num.*57. *extr. de testib.*

QVÆRO III. An † dicatur quis didicisse testifica- 41
ta, si illa didicit à Notario testium depositiones reuelante? Respondo, quod non, & propterea talis reuelatio non impediet aliorum testium productionem, *secundum Butr. in c. fraternitatis, n.*14. *col.*7. *in fi. vers. item de publicatione verbali facta à Notario, & ibi etiam Maria. n.*22. *vers. quædam est publicatio, quæ fit à Notario, & n.*58. *extr. de testib.*

LIMITA † Huius tertiæ quæstionis conclusionem 42
procedere, quando Notarius perfunctorie, aut verbo volatili retulisset attestationes, & nõ esset multum doctus, nec talis, vt ei fides adhiberi possit, & maxime si ageretur de re modico discursu non percepti bili, secus autem, si non perfunctorie, sed mature, & præmeditate facta esset relatio per Notarium fidelem, & talem, cui pars deberet fidem adhibere, & maxime si eadem pars super dictis testium disputationem cum Notario assumpsisset, vel esset res, quæ modico discursu percipere- retur, *secundum Marian. in d. c. fraternitatis, eod. nu.*58. *vers. ege tamen hoc intelligerem.* Imo secundum Butr. *ibid. n.*14. *col.*7. *ad fin. vers. item de publicatione verbali, &c.* ad hoc, vt limitatio habeat locum, videtur sufficere, quod Notarius plene percunctatus fuerit dicta testium, & postea illa deliberate parti reuelauerit.

QVÆRO IV. An † dicatur quis didicisse testificata, 43
si à iudice audiuit, quidnam testes ipsi deposuerũt? Respondo, quod non, & propterea talis scientia habita à iudice, nõ impediet productionem aliorum testium, *secundum Butr. in c. fraternitatis, n.*14. *col.*7. *in fin. vers. idem de publicatione, quæ fieret solo verbo iudicis, extr. de testib. Marian. in d. c. fraternitatis, nu.*60. *in princ.* vbi de iudice idem dixit seruandum, quod modo dixi de Notario. Addo pro hac eadem conclusione eundem Butr. *in c. series, col. final. vers. quædam est publicatio verbalis. & ibi etiam Abb. n.*5. *col.*4. *ante med. vers. vnde legitur quinto, extra, eodem, Bonifac. in clem.*2. *n.*119. *de testib.*

LIMITA I. Quia † etiam in iudice consideran- 44
dum est, an perfunctorie, & generaliter firmauerit testes probare, vel non probare, an vero specifice testium dicta retulerit: item an sit amicus, fide dignus, & fidelis (licet in hoc infidelitate vtatur,) vt ei pars credere debeat. an vero secus: item an eadem pars sit docta, & instructa, an vero rudis, & idiota, & an demum agatur de re, modico vel non modico discursu perceptibili, *Marian. in d. c. fraternitatis, eodem, n.*60. *extr. de testib.*

LIMITA II. Eandem † conclusionem non pro- 45
cedere, quando iudex partibus præsentibus, tacentibus, & audientibus legeret testium depositiones, quia tunc sine dubio dicerentur testificata didicita, & propterea non possent alij testes examinari, *secundum Bonif. in clem.*2. *n.*19. *vers. vbi autem iudex, de testib.* Vide tamen ad declarationem huius limitationis, quæ dixi *infr. hoc eod. cap. in* 7. *quæst.*

QVÆRO V. An † quis dicatur didicisse testificata, 46
quando testium depositiones ab aduersa parte audiuit? Respondo, quod si vna pars dicat alteri simpliciter,

ex parte rei, *Anchar.nu.*10. *Zabar.n.*1. *Abb.n.*8. *& ibi in addit.litera A. Avet.n.*56. *& seqq. Fel.n.*11. *ad fin. & Marian.n.*13. *& seq.* vbi in hoc ponit aliquas regulas, bene exemplificat, & declarat, *extr. de testib. Imol. in clem.*2. *post num.*7. *vers.* quæ autem dicantur noua capitula, *& ibi etiam Zabarel.n.*2. *ad fin. vers.* quæ autem dicantur noua, *eod. tit. de testib. Spec. in tit. de testib.* § *satis vtiliter, n.*7. *& seq.* vbi & ipse ponit modos, & exempla, quando articuli dicantur noui, tam ex parte rei, quam ex parte actoris, *Alber. in tract. de testib. c.*7. *n.*121. *& seq.* vbi etiam ponit regulam, & exemplificat. Potes etiam nouissime videre Franc. Person. *in tract. quem nominare voluit de indic. & tortur. q.*11. *n.*24. *ad fin.*

30 Circa secundum, quando † articuli dicantur antiqui, videri possunt Dd. *in anteced. numer.* allegati, tractantes de nouis articulis. Cognito enim vno contrario, cognoscitur & aliud. Sed nihilominus in specie vide Buttrig. *in d.l per hanc, colum.*1. *vers.* quæro, quod dicatur antiquum, *& ibi etiam Bart. sub n.*5. *in discursu*, C. *de tempor. appell.* Butr. *in c. fraternitatis, num.*10. *etiam in discursu*, *& ibi etiam Abb. nu.*10. *vers. & satis per prafata, Marian. n.*15 *per totum, & Paris. n.*69. *extr. de testib.*

31 Circa tertium, quando † articuli dicantur dependentes à primis, vide Buttrig. *in l. per hanc, col.*1. *vers.* sed quomodo venit ex veteribus, *&c.* vbi aliqua ponit exempla, &c. Bald. *ibid. n.*7. *& seqq. & Alber. n.*3. *in discursu*, C. *de tempor. appellat.* vide etiam eundem *Alber. in auth. atqui semel, nu.*6. *in prin.* C. *de probat.* Bald. *in c. fraternitatis, nu.*6. *& 7.* vbi præcipue declarat, quomodo discernantur articuli dependentes ab articulis nouis, Bellam. *ibid. num.*29. Butr. *nu.*3. *in* 5. *not ab & num.*9. vbi, quot modis dicantur articuli dependentes, quomodo cognoscantur, quod sint dependentes, & de eorum exemplis, *Imol. n.*9. *col.*4. *in prin.* vbi exemplificat, quando articuli dicantur dependentes, tam ex parte actoris, quam ex parte rei, *Abb. nu.*8 *vers. secunda est species, Marian. n.*16. vbi bene declarat, & bene exemplificat, *Paris. num.*74. *extra*, de testib. *Bonifac. in clement.*2. *num.*122. *post med. versicul. illud autem*, *& num* 123. *& seqq. eodem tit. de testib.* vbi ponuntur plura exempla de articulorum dependentia.

32 Circa quartum, quando † articuli noui dicantur antiquis directe contrarij, vide Butr. *in c. fraternitatis, nu.*13. *vers. tertia species articulorum*, vbi ponuntur exempla, *Abb. ibid. n.*11. *Marian. n.*17. vbi etiam ponit quatuor exempla, *& nu.*91. *vers. & ad declarationem prædictorum, &c.* vbi ponit regulam, & magistraliter loquitur, *Paris. nu.*70. *extra*, de testib. *Zabarel. in c. ex tenore, col.*1. *in fin. vers. dic, quod directa dicitur affirmatio, & colum.*2. *post prin. vers. dic, quod directa contrarietas est ea, &c. extra, eod. tit. de testib. gloss. in clem.*2. *in verbo*, directo contrarius, *vers.* essent autem directo contraria capitubo, directo contrarius, *vers.* essent autem directo contraria capitula, *& ibi etiam Imol. numer.*8. *Zabarell num.*3. *in princip. & in vers. & hanc Clementinam dixi, &c. Bonifac. num.*121. vbi ponit exempla, *d tit. de testib. Lanfranc. de testib. ad cap. quoniam contra, in verbo*, testium depositiones *n.*41. *in fin. vers.* dicitur autem per directum, *extra, de probat. Alber. in tract. de testib cap.*7. *n.*120. *in prin.*

33 Circa quintum, & † vltimum, quando articuli dicantur indirecte contrarij, vide Bald. *in l. per hanc, nu.*23. *ad fin. C. de temp. appellat.* vbi exemplificat, *Ang. in* § *quia vero, num.*19. *col.*2. *post med. vers. pone exemplum, in auth de testib. Butr. in cap fraternitatis, num* 13. *in fin. vers. quarta species, & ibi etiam Marian num.*18. vbi ponit aliqua exempla, *& nu.*91. *vers. & ad decl. rationem prædictorum*, vbi ponit regulam, & magistraliter loquitur, *Paris. num.*73. *extra, de testib. Zabarell. in cap. ex tenore, col.*1. *in fin. vers. indirecta vero, & col.*2. *post prin. vers. indirecta vero contrarietas, extra, eod. tit. de testib. Zabarell. in clem.*2. *nu.*3. *vers. indirecta est autem, & ibid. Bonifac. nu.*122. vbi ponit quatuor exempla de testibus, *Alber. d. c.*7. *n.*120. *vers. sed quando testes, Lanfr. ad d. c. quoniam contra, in verbo*, testium depositiones, *nu.*41. *in fin. vers. & dicitur quis, extra, de probat.*

ARGVMENTVM.

Didicisse testificata quando quis dicatur.

SVMMARIA.

*Testium etiam non facta publicatione, non possunt produci ab eo, qui didicit testificata, & an econtra sola publicatio sufficiat absque eo, quod sint didicita testificata, remissiue, n.*34.

*Testificata non dicitur didicisse is, qui à testibus ante eorum examen audiuit, quid dicturi erant, n.*35.

Et quid si testis coram iudice parte præsente reuelauerit, quicquid in causa sciebat, an tunc pars dicatur didicisse testificata, num. 36. *& 37.*

*Testificata non dicitur didicisse pars, quæ à testibus post eorum examẽ audiuit, quidnam ipsi deposuerint, n.*38. *Amplia multo magis, quando testes examinati essent plures, & pars non ab omnibus, sed ab aliquibus tantum percunctatus est eorum depositiones, n.*39. *Limita, quando testes, qui retulerunt testificata, essent docti, amici, fideles, & veridici, nec agebatur de negotio, quod requireret magnum discursum, n.*40.

*Testificata non dicitur didicisse is, qui testium depositiones à Notario reuelante audiuit, n.*41. *Limita, si Notarius fidelis, & fide dignus, non perfunctorie, sed mature, & præmeditate testium depositiones retulerit, n.*42.

*Testificata didicisse non dicitur, quando à iudice testium depositiones quis audiuit, n.*43. *Limita* 1. *nisi iudex parti amicus, & fide dignus, non perfunctorie, sed specifice dicta testium retulerit, n.*43. *Limita* 2. *quando iudex partibus præsentibus, & audientibus, testium dicta perlegisset, n.*45.

*Testificata didicisse an dicatur pars, quæ ab aduersa parte testium depositiones audiuit, distingue, vt n.*46. *& 47.*

*Testificata non dicitur didicisse is, qui ab extraneo testium depositiones audiuit, n.*48. *Limita procedere, quando iste extraneus non esset doctus, vel si attestationes non perfunctorie legisset, aut verisimiliter earum plenam notitiam non habuisset, secus si illa legisset, vel alias de illu verisimilem scientiam habuisset, n.*50. *& 51.*

*Testificata dicitur didicisse is, qui à suo Aduocato, vel Procuratore, testium depositiones audiuisset, n.*49.

*Testificata non dicitur didicisse is, qui testium depositiones penes Notarium, vel alium existentes perlegit, num.*52. *licet contra, num.*53. *Limita procedere, quando non plene, aut perfecte, sed perfunctorie, & transitorie dicta testium legerit, secus si plene & perfecte perlegerit, n.*54.

*Testificata didicisse dicitur is, qui testium depositiones subtraxit, vel alio modo penes se habuit, n.*55. *Limita* 1. *procedere, dummodo penes partem reperiantur originalia, vel copiæ authentice manu Notarij, aliter secus, n.*56. *Limita* 2. *nisi pars, quæ habuit penes se attestationes, probauit se illas non legisse, nu* 57. *& quomodo dicatur hæc negatiua probata, dic, quando attestationes reperirentur clausæ & sigillatæ, n.*58.

*Testificata non dicitur didicisse is, qui testium examini præsens fuit, n.*59. *contra, n.*60 *& 61. & hæc contraria opinio est verior, num.* 62. *quatuor concurrentibus. Primo, vt pars fuerit præsens examini testium perfecte & punctualiter n* 63. *Secundo, vt sit præsens in loco, vnde omnia bene audire & percipere possit. secus si staret retro aliquem parietem, vel tanuam, num.* 64. *Tertio, vt examen fiat vulgari sermone, secus si Latino, audienti incognito, n.*65. *Quarto, dummodo pars audiens sit persona non rudis, sed docta & instructa, agaturq; de re modico discursu perceptibili, aliter secus, n.*66.

*Testificata an quis dicatur didicisse, iudicis arbitrio multum tribuitur, n.*67.

QVÆSTIO LXXV. CAP. III.

TESTES † non solum non possunt examinari post publicationem, sed etiam nec possunt examinari, non facta publicatione, quando pars, quæ vult examinare, aliquo modo sine publicatione didicit testificata, *prout infra dicam, n.*88. & rursus magna est inter Dd. controuersia, an sola publicatio impediat testium examen absque

absque eo, quod per producere volentem fuerint didicita testificata: & quidem non desunt magnæ auctoritatis viri, & numero quidem plures, qui publicationem non sufficere crediderunt absque eo, quod fuerint didicita testificata, *prout eos infra referam, num.*325. & vtcunque sit regula in hac materia promiscue (vt ita dicam,) & coniunctim ponitur per omnes Dd. quod scilicet testes, post aliorum testium publicationem, & post didicita testificata non possunt amplius examinari, *vt pariter dicam infra, num.*68. Ideo ex præmissis aperte colligitur, quod in hac materia omnino præscire oportet, quando & quomodo dicatur quis didicisse testificata. De hoc igitur in hoc 3. cap. etiam præmissorum loco verba facturi, sicut plures sunt modi, quibus quis dicitur didicisse testificata, ita & nos plures ponemus, ac etiam soluemus quæstiones.

35 QVÆRO I. An † pars dicatur didicisse testificata, si à testibus, antequam examinarẽtur, audiuerit, quid ipsi in eorum examine dicturi erant? Respondo, quod non, & consequenter non per hoc impedietur aliorum testium examinatio. *secundum Bal. in auth. qui semel, num.*5. *vers. idem multo magis*, C. *de prob.* vbi eam reddit rationem, quia scilicet sæpe testes partibus promittunt deponere vno modo, & quando examinantur, deponunt alio modo, *Odofr. in d. auth. atqui semel, n.*3. vbi aliam reddit rationem: quia scilicet iura dicunt, quod pars non potest examinare, quando didicit testificata, non autem, quãdo didicit testificanda, & est differentia inter testificata, & testificanda, *vt ibi per eum, quod & idem dixit Butrig. in tract. de testib. rubr. qualiter exception. oppon. nu.*17. *addo ad præmissa Salyc. in d. auth. atqui semel, n.*10. *vers. ex hoc infertur*, *& ibi etiam Castrens. num.*17. *addo & Marian. in c. fraternitatis, n.*41. *in fin. vers. & ex prædictis, tuncto num.*42. *Gabr tit. de testibus, lib.*1. *con. l* 21. *n.*18.

36 LIMITA † Huius primæ quæst. conclusionem non procedere, quando testes reuelassent partibus, quid dicturi erant iudice præsente, dicendo puta: Domine iudex, de ista causa nescimus, nisi tale quid, &c. Ex hoc enim parti audienti, censetur præclusa via ad producendum alios testes, secundum Alber. *in d. auth. atqui semel, n.*2. *in fin.* C. *de prob.* vbi, quod ita vidit bene in iudicio ser-
37 uari. Sed † contrarium in hoc voluit Buttrig. *in tract. de testib. d. rubr. qualiter exception. opponen. eod n.*17.

38 QVÆRO II. An † pars dicatur didicisse testificata, si à testibus post eorum examen audiuit eorum depositiones? Respondo, quod non, nec propterea excluditur à productione & examine aliorum testium, *secundum Bart. in auth. at qui semel, post nu* 19. *vers. nec sufficeret, & n.*21. *Bald. ibid. n.*5. *vers. sed reuocatur in dubium, Salyc. n.*10. *in prin. Castren. sub num.*5. *Ioan. Sicard. num.*10. C. *de probat. Henric. Boyc. in c. fraternitatis, num* 6. *vers. aut testibus publicatis, Buttrig. numer.*14. *colum.*7. *vers. quæ iam publicatio, quæ fit à teste, &c. vbi reddit duas rationes, Imol. num.*13. *ad fin. vers. secus si dum forte didicisset per assertionem à testibus*, *Marian. numer.*22. *versicul. tamen quantum attinet, &c. vbi & ipse affert duas rationes, & numer.*54. *vers. Innocentius tamen, & num.*55. *& seq. vbi bene comprobat, refert concordantes, respondet contrario, & testatur de communi,* * *extra, de testibus*, *Imol. in cap. seres, colum. final. in fin. versicul. & adde etiam, extra, eod. Bald. in cap. constitutus, il* 2. *num.*3. *in fin. eod. tit. de testibus*, *Ancharan. in clement.*2. *num* 11. *versicul plus dicit Bartol. de testibus*, *Crot. in tract. de testibus, numer.*268. *in fin. in* 11. *fallent. Socin. regul.*403. *in* 25. *fallent. Campeg. reg.*268. *in* 34. *fallent. Gabr. tit. de testib lib.*1. *conclus.*21. *num.*117. *Pract. Corradi, titul. de testibus, rubr. de recept post term. nu.*47. *fol.*137. *col.*1. *in fin. in* 24 *&* 25 *fallen. Andr. Gail. obser.*105. *lib.*1. *num* 3. *vers. idem est, si ab ipsis testibus audiuisset.*

39 AMPLIA † huius secundæ quæstionis conclusionem multo magis procedere, quando essent examinati plures testes, & pars didicisset testificata non ab omnibus, sed ab aliquibus, quia tunc eo minus impeditur alios examinare, *secundum Alber. in d. auth. si qui semel, n.*7. *in fin. vers. dicit etiam*, C. *de prob. Marian. in d. cap. fraternitatis, n.*57. *in fin. vers. & intellige, extr. de testib.*

LIMITA † Eandem conclusionem non procedere, quando testes, qui retulerunt testificata parti, sunt docti, & multum amici, fideles, & veridici, nec agebatur de negotio, quod requireret magnum discursum: tunc enim potest procedere secunda opinio. si vero est negotium, quod non modico discursu percipitur, & testes non essent multum docti, nec amici, & fideles partis, & tunc procedat prima opinio communis; ita concordando contraria, sub dubio, & per verbum *forte*, declarat Marian. *in d. c. fraternitatis, num.*56. *in fin. vers. sed forte posset concordari, tuncto num.*57. *extr. de testib.* 4

QVÆRO III. An † dicatur quis didicisse testificata, si illa didicit à Notario testium depositiones reuelante? Respondo, quod non, & propterea talis reuelatio non impediet aliorum testium productionem, *secundum Butr. in c. fraternitatis, n.*14. *col.*7. *in fi. vers. item de publicatione verbali facta à Notario, & ibi etiam Maria. n.*22. *vers. quædam est publicatio, quæ fit à Notario, & n.*58. *extr. de testib.* 4

LIMITA † Huius tertiæ quæstionis conclusionem procedere, quando Notarius perfunctorie, aut verbo volatili retulisset attestationes, & nõ esset multum doctus, nec talis, vt ei fides adhiberi possit, & maxime si ageretur de re modico discursu non percebibili, secus autem, si non perfunctorie, sed mature, & præmeditate facta esset relatio per Notarium fidelem, & talem, cui pars deberet fidem adhibere, & maxime si eadem pars super dictis testium disputationem cum Notario assumpsisset, vel esset res, quæ modico discursu percipere- retur, *secundum Marian. in d. c. fraternitatis, eod. nu.*58. *vers. ege tamen hoc intelligerem.* Imo secundum Butr. *ibid. n.*14. *col.*7 *ad fin. vers. item de publicatione verbali*, *&c.* ad hoc, vt limitatio habeat locum, videtur sufficere, quod Notarius plene percunctatus fuerit dicta testium, & postea illa deliberate parti reuelauerit. 4

QVÆRO IV. An † dicatur quis didicisse testificata, si à iudice audiuit, quidnam testes ipsi deposuerũt? Respondo, quod non, & propterea talis scientia habita à iudice, nõ impediet productionem aliorum testium, *secundum Butr. in c. fraternitatu, n* 14. *col.*7. *in fin. vers. idem de publicatione, quæ fieret solo verbo iudicis*, *extr. de testib. Marian. in d. c fraternitatis, nu.*60. *in princ.* vbi de iudice idem dixit seruandum, quod modo dixi de Notario. Addo pro hac eadem conclusione eundem Butr. *in c. series, col. final. vers. quædam est publicatio verbalis. & ibi etiam Abb. n.*5. *col.*4 *ante med. vers. vnde legitur quinto, extra, eodem, Bonifac. in clem.* 2. *n.*119. *de testib.* 4

LIMITA I. Quia † etiam in iudice considerandum est, an perfunctorie, & generaliter firmauerit testes probare, vel non probare, an vero specifice testium dicta retulerit: item an sit amicus, fide dignus, & fidelis (licet in hoc in fidelitate vtatur,) vt ei pars credere debeat. an vero secus: item an eadem pars sit docta, & instructa, an vero rudis, & idiota, & an demum agatur de re, modico vel non modico discursu perceptibili, *Marian. in d. c fraternitatis, eodem, n.*60. *extr. de testib.* 4

LIMITA II. Eandem † conclusionem non procedere, quando iudex partibus præsentibus, tacentibus, & audientibus legeret testium depositiones, quia tunc sine dubio dicerentur testificata didicita, & propterea non possent alij testes examinari, *secundum Bonif. in clem.*2. *n.*19. *vers. vbi autem iudex, de testib.* Vide tamen ad declarationem huius limitationis, quæ dixi *infr. hoc eod cap. in* 7. *quæst.* 4

QVÆRO V. An † quis dicatur didicisse testificata, quando testium depositiones ab aduersa parte audiuit? Respondo quod si vna pars dicat alteri simplicter, Rr* 2 ter.

ter, esse, vel non esse probatum, absque percunctatione eorum, quæ specialiter testes dixerunt: tunc testificata non dicuntur didicita. *secundum Butr. in c. fraternitatis, nu. 14. col. 7. ad fin. vers. idem de publicatione verbali partium, & ibi etiam Marian. num. 22. vers. quædam est publicatio, quæ fit à partibus, &c. & num. 59. in prin. extra, de testib. Bonif. in clem. 2. n. 118. eod. tit. de testib.*

47 Si † vero inter partes fuit deliberata disputatio, & specialis inquisitio super dictis testium, & tunc talis scientia attestationum, sic per disputationem habita excludit facultatem producendi alios testes. Sic enim concludit text. *in auth. atqui semel. C. de prob. ibi, aut ab aduersario hoc faciente disputationem aperiri*, & per istum text. ac etiam per text. *in § quia vero, in auth. ut. de testib.* in quo adsunt eadem verba, tradidit Marian. *ind. c. fraternitatis, nu. 22. ad fin. versic. quædam est publicatio attestationum inter partes deliberata, &c. n. 59. vers. aut inter partes.*

48 QVARO VI. An † quis dicatur didicisse testificata, si eorum scientiam habuit non à testibus, nō à Notario, non à iudice, nec à parte, sed ab aliqua alia extranea persona? Respondeo, quod non. Non enim præsumitur, quod extraneus sit magis informatus de attestationibus, quam ipsæ partes, ideo talis scientia non excludit ab examine aliorum testium, *secundum Butr. in cap. fraternitatis, n. 14. col. 7 in fin. ver. item de alia publicatione extranea, & ibi etiam Marian. n. 61 in prin. extr. de testib.*

49 LIMITA I. Huius † sextæ quæst. conclusionem non procedere, quando quis didicisset testificata à suo Aduocato, vel Procuratore, qui iam depositiones testium perlegisset, & præmanibus habuisset: tunc enim excluditur ab aliorum testium productione, *text. est in §. quia vero, in vers. si vero, ibi, neq; ipse, neq; aliquis aduocatorum eius, aut alius pro eo agens, & ibi gl. in verbo, agens, quæ extendit etiam ad tutorem & curatorem, & Angel. n. 19. in fin. vers. nunc restat, in auth. de testib. ad idem text. in auth. atqui semel in eisdem verbis, ibi, vel aliquis aduocatorum eius, vel alius pro eo agens. & ibi Bart. n. 21. vers. item si Procurator, seu Aduocatus, vel actor eius vidisset, &c. Odofred. ante n. 1. vers. si D. actor. Cast. n. 6. vers. idem si fuisset penes aduocatum vel procuratorem, Io. Suard. n. 3. in fin. vers. quam regulam, uncto n. 4. C. de probat.*

50 LIMITA II. Eandem † conclusionem procedere, quando ille extraneus, à quo didicit testificata, esset non multum doctus, vel talis, cui ipsa pars credere non deberet, vel etiam si asseueret perfunctorie legisse attestationes, vel tantum legi audiuisse, vel se præsentem examini fuisse, agaturque de re non modico discursu perceptibili. His enim casibus habita attestationum scientia ab extraneo, non excludit a noua testium productione *secundum Marian. in d. cap. fraternitatis, n. 61. ver. tunc ponderandum esset, & a luerten tium, de testib.*

51 Secus † autem, si probaretur, quod iste extraneus, qui retulit parti dicta testium, eorum attestationes legisset, tractasset, percunctatus fuisset, subtraxisset, aut aliquo alio modo penes se habuisset, aut quid simile fecisset, ex quo verisimiliter veram scientiam attestationum habere potuerit: tunc enim talis reuelatio facta ab extraneo parti, præcludit viam vlterioris probationis, *prout declarat Marian. in d. c. fraternitatis, nu. 61. vers. sed si probaretur, nec ibi ante eum assentit Butr. col. 7 in fin vers. nisi plene se instruxerint, &c.* vbi loquitur, quando extraneus plene instructus de dictis testium, super illis disputauit cum parte, *& col 8. ante med. vers. item si didicerit per aduocatum, &c.* vbi pariter loquitur, quando extraneus perfecte viderit dicta testium.

52 QVÆRO VII. An † dicatur quis didicisse testificata, & sic an excludatur à productione aliorum testium, quando iam testificata perlegit, puta, penes Notarium, vel aliam personā, etiam quod illa penes se non habuerit? Respondeo, quod sic, *secundum Belamer. in fraternitatis, n. 23. vers. aut testibus publicatis, & ibi etiam Marian. nu. 51. vers. secundo modo, extr. de testib. Lanfranc. in suo tract. de testib. ad c. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, extra, de testib. ad c. quoniam contra, in verbo, testium depositiones, extra, deprobat.* Quamuis † contrarium voluerit Paris. post Bal. 53 & Rom. quos allegat *in 1. addit. ad Bart. in auth. atqui semel, in vers. item si quis vidit dicta test. C. de prob.*

LIMITA † Huius septimæ quæstionis conclusionem procedere, quando pars plene, aut perfecte, & nō perfunctorie, &, vt dicunt Dd. transcursorie dicta testium perlegit: tunc enim dicitur didicisse testificata, & ab vlteriori testium productione excluditur: secus autem, si non plene, aut perfecte, sed transcursorie, & perfunctorie testium depositiones perlegerit, *secund. Bartol. in auth. atqui semel, num. 19. ver. vel si dictum eorum, vel librum transcursorie viderit, & ibi etiam Bald. nu. 5. in fin. vers. sed pone. Alber. n. 7. vers. aliud etiam est multum notandum, Salyc. nu. 11. Cast. n. 5 in fin. C. de prob. Imol. in c. fraternitatis, n. 13. ad fin. & ibi etiam Mar n. 51. ad fin. vers. secundo modo, &c.* (vbi etiam, quid si pars legens esset persona simplex, rudis, vel indocta, & econtra, & quid si etiam ageretur de re, modico discursu perceptibili, vel econtra,) *Fel. n. 10. vers. item limita, il 1.* (vbi etiam, quod in dubio ex lectura, & visione attestationum non præsumitur, legentem plene & perfecte dicta testium percunctatum fuisse, *ext. de testib.*) *Imol. in cap series, col fin. in fin. vers. & quoniam etiam, extr. eod. Bal. in c. constitutus, il 2. n. 3. eod. tit. de testib. Anchar. in clem. 2. n. 11. vers. vel librum att. stationum transcursorie viderit, de testibus, Alber. in tract. de testib. c. 7. n. 133. Lanfranc. de testib. nu. 36. & ibi Add. n in vers. illum,* (vbi etiam, quid si legens sit homo solers,) *Socin reg 403 in 16. fall. Campeg. reg. 268 in 31 fall Gabr. tit. de testib. lib. 1. concl. 21. n. 116. & n. 141.* vbi præsertim, quando, antequam pars perficisset legere deserum, quando, antequam pars perfecisset legere deserum, fuerunt per Notarium ab illius manibus depositiones, fuerunt per Notarium ab illius manibus eæ reptæ, *Pract. Corrad. tit. de testib. rub. de recept post term. n. 47. fol. 137. col. 1. in 15 fall. And. Gail. obser. 105. n. 3. vers. imo aliæ testes, lib. 1. Cæsar Vrsil. in addit. ad Afflict. decis. 216. sub n. 6. Alex. Stiat. in pract. tud. c. 18. n 37.* vbi præsertim, quando legens erat persona rudis, & simplex.

55 QVÆRO VIII. An † dicatur quis didicisse testificata ex eo, quod illa subtraxerit, vel alias penes se disigillata reperiuntur? Respondeo, quod sic, ad text. *in § quia vero, in vers. si vero deducens, ibi, quod neq; subtraxerit, &c. in auth. de testib. notant Dd. & præcipue Bart in auth. atqui semel, n. 19 in prin. Bal. n. 5. in fin. vers. adde tamen, Alb. n. 4 post med. vers. secus si penes partem, & nu. 7. vers. contrarium tamen,* vbi, quod ita in iudicio seruatur, *Sal. n. 11. vers. addit Bald. &c. Cast n. 6.* vbi ampliat, etiam quod attestationes fuissent penes Aduocatum, vel Procuratorem, (de quo tamen dixi *supr. n. 49.*) *C. de prob.* Eo enim ipso, quod attestationes reperiuntur penes partem, præsumitur eandem partem didicisse, ac perlegisse testificata, etiam quod aliter expresse non constet, quod illa perlegerit, aut didicerit, prout est text. *in c. constitutus, & ibi gl. in verbo, depositis, & ibi Innoc. col. 2. vers. Papa autem respondet, & d. col. 2. in fin. in verbo, depositis, Host. n 2. in prin. & d. n. 2. in fin. in eod. verbo, depositis, Io. Andr n. 1. in summar. Bald. in summar. & in figur. casus, vers. quærebatur, an posset, & n. 1. vers. secundo notabo, depositis, & ibi Innoc. col. 2. vers. Papa autem respondet, & d. col. 2. in fin. in verbo, depositis, Host. n 2. in prin. & d. n. 2. in fin. in eod. verbo, depositis, Io. Andr n. 1. in summar. Bald. in summar. & in figur. casus, vers. quærebatur, an posset, & n. 1. vers. secundo nota, Bella. in summario, & nu. 11. in fin. vers. præterea, &c. & subnota, Bella. in summario, & nu. 11. in fin. vers. præterea, &c. & subnota, Bella. in summario, & nu. 11. in fin. vers. præterea, &c. & subnota, Bella. in summario, & nu. 11. in fin. vers. præterea, &c. & sub nu. 12. vers. subdit etiam Innoc. iuncto n. 13. But. nu. 1. & nu. 4. & nu. 12. vers. subdit etiam Innoc. iuncto n. 13. But. nu. 1. & nu. 4. & n. 7. Imol. col. 1. in prin. & col. 2. post prin. & d. col. 2. n. 3. vers. item nota. Anchar. in summario, & n. 3. vers. tertio nota, Zabar. col. 1. in princ. vers. & ad producendum testes, & colum. 2. in fin. vers. in gloss. eo ipso. Anan. n. 1. in prin. & n. 2. Abb in summario, & nu. 3. vers. secundum alium intellectum, & n. 4 vers. sed tu tenes, Aretin. ante n. 1. vers. & sic testis examinatus, & n .6 Fel. in summario, & n. 4. extr. de test. b. Anchar. in clem. 2. n. 11. a. 1 med. vers. sed tunc demum, si liber deprehenditur apud eum, eod tit de testibus, (Campeg. reg 334. ver. octauo si attestationes, &c. Gab. tit. de testib. lib. 1. concl. 21. n. 30.*

56 LIMITA I. Huius † octauæ quæstionis conclusionem procedere, quando penes partem reperiuntur ipsa-

rum attestationum originalia, vel etiam copiæ, scriptæ tamen manu Notarij, secus si essent copiæ scriptæ manu alterius Notarij, vel personæ, *secundum Bal. in l. fin. ff. quemad. testam. aper. quem refert Marian. in c. fraternitatis, n. 53. vers. quod tamen videtur limitandum, extr. de testib.* Et licet de hac limitatione videatur dubitare idem Marian. *d. nu. 53. vers. sed tu aduerte*, eam tamen sequuti sunt Franc. Curt. *in addit. ad Castren. in auth. atqui semel, n. 6. lit. A. C. de probat. Socin. reg. 403. in 24. fall. Campeg. reg. 268. in 33. fallen. Gab. tit. de testib. lib. 1. concl. 21. n. 118. vers. & idem quando, &c. iuncto n. 119. Pract. Corradi tit. de testib. rub. de recept. post term. n. 47. fol. 137. col. 1. in fin. in 13. fallen. Alex. Stiat. in pract. iudic. c. 18. nu 70. & 71.* vbi pariter limitationem procedere ait in exemplo authenticato cum signo & subscriptione Notarij, secus in exemplo in forma probanti.

57 LIMITA II. Eandem † conclusionem non procedere, quando pars, quæ habuit penes se attestationes, probaret, se illa non legisse, nec didicisse, hæc enim probatio non tollit præsumptionem, de qua supra, *vt per Marian. in d. c. fraternitatis, n. 53. vers. item aduerte, extra. de testib. Hostien. in c. constitutus, col. 2. in fin. n. 2. vers. vel dic, Joan. Andr. nu. 10. Bald. n. 1. in fin. vers. quod intelligit Bellamer. ante n. 1. col. 3. post prin. vers. quod est verum, & post nu. 13. Butr. nu. 7. vers. in quantum glos. Imol. n. 3. vers. quod intellige, Anchar. n. 3. vers. quod est verum, Zabar. col. 2. in fin. vers. & hoc si fuerunt depositæ, non sigillatæ, Anan. nu. 2. vers. quod intellige verum, Abb. n. 3. vers. nisi attestationes clausæ, & nu. 4 post med. vers. sed tu tenes, Aret. n. 6. vers. nisi forte, extra, de testib.* Quibus † in lo- 58
* cis prædicti Dd. communiter * asserunt, satis dici probatum, non fuisse didicita testificata eo ipso, quod attestationes penes partem reperiantur non disigillatæ, sed clausæ, *quod & idem voluerunt Marian. in d. c. fraternitatis, sub nu. 47. & 48. & Campeg. reg. 332. vers. octauo si attestationes, & in proposito vide Angel. in § quia vero, nu. 19. in fin. vers. nunc restat, in auth. de testib.* vbi dixit, quod non sufficit habuisse librum attestationum penes se, nisi etiam quis legitime percunctatus fuerit.

59 QVÆRO IX. Tu † scis, quod testes debent secrete examinari, & propterea partes illorū examini præsentes esse non possunt, *prout infr. suo loco dicam, & in specie animaduertit Marian. in d. c. fraternitatis, n. 22. in fin. vers. nam vt dixi, & nu. 61. vers. cum testes secrete recipi debeant.* Quid tamen, si vna pars culpa aut dolo examinantis fuerit præsens examini, audiuitque, quicquid testes deposuerūt, an dicatur didicisse testificata, ita vt à productione aliorum testium arceatur? Respondeo, quod non, *secūdum opinionem, quam tenuerunt Marian. in d. c. fraternitatis, nu. 22. vers. quædam est publicatio, quæ habetur à parte. & nu. 51. vers. D. meus, &c. extr. de testib. Butrig. in c. ferues, col. final. vers. quædam est publicatio, quæ fit præsenti, & ibi etiam Abb. col. 4. ad med. vers. vel 6. eod. tit. de testib.*

60 Contrarium, † quod isto casu dicantur didicita testificata, voluit Bart. *in auth atqui semel, n. 19 vers. si viderit legi, & examinari perfecte, & punctualiter, &c. C. de probat.* & in hac contraria opinione residere videtur etiam Spec. *in tit. de teste, § satis vtiliter, n. 11.*

61 Et † hanc eandem opinionem tenuit gl. *in c in primis, in verbo, præsenti, 2. q. 1. prout eam refert Marian. in d. c. fraternitatis, d. nu. 51. in prin. ita etiam videtur de mente Aret. in c. series. n. 14. ad med. vers. sed istud dictum non videtur esse verum, extra, de testib. post Butr. quem allegat in c. vltra tertiam, extra, eodem. Addo & pro hac eadem opinione Anchar. in clement. 2. n. 11. post med. vers. idem si viderit legi, & examinari, de testib.*

62 Quid dicendum? Dic, hanc † secundam opinionem esse veriorem, quatuor concurrentibus, & non alias.

63 Primo, vt † fuerit pars præsens perfecte & punctualiter examini testium, *sic enim loquuntur Bart. & Anchar. in locis nuper allegatis.* Secus autem si pars non fuit præsens pleno & perfecto examini, per ea, quæ in fortioribus terminis tradiderunt Dd. *supr. n. 54.*

Secundo, vt † eadem pars sit omnino præsens exa- 64
mini testium, & in loco, vnde omnia bene posset audire, & percipere: secus si staret retro aliquem parietem, vel ianuam, vnde non posset perfecte testium responsiones intelligere, *vt per Fel. in c. fraternitatis, n. 10. vers. item limita, il 1. extr. de testib.*

Tertio, vt † testium examen fiat vulgari sermone: 65 secus autem, si testium responsiones reciperentur Latino sermone, vel alio idiomate parti audienti incognito, *secundum Marian. in d. c. fraternitatis, n. 51. vers. quid enim, extra, de testib. per text. in l. coram, ff. de verb. signif. & in l. diem proferre, § coram, ff. de arbitr.*

Quarto, vt † eadem pars sit persona non rudis, sed 66 docta, & instructa, agaturq; de re modico discursu perceptibili, ita vt verisimile sit, ipsam bene discernere potuisse, an testes probarent, vel ne: secus autem si esset persona rudis, & simplex, & præsertim ageretur de re non modico discursu perceptibili, *secundum Mar. in d. c. fraternitatis, n. 51. vers. ego arbitror, extra, de testib.*

Et † sic ex præmissis patet, quod in hac materia, quā- 67
do scilicet dicatur quis didicisse testificata, *Plurimum versatur iudicantis arbitrium, sicuti regulare est in materia testium, quanta, & quibus sit testibus adhibenda fides, l. 3. § tu magu. ff. de testib. & ideo requirit iudicem prudentem, & bonum, non asinum plumbeum, aut iudicem pannosum, ouero budi panno, o mazzacane, prout sunt multi castra porcellæ, qui vadunt continue pro assessoribus, nihil scientiæ, aut doctrinæ, & minus prudentiæ, aut discretionis habentes, & quod peius est, non verentur ad magnificas ciuitates accedere, cum potius porcis aut pecudibus legem dare deberent, quam hominibus iura administrare.* Hæc fuerunt verba Marian. *in d. c. fraternitatis, n. 61. ad fin vers. & sic patet, extr. de testib.*

ARGVMENTVM.

Testes, an & quando possint examinari post publicationem, & quando examinati probent, vel non?

SVMMARIA.

Regulariter post publicationem, & didicita testificata testes non possunt examinari super eisdem articulis, vel directo contrariis, nu. 68. Ratio istius regulæ est timor subornationis, n. 69. Sed an hæc sit sola ratio, & an alia possint afferri rationes, numer. 70. & 71.

Testes post publicationem non solum non possunt examinari alij, sed nec etiam iidem repeti, n. 72.

Testes post publicationem non solum non possunt examinari, numer. 73.

Testes nec etiam possunt examinari, postquam à parte fuit renunciatum probationibus, n. 74.

Testes non solum non possunt examinari post publicationem in causa principali, sed nec etiam in causa appellationis, n. 75.

Testes non possunt examinari post publicationem, etiam quod producere volens non didicerit testificata, n. 76.

Testes post publicationem non solum non possunt examinari super eisdem articulis, sed nec etiam super aliis diuersis, & nouis, nu. 77. contra, n. 78. distingue, vt n. 79. & nouis articulis isto casu dicuntur, non solum respectu rei petitæ, sed etiam respectu actionis intentatæ: exemplum, n. 80. & post publicationem nouis articulis non admittuntur tam ex parte actoris, quam ex parte rei, nu. 81. sed in materia aduerte, vt post publicationem non possint testes super nouis articulis examinari, quando scil. sunt omnino noui, & impertinētes ad causam, secus si sint pertinētes, dependentes, aut aliquo modo inclusi sub primis n 82.

Testes post publicationem non possunt examinari in causis summariis, etiam quod agatur sine strepitu & figura iudicij, etiam in foro mercatorum, vel alio, in quo sola æquitas seruetur, ac etiam in causis, in quibus procedatur sola facti veritate inspecta, n. 83. Contra, n 84. Prima opinio magis placet, n. 85.

Testes non possunt examinari post didicita testificata, siue quis illa didicerit per se, siue etiam per alium, n. 86. limita remissiue, vt num. 87.

Testes non possunt examinari post didicita testificata, etiam quod eorum non sit facta publicatio, n.88.

Testes non possunt examinari post didicita testificata, non solum si didicit testificata sua, sed etiam si didicit testificata partis aduersæ, sufficit enim, ex vna tantum parte fuisse factam testium publicationem, n.89.

Verum si vna pars didicit testificata, & alia non, illa, quæ non didicit, non excluditur à probando, n.90.

Testes post publicationem non possunt examinari, etiam super aliis & diuersis, inclusis tamen sub primis de necessitate probationis & facti, nu.91. Exemplum, n.92. sed an possint examinari super articulis inclusis sub primis de necessitate facti, sed non de necessitate probationis, remissiue, n.93.

Testium publicatio non solum obstat principali litiganti, sed etiam eius hæredi, & successori, nu.94. Cui tamen isto casu succurritur per viam restitutionis, ex capite ignorantiæ, n.95.

Testes post publicationem non possunt examinari, etiam quod non formatis articulis fuerint producti super libello, & tota causa, n.96. Declara, vt n.97.

Testes si sint nulliter & non rite examinati, tunc post eorum publicationem possunt alij examinari, n.98.

Testes possunt examinari post publicationem, quando publicatio est nulla, n.99 & quando publicatio dicatur nulla, n.100.

Testium publicatio de iure ff. non impediebat aliorum testium productionem, n.101.

Testium publicatio facta in vno iudicio, & in vna instantia, non impedit examen aliorum testium in alio iudicio, & in alia instantia, n.102. Limita 1. quando exceptio rei iudicatæ in vno iudicio & instantia obstat in alio, n.103. Limita 2. quando vltra publicationem pars etiam didicit testificata, nu.104. Limita 3. quando etsi iudicia sint diuersa, personæ tamen sint eædem, eadem agendi causa, & idem petitur, n.105. Limita 4. quando in vna instantia, & in vno iudicio fuisset plene cognitum, n.106.

Testium publicatio facta in summario iudicio, puta in possessorio, non impedit productionem aliorum testium in plenario, vt puta in petitorio, n.107. & quid econtra, n.109. & quod publicatio testium examinatorum in præparatorijs non impediat alios testes examinari etiam in causa principali, & etiam super eisdem articulis, nu.108. verum si in summario iudicio testes essent plenarie recepti, tunc obstat publicatio, num.110. & quid isto casu de testium repetitione, remissiue, n.111.

Testium publicatione facta coram arbitro, non impediuntur testes examinari coram iudice, nu.112. Amplia 1. vt idem sit in publicatione testium facta coram arbitratore, nu.113. Amplia 2. vt coram arbitro vel arbitratore testis possint examinari etiam post publicationem, nu.114. Limita 1. quando pars vellet stare testibus examinatis coram arbitro, vel arbitratore, nam tunc facta eorum publicatione, non possunt alij testes examinari coram iudice, nu.115. Limita 2. quando testes examinati coram arbitro essent mortui, n.116. Sed quid si mutetur iudicium de iudice ad arbitrum vel arbitratorem, an publicatio testium facta coram iudice, impediat examen aliorum testium coram dicto arbitro vel arbitratore, n.117. & seq.

Testes possunt examinari in iudicio nullitatis, etiam quod in primo iudicio fuerit facta publicatio, n.119. Quod procedit, dummodo testes in iudicio nullitatis examinandi non tendant ad eundem finem, ad quem tendebant primi testes examinati in primo iudicio causæ principalis, secus si tendebant ad eundem finem, n.120. sed quid si nullitas in nouo iudicio intentata respiciat non defectum ordinis iudiciarij, sed meritum causæ, n.121.

Testes semper possunt examinari post publicationem, quando sumus in casu, in quo exceptio rei iudicatæ non obstat, n.122.

Vt puta in causa matrimoniali, n.123. remissiue.

Idem in testificatione peritorum, n.124. & seq.

Testium de credulitate deponentium facta publicatio non impedit examen testium deponentium de veritate facti, n.126.

Testes possunt examinari post publicationem super valore rei, numer.127.

Testes possunt examinari post publicationem, quando variatur modus agendi, nu.128. vt puta, quando mutatur iudicium de causa ciuili ad criminalem, n.130. licet alij contra, n.129. sed quid si non variatur modus agendi, sed tantummodo variatur modus probandi, n.131.

Testium publicatio non obstat, quando sumus inter diuersas personas, n.132.

Testium publicatio facta inter partes principales non obstat tertio comparenti pro suo interesse, n.133. Limita 1. procedere, dummodo tertius compareat ante conclusionem in causa: secus si compareat postea, num.134. Limita 2. quando idem tertius fuisset in iudicio liti assistens, & præsens publicationi facta, numer.135.

Testes post publicationem possunt examinari super articulis dependentibus à primis, nu.136. Limita, nisi testes publicati fuerint producti, ac etiam iurauerint super articulis, & tota causa, n.137. Declara limitationem, vt n.138.

Testes post publicationem possunt examinari super directo contrario, nu.139. & hoc procedit siue in continenti post publicationem, siue etiam cum interuallo testes fuerint producti, num. 140. & seq. Limita, vt in seq. vers.

Testes admittuntur post publicationem ad probandum indirecte contrarium, quando in primis articulis non fuit expressus certus locus, & certum tempus: & sic non potuit pars de dicto loco & tempore instrui, secus si aliter, nu 142. licet contra hanc distinctionem, n.143.

Testes post publicationem admittuntur ad probandum falsitatem testium publicatorum, n.144. licet alij contra, n.145. Verum hæc contraria opinio potest procedere, vel quando primi testes publicati redarguuntur de falso per indirectum, num.146. vel quando sumus in causa matrimoniali, nu.147. & tamen etiam prima opinio declaratur, vt procedat, quando agitur ciuiliter ad rescissionem sententiæ: secus si ageretur ad puniendos testes falsos, & eorum subornatores, n.148. & etiam aduersus sententiam latam ex falsis testibus datur restitutio non solum minori, sed etiam maiori, n.149.

Testes examinantur post publicationem, quando in secundis articulis deducitur primorum testium falsitas cum diruptione, n. 150. & quomodo dicatur articulata corruptio, n.151.

Testes examinantur post publicationem, quando in secundis articulis reprobantur primi testes, & quoad dicta, & quoad personas, n.152.

Idem si agatur de reprobando tantum personas publicatorum testium, n.153. licet alij contra, n.154.

Testes post publicationem admittuntur, quando agitur de reprobando testes reprobatorios partis aduersæ, ac de confirmando primorum testium probationem, num.155 licet alij contra, numer.156. Limita 1. dummodo in primis articulis non fuerint expressi tempus & locus, secus si fuerit facta expressio loci & temporis, num.157. Limita 2. dummodo non fuerint publicatæ attestationes aduersarij reprobantes primos testes, secus autem, si illæ fuerint publicatæ, num.158. Limita 3. dummodo vltimum capitulum coadiuuans primum, sit aduersum à primo, secus si idem, num.159. Contra, num.160. Limita 4. dummodo producens iuraret, se non produere malitiose, & c. numer.161. Limita 5. quia in hoc multum iudicis arbitrio tribuitur, n.162.

Testes ad probandum confessionem partis, sicut & ipsa confessio, possunt testes etiam post publicationem produci, n.163.

Testium publicatio non impedit productionem instrumentorum, & aliorum iurium, n.164.

Idem, quando producuntur testes & instrumenta simul, nu.165. licet alij contra, n.166. Declara, vt n.167.

Testes post publicationem possunt examinari etiam super directe contrarijs, quando nihil potest imputari parti, quare prius non examinauit, n.168.

Testes possunt examinari post publicationem, quando pars ex articulis partis aduersæ non potuit instrui de eo, super quo vult producere testes, n.169.

Testes possunt post publicationem examinari, quando primi articuli partis aduersæ fuerunt confuse formati, n.170.

Testes

Testes possunt post publicationem examinari, quando producuntur super notorio, nu.171.

Testes possunt post publicationem examinari, quando quis vult probare contrarium per euidentiam facti, nu.172. Limita, vt num.173.

Testes post publicationem possunt examinari super fama, & quando hoc verum sit, nu.174. & quid super bona vel mala fama alicuius, nu.175.

Testes possunt examinari post publicationem, vbi agitur de periculo animarum, nu.176.

Idem in causis beneficialibus maximè curatis, nu.177.

Idem in causa Monachatus, nu.178.

Testes possunt examinari post publicationem de consensu partium, nu.179. licet quidam contra. num.180. Limita in materia tangente bonum publicum, nu.181.

Testes recepti post publicationem parte non opponente probant: quia talis receptio non est ipso iure nulla, num.182. licet alij contra. nu.183.

Testes possunt post publicationem examinari ex officio iudicis, licet non ad instantiam partis, nu.184. & sequ. vbi etiam quod illo casu multo magis potest interrogare partem.

Testes possunt examinari à iudice post publicationem, quando pars ad illius aures testes examinandos nominat, & postea se absentem facit, n.186. verum hæc cautela reprobatur, n.187.

Testes possunt post publicationem examinari in causis criminalibus remissiue, nu.188.

Testes & nominatus possunt post publicationem examinari ad comprobationem instrumenti, nu.189.

Testes de nouo reperti possunt examinari post publicationem, numer.190. contra, nu.191.

Testes post publicationem possunt examinari ex superuenienti causa, verisimiliter non cogitata tempore publicationis, nu.192.

Idem quando ius probationis superuenit post publicationem, numer.193.

Idem quando agitur de probando tale quid, quod variatur ex tempore, nu.194.

Testes dignissimi & legalissimi possunt etiam post publicationem examinari, nu.195. licet alij contra, nu.196.

Testes producti si non omnes fuerunt examinati, illi, qui examinati, non possunt post publicationem examinari, nu.197. licet alij contra, nu.198. de materia vide in nu.199.

Testes si nulli sint producti super datis articulis, tunc publicatio non obstat, nu.200.

Idem quando testes fuerunt producti, sed examinati dixerunt, se nihil scire, nu.201.

Testes non fuerunt interrogati, vel non bene aut perfectè examinati, tunc possunt alij examinari etiam post publicationem, nu.202. Limita procedere, quando non fuerunt bene examinati, dolo aut culpa iudicis: secus si culpa partis, nu.203. & in dubio an præsumatur culpa iudicis, vel partis, nu.204.

Testes possunt examinari post publicationem, quando agitur de probando aliquid, quod continetur sub primis articulis, de necessitate facti, sed non de necessitate probationis, nu.205.

Hinc est, quod post publicationem possunt examinari testes ad probandum locum & tempus alicuius contractus in primis articulis deducti, num.206. licet alij contra, num.207. Limita hanc illationem de loco & tempore duobus modis, num. 208. & 209.

Testes possunt examinari post publicationem, quando agitur de probando aliquam qualitatem alicuius contractus in primis articulis deducti & probati, nu.210. Limita vt num.211. & quid si publicatio fuerit facta, ac etiam didicita testificata super facto, & non super qualitate, an super qualitate possint produci testes? nu.212.

Testes post publicationem possunt examinari, quando probata alicuius excommunicatione vult quis postea probare, quod ille erat publicus excommunicatus, nu.213. Limita tribus modis, vt nu.214. 215. & 216.

Testes possunt examinari post publicationem, quando agitur de probando legitimam ætatem contrahentis, vel ingredientis religionem pro validitate contractus vel ingressus, iam in primis articulis deducti & probati, nu.217.

Testes si deposuerunt extra articulos, super aliquibus dependentibus ab eis: tunc super eisdem dependentibus, super quibus primi testes deposuerunt, etiam post eorum publicationem possunt alij testes examinari, nu.218. Limita, quando primi testes iurauerunt dicere veritatem super articulis & tota causa, nu.219. contra, nu.220. Distingue, vt nu.221.

Testes possunt etiam post publicationem examinari, quando instantia est perempta, n.222. Limita procedere, quando experemptione instantiæ resultat etiam nullitas attestationum, vt puta, quando instantia periit, vel propter ineptitudinem libelli, vel propter non contestationem litis, secus autem si perempta instantia non pereunt acta probatoria, prout est in instantia perempta ex lapsu triennij, nu.223. contra quod etiam publicatio non obstet, quādo instantia est perēpta ex lapsu triennij, n.224. item contra, quod publicatio obstet, quando instantia est perempta propter ineptitudinē libelli, d.n.223. post med.

Testes possunt examinari post publicationē, quando Princeps ita mandauit, nu.225. & Princeps censetur hoc mandasse, quando Princeps rescribit cum clausula, non obstante, nu.226. & 229. Amplia primo multo magis in Papa, nu. 227. Amplia 2. in omni Principe, non recognoscente superiorem, num. 228. Limita primo procedere, quando Princeps hoc expresse mandauit, aliter secus, num. 228. Limita 2. quia testis examinatus post publicationem ex dispensatione Principis adhuc videtur suspectus, nec iudex tenetur ei credere, nu. 230.

Testium examinatorum ad perpetuam rei memoriam facta publicatione non prohibentur alij testes examinari, nu.231. contra, nu.232. Pro concordia distingue, vt num.233. Declara, vt num.234.

Testes possunt examinari post publicationem, quando primæ attestationes publicatæ sunt deperditæ, num.235. Limita 1. hoc procedere, quando sunt deperditæ, vel à iudice, vel à Notario, vel à parte aduersa, secus si perdantur à parte producere volente, quia tunc obstat publicatio, nisi probet, se sine culpa perdidisse primas attestationes, num. 236. Limita 2. procedere, quando attestationes sunt omnino deperditæ: secus quando aliquo modo potuissent apparere, nu.237. Limita 3. quia in hoc multum iudicis arbitrio tribuitur, nu.238.

Testes possunt post publicationem examinari ad declarandam primam dubiam depositionem, nu.239.

De restitutione concedenda ad examinandum testes post publicationem remissiue, nu.240.

Testes possunt post publicationem examinari, quando sic examinandi adest consuetudo, nu.241. Licet alij contra, nu.242.

Idem quando adest statutum, nu.243.

Testes possunt post publicationem examinari ab eo, qui fuit impeditus facto aduersarij, vel iudicis, nu.244.

Idem in eo, qui didicit testificata dolo partis aduersæ, nu.245.

Idem quando iudex reuocauit publicationem, nu.246.

Idem in eo, qui oblitus fuit testificatorum dsdicitorum, nu.247.

Secus † autem de iure ciuili, & secundum opinio- 307
nem Legistarum, secundum quam communiter recep-
tum esse, quod non obstante publicatione possint re-
trigari *in l. per hanc, colum. 2. in fin. vers. sed nos communiter te-*
nemus, Cyn. num. 3. vers. Dd. nostri dicunt, & num. 4 in fin. ver-
sicul. fuerit ergo in hoc antiqui & moderni Dd. iuris nostri con-
cordes, Bartol. numer. 5. versic. illud communiter tenent Dd. no-
stri, Bald. num. 23. vers. & hæc lex. Secundum omnes Legi-
stas communiter determinat istam quæstionem Saly-
cet *numer. 3. colum. 2. post med. versicul. & ista sunt*, vbi, quod
hæc est communis * opinio Iurisstarum antiquorum, & *
modernorum, licet ipse eam reprobet, *C. de tempor. appe-*
lat. Butrigar. in authent. atqui semel, vers. verum de iure ciuili,
& ibi etiam Cyn. num. 4. in fin. Bald. num. 1. ad finem, versicul.
Legistæ dicunt, Salycet. numer. 6. versicul. sed Legistæ dicunt, &
Castrens. num. 10. versicul. breuiter, &c. C. de probat. Curt. iun.
in l. 2. numer. 111. versicul. contrariam tamen opinionem, C. de
eden. Bald. in cap. fraternitatis, numer. 10. versicul. & nota,
quod Legistæ, & ibi Butr. numer. 15. post princip. versicul. relin-
quitur ergo dubitatio, Imol. numer. 8. versicul. Legistæ tamen
communiter tenent, Adden. ad Abbat. numer. 3 litera a. post prin-
cip. Aretin. post numer. 7. ad medium, versicul. vnde Baldus, &
numer. 8. & 9. vbi adducuntur pro ea quatuor rationes,
& Ma-

rian. numer. 94. extra, de testibus, gloss. in clement. 2. in
* *verbo, in appellationis causa*, vbi, quod est communis * opi-
nio Legistarum, licet illa reprobetur in illo textu, *& ibi-*
dem Imol. numer. 8. post medium, versicul. respondet gloss. ibi poni-
tur communis opinio Legistarum, Ancharan. num. 6. & 7. Boi-
fac. num. 154. in fin. versicul. licet Dd. iuris ciuilis communiter
teneant contrarium, de testibus, Alber. de Malet. de testibus,
cap. 7. numer. 112. versicul. Legistæ tamen, iuncto ver. Bald. in d. l.
& c. Lanfranc. de testibus, num. 38. versicul. communis opinio Le-
gistarum, Campeg. reg. 177. in 3. fallent. relati per Roland. in con-
sil. 45. n. 7. lib. 2.

308 Verum † quamuis prima pars huius distinctionis nõ
* solum à Dd. sit communiter * recepta, sed nec etiam
contradictorem habeat, non tamen desunt contradi-
ctores secundæ parti distinctionis prædictæ, dicentes,
veriorem esse opinionem, quod nec etiam de iure ciui-
li possunt testes examinari in causa appellationis facta
publicatione in causa principali, *vt videre est apud Bartol.*
in d. l. per hanc, numer. 5. & 6. C. de tempor. appellat. vbi respondet
contrariis Salyc. ibid. num. 3. colum. 2. vers. tamen videamus se-
cundum ius ciuile, iuncto vers. sed aduerte prob Deo, & colum. 3.
vbi late comprobat, & respondet contrariis. Et in hac
opinione residere etiam videtur Castrens. *ibidem, nume-*
ro 4. nec dissentit glossa in cap. fraternitatis, in verbo, nouis, extra,
de testibus, per text. in § quia vero, in authent. de testibus, & glos-
sæ sententiam sequũtur ibi Anton. de Butr. num 6. iuncto nu-
mer. 15. post medium, versicul. in foro ciuili, vbi etiam respon-
det legibus ciuilibus, quæ in contrarium per Dd. addu-
cuntur, *Imol. numer. 8. per totum*, vbi late respondet con-
trariis, Abb. *num. 3. Aretin. num. 7. & seqq. vsque ad nume-*
rum 12. vbi late hanc defendit opinionem singulariter
respondendo quatuor rationibus contrariis, & testatur
* de communi * opinione, quam etiam bene defendit
Marian. *ibidem, numer. 98. in fin. versicul. sed de iure ciuili, &*
numer. 99. & pluribus sequentibus, Paris. numer. 29. Gabriel
titul. de testibus, lib. 1. conclus. 2. numer. 13. Couarruu. practic.
quæst cap. 18. post num. 6. Roland. consil. 45. numer. 11. & sequen-
* *tib. iuncto numer. 14. lib. 2. vbi testatur de magis communi, * &*
recepta opinione, Francisc. Personal. de indic. & tortur. quæst. 11.
num. 2. versicul. quod tum intelligi etiam de iure ciuili, vbi pariter
* *testatur de magis communi, * ex Roland. vbi supra.* Et ex his re-
probata limitatione proponi potest secunda ampliatio
ad regulam, vt scilicet procedat tam de iure canonico,
quam de iure ciuili. Et hæc opinio mihi semper magis
placuit

309 LIMITA II. (Et hæc † limitatio infertur ex præce-
denti,) vt regula procedat, & seruanda sit in foro ec-
clesiastico, & in terris Ecclesiæ, secus autem in foro Cæ-
saris, & in terris Imperij. Sic enim scripserunt Bellapert.
in l. per hanc, colum. 2. ad finem, vers. dicimus ergo, & ibi Cyn. nu-
mer. 4. in fin. vers. & ita in foro nostro, Bald. numer. 24. Salycet.
numer. 3. colum. 2. versicul Canonistæ tamen, iuncto versicul. &
istam opinionem dicunt seruandam in foro laicorum, C. de tem-
por appellat. Fulgos. in authent. atqui semel, numer. 3. colum. 2
versicul. si quis tamen, vbi respondet opinionibus Bartol.
volentis, quod opinio negatiua seruetur etiam in foro
Cæsaris, *& ibi Paul. de Castr. versicul. finaliter Doctores te-*
nent, quem sequi videtur ibidem Ioan. Sichard. numer. 27. C. de
probat. Angel. in § quia vero, numer. 19. colum. 3. sub versicul. vl-
timo oppono, in authent. de testibus, Curt. iun. in l. 2. C. de edend.
n. 111. versic. contrariam tamen opinionem, vbi propterea,
quod hæc opinio Legistarum seruatur apud eum, &
quod ita etiam credit seruari in toto Ducatu Mediola-
ni, prout & idem testatus fuit *in l. admonendi, numer. . .*
ff. de iureiurand. gloss. in cap. fraternitatis, in verbo, nouis, in prin-
cip. versicul. & sic etiam obseruatur in iudicio secutari, Bald. ibi-
dem, numer. 10. post medium, versicul. tu dic, Addent. ad Abb.
numer. 3. litera a. versicul. secus vero est, extra, de testibus, An-
charan. in clement. 2. numer. 7. in fin. versicul. in ista varietate,
de testibus, Lanfranc de testibus, numer. 39. in fin. vbi, quod de
facto opinio Legistarum seruatur in foro seculari, &
Canonistarum in foro Ecclesiæ, licet de iure opinio
Canonistarum esset etiam seruanda in foro seculari,
Mynsing. obseruat. 41. cent. 1. vbi, quod ita vidit obseruari
per Assessores illius Cameræ in duabus Cameris, *quem*
refert & sequitur Michael Graff. in commun. opin. lib. 2. cap. 17.
q. 30. ver. contrariam opinionem, vbi alius relatis testatur de com-
*muni, * Franc. Personal. in tract. de indic. & tortur. d. q. 11. versic. *
aliqui vero, & vers. seq.

Verum † & hæc eadem distinctio quoad eius pri- 310
mam partem communiter * recipiatur. Quamuis † Al- *
ber. de Malet. *in tract. de testib. c. 7. nu. 115. & seqq.* ausus fue- 311
rit probare, quod in foro ecclesiastico clericorum sit
etiam seruandum ius ciuile, & opinio affirmatiua.

Sed † quoad secundam partem distinctionis prædi- 312
ctæ, non desunt acerrimi contradictores, aperte tenẽ-
tes, quod proposita regula, & sic opinio negatiua de iu-
re canonum, volens facta publicatione in prima instan-
tia, non posse examinari testes in causa appellationis, sit
etiam seruanda in foro Cæsaris, *vt videre est apud Paul. de*
Castr. in l. per hanc, num. 4. ad med. vbi, quod Bartol. & Mo-
dern tenent, semper ius canonicum fore seruandum, &
quod ita communiter * seruatur, *C. de tempor. appellat. Sa-* 4
lyc. in auth. atqui semel, num. 6. in fin. vbi, quod licet glossa
ibi dixerit, primam opinionem affirmatiuam de con-
suetudine obseruari, dicit, quod hoc potuit esse verum
secundum tempus illius glossæ, quo tempore non erat
adhuc facta *clem. 2. de testib.* Sed post dictam clement. in
terris Ecclesiæ consuetudo illius glossæ prorsus aboli-
ta est, & in aliis terris incepit vacillare. Quæ refert Ioan.
Sicar. *ibid. num. 26. C. de probat. Ripa in l. 2. nu. 43.* vbi, quod
ita apud eum seruatur, & in Ducatu Delphinatus, ex
Guid. Pap. *decis. 14.* & ibi etiam Curt. iun. *num. 111. vers. &*
ista opinio, vbi, quod in multis ciuitatibus etiam in foro
ciuili ita seruatur, Cagnol. *num. 131.* vbi etiam, quod ita
seruatur in practica in ditione Sabaudiæ, *C. de edend. Butr.*
in cap. fraternitatis, num. 15. post medium, versicul. in foro ciuili
seruanda est opinio canonica, & ibidem Imol. num. 8. versicul. &
quia illa Clementina, Aretin. numer. 11. Marian. numer. 97. in
fin. iuncto numer 98. vbi reddit rationem, Felyn. numer. 3. & nu-
mer. 4. vbi respondet rationibus Baldi contrarium sen-
tientis, *& Paris. post numer. 20. versicul. & hoc procedit hodie,*
vbi de communi, & post numer. 29. extra, de testibus. Et in hac
opinione videtur residere Alber. de Malet. *in tractat. de*
testibus, cap. 7. post numer. 117. versicul. Imola tamen, & nu-
mer. 118. & sequentib. Lanfranc. de testibus, num. 39 vbi, quod
hæc obseruantia est iuri consona, licet de facto contra-
rium seruetur, *vt supra eum retuli. Crot. de testibus, post nume-*
*rum 262. in 1. ampliatione, vbi, quod ita communiter * tenens * *
Doctores, practic. Conradi rubr. de recept. post termin. num. 47.
fol. 136. column. 2. in fin. versicul. aliam parum dissimilem, & fo-
lio 137. column. 1. Roland. consil. 45. numer. 9. lib. 2. ibidem post
numer. 12. & numer. 14. vbi alius relatis testatur de magis com-
*muni, * & recepta sententia, & num. 20.* vbi, quod ita vidit *
semper pronuntiari in Sacro Consilio Montis Ferrati,
per annos 32. Villalob. *in commun. opin. litera T. numer. 85.*
& ibi in addit. Surd. consil. 8. num. 10. versicul. id quod procedit,
vbi, quod ita semper fuit seruatum in Senatu Montis
Ferrati.

In † hac opinionum contrarietate non aliud dici 313
posse crederem, nisi id, quod dixit Fulgos. *in auth. atqui*
semel, num. 2. colum. 2. vers. tamen vos, C. de probat. seruandam
scilicet esse illius fori consuetudinem, in quo causa tra-
ctatur, *argumento text. in l. 3. in fin. ff. de testibus, & Instit. de sa-*
tisdat. § fin. quod & idem voluit Curt. iun. in l. 2. num. 111. versic.
& ideo secundum diuersas consuetudines seruandæ sunt practicæ
concl. C. de eden.

LIMITA III. Regulam † non procedere in articu- 314
lis dependentibus à primis, super quibus facta pu-
blicatione in prima instantia, posse testes examinari in
causa

...tionis, ſcripſerunt gloſſ. ...r illum text. *in ...itatis in verbo ...ionis & ib...iam Innoc. num. 2. verſ. ...imus, & d. num 2 ...fin. ver. ſed bene fatemur, Hoſtienſ. num. 5. verſ. ſed & quod dictum eſt, Marian. num. 93 & 95. extra, de teſtibus, Angel. in authent. atqui ſemel, num. 2. in fin. verſ. ſuper nouis autem capitulis dependentibus C. de probat. Spec. in tit. de teſte, §. ſatis vtiliter, num. 9. verſicul. ſi eſt renuntiatum, Campeg regul. 177. in 1. fallent. Michael Craſſ. in commun. opin. lib. 2. cap 17. 4. 30. vbi de communi.* Ex quibus, iunctis aliis allegatis infr. nu. 317. ſine dubio hæc limitatio communiter recepta dici poteſt.

315 SVBLIMITA † Hanc tertiam limitationem non procedere, quando teſtes fuerunt producti, & iurauerunt dicere veritatem, non ſolum ſuper articulis, ſed etiam ſuper tota cauſa, quia tunc poſt publicationem, nec etiam ſuper dependentibus poſſunt alij teſtes examinari in cauſſa appellationis, per ea, quæ de teſtibus in prima inſtantia examinandis dixi ſupr. nu. 137. & in cauſa appellationis ſcripſerunt Innoc. *in cap. fraternitatis, nu. 2. poſt med. verſ. ſed iſti bene fatentur, & ibi etiam Marian. nu. 79. in fin. verſ. quæ limitatio mihi videtur ſatis dubia,* (licet Ang. ibi per eum allegatus, *in verſic. non obſtat, &c.* contrarium aſſeruiſſe videatur,) *extr. de teſtib. Nell. in tract. de teſtib. nu. 124. Montic. in repert. teſt. rubr. productio teſt. in cauſſa appellationis. fol. 120. col. 1. verſ. 1.*

316 LIMITA IV. Super nouis † articulis, ſuper quibus poſſe teſtes examinari poſt publicationem in cauſſa appellationis, probat text. *in d. cap. fraternitatis, & ibi Hoſtienſ. numer. 2. in verbo, aliquid, verſicul. eſt ergo ſenſus, Ioan. Andr. num. 1. in ſummario, Bald. num. 3. in 1. notab. Bellamer. ante num. 1. in ſummario, & numer. 25. in fin. verſicul. ſed ſuper aliis, Henric. Boyc. numero 9. ad finem, verſicul. ſed ſuper aliis, Imol. in ſummario, Anchar. in ſummario, & num. 2. in 1. notab. Anan. num. 1. & num. 5. Abb. in ſummario, Aretin. ante num. 1. Marian. num. 95. & 96. Felyn. in ſummario, extra, de teſtibus, Hoſtienſ. in cap. conſtitutus, il 2. colum. 3. in fin. verſicul. ſed ſuper nouo tantum, extra, eodem, Butr. in cap cauſſam quæ, il 2. num. 4. eodem titul de teſtibus, Hoſtienſ. in cap. cum veniſſet, numer. 6. colum. final. in fin. verſicul. hæc autem gloſſa, & ibi etiam Ioan. Andr. num. 5. in fin. Bellamer. num. 9. in fin. Butr. num. 4. in fin. d. tit. de teſtibus, gloſſ. in clement. 2. in verbo, eiſdem, & ibi etiam Gulielm. de Monte Laud. in verbo, contrarius, numer. 2. in fin. verſ. ſed ſuper aliis, Imol poſt num 6. Boniſac in fin. princ. ante num. 1. verſicul. 4. diſtinguebat, de teſtibus, Nell in tractat. de teſtibus, num. 124. in fin. Monticell. vbi ſupra, fol. 119. col. 2. verſ. fin.*

317 SVBLIMITA † hanc quartam limitationem, vt procedat ſuper articulis nouis, annexis tamen, & dependentibus à primis, iuxta terminos præcedentis limitationis, ſecus autem ſuper omnino nouis, diuerſis, & impertinentibus. *Ita mihi declarat text. in l. per hanc, in princip. & ibi gloſſ. in verbo, ad nouum, litera H. verſicul. cæterum ſi alia de re, Bellapert. colum. 1. in princip. verſic. in 1. dicto, & colum. 2. in fin. verſ. reſtat exponere, & colum. 3. & colum. 4. per totum, vbi bene exemplificat Butrigar. colum. 1. in princip. Cyn. numer. 1. verſicul. dic ergo, & num. 5. vbi exemplificat, Bartol. num. 1. iuncto num. 3. in fin. verſic. vel dic, & num. 6. verſic. aut quis vult recipere, Bald. in ſummario, & in num. 3. 4. & 5. notab. ante numer. 1. & num. 7 8. & 9.* vbi declarat, quæ ſint iſta capitula, originem, dependentiam, ſeu coniunctionem habentia cum antiquis, & *num. 13.* vbi exemplificat Alber. *num. 1. ante finem, colu. 2. in fin. verſicul. ſed in coadiuuantibus num. 1. ante finem, colu. 2. in fin. verſicul. ſed in coadiuuantibus antiquam, & num. 3. vbi exemplificat, Salycet. colum. 1. in princ. verſicul. caſus ex parte actoris, & colum. 3. in fin. numer. 3. etiam in fin. verſicul. ſin autem ſuper nouo capitulo, Caſtrenſ. numer. 1. in fin. C de tempor. appellat. Alber. in authent. atqui ſemel, num. 5. in fin. verſicul. ſi autem in 1. C. deprobat. Angel. in §. quia vero, numer. 19. colum. 3. ſub verſicul. vltimo oppono in diuerſis, in authent. de teſtibus, Bald. in cap. fraternitatis, numer. 6. & 7. vbi magiſtraliter loquitur, & ibi Bellamer. numer. 42. verſicul. concludas ergo, & numer. 43. vbi aliis pluribus relatis opinionibus dicit, hanc eſſe approbatam, Imol. numer. 3. & num. 7. verſicul. in gloſſa penultim. Ancharan. num. 8. Zabarell. num. 1. in princip. & numer. 2. verſicul. quæro, an publicatis atteſtationibus, & numer. 3. verſicul. ſecunda concluſio, Anan. numer. 5. verſicul. quæ autem dicantur noua, Abb poſt numer. 3. & ibi Addent. liter. A. in fin. verſicul. item adde hic Archidiacon. extra, de teſtibus, Alber. de Malet. in tractat. de teſtibus, num. 121. & ſeq. Lanfranc. de teſtibus, numer 38. ad medium, verſicul. non autem ſuper nouis, iuncto verſicul. ſed ſolum admittantur ſuper nouis dependentibus.*

LIMITA V. & † generaliter, vt in omni caſu, in quo 318 in cauſſa principali admittuntur teſtes poſt publicationem, in eodem caſu admittantur in cauſſa appellationis, *Butr. in cap. fraternitatis, num. 15. verſ. ſecundo quod in omnibus, & ibi etiam Marian. n. 106. verſ. & ſic ex prædictis, extra, de teſtib. Alber. in authen. atqui ſemel, n. 5 in fin. verſ. credo etiam,* vbi, quod ita vidit communiter * in iudiciis obſeruari, *C. de probat.*

Hinc eſt, quod † etiam facta publicatione in cauſſa 319 principali poſſunt produci teſtes in cauſſa appellationis, quando non fuerunt didicita teſtificata, *Marian. in cap. fraternitatis, numer. 107. in fin. iuncto numer. 118. & ſequentibus,* vbi reſpondet contrariis, ſed, *vt in numer. 111. verſicul. quare dicerem,* videtur reſtringere, quando eſt certum, non didiciſſe teſtificata, ſecus quando eſſemus in dubio.

Et † econtra in omni caſu, in quo non admittuntur 320 teſtes in cauſſa principali poſt publicationem, nec etiam admittuntur in cauſſa appellationis, Butr. *in c. fraternitatis, n. 15. verſ. hoc ſic pro regula, extr. de teſtib.*

LIMITA VI. In † iudice, quem ex officio etiam 321 poſt publicationem, & parte abſente, poſſe teſtes examinare in cauſſa appellationis, dixi *ſupr. num. 148.* hic non repeto.

LIMITA VII. Vt † licet poſt publicationem fa- 322 ctam in prima inſtantia, non poſſint examinari teſtes in cauſſa appellationis, bene tamen poſſint tunc examinari poſt renuntiationem in eadem prima inſtantia: talis enim renuntiatio non trahitur ad cauſſam appellationis, vt dixi *ſupr. num. 279. & ſeq.* vbi vide de veritate huius limitationis.

LIMITA VIII. Vt † poſita regula procedat, 323 prout loquitur videlicet poſt publicationem, ſecus autem non facta publicatione: tunc enim, etiam quod appellans per ſententiam, quam reportauit, contra poſſit coniicere, quod ſui teſtes non probauerunt, & ſic vrgere videatur idem timor ſubornationis, qui vrget poſt publicationem, non tamen prohibetur alios teſtes examinare in cauſſa appellationis, per regulam *l. per hanc, C. de temp. appellat.* videlicet non deducta deducam, & non probata probabo, *ſecundum Marian. in cap. fraternitatis, numer. 108 & ſeqq. extra, de teſtib.* vbi bene comprobat, & reſpondet contrariis, & ita teſtatur ſe audiuiſſe ſeruari in Curia. Verum de iſta materia, an ſcilicet, & quando poſſint in cauſſa appellationis teſtes examinari, ſi in cauſſa principali nulli fuerunt examinati teſtes, vel examinati, & non publicati, & an ſola ſententia excludat teſtium probationem vltra Dd. *in d. l. per hanc, & in d. cap. fraternitatis,* vide præſertim *in eodem cap. fraternitatis, Henric. Boic. num. 9. Butr. num. 14. colum. 8. ad medium, verſic. non tamen puto, & Anan. num. 2. verſicul. nota illud vulgatum, Gulielm. de Monte Laud. in clement. 2. in verbo, teſtibus, in princip. & numer. 2. ad finem, verſicul. ſi autem loquaris in cauſſa appellationis, Imol. ibidem, numer. 3. verſicul. ſi vero producere vellet, & Zabarell. numer. 7. de teſtibus, Alber. in authent. atqui ſemel, numer. 5. ad finem, verſicul. ſed quod ſeruabitur, C de probation. Couarruu. practic. quæſt. cap. 18. poſt numer. 6. verſicul. qua in re illud eſt cauendum, Oſaſc. deciſ. Pedemont. 14 per totum,* vbi late.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Teſtes poſt publicationem, non tamen didicitis teſtificatis, an poſſint examinari, & quando.

SVMMARIA.

Teſtes non poſſunt examinari poſt publicationem, etiam quod pars non didicerit teſtificata, dummodo tamen publicatio fuerit facta parte conſentiente, aut non contradicente, n. 324.

Contra quod ſola publicatio abſq; eo, quod fuerint didicita teſtificata, non excludat teſtium examen, n. 325.

Pro concordia aſſertur PRIMA DISTINCTIO, *quod ſola publicatio non ſufficit, niſi fuerint teſtificata didicita, quãdo eſt facta vnica tantum teſtium productio, ſecus ſi fuerint facta plures productiones, n. 326.*

Sed contra hanc diſtinctionem, n. 327.

SECVNDA *aſſertur diſtinctio, quod ſola publicatio non excludit teſtium examen, quando certum eſt, teſtificata non fuiſſe didicita. ſecus autem, ſi non eſt certum, & ſumus in dubio, nu. 328. & ſeqq. vbi etiam, quando dicatur certum eſſe, non fuiſſe didicita teſtificata.*

Sed contra hanc diſtinctionem, vide in num. 331. & ſeqq.

TERTIA *eſt diſtinctio, quod de iure ciuili ſola publicatio non excludit aliorum teſtium examen, niſi etiam fuerint teſtificata didicita. ſecus de iure canonico, n. 334. & ſeq.*

Sed contra hanc diſtinctionem vide in num. 336.

Quid dicendum? Dic, quod ſola publicatio non ſufficit ad excludendum aliorum teſtium examen, quando eſt certum, teſtificata non fuiſſe didicita, n. 337.

Sed quid ſi ſumus in dubio, vide in num. 338. & ſeq.

QVÆSTIO LXXV. CAP. VIII.

324 AN ſola † publicatio abſque eo, quod fuerint didicita teſtificata, ſufficiat ad excludendum productionem aliorum teſtium, ſatis, in fallor, à Dd. controuerſum eſt. Vna enim eorum fuit opinio, quod excludat, ſi non inuita parte, ſed ea conſentiente, vel præſente, & non contradicente, facta fuerit. Sic enim voluerunt Bart. *in authent. atqui ſemel, num. 17. in fin. verſic. & illa publicatio, & ibi addent. litera C. verſ. ſed poteſt negari, Paul. de Caſtr. ibid. num. 8. verſ. nam tunc etiam, C. de probat. Angel. in* * §. *quia vero, numer. 24. verſ. nunc videamus, vbi de* * *communi,* (licet aliqua ibi in contrarium adducat,) *in authent. de teſtibus, Bald. in l. per hanc, num. 25. C. de tempor. appellat. Rip. in l. 2. num. 32. C. de edend. Bald. in cap fraternitatis, num. 5. verſ. ſed Accurſius dicit contrarium, & ibi Anton. de Butr. num 7. verſ. ſecundus, & poſt num 14. verſ. ſecundus terminus, Imol. num. 5. poſt med. verſ. ſi autem ſit facta publicatio, Abb. num. 5. & 6. Aretin. num. 25. iuncto num. 28. & 29. & num. 33. verſ. Baldus autem, & ibi teſtatur de communi,* * (licet eam non ſequatur,) *Marian numer. 21. in princip. vbi refert plura iura, & numer. 24. verſ. ſed quando clarum eſſet, & verſ. ſed primam opinionem,* * *& verſ. Dominus meus, vbi de communi,* * *Felyn. numer. 11. Paraſ. numer. 64. in princip. vſq; ad verſicul. in puncto tamen iuris,* * *vbi teſtatur de communi,* * & communiori opinione, à qua dicit in iudicando & conſulendo non eſſe recedendum, (licet in puncto iuris cõtrariam opinionem, tanquam veriorem ſequatur, *vt infr. eum referam,*) *extr. de teſtib. Ioan. Andr. in cap. conſtitutus, il 2. num. 6. & ibi Bald. numer. 2. Butr ſub num. 7. Imol. num. 2. iuncto num. 5. Anchar ſub num. 4. & Abb. num. 3. extra, eodem, Anton de Butr. in cap. antiquauit, num. 1. ſub 2. notab. d. titul. de teſtib. Hoſtienſ. in cap. cum veniſſet, nu. 1. in verbo, nullus, cod. tit. de teſtib. Imol. in Clem. 2. num. 2. verſ. & nota, quod text. hic, & ibidem Zabarell. num. 2. poſt med. verſ. 2. oppono, de teſtib. Alberic. de Malet. in tract. de teſtib. cap. 7. num. 107. Lanfranc. de teſtib. num. 42. vbi relatis aliis opinionibus hanc dicit eſſe tenendam, Gabriel tit de teſtib. lib. 1. concluſ. 21. num. 29. verſ. contrariam vero, Ferret conſ. 155.* + *vbi latiſſime hanc firmat opinionem, tanquam* * *communem, prout eum refert Alexand. Stiat. in pract. iudic. cap. 18. num. 68. verſ. aduerte tamen, Rota deciſ. 30. alias 671. titul. de probat. in antiq.* vbi loquitur in cauſſa appellationis, & etiam, quando conſtat in proceſſu, quod pars non habuit copiam teſtium publicatorum, *Ioan. Petr. Surd. conſil. 8. ſub numer. 20. vbi de communi,* * *lib. 1. & conſil. 176. num. 3. & ſequentib. lib. 2.* vbi pluribus comprobat, & reſpondet contrariis.

Altera, & † huic contraria ſuccedit opinio, quod ſo- 325
la publicatio non ſufficiat ad excludendum productionem aliorum teſtium, *ſecundum Bald. in authent. atqui ſemel, num. 5. verſicul. ſed hic eſt dubitandum, & ibi etiam Salycet. num. 9. & Ioan. Sicar. num. 8. C. de probat. quod & idem voluerunt Ioan. Andr. in cap fraternitatis, num. 25 poſt med. verſ. idem ſi pars teſtificata, licet publicata non didicit, & ibi Bellam. num. 19. in fin. & num. 23. Henric. Boic. num. 6. & num. 9.* vbi loquitur tam in cauſſa principali, quam appellationis, *Anchar. num. 17. in fin. verſ item ſi pars, Abb. num. 4. ſub 11. fallen. verſ. item ſecundum quoſdam, Aret. num. 23. verſ. mihi videtur, iuncto num 34. & 35.* vbi præſertim, quando pars non expreſſe conſenſit, ſed ſolum non contradixerit; tunc enim tenet, ſolam publicationem non ſufficere, *addent. ad Felyn ibid. num. 8. litera A. vbi pluribus hanc probant opinionem, & Paraſ. num. 64 ad med. verſ. in puncto tamen iuris, & num. 65. & ſeq.* vbi pluribus hanc probat opinionem, & dicit veriorem, & reſpondet ſingulis contrariis, *extra, de teſtib.* Faciunt pro hac eadem opinione iura, gloſſæ, rationes, & Dd. relati per Marian. (licet is eam non ſequatur, *in d. c. fraternitatis, nu. 22. verſ. ſed in contrarium, & num. 24. verſ. Landunus vero, per Butr.* (qui pariter primam tuetur opinionem,) *ibid. col 6. ad fin verſ. aly textus, & verſ. ſecundum principale, & col. 7. ante med. verſ. Ioan. Andr. hic, &c.* vbi reſpondet contrariis, *& col. 8. in prin. verſ. non obſtant motiua, addo gloſſ. in c. conſtitutis, il 2. in verbo, induxit, in fin. extra, eodem,* vbi præſertim Bellamer. *num. 4 verſ. quid dicendum, &c.* teſtatur, ſe alias de anno 1365. conſuluiſſe coram duobus Cardinalibus in quadam cauſſa inter D. Ioannam tunc Reginam, & quoſdam mercatores Siciliæ, & quod ſuum conſilium placuit prædictis Cardinalibus, & vndecim Dd. ad hoc cum ipſis congregatis, *Imol. in c. veniens, il 2. per illum text num 2. verſ. item nota, quod licet, d. titul. de teſtib. Guliel. de Monte Laud. in Clem. 2. in verbo, publicatis, & in verbo, contrarius, num. 2. verſ. ſi autem loquaris in cauſſa appellationis, & ibi etiam Imol. numer. 5 ante med. ver. Gulielm.* hic dicit, iuncto verſ. tene gloſſam iſtam, *Anchar. num. 11. vbi teſtatur de veriori opinione, Boniſ. num. 115. & num. 117. de teſtib. Spec. in tit. de teſte, §. ſatis vtiliter, num. 5. verſ. 15. ſi nondum didicit, & num. 9. verſ. quod autem dixi, iuncto verſ. quid ſi publicata ſunt atteſtationes, vbi de veriori opinione, Nell. de teſtib. num. 123. in 14 caſu, Socin. reg. 403. fallent. 23. Campeg reg. 268 fallent. 30. Gabriel tit. de teſtib. lib. 1 concluſ. 21. num. 27. Practic. Corradi tit. de teſtib. rubr. de recept. poſt term. num. 47. fol. 136. colum. 2. in 20. limitat. & fol. 137. colum. 1. in fin. in 22. fallent. Alexand. Stiat. in pract. iudic. cap. 18. num. 35. & num. 59. & 60. iuncto num 65. & ſeqq. vbi bene comprobat, & ita dicit ſeruari in practica, Andr. Gail. obſeruat 105. num. 2. verſ. primo fallit, iuncto num. 3 lib. 1. vbi, quod hanc opinionem ſequitur Camera apud eum, licet aliqui contrarium teneant, Monticell. in repertorio teſtium, rubr. teſtium product. publicat. atteſtat. fol. 108. colum. 2. verſicul penultim. Rota in nouiſſimis, part 3. deciſ. 136. faciunt Dd. & rationes deductæ per Surd. in conſil. 176. numer 1. & 2. lib. 2.*

PRIMA DISTINCTIO, qu† in hac contrarie- 326
tate aſſeriri poteſt, eſt hæc: quod ſcilicet, ſi eſt facta vnica teſtium productio, & tunc ad excludendam aliam productionem ſola publicatio non ſufficit, niſi fuerint teſtificata didicita, ſecus autem, ſi fuerit facta ſecunda aut tertia teſtium productio. Sic enim diuerſis in poſito relatis opinionibus reperio diſtinguentem Butr. *in c. fraternitatis, ſub num. 14. in diſcurſu, & præſertim col. 6. in fin. ſub verſic. ſecundo, quando eſt facta tertia productio, & col. 7. ad med.*

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding

ad med. vers. puto, quod si facte sint tres productiones, iuncto vers. sed si vna tantum sit facta productio, & d. col. 7. in fin. vers. in hac puto, & col. 8. in princ. vbi præsertim, quando est facta secunda productio.

327 Verum † hæc distinctio licet rationabilis videatur, nihilominus reprobatur ab Imol. *in d. c. fraternitatis, nu. 5. ad fin extra, de testibus*, volente solam publicationem impedire aliorum testium productionem, etiam quod vnica tantum sit facta productio, & ita etiam hæc eadem Butr. distinctio reprobari videtur ab Aret. *in d. c. fraternitatis, post num. 31. & 32.*

328 Secvnda. In † hac eadem contrarietate succedit distinctio, quod, quando certum est, non fuisse didicita testificata, & tunc indubitanter sola publicatio non impedit aliorum testium productionem, cessat tũc præsumptus timor subornationis, ideo etiam cessare debet dispositio illius occasione emanata, Butr. *in cap. fraternitatis, num. 14. colum. 8. in fin. versic. si tamen posset clare probare, se testificata non didicisse, & ibi etiam Abb num. 5. in fin. colum. 5. in fin. vers. ego vero, Marian. num. 24. vers. D. Antonius post multa, & numer. 44. vers. sed his non obstantibus*, vbi ampliat tam de iure ciuili, quam de iure canonico, & testatur de veriori, & æquiori opinione, & quod nunquam vidit seruari contrarium, (licet intellexerit communiter seruari contrarium.) Et propterea vbi non probaretur talis stylus, & consuetudo contraria, arbitratur, ab hac opinione non esse recedendum, *Paris. num. 64. ad medium, versicul in puncto tamen iuris, & numer. 65. & seq.* vbi etiam hanc conclusionem veriorem dicit, *extra, de testibus, Rip. in l. 2. numer. 42. in fin. versicul. vnde infert, C. de edend. nec dissentit Iogn. Petr. Surd. in d. consil. 176. numer. 8. & sequentib. lib. 2.*

329 Dicitur † autem certum & probatum, partem non didicisse testificata pluribus modis: Primo, si attestationes repertantur adhuc sigillatæ, etiamsi reperirentur penes partem: Secundo, quando publicatio est facta isto verbo, nec est data partibus facultas attestationes prosequendi: Tertio, quando pars fuit absens: Quarto quando testificata semper fuerunt penes partem adhuc Hæc Marian. *in cap. fraternitatis, numer. 47. & 48. in princ.* Addi potest & quintus modus, quando probatur, quod Notarius in commenti post decretum publicationis se absentauit, *vt post Butr. dixit Aretin. in d. cap. fraternitatis, num. 33. extra, de testibus, Ripa in l. 2. n. 42. in fin. vers. vnde infertur, C. de eden.* & vide etiam Alex. Stiar. *in sua pract. tudic. c. 18. n. 6. & seqq.* vbi pariter, quod testificata non dicuntur didicita per solam petitionem publicationis testium.

330 Si † autem non est certum, testificata non fuisse didicita: tunc sola publicatio impedit aliorum testium productionem, quia in dubio præsumuntur testificata didicita, *secundum Butr. in cap. fraternitatis, nu. 14. colum. 8. post prin. vers. in dubio tamen, & ibi Abb. num. 5 colum. 5. in fin. vers. fatetur tamen, quod præsumptio est, &c. extra, de testib. Ripa in l. 2. num. 42. vers. ego credo, C. de edend.* vbi, quod is, qui consentit testes sibi publicari, præsumitur didicisse testificata, *Gabr. tit. de testib. lib. 1. concl. 21. nu. 29. Ioan. Petr. Surd. consil. 176. n. 8. lib. 2.*

331 Prima † pars huius distinctionis, quod scilicet, quãdo certum est, testificata non esse didicita, tunc sola publicatio non impediat aliorum testium productionem,
* transit sine difficultate, & communiter * à Dd. recipitur; nõ sic est in secunda parte dictæ distinctionis, quod scilicet in dubio præsumantur testificata didicita, & consequenter impediatur per solam publicationem a-
332 liorum testium productio. Nam † contrarium, quod imo in dubio non præsumatur testificatorum scientia, voluit Aretin. *in cap. fraternitatis, num. 35. extra, de testibus*, vbi loquitur etiam, quod publicatio fuerit facta parte præsente, *nec dissentit Marian. ibid. num. 45. per totum, iuncto numer. 141.* vbi loquitur tam de iure ciuili, quam de iure canonico, in casu tamẽ, in quo pars aliquid de sua ignorantia probauerit, licet non plene, *refert & sequitur Gabriel tit. de testib lib. 1. conclus. 21. num. 29.* † Ad quæ vide, et- 333
iam text. *in authent. atqui semel, versic. si vero, C. de probat.* vbi aperte probatur, non impediri testium productionem, delato tamen sacramento producenti, quod neq; subtraxit, neque percunctatus est attestationes. Et sic in dubio præsumi testificatorum ignorantiam, delato tamen prius iuramento parti, quod neque per se, neque per alium testificata didicit, scripsit Butr. *in cap. fraternitatis, num. 14. col. 8. in prin. vers. idem si probaretur per iuramentum, & c. vbi etiam requirit simile iuramentum Notarij, & Butr. sequuti sunt ibi Imol. num. 5. in fin. Aret. num. 33. Marian. n. 45. extra, de testib.*

Tertia † in hoc capite affertur distinctio, quod 334
aut loquimur de iure ciuili, aut de iure canonico: De iure ciuili sola publicatio non sufficit, nisi testificata sint didicita, *Marian. in cap. fraternitatis, num. 26 & 27.* vbi de iure & rationibus hoc comprobat, & *numer. 44.* vbi, quod hæc conclusio de iure ciuili indubitanter procedit, *extra, de testib. Castrens. in l. gesta. num. 2. C. de re iudic. (Ignol. in l. 2. nu. 84. vers. ad vltimum, vbi de veriori opinione, C. de edend.*

De † iure autem canonico sola publicatio sufficit, 335
etiam quod non sint didicita testificata. Sic enim sudderi videtur ex pluribus iuribus ponderatis per Marian. *in cap. fraternitatis, num. 44. vers. sed de iure canonico, & numero 45. versic. & ex præditis rationibus, extra, de testibus, Castren. in d. l. gesta, numer. 2. C. de re iudic. & faciunt Dd. allegati supra, num. 324.*

Verum † quod etiam de iure canonico sola publica- 336
tio non sufficiat ad excludendum productionem aliorum testium, nisi fuerint testificata didicita, defendit idem Marian. *in d. cap fraternitatis, extra, de testib. num 44. vers. sed his non obstantibus*, vbi late comprobat, respondet contrariis, testatur de veriori & æquiori opinione Iaquitur tamen, quando certum est, testificata non fuisse didicita) Sed quod tam in foro seculari, quam in ecclesiastico seruandum sit, vt sola publicatio non sufficiat, est opinio eiusdem Marian. *d. nu. 44. vers. ad quod sic, Gabr. tit. de testib. concl. 21. num. 27. in fin. vbi refert & sequitur Marian vbi supra.*

Quid dicendum? Breuiter † sic puto distinguen- 337
dum, aut certum est, testificata non fuisse didicita, aut non. Si est certum, quod testificata non fuerint didicita, & tunc indubitanter teneas, quod sola publicatio non impedit aliorum testium productionem, *per ea, quæ dixi supr. in 2 distinct. n. 328.*

Si autem † non est certum, sed sumus in dubio, & 338
tunc recurrendum est ad præsumptiones. Si enim index ex aliqua coniectura & præsumptione poterit conijcere ignorantiam testificatorum, prout est, quando producere volens aliquid de sua ignorantia probauerit, licet non plene, & tunc non obstante publicatione aliorum testium examen admittat, *secundum Marian. in d. c. fraternitatis, n. 45 per totum, n. 141.*

Si † vero pars nihil de sua ignorantia probauit, & sic 339
sumus omnino in dubio, & tunc præsumetur testificatorum scientia, & ideo sola publicatio impediet aliorum testium examen, *per ea, quæ supr. allegaui, n. 330.*

Et † isto casu, quando scilicet pars nihil probauit pro 340
sua ignorantia, quod tunc illa non censeatur probata per iuramentum, de quo *in authent. atqui semel, C. de probat. & in cap. vltra tertiam, extra, de testib. consuluit Ioan. Petr. Surd. omnino in hoc videndus, in consil. 176. numer. 8. & seqq. lib. 2.*

Sed † certe vix credo dari casum, in quo non appa- 341
reat clare, testificata fuisse vel non fuisse didicita, si considerentur ea, quæ deduxi *supr. num. 329.*

ARGV-

ARGVMENTVM.

Testes quando post publicationem possint examinari super titulo aut possessione, quando in primis articulis fuit capitulum de præscriptione, & econtra.

SVMMARIA.

Testes post publicationem non possunt examinari super titulo, quando in primis articulis fuit articulata præscriptio longi temporis, ad quam requiritur titulus, n. 342.

Testes post publicationem, & præsertim in causa appellationis non possunt examinari super titulo habito à Seio si in primo præscriptionis articulo fuit articulatum de titulo habito a Mæuio, n. 343. Limita hoc procedere ex parte actoris, secus ex parte rei, qui cum possit vti cõtrariis defensionibus, ideo post publicationem potest induere testes super diuerso titulo deducto ante publicationem, n. 344.

Testes post publicationem non possunt examinari super titulo, cum in primis articulis fuit deducta præscriptio, tam ex parte actoris, quam ex parte rei, n. 345.

Quid si in primis articulis fuit articulata præscriptio longissimi temporis, n. 346. 347. & 348.

Et quid si in primis articulis fuit simpliciter articulata præscriptio, nec dictum de præscriptione longi aut longissimi temporis, n. 349. 350. & 351.

Testes post publicationem non possunt examinari super præscriptione, quando in primis articulis fuit articulatum de titulo, n. 352.

Testes post publicationem non possunt examinari super possessione, quando in primis articulis fuit articulatum de præscriptione, n. 353. & contra, n. 354.

Testes post publicationem non possunt examinari super possessione, quando in primis articulis fuit articulatum de spoliatione, nu. 355.

Testes post publicationem possunt examinari super titulo, quando in primis articulis fuit solum articulatum de possessione, num. 356. & econtra, n. 357.

QVÆSTIO LXXV. CAP. IX.

342 Regvla sit negatiua, vt scilicet † testes non possint post publicationem examinari super titulo, quando in primis articulis fuit articulata præscriptio longi temporis, ad quam requiritur titulus, *Bart. in auth. atqui semel, num. 24. versicul. exemplum, &c. & ibi Ang. num. 3. & Ioan. Sichard. post num. 24. C. de probat. Ang in §. quia vero, num. 19. col. 3. in fin. versicul. exemplum actor articul. fuit, in authent. de testib. Ioan. Andr. in cap. fraternitatis, num 20. post medium, vers. in quæstione autem, & ibi Bellam. nu. 29. vers. vnum exemplum, Henr. Boic. num 12. Imol. num 9. col. 4 ad med. vers. exemplum, si rem dicit se præscripsisse, Zabar. num. 3 in 3. conclus. Abb. numer. 8. post med. ver. exemplum, quando articulatur, & Marian. num. 65, versicul. quoad primum, extra. de testib. Anchar. in clem. 2. de testib. num. 10. & ibid. Bonif. num. 129. Alo. de Malet. in tract. de testib. cap. 7. num. 128. versicul. secus autem, Lanfran. de testib. num. 40. post prin. Crot. de testib. n. 264. in fin. versicul. tertio extenditur, Franciſc. Personal. de indic. & tortur. q. 11. n. 24. versicul. ad vnum tamen.*

343 Ampliа I. Vt † nec post publicationem, & præsertim in causa appellationis, possint testes examinari super titulo habito à Seio, si in primo præscriptionis articulo articulaui de titulo habito à Mæuio, *Baldus in c. fraternitatis, num. 9. versic. pone in causa, vbi ponit pro & contra, & ibi Bellam. num. 7. Butr. num. 8. versic. ex variatione personæ, Imol. num 9. ver. idem dicit, vbi declarat Anchar. num. 11. & seqq. vbi etiam declarat duobus modis Zabar. n. 1. & Marian. n 65. versicul. & per prædicta, extr. de testib. Bonif. in clem. 2. de testib. n. 144. & seqq. vbi declarat, & de materia.*

344 Limita † hanc primam ampliationem, vt procedat ex parte actoris, secus autem ex parte rei, qui cum non prohibeatur vti contrariis defensionibus: ideo post publicationem, nec etiam prohibetur alios testes examinare super titulo habito à Seio, etiam quod ante publicationem articulauerit titulum habitum à Mæuio, *secund. Anchar. in d. c. fraternitatis, sub n. 11. & seqq. & ibi etiam Card. Zabar. post n. 1. post Host. quem allegat, extr. de testib.*

Ampliа II. propositam † regulam, vt procedat 345
tam ex parte actoris, quam ex parte rei, vt scilicet post publicationem non possit testes producere super titulo, quando in primis articulis fuit articulatum de præscriptione, *secundum Marian. in c. fraternitatis, n. 65. ver. & prædicta exempla, extr. de testib.* declara hanc ampliationem, vt *in anteced. num. 344.*

Ampliа III. Vt † nec testes possint examinari 346
post publicationem super titulo, quando in primis articulis fuit articulatum de præscriptione longissimi temporis, & hoc non ex vi publicationis, sed quia articulus de titulo dicitur impertinens ad articulum huius præscriptionis, ad quam non exigitur titulus, *vt in l. male agitur, C. de præscript. long. temp. Marian. in c. fraternitatis, n. 65. ver. & aduerte, extr. de testib.*

Contra, quod † possint produci testes super titulo, 347
non obstante publicatione, &c. quando primus articulus continet præscriptionem 40. annorum, voluit Ang. *in §. quia vero, nu. 19. ad fin. col. 4. in princ. versicul. tertio casu, in auth. de testib. sequitur Lanfr de testib. nu. 40 in fin. Personal. de indic. & tortur. q. 11. n. 24. versicul. si vero additio.*

Limita † hanc tertiam ampliationem, (& cum 348
hac limitatione concordantur contraria,) vt procedat, quando simpliciter quis agit ad rem, tanquam ad se pertinentem, ob præscriptionem longissimi temporis, tunc enim articulus tituli dicitur impertinens, & non admittendus, vt supra. Secus si ageret ad restituendam rem ad se pertinentem iure dominij, vel quasi: nam admittitur articulus tituli, etiam quod ante publicationem fuerit articulatũ de præscriptione longissimi temporis, quia licet iste articulus sit impertinens ad priorem articulum præscriptionis longissimi temporis, non tamen est impertinens ad causam principaliter intentatam, *Marian. in d. c. fraternitatis, num. 65. ad med. ver. & hoc intelligo, extr. de testib.* Et faciunt ad hanc limitationem, quæ dixi *infr. num. 351.*

Ampliа IV. Vt † nec post publicationem possint 349
examinari testes super titulo, quando in primis articulis fuit articulatum simpliciter de præscriptione, nec fuerit dictum, longi aut longissimi temporis, *secundum Marian. in d. c. fraternitatis, num. 65 post med. versicul. item aduerte.* Et ita simpliciter in articulo præscriptionis loquuti sunt ibidem Innocent. *post numer. 2. versicul. induxit aliquis testes, Hostiens. numer. 8. ad medium, versicul. induxit aliquis testes, Ioan. Andr. num. 20. Bal num. 1. versicul. ponit exemplum in præscriptione, & num. 9. Bellamer. num. 8. & seqq. Butr num. 10. versic. pro hac decidutur quæsto*, vbi respondet contrariis, Ancharan. *numer. 14.* vbi tamen videtur referre quandam distinctionem Ioan. Andreæ huic conclusioni contrariam, Felyn. *num. 11. ad medium, versicul. illud tamen nat. extra, de testib. Alber. de Malet. de testib. cap. 7. num. 128. in princip. Campeg. reg. 332. versicul. 7. testes.* Ex quibus patet, hanc ampliationem communiter * à Doctoribus recep- * 350
tam esse. Quamuis † contra eam faciunt tradita per 351
eundem Felyn. *in d. cap fraternitatis, numer. 10. versicul. item limita ex eo.*

Limita † Hanc quartam ampliationem non pro- 352
cedere, quando quis egisset ad restituendam rem ad se pertinentem, quia tunc potest omne ius deducere, & consequenter etiam post publicationem testes producere super titulo, quamuis primus articulus contineat præscriptionem, *secundum Imol. in d. c. fraternitatis, num. 9. col. 3. in fin. vers. sed forte illud vltimum, & latius ibi per Marian. n 65 post med. ver. arbitror tamen, extr. de testib. & faciunt, quæ dixi supr. n. 348.*

352 AMPLIA V. Vt † sicut post publicationem non possunt examinari testes super titulo, quando in primis articulis fuit articulatum de præscriptione, ita & e contra nec possunt examinari super præscriptione, quando in primis articulis fuit articulatum de titulo, *secundum Marian. in d. cap. fraternitatis, d. num. 65. prope fin. vers. similiter etiam.*

353 AMPLIA VI. Vt † nec etiam possint post publicationem testes examinari super possessione, quando iam in primis articulis fuit articulatum de præscriptione. Continetur enim possessio sub præscriptione de necessitate facti & probationis. Ideo, &c. *Ioan. Andr. in c. fraternitatis, num. 20. ad fin. ver. dici potest, & ibi Bellam. n. 13. vers. nam tunc non video, & Marian. n. 65. versicul. & idem dicerem, iuncto versic. & in omnibus prædictis casibus*, vbi ampliat, siue fuerit articulatum de præscriptione longi temporis, siue de præscriptione longissimi temporis, *ext. de testib. Bonif. in clem. 2. de testib. n. 122. ad fin & n. 129.*

354 AMPLIA VII. Vt † econtra nec etiam possint examinari testes super præscriptione longi temporis post publicationem, quando in primis articulis fuit articulatum de possessione, *secundum Marian. in d. c. fraternitatis, n. 65. prope fin. ver. similiter etiam, extr. de testib.*

355 AMPLIA VIII. Vt † nec etiam post publicationé possint examinari testes super possessione, quando in primis articulis fuit articulatum de spoliatione, *secundum Hen. Boic. in c. fraternitatis, n. 12. ver. posses etiam, & ibi Bellam. n. 29. ver. posses etiam ponere exemplum, extr. de testib.*

356 LIMITA † prædicta, quia post publicationem possunt testes examinari super titulo, quando in primo articulo fuit solum articulatum de possessione, *Ioan. Andr. in c. fraternitatu, n. 20. ad fin. ver. si vero præscriptionem allegans, & ibi Bellam. n. 13. ad med. Butr. n. 10. ad fin. ver. per hoc deciditur primo, Imol. n. 10. in fin. & Fel. n. 11. post med. ver. & in eo, quod dicitur, extr. de testib. Alber. de Malet. in tractat. de testib. c. 7. n. 128.*

357 Et † econtra post publicationem possunt testes produci super possessione, quando primus articulus non continet, nisi probationem tituli, *Io. Andr. in d. c. fraternitatis, n. 20. ad fin. ver. sicut econuerso, & ibi etiam Bellamer. n. 13. ver. sicut è contrario, extr. de testib.*

ARGVMENTVM.

Testes an & quando possint post publicationem examinari, quando ante publicationem inducti fuerunt nulliter & non rite examinati.

SVMMARIA.

Regula sit, quod testes possunt post publicationem examinari, quando ante publicationem inducti fuerunt nulliter, vel non rite, vel alias in iudicio nullo examinati, n. 358.
Amplia 1. vt multo magis possint repeti iidem testes, n. 359.
Amplia 2. etiam quod publicatio sit facta ad instantiam partis producere volentis, n 360.
Limita 1. quando testium receptio est funditus, & ipso iure nulla: secus si ope exceptionis, n. 361.
Limita 2. quando nullitas consistit in examine, vel ratione iudicij nulli, ita quod nullitas respiciat non solum acta ordinatoria, sed etiam probatoria, influatq; in testium examen, aliter secus, n. 362. & seq.
Limita 3. quando vltra publicationem pars didicisset etiam testificata, n. 364. contra, n 365.
Sed quando testis dicatur non rite receptus, & examinatus, numer. 366.

QVÆSTIO LXXV. CAP. X.

358 REGVLA sit † affirmatiua, quod scilicet post publicationem testium nulliter, vel non rite, vel alias in iudicio nullo examinatorum, possunt alij testes examinari, *ita mihi probat text. in clem. 2. in verb. rite, (sumpto ibi argumento à contrario sensu,) & ibi gl. in verb rite, Imol. num. 1. argumento à contrario sensu, ergo si non rite recepti, Ancharan. n. 11. in fin. ver. à contrario ergo si non rite recepti, Ancharan n. 11 in fin. ver. quarto quæro, Zabarel. n. 1. vers. nota de verbo rite, & ibi in addit. litera A. & num. 2. in prin. iuncto ver. item quia testes non rite recepti, & Bonif. nu. 11. vers. 1. quod testes, de testib. Bald. in c. fraternitatis, nu. 10. ad fin. ver. item cum non iurauerunt, vel non deposuerunt rite, & ibi etiam Bellamer. n. 20 ad fin. ver. aut processus est nullus, Henr. Boic. n. 1. Butr. n. 14. col. 8. in fin. ver. fallit 2.* vbi ampliat, quandocunque sint nullæ attestationes, vel ex defectu iurisdictionis, vel ex defectu citationis, *Imol. nu. 7. Marian. n. 29. & seq.* vbi pariter ampliat tam de iure ciuili, quam de iure canonico, & *n. 37. & n. 112. ad fin. ver. alio modo, iuncto num 113. in prin. & ver. vnde distinguerem, & ver. vnde fit conclusio, Paris. post nu. 48.* (*vbi tamen refert, Rotam in hoc quandoq; sensisse contrarium,*) *& n. 50.* vbi, quando testes sunt examinati & publicati à non habente iurisdictionem, *extr. de testib. Fel. in c. veniens, il 2. n. 19. versicul. de hoc considerat Bald. & c. extra, eod. Bald. in l. per hanc, num. 23. post med. ver. aut testes non sunt rite recepti, & ibi etiam Salyc. n. 3. col. 3. post med. ver. aut fuerunt producti, Paul. de Castr. nu. 4. post med. ver. prædicta vero, C. de tempor. appell. Bart. in authent. atqui semel, n. 34. & ibi Bald. num. 1. in fin. ver octauo fallit, Alb. n. 6. ver. & idem puto, Salyc. nu 5. ad med. ver. item fallit, quando testes, Paul. de Castr. n. 13. Ang. n. 2. col. 2. ad med. ver. similiter vbi testes, Ioan. Sicard. n. 14 & 15. C. de probat. Ang. in authen. de testib. § quia vero, num. 19. col. 2. ver. sed est dubium, & col. 3. ad med. ver. primo casu, Marsil. in l. 1. § si quis vltro, num. 72. & seqq. ff. de quæst. Alber. de Malet. in tract. de testib. cap 7. n. 111. Lanfranc. de testib. post num. 41. Crot. de testib. n. 267. ver. quarto fallit,* (vbi tamen, quod adhuc videtur multum obstare timor subornationis,) *Socin. reg. 403, in 1 fall. Campeg. reg. 268. in 1. & 14 fallent. Gabr. tit. de testib. lib. 1. concl. 21. num. 18. vbi alios refert, Anton. Corset. singul. verbo, testis 21. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 1. q. 34. n. 13. & seq. Viui. opin. 896. n. 5. vbi de communi,* * *Alex. Stiat. in pract. iudic. cap. 18. n. 49. & 50.* * *vbi de magis communi,* * (licet Iaf. *in l. qui per salutem, nu. 3. ff.* * *de iureiur. ibi per eum allegatus*, vehementer dubitauerit de ista conclusione,) *& Andr. Gail. obser. 105. n. 12. lib. 1. Montic. in repert. testium, rubr. testium product. publicat. attestat. fol. 112. col. 2. vers. fin. Franc. Personal. de indic. & tort. q. 11. n. 25. Masc. de prob. lib. 1. in præfat. q. 5. n. 46. ver. hæc tamen conclusio, Rota in non. tit. de probat. decis. 11. alias 391. & tit. de testib. decis. 13. alias 163. Anton. Thesaur. decis. Pedemon. 28. n. 1 & 2.* vbi, quod ita Senatus apud eum censuit.

359 AMPLIA I. hanc † regulam, vt post publicationem testium nulliter examinatorum non solum possint examinari alij testes, sed multo magis iidem examinati repeti, *secundum Marian. in c. fraternitatis, n. 30. & 31. extr. de testib. & dixi latius supr. in preced. tit. q 66. n. 303. & seqq.*

360 AMPLIA II. Vt † isto casu possint testes post publicationem examinari, etiam quod publicatio sit facta ad instantiam partis, testes producere volentis, *But. in cap fraternitatis, n. 14. col. 9. in princ. versicul. & hoc tenet, & ibi Marian. post num. 32.* (licet Zenzel *ibi per eum relatus in clem. 2. de testib.* contrarium voluerit,) *extra, de testib. Rota in non. tit. de prob. decis. 11. alias 391. Ioan. Petr. Surd. consil. 176. numer. 11. & seq. lib. 2.* vbi propterea, quod opinio Zenzel. non est vera.

361 LIMITA I. Vt † regula procedat, quando testium receptio esset funditus, & ipso iure nulla, secus si esset aliqua, licet ope exceptionis posset repelli, & irritari, quia imputare debet sibi pars, quæ non excepit, *vt in c. licet, de prob. But. in c. fraternitatis, n. 14. col. 9. in prin. ver. & hoc verum, & ibi Marian. n. 32. in fin. post Bart. quem allegat Paris. post num. 48. extr. de testib. Imol. in clem. de testib num. 4. in fin. & ibid. Zabar. num. 4. ver. 3. quæro, Gabr. tit. de testib. concl. 21. num. 19. lib. 1.*

362 LIMITA II. Vt † eadem regula procedat, prout loquitur, quando scilicet testes vel sunt nulliter examinati, & sic nullitas cõsistit in examine, vel etiam examinati

minati in iudicio nullo, ita quod talis iudicij nullitas respiciat non solum acta ordinatoria, sed etiam probatoria, vt influat etiam in testium examen, vt puta, quando iudex carebat iurisdictione, vel quia omissa litis contestatio, aut alia formalis solemnitas, tunc enim, quia testium examen est nullum, possunt in alio iudicio validò alij examinati testes super eisdem vel directo contrariis, *Marian. in c. fraternitatis, n. 113. ver. vnde distinguerem, extr. de testib. Gabr. d. concl. 21. n. 44.*

363 Secus autem, quando † nullitas primi iudicij non est talis, vt habeat annullare attestationes, vt puta, si nullitas consistit in sententia, & non in anteriori processu, tunc enim, quia testes antea recepti, licet in iudicio nullo, sunt validi & fidem faciunt, ideo post eorum publicationem nõ possunt super eisdem vel directo contrariis alij examinari, *Marian. vbi supr. d. nu. 113. ad fin. ver. aut nullitas primi iudicij, iuncto nu. 114.* vbi respondet contrariis, *Gabr. d. concl. 21. n. 45.*

364 LIMITA III. Quando † pars didicisset testificata, quia tunc propter timorem subornationis impeditur noua productio, etiam quod testes nõ sint rite examinati, secundum Paris. *in c. fraternitatis, post numer. 48 ad med.* vbi ampliat, siue examinentur super directo contrariis, siue super eisdem, *extr. de testib. Zabarell. in clem. 2. de testib. num. 2. ad med. ver. & secundum hæc, Franc. Personal. q. 11. n. 25 ver. quæ omnia.*

365 Contra, quod † publicatio non obstet, etiam quod fuerint didicita testificata, videtur de mente Dd. allegatorum *supr. in reg. n. 358. & expressè resoluit Rota de prob. in nou. decis. 11. alias 391. Anton. Thesaur. d decis. 28. n. 1. & seq.* vbi * de magis communi, * & quod ita Senatus censuit, (licet ipse esset in contrario voto.)

366 QVÆRO † pro complemento huius capitis, quando testis dicatur non rite receptus, vide Bonif. *in clem. 2. de testib. num. 13 & seqq. vsq; ad num. 105.* vbi, quod testes dicuntur non rite recepti quatuor modis: Primo, facto producentis; Secundo, facto iudicis recipientis; Tertio, facto testis iurantis; Quarto, facto partis aduersæ, contra quam producuntur; & ibi latissime declarat, quomodo in singulo istorum modo testes dicãtur nulliter recepti, *ad quod vide etiam Imol. in d. clemen. 2. n. 4. & ibi etiam Card. Zabar. n. 4. ver. 2. quæro, Marian. in c. fraternitatis, n. 31. extr. de testib. Ioan. Sichar. in auth. atqui semel, num. 15. ver. tunc autem dicuntur non rite recepti, C. de prob.*

ARGVMENTVM.

Testes si fuerint rite recepti, & examinati, eorum tamen publicatio nulla sit, an & quando possint alij examinari, vel iidem repeti.

SVMMARIA.

Regula sit, quod testes possunt post publicationem examinari, si publicatio nulla sit, etiam quod fuerint rite recepti, & examinati, n. 367.
Amplia 1. & multo magis in eisdem testibus repetendis, nu. 368.
Amplia 2. tam de iure ciuili, quam de iure canonico, n. 369.
Limita 1. quando pars didicit testificata, num. 370. quamuis alij contra, n. 371.
Limita 2. quando publicatio nulla est facta ad instantiam eius, qui vult producere testes, n. 372.
Limita 3. quando publicatio est facta non solum verbaliter, sed etiam per recitationem attestationum, n. 373.
Et quando publicatio dicatur rite & recte facta, vel nulla, n. 374.

QVÆSTIO LXXV. CAP. XI.

367 REGVLA sit † affirmatiua, quod publicatio nulla & non rite facta, etiam quod testes sint rite examinati, non impedit aliorum testium productionem, & examen, *text. est in c. ex tenore, ad fin. ibi, solemniter publicata, sumpto ibi argumento à contrario sensu, Butr. ibid. num. 4. in fin. ver. nota 6. Imol. num. 3. versicul. vltim. not. extr. de testib. Imol. in cap. fraternitatis, n. 7. versicul. item videtur, si publicatio sit nulla, Abb. ibi, post num. 5. col. 5. ante med. Marian. n. 24. vers. idem voluit Bart.* vbi, quando publicatio est facta die feriato, & *num. 33.* vbi generaliter, & iure, & ratione, hanc probat conclusionem. *extr. eod. Imol. in c. series, n. 5. col. 2. ver. in gloss. fin. & col. fin. in prin. ver. alius est, Anan. ibid nu. 1. versicul. est & quartus, d. tit. de testib. Addent. ad Host. in c. constitutus, il 2. de testib. col. 2. in fin. litera A. Bonifac. in clem. 2. de testib. n. 11. vers. 2. quod eorum depositiones, Bald. in l. per hanc, nu. 25. versic. item dicas, quod si publicatio fuisset inutiliter facta, C. de tempor. appell. Bart. in authen. atqui semel, n. 18. & ibi etiam Ioan. Sicar. n. 9. C. de probat. Ang. in auth. de testib. § quia vero, n. 24 col. 5. in fin. vers. sed si talis publicatio non teneret, Alber. de Malet. in tract. de testib. c. 7. n. 111. versic. idem esset si publicatio esset nulla, Lanfr. de testib. post num. 41. vers. & idem si publicatio testium fuerit nulla, Campeg. reg. 176. in 2. fallent. & reg. 268. in 16. fallen. Gabr. tit. de testib. concl. 21. n. 24. Viu. opin. 896. num. 4. Alex. Stiat. in pract. iud. c. 18. nu. 36. & n. 50. vbi de magis communi,* * *Monticell. in repert. test. rubr. testium product. publicat. attestat. fol. 113. col. 1. ver. 1.*

368 AMPLIA I. hanc † regulam, vt procedat etiam in eisdem testibus repetendis, *vt dixi sup. q. 66. num. 305.* Sed in hoc vide Marian. *in d. cap. fraternit. atu, n. 35.* vbi distinguit, quod si nullitas publicationis influit in receptionem testium, tunc, ea non obstante, iidem testes possunt repeti, si pars non didicit testificata, secus autem, quando nullitas publicationis testium non influit in illorum receptionem, & examen, quia tunc non possunt amplius repeti, *vt ibid per Marian. num. 34.* vbi, quod hoc procedit tam de iure ciuili, quam canonico, & bene comprobat iure & ratione.

369 AMPLIA II. Vt † hæc eadem regula procedat tam de iure ciuili, quam de iure canonico, *secundum Marian. in c. fraternitatis, n. 33. in fin. vers. & procedit hæc conclusio, extr. de testib.*

370 LIMITA I. Quando † pars didicit testificata, quia tunc testium examen impeditur, etiam quod publicatio sit nulla, *But. in d. c. fraternitatis, nu. 14. col. 8. ante med. ver. idem tenet Bart. & ibi Imol. nu. 7. ver. item videtur, Marian. n. 24. ver. sed Guliel. de Monte Laud. iuncto ver. sic idem Zenzellus, & ver. & ideo consuluerunt, & nu. 33 & 36.* vbi & iure & ratione hoc probat, *Fel. num. 5. post med. ver. sed contrarium, extr. de testib. Adden. ad Host. in c. constitutus, il 2. col. 2. in fin. litera A. d. tit. de testib. Bald. in l. per hanc, nu. 25. ver. item dicas, C. de tempor. appellat. Bar. in authen. atqui semel, n. 18. vers. sed si propter istam publicationem, C. de prob. Alber. de Malet. de testib. c. 7. n. 111. ver. subiecit tamen Bartol. Lanfr. de testib. n 41. ver. t. men licet.* Ex quibus hanc limitationem communiter * à Dd. * receptam dici potest.

371 Quamuis † cõtrarium voluerint Io. de Ligna. quem refert, sed non sequitur, Marian. *in d. c. fraternitatis, nu. 24. ver. sed Io. de Ligna. Gabr. tit. de testib. lib. 1. concl. 21. n. 24. ver. & hoc procul dubio, iuncto num. 26.*

372 LIMITA II. Quando † publicatio est facta ad instantiam eius, qui vult producere testes, quia tunc, etiam quod sit nulla, impedit nouam productionem, *Marian. in c. fraternitatis, num. 24. ver. sed Zenzellus, iuncto ver. Bertran. &c.* vbi paritet secundum Bertrandi opin. *in clem. 2. de testib.* quod publicatio nulla non impedit testiũ examen, si pars contradixit publicationi, secus si tacuit; aut publicationi consensit.

373 LIMITA III. Vt † regula procedat, quando publicatio est facta per iudicem solum verbaliter, vt quia iudex pronuntiat, quod testes habeantur pro publicatis, secus si non fuit simpliciter verbalis, sed facta per recitationem attestationum, tunc enim impedit vlteriorem testium productionem, licet non fuerit rite facta, secundum opin. Io. de Fantuc. quem refert Marian. *in d. c. fraternitatis, n 24. ver. Io. de Fantuc. extr. de testib.*

374 QVÆRO † pro complemento capitis, quando dicatur publicatio rite & recte facta, vide de hoc Bonif. *in clem.2.n.1.& seqq.de testib.*& dixi *supr.nu.*4.vbi remissiue posui requisita & substantialia publicationis.

ARGVMENTVM.

Testes an & quando possint examinari post publicationem indiscretam factam ve inscia, absente, inuita, ac protestante parte.

SVMMARIA.

Regula sit, quod testes possunt examinari post publicationem indiscretam, & quæ isto casu dicatur indiscreta publicatio, num. 375.

Amplia 1. *vt multo magis, quando publicatio est facta parte inuita, & protestante, num.*376.& 378. *quamuis aliy contra, n.*377.

Limita 1. *hanc primam ampliationem, quando pars protestans insteti sset pro publicatione, n.*379.

Limita 2. *quando pars dixit testificata, n* 380.

Limita 3. *quando ex causa iudex inuita parte testes publicasset, n.*381.

Amplia 2. *etiam in publicatione facta, inscia, & absente parte, nedum inuita, n.*382.

QVÆSTIO LXXV. CAP. XII.

375 REGVLA sit † affirmatiua, quod scilicet testes possunt examinari post publicationem indiscretam, factam scilicet à iudice festinanter, odio, vel gratia, ad impediendum ne pars faciat suas probationes, *Bald.in l. per hanc, num.*25 *in fin.C.de tempor.appellat. Addent.ad Bartol. in authent.atqui semel, num.*18.*in fin. litera K. versicul.item vltra, & ibi Bald.post num.*1. *versicul.prim propter indiscretam* publicationem, *Salyet.numer.*5. *versicul.sed Doctores, Ioan.Sichard.numer.*9. *versicul.nam si præpropere, aut festinanter, C.de probat. Ioan.Andr.in cap.fraternitatis, numer.*25.*post medium, versic.idem si inscia, vel inuita parte, vel indiscrete facta sit, & ibi Butr.num.*14.*colum.*7.*in fin. versicul.idem si publicatio sit solemnis, sed indiscreta, Imol.num.*13.*ver.item aduerte, Ancharan numero* 17.*in fin. Abb.num.*4.*in* 11 *fallent. Marian.num.*24.*in princip.iuncto versic.& hanc sententiam, quod publicatio inaiscrete facta non noceat, Felyn.post numer.*5.*ver adde etiam Bald. & numer.*8.*versicul.item limita, il* 3.*& num.*11.*post versic.& retenta. Paris.num.*48.*extra, de testibus, Ioan.Andr.in cap.ferics, numer.*8. *ver.vel iudex indiscrete publicauit testes, & ibi Bellamer num.*4. *Butr.colum.fin. versicul. quædam est publicatio facta per iudicem indiscretam, Imol.num.*5.*colum penult.versic.in gloss.fin.& ver.indiscreta autem dicitur, quando fuit nimis accelerata, & column. fin.in princip.versic.aliud est, Anan.num.*1.*versicul & quartus, Abb.num.*5.*colum.*4.*ad medium, versic.item septimo, d.titul.de testib gloss.in clem.*2.*de testib.in verbo.publicatis, & ibi Imol.post num.*5.*Anchar.num.*8.*ante fin in* 10 *fallent. Specul in tit.de teste, §.satis vtiliter, num.*5.*in fin.in* 16.*casu, Nell.de testib.numero* 123.*in* 15.*casu, Socin.reg.*403.*in* 5.*fallent. Campeg.reg.*248. *in* 3.4.*& 5 fallent. Pract.Corradi titul.de testib.rubr de recept. post term.num.*47.*fol.*137.*col.*1.*in* 4.*fallent. Alex.Stiat.in pract. iud.c.*18.*n.*17.*Andr.Gail.obseruat.*105.*num.*13.*ver.idem si præcipitanter.*

376 AMPLIA I. Hanc † conclusionem multo magis procedere, quando publicatio est facta parte inuita & protestante, quod scilicet intendit alios testes examinare, tunc enim & minus per eam aliorum testium productio impeditur, *secundum Bart.in auth. atqui semel, num.*17.*versic.si vero fieret, & ibi Castr.num.*3.*in fin. Ang.nu.*2. *colum.*2.*ad medium, versicitem vbi par, Ioan.Sicard.num.*9.*ver. vbi qui caute, & c.C.de probat. Ioan.Andr.in c.fraternitatis, numer.*25.*post med. ver.idem si inscia, vel inuita parte, & ibi etiam Bellam.num.*19.*ad fin. ver.idem si inscia vel inuita parte, Butr. num.*14.*colum.*7.*ad med.ver.hoc limitat vltiter, & d.col.*7.*in fin. versicul.idem si publicatio sit solemnis, & versicul.idem si est facta inuita parte, Imol.num.*5.*versicul.potes concludere*, vbi, quod ita vidit sæpe seruari in ciuitate Imolæ, *& num.*13.*versic. idem aduerte, Anchar.sub num.*17.*Abb.num.*4.*in* 11.*fallent. Aret.sub num.*28.*Marian.nu.*24.*in prin.Felyn.n.*11.*post versicul. & retenta hac secunda parte, & Paris.num.*48.*extr.de testib.* 10. *Andr.in c.constitutus, il* 2.*num.*6.*in fin. Bellam.num.*4.*Imol.sub num.*5.*Abb.sub num.*3.*d.tit.de testib. Imol.in c.sintimauit, col.*2. *in fin.ver.tu potes concordare, extr.eodem gloss.in clem.*2.*de testib. in verbo.publicatis, & ibid.Imol.post num.*5.*& post num.*8.*vers. item si inscia vel inuita, Ancharan.num.*8 *ante fin.in* 10.*fallent. Zabarell.num.*2 *in prin.& Bonif.num.*142. *Lanfran.de testib. num.*41.*ad med.& num.*42.*ad fin. ver.& idem si pars, Crot.de testib.n.*268.*versicul.*8 *fallit, Campeg.regul.*176 *in* 1.*fallent.& reg.*268.*in* 4.*fallen.*

Et † quamuis contrarium, quod imo hæc protestatio nihil operetur, nisi fuerit conuentionalis, & sic, nisi publicatio fuerit facta inuitis vtraque parte, voluerint Ioan.Andr. *in c.ex tenore, nu.* 5.*vers.quod de protestatione dictum est, & ibi etiam Bellam. num.*3. *But.num.*8.*ad med.vers. sed quod de protestatione, Abb.num.*6.*extr.de testib.idem Butr.in c.fraternitatis, num.*14.*colum.*8.*ad fin.vers.dicit tamen gloss.extra, eodem.* 377

Tu † tamen non recedas à proposita ampliatione, quæ communiter * recepta est, & etiam verissima, adhibitis tamen infrascriptis tribus declarationibus. 378 *

LIMITA I. Hanc † primam ampliationem non procedere, quando pars ipsa petiit publicationem testium, quia tunc, si eadem pars protestatur, quod intendit, non obstante publicatione, alios testes producere, talis protestatio non operatur, quia est contraria facto, *secundum Imol.in c.fraternitatis, nu.*5.*post med.vers.si autem sit facta publicatio*, vbi idem, si pars fuisset præsens, & non contradicens publicationi, nam & hoc casu non valet protestatio, &c.& ibi etiam Marian.*nu.*181.*extr. de testib. Lanfr.in tract.de testib.numer.*41.*in fin.* vbi, quod protestatio nihil operatur, si pars consentiat publicationi, *Gabr. tit.de testib.concl.*21.*num.*105.*& seq.lib.*1. *Ioan.Petr.Surd.consil.*8.*num.*20.*ver.& ideo consensus in publicatione, lib.*1.*& consil.*176.*n.*12.*in fin.lib.*2. 379

LIMITA II. eandem † primam ampliationem, quando pars didicit testificata, quia tunc non potest alios testes producere, etiam quod publicatio fuerit facta eadem parte inuita, *secundum Imol.in c.fraternitatis, n.*5. *post med.ver. nisi aliter appareat, & ibi etiam Aret num.*28 *Marian.n.*36.*& ante istos Henr.Boic.n.*6.*ver quod verum intelligo, extr.de testib.Imol.in c.sintimauit, col.*2.*in fin.vers.si autem non didicit testificata, extr.eodem.* 380

LIMITA III. Quando † iudex ex causa inuita parte, vel etiam ignorante (legitime tamen citata) testes publicasset, vt puta, quia forte timebatur de peremptione instantiæ, tunc enim publicatio obstat, nec post eam possunt alij testes examinari, *secundum Imol.in c.constitutus, il* 2.*num.*5.*in fin.ver.sed forte, extr.de testib.* Facit, quod dixit Io.Sicar.*in auth.atqui semel n.*9.*C. de prob.* vbi, quod sufficit, publicationem esse factam vna parte præsente, & alia per contumaciam absente, cum contumax habeatur pro confesso. Sed ad hæc vltima vide, quæ dixi *in sequenti ampliat.* 381

AMPLIA II. propositam † regulam, vt procedat, nedum in publicatione facta parte inuita, *vt mox dixi in præcedenti ampliatione*, sed etiam in facta parte inscia, & absente, *secundum Bart.in authen.atqui semel, num.*17 *in fin. vers.si vero fuerit, & ibi etiam Castrens.numer.*3.*in fin.C.de probat.gloss.in clement.*2.*de testibus, in verb.publicatis, & ibi etiam Imol.post num.*5.*& post num.*8 *vers.item si inscia, Anchar.nu.*8. *ante fin.in* 10.*fallent. Card.Zabar.num.*2.*in prin & d.num.*2. *ad med.Ioan.Andr.in cap.fraternitatis, num.*25.*post med. verific. idem si inscia, & ibidem Bellamer num.*19.*in fin.vers.idem si inscia, Butr.num.*14.*col.*7.*ad med. vers.& sic debet intelligi d.col.* 7.*in fin. ver.idem de solemni facta absente parte*, vbi ampliat etiam parte absente per contumaciam, Imol.*num.*5.*versic.potes concludere*, vbi idem in parte absente, licet citata, *Anchar.num.*17.*ver.item inscia, Abb.num.*4.*in* 11.*fallen. Aret. num.*28.*ver.aut parte absente, Paris.num.*48.*extra, de testibus, Ioan.Andr.in cap.constitutus, il* 2.*num.*6.*in fin. Imol.ibid.sub num.*5. *Abb.sub num.*3.*extra, eodem, Lanfranc.in tract.de testib. num.*41.*ad med. Campeg.reg.*176.*in* 1.*fallent. Alexand.Stiat.in pract.iudic.cap.*18.*num.*17. 377 *

ARGVMENTVM.

Testes an & quando possint post publicationem examinari in causa matrimoniali.

SVMMARIA.

*Regula sit, quod testes in causa matrimoniali possunt examinari post publicationem, n.*383.*quamuis aliy contra, n.*384.

Amplia 1.*& multo magis, quando iudex procedit ex officio, numer.*385.

Amplia 2.*etiam in causa matrimonij spiritualis, nu.*386.*contra, n.*387.

Limita 1. *vt regula procedat, quando testes producuntur pro matrimonio, secus si producantur contra matrimonium, n.*388. *contra, n.*389. *distingue, & resolue, vt n.*390.*& seqq.*

*Et quid si agatur de non contrahendo, seu dissoluendo matrimonium, n.*393.*& seqq.*

Limita 2. *in iis casibus, in quibus sententia lata in causa matrimoniali transit in iudicatum, n.*399.

Limita 3 *quando testes producuntur super extrinsecis à vinculo matrimonij, nu.*400.*& seq. vbi ponitur exemplum huius limitationis.*

Limita 4. *quando agitur de impugnando processum factum in causa matrimonij, n.*401.*& seq.*

Limita 5.*in sponsalibus, n.*403.

Limita 6.*quando agitur de periculo animæ, n.*404.

Limita 7. *vt talis examinatio non sit concedenda, nisi ex causa, & aliquali causæ cognitione, n.*405.

Limita 8 *dummodo producens iuret, testes non subornasse, numer.*406.

QVÆSTIO LXXV. CAP. XIII.

383 REGVLA sit † affirmatiua, quod videlicet in causa matrimoniali testes possunt post publicationem examinari, *text.est in cap.ferics, & ibi gloss.in figuratione casus, vers.not quod testibus publicatis, & in gloss.fin. litera C. ver.quidam tamen dicunt, Hostien.colum.*1.*num.*2.*post medium, in verbo, recipiendos, & colum.* 2.*numer.*3. *vers.sed de causa matrimoniali, tuncto vers.vel dic iuri volenti, quod causa matrimonialis, &c.Ioan Andr.num.*1.*in summario, & num.*9.*in princ.ver.dico, quod est in hoc fauor matrimonij, & ibi in addit. litera C. & litera D.Bald.ante numer.*1 *in summario, iuncto num.*2.*Bell.in prin.ver.vel aliter in causa matrimoniali, & num.*5.*&* 8.*& numer.*11.*But.num.*1.*& 3.ver.not.*6.*& n.*9.*ver.*3.*soluto, & d.n.*9. *in fin ver fallit in causa matrimoniali, Imol.in summario, ante n.*1.*& 3.vers.item nota, quod in causa matrimoniali, & num.*5. *col.*2.*in fin.ver.in ea gloss.& col.fin.in prin.ver.tertius est intellectus, & d.col.fin.in fin.ver.*3.*tamen intellectus, vbi de * communi, Anchar.n.*1.*& n.*4. *Zabarell.col.*1.*in prin.& col.*2.*in fin.ver.tamen ex hoc colligitur, vbi, quod iste est communis * intellectus ad illum text. Anan post n.*1.*& 5. Abb.col.*3.*n.*5.*ver.quartus intellect.iuncto ver.hanc lecturam dico verissimam, & col.*4 *in prine. vbi respondet contrario, Fel.n.*5.vbi de magis approbato intellectu ad illum text.*extr.de testib. addo pro hac eadem regula gloss.& communiter omnes in c.constitutus, il* 2.*d.tit.de testib. quos infr.retuli, n.*401.*hic non repeto, Host.in c.ex tenore, n.*5.*in verbo, admittendos, ver.hic habes expresse, & ibi Bellam.nu.*7.*& 11.ad fin. Abb.col.fin.ad med.vers.alij tamen voluerunt, extr.eod. Host.in c.veniens, il* 2.*nu.*2.*in fin.col.*3.*ad med. ver.& facit pro eo, & ibi Io.And.n.*7.*in fin.ver.& facit hic Host.Bellam.num.*13. *post med.vers.& facit hoc secundum Host.eod.tit.de testib. Host.in c.fraternitatis, post num.*3.*& ibid.Ioan.Andr.n.*25.*ver.*1.*in causa matrimoniali, Bald.n.*10.*ad fin.ver.tu dic, Bellam.num.*19.*in prin.& num.*26.*ver.fallit in causa matrimoniali, & nu.*27.*in fin.ver.item fallit in causa, Henr.Boic.nu.*10. *Anton.de Butr. n.*16.*ad med.vers.potest quandoque, vbi ponit tres rationes, Abb. n.*4.*in* 1.*fall. Marian.n.*162. *Fel.n.*9.*ver item limita non procedere, & Paris.n.*25.*vbi de communi * & magis communi, extr. * eod.tit.de testib. Gulielm.de Monte Laud.in clem.*2.*de testib.in verbo, contrarium, post num.*2.*vers.hoc fallit* 1.*& ibi Imol.num.*8. *vers.fallit in certis casibus, Ancharan.post num* 8 *ver fallit enim ista regula, Zabarell.num.*3.*ad med.ver.sexto oppono, Bonif.sub num.*143.*ad med.& n.*148. Et hæc conclusio non solum est approbata de iure canonico, sed etiam de iure ciuili, *vt videre est apud gloss.in l.per hanc, in gloss.fin.ad fin. vers.vt in matrimonio, C.de tempor.appellat. Adden.ad Bartol.in authent. atqui semel, num* 17.*litera C. vers.item fallit in causa matrimoniali, & ibi Angel.num.*1. *C.de probat.idem Angel.in authent.de testib.§.quia vero, numer.*19.*colum* 2.*ad fin.vers.vlterius oppono, Specul.in tit.de teste, §.satis vtiliter, num* 5.*vers* 9.*in causa matrimoniali, Nell.in tract.de testib.num.*123 *in* 9.*casu, Lanfranc de testib.post num.*45. *Crot.de testib.post num.*265.*versic.* 2.*fallit, & ibi Moncad.in addit.litera R. Socin.regul.*403.*in* 15. *fallent.& in* 37.*fallent.Campeg.reg.*268 *fallent.*50. *Marsil. sing.*128. *Couar.pract quæst.cap.*18.*num.*6.*ad fin. vers.in causa vero matrimoniali, Gabriel tit.de testib.conl.*21.*num.*69.*lib.*1. *pract.Corrad. tit.de testib rubr.de recept.post term. num.*47.*folio* 135.*col.*2.*in fin in* 7.*limitat.& fol.*13[illegible].*colum.*1.*in* 14 *fallen. Menoch de arbitr.quæst.*34.*num.*7.*lib.*1. *Viu.opin.*896.*numer.*11.*vbi de communi, * Andr.Gail.obseruat.*105.*nu.*5.*lib.*1. * *vbi aliis relatis testatur de communi, * Montic.in repertor.iur. * rubr.testium productio publicat.atteslat.fol.*111.*colum.*1.*versic. fin Villalob.in communib.opin.litera T.numer.*87. Ex quibus hanc regulam communiter * receptam esse, dubitandum non est. 384 *

Quamuis † contrarium videatur voluisse Anchar. *in c.constitutus, il* 2. per illum text. sic à contrario sensu ab ipso ponderatum, *num.*3.*in fin. ver.& vere iste text. quem etiam ibi refert Anan.n.*3. *vers.& ideo videtur hic probari, extr. de testib.* & contra eandem regulam videatur etiam tenere Spec. *in tit.de teste, §.satis vtiliter, n.*10. vbi dicit seruari, quod in causa matrimoniali super eisdem capitulis non admittantur testes post publicationem.

AMPLIA I. hanc † regulam, vt multo magis procedat, quando iudex ex officio procedit in causa matrimoniali, quia tunc etiam post publicationem, potest testes examinari facere, *Paris.in c fraternitatis, n.*25.*ad fin.ver.& tanto magis, extr.de testib.vbi alios refert.* 385

AMPLIA II. Etiam † in causa matrimonij spiritualis, *secundum eund. Paris.in d.c.fraternitatis, n.*26 *extr. de testib.Gabr d.tit.de testib.lib.*1.*concl.*21.*n.*70. vbi concordantes adducit. 386

Contrarium † in hoc voluit Moncad.ad Crot. *in tractat.de testib.n.*265.*in fin.litera R.* vbi reddit rationem, quia scilicet sententia in causa matrimonij spiritualis transit in iudicatum, *ad text.in c.cum dilecti, in fin.de elect.* ideo subintrant, quæ infra dicuntur, *num.*399. 387

LIMITA I. Propositam † regulam procedere, quando testes producuntur pro matrimonio, tunc enim admittuntur post publicationem; secus si producantur contra matrimonium, secundum Ioan Andr. *in cap. ferics, n.*9.*in fin. & ibi Bellam.post num.*6. *Anchar num.*4. *vers. item est aliud speciale, Aret. ante num.*1. *in summario*, vbi loquitur, quando testes post publicationem producuntur ad probandum, impedimentum non subesse, *& ita etiam loquitur Fel.in eod.sumbario, extr.de testib. Imol.in lem.* 2.*de testib.n.*8.*ver.fallit in certis casibus, Campeg.reg.*17[illegible] *in* *fallen. Pract.Corrad.tit.de testib. rubr.de recept.post ter[illegible] fol.*136.*colum.*1.*in prin.sub* 7.*limitat. vbi de communi [illegible] quem allegat, Andr.Gail.obser.*105.*n.*5.*in fin.* [illegible] *tionem intellige, lib.*1. 388

Contra hanc † limitationem non deiur[illegible]

non modicæ auctoritatis aperte sentientes, inter quos videre poteris Butr. *in d.c. series, col. fin. ver. sed hoc non placet, post Ioan. Calder. quem allegat, & ibi etiam Cardin. Zabar. col. fin. in fin. Abb. col. 3. in fin. num. 5. ver. sed aduerte, Felyn. post num. 5. extra, de testib. Paris. in cap fraternitatis, num. 25. verific. quæ conclusio procedit, extra, eodem, Alber. de Malet. in tract. de testib. cap. 7. num. 131.* vbi testatur de veriori opinione, & reddit rationem, quia siue pro matrimonio, siue cõtra testes producantur, semper vertitur periculum animarum.

390 Pro † resolutione huius contrarietatis vide in primis deducta per Anton. de But. *in d.c. fraternitatis, n. 16. col. 12. ad med. ver. omissis opinionibus, iuncto ver. in causa matrimoniali, &c. & seqq. extr. de testib.* vbi materiam huius limitationis bene pertractat.

391 Et † vide etiam distinguentem Imol. *in d. cap. series, colum. fin. in fin. ver. tu potes concordare, d. tit. de testibus,* vbi dicit, quod si agitur de gradu prohibito à lege diuina, in quo Papa non potest dispensare, *iuxta not. in c. literas, de restit. spol.* & tunc procedat contraria opinio Ioan. Calder. vt scilicet possint post publicationem testes in causa matrimoniali examinare, etiam quod agatur contra matrimonium, secus autem, vbi agitur de gradu prohibito à lege canonica, contra quam Papa potest dispensare: tunc enim potest procedere prima opinio, de qua in limitatione, & ibi reddit rationem inter vnum & alterũ casum. Et hanc Imolæ distinctionem refert & sequitur Anan. *in d.c. series, n. 1. in fin. iuncto num. 5. & 6.* & ante istos hanc distinctionem late ponit & declarat Bellam. *in c. ex tenore, n. 9. 10. & 11. extr. de testib.*

392 Quamuis † contra hanc distinctionem teneat Alb. de Malet. *in d. tract. de testib. cap. 7. n. 131.* vbi dixit, quod etiam in gradu solum prohibito iure canonico, in quo Papa potest dispensare, versatur periculum animarum, ideo testes, etiam quod deponant contra matrimoniũ, possunt non obstante publicatione examinari, *iuxta ea, quæ posui infr. num. 404.*

393 Aduerte in † materia huius limitationis, quod testes possunt contra matrimonium deponere duobus modis: Primo, quando agitur de illud non contrahendo: Secundo, quando agitur de iam contracto dissoluendo, aut separando.

394 Primo casu, quando † agitur de non contrahendo matrimonium, tunc non videtur agi de periculo animæ, ideo videtur, quod post publicationem testes non possint examinari, *secundum gloss. in d. cap. series, in gloss fin. extr. de testib. Bonifac. in clem. 2. num. 149. de testib.* vbi huius primi casus conclusionem bene explicat, & declarat, illum omnino videas.

395 Secundo vero casu, quando † scilicet agitur de dissoluendo vel separando matrimonium iam contractũ, & tunc, quia videtur agi de periculo animæ, ideo etiam succedit, quod publicatione non obstante testes examinari possint, *secundum gloss. fin. in fin. in d.c series, Adden. ad Ioan. Andr. ibi, litera D. Bald. num. 2. versicul. item maius periculum est in dissolutione matrimonij, extra, de testibus, Bonif. in clem. 2. de testibus, num. 148. ver. primo casu, Alber. de Malet. in tractat. de testibus, cap. 7. post num. 131. Lanfranc. de testib. post num. 45. Socin. reg. 403. in 46. fallent. Alex. Stiat. in pract. iudic. c. 18. n. 55.*

396 Verum † circa primi casus conclusionem aduerte, quod contra eam tenuit Viu. *opin. 896. num. 11.* vbi dixit, quod non obstante publicatione in causa matrimoniali testes possunt examinari, etiam quod ageretur de probando impedimento matrimonij nondum contracti, *ex gloss. Abb. & aliis, in locis ibi per eum relatis,* quod & idem ante eum voluit Cou. *pract. quæst. c. 18. n. 6. ante fin. vers. et iamsi agatur de probando impedimento,* vbi etiam testa-
* tur de communi * opinione.

397 Et † p. iter circa conclusionem secundi casus, in qua dixi, publicationem non obstare, quando agitur de dissoluendo matrimonium iam contractum, aduerte, quod text. *in d.c. series,* & ibi gl. & Dd. præcitati loquuntur, quando agitur.

Sed aduerte, quod † text. *in d. cap. series,* & Dd. præcita- 398
ti loquuntur, quando agitur de dissolutione matrimonij, hoc est, quando testes post publicationem admittuntur ad reprobandum alios testes, qui deponebant contra matrimonium, & ad illud dissoluendum, & sic reuera sumus in casu, in quo isti testes reprobatorij admissi post publicationem, non contra matrimonium, sed pro matrimonio deponunt. Sic enim declarat Bellam. *in d.c. series, n. 8.* & est de mente Aret. & Fel. *ibidem in summario,* dum intelligunt illum text. quando post publicationem testes producũtur ad probandum, in matrimonio impedimentum non subesse, & sic pro matrimonio, *exara, de testibus, & pro hac declaratione adde etiam Ang. in auth. de testib. §. quia vero, n. 19. col. 2. in fin, ver. vlterius oppono.*

LIMITA II. Vt † eadem regula procedat in illis ca- 399
sibus, in quibus sententia in causa matrimoniali non transit in iudicatum: tunc enim in eadem causa testium publicatio non impedit aliorum testium productionem: secus autem in casibus, in quibus talis sententia in iudicatum transit, tunc enim obstat publicatio, nec post eam possunt alij testes examinari, ita declarat Butr. *in cap. fraternitatis, num. 16. col. 12. post med. ver. in causa matrimoniali, &c. & seq. extra, de testib.* vbi etiam ponit, & exemplificat casus, in quibus talis sententia transit, vel non transit in iudicatum, *nec dissentit Andr. Gail. observat. 105. num. 6. lib. 1.*

LIMITA III. Regulam † non procedere, quando 400
testes producerentur super extrinsecis ad vinculum matrimonij: tunc enim in causa matrimoniali non possunt testes post publicationem examinari, *ita etiam declarat idem Butr. in d.c. fraternitatis, nu. 6. ad fin. col. 13. in princ. ver. si autem disputatio, extr. de testib.* Exemplum huius limitationis habes *in sequenti limitatione.*

LIMITA IV. Vt † eadem regula procedat, quan- 401
do agitur de consanguinitate probanda, vel improbanda, vel de alio impedimento matrimonij: tunc enim, cum vertatur periculum animæ, publicatio non obstat; secus si testes producerentur ad impugnandum processum factum in causa matrimoniali, quia tũc, cum non agatur de periculo animæ, publicatio obstat, *secundum gloss. in c. constitutus, il 2. in verb. didicerint, Innoc. ibidem, in prin. vers. hic habes, Hostien. n. 4. col. 2. ad med. in verbo, cum nondum, & in ver didicerint, vbi huius limitationis duas reddit rationes, Ioan. Andr. num. 4. Bald. num. 2. versic. nota, hic posse renuntiari, Bellamer. num. 1. & 2. Butr. num. 1. ad med. & num. 5. Zabarell. in ver. in gloss. 2. iuncto vers. solutio non agebatur, &c. Abb. numer. 1.* vbi, quod ista distinctio communiter tenetur per Dd. *Aret. num. 1. Felyn. vers. in gloss 11. extra, de testib. nec dissentit Andr. Gail. d. observat. 105. num. 7. lib. 1.* Et sine dubio hæc limitatio ex præmissis apparet * communi- *
ter recepta.

Quamuis † de ea dubitare videatur Anchar. *in d. cap.* 402
constitutũ, il 2. nu. 3. quem refert ibid. Anan. sub eod n. 3. extra, de testib.

LIMITA V. In † sponsalibus, & sic in matrimonio 403
non firmato, quia tunc obstat publicatio, nec post eam possunt alij examinari testes, *ita declarat Paris. in cap. fraternitatis, n. 26. in fin. extr. de testib. per text. in cap. iurauit, de prob.* faciunt, quæ dixi *supr. n. 394.* vbi quid quando agitur de non contrahendo matrimonium.

LIMITA VI. & † generaliter, quia in causa matri- 404
moniali post publicationem possunt testes examinari, quando vertitur periculũ animæ, secus autem, vbi de nullo animæ periculo agitur, *ita etiam declarat Bonifac. in clem. 2. n. 149. in §. ver. vbi ergo, de testib. nec dissentit Gabr. tit. de testi-*

testibus, libr. primo, conclus. 21. num. 70. versic. declara tamen, & num. 71.

405 LIMITA VII. Quia † receptio testium post publi- 405
cationem in causa matrimoniali debet fieri per iudicem, non ita passim & indifferenter, sed ex causa, & cum aliquali cognitione, vt scilicet cesset timor subornationis, venatio partium, & elongatio iudicii, *ita declarat Paris. cum allegatis per eum, in cap. fraternitatis, nu. 27. extra. de testibus.*

406 LIMITA VIII. Vt † tunc demum in causa matri- 406
moniali publicatio non obstet, dummodo producens iuret, quod testes post publicationem examinandos non subornauit, alias non admitteretur, *ita post Baldum, Felyn. & Marsil. & c. declarat Moncad. ad Crot. de testibus, num. 265. in fine, litera R. versic. & tene menti, Marsil. sing. 128.* vbi hoc dicit notandum, quia aduenient casu pauci Procuratores vel Aduocati ad hoc aduerterent, *Gabr. tit. de testibus, conclus. 21. num. 72. Menoch. de arbitr. quæst. qu. 34. post num. 7.*

ARGVMENTVM.

Testes in criminalibus an & quando possint examinari post publicationem.

SVMMARIA.

Regula sit, quod testes in criminalibus possunt examinari etiam post publicationem, nu. 407.

Amplia 1. vt possint etiam iidem testes examinati repeti, numer. 408.

Amplia 2. & multo magis in crimine hæresis, num. 409. Limita amplirationem, vt nu. 410.

Amplia 3. in crimine falsi, nu. 411.

Amplia 4. & multo magis, quando iudex procedit ex officio, & per inquisitionem, sine accusatore, nu. 412.

Amplia 5. etiam in iudice, procedente ad instantiam promotoris inquisitionu à iudice vel à Principe deputati, prout sunt fiscales, num. 413.

Amplia 6. vt ex officio iudex possit producere testes post publicationem, non solum in processu inquisitionis, sed etiam in processu accusationis, licet id non possit ad instantiam partis, nu. 414 contra, nu. 415. seqq. resolue, vt nu. 418.

Amplia 7. vt multo magis ex officio iudicis possint testes post publicationem examinari ad rei defensionem, num. 419. Limita ampliationem, vt non procedat de consuetudine, nu 423. Sed quid, si testes ad defensam examinentur ad partis instantiam, num. 420. & seqq.

Limita 1. regulam, quando testes ad offensam examinantur ad instantiam partis, quia hoc non potest fieri post publicationem, num. 424. quod intellige, quando testes recipiuntur super eisdem indiciis & capitulis, secus, si super diuersis & nouis, nu. 425.

Limita 2. quando iudex procedit existente aliquo promotore, vel instigatore, non à iudice deputato, sed à parte, quia tunc non potest testes post publicationem examinare, num. 426. Declara hanc secundam limitationem duobus modis, vt nu. 427. & nu. 428.

Limita 3. Quia iudex non potest in criminalibus examinare testes post publicationem, nisi certus sit, nullam adesse subornationem, & nisi etiam concurrat iusta & magna causa, nu. 429. contra, nu. 430.

QVÆSTIO LXXV. CAP. XIV.

407 REGVLA sit † affirmatiua in hoc decimo quarto capite, quod scilicet in criminalibus post publicationem possunt testes examinari. Sic enim simpliciter in criminalibus hanc regulam firmant, Abbas *in cap. fraternitatis, numer. 4. in 15. fallent. & ibi Adden. litera C. versic. item scias, iuncto versic. item publicatis attestationibus, il 1. & alio versic. sed ipsemet, Bartol. & c. Marian. ibid. num. 178. extra, de testibus, Imol. in Clement. 2. de testibus, numer. 8. ad medium, versic. item in criminali, Moncad. ad Crott. de testibus, num. 268. in fine, litera S. Marsil. in l. 1. §. si quis vltro, num. 5.* vbi quod in causis maleficiorum recipiuntur testes etiam post publicationem, *vbi plures adducit concordantes, ff. de quæst. Gabr. tit. de testibus, conclus. 21. nu. 95. Clar. in pract. quæst. 61. versic. sed quæro, in princip. vbi de communi, ex Marsil. quem allegat in practica, §. sequens, nu. 6. Corrad. in pract. tit. de testibus, rubr. de recept. post term. num. 47. folio 136. col. 1. in 10. limitatione, Viu. opin. 896. nu. 12. vbi de communi, And. Gail. obseru. 105. nu. 10. versic. 7. fallit, lib. 1. Anton. Thesaur. decis. Pedem. 262. num. 1. vbi, quod ita seruat Senatus, Claud. in addit. ad Bertaz. consil. 529 lit. A. in princ. vbi de communi, * lib. 2.* *

AMPLIA I. Vt in † criminalibus post publicatio- 408
nem non solum possint alii examinari testes, sed etiam & iidem iam examinati possint repeti, *secundum Paris. in cap. fraternitatis, nu. 52. vbi alios refert, extra, de testibus,* sed de materia huius ampliationis latè dixi *supra, in præced. tit. quæst. 66. nu. 309. & omnib. seqq.* hic non repeto.

AMPLIA II. Vt † proposita regula multo magis 409
procedat in crimine hæresis, in cuius causa testes posse post publicationem examinari, scripserunt Domin. *in cap. vt officium, §. verum, de hæret. in 6. Bald. in l. eos, §. si quis, nu. 3. versic. quæro, nunquid, C. de appellat. Adden. ad Abbat. in c. fraternitatis, nu. 4. in fin. lit. C. in fine addit. Felyn. ibidem, num. 10. ad fin. versic. item limita in causa hæresis, extra, de testibus, Socin. regul. 403. in 11. fallen. Campeg. reg. 268. fallen. 52. Gabriel. tit. de testibus, conclus. 21. nu. 100. versic. & propterea, & num. 139. Pract. Corradi, titul. de testibus. rubr. de recept. post term. nu. 47. fol. 137. col. 1. in 10. fallent. & fol. 138. colum. 1. post 47. fall. versic. item in causa hæresis, Carrer. in tract. de hæret. num. 124. versic. sed an post publicatas attestationes, Alber. in cap. 1. qu. 16. nu. 19. de hæret. in 6. Simanc. de Catholic. instit. tit. 64. nu. 50. versic. & quamuis, vbi de communi, refert & sequitur Mascard. de prob. concl. 857. nu. 37. lib. 2.*

LIMITA † hanc ampliationem, quia in causa hæ- 410
resis, & ad defensam non possunt testes post publicationem examinari ad instantiam partis, *secundum Archidiac. & Ioan. And. in c. per hoc, de hæret. in 6. quos in proposito refert & sequitur Aret. in c. cum clamor, num. 3. ante fin. versic. & obseruatur etiam ista regula, extra, de testibus.*

AMPLIA III. Vt eadem regula † pariter & multo 411
magis procedat in crimine falsi, *Specul. in tit. de teste, §. satis vtiliter, nu. 5. versic. 13. in crimine falsi, per text. in cap. sicut, extra, de testibus, & in c. licet, de prob. Nell. in tractat. de testibus, num. 123. in 12. casu, Ferran. Gargiar. consil. crimin. diuers. 126. nu 23. vbi alios refert, lib. 1. ¶ Berous consil. 100. nu. 7. lib. 3. prout illum refert Baiard. ad Clar. quæst. 61. nu. 4.*

AMPLIA IV. Vt † potissimum regula procedat, 412
quando iudex procedit ex officio, & per inquisitionem sine accusatore: tunc enim communiter receptũ est, etiam ad offensam posse testes etiam post publicationem examinari, *Bart. in authent. at qui semel, nu. 32. & num. 33. & ibi Paris. in 1. additione, litera C. versic. item adde, quod vbi proceditur ex officio, alii adden. ibi ad Bart. nu. 17. litera C. versic. & dicit Ioan. Andr. Bald. sub num. 1. versic. 3. fallit, Alber. post nu. 7. post versic. idem est cum iudex, &c. Salyc. nu. 5. versic. item fallit, quando iudex, Angel. nu. 2 col. 2. versic. item in causa inquisitionis, Ioan. Sicard. nu. 18. versic. sic etiam cum iudex procedit per inquisitionem, C. de probat. Ioan. Andr. in capit. fraternitatis, num. 25. versic. item in inquisitore, qui procedit ex officio, Bald. num. 10. versic. item in causa inquisitionis, Bellam. num. 10. versic. item in inquisitione, & num. 24. in fine, versic. item hoc fallit in causa inquisitionis, Abb. num. 4. in 9. fallentia, & ibi adden. litera C. sub versic item publicatis attestationibus, il 1. Aretin. num. 36. versic. tu vero, Marian. num. 166. vbi alios refert, & Paris. num. 46. extra, de testibus, Innocent. in capit. cum clamor, num. 1.* vbi reddit duplicem rationem, primo, quia in iudice non cadit timor subornationis, secundo, quia iudici semper sunt publicata dicta testium, *& ibid Host. nu. 5. in verbo, iterum diligenter, versic. speciale est,*

& nu.9. in fin. in verbo, receperit, versic. & sic patet, Ioan. And. post nu.2. in verbo, quam aliorum, Henr. Boic. nu.1. iuncto nu.4. versic. ratio vero diuersitatis, & num.6. versic. hoc tamen fallit, Bald. nu.2. versic. quia speciale est in inquisitione, Bellamer. nu.2. & nu.4. & nu.12. Butr. nu.3. Imol. nu.2. Ancharan. sub num.3. & n.4. Zabar. col.1. in princ. versic. & specialius in causa inquisitionis, iuncto versic. innuit ergo glossa, & colum.2. versic. & est ratio, Anan. nu.3. & nu.4. Abb. nu.3. & ibi late adden. in lit. E. in discursu, Aretin. num.2. & Felyn. num.5. extra, eodem, Imol. in Clement.2. de testibus, nu.8. versic. item in causa inquisitionis, Ancharan. ibid num.8 post medium, in 8. fallent. Specul. in tit. de teste, §. satis vtiliter, num.6. in fin. versic.20. in causa inquisitionis, Nell. in tract. de testibus, nu.123. in 18. casu, Socin. regul. 403. in 7. fallent. Campeg. regul. 268. in 23. 24. & 25. fallent. & fallent. 60. Angel. Aret. de malef. in verbo, comparuerunt dicti inquisiti, &c. num.20. & in verbo, qui iudex dictum processum, versic. secus est in criminali, & in verbo, qui statuit terminum, versic. secus est in criminali, & in verbo, qui statuit terminum, num.25. Gabriel. tit. de testibus, libr.1. conclus.21. nu.100. & seqq. Clar. in pract. §. fin. quæst.21. versic. sed quæro ibi, bene secundum aliquos, & rursus ibi, quinimo secundum eum, &c. vbi * de communi & seruata opinione, Pract. Corrad. tit. de testibus, rubr. de recept. post termin. nu.47. fol.137. colum.1. in 6. fallent. Personal. de indic. & tortur. quæst.11. num.28. ad fin. versic. secus vero, si ex mero eius officio, Natta consil.565. nu.3. vbi late Vrsill. ad Afflict. decis.216. num.5. vbi de communi, ¶ de qua etiam testatur And. Gail. de pace publ. libr.1. cap.18. nu.7. & 8. vbi pariter reddit rationem, Anton. Gomez. var. resolut. tomo 3. rubr. de tortur. reorum, cap.13. nu.34. vbi pluribus comprobat, & alios refert, Ant. Thesaur. decis. Pedem. 262. nu.2. Vulpel. consil.108. nu.1. vbi, quod ista est clarissima scribentium conclusio, & consil.136. post num.25. sub vers. breuibus, &c. de communi, Io. Pet. Surd. consil.118. nu.3 lib.1. Claud. ad Bertaz. consil.529. lit. A. versic. ad offen'am autem, vbi de communi, lib.2.

413 AMPLIA V. Vt† publicatio non obstet, non solum in iudice procedente ex officio, vt mox dixi, sed etiam in procedente ad instantiam promotoris inquisitionis, vt puta eius, qui specialiter deputatus sit (prout dicunt Dd.) ad ministerium, instigationem, prosequutionem, aut instructionem inquisitionis à iudice, vel à Principe, prout hodie sunt Fiscales, apud nos sic nominati. Satis enim est ad hoc, vt possint testes post publicationem examinati, vt is, ad cuius instantiam proceditur, non habeat tanquam pars ius, & interesse in ipsa inquisitione, secundum Innocentium in dict. cap. cum clamor, num.1. versic. sed forte oppones & Innocent. refert ibi Bald. nu.3. versic. quid de promotore (licet aliqui contradixerint, vt ibidem per Innocent. in versic. alii tamen dicunt) & dicta per Innocent. bene explicat, & hanc ampliationem ponit Hostiensis ibi, num.5. versic. quid ergo si quis, iuncto num.6.7.8. & 9. Hostiens. opinionem latè refert & sequitur Ioan. Andr. ibidem, nu-mer.3. per totum, præsertim in versic. sed Hostiensis in hoc distinguit, Henric. Boyc. num.2. & sequentib. Bellamer. numer.3. & 4. Butr. num.4. Imol. num.3. Anchar. num.5. Zabarell column 1. versic. ex prædictis infertur, Anan. num.2. Abb. num.3 colum.3. versic. item credit Innocentius, & colum.4. vbi latè refert prædictam Hostiens. distinctionem, Aretin. num.5. in princip. vbi, quod * in hoc Hostiens. communiter approbatur, & in versic. item adnotare, iuncto versic. vnde nos possumus dicere, vbi format contraria, & illi respondet, Felyn. num.4. extra, de testibus, Natta consil.365. num.4. & sequentibus, vbi proprie exemplificat, quando iudex procedit ad instantiam procuratoris fisci, libr.3. Anton. Thesaur. decis.262. num.2. vbi etiam, quando proceditur ad instantiam procuratoris fiscalis, Ioan. Petr. Surd. consil.118. num.3. vbi pariter, quando fisci procurator instat.

414 AMPLIA VI. Vt† publicatio in criminalibus non obstet, quin iudex possit post eam testes ex officio producere, non solum in processu inquisitionis, sed etiam in processu accusationis. Licet enim ad instantiam partis & accusatoris non possint testes ad offensam post publicationem examinari, vt dixi infra, num.424. non tamen hoc prohibetur iudici, etiam quod ad instantiam accusatoris procedatur, ita Bald. in dict. cap. cum clamor, num.3. versic. scias tamen, extra, de testibus. Et hoc est, quod voluit Hostiensis in dict. cap. cum clamor, num.9. colum. fin. versic. vt autem scias, quem * omnes alii ibi referunt, dum * dixit, quod etiam in casu, in quo iudex procedit existente particulari promotore & instigatore, si sibi expediens videbitur, poterit non ad instantiam partis & dicti instigatoris, sed forte ex mero & puro officio, etiam post publicationem plenius inquirere veritatem, adde Angelum de malef. in verbo, qui iudex dictum processum publicauit, num.2. versic. secus est in criminali, vbi, quod, siue agatur per viam inquisitionis, siue per viam accusationis, semper testes produci possunt per iudicem ex officio, ad delicta punienda, post publicationem processus, relati per Gabriel. tit. de testibus, libr.1. conclus.21. num. 96. & 97. dicentes, quod ex officio post publicationem ad offensam examinantur testes etiam in iudicio accusationis, Anton. Gomez. de delict. cap.13. rubric. de tortur. reorum, num.34. vbi expresse dixit, quod iudex post publicationem potest recipere testes ad offensam & punitionem delinquentis, etiam quod procedatur per viam accusationis, adducens ad id quatuor rationes & plures concordantes. Et hanc eandem opinionem sequutus est Senatus Pedemont. teste Anton. Thesaur. in decis.162. in fine, vt scilicet etiam quod adsit accusator, possit iudex ex officio, & post publicationem, testes ad offensam examinare, & ibi testatur de communi ex Alexand. quem allegat.

Contra † hanc ampliationem facit alia communis * conclusio, de qua infra, num.426. vbi dixi, quod * 415
iudex non potest post publicationem in criminalibus testes ad offensam examinare, quando procedit existente aliquo promotore vel instigatore, inquisitionē adiuuante, non à iudice, sed à parte deputato, ergo multo minus hoc potest facere, quando eadem pars promouet & instigat.

Secundo, pro † hac eadem contraria opinione facit 416
alia conclusio, pariter approbata per Doctores, in dict. cap. cum clamor, extra, de testibus, vt videre est apud Hostiens. ibi, num.9. colum. fin. versic. vel dic, iustius esse, Ioan. Andr. nu.3. in fin. versic. vel secundum Hostiensem iustius est & melius, Henric. Boyc. num.4. versic. vel dic melius, Bellamer post num.5. But. num.4. in fine, versic. vel melius & iustius erit, Ancharan. nu.5. in fine, versic. vel secundum Hostiensem, Abb. colum.4. ad medium, versic. vel secundum eum iustius est. Qui omnes communiter cōcludunt, quod licet iudex in casu, quo procedit, existente particulari promotore & instigatore, possit, si sibi expediens videbitur, etiam post publicationem ex officio plenius inquirere veritatem, iustius tamen & melius est isto casu, vt iudex absoluat reum ab instantia accusationis, & ipse postea ex officio inquirat: Imo & quod plus est, quod isto casu sic absolutus non possit amplius inquiri, pluribus comprobat Aretin. ind. cap. cum clamor, nu.4.

Tertio, hæc † eadem contraria opinio confirmatur 417
auctoritate plurium Dd. vt præsertim videre est apud Gabriel. d. conclus.21. num.97. versic. contrarium sentit, iuncto nu.96. dicentem, quod in iudicio accusationis non potest iudex post publicationē testes ex officio ad offensam examinare. Et in hac opinione tanquam vltimo loco per eum relata residere videtur Boss. in tit. de publicat. proces. num.3. versic. & ideo concludendum, vbi dicit, quod quando proceditur ad instantiam partis, iudex non potest ex officio testes ad offensam examinare. Videturde mente Clari in pract. §. fin. qu.61. versic. sed quæro ibi, intellige ad defensam, &c. dum dixit, quod ad offensam non possunt recipi testes post publicationem, etiam ex iudicis officio. Et ita dicit communiter teneri ex Carrer. ibi per eum

allegato, Natta consil.565. nu.1. & seqq. vbi, quod parte accusante non potest iudex ex officio testes examinare. Faciunt relati per eundem Thesaur. d. decis.262. num.5. dicentes, quod quando iudex non est solus in procedendo, sed adest accusator vel instigator, tunc nec etiam ex officio potest post publicationem testes ad offensam examinare.

418 Quid † dicendum? Hæc vltima opinio, ni fallor, mihi verior & communior videtur, quam forte posses limitare, quando iudex est certus, nullam adesse subornationem, & cōcurrit etiam aliqua iusta & magna causa examinandi testes post publicationem: nam tunc videtur hoc permissum iudici facere, etiam in iudicio inquisitionis, si credendum est Clar. in d. quæst.61. versic. sed hac quidem, ibi, bene verum est, &c. il 1.

419 AMPLIA VII. Vt† multo magis post publicationem in criminalibus testes possint post publicationem officio iudicis examinari ad rei defensionem, secundum Marian. in cap. fraternitatis, nu.166. versic. & aduerte, & ibi etiam Aretin. nu.36. & 37. extra, de testibus, Anchar. in c. cum clamor, nu.4. & ibi Anan. nu.4. Aret. nu.3. vbi, quod si iudex hoc potest ad offensam, multo fortius potest ad defensam, extra eodem, Bonifac. in Clem.2. nu.90. de testi- * bus, vbi, quod ita communiter * seruatur, Paris. in 1. additione ad Bartol. in auth. at qui semel, versic. item, quod in criminalib. & ibi Bald. nu.1. versic.2. fallit, C. de probat. Boss. in tit. de publicat. proces. sub num.3. vbi, quod non solum iudex potest, sed tenetur ex officio defensiones rei quærere, etiam post publicationem, & etiam quod in causa procedatur ad instantiam partis, & in tit. de confess. nu.12. Clar. in pract. §. fin. qu.61. versic. sed hac quidem, vbi, quod iudex tenetur, nedum potest ex officio, licet sint publicatæ attestationes, ad defensam examinare, & multo magis, quando proceditur contra absentem, & quod hoc est indubitatum, ex Aret. quem allegat, (licet quando proceditur contra absentem, non soleat fieri publicatio processus,) Matthæus Gribal. in suis regul. crimin. versic. iudex procedens in criminalibus, fol. mihi 347. col.1. inter commun. opin. diuersor. lib.1. ¶ Andr. Gail. de pace publ. libr.1. c.18. nu.7. & 8. vbi test. tur de communi opinione, Brunor. à Sole in suo consil. crim. num. 104. & 121. Ioan. Petr. Surd consil.118. nu.1. lib.1.

LIMITA XXIV. Quando † capto iudicio reus excipiendo impediat, & differat litem contestari, præsertim per cauillationes: tunc enim iudex etiam lite non contestata mandat testes recipi, *Innocent. in cap quoniam frequenter, nnmer. 3. ad fin. versic. item si impediat, Hostiens. ibidem, numer. 9. in verbo, siue sit absens, versicul. idem est si per suas exceptiones, Ioan. Andr. numer. 8. ad medium, versicul. idem si impediat litem contestari, Bellamer. §. 1 numer. 8. sub 8. quæst. versicul. vel si per suas exceptiones, Bald. numer. 7. versicul. in gloss. parua, Butr. in §. nisi forte, numer. 10. versicul. idem si impediat, Abb. numer. 19. in fin. versicul. item si, Barbat. num. 42. extra, vt lit. non contest. Felyn. in cap. significauit, num. 7. extra, de testib. Bald. in authent. sed & si quis, num. 18. in fin. versic. aduerte, C. de testibus, Angel. in authent. de testibus, §. & hoc vero, num. 37. ante fin. colum. 2. post medium, versic. vlterius quæro, Socin. reg. 404 in 2. fallent. Lanfranc. de testibus, numer. 34. versic. hac regula fallit, Anan. Gail. observat 92. num. 12. lib. 1. Pract. Corradi titul. de testib. rub. de recept. ante lit. contest. num. 48. in 45. casu, fol. 139. colum 2.* 51

52 LIMITA XXV. Quando † agendum est contra malitiosum, potentem, & tyrannum, quem actor non auderet conuenire, hoc enim casu subueniendum est actori per iudicem, qui considerata forma, & qualitate negotij, & personarum, & aliis circumstantijs, quãto cautius poterit, faciet testes recipi, & diligenter examinari, sustinens ipse vices rei circa examinationem, & reseruans eidem reo ius excipiendi contra personas, & dicta testium, *Hostien. in cap. quoniam frequenter, numer. 9. ad fin in verbo, abig, m. ultra, vers. quid si præsens, Ioan. Andr. nu. 8. post med. vers. sed si præsens, Bellamer. in §. 1. num. 3. in fin. sub 4. quæst. vers. subdu etiam, Butr. in § nisi forte, numer. 10. ad med. vers. item dicit Hostien. Abb. num. 20. Marian num. 11. sub 1. requisito, colum. 8. in princip. vers. & aduerte, Fel. num. 7. vt lit. non contest. Socin. reg. 404. in 4. & vlt. sallen. Conrad. in practic. tit. de testib. rubr. de recept. ante lit. contest. num. 48. in 47. casu, fol. 139. col. 2. Monticell. in repertor. test. rubr. lite non contest. &c. fol. 96. col. 1. vers.*

53 LIMITA XXVI. Quando † quis in remotis partibus passus est aliquod infortunium, puta, naufragium, furtum, hostium incursum, aut quid simile: tunc enim in eodem loco sequuti infortunij etiam lite non contestata, & etiam parte non citata testes recipiuntur, *vt dixi supr. quæst. 72. num. 53. & seqq. vbi concordantes allegatis quibus addo Marian. in cap. quoniam frequenter, num. 13. & ibi Felyn. colum. 5. ad medium, versicul. propter hoc dixit etiam extra, vt lit. non contesta. Aretin. cap. significauit, numero 10. versicul. reperitur tamen, & numer. 14. versicul. nisi iusta causa fuit, extra, de testibus, Gerard. singul. 99. num. 2. vers. secundo limitatur.*

54 LIMITA XXVII. De † consensu partium, *Marian. in quoniam frequenter, num 26. in fin. in 21. sallent. vbi refert quæ de materia, vt lit. non contest. Ball in c. significauit, n. 5. Mantue de materia, vt lit. non contest. Socin. reg. 415. in 1. sallent. Monticell. in repert. test. extra de testib. rubr. lite non contestata, &c. fol 97. col. 1. vers. 4 & vide, quæ dixi infr. n. 191.*

55 LIMITA XXVIII. Vbi † agitur de periculo animarum, *Marian. in 6. quoniam frequenter, num. 54. in 58 sallen. extra vt lit. non contest.*

56 LIMITA XXIX. Quando † agitur super ætate, & natalibus filij ad instantiam patentum: tunc enim examinantur testes, etiam lite non contestata, & sufficit isto casu generale proclama, si quis putauerit sua interesse, *Bald. in neq; natales, colum penult. vers. tertia scriptura. C. de probat. refert & sequitur Conrad. in pract. titul de testib. rubr. de recept. ante lit. contestat. numer. 48. in 49. casu. fol. 139. colum. 2.*

57 LIMITA XXX. Propositam † regulam non procedere in pluribus aliis casibus (vltra supra enumeratos) in quibus lite non contestata possunt testes examinari, & in quibus etiam litis contestatio non requiritur, & in quibus videre poteris apud gloss. *in cap. quoniam frequenter, in verbo, regulariter, vbi plures enumerat, & ibi Innocent. numer. 1. per totum, Hostiens. numer. 26. Ioan. Andr. numero 48. Butr. numer. 4. Ancharan. num. 8. Anan. num. . . . Abb. post num 3 & numer. 4. Marian. num. 8. vsq; ad numerum 78.* vbi latissime ponit casus octuaginta, *extra, vt lit. non contestat. Alber. in l. lege Aquilia, num. 4 per totum, in discursu, ff. ad legem Aquiliam, Angel. authent. de testibus, §. hoc vero, numer. 37. ad medium. colum. 1. in fin. & colum. 2. in princip. Specul. in tit. de teste, §. nunc tractemus. numer. 1. & seqq.* vbi ponit casus 36. *Soc. in regul. 242. Nell. in tractat. de testibus, num. 73. per totum,* vbi refert casus relatos Specul. *Pract. Corradi titul. de testib. rubr. de recept. ante lit. contest. num. 48. per totum, fol. 138. & seq* vbi ponit casus quinquaginta, *Monticell. in repertor. test. rubr. lite non contestata, &c. fol. 94. & seqq. per totam, & fol. 97. & seqq. in rubricis seqq.*

58 AMPLIA I. Omnes † prædictas limitationes, vt in casibus, in quibus testes possunt recipi lite non contestata, possint etiam recipi, & examinari in die feriato, *secundum Ioan. Andr. in cap. quoniam frequenter, numer. 7. in verbo, admittendi, Butr. ibidem, in §. nisi forte, num. 9. Zabarell. num. 2. in fin. vers. quæro, an hæc receptio, Anan. num. 5. Abb. numer. 22. vbi, quod ita tenent communiter* Dd. *Marian. * numer. 9. in 5. declaratione, extra, vt lite non contestat. Monticell. in repertorio testium, rubr. quando ad perpetuam rei memoriam, &c. fol. 100. colum. 2. vers. final. & fol. 101. colum. 1. versicul. 6. & rubr. ab futuror. test. productio. fol. 102. colum. 2. versicul. 2. & 5. Lancellot. in tractat. de attent. cap. 12. limitat. 43. num. 5.*

59 LIMITANDO † propositam ampliationem, aduerte, quod illa tantum videtur procedere, quando imminet maximum periculum perituræ probationis, alias secus. Sic enim declarant Abb. *in d. cap. quoniam frequenter, num. 22. vers. vnde puto, & ibi Marian. numer. 9. in 5. declaratione, versicul. vnde putet D. meus, extra, vt lite non contestat.*

60 AMPLIA II. easdem † omnes limitationes, vt in casibus, in quibus possunt examinari testes ad perpetuam rei memoriam, possit etiam examinari vnus testis, *Bald. in auth. sed si quis, num. 15. C. de testib.*

61 SVBLIMITA I. dictas † omnes præcedentes limitationes, vt in omni casu, in quo examinantur testes ad perpetuam rei memoriam, & ante litem contestatam, ij, inquam, testes probent contra citatos, & vocatos, non autem contra tertium, *Butrig. in cap. significauit, num. 10. vbi etiam de materia, Imol. num 8. in fin. versic. an ista publicatio, Abb. num. 9. vbi limitat, nisi ille tertius successerit in ius illius, contra quem testes fuerunt recepti* vel *in ius illius, contra quem testes fuerunt recepti, Aretin. num. 15. vbi late de materia, & præsertim, an isti testes probent contra singulatem successorem, extr. de testib. Ad. in ad Bartol. in l. lege Aquilia, colum. 3. in fin. litera d. in fine additionis, vers. in autem examinatio,* vbi remittitur, an testes examinati contra venditorem noceant emptori, *& ibi Florian. num. 11. ad medium, vers. adde etiam,* vbi, quod non nocent tertio extraneo bonorum possessori, *quod non nocent tertio extraneo bonorum possessori, ff. ad leg. Aquil. Angel. in authent. de testibus, §. & hoc vero, numer. 40. Lanfr. in de testib. num. 34. ad fin. vers. tales tamen testes, Monticell. in repertor. test. rubr. quando ad perpetuam rei memoriam, &c. fol. 99. col. 1. vers. pen.* Verum de hac materia, an, & quando testes contra vnum examinati proberit contra alium, dixi latius *in quæstionib. ciuilib. sub tit. de probationib.*

62 SVBLIMITA II. & † generaliter easdem omnes limitationes, quia contra testes examinatos ante litem contestatam potest opponi & contra dicta, & contra personas, *Angel. per illum text. in authent. de testibus, §. & hoc vero, num. 37. in 4. & vltim. not. ab. & numer. 43. Alber. in l. lege Aquilia, num. 5. ff. ad legem Aquil. Cyn. in auth. si quis ab aliquo, colum. 1. in fin. vers. secundo quæro, vbi, quod ita tenent Dd. & ibi etiam Alber. colum. final. in fin. num. 2. versicul. sed nunquid quando testes, C. de testib.* Et in specie de testibus examinatis ad perpetuam rei memoriam pro parte rei, dixi *infra, numer. 80.*

ARGVMENTVM.

Testes an & quando ex parte rei possint examinari lite non contestata, & ad perpetuam rei memoriam, & examinati, quid & quantum probent.

SVMMARIA.

Regula sit, quod ex parte rei, & in ciuilibus testes possunt examinari ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, n. 63.

Ampliat 1. quando examinantur testes, vt eorum dicta publicentur, quando scilicet quis timet futuram litem, potest enim is tunc petere, vt testes de facto informatis examinentur, n. 64.

Ampliat 2. quia ex parte rei examinantur testes ad perpetuam rei memoriam, etiam quod non sint senes, valetudinarij, & absturi, n. 65. Declara, vt n. 66.

Ampliat 3. quod etiam ex parte actoris possunt examinari testes ad perpetuam rei memoriam, quando examinantur pro parte rei, n. 67. contra, n. 68.

Ampliat 4 etiam in eo, qui potest esse & actor, & reus.

Ampliat 5. vt possint examinari testes ante litem contestatam ad instantiam possessoris alicuius rei, qui dubitat posse sibi in futurum super dicta possessione litem moueri, num. 70. Declara hanc ampliationem duobus modis, vt num. 71. & sequentibus.

Limitat 1. hanc regulam non procedere, quando actor est præsens, & offert se paratum agere, ac litem mouere, n. 74.

Limitat 2. regulam procedere, quando reus examinat testes pro sua defensione, siue exceptione, secus si pro actione, & ad impugnationem n. 75. licet contra, n 76.

Ideo testibus examinatis ad perpetuam rei memoriam, reus potest vti, quando alius agit contra ipsum, secus si ipse reus velit agere contra alium, n. 77.

Ideo etiam quando reo competit actio, non potest ea examinare testes ad perpetuam rei memoriam, numer. 78. licet alij contra, num. 79.

Limita 3. quia contra testes receptos ex parte rei ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, potest opponi non solum contra dicta, sed etiam contra personas, num. 80. Declara, vt num. 81.

QVÆSTIO LXXVI. PARS II.

63 REGVLA sit † in hac secunda parte propositæ quæstionis, (& nunc resumo materiam quartæ principalis limitationis dictæ quæstionis, de qua *sup. num. 13.* quod ex parte rei possunt testes examinari ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, *text est in * capit. significauit, & ibi communiter † notant omnes in summario, & ibi tertiam Hostiens. num. 2. vers. hæc publicatio fit in fauorem rei, Henric. Boic. num. 3. in fin. Bellamer. numer. 10. Bald. numer. 2. ad medium, versicul. quia fungitur loco rei, Butrigar. numer. 1. in 2 notab & num. 6. in princip. Imol. numer. 2. vers. item nota, quod ad petitionem rei, & numer. 8. post med vers. secundo casu, Zabarell. colum. 2. ante med. sub versic. dic, quod aut quæritur, vbi, quod ita tenent omnes, * & post med. versic. in fine eiusdem glossæ,* vbi ponit practicam examinandi testes ex parte rei, *Alb. nu. 4. ad fin. vers. venio ad secundum membrum, * vbi, quod ita omnes * indifferenter tenent, Felyn. num. 15. vbi pariter, quod hoc tenent omnes, * extra, de testib. gloss. in 6. quoniam frequenter, in verbo, regulariter, vers. item in actoris absentia, & ibi Innoc. num. 1. in fin. vers. item fallit in reo, Hostiens. num. 24. ante fin. vers. prima est, Ioan. Andr. num. 21. in verbo, publicatio, Henric. Boic. in §. sunt & alij, num. 1. versic. in primo casu, Bald. num. 6. vers. porro si ex parte rei, Imol. num. 18. Anchar. num. 7. ad fin. & in §. sunt & alij, nu. 3. vers. sit autem ista receptio, tunc lo vers. subueniatur ergo, Zabarel. in d. §. sunt & alij, in fin. vers. item receptio, & ibid. Anan. numer. 2. versicul. nota ex isto textu, Abb. in princip. num. 7. & in 2 not. §. sunt & alij, num. 3. & nu. 4. in fin. versic. ratio diuersitatis, Marian. num. 9. versicul. 7. declaratur, & num. 11. colum. 7. vers. sed circa prædictas, extra, vt lit. non contestat. Bartol. in l. lege Aquilia, colum. 7. in fin. versicul. ante loquimur in reo, & colum. 4. ad medium, ver. secundo casu, ff. ad leg. Aquil. idem Bartol. in l. de ætate, num. 2. ff. de minor. Bellapert. in authent. si quis ab aliquo, colum. 2 in princip. vers. sed ex parte rei, & ibi Cyn. colum 1. ante med. vers. nam reus, Bartol. in 1. lectura. num. 5. versicul. secundo casu, & in 2 lectura. nu. 3. versicul. si vero petuntur examinari ex parte rei, Bald. numer. 2. post medium, vers. sed prout ista authent. loquitur in reo, & numer. 8. ante fin. vers. si vero petuntur examinari ex parte rei, tandem versic. ratio quare fauorabilior est reus, & num. 11. colum. 4. in princip. versicul. item est exemplum in reo, Alberic. numer 2. vers. ex parte enim rei, Fulgos. num. 2. post medium, versicul. sed si reus. Angel. num. 3. in fin. versicul. ex parte vero rei, Salycet. numer. 3. vers. ex parte vero rei, & num. 1. post med. vers. item dicunt*

*Canonistæ, Castrens. numer. 2. vers. si vero intelligitur in reo, C. de testib. gloss. in authent. de testib. §. & hoc vero, in verbo, præsente, in fin. vers. reus autem semper potest, & ibi Angel. num. 37. vers. 2. oppono, Specul. in tit. de teste, §. nunc tractemus, num. 1. an 8. casu, Campeg. regul. 171. in 8 fallent. Lanfranc. de testib. numer. 34. ad med. versicul. ex parte autem rei, Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 1. num. 19. vbi de communi, * Mynsing. obseruat. 72. vers. * secundus articulus, cent. 4 Andr. Gail. observat. 92. num 8. & 9. Pract. Corradi tit. de testib. rubr. de recept. ante lit. contest. numer. 48. in 8. casu, fol. 138. colum. 2. post princip. Monticell in repertorio testium, rubr. lite non contest. &c. fol. 95. col. 1. vers. 1. & fol. 96. col. 2. vers. penult. & rubr. quando ad perpet. rei memor. testes producan. fol 97. col. 2. vers. 1. & seqq. vbi de materia, Michael Craff. in commun. opin. lib. 2. cap. 7. q. 28. in fin. versic. & hoc quidem procedit, Vtin. opin. 922. num. 6. vbi de * communi, * Mascard. conclus. 683. numer. 1. lib. 2. & consulendo tradiderunt Socin. num. cons. 44. num. 4 lib. 1. Corn. cons. 172. numer. 1. vers. & licet quandoque, lib. 2. Roland. consil. 13. num. 16. vbi de communi.* *

64 AMPLIA I. propositam † regulam, (& hæc ampliatio cõtinet eandem materiam, de qua in eadem regula habetur,) vt & idem sit, quando examinantur testes ad hoc, vt eorum dicta publicentur. Exemplum huius ampliationis ponitur, quando quis timet, ne sibi in posterum super aliquo controuersia moueatur: tunc enim is potest petere à iudice, vt testes, qui interfuerunt negotio, publicentur, id est, eorum dicta redigantur in publicam formam, ad æternam rei memoriam. Probatur hæc eadem ampliatio *in cap. quoniam frequenter, & ibi omnes & alij, ibi, vel testium publicatio immineat facultas, & ibi gloss. in verbo, publicatio, alia gloss. in d. cap. quoniam, in princip. in verbo, regulariter, vers. & publicationis, & in verbo, timetur, vers. nisi in. auffam publicationis, & ibi etiam Innocent. numer. 1. in princip. vers. sed & publicatione testium, & num. 7. in verbo, publicatio, Hostiens. num. 9. in verbo, timetur, & num. 24. in verbo, vel testium publicatio, & num. 26. in 4. casu, Ioan. Andr. numer. 2. ad med. vers. quod fallit, Bald. post num. 2. vers. item dicit, Butr. in §. nisi forte, numer. 13. & in § sunt & alij num. 5. Imol. num. 3. vers. in glossa timetur, & num. 17 post med. vers. in causa inquisitionis, Anchar. in §. sunt & alij, num. 3. vers. 4. nota Zabarell. colum. 1. in princip. vers. vel publicationis, Anan. in §. sunt & alij, num. 1. in princip. Abb. ante num. . . . in colum. 2 post prin. vers. fallit in sex casibus, & num 7. extra, vt lit non contest. item facit gloss. in cap. significauit, in verbo, in numerosa, extra, de testib.*

65 AMPLIA II. Vt † isto casu recipiantur testes non solum senes, valetudinarij, & absturi, sed etiam cæteri alij omnes, qui non sint tales, *gloss. in cap. quoniam frequenter, §. sunt & alij, in verbo, publicatio, versic. & in hoc casu, & ibi Hostiens. num. 9. in verbo, timetur, & numer. 24. ante fin. vers. 2. quia, Ioan. Andr post num. 11. in verbo, aliud, Butr. in §. sunt & alij, num. 5. vers. & hoc casu, Imol num 18. ver. item hic recipiuntur omnes, Anchar. in d. §. sunt & alij. num. 3. vers. quinto nota, vbi etiam Anan. num. 3. versicul. item pro reo recipiuntur omnes, Abb. in princip. num 87. vers. item recipiuntur omnes. & in §. sunt & alij num. 3. in fin. Marian. num. 91. extra, vt lit non contest. item gloss. in cap. significauit, in verbo, testes, ver. hic enim recipiuntur omnes, & ibi etiam Hostiens. in princip. Ioan. Andr. num. 7. Bellamer. num. 3. Bald. num 2. ad med. vers. quia fungitur loco rei, Butr. num. 5. Imol. numer. 8. vers. aliud est intellectus, Abb. num. 2. in fin. vers. oppono contra textum, & num 3. versic. prima differentia, extra, de testib. Bartol. in l. lege Aquilia, col. 4. ad med. vers. secundo casu, & ibi Florian. colum. 2. in fin. num. 3. ad med. vers. item hoc casu 2. ff. ad leg. Aquil. Bellapert. in authen. si quis ab aliquo, colum 2. in prin. vers. item quod dixi, Salyc. ibid. num. 3. vers. ex parte vero rei, & num. 7. post med. vers. item dicunt Canonistæ, & Castrens. post num. 2. C. de testib. Mynsinger. obseruat. 71. cent. 4. vers. primum enim, And. Gail. observat. 92. num. 8. lib. 1. Vtin. opin. 922. num. . . . vers. imo in præsente casu, vbi de communi.* *

LIMITA

66 LIMITA † Hanc secundam ampliationem procede, quando iudicium non est adhuc inchoatum: Sed si actor iam reum conuenisset, tunc non potest idem reus testes ante litem contestatam producere, nisi de eorum morte aut absentia diuturna timeatur, *Bellapert. in authent. si quis ab aliquo, col. 2. post prin. vers. item quod dixi, C. de testib. Conrad. in pract. tit. de testib. rubr. de recept. ante lit. contest. at. num. 48. in vltim casu, versicul. item declara. fol. 140. column. 11.* vbi facit conclusionem, quod quando instat tempus examinationis testium iure ordinario, non recipiuntur tunc testes ad æternam rei memoriam, *ex Socin. quem allegat in consil. 14. num. 10. lib. 4. Monticell. in repertor. test. rubr. quando ad perpetuam rei memoriam, fol. 99. col. 1. versic. 2.*

67 AMPLIA III. Quia † quando reus producit testes ad æternam rei memoriam: tunc etiam actor potest producere alios testes super eisdem vel directo contrariis, *secundum Bald. in authent. sed si quis, num. 19. C. de testib. sequitur Aretin. in cap. significauit, num. 19. ad medium, versic. præterea ego considero, extra, eodem.* Vide tamen in hoc Castrens. *in d. authent. si quis ab aliquo, num. 2. in fin. vers. & adde,*

68 *quod dicit hic Baldus,* vbi dixit, quod † in hoc opinio Baldi sibi non placet, nisi quando debitum esset in diem, vel sub conditione: tunc enim, inquit ipse, posset Baldi opinio tolerari, secus quando debitum esset purum, & actor posset agere.

69 AMPLIA IV. In † eo, qui potest esse & actor, & reus: is enim potest testes ad perpetuam rei memoriam, & ante litem contestatam examinare: de cuius ampliationis veritate & exemplo videas Hostiens. *in c. significauit, num. 2. in fin. vers. solutio, vbi vterq; potest esse actor, & ibi Ioan. Andr. num. 16. versicul. dicit Hostiensis,* Bal. *num. 6. in princ.* vbi, quod isto casu valent depositiones testium ad defensionem, non ad impugnationem, *Butr. num 6. col. 2. post med. versicul. quandoq; petuntur, Imol. num. 8. vers. interdum in casu, &c. iuncto ver. secundo casu, Zabarell. col. 2. ad med. versicul. aut non impeditur agere, Abb. num. 4. in fin. col. 4. post med. vers. in 3. membro, Aretin. num. 25. vbi de materia, extra, de testib. Bartol. in authent. sed & si quis, in 1 lectura. num. 5. vers. 3. casu, & in 2. lectura, num. 3. colum. 2. vers. si vero petuntur examinari, il 2. & ibi Bald. numer. 8. ante fin. Fulgo. num. 2. post med. versicul. aut ille, qui petit, est actor & reus, C. eodem, & consulendo tradit Alex. consil. 203. num. 7. lib. 2. & in consil. 130. num. 8. lib. 7.*

70 AMPLIA (Et † hæc ampliatio venit illatiue ex regula,) vt ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam possint examinari testes ex parte illius, qui puta sit in possessione alicuius rei, dubitatque, quod morientibus testibus informatis aliquis possit sibi mouere litem, & ex deficientia probationum obtinere: tunc enim iustum est prouidere, aliter ius talium possidentium possideret, cum ipsi agere non possint, cum possideant, nec alios possent cogere ad agendum: merito ergo statutum est, vt testes recipiantur & publicentur perpetuo valituri, *text. est in cap. significauit, & ibi Innoc. in prin. Hostien. colum. 1. in princip. Ioan. Andr. post num. 7. Henric. Bosc. num. 3. in fin. Bellamer. num. 4. & numer 10 Butr. colum. . . in prin. num. 6. vers. item tenet hic Innocentius, Anchar. num. 3. & Abb. post num. 4. colum. 3. post princip. versic. Innocentius etiam, extra, de testib. Bal. in auth. sed & si quis, col. 2. ad fin. num. 5. vers. sed hic dubitatur, & numer. 8. ad fin. vers. est autem reus quomodocunq; possessor, C. eodem, Mynsing. obser. 71. cent. 4. Alex Stiat. in pract. iudic. cap. 16. num. 90. Monticell. in repertor. test. rubr. quando ad perpetuam rei memoriam, &c. fol. 98. col. 1. ver. 4. & 5.*

71 LIMITA I. Hanc † quintam ampliationem non procedere, quando quis possidet, & nullus adest, qui controuersiam moueat, vel ius prætendat; tunc enim possessor nō potest dici nec actor, nec reus, quia aduersarium non habet, nec potest illum sibi constituere, & sic cum non habeat, cum quo fundet iudicium, vel quem citari faciat, non potest petere receptionem testium, ad perpetuam rei memoriam, *Bald. in cap. significauit, nu. 7. extra, de testib. idem Bald. in authen. sed & si quis, col. 2. in fin. n. 5. vers. sed hic dubitatur, & col. 3. in prin. vers. cautela est,* vbi propterea tradit cautelam, quod possessor procuret diffamari per interpositam personam, & tunc contra illam potest fundare iudicium, & occasione illius poterit facere citari cæteros, qui velint contradicere, *vt ibi per eum, Salyc. in d. auth. sed & si quis, num. 4. vbi refert & sequitur Bald. vbi supr. C. de testib.*

LIMITA II. eandem † ampliationem, quando 72
quis esset in possessione, haberet tamen actionem contra alium, vt interdicto vti possidetis, vel confessoria: tunc enim non possunt examinari testes ad æternam rei memoriam, secundum formam *d. cap. significauit*, sed habet remedium *d. cap. quoniam frequenter, &c. ita declarat Innocen. in eodem cap. significauit, post princip. vers. vnde videtur, & ibi Hostiens. colum. 1. in princip. vers. quid ergo si talis possessor, Ioan. Andr. num 8. Henric. Boc. num. 3. in princip. Bellamer. numer. 5. & num. 10 Butr. num. 6. colum. 2. in princip. vers. per hoc videtur, Zabarell. colum. 2. ante med. post vers. alias differentias, Abb. sub numer. 3. ad med. versicul. si tamen esset aliquis, extra, de testib.*

Quamuis † contrarium in hoc voluerit Bal. *in d. cap.* 73
significauit, n. 6. & Imol. n. 3. idem Bald. in authen. sed & si quis, col 4 n 8. ad med. C. de testib.

LIMITA I. Propositam † regulam non procede- 74
re, quando actor est præsens, & offert se paratum agere, ac litem mouere: tunc enim differtur receptio testium inductorum pro parte rei post litem contestatam, nisi essent senes, valetudinarij, aut diu abfuturi, *secundum Io. Andr. in cap significauit, num. 10. in fin. in verbo, interfint, & ibi Bellamer. num 1. in fin. Zabarell. colum. 2. post medium, versicul. si autem veniret aduersarius, Abb. numer. 4. in fin. colum. 4. post medium, versicul. imputetur ergo illi, extra, de testibus, Addent. ad Bartol. in l. lege Aquilia, columm. 4. litera c. ff. ad leg. Aquil.* vbi ex Bald. *quem allegat in l. final. C. de vsur.* plus dicit, quod quando reus vult petere testes examinari ad perpetuam rei memoriam, prius debet facere citari actorem, vt declaret, an tunc velit agere, quoniam si vellet agere, non esset recurrendum ad hanc viam extraordinariam, *Papiens. in practic. in form. capit. quando produc. test. ad æternam rei memoriam, numer. 2. versicul. & si comparuit,* vbi, quod si citatus cōparuit, siue sit actor, siue sit reus, debet offerri libellus, & iuris ordo seruari. Quid quando inducuntur testes ex parte actoris, & reus est præsens, an tunc possint recipi lite non contestata, dixi *infr. num. 108.*

LIMITA II. Eandem † regulam procedere, quan- 75
do reus examinat testes pro sua defensione, siue exceptione: secus si pro actione, & ad impugnationem, *gloss. in cap. significauit, in verbo, in testes, versic. & nota, quod hæc publicatio, & ibi Bald. num. 6. de testib. idem Bald. in authent. sed & si quis. num. 8 post princip.* vbi, quod ita dicunt Canonistæ, *C. eodem.* Quamuis † in hoc contrarium voluerit Nell. *de* 76
testib. n. 77.

Ideo † testibus examinatis ad perpetuam rei memo- 77
riam, reus potest vti, quando alius agit contra ipsum, secus si ipse reus velit agere, contra alium, *Innocent. in cap. significauit, ante med. versicul. idem videtur, & ibi Hostiens. ante num. 1. versicul. attestationes autem, Ioan. Andr. numer. 9. Bellamer. numer. 5. in fin. versicul. & he attestationes, Bald. numer. 5. Butr. num. 6. col. 2. ante fin. vers. & per hæc Imol. num. 8. in fin. vers. & adde etiam,* (vbi tamen dicit, quod forte istud non est verum,) *Aret. num. 25. vers. sed si idem reus, vbi de materia, extra, de testib.*

Ideo † etiam, quando reo competit actio, non po- 78
test examinare testes ad perpetuam rei memoriam, *Imo. in d. cap. significauit, numer. 6. vbi bene probat, & respondet contra-*

contraria, de testibus, Angel. in authent. de testibus, §. & hoc vero, num. 41. versicul. fallit, quando est in potestate rei exceptionem suam proponere per modum agendi, & ponit exemplum in exceptione non numeratæ pecuniæ, *refert & sequitur Andr. Gail. obser. 92. n. 10. & seq. lib. 1.*

79 Quamuis † contrarium in hoc voluerit Imol. *in c. Albericus, nu. 3.* vbi dixit, quod ad petitionem rei, qui etiam actor esset, potest peti publicatio testium ad æternam rei memoriam.

80 LIMITA III. Quia † etiam contra testes receptos ex parte rei ante litem contestatam potest opponi non solum contra eorum dicta, sed etiam contra personas, *gloss. (quæ in hoc reprobat contrariam Vinc. opinionem, in cap. significauit, in verbo, testes, versicul. item contra illos, & ibi etiam Ioan. Andr. num. 13. & num. 15. in fin. & num. 16. Bellamer. num. 14. Butr. num. 5. ad med. versicul. item contra illos, Imol. nu-*
* *mer. 5. vbi, quod hoc communiter * tenetur, Zabarell. colum. 2. post prin. versicul. ibi non est verum, &c. Abb. n. 3. col. 2. versicul.*
* *4. differentia, vbi, quod opinio Vinc. communiter * reprobatur,*
* *Felyn. num. 4. vbi, quod hoc communiter * tenetur, extr. de testib.*
Et generale est, quod contra testes examinatos ante litem contestatam, potest opponi etiam contra personas, vt dixi *supr. n. 62.*

81 SVBLIMITA † hanc tertiam limitationem, vt procedat ante publicationem: tunc enim potest opponi & contra dicta, & contra personas, quo casu procedit opinio Vinc. ita *declarat Imol. in cap significauit, num. 5. & ibi Abb. num. 3. col. 2. sub versicul. 4. differentia, & Felyn numer. 4. extr. de testib.*

ARGVMENTVM.

Testes senes, valetudinarij, vel diu abfuturi, an & quando possint examinari ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam.

SVMMARIA.

Regula sit, quod senes, valetudinarij, & diu abfuturi possunt examinari ante litem contestatam, n. 82.
Ampliat 1. vt senes dicantur septuagenarij, n. 84. à septuagesimo vero anno, vsq; ad quinquagesimum stat in arbitrio iudicis, qui testes dicantur senes, n. 83. & d. n. 84.
Ampliat 2. vt etiam iudicis arbitrio remissum sit, quando testis absentia dicatur diuturna, n. 85.
Ampliat 3 quia pariter est iudicis arbitrio remissum, qui dicantur testes valetudinarij, & quando de eorum morte dubitari contingat, r. 86.
Ampliat 4. vt senes examinentur ante litem contestatam, etiam quod de eorum morte vel absentia non dubitetur, n. 87.
Ampliat 5. vt valetudinarii examinentur ante litem contestatam, etiam quod non sint senes, nec diu abfuturi n. 88.
Ampliat 6. in prosecturis ad bellum, vel vltra mare naugaturis, aut alias ad remotas partes peregrinaturis, n. 89.
Ampliat 7. vt infirmi & valetudinarii dicantur iudicio Medicorum, n. 90.
Ampliat 8. in muliere prægnante. n 91. Contra, n. 92.
Ampliat 9. vt sufficiat sola suspicio ad hoc, vt dicatur dubitari de morte testium, n. 93.
Ampliat 10. vt super diuturna absentia stetur iuramento testis, num. 94.
Et si isto casu testis præstat duplex iuramentum: Vnum de veritate dicenda; & aliud de futura absentia, num. 95. declara, vt num. 96.
Ampliat 11. vt tales testes examinentur ante litem contestatam, etiam super articulis reprobatiuis iure, n. 97. non tamen examinantur super articulis impertinentibus, n. 98.
Ampliat 12. vt tempore pestis omnes testes possint examinari ante litem contestatam, n. 99.
Limita 1. vt hæc regula procedat in valetudinariis, & infirmis, propter debilitatem corporis, & naturæ defectum, non autem propter febres acutas, n. 100. contra, n. 101.
Limita 2. quia quando examinantur senes valetudinarii, vel abfuturi, non debent alii examinari, qui non sint tales, n. 102.
Limita 3. quia absentia debet esse a loco iudicii, non autem à loco domicilii, n. 103.
Limita 4. quando actor est præsens, & est paratus suscipere iudicium; tunc enim senes, infirmi, & abfuturi non examinantur ad perpetuam rei memoriam, num. 104. contra, nu. 105. Distingue, vt n. 106. & seqq.
Limita 5. quia testes examinati propter mortis vel absentia periculum ante litem contestatam, si viui & præsentes sint tempore litis contestatæ, non probant, nisi denuo examinentur, num. 109. contra, n. 110.
Limita 6. in conualescentibus, n. 111.
Limita 7. si criminaliter, n. 112.

QVÆSTIO LXXVI. PARS III.

REGVLA sit † affirmatiua, quod quando timetur 82
de morte testium, vel eorum diuturna absentia, & sic senes, valetudinarij, & diu abfuturi, possunt ante litem contestatam examinari, text. *in cap. quoniam frequenter, in princip. ibi, nisi forte de morte testium timeatur, vel absentia diuturna, & paulo infra, ibi, senes, valetudinarii, & alii testes, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, etiam lite non contestata, sunt proculdubio admittendi, & ibi gloss. & in verbo, regulariter, in princip. Innocent. num 1. versicul. fallit hæc regula, Hostiens. num. 3. in princip. & in verbo, de morte testium, & in verbo, vel absentia, & in verbo, diuturna, & num. 6. in verbo, senes, & num. 26. Ioan. Andr. num 2. versicul. quod fallit, Henric. Boic. in § sunt & alii, num. 1. versicul. nisi timeatur, &c. & n. 6. versicul. si actor est præsens, Bald. post num. 3. Butr. in §. nisi forte, num. 1. Imol. ante num. 1. versicul. fallit cum timetur, Anchar. num. 1. versicul. fallit in duobus casibus, & num. 2. versicul. 2. nota, Zabarell. colum. 1. in prin. versicul. fallit in sex casibus, & num. 2. in 1. & 2. oppositione, vbi respondet contrariis, Anan. num. 1. vers. fallit cum timetur, & num. 3. Abb. ante num. 1. col. 2. post princip. versicul. fallit in sex casibus, & num. 1. vers. fallit, vbi timetur de morte, & num. 3. in 1. requisito, Marian. num. 5. in 5. & 6. notab. & num. 9. versicul. hæc tamen regula fallit, & num. 10. in princ. extra, vt lit non contest. Bald. in cap. significauit, num. 2. versicul. & idem fallit, & ibi Imol. colum. 3. in princip. num. 8. in princip. & versicul. primo casu, Felyn. num. 6. versicul. fallit in casu, extr. de testib. item est gloss. in cap. Albericus, in verbo, publican. versic. sic etiam recipiuntur testes, extra, eodem, Bartol. in l. lege Aquilia, colum. 2. in fin. vers. quod dico in actore, & colum. 4. post princip. vers. nisi dubitetur, & ibi Alber. numer. 4. ff. ad leg. Aquil. idem Bartol. in l. de ætate, num. 2. vers. ex parte vero actoris. ff. de minor. Butrigar. in authent. sed & si quis, vers. vel etiam debitum est purum, & ibi Cyn. colum. 1. post princip. vers. si causa est inchoata, Bartol. post numerum tertium, in princip. iuncto versicul. item cum dubitatur, in 1. lectura, & in 2. lectura, numer. 1. in fin. Bald. post numerum octauum, columm. 4. in princip. versicul. in actore autem, & versicul. primo casu, Alber. num. 1. in princip. & d. numer. 2 in fin. versicul. item fallit, Fulgos. num. 1. in fin. versicul. nisi dubitaretur de vita, Angel. post numer. 3. versicul. fallit, vbi timetur, Salyc. numer. 1. & num. 3. & num. 7 post medium, vers. sed quando ex parte actoris, Castrens. num. 1. versic. item demum, C. de testib. gloss. in authent. de testib. § & hoc vero, in verbo, præsente, in fin. vers. testium nota, & ibi Angel numer. 37. vers. si ibi timetur, & versicul. hæc ergo est regula, Specular. in titul. de teste, §. nunc tractemus, num. 1. in 1. casu, & in 2. casu, Socin. regul. 413. in 1. fallent. Nell. in tractat. de testibus, num. 73. in 1. & 2. casu, Anton. Gomez. titul. de delict. cap 1. num. 19. versicul. actor vero, Mynsinger. observat. 72. in prin. vers. nisi de morte, centur. 4. Alex. Stiat. in pract. iudic. 16. num. 81. & nu. 89. Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. rubr. de testib. & eorum inductione. num. 3. Conrad. in pract. tit. de testib. rubr. de recept. ante lit. contestat. numer. 48. in casu, fol. 138. colum. 2. in fin. & in 2. casu. colum. 2. in princ. Menoch. de præsumpt. lib 2 præsumpt. 54. numer. 2. Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1073 numer. 2. vbi de communi, * & consilio *
ne 1367. num. 4 lib. 3. & consulendo tradiderunt Socin. in consil.*

sil.86.nu.14.versicul.secundo requiritur, lib.2. & cons.34.post num.4.in lib.1. Aretin.cons.142.num.11. Corn.con.172.numer.1.versicul.& hoc nisi subsit aliqua insita causa, lib.2 Roland. cons.23.n.10.lib 3. Port cons.72.n.6. Hippol.Rimin.cons.145. n.6.lib.2.& cons.213.n.107.eod.lib.2.

83 AMPLIA, vt † licet in iure senes quandoque dicantur annorum 50. quandoque annorum 55. quandoque annorum 60. & quandoque etiam annorum 64. *vt per Igneus in l.3.§.ignoscitur, num.13.seqq.* Et rursus quandoque septuagenarij, & quandoq; etiam centenarij, & quandoque etiam octuagenarij, *vt per infrascriptos Dd. & praecipue per Bald.in cap quoniam frequenter.n.m.3.extra, vt lite non contestat. & per Speculat.in titul. de testibus, §. nunc tractemus, num.6.addit.ad Papien.in pract.in form.capitulorum, in gloss.de morte & per Menoch.de arbitr.quaest.casu 59.* In proposito tamen iudicis arbitrio remittitur. Quando autem, & ex quibus isto casu iudex istud arbitrium regulare debeat, vide Innocent.*in d.cap.quoniam frequenter, num.3. & ibi Hostiens.num 6.& seq. Ioan.Andr.num.6. Bellamer.§.1.numer.6. & 7.in 2.quaest.Butr.in §.nisi forte, numer.6. Ancharan.num.3. Zabarell.num.2.in 3.oppositione, Anan.num.41. Abb.num.18. Marian.num.9.versic.2.declaratur*, vbi bene comprobat hanc ampliationem, eamque sibi videri satis æquam dicit, *Felyn.numer 4.ad fin.colum.6. in princip.versicul.ad tertiam quaestionem, adden.ad Bar.in l.lege Aquilia, num.4.liter.C. versicul.& quando testes dicantur senes, & ibi Florian de S.Petro, numer.6.post medium, vers.sed Ioan.Andreas.ff.ad legem Aquil. Paul.de Castr.in authent.si quis ab aliquo, numer.2.post medium, vers.& relinquitur arbitrio iudicis, de testibus, Andr.* * *Gail.observat.92.num.7.lib.1. vbi, quod ita communiter* * *placuit Dd.* (vbi tamen, quod in eius Camera in proposito quinquagenarij reputentur,) *& idem tradit Socin.iun. consil.34 numer 4 lib.1.* ¶ Et dicit Igneus, *l.1.§.i. nositur, numer.21 ff.ad Syllan.* quod Dd omnes communiter sequuntur doctrinam Innocentij, *in d.capitul. quoniam frequenter.*

84 LIMITA † istam ampliationem, quia quando senex stat in septuagesimo anno, & vltra: tunc non potest iudex arbitrari, eum non esse senem, & sic iudex suum arbitrium proferet à septuaginta annis infra, vsque ad quinquagesimum, & non supra, quia tunc indistincte est senex, *Abb.in eodem cap.quoniam, num.18.versic. ego puto.sequitur & ibi Marian.nu.9.in 2.declarat. vers.Dominus meus hic dicit, vt lite non contest.Menoch.casu 59.nu.4.vers. secunda opinio.*

85 AMPLIA II. Quia † pariter iudicis arbitrio remissum est, quando dicatur absentia diuturna. Quomodo autem, & ex quibus isto casu iudex suum arbitrium regulare debeat, vide Innocent.*in capit quoniam frequenter, num.2. Hostiens.ibid.numer.3.ante med.versicul.hos casus, Ioan Andr.num.4.ad med.in verbo, diuturna, Bellam. in §.1.num.5 Butr.in § nisi forte, num.4 in fin. versicul.& dicitur diuturna, & num.5. Ancharan.num.5. Abb.numer.17. Marian.num.10 in 3.declaratione, Felyn.colum.5 post princip.versicu.circa primam quaestionem, extra, vt lite non contestata, Menoch.de arbitr.quaest.casu 62.numer.2. & seqq. vbi etiam de materia.*

86 AMPLIA III. Quia † etiam iudicis arbitrio remissum est, qui dicantur valetudinarij, quando vel dicatur timeri de morte testium. Quomodo autem, & ex quibus isto casu iudex arbitrium suum regulare debeat, vide exemplificantem Innoc. *in cap. quoniam frequenter, num.2. Hostiens.ibid.num.3.ante medium, versic.hos casus, Bellam.§.1.num.8.versicul.deas etiam, Abb.sub num.19. extra, vt lit.non contest. Bald.in authent. sed & si quis, post num.8.col.4. in prin.versicul.in actore autem, & col.5.n.13.ante med. & Paul. de Castr.n.2.post med.versicul.& relinquitur arbitrio iudicis, C. de testib. Menoch.casu 60.n.5.*

87 AMPLIA IV. Vt † ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam examinentur senes, etiam quod non dubitetur de eorum morte, vel diuturna absentia, *Innocent.in cap.quoniam frequenter, colum.2.ante med. num.3.post med. versicul.vel dic, quod vbi de morte, Hostiens.ibidem.post num.9.versic senes vero*, vbi reddit rationem, quia scilicet ex cursu ætatis, & ex defectu naturæ potest semper de eorum morte dubitari, *Bellamer.in §.1. num.8.versicul.item ad propositum, Abb.num.19.ante medium, versicul.sed senes ex timore recipiuntur, & ad medium, versicul.sed in sene non requiritur aliqua infirmitas, Marian.numer.9 sub tertia declaratione, versicul.sed in sene non requiritur, Felyn.colum.6. versicul.dum dicitur hic, extra, vt lit.non contestat. & in proposito vide Menoch. de arbitr.quaest. libr.2. casu 60. numer.7. & seqq.*

88 AMPLIA V. Vt † & idem sit in non senibus, & non abfuturis, si tamen de eorum morte dubitatur, *secundum Innocent.in d.capit quoniam frequenter, colum.2. ante medium, num.3.post medium, versicul vel dic, quod vbi de morte, &c. & ibi Hostiens.numer.3.in ver.ho, de morte, vers.vel infirmi, & num.9. vers.vel dic, Abb.num.19.vers.vel aliter secundum eum, Marian numer 9 sub 3 declaratione, ver.nam cum timetur de morte, extra, vt lit non contestat. & vide, quae dixi infra, num.101.*

89 AMPLIA VI. In † profecturis ad bellum, vel in iis, qui volunt trans mare, id est, vltra mare nauigare, aut alias ad remotas partes se peregre transferre, vt in casibus *l.2.& 3 ff.ac donat.caus.mort. Innocent.in capit. quoniam frequenter, colum.3. num 3. ante finem, in verbo, rationabili, & ibi Hostien. numer 3 post medium, in verbo, diuturna, & num.9.in verbo, rationabili causa, Ioan.Andr.numer.4. in fin. versicul.dicit tamen Hostiensis, & num.7. in verbo, rationabili, Bellamer §.1. numer.8 versicul.item duas*, vbi ampliat, & exemplificat in patronis & comitibus galeatum, & militibus armatæ militiæ, qui, quanquam non appareat instans nauigatio, vel instans belli aggressio, quia tamen semper ad hoc parati & dispositi sunt, ideo possunt produci lite non contestata, *Bald.num 3.in fin. Butrigar.in §.nisi forte, numero octauo, Imol.numero secundo, Ancharan. numero tertio, versicul.quod potest corrigere, Anan.numero tertio, Abb.numero 19.post medium, versicul.sed dices tu, Marian. numero nono, in quarta declaratione, in princip. extra, vt lite non contestat. Butrigar in capit.significauit, numero 6. versicul. & dicitur dubitari de morte, de testibus, Bartol.in authentic.sed & si quis, in prima lectura, numer tertio, in fine, versicul.dicitur & si quis, in prima lectura, numero tertio, in fine, & autem dubitari, & in secunda lectura, numero primo, in fine, & ibi Bald.numero octauo, columna quarta, versicul.exemplum de istis timoribus, Angel.numero tertio, in fine, versicul.vltim.scias, C.eodem, Speculat.in titul.de teste, §.nunc tractemus, numero tertio, in primo casu, Papiens.in practic.in forma capitul.&c. in gloss.de morte, Conrad.in practic.titul.de testibus, rubric.de recept.ante litem contest.at.numero 48.in primo casu, folio 138.columna prima, in fine, Menoch.de præsumpt.libro secundo, præsumpt.54.numero secundo, & de arbitr.quaest.libro secundo, casu 61. numer.1. & seqq. per totum*, vbi tamen hoc multum iudicis arbitrio relinquendum dixit, iuxta qualitatem tempore nauigationis, seu peregrinationis, *Mascard. de probationibus, libro tertio, conclusione 1367. numero 4. & seqq.*

90 AMPLIA VII. Vt † infirmi & valetudinarij dicantur ex consilio & iudicio Medicorum, *Bald in capit. quoniam, numero 3. in fine, versicul.secundo ponit exemplum, extra, vt lite non contestata, Papiens. in practic. in form. capit. quando product.test ad eternam rei memoriam, in gloss. timeat, versicul.vel per relationem Medici, Roland.consil.22.numer.20. ad fin. lib.3.*

91 AMPLIA VIII. In † muliere prægnante, quæ & valetudinaria reputatur ad effectum, vt possit examinari ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, *secundum Felyn.in dicto cap.quoniam frequenter, colum.6. numero sexto, extra, vt lit.non contestat. per text.in l.secunda, §.sed & si non propter, ff.si quis caut.* vbi † probatur, quod

quod mulier prægnans & valetudinaria æquiparantur. Vide tamen Menoch. *de arbitr. lib.2. casu 60. num.5. ad fin.* vbi, nisi fallor, Felyni verba in contrariam sententiam refert, & comprobat.

92 AMPLIA IX. Vt † ad hoc, vt dicatur de morte testium dubitari, non requiratur plena aut semiplena probatio, sed sufficiat sola suspicio, *secundum Marian.in d.c.quoniam frequenter, numer.10. sub 3. declarat. ante vers. primo nota, extra, vt lite non contestat. Bartol.in l.lege Aquilia, col.4. in princip. vers. secundo nota, & ibi Fulgos. num.2. ad fin. versicul. suspicionem autem intelligo pro plena probatione, Florian. nu.4. ff. ad leg. Aquil. Montecell. in repertor. test. rubr. senum & valetudinar. test product. fol.104. col.1. vers.3. Menoch. de arbitr. lib.2. casu 62. nu.5.*

94 AMPLIA X. Vt † super diuturna absentia stetur iuramento testis, *secundum Marian.in cap.quoniam frequenter, num.10. in fin. in 3. not. ab. allegat Ægid. decis. 583. Felyn. ibid. col.5. ad med. vers. & dicit Ægidius, extra, vt lite non contest. Papien. in pract. in form. cap. &c. gloss. timeat, vers. credo tamen, Vestr. in pract. lib.6. cap.2. numer.3. post med. vers. in qua specie seruatum est, & consulendo comprobat Rolan. cons.23. numer.20. ad fin. lib.3.*

95 Et sic † isto casu testis præstat duplex iuramentum: Vnum scilicet de veritate dicenda; & aliud, de futura absentia. *Marian. in cap. quoniam frequenter, numer.10. in fin. versic.2. nota, & ibi Felyn. colum.2. ad med. extra, vt lite non contest. Alex. Stiat in pract. iudic. cap.16. num.87. Vest. in pract. lib.6. cap.2. rubr. de testib. & eorum inductione, numer.3. in fin. vers. dixi autem, & ibi Graual. in addit. numer.33. litera F. Visi. open.923.n.2.*

96 Quod † tamen procedit de stylo Romanæ Curiæ, sed extra eam sufficit vnicum iuramentum, scilicet de veritate dicenda, *Roland. post Socin. quem allegat in cons.23. num.12. versic. minime etiam facit, & num.13. sequitur Visius d. open.923. numer.2. & faciunt, quæ dixi supra in quæst.72. numer.41.*

97 AMPLIA XI. Vt † licet testes non sint examinandi super articulis reprobatis à iure ratione formæ, vtputa, quia in eis materiæ sint male specificatæ, vel quoniam dati post terminum, examinantur tam in istis casibus, quando sunt valetudinarij, aut abfuturi, *vt per Felyn.d.c.quoniam frequenter, col.5. in fin. vers. dixit etiam Rota, il 2.* vbi tamen secus, quando articuli essent reprobati ratione materiæ, vt quoniam essent impertinētes, quia tunc non possunt testes ante litem contestatam exami-
98 nari, *vt ibi per eum, extra, vt lit. non contest.* Sed † in hoc vide Montic. *in repertor. test. rubr. abfuturorum test. product. fol. 101. col.2. versicul. final.* vbi dicit, quod testes abfuturi non sunt admittendi super articulis impertinētibus, vel iam repulsis, *ex Rota in decis. quas allegat, & fol.102. col.1. versic.3.* vbi tamen, quod testes abfuturi recipiuntur super articulis impertinentibus in forma, dummodo non sit oppositum in materia, *ex aliis decisionib. ibi per eum allegatis.*

99 AMPLIA XII. Etiam † in non senibus, non valetudinariis, non abfuturis, quando sumus in tempore pestis: tempus enim pestis dicitur tempus mortis, & hoc tempore omnia iura soluuntur, tam ratione contractuum, quam ratione vltimarum voluntatum, & iudiciorum, ideo eo tempore senij ratio non tam accurata habenda est; quandoquidem

Mixta senum ac iuuenum densantur funera.

Ita tradit Andr. Gail. *ob. 92. n.7. versic. tametsi tempore pestis, lib.1. Pract. Conrad. tit. de testib. rubr. de recept. ante lit contest. nu.48 in 1. casu. fol.138. col.1. in fin. ex Ripa, quem allegat, in tract. de peste, rubr. de priuileg. iudic. causa pest. nu.44. idem Conrad. d.n 48. in 50 casu. fol 139. col.2. in fin. Montic. in repertorio test. rub. lite non contest. fol. 96. col.1. vers. fin.*

100 LIMITA I. Vt † regula procedat in valetudinariis, qui sunt infirmi propter debilitatem corporis, & naturæ defectum, non autem propter febres acutas, etiam

101 LIMITA II. Quia † quando examinantur testes senes, valetudinarii, vel diu abfuturi, non debent eorum occasione aut prætextu examinari alij, qui non sint senes, valetudinarij, aut abfuturi, *secundum gloss. in 6. quoniam frequenter, in verbo, timetur, & ibi Bald. num 6. extra, vt lit. non contest. & consulendo tradit Corn. cons. 172. nu. 2. in fin. vers. præterea dato, lib.2.*

103 LIMITA III. Quia † ad hoc, vt testes propter futuram absentiam recipiantur ante litem contestatam, absentia debet esse à loco iudicii, non autem à loco domicilij. Sed hæc limitatio an vera sit, & quando de materia, vide Bellam. *in d.cap. quoniam frequenter, §.1. in 1. quæst. num.1. & seqq. Butr. in §. nisi forte, num.4. & nu.5. vers. ex his patet, & num.11. Anchar. col.1. num.4. in 3. not. Zabarel. col.2. num.2. versic. item procedat hoc, Abb. num.13. & num.14. vbi distinguit Marian. n.10. in 2. declarat. per totam, extr. vt lit. non contest.*

104 LIMITA IV. Quia † ad hoc, vt testes valetudinarij, vel alias in casib. à iure exceptis possint per actorem examinari, lite non contestata, procedit, quando reus est absens, actorque propterea non habet potestatem illum conueniendi, secus autem si præsens sit, & dicat præsertim, se paratum recipere iudicium; tunc enim expectanda est contestatio litis. *Ita videtur de mente Innoc. & Hostiens. in d.cap. quoniam frequenter, sicut eorum dicta bene deducit ibidem Bellamer. §.1. n.8. in 4. quæst. extr. vt lite non contest. Adden. ad Bart. in l. lege Aquilia, colum.3. ad med. litera D. ad medium addit. ff. ad leg. Aquil. Angel. in authent. de testib. §. & hoc vero, num.37. colum 1. ad med. vers. per hoc ergo patet, & colum.2. ad fin. d. num.37. in fin. vers. & per hoc patet.* vbi hanc limitationem declarat duobus modis, *specul. in tit. de teste, §. nunc tractemus, n.7. Addens. ad Capoll. caut. 72. lit. A.* vbi *refert & sequitur Angel. sic vt supra declarantem in d.§. & hoc vero, Papien. in pract. in forma cap. quando test. producuntur ad eternam rei memoriam, n.2. vers. & si comparuit*, vbi, quod si citatus comparuit, siue sit actor, siue sit reus, debet libellus offerri, & iuris ordo seruari, *Alber. de Malet. in tract. de test. cap.7. nu.88. in fin. Lanfranc. de testib. n.34. vers. secunda regula, Conrad. in pract. tit. de testib. rubr. de recept. ante lit. contest. num.49. in 51. casu, vers. hæc omnia. fol.139. colum.2. in fin. & consulendo hanc limitationem comprobat Socin. iun. cons.34. num.6. vers. limitat id non procedere, lib.1. Roland. cons.23. numer.17. lib.3. vbi post Dec. Afflict. Sebast. Sap. & Socin iun. quos allegat, testatur de communi,* * *Iacob. Port. cons.28. num.3.* * *vbi post Corn. & Paris. quos allegat, testatur de communi* * *opinione.*

105 Contra, quod † isti testes possunt examinari ante litem contestatam etiam reo præsente, dicit esse communem iudiciorum vsum Bellam. *in d. cap. quoniam, §.1. n.9.* omnino videas, *sequitur ibi Marian. nu.11. col.8. sub 1 requisit. in fin. vers. sed quæro circa hoc, extr. vt lite non contest. &*

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding

est de mente Ioan. Andr. in cap. significauit, num. 10. in fin. in verbo, interfint, Bellam. num. 1. in fin. extra, de testib. Bald. in auth. sed si quis, num 6. & ibi Salyc. num. 5. C. de testib. nec dissentire videtur Cæpoll. *caut.* 72. vbi hanc contrariam opinionem sustinet, quãdo testes vellent recedere, antequam lis posset contestari, vel dubitaretur de eorum morte, vel esset tempus feriale, in quo agi non posset; quod & idem voluit *in caut.* 153.

106 De† iure autem videtur distinguendum, hos testes posse recipi ante litem contestatam, etiam reo præsente, quando verisimile est, eos ante contestationem esse recessuros, vel obituros, secus si tale periculum non sit, quod totum iudicis arbitrio relinquitur, *Bellam. in eod. c. quoniam, §. 1. nu. 9. vers. de iure autem, & est de mente Cæpoll. in d. caut. 72. & in cautel. 153.* nec dissentit *Socin. iun. in d. cons. 34. n. 7. vers. secundo respondetur, lib. 1.*

107 Et† nihilominus prima opinio procedere declaratur, quando reus non solum verbaliter offert se litem tunc suscepturum, sed etiamsi cum effectu illam incipiat, alias secus, *sic enim expresse declarat Socin. iun. consil. 34. n. 9. vers. 3 principaliter respondetur, & seqq. lib. 1.*

108 Quid† quando examinantur testes ex parte rei, vide *supr. n. 34.*

109 LIMITA V. Quia† etsi propter mortis aut absentiæ periculum testes recipiantur ante litem contestatam: si tamen tempore moti iudicij, & litis, viui, & præsentes sint, tunc non probant, & denuo recipi debent, etiam quod eorum prius sit facta denuntiatio infra annum. *Butr. in cap. quoniam, §. nisi forte, num 16.* (vbi tamen loquitur per verbum, *forte,*) *& ibi Felyn. colum. 5. post med. versicul. adde etiam aliud speciale, extra, vt lite non contestata, Alexand. Stiatic. in practic. iudic. cap. 16 num. 88. & numer. 97. Vestr. in practic. lib. 6. capit. 2. numer. 3. versicul. qua in re tu animaduertas,* vbi quod isto casu testes, nisi repetantur, non faciunt nisi fumum pro habenda remissoria ad partes, vbi testes reperientur, *ex Rota, Romano, & Felyno, quos allegat Lancellot. de attentat. cap. 12. limitat. 38. num. 4. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1367. nu. 10. Viu. opin. 922. num. 3.*

110 Quamuis† contrarium, quod etiam quod testes viuant, valeant eorum dicta, scripserit Abb. *in d. capit. quoniam frequenter, num. 8. vers. ego puto contrarium, quem sequitur ibi Marian. numer. 12. in fin. colum. 10. ad med. vers. quinimo plus hic D. Antonius, extra, vt lite non contest. & dixi supr. q. 72. num. 39.*

111 LIMITA VI. In† infirmis conualescentibus. Valetudinarij enim non dicuntur illi testes, quoniam fuerunt infirmi, hodie tamen non sunt, licet propter infirmitatem præteritam sint conualescentes, & debiles, *Felyn. in d. cap. quoniam frequenter, num. 6. post princip. colum. 6. ad fin. vers. si tamen quis esset liberatus de recenti, extra, vt lit. non contest.*

112 LIMITA VII. Si† criminaliter agatur, sed de hac limitatione dixi *infra in 4. part. huius quæstionis,* hic non repeto.

ARGVMENTVM.

Testes in criminalibus an & quando possint examinari ante litem contestatam.

SVMMARIA.

Regula sit, quod in criminalibus testes non possunt examinari ante litem contestatam, n. 113.

Amplia etiam in senibus, valetudinarijs, vel diu abfuturis, n. 114.

Limita 1. hanc regulam, quando de crimine agitur ciuiliter, numer. 115.

Limita 2. quando proceditur per inquisitionem ex officio, numero 116. Sublimita 1. hanc secundam limitationem procedere, quando inquiritur contra absentem contumacem, secus si contra præsentem, num. 117. Sublimita 2. vt pariter limitatio procedat, dummodo index inquirat ex officio, & fine accusatore, secus si ad querelam partis, aut aliquo existente instigatore, vel procuratore inquisitionis, non à iudice deputato, n. 118.

Limita 3. quando proceditur in causa hæresis, post mortem hæretici, ad illius memoriam damnandam, n. 119.

Et idem generaliter in omnibus causis mere spiritualibus, sine alicuius commodo, prout est crimen hæresis, n. 120.

Limita 4. quando accusator subscripsisset se ad pœnam talionis, n. 121. contra, n. 122.

Limita 5. ex parte rei, & ad defensam, n. 123.

Limita 6. in testibus examinatis pro informatione Curiæ, & ad iudicem instruendum, n. 124.

Limita 7. in notoriis, n. 125. Declara, vt n. 126.

Limita 8. in causa assassinij, n. 127.

Limita 9. quando proceditur contra clericum de maleficijs suis se gloriantem, n. 128.

QVÆSTIO LXXVI. PARS IV.

REGVLA sit† negatiua, quod in causa criminali testes non possunt examinari ante litem contestatam, text. est *in cap. quoniam frequenter, in princip. ibi, cum ciuiliter est agendum, sumpto argumento à contrario sensu, & ibi gloss. in verbo, ciuiliter,* vbi reddit rationem, quia scilicet in criminalibus strictissime requiruntur probationes, Innocent. *post num. 2. in verbo, ciuiliter, vers. secus si criminaliter,* vbi reddit aliam rationem, quia scilicet criminaliter nõ proceditur, nisi præsens sit accusator, & accusatus, & consequẽter testes non recipiuntur, nisi accusatio præcedat, *Hostiens. num. 3. ad fin. in verbo, ciuiliter, vers. secus si aliquis criminaliter accusetur, & numer. 4. vbi refert duas prædictas rationes, Ioan. Andr. numer. 48. in gloss. 3. Henric. Boyc. in §. sunt & alij, num. 4. vers. si criminaliter, Bald. num. 7. Butr. in §. nisi forte, num. 2. & num. 12. ad med. vers. ad glossam, Imol. num. 2. in fin. vers. in glossa ciuiliter, Ancharan. num. 8. in fin. vers. secundo quæro, Anan. num. 1. in fin. vers. primo, quod ciuiliter, Abb. nu. 3. in 4 requisito, & num. 5.* vbi disputat de ratione huius regulæ, *Marian. num. 8. in fin. vers. & maxime procedit regula in criminalibus, & num. 6 post 7. limitationem, vers. secus si criminaliter,* vbi etiam disputat de ratione eiusdem regulæ, *extr. vt lite non contestat. Alber. in l. lege Aquilia, n. 1. prope fin. in verbo, vincere, & ibi Florian. ante num. 1. col. 1. in fin. vers. secus si criminaliter, vbi de communi * intellectu ad illum text. ff. ad leg. * Aquil. Bald. in authent. sed & si quis, num. 3. & num. 5 vers. sed in criminali, & ibi Salycet. num. 6. C. de testib. Angel. in authent. de testib. §. & hoc vero, n. 37. col. 2 ante med. vers. in criminali vero, Specul. in tit. de teste, §. nunc tractemus, num. 6. vers. quid si criminaliter, Anton. Gomez. tit. de delict. cap. 1. numer. 21. Clar. in pract. §. fin quæst. 44. in princip. vers. & hoc adeo verum est, vbi de communi, * ex supradicto Anton. Gomez in l. Tauri, 76. nu. 4. * Andr. Gail. observat. 92. num. 13. & seq. lib. 1. vbi de * communi * ni. Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. rubr. de testib. & eorum inductione, num. 2. & ibi Graual. in addit post numer. 31. litera C. vers. quod ego, Monticell. in repertorio testium, rubr. lite non contestata, fol 94. col. 1. vers. 1. rubr. quando ad perpetuam rei memoriam, fol 98. col. 2. vers. 5. Blanc. de indic. nu. 130. Claud. ad Bertaz. in cons. 91. litera D.*

AMPLIA, Vt† in criminalibus testes non possint examinari ante litem contestatam, etiam quod sint senes, valetudinarij, vel diu fo futuri. Sit enim est de mente communiter * omnium Dd. *in cap. quoniam frequenter, * quos supra retuli in proposita regula, & ibi præsertim Bald. numero 7. Anton. de Butr. in §. nisi forte, num. 2. vers. ad declarat. 7. Ancharan post num. 9. Marian. numer. 9 post declarat. 7. vers. item prædicta fallen. limitatur, extra, vt lite non contest. Florian. in l. lege Aquilia, numer. 11. vbi, quod hoc tenent communiter * Dd. ff. ad leg. Aquil.* (licet Nicol. de Matarel. & Bal. * per eum relati dixerint contrarium,) *Clar in pract. §. final. q. 44. in print. vers. & hoc adeo verum est, vbi de communi, * ex * Anton. quem allegat.*

LIMITA

115 LIMITA I. Regulam† non procedere, quando de crimine agitur ciuiliter: tunc enim possunt ante litem contestatam examinari senes, valetudinarij, & absfuturi, non aliter, ac si ciuiliter tantum ageretur, *Innoc. in cap. quoniam frequenter, n. 2. in verbo, ciuiliter, Hostien. n. 3. ad fin. in verbo, ciuiliter, Ioan. Andr. n. 4. in fin. in verbo, ciuiliter, Bald. n. 7. versicul. solutio, Butr. in §. nisi forte, n. 12. in fin. vers. vbi autem agitur ciuiliter, Abb. n. 5. ad fin. Marian. n. 9. in fin. extra, vt lit. non contest. Bald. in authent. sed & si quis, nu. 5. vers. soluendo quæstionem, C. de testib.*

116 LIMITA II. Vt eadem† regula procedat, quando proceditur ad accusatoris & partis instantiam, secus si per inquisitionem, & ex officio, *text. est in d. c. quoniam frequenter, §. sunt & alia casus, ibi, & quando excessum inquisitio, &c. & ibi gloss. in verbo, regulariter, versicul. & in causa inquisitionis, Innoc. num. 1. in prin. versic. & inquisitione, Hostiens. num. 3. versicul. item in causa inquisitionis, & numer. 4. ad med. in verbo, inquisitio, & num. 26. in 3 casu, & ibi in ad. lit. litera B. & in 23 casu, versicul. vnde & inquisitione, Ioan. Andr. nu. 2. ad medium, versicul. quod fallit, Henric. Boyc. in §. sunt & alia, num. 4. versicul. si ciuiliter, & ibi etiam Butr num 2. versic. dicit Hostiensis, Imol numer. 17. post mell. vers. in causa inquisitionis, Anchar. in §. sunt & alia, num. 1. in princ. Zabarell. colum. 1. in princip. vers. vel in causa inquisitionis, Anan. in d. §. sunt & alia, num. 1. in prin. Abb. ante num. 1. col. 2. post princ. versicul. fallit in sex casibus, & in §. sunt & alii, num. 1. Marian. n. 21. versicul. in causa ergo inquisitionis, & nu. 8. in fin. iuncto n. 91 extra, vt lite non contest item text. in c. veritatis, & ibi glos. in verbo, probatur, & communiter * omnes, extra, de dolo & contumac. Alber. in l. lege Aquilia, n. 4. ad fin. versic. item cum proceditur ex officio, ff. ad leg. Aquil. Angel. in authent. de testib. §. & hoc vero, num. 37. col. 2. post prin. versicul. fallit etiam hæc regula, Specul. in tit. de teste, §. nunc tractemus, n. 1. in 5. casu, Socin. reg 242. versicul. fallit quando procederetur per viam inquisitionis, Nell. de testib n 73. in 5. casu Præt. Corradi tit. de testim. rubr de recept. ante lit. contest. n. 48 fol 138. col. 2. in prin. in 5. casu, Monticell. in repert. test. rubr. quando ad perpetuam rei memoriam, fol. 101. col 1. versic. 1. & seq.* * commuuiter * omnes, *extra, de dolo & contumac. Alber. in l. lege Aquilia, n. 4. ad fin. versic. item cum proceditur ex officio, ff. ad leg. Aquil. Angel. in authent. de testib. §. & hoc vero, num. 37. col. 2. post prin. versicul. fallit etiam hæc regula, Specul. in tit. de teste, §. nunc tractemus, n. 1. in 5. casu, Socin. reg 242. versicul. fallit quando procederetur per viam inquisitionis, Nell. de testib n 73. in 5. casu Præt. Corradi tit. de testim. rubr de recept. ante lit. contest. n. 48 fol 138. col. 2. in prin. in 5. casu, Monticell. in repert. test. rubr. quando ad perpetuam rei memoriam, fol. 101. col 1. versic. 1. & seq.*

117 SVBLIMITA I. hanc† secundam limitationem, vt procedat, quando inquiritur contra absentem contumacem: tunc enim non examinantur testes lite non contestata, *vt voluit gloss. in d. cap. quoniam frequenter, §. sunt & alia, in verbo, inquisitio, prout etiam loquitur text. in cap. veritatis, de dolo & contumacia,* secus si contra præsentem, *Hostien. in d. cap. quoniam frequenter, num. 14. ad med. in verbo, inquisitio, versicul. sed & si inquiratur, Abb. ibi in §. sunt & alia, num. 4. versicul. soluitur, & versicul. sed aduerte, vbi de materia, Mar. num. 1092. versicul. glossa super verbo, inquisitionis, extra, vt lite non contest. & notant communiter * omnes. in d. cap. veritatis, Ang. in authen. de testib. §. & hoc vero, nu. 37. col. 2. vers quod intelligo verum.*

118 SVBLIMITA II. Vt† pariter eadem secunda limitatio procedat, dummodo iudex procedat ex officio, & fine accusatore, secus si formetur inquisitio ad querelam partis, vel inquiratur aliquo existente instigatore, vel procuratore inquisitionis, non à iudice deputato, *Host. in c. quoniam frequenter, nu. 24. post med. versicul. sed & si modum, & ibi Ioan. And. n. 20. ad med. versicul. dicit Host. And de Bat. in §. sunt & alia, n. 2. Imol. nu. 17. in fin. versicul. hoc verum, Anch. in d. §. sunt & alia n. 1. ad fin. & ibi Anan n. 1. in fin. & Abb. post n. 4 versicul. Hostiensis dicit, vbi de materia, Marian. n. 92. vers. secus si per modum querelæ.*

119 LIMITA III. Quando† proceditur in causa hæresis post mortem hæretici ad illius memoriam damnãdam, *gloss. in d. capit. quoniam frequenter, in verbo, regulariter, versicul. item in causa hæresis,* (*per text. in cap. sane. ul 2. 24 quæstion. 2. & ibi Imol. num. 2. ad medium, versicul in ea gloss. ul 5. Abb. post num. 4. Marian. num. 37. in 41. fallent. extra, vt lite non contest. Specul. in tit. de teste, §. nunc tractemus, num. 2. in 19. casu, Socin. regul. 242. in fin. versicul. fallit in crimine hæresis, Nell. in tract. de testib. num. 73. in 18. casu, Pract. Corradi tit. de testib. rubr. de recept. ante lit. contest. num. 48. in 19. casu, fol. 138. colum. 2.*

Et† generaliter idem, vbi causa est mere spiritualis, 120
sine alicuius commodo, prout est crimen hæresis, *Innoc. in d. c. quoniam frequenter, post n. 1. versicul. item vbi causa, & ibi Hostien. nu. 26. in 17. casu, Spec. in tit. de teste, §. nunc tractemus, n. 1. in fin. in 11. casu, Nell. in tract. de testib. n. 73. in 11. casu, Corrad. in pract. tit. de testib. rubr. de recept. ante lit. contest. nu. 48. in 11. casu, fol. 138. col. 2.*

LIMITA IV. Quando† accusator subscripsisset 121
se ad pœnam talionis, tunc enim post inscriptionem examinantur testes ante litem contestatam, *secundum opinionem Vincent. quam sequuti sunt Ioan. Andr. in cap. quoniam frequenter, nu. 48. ad med. versicul. Vincent. dixit, & ibi Butr. in §. nisi forte, n. 12 in fin. Imol. n. 2. in fin. versicul fallit, Ancharan. post num. 9. extr. vt lite non contestata.*

Contra, quod† non possint examinari etiam post in- 122
scriptionem, defendit Abb. *in d. c. quoniam frequenter, n. 5. versicul. Vinc. hic dicit, iuncto vers. & per hanc rationem, sequitur Marian. ibi, n. 9. ante fin.*

LIMITA V. Quia† licet ex parte accusatoris non 123
possint examinari testes ante litem contestatam, bene tamen possunt examinari ex parte rei, vtputa, quando vult probare, quod delictum non erat punibile, vel quod fecit ad suam defensionem, vel quod ipse erat minor, aut absens, vel aliam iustam causam, *Bald. in cap. quoniam frequenter, n. 7. vers. secus si forte ex parte rei, extra, vt lit. non contest item Bald. in authent. sed & si quis, n. 5. vers. credo tamen, C. de testib Florian. in l. lege Aquilia, num. 11. vers. tu potes concludere. ff. ad leg. Aquil. Anton. Gomez. tit. de delict. 1. nu. 21. vers. quod tamen limita, Andr. Gail obser. 92. n. 15. lib. 1. Monticell. in repertorio testium, rubr. quando ad perpetuam rei memoriam, fol 98. col. 2. vers. penult. & faciunt, quæ dixi supr. num. 7. & seq.*

LIMITA VI. Vt† licet in criminalibus testes 124
non recipiantur ad plenam probationem ante litem contestatam, bene tamen recipiantur pro informatione Curiæ, ad instruendum iudicem, *Host. in d. c. quoniam frequenter, n. 26 in 14. casu* (*per text. in c. constitutus de appellat. & in c. veniens il 2. §. 1. de testib.*) *& ibi Ioan. Andr. n. 48. versic. item quando recipiuntur, Anchar nu. 8. vers. item quando Abb. num. 3. ante fin. Marian num. 45. in 47 fallent. extra, vt lite non contest. Alber. in l. lege Aquilia post n. 4. vers. item quando iudex. ff. ad leg Aquil.*

LIMITA VII. Quando† testes recipiuntur in no- 125
torijs, & etiam ad querelam partis. *Host. in c. quoniam frequenter, n. 26. in 7. casu,* (*per text. in d. c. bona, §. licet autem, de elect.*) *& ibid. Ioan. Andr n. 48. vers. item secus non Host. ensem, Anchar. n. 8. in prin. Abb. n. 3. vers. idem quando recipiuntur, vt lite non contest. Specul. in tit. de teste, §. nunc tractemus num. 2. in 26 casu, Nell. de testib. n. 73 in 25 casu, Corrad. in pract. tit. de testib rubr. de recept. ante lit. contestat. n. 48. in 20 casu fol 138. col. 2. in fin.*

Et† in hoc aduertas, quod, excepto Host. cæteri præ- 126
allegati Dd. non dicunt, *ad querelam,* sed dicunt, *ad cautelam,* & sic non loquuntur in criminalibus solum, sed etiam in ciuilibus, & potest esse ratio, quia in notoriis nõ requiritur contestatio litis, nisi ad cautelam, *prout optime adnotauit Florian. in d. c. quoniam frequenter, n. 60.*

LIMITA VIII. In† causa assassinij, *iuxta capit. pro* 127
humani, de homicid. in 6. secundum Hostiens. in d. cap. quoniam frequenter, numer. 26. in 8. casu, vbi loquitur de receptione assassinorum, *& ibi Ioan. Andr. num. 48. versicul. adde casum, Anan. in fine principii, num. 6. in fin. extra, vt lit. non contestat. Planc. in epitom. cap. 19. numer. 17. Hector & Em. in tractat. de testibus, rubric. testis assassinum deponens, numer 1. & alios refert.*

LIMITA IX. Quando† proceditur contra clericum 128
cum de maleficijs suis se publice gloriantem, *Hostiens.*

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

in c. quoniam frequenter, n. 26. in fin. in 13. casu, & ante eum Innoc. ibi, n. 48. vers. item contra clericum, Butr. nu. 4. col. 2. in fin. vers. idem quando, Anchar. n. 8. vers. item contra clericum. Abb. n. 3. ad fin. vers. item contra clericum, Marian. n. 43. in 47. fallen. extra, vt lite non contest. Socin. regul. 242. vers. casu est, quando agitur contra clericum, Corrad. in pract. tit. de testib. rubr. de recept. ante lit. contest. n. 48. in 42. casu, fol. 139. col. 2.

ARGVMENTVM.

De requisitis in examine testium ante litem contestatam.

SVMMARIA.

REGVLA I. *sit, quod non possunt examinari testes ante litem contestatam, sub pretextu mortis, senectutis, vel absentia, nisi super hoc iudex causæ cognitionem adhibeat, n. 129.*

Ampliat. vt requiratur iudicis interloquutoria super examine istorum testium, nu. 130. & loco interloquutoriæ sufficit quod iudex committat examen testium, n. 131.

Limita, vt ista causæ cognitio non debeat esse plenaria, sed sufficiat summaria n. 132.

REGVLA II. *sit, quod testes ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam sunt examinandi coram illo iudice, coram quo examinarentur, si lis fuisset contestata, n. 133.*

Amplia, vt nec tales testes possint recipi a Notario, sine iudicis commissione, n. 134. Nisi sit periculum in mora, n. 135.

Limita 1. in testibus absentibus à loco iudicij, quia tunc propter periculum mortis, vel absentiam, vel alias propter periculum perituræ probationis si interim recurratur ad iudicem causæ, possunt examinari per iudicem illius loci, vbi degunt, n. 136.

Limita 2. quia propter idem periculum mortis, vel absentia, possunt huiusmodi testes recipi per iudicem, ad quem ab interloquutoria fuerit appellatum, etiam super articulo concernentibus causam principalem, & etiamsi fuerit pronuntiatum male appellatum, n. 137.

Limita 3. quia propter idem periculum possunt huiusmodi testes examinari a iudice, à quo est appellatum à grauamine, quando non detulit appellationi, & quid si detulit, n. 138.

Limita 4. quia propter periculum perituræ probationis, non solum per iudicem ad quem, sed etiam per ordinarium in partibus lite pendente in Curia, testes recipi possunt ad perpetuam rei memoriam, n. 139.

Limita 5. quando quis in remotis partibus passus est aliquod damnum, vel infortunium, n. 140.

REGVLA III. *sit, quod testes ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam non sunt examinandi, nisi parte citata, n. 141. contra, n. 142.*

Amplia 1. vt non sufficiat citatio ad domum, sed requiratur personalis, num. 143. contra, num. 144. etiam in casibus, in quibus non est necessaria litis contestatio, numer. 145. Limita 1. hanc primam ampliationem, quia prima citatio debet esse personalis, cætera vero sufficiunt ad domum, num. 146. Limita 2. quando esset periculum perituræ probationu, interim quod fit citatio, num. 147. Limita 3. quando examinantur testes pro parte actoris, num. 148. Limita 4. quando non apparet de particulari aduersario, quia tunc sufficit citatio per edictum, n. 149. Limita 5. quando citandus est absens n. 150. Contra, n. 151. Concorda, vt n. 152. Limita 6. quando agitur de partis præiudicio, num. 153. Limita 7. quando citandus se occultat, ne citetur, num. 154. Limita 8. quando testes examinantur lite inchoata super emergentibus, & incidentibus, & dilatoriis exceptionibus, n. 155. Hu omnibus casibus sufficit citatio ad domum.

Amplia 2. hanc tertiam regulam, vt citatio non præsumatur, n. 156. & ideo de hac citatione debet fieri publicum instrumentum, num. 157. Limita, quando sumus in antiquis, quia tunc præsumitur citatio, n. 158. contra, n. 159.

Amplia 3. quia debet citari reus, etiam quod sit absens, num. 160. Declara, vt n. 161.

Amplia 4. quia requiritur citatio peremptoria, n. 162.

Amplia 5. vt citatio requiratur, siue testes examinentur ex parte actoris, siue ex parte rei, n. 163.

Limita 1. hanc tertiam regulam, quando est periculum mortis, vel absentiæ testium, interim quod fit citatio, quia tunc ea non requiritur, n. 164.

Limita 2. quando aduersarius est potens, terribilis, & tyrannus, n. 165.

Limita 3. quia solitus terminus ad dandum interrogatoria potest abbreuiari, n. 166.

REGVLA IV. *sit, quod testes examinati ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, non probant, nisi infra annum actor vel litem mouerat, vel testium examen reo denuntiet, alias enim præsumitur in fraudem examinasse, ad hoc, vt reus ex temporis processu commoditatem excipiendi contra testes amittat, n. 167.*

Amplia, quia talis præsumptio fraudis est iuris, & de iure, nec probationem in contrarium admittit, num. 168. Contra, num. 169.

Limita 1. hanc quartam regulam, quia iste annus, in quo debet fieri denuntiatio, est vtilis ab initio, nec currit, nisi ab eo tempore, quo quis potuit experiri, n. 170.

Limita 2. quia etiam non facta denuntiatione tales testes probant contra producentem, n. 171. contra, n. 172. Sublimita hanc limitationem duobus modis, vt n. 173. & 174.

Limita 3. quando reus fuit præsens & citatus, quia tunc non est necessaria denuntiatio, n. 175. contra, n. 176.

Limita 4. quando testes examinantur contra aliquem potentem & tyrannum, n. 177.

Limita 5. quando testes sunt examinati ex parte rei, ad effectum, vt eorum dicta publicentur, n. 178.

Limita 6. quia sufficit denuntiatio ad domum, & vnica, nu. 179.

Limita 7. quia sufficit denuntiatio extraiudicialis. n. 180.

Limita 8. quia talium testium depositiones ob non factam denuntiationem non sunt nullæ ipso iure, n. 181.

REGVLA V. *sit, quod testes examinati ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, lite contestata publicantur, non publicati autem non probant, n. 182.*

Qua autem requirantur in huiusmodi publicatione, n. 183.

Amplia hanc quintam regulam, quia talis publicatio est facienda coram iudice competente, n. 184

Limita 1. eandem quintam regulam in testibus examinatis ex parte rei, quia tunc eorum publicatio fit ante litem contestatam, n. 185. Contra, n. 186. Sublimita hanc limitationem, vt nu. 187. & n. 188.

Limita 2. in testibus examinatis ex parte actoris super debito in diem, vel conditionali, quia tunc fit publicatio ante litem contestatam, & statim probant. n. 189.

Limita 3. quia de consensu partium hæc publicatio potest fieri ante litem contestatam, nu. 190 & isto casu sufficit solus consensus actoris inducentis testes, n. 191. Sublimita hanc tertiam limitationem vt n. 192. & 193.

Facta autem publicatione testium examinatorum ante litem contestatam, an possint alij testes examinari super eisdem, vel diuersis contra eos, n. 194.

QVÆSTIO LXXVI. PARS V.

PRIMVM † requisitum in hoc examine testium est causæ cognitio, non enim testes possunt examinari ante litem contestatam, sub prætextu, quod eorum sit periculum mortis, vel absentiæ, nisi super hoc iudex adhibeat aliqualem causæ cognitionem adhibeat, *secundum Castr. in auth. si quis ab aliquo, nu. 2. aa med. vers. sed si referatur, C. de testib. cum alijs relatis per Iacob. Port. Imol. in cons. 28. n. 7. Alex. Stiat. in pract. iudic. c. 16. n. 91. & per Andr. Gail. obseruat. 94. post num. 2. vers. proinde iudex, lib. 1. & probant * communiter * omnes allegati infr. n. 132.* 129

AMPLIA † huius primi requisiti conclusionem, quod imo iudex isto casu debet ferre interloquutoriam, pronuntiando testes valetudinarios, & ideo ad eorum examinationem posse procedi. *Bartol. post gloss. in l. lege Aquilia, col. 3. post med. vers. quæro, quid faciat iudex, ff. ad leg. Aquil. Alex. Stiat. in pract. iudic. d. cap. 16. num. 19. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 54. n. 3. vers. imo etiam consulendo tradiderunt, Socin. iun. cons. 86. nu. 14. vers. quarto etiam requiriderunt, Socin. iun. cons. 86. nu. 14. vers. quarto etiam requiritur, lib. 2. Roland. cons. 23. nu. 20. in fin. vers. quarta est conclusio, iuncto num. 21. lib. 3. Iacob. Port. Imol. cons. 28. n. 7. Hippol. Rimin. cons. 145. n. 8. & cons. 213. n. 108. lib. 2.* 130

LIMITA † hanc ampliationem secundum Menoch. *de præsumpt. vbi supr. d. præsumpt. 54. n. 3. verficul. imo etiam*, quia secundum ista interlocutoria, quod testes sint valetudinarij, &c. satis dicitur interuenisse, eo ipso, quod iudex committit testium examen, ex hac enim commissione significatur iudicis animus, & voluntas, *vt per Socin. in cons. 244. col. 5. vers. non obstat, lib. 2. & per Aymon. in cons. 319. n. 2. vers. cæterum non eundo, &c.* Quamuis Roland. *in d. cons. 23. n. 14. & num. 22.* dixerit communem opinionem esse contra Socin. & Crauet. *in locis præcitatis*, sed hanc Rolandi assertionem minime veram dixerit Menoch. *vbi supra.* 131

LIMITA † modo eandem huius primi requisiti conclusionem, vt ista causæ cognitio non debeat esse plenaria, sed sufficiat summaria, *vt probat text. in l. lege Aquilia, ibi, & si summatim, & ibi gloss. magna, in vers. ficul. quod summatim iudex perpendit, Odofred. colum. 2. num 1.* vbi ponit practicam iudicis adhibentis hanc summariam causæ cognitionem, *Bart. col. 3. in fin. vers. ficul. nota, quod ista causa, Bald. in fin. vers. specialiter nota in ista lege, Florian ante num. 1. col. 1. in fin. in verbo, summatim, ff. ad leg. Aquil. Grauat. ad Vest. in pract. lib. 6. c. 2. rubr. de testib. & eor. inductione, n. 32. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 54. n. 3. vers. ficul. illud etiam, & consulendo tradiderunt Roland. cons. 23. n. 20. lib. 3. Hippol. Rimin. cons. 145. n. 5. lib. 2.* 132

SECVNDVM † est requisitum iudicis competentia: testes enim huiusmodi sunt examinandi coram illo iudice rei conuenti, quando actor illos producit, cum actor sequatur forum rei, *Ancharan. in cap. quoniam frequenter, n. 7. vers. & aduerte, & ibi Abb. post num. 13. vers. vnde primo, extra, vt lite non contestat. idem Abb. in cap. significauit, num. 10. & ibi etiam Aret. num. 14. extra de testib. Zabarell. in cap. Albericus, col 2. in princ. vers. quæro, coram quo iudice. d. tit. de testib. Papiens. in practic. in forma cap. quando testes produc. ad æternam rei memoriam, num. 1. in fin. vers. ficul. producendi autem sunt, Gerard. singul. 69. Andr. Gail. obseruat. 93. n. 1. lib. 1. Alex. Stiat. in pract. iud. cap. 16. num. 92. Monticell. in repert. test. rubr. lite non contestat. quando producan. testes. fol. 94. col. 2 vers. 4. & rubr. quan. ad perpetuam rei memoriam, &c. fol. 99. col. 1. vers. 3. & seqq. & consulendo tradiderunt Socin. iun. cons. 36. num. 14. lib. 2. Roland. cons. 23. nu. 11. versicul. pariter non obstat, & nu. 18. lib. 3. cons. 213. n. 106. d. lib. 3.* 133

AMPLIA † huius secundi requisiti conclusionem, quia testes ad perpetuam rei memoriam non possunt recipi à solo Notario, nisi de iudicis commissione, *Bald. cons. 418. n. 3. part. 4. prout illum refert & sequitur Monticell. in repert. test. rub. quando ad perpet rei memor. fol. 99. col. 1. vers. penult.* 134

LIMITA † hanc ampliationem, quando periculum est in mora, *per ea, quæ mox dicam in seq. 1 limitat. & expresse tradit Corrad. in pract. tit. de testib. rub. de recept. ante lit. contest. n. 48. in fin. fol. 140. col. 1.* 135

LIMITA I. dicti † secundi requisiti conclusionem, quando testes erant non in loco iudicij, sed alibi, quia tunc vel alias propter periculum mortis, vel absentiæ, cum non possit recurri ad iudicem causæ sine periculo perituræ probationis, poterunt examinari per illum iudicem, vbi degunt, *Abb. in cap. quoniam frequenter, nu. 13. ad med. vers. ficul. sed si testes, extra, vt lite non contest. Andr. Gail. obseruat. 93. nu. 3. & 4.* vbi generaliter, quando periculum est in mora ex causa necessitatis, & quando timetur de morte testium, antequã adeatur iudex competens, *Pract. Corrad. tit. de testib. rubr. de recept. ante lit. contest. num. 48. in fin. fol. 140. colum. 1.* vbi amplius, quod isto casu possunt testes examinari coram solo nominato ad aliquam præsumptionem, *ex Ias. quem allegat in l. admonendi, num. 208. ff. de iureiur. Roland. cons. 23. n. 12. lib. 3. & n. 18. vers. secus si essent alibi, lib. 3.* 136

LIMITA II. Quia † propter periculum mortis, vel absentiæ possunt testes recipi per iudicem, ad quem ab interloquutoria fuerit appellatum, etiam super articulis concernentibus principalem causam, & valebit receptio, etiamsi fuerit pronuntiatum, male appellatum, *secundum Abb. post But. in d. c. quoniam frequenter, nu. 13. ad fin. vers. ficul. sentiunt Domini, Marian. nu. 10. sub 3. declarat. vers. ficul. primo nota, Fel. col. 5. ad med. vers. dixit etiam Rota, il 1. extra, vt lite non contest. Alex. Stiat. in pract. iud. c. 16. num. 83. Vestr. in pract. lib. 6. c. 2. rub. de testib. & eorum inductione, n. 4. vers. ficul. amplius permittit etiam.* 137

LIMITA III. Quia † propter mortis & absentiæ periculum possunt etiam testes examinari à iudice, à quo est appellatum à grauamine, quando non detulit appellationi, & quid si detulit, & de materia vide Marian. *in d. c. quoniam frequenter, n. 10. post med. sub 1. not. ab. vers. sed præfati Domini de Rota, & ibi Felyn. col. 5. vers. & intellegas,* vbi, quod ad hoc, vt hæc limitatio locum habeat, tria debent concurrere: Primo, quod iudex à quo, alias remaneat iudex ordinarius: Secundo, dummodo per iudicem ad quem non possit fieri examinatio: Tertio, quod testes sint tales, vt de eorum morte vel absentia verisimiliter timeatur, *extr. vt lite non contest. Menoch. de recup. possess. remed. 17. n. 40. Rolan. cons. 23. n. 19. lib. 3.* 138

LIMITA IV. Quia † propter periculum amissionis probationis, non solum per iudicem ad quem, sed etiam per ordinarium in partibus lite pendente in Curia testes valide recipi possunt ad perpetuam rei memoriam, *Rot. de testib. & attestat. decis. 3. alias 110. in antiq. Vestr. in pract. post Rotam, quem allegat, lib. 6. cap. 2. rubr. de testib. & eor. induct. num. 4. versicul. & non solum per iudicem ad quem, Lancellot. de attent. c. 12. limit. 38. n. 2.* 139

LIMITA V. Quando † quis in remotis partibus passus est aliquod damnum, vel infortunium, prout dixi *supr. n. 52.* hic non repeto. 140

TERTIVM † est requisitum, citatio, non enim possunt testes ante litem contestatam & ad perpetuam rei memoriam examinari, nisi requiratur & citetur pars ad videndum iurare testes, & ad dandum interrogatoria, *text. est in cap. quoniam frequenter, §. porro, ibi, siue quia peremptoria citatione venire contendit, siue quia malitiose ipsam occultat, siue quia impedit, ne possit ad ipsum citatio peruenire, & in §. si vero aliter, ibi, vt de facili vel in breui citari non possit, & ibi gl. in verbo, citari, Bellam. §. 1. n. 10.* vbi, quod hoc indubitanter procedit, *Bal. post nu. ... vers. dicit Innocentius, & nu. 4. ibi, vel solemniter citatum, Butr. in §. nisi forte, n. 11. in fin Anchar. n. 6. vers. si ergo conuenti potest, & n. 9. versicul. item testes, Zabarell. in § sunt & alii, vers. & si omittitur,* vbi propterea, quod in hoc multi errant, qui procedunt sine citatione, *Abb. n. 3. in 2. requisito, & n. 8. in fin. & nu. 21. in fin. versicul. aut etiam Marian. n. 9. vers. est ergo sensus, & n. 11. col. 7. vers. primo requiritur, extr. vt lite non contest. item est text. in c. significauit, ibi, denuntiando, &c. puta, receptioni testium, si velint, interjint, extr. de testib. & ibi communiter * notant omnes in sum. mario, * & ibi etiam gloss. in verbo, denuntiando, Innoc. in verbo, denuntiando, Hostien. post num 3. in verbo, denuntiando, & in verbo, receptioni, Ioan. Andr. n. 10 Bellam. nu. 4. ad fin. in verbo, denuntiando, Bald. n. 1. in 3. not. ab. & n. 4. vers. quæro ad quid, & nu. 9. Imol. n. 2. in 3. not. ab. & in 4. not. ab. Zabar. col. 1. vers. item ibi denuntiando, Abb. post num. 1. in 2. not. ab. Felyn. n. 3. & Aret. nu. 9. gloss. in cap. Albericus, in verbo, publicam, extr. eod. tit. de testib. & ibi Innoc. n. 1. in verbo, recipi, Hostien. col. 1. post num. 1. ad med. in verbo, recipere, & in verbo, ipsorum, Ioan. Andr. n. 3. in verbo, redigere facientes, Zabar. col. 1. in prin. vers. in gloss. vlt. in fin. Aret. numer. 12. item est text. in authent. sed & si quis, ibi, aduersarius* 141

Texto deteriorado e/ou Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding

moneatur, & ibi gloss. fin. in verbo, vna parte, Bald. ante num. 1. in summario, & num. 1. in 1. not. ab. Angel. numer. 3. in 1. not. ab. Salyc. ante num. 1. & num. 1. vers. quando testes, Paul. de Castr. num. 1. C. de testib. & est etiam text. in §. & hic vero, ibi, oportet & illum in ea ciuitate constitutum, in qua testationes dantur, admonitum a iudice, & ibi gloss. in verbo, præsente, & Ang. n. 36. in authent. eod. tit. Papiens. in pract. in forma cap. quando test. recipiuntur ad aternam rei memoriam, num. 2. Andr. Gail. obseruat. 94. n. 2. & nu. 4. lib. 1. Stiat. in pract. cap. 16. nu. 82. Vestr. in pract. lib. 6. c. 2. rub. de testib. & eor. inductione, n. 5. vbi ponit formam huius citationis, Viu. opin. 922. n. 8. & consulendo tradiderunt Socin. iun. cons. 86. nu. 14. vers. tertio requiritur, lib. 2. Burs. cons. 20. n. 66 lib. 1. Hippol. Riminn. cons. 145. num. 7. lib. 2. & cons. 213. nu. 108. eod. lib. 2. Ex quibus sine dubio apparet, * hanc regulam verissimam, & communiter * receptam, iunctis aliis, quos *supr.* allegaui, *num.* 2.

142 Licet † contra eam faciant dicta per Anchar. *in d. cap. quoniam frequenter, n. 6. verficul. sexto nota, & versic. nunciatio autem, extr. de testib.*

143 AMPLIA I. huius † tertij requisiti conclusionem, vt citatio debeat esse personalis, nec sufficiat ad domum, *secundum Bellam. in c. quoniam frequenter, §. 1. n. 11. vers. alij vero, & n. 17. versic. verum quia iunctus, vers. quia nunquam,* vbi probat, quod nunquam citatio sufficit ad domum, vbi potest fieri personalis, & hæc videtur verior opinio secundum eum, declarata tamen, *vt infra, Bald. num. 6. in fin.* vbi loquitur, quando reus examinat testes ad perpetuam rei memoriam, dicitque, actorem esse personaliter citandum, *Abb. sub n. 21. extra, vt lit. non contest. idem Bal. in r. significauit, n. 4. & ibi Zabarell. col. 2. post med. vers. in gloss. ibi, &c. & versicul. seq. incip. oppono ad hoc, Abb. n 8. in fin. versic. sed si esset præsens, Aret. n. 9. vers. imo in casu, extr. de testib. idem* * *Aret. in cap. Albericus, n. 12. versic. super quo, vbi de* * *communi, extra, eodem, Florian. in l. lege Aquilia n. 3. ad fin. versic. item aduerte, ff. ad leg. Aquil. Bart. in l. 4. §. prætor ait, n. 19. ff. de dam. infect. Salyc. in auth. si quis ab aliquo, n. 7. post med. col. 3. vers. sed vbi actor, & ante eum Cyn. ibi, col. 1. ad med. versicul. quæro modo, Bart. in 1. lect. n. 7. in prin. Alb post nu. 2. versicul. sed nunquid quando, C. de testib. Ang. in authent. de testib. §. & hoc vero, n. 37. col. 2. ad med. vers. sed quæro, an eo casu, vbi, quod hæc opinio sibi videtur satis aqua, Lanfr. de testib. nu. 35. vbi relatis aliorum sententijs in hac residet opinione, Monticell. in repertorio testium, rubr. quando ad perpetuam rei memoriam. fol. 100. colum. 1. versicul. sexto, & columna 2. versicul. primo, Iacob. Port. Imolen. consil. 28. n. 4. & seq.* Ex quibus apparet, hanc ampliationem * esse magis communiter * receptam, iunctis aliis, quos *supr.* allegaui, *num.* 3.

144 Licet † contra eam, quod imo sufficiat citatio ad domum, tenuerit Dyn. quem refert Bellamer. *in d. c. quoniam frequenter, §. 1. n. 11. in prin.* (sed Dyn. certe tenet primam opinionem, quod scilicet requiratur personalis, post eum melius refert Bartol. *in l. 4. §. prætor ait, num. 17. vers. Dyn. dicit, ff. de dam. infect.*) & pro hac contraria opinione faciant dicta per eundem Bartol. *in d. §. prætor ait, n. 19. versic. sed videtur.*

145 AMPLIA † rursus præcedentem ampliationem etiam in casibus, in quibus non est necessaria litis contestatio, quia tunc, cum agatur de pleno præiudicio, requiritur citatio personalis, *Bart. in d. l. 4. §. prætor ait, n. 23. ff. de dam. infect.*

146 LIMITA I. hanc † primam ampliationem, quia prima citatio debet esse personalis, cæteræ vero sufficiunt ad domum, *Bald. in c. significauit, n. 4. Abb. sub n 8. versic. & est veritas, ibi, ex quo nunquam fuit in iudicio, & iterum, ibi, & est veritas, ibi, ex quo nunquam fuit in iudicio, & iterum, ibi, cum hæc sit prima, secus si præcessisset contumacia, & iterum, ibi, cum hæc sit prima secus si præcessisset contumacia, & iterum, ibi, cum hæc sit prima citatio, extr. de testib. Bart. in l. 4. §. prætor ait, n. 22. ff. de damn. infect. Salyc. in auth. si quis, n. 7. vers. ad omnes leges, C. de testib.*

147 LIMITA II. Quando, antequam † fieret citatio personalis, esset periculum de morte vel absentia testium, & sic de probatione peritura: tunc, *vt infr. dicam,* nulla citatio requiritur, ergo multo magis sufficit ad domum, quod totum iudicis arbitrio remittitur, *Bellam. in c. quoniam frequenter, §. 1. n. 12. & ibi Abb. n. 21. vers. dico sic, Marian. nu. 11. col. 7. sub primo requisito, vers. & dicit hic D. meus, extr. vt lit non contest. Aret. in cap. Albericus, n. 13. versic. aduerte tamen, extr. de testib. Bartol. in l 4. §. prætor ait, n. 17. in fin. & n. 22. vers. & ideo quando timeatur, ff. de dam. infect. Cyn. in authent. si quis, col. 1. post med. vers. si tamen periculum, C. de testib. Ang. in authen. de testib. §. & hoc vero, num. 37. col. 2. post med. vers. nisi si exspectaretur, Lanfran. de testib. n. 35. vers. & hoc verum.*

148 LIMITA III. dictam † primam ampliationem, vt personalis citatio requiratur, quando examinantur testes ex parte rei, iuxta formam *cap. significauit*, secus si examinentur ex parte actoris, vt puta, quia sint senes, valetudinarij, & absuturi, iuxta formam *c. quoniam frequenter*, quia tunc sufficit ad domum, *Imol. in d. cap. significauit post num. 8. versic. aduerte tamen, iuncto vers. alius est intellectus, & ibi Felyn. sub num. 3.* vbi, quod ita communiter dicitur, & * videtur de mente *Aret. n. 9. vers. imo in casu, extra, de testib.* & ita relatis contrariis opinionibus, dixit esse originalem distinctionem Ioan. Andr. *in c. præsumitur, de reg. iur. in 6. Bart. in l. 4. §. prætor ait, n. 17. ff. de dam. infect. Bald. in authen. sed & si quis, col. 3. ad fin. nu. 7. vers. sed Ioannes Andreas, & ibi Salycet. post num. 7. col. 2. in fin. vers. imo vero aduertas, & colum. 3. in prin. C. de testib. Viu. opin. 922. n. 9. & consulendo hanc limitationem comprobant Alex. cons. 203. num. 11. lib. 2. Roland. cons. 23. numer. 11. & numer. 21. in fin. vers. similiter non obstat, iuncto num. 22. lib. 3. & vide ad præmissa, quæ dixi supr. numer. 5. & seq.*

149 LIMITA IV. Quia † sufficit citatio per edictum, quando non apparet de particulari aduersario, *Zabar in c. Albericus, col. 1. in prin. vers. quid si non apparet, post Innocent. quem allegat, extr. de testib.*

150 LIMITA V. Quando † reus est absens, quia tunc sufficit citatio ad domum, *Bellam. in c. quoniam frequenter, §. 1. post n. 12. vt lit. non contest. Host. in c. significauit, n. 3. versicul. quid ergo si sunt absentes*, vbi loquitur etiam, quando sine periculo absentes expectare possunt, *& ibi Imol. n. 8. vers. aduerte tamen*, Abb. *n. 8. vers. sed posset dici*, vbi tamen loquitur, quando principalis se absentauit procuratore non dimisso (& sic videtur præsupponere, Iam fuisse semel personaliter citatum,) *extr. de testib.*

151 Contra † hanc limitationem tenuit Abb. *in d. c. quoniam frequenter, nu. 21. vers. dico sic*, vbi, quod etiam absens debet personaliter citari, nisi sit periculum probationis perituræ, de quo statur iudicis arbitrio, *sequitur ibi Marian. n. 11. col. 7. in fin. sub primo requisito, post versic. item periculum imminens, extr. vt lit. non contest. Innoc. in c. significauit, in fin. in verbo, denuntiando, Ioan. Andr. ibi, n. 18. Bellamer. n. 11. & 12. Butr. post num. 9. Anchar. nu. 5. extr. de testib. Hostien. in c. Albericus, col. 1. post med. in verbo, recipere, & Aret. nu. 12. & 13. vbi de communi, extr. eod. Cyn. in authen. si quis ab aliquo, col. 1. post med. vers. vbi debet, C. de testib.*

152 Pro † concordia dic, quando examinantur testes pro parte actoris, iuxta formam *c. quoniam frequenter*: tunc si est absens sufficit citatio ad domum: si vero ex parte rei, tunc etiam quod absens est personaliter citandus, nisi sit periculum, &c. *ita declarat Imol. in eod. c. significauit, nu. 8. vers. aduerte tamen, iuncto vers. alius est intellectus, & ante Imol. relatis aliis opinionib. post Ioan. Andr. quem allegat, declarat & distinguit Bal. in auth. sed & si quis, col. 3. ad fin. n. 7. vers. sed Ioan. Andr.*

153 LIMITA VI. Vt † citatio personalis requiratur, quando agitur de magno præiudicio, secus si de paruo, *Bartol. in l. 4. §. prætor ait, nu. 20. & 21.* vbi sic distinguendo concordat contrarias opiniones, declaratque, quando ex testibus examinatis ante litem contestatam dicatur oriri magnum vel paruum præiudicium, *ff. de dam. infect. & in auth. sed & si quis, in 1. lect. nu. 7. ad fin. in versic. tamen pro*

modo dico, & nu. 8. & ibi Salyc. nu. 7. versic. Bartolus vero, Castrens. nu. 3. C. de testibus, vbi remittit se ad dicta per Bartol. in d. l. 4. §. prætor ait, & vide, quæ dixi supra, qu. 72. nu. 4.

154 LIMITA VII. Quando † reus est præsens, impediat citationem, & se occultet, quia tunc sufficit citatio ad domum, *Bellam. c. quoniam, §. 1. post num. 12. extra, vt lit. non contestat. Bald. in cap. significauit, num. 4. Imol. post num. 8. versic. nisi constaret, quod malitiosè sese absentasset, extra, de testibus, Bartol. in d. l. 4. §. prætor ait, sub num. 19. & seqq. ff. de damno infecto, Salycet. in authen. si quis ab aliquo, col. 3. post med. versic. sed vbi actor, C. eodem.*

155 LIMITA VIII. Quando examinantur † testes lite nõ contestata, sed iam inchoata, vt puta super emergentibus, & incidentibus, & dilatoriis exceptionibus, *vt suo loco dixi.* Tunc enim, siue ex parte rei excipientis examinentur testes, siue etiam ex parte actoris replicãtis, sufficit facta contumacia, & sic citatio ad domum, *Bart. in d. l. 4. §. prætor ait, nu. 18. ff. de damn. infect. Salyc. in authent. si quis ab aliquo, nu. 7. post med. versic. sin autem ante litem contestatam, C. de testibus.*

156 AMPLIA II. Huius 3. requisiti † conclusionem, vt citatio non præsumatur, *Hostien. in cap. significauit, numer. 4. & ibi Abb. nu. 1. in fin in 3. notabil. & Aretin. num. 13. extra, de testibus, Bald. in c. Albericus, nu. 8. & ibi etiam Felyn. num 3. extra eodem.*

157 Et † ideo de citatione debere fieri publicum instrumentum, probat text. *in dict. cap. significauit, in fine, ibi, & super denuntiatione sic facta conficias publicum instrumentum, & ibi gloss. in verbo, denuntiando, in fin. Bald. nu. 4. in fin in 4. notab. Imol. nu. 2. in 4. notab. Zabarell col. 1. versic item ibi denuntiando, extra, de testibus, Butr. in cap. Albericus, nu. 7. eodem tit. Monticell. in repert. test. rubr. quando ad perpet. rei memor. folio 100. col. 1. versic. penult.*

158 LIMITA hanc † secundam ampliationem, vt non procedat, quando sumus in antiquis, vel etiam, quando in examine testium, vel eorum publicatione esset enunciata citatio: Tunc enim citatio præsumitur, etiam quod de ea non appareat publicum instrumentum, *Innocent. in cap. Albericus, num. 2. Hostiens. ibi, post num. 1. col. 1. ad finem, versic. quid si contra hanc publicationem, & colum. 2. in princ. Ioan. Andr. num. 3. Bellamer. post nu. 5. & seqq. in 1. quæ per totam, vbi etiam de materia, Bald. num 8. Butr. num. 7. Imol. col. final. versic. quid si de illa, Anchar. num. 8. Felyn. numer 3. versic. fallit, nisi sit factum valde antiquum, & num. 4.* * vbi, quod hæc distinctio est * communiter approbata, & ibi respondet oppugnationibus Zabarell. *& numer. 5.* vbi, quod isto casu tempus antiquum dicitur triginta annorum, quando agitur de graui præiudicio tertii, *extra, de testibus.*

159 Contra † hanc limitationem tenuit Zabarel. *in eod. cap. Albericus, col. 1. post princip. versic. quæro, an præsumatur*, vbi dixit, quod indistincte citatio non præsumitur, etiamsi enuntiaretur in decreto publicationis, *& idem tenet Ab. ibi, nu. 3. versic. ego arbitror*, vbi dicit, non sufficere citationem in publicatione enuntiari, nisi etiam dicatur, quod pars fuit præsens, quia tunc ex præsentia & cursu temporis præsumeretur citatio, alias secus.

160 AMPLIA III. Dicti † tertii requisiti conclusionem, vt in huiusmodi examine debeat citari reus, etiam quod sit absens, *Bellamer. in cap. quoniam frequenter, §. 1. num. 12. in fin. versic. de 4. difficultate, & ibi Abb. num. 21. Marian. num. 11. col. 7. sub 1. requisito, versic. quasi velit Hostiensis, extra, vt lit. non contestata.*

161 LIMITA hanc † ampliationem, quia isto casu sufficit citatio ad domum, *vt dixi supra, nu. 150.*

162 AMPLIA IV. Quia requiritur citatio † peremtoria, quod, an verum sit, & quando, vide Aret. *in c. significauit, nu. 9. versic. quin imo in isto casu, & n. 10 extr. de testibus.*

163 AMPLIA V. Vt † citatio requiratur, siue testes examinentur ex parte actoris, siue etiam ex parte rei, *prout est text. in c. significauit, & ibi notant omnes, extra, de testibus.* Imo tunc requiri citationem personalem, dixi supra, *num. 148.* quamuis contrarium, quod non requiratur citatio, quando examinantur testes ex parte rei, videatur de mente Hostiens. *in cap. quoniam frequenter, numer. 24. ad fin. in 6. differentia.*

164 LIMITA I. Huius † tertii requisiti conclusionem, quando est periculum de morte, vel absentia testium, antequam fiat citatio, quia tunc nec citatio requiritur: citanda enim est pars, si citari potest, alias secus, *Bellamer. in cap. quoniam frequenter, §. 1. num. 12. versic. imo, & sine citatione, & versic. dicas hoc*, vbi, quod de hoc periculo statur arbitrio iudicis, *Bald num. 4. versic. quinimo etiam non citatum, Anchar. sub num. 6. Zabarell. in §. sunt & alij, versic. item ibi, contra non citatum, Abb. post num. 3. in 2. requisito, ibi, si citari potest, & in 3. requisito*, vbi, quod quando non potest citari, debet examen denuntiari infra annum, *& num. 8. in fine, & nu. 21. versic. dico sic*, vbi etiam, quod remittitur arbitrio iudicis super huiusmodi periculo perituræ probationis, & ibi declarat, quomodo isto casu iudex debeat arbitrari, Marian. *nu. 9. versic. est ergo sensus, & num. 11. colum. 7. in fin. sub primo requisito, versic item periculum imminens, extra, vt lit. non contest. Innocent. in cap. significauit, in fine, versu. si vero sine periculo, extra, de testibus, & in cap. Albericus, num. 1. versic si autem reciperetur, extra eodem, Adden. ad Bart. in l. lege Aquilia, colum. 2. litera A. ff. ad l. legem Aquiliam, Ant. Gail. obseruat. 94. nu. 4. versic. dicendum breuiter, libr. 1. Alexand. Stiat. in pract. iudic. cap. 16. num. 86. in fine, & num. 98. Vestr. in pract. libr. 6. cap. 2. rubr. de testibus, & eorum induct. nu. 1. versic. quod quidem perpetuum non est, & nu. 3. in prin. vbi de * communi, & versic. * & quod de futura absentia testium diximus, vide, quæ dixi supr. num 38. & seqq.*

165 LIMITA II. Quando † aduersarius est potens, terribilis, & tyrannus, quia tunc citatio non requiritur, *Marian. in cap. quoniam frequenter, nu. 11. colum 8. versu. & aduerte, & ibi Felyn. nu. 7. & 8. extra, vt lit. non contest. Monticell. in repertor. test. rubr. quando ad perpetuam rei memoriam, fol. 100 colum. 1. versic. fin. Mascard. de probat. lib. 1. in præfatione, nu. 40. Viu. opin. 922. nu. 8.* Et vide ad comprobationem huius limitationis, quæ dixi supra, *num. 43. & sequ.* vbi eadem limitatio declaratur.

166 LIMITA III. Quia † licet ad dandum interrogatoria, vbi hi testes inducuntur, soleant dari solitæ dilationes de stylo Curiæ, videlicet alterius diei, post diem termini seruati ad videndum iurare testes, vbi tamen periculum est amissionis probationis, potest iudex breuiores concedere, & loco diei certas duntaxat horas dare, plures vel pauciores, iuxta qualitatem & quantitatem articulatæ materiæ eius arbitrio, *Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. rub. de testibus, & eorum induct. nu. 4. versic. & inter alia solet palatium, sequitur Monticel. in repertor. test. rubr. absuturorum test. product. fol. 102. col. 1. versic. penult.*

167 QVARTVM est † requisitum denuntiatio, testes enim examinati ante litem contestatam, non probant, nisi infra annum actor vel litem moueat, vel testium examen reo denuntiet: talis enim præsumitur in fraudem examinasse, ad hoc, vt reus ex temporis processu commoditatem excipiendi contra testes amittat, *text. est in cap. quoniam frequenter, ibi, sed si actor, & ibi gloss. in verbo, infra annum, & in verbo, ad repellendum, in fin. Hostiens. num. 9. in fine, in verbo, infra annum, Ioan. Andr. nu 2. post medium, versic. ita tamen, Bald. nu. 6 post medium, versic. & quod magis, Butr. in §. nisi forte, num. 2. versic. quarto, quod actor, Imol. ante num. 1. versic. ita tamen, quod infra annum, Ancharan. numer. 1. ad medium, versic. & habebit effectum, & numer. 7. Zabarell. colum. prima, in princip. versic. ita tamen, quod infra annum, & in §. sunt & alij, versic. in gloss. Anan. nu. 1. versic. ita tamen, quod infra annum, & versic. 3. quod actor, Abb. ante numerum 1. colum. 2. versic. ita tamen, quod*

Texto deteriorado e/ou Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

conueniatur, Marian. num. 11. colum. 8. versic. secundo exigitur, extra, vt lite non contestata, Bald. in cap. significauit. nu. 2. versic. nam tunc, extra, de testibus, Alber. in authen. si quis ab aliquo, colum. final. in fine, num. 2. versic. in senibus autem, & ibi Fulgos. num. 2. Castrens. nu. 2. post medium, versic. quia datur sibi terminus anni, C. eodem, Papiens. in pract. in forma capit. quando producuntur testes ad eternam rei memoriam. post num. 2. Mynsinger. obseruat. 71. in fin. versic. tertio testes, centur. 4 And. Gail. obseru. 92. nu. 4 libr. 1. & obseru. 94. nu. 3. Menoch. de præsumpt. libr. 2. præsumpt. 54. nu. 3. Vsu. opin. 923. in fin. nu. 3. Iacob. Port. Imol. consil. 28. num. 8.

168 AMPLIA, Quia † talis præsumptio oriens ex non denuntiatione prædicta, quod scilicet præsumatur producens in fraudem examinasse ad hoc, vt reus ea poris processu commoditatē excipiendi contra testes amittat, est iuris, & de iure, nec probationem in contrarium admittit, *gloss. in c. quoniam frequenter, in verbo, in fraudem, & ibi Bald. num. 7. post med. versic. in gloss. non enim, Butr. in §. nisi forte, nu. 19. Imol. num. 4.* vbi respondet fundamento Hostiensis contrarium tenentis, *extra, vt lit. non contestat. And. Gail. ob. eru. 92. nu. 6. lib. 1.*

169 Contra, quod † hæc sit iuris præsumptio tantum, & quod admittat probationem contrariam, *Hostiens. in d. cap. quoniam frequenter, post nu. 13. versic. vnde si hoc, iuncto versic. & sic patet.*

170 Pro † concordia vide Abb. *in d. cap. quoniam frequenter, num. 12. versic. quaro quid, si non facta denuntiatione,* vbi post Butr. dicit, non admitti probationem in contrarium respectu fraudis, secus, si vellet probare, non habuisse potestatem conueniendi, quia hoc potest, cum iste annus sit vtilis (*vt infra dicam*) *& sequitur Marian. ibidem, nu. 2.*

171 LIMITA I. Huius † quarti requisiti conclusionem, quia iste annus, in quo debet fieri talis denuntiatio, est vtilis ab initio, nec currit, nisi ab eo tempore, quo quis potuit experiri, & sic requiritur scientia, & experiendi potestas. *gloss. in cap. quoniam frequenter, in verbo, infra annum, versic. & iste annus, Hostiens. ibidem, num. 10. versic. & ex hoc patet, Bald. nu. 7. ad medium, versic. in glossa, ecce, Butr. in § vi forte, nu. 17. Imol. nu. 3. ad medium, versic. in ea glossa, infra annum, Anchar. in d. §. nu. 7. Abb. nu. 6. Marian. nu. 11. colum. 8. in fin. in 2. requisito, versic. incipit currere annus, iuncto versic. primo quaro, extra, vt lite non contestat. Andr. Gail ob eruat. 92. num. 5. lib. 1. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 54. numer. 3. versic. & præterea.*

272 LIMITA II. Eandem † conclusionem, quia huiusmodi testes non facta denuntiatione infra annum, licet non valeant ad fauorem producentis, valent tamen ad fauorem aduersarii. *secundum gloss. in cap. quoniam frequenter, in verbo, non valeant, & ibi Innocent. num. 3. in fine, in verbo non valerent Hostien. num. 2. in verbo, non valeat, Bald. num. 7 ad med. versic. in glossillis, Butr. in §. nisi forte, numer. 18. Imol. num 3. versic. in glossa, non valeant, Abb nu. 10. &* * *nu. 11. vbi quod tenent Doctores communiter, & ita etiam testatur Marian. num. 11. in 20. requisito, in tertia quæstione, colum. 9. ad med. versic. ex quo infertur, extra, vt lite non contestata.* Quamuis contrarium defendat Anchar. *in dict. cap. quoniam frequenter, num. 10 recedentibus ibi Zabarell. nu. 2. ad med. versic. in glossa ibi illi valebunt.*

173 SVBLIMITA I. Præcedentem † secundam limitationem, vt procedat, quando depositio testis continet diuersos articulos inseparabiles: Tunc enim valet in fauorem aduersarii? secus, si contineat vnum articulum inseparabilem facientem pro vtraque parte, quia tunc non potest respectu vnius valere, & respectu alterius non, cum non sit vnicum factum, *ita declarat Abb in d. c. quoniam frequenter, nu. 11. versic. ego puto, & ibi Marian pariter, nu. 11. in fin. col. 9 post med. versic. sed D. meus putat.*

174 SVBLIMITA II. Vt † eadem limitatio procedat, quando testes examinati non viuunt, vel non commode haberi possunt, secus, si viuant, & commode haberi possint, quia tunc, nisi examinentur denuo, eorum dicta non valent, nec ad fauorem actoris, nec ad fauorem rei, *secundum Abb. in c. quoniam frequenter, nu. 11. versic. quare satis æque sequitur Marian. ibi, num. 11. in fin. versic. subdit etiam D. meus.*

LIMITA III. Dicti † quarti requisiti conclusionē, quando reus fuisset præsens, vel citatus, quia tunc non est necessaria hæc denuntiatio, *Innoc. in cap. quoniam frequenter, nu. 3. ad fin. versic. denuntiauerit, & ibi Io. Andr. post num. 9. in verbo, denuntiauerit, Butr. in §. nisi forte, nu. 11. Abb. nu. 3. in 3. requisito, & nu. 21. in fin. versic. 7. quaro, Marian. nu. 11. col. 8. in fin. in 2. requisito, versic. & sic patet, quod hoc requisitum, extr. vt lit non contest. Fulg. in auth. sed & si quis, post nu. 2. versic. hic tamen videtur loqui, C. de testibus, Andr. Gail obser. 94. nu. 5. lib. 1.* 175

Quamuis † contrarium voluerit Bald. *in d. c. quoniam frequenter nu. 12.* vbi dixit, quod hæc denuntiatio debet fieri etiam scienti: reddit rationem, quia est de forma, ideo non sufficit scire, nisi denuntietur. 176

LIMITA IV. Quando † testes sunt examinati cōtra aliquem potentem & tyrannum, quia tunc propter imminentis mortis periculum talis denuntiatio nō requiritur, *Host. in c. quoniā frequenter, nu. 9. ad fin. in versic. absq; malitia, versic. quod si præsens, & nu 10. in verbo, ex quo conuenire poterit, & nu. 13. versic. hoc aut intelligas, Ioan. And. post nu. 9. in verbo, conuenire poterit, Butr. in §. nisi forte, nu. 10. in fine, versic. quid si non potest, Marian. nu. 11 sub 1. requisito, col. 8. in princ. versic. & aduerte, & in 2. requisit. col. 9. in princ. versic. vnde dicit, Ioan. And. & Felyn. nu. 7. extra, vt iste non contest.* 177

LIMITA V. Quando † testes sunt examinati ex parte rei ad effectum, vt eorum dicta publicentur, quia tunc etiam non facta denuntiatione, & ante annū, perpetuo valent, cum sint redacta in publica monumenta, *ita videtur de mente Hostiens. in cap. quoniam frequenter, num. 24. ad fin. versic. tertia quia, & versic. quinta quia, Butr. in §. sint & alij num. 6. ad finem, versic. ita quod non publicantur, Bald. num. 6. versic. quaro, quis est effectus, Butrig. in §. nisi forte, numer. 16. Imol. post num. 3. versic. & sic in quantum, & sub num. 18. Abbas num. 7. in fine, versic. collige, & tertiam differentiam. Marian. num. 12. columna decima, versic. postremo quæro, extra, vt lite non contestata, Ioan. Andr. in cap. significauit, num 15. in verbo, consignantur, & ibi Bellam. numer. 12. versic & ibi consignantur, Bald. nu. 2. versic. nam tunc, Butrig num. 5. versic in quantum gloss. dicit, extra, de testibus, Bartol. in l. lege Aquilia, colum. 4. ante medium, versic. sed publicato differtur. ff. ad legem Aquiliam, idem Bart. in authentic. sed & si quis, in 1. lectur. nu. 2. & num. 3. in fine, versic. & prædicto casu, iuncto num. 4. in princip. & in 2. lectura, post nu. 2. Bald. ibidem, colum. 4. in princip. post numer. 8. versic. in actore autem requiuntur, sed non publicantur, & column. quinta, numer. 11. ad finem, versic. sed vbi non iustificatur, Alberic. num. 2. ad medium, versic. verius est, quod non publicentur statim, Salyc. et. num 7. post medium, versic. sed quando ex parte actoris, Castrens. num. 1. in fine, & nu. 2. versic. sed si referatur ad actorem, C. de testibus, Angel. in authent. de testibus, §. & hoc vero, num. 41. Lanfranc. de testibus, nu. 34. post medium, versic. secus dicit Angel. Mynsing. obseruat. 71. versic. deinde hic, cent. 4. And Gail. obseruat. 93. num. 6. libr. 1. Monticell. in repertor. test. rub. quando ad perpetuam rei memoriam, fol. 98 col. 1. versic. 2. & consulens lo tradidit Corn. consil. 172. num. 1. ad med. versic. in quibus etiam locis, lib. 2.* 178

183 Quæ † autem requirantur in publicatione testium examinatorum ad perpetuam rei memoriam, & de illorum forma, vide text. & Doct. *in cap. Albericus, extra, de testibus, Salyc. in auth. si quis ab aliquo, nu. 8. C. eod. Lanfran. de testibus num. 34 ante fin.*

184 AMPLIA huius † quinti requisiti conclusionem, quia talis publicatio est facienda coram iudice competenti, *secundum Anchar anum, in cap. quoniam frequenter, §. sunt & alij, num. 4.* vbi propterea infert, quod reus potest petere hanc publicationem coram iudice suo, coràm quo deberet actor conuenire, *extra, vt lite non contestata.*

185 LIMITA I. Dicti † quinti requisiti conclusionem in testibus examinatis pro parte rei, & ad hoc, vt eorum dicta publicentur, & in scriptis redigantur, quia eorum publicatio fit statim etiam ante contestationem litis, *gloss. in cap. quoniam frequenter, §. sunt & alij, in verbo, publicatio, versic. & statim publicatur, & ibi Hostiens. nu. 9. in verbo, timetur, versic. secus si fit sequenti, §. &, num. 24. ad finem, versic. quarta, quia, Ioann. Andr. num. 11. ad med. versic. hi enim publicantur, ibi non, Bald. num. 6. versic. Porro, si ex parte rei, Butrig. in dict. §. sunt & alij, post num. 5. Imol. numer. 18. versic. secus, quando ex parte rei, Anan. in §. sunt & alij, numer. 2. versic. nota ex isto textu, Abb. in princip. numer. 7. in fine, & in §. sunt & alij, numer. 3. extra, vt lite non contestata.* Huic limitationi est text. *in cap. significauit, ibi, & eorum dicta in publica redigi facias monumenta, & ibi gloss. in verbo, testes, versic. hic statim publicantur, Innocent. in princip. versic. vbi sit statum publicare, Hostien. in princip. versic. & in qua statim, Ioann. Andr. post numer. 7. Imol. nu. quarto, vbi respondet rationibus Speculatoris contrarium sententis, & num. 7. colum. 2. in fine, versic. in eadem glossa, Zabarell. colum. 1. in fine, versic. in glossa 2. & colum. 2. in princ. vbi quod* * *ita communiter observatur, Abb. num. 3. columna secunda, in* * *princip. vbi, quod ita communiter tenetur, Felyn. num tertio, versic. in glossa secunda,* vbi respondet rationi Speculatoris, *Aretin. numer. 16. in princip. iuncto numer. 17. versic. tertio debet scire, & numer. 18. versic. sed Ioannes Andreas, v-* * *bi de communi, extra, de testibus, Florian. in leg. lege Aquilia, columna secunda, in fine, versic. aduerte tamen, ff. ad legem Aquiliam, Bald. in authentic. sed & si quis, numer. 11. columna quinta, in princip. versic. item est exemplum in reo, & ibi Angel. num. 2. in fine, Castrens. post numerum 2. versic. in textu, ibi, C. de testibus, Angel. in authent. de testibus, §. & hoc vero, num. 41. & num. 42. vbi, quod ita Doctores communiter tenent, Nell. in tract. de testibus, num. 74. versic si tamen reus, Lanfranc. de testibus, num. 34. post medium, versic. & hoc ibi tenet Angelus, vbi extra Angel. quem allegat, ita dicit communiter seruari, Mynsin. obseruat. 71. versic. deinde hic, centur. quarta,* vbi, quod contraria Speculatoris opinio non est recepta.

Quamuis † contrarium, quod etiam testes pro parte rei examinati non publicentur ante litem contestatam, quia per publicationem impediretur aliorum testium productio, & sic inducta ad fauorem rei retorquerentur in eius odium, tenuerit Speculator *in titul. de teste, §. nunc tractemus, num. 5. vbi late comprobat, sequitur* Ioannes Andreas *in cap. significauit, num. 15. versic. in glossa 2. & ibi Henricus Boyc. nu. 4. in fine,* vbi dicit, se credere Speculatoris opinionem veriorem, & quod de facto seruatur in parlamento Franciæ, *Bellam. sub nu. 10. & nu. 12. versic. in glossa secunda, Butr. nu. 5. versic. de publicatione tenet contrar. extra, de testibus, Bellaper. in authen. si quis ab aliquo, colum. 2. ad medium, versic. ad legem istam, si proponitur, iuncto versic. quidam intelligebant, C. eodem, Pract. Conrad. tit. de testibus. rubr. de recept. ante litem contestat. nu. 48. in 36. casu, in fine. fol. 139. col. 1.* 186

SVBLIMITA hanc † primam limitationem, vt testes pro parte rei ante litem contestatam examinati non statim publicentur, quando ipse reus, qui testes examinauit, vult publicationem differre: cum enim talis publicatio fiat fauore rei, potest illi renunciari, *secundum Zabarell. in d. cap. significauit. colum. 1. in fine, versic. in glossa secunda, & colum. 2. in princip. vbi, quod ita communiter obseruatur, & ibi Abb. col. 2. post princip. num. 3. versic.* * *posset tamen dici.* 187

Contrarium, quod † non possit reus actore inuito differre publicationem testium examinatorum ad perpetuam rei memoriam, ex quo publicatio magis est inducta ad fauorem actoris, quam rei, defendit Aretin. *in eodem cap. significauit, num. 8. in fine, versic. tu vero dicas, & num. 19.* 188

LIMITA II. Eandem † huius quinti requisiti conclusionem, quando ex parte actoris examinantur testes super debito in diem, vel conditionali, *iuxta tradita supra, num. 14.* Tunc enim, si testes examinati fuerunt senes, valetudinarii, vel abfuturi, fit statim publicatio, & statim probant, imo ex illis fertur sententia. Licet exactio differatur in tempus conditionis, patet ex tex. *in l. in lege Aquilia, & ibi* * *communiter notant omnes, ff. ad legem Aquiliam.* Sed an hæc limitatio vera sit, vide latè disputantem Aretin. *in dict. c. significauit, nu. 16. & nu. 21. & seqq. Fulgos. in authent. sed & si quis, post nu. 2. versic. mihi & iustius & verius videtur, Angel. ibi, num. 3. post medium, vbi testatur de veriori opinione, Salyc. nu. 7. ad fin. versic. item dicas, C. eod. Ang. in auth. de testibus, §. & hoc vero, nu. 29.* 189

LIMITA III. Quia † de consensu partium potest fieri publicatio ante litem contestatam, & sufficit consensum accedere, etiam post publicationem, & vtroq; casu isti testes probant, *Innocent. in cap. significauit, ad medium, versic. atem videtur, quod etiam si testes, & ibi Hostien. ante nu. 1. versic. vbi vero recipiuntur, Ioan. And. post nu. 9. Bellam. nu. 6. Bald. nu. 2. ante med. versic. fallit, si publicentur de consensu partium. Butri. nu. 6. col. 2. ad fin. versic. secus, vbi recipiuntur, Anchar. nu. 3. col. 2. in princ. versic. sed si fuerunt publicata de consensu partium, Abb. nu. 9. versic. si autem testes, extra, de testibus, Angel. in auth. de testibus, § & hoc vero, nu. 41. Socin. reg. 413. in 2. fall. Nell in tract. de testibus, nu. 78. in fin. Lanfran. de testibus, nu. 34 in fin. vers. possunt tamen vtraq; parte consentiente publicari, & faciunt, quæ dixi supra, num. 54.* 190

AMPLIA

Texto deteriorado e/ou Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

191 AMPLIA hanc tertiam † limitationem, quia imo videtur sufficere consensus actoris inducentis testes, etiam quod reus non consentiat ad hoc, vt eorum dicta publicentur, *secundum Salyc. in auth. si quis ab aliquo n. C. post med. versic. sed quando ex parte actoris*, C. de testibus. Sed hæc ampliatio si vera est, magna est: dubito tamen de illius veritate, cum videatur contra mentem Dd. allegatorum supra, in 1. conclusione, *nu.* 183.

192 SVBLIMITA, hanc tertiam † limitationem procedere, dummodo testes sint recepti ante litem contestatam in casibus à iure permissis, quia si fuerint recepti, vbi alias recipi non debuissent, tunc nihil probant, etiam quod eorum publicatio facta fuerit de consensu partium, Innoc. *in cap. significauit, post med. versic. & hoc videtur tamen obtinere, & ibi Host. ens. ante nu.* 1. *versic. & hoc videtur locum habere. Ioan. And. nu.* 9. *ad med. Bellam. num.* 6. *in fine, & num.* 7. *vbi de materia, Butr. num.* 6. *col.* 6. *ad fin. versic. quod procedit, Anchar. num. fin. ad fin. col* 2. *in princ. versic. quod est verum, extra. de testibus.*

193 Quamuis † contrarium, quod valeat publicatio de consensu partium, etiam quod ante litem contestatam testes sint recepti in casu à iure non permisso, expressè

194 voluerit Socin. *reg.* 413. *sub.* 2 *fallent.* Facta † autem publicatione testium examinatorum ante litem contestatam, nunquid possint alii testes examinari super eisdē, vel directo contrarius, vide Bald. *in authent. sed & si quis, nu.* 16 C. *de testibus, & quæ dixi supra, in anteced. quæst. nu.* 231. *& seqq.* hic non repeto. Perfecta hæc quæstio ad laudem DEI, die 15. Februar. 1595.

ARGVMENTVM.

Remissoria ad examinandos testes, quando sit per iudicem in ciuilibus concedenda, aut deneganda.

SVMMARIA.

Ordo quæstionis, num. 1.

REGVLA sit, quod in ciuilibus concedenda est remissoria pro examinandis testibus absentibus, & extra prouinciam existentibus, nu. 2.

Ampliat primo, vt etiam sit concedenda remissoria pro examinandis testibus absentibus, & intra prouinciam existentibus, num. 3.

Amplia 2. *vt à denegata remissoria detur appellatio nu.* 4.

Amplia 3. *vt multo magis concedatur remissoria ad examinandos testes, senes, valetudinarios, impeditos, egregias personas, & alios, de quibus nu* 5.

Amplia 4. *& multo magis de consensu partium, nu.* 6.

Amplia 5. *multo magis stante paupertate producentis, nu.* 7.

Amplia 6. *ad comprobationem instrumenti in actis producti, & inspectionem instrumenti in partibus existentis, vt videatur, si sit authenticum, probet, vel non, nu.* 8.

Amplia 7. *vt detur remissoria ad reprobandum instrumentum, num.* 9.

Amplia 8. *vt detur remissoria ad faciendum probationem, partim per testes, & partim per instrumenta, nu.* 10.

Amplia 9. *ad examinandum testes super recognitione instrumentorum & sigillorum, nu.* 11.

Amplia 10. *etiam in causis feudalibus, nu.* 14.

Amplia 11. *etiam in causa matrimoniali, num.* 15. *Declara, vt num.* 16. *& 17.*

Amplia 12. *etiam ad probandum appellationem, nu.* 18. *Declara, vt num.* 19.

Amplia 13. *vt remissoria concedatur etiam ad probandum nullitatem sententiæ, nu.* 20.

Amplia 14. *in pluribus aliis casibus, de quibus remissiue, numer.* 21.

Limita 1. *vt non concedatur remissoria pro extrahendis instrumentis, nu.* 22.

Limita 2. *vt nec detur remissoria ad probandum ea, qua constant per scripturam, vel per instrumenta, nu.* 23.

Limita 3. *vt remissoria concedatur, si petatur ex aliqua iusta & rationabili causa, secus, si per calumniam, num.* 22. *& propterea non conceditur ad probandum remissoria, nisi prius detur aliqui fumus non existentis calumniæ, num.* 23. *fraudis autem & calumniæ suspicio iudicis arbitrio remittitur, num.* 24.

Limita 4. *quando testes sunt suspecti de subornatione, dubitatque iudex, ne facile mentiantur, num.* 26. *vt puta quando sunt de aliquo loco, in quo facile testes deierare consueuerunt, num.* 26. *& isto casu remissoria non conceditur, etiam minori, & ecclesiæ, num.* 27. *Sublimita hanc limitationem duobus modis. Primo, quando examinantur testes ad defensam, nu.* 28. *Secundo, quando examinantur personæ egregiæ, senes, valetudinarii, & impediti, nu.* 29.

Limita 5. *vt remissoria semel concessa, non sit iterum concedenda, num.* 30. *Amplia* 1. *hanc limitationem, etiam quod nulla fuerit præfixa dilatio ad probandum, num.* 31. *Amplia* 2. *etiam quod primæ literæ criminales fuerint inualidæ, nu.* 32. *Amplia* 3. *etiam quod petatur remissoria super nouis articulis, & in alia instantia, nu.* 33. *Amplia* 4. *etiam, quod secunda remissoria petatur ad reperendum testes iam examinatos, si forsan deposuerunt contra producentem, num.* 34. *Sublimita* 1. *hanc quintam limitationem cessante calumnia, vt puta, quando is, qui habuit remissoriam, fuit impeditus examinare, facto testium, partis vel iudicis, numer.* 35. *Sublimita* 2. *quando pars aduersa obtinuit aliam remissionem, numer.* 36. *Sublimita* 3. *quando causa est diuersa, nu.* 37. *Sublimita* 4. *quando intentatur possessorium, quod est in ventre petitory, num.* 38.

Limita 6. *quando petens remissoriam fuit negligens in producendo testes existentes in loco iudicii, nu.* 39.

Limita 7. *quando causa fuit semel tractata in prima vel in alia instantia, in partibus, ad quas petitur remissio. num.* 46. *Sublimita* 1. *hanc septimam limitationem in testibus senibus & valetudinariis, nu.* 41. *Sublimita* 2. *quando est præsumptio calumniæ, nu.* 42.

Limita 8. *quando loci consuetudo suadet non concedi remissoriam, nu.* 43.

Limita 9. *quando petitur remissoria ante litem contestatam, nu.* 44.

Limita 10. *quando petitur remissoria post seruatum terminum ad articulandum, nu.* 45.

Limita 11. *quando petitur remissoria ad probandum id, quod probatum non releuat, nu.* 46.

Limita 12 *quando petitur remissoria post publicationem aliorum testium examinatorum nu.* 47.

Limita 13. *quando petitur remissoria post rem iudicatam, numero* 48.

Limita 14. *quando petitur remissoria in tertia instantia, numero* 49.

Limita 15. *Quia hæc remissoria, an sit concedenda, vel deneganda, iudicis arbitrio remissum est, nu.* 50. *& 51. vbi tam in ciuilibus, quam in criminalibus, contra, nu.* 52. *& 53. distingue, vt nu.* 54.

Limita 16. *in causa ciuili ardua, nu.* 55. *Et quæ dicatur causa ardua, nu.* 57. *Sublimita, quando necessitas vrgeret. & quando veritas aliter haberi non posset, nu.* 56.

Limita 17. *quando agitur de leui præiudicio, num.* 58.

Limita 18. *in causa meri possessorii, num.* 59. *Declara, vt numero* 60.

Limita 19. *in causa spolij, nu.* 61.

Limita 20. *in causis beneficialibus, nu.* 62.

Limita 21. *quando petitur remissoria ad probandum exceptiones dilatorias, aliasq; incidentia ex principali causa, num.* 63.

Limita 22. *quando petitur remissoria pro repulsandis testibus, ex aduerso productis, & sic pro examinandis testibus reprobatoriis, nu.* 64. *Sed hæc limitatio, quando vera sit, & quando non, nu.* 65. *& seqq.*

Limita 23. *in causa restitutionis in integrum, nu.* 69.

Limita 24. *in pluribus aliis casibus, de quibus remissiua, nu.* 70.

QVÆ-

QVÆSTIO LXXVII. CAP. I.

OPPONITVR XXXI. Contra † testes, quod sunt examinati non à iudice causæ, sed à Notario, seu alio de iudicis mandato, vel fine, quo casu, an & quando testes probent, vel non, intricatè loquuti sunt Doctores, per tractantes materiam remittendi, vel committendi examen testium. Ego autem, vt eam, quantum possum, faciliorem & clariorem reddam, distinguendam putaui in quinque capita, in quorum primo ponam omnes casus, in quibus in ciuilibus conceditur vel denegatur remissoria ad examinandos testes, extra locum iudicii. In secundo ponam alios casus, in quibus in criminalibus eadem remissoria pariter conceditur, vel denegatur. In tertio nonnullas attingam quæstiones diuersas, de quibus quotidie dubitari contingit in huiusmodi materia literarum remissorialium. In quarto pertractabo illam particularē quæstionem, an scilicet, & quando in loco iudicii testes debeant examinari à iudice, & non à Notario. In quinto & vltimo discutiam, vbi, & per quem egregiæ personæ in eodem iudicii loco possint examinari, & his ex ordine prædicto sic explicitis, nullibi credo, amice lector, inuenies materiam hanc committendi, aut remittendi examen testium, magis clare & latius pertractatam.

2 REGVLA sit † in hoc primo capite, quod in ciuilibus concedenda est remissoria à iudice pro examinandis testibus absentibus, & extra prouinciam existētibus. Hanc regulam mihi probat text. ad literam, *in l. iudices, & ibi hoc expresse notant gloss. Butrig. Odofred ante numer.* 1. *col.* 1. *versic. primo dicit, & col.* 2. *versic. secundo dicitur, & d. nu.* 1. *& sequ. vbi huius regulæ tres reddit rationes, Cyn post numer.* 1 *Bart. num.* 1. *tam in prima, quam in secunda lectura, Bald. ante num.* 1. *in summario, Fulgos. in summario, Salyc. nu.* 1. *Ioan. Sicard. in summario & nu.* 1. *& in* 2 *not. b. C. de fide instrumen. Odofred. in authen. apud eloquentissimum, ante num.* 1. *col.* 1. *in princ. & col.* 2. *num.* 2. *& ibi etiam Salycet. nu.* 1. *versic. quoniam autem testes sunt absentes, C. eodem, Angel. in authen. de testibus. §. & quoniam, num.* 28. *in fine, gloss. in authent. vt defunct. seu funer. §. illud etiam, in verbo, testibus, in fine, Bellam. in cap. si qui testium nu.* 13. *in* 5. *quæst. & ibi Butr. nu.* 5. *versic. dat simile, & versic. fallit etiam, extra, de testibus. Butr. in c. cum causam, nu.* 2. *versic. & est causa legitima, & ibi etiam Card. Zabarell. num.* 1. *Anan. nu.* 2. *versic. est autem iusta causa, Abb. num.* 22. *ad med. versic. si vero in hoc nulla est consuetudo, Felyn. nu.* 31. *Aretin. numer.* 2. *extra eodem, Bonifac. ae Vitalin. in Clem. vnica, num.* 8. *in primo not. ab. de offic. deleg. Feder. Schenck. in tract. de testibus, nu.* 10. *Alber. de testibus, nu.* 50. *Lanfran. de testibus, nu.* 19. *vbi* * *de communi, Socin. reg.* 410. *in princip. Campeg. de testibus, regul.* 288. *in* 4. *casu, Afflict. in tit. si de inuestit. inter domin. & vasall. cap.* 1. *nu.* 54. *Benintend. decis.* 74. *nu.* 1. *in princ. vbi alius refertur etiam de* * *communi, Alexand. Striat in pract. iud. cap.* 6. *num.* 1. *Lus. Pat. in pract. Cap. libr.* 2. *cap.* 6. *rubr. de remissionibus, num.* 2. *Vestr. in pract. libr.* 6. *cap. final. num.* 1. *& ibi Granat. in additione, num.* 13. *in princ. Caraut. super ritu magnæ curiæ,* 158 *num.* 1. *Menoch. de recuperand. possess. remed.* 15. *num.* 3 16. *Seuerol. in tract. de remission. cap.* 5. *num.* 1. *Virg. Boccac. in tractat. de liter. remissor. cap.* 4. *num.* 1. *Montrell. in repertor. testium, in verbo, examinatio testium an sit delegabilis in ciuilibus, folio* 62. *col.* 1. *versic.* 3. *Andr. Gail. obseru.* 96. *in princ. libr.* 1.

3 AMPLIA I. Propositam † regulam, vt remissoria concedenda sit, non solum ad examinandos testes, qui sunt absentes extra Prouinciam, *prout loqui videntur Doctores allegati in dicta regula*, sed etiam, quando sunt absentes intra Prouinciam, commorantes autem in aliqua Ciuitate, & loco non subiecto Gubernio, & regimini iudicis examinantis, *ita videtur concludere Abb. in capit. cum causam, num.* 22. *ad medium, versic. si vero sunt eiusdem Prouincie, iuncto versic. aduertetamen, & ibi Felyn. nu-*

mer. 31. *ad fin. versic. & ista procedunt, extra, de testibus, Alexan. Striat. in pract. iud. cap.* 6. *numer.* 11. vbi videtur concludere, quod conceditur remissoria, etiam in loco subiecto iurisdictioni iudicis remittentis, dummodo ille locus sit longinquus. Ad quæ vide Boccac. *in tract. de liter. remiss. cap.* 30. *nu.* 41. vbi pariter distinguit inter locum propinquum & longinquum, dicitque, quod si locus sit longinquus, datur sine dubio remissoria, si vero propinquus, tunc vel testes conducentur ad Vrbem, vel destinatur & transmittitur Notarius ad illos examinandum in dicto loco, & ita se vidisse seruari testatur. Addo ad comprobationem huius ampliationis Seuerol. *in tract. de remiss. on. cap.* 19. *nu.* 1. *& seqq.* vbi facit generalem conclusionem, quod si nulla fuerit iusta causa denegandi remissoriam, illa concedenda est, siue in eadem Prouincia, siue in alia testes fuerint.

4 AMPLIA II. Vt † si iudex in causa ciuili denegauerit remissoriam, possit à tali denegatione appellari, Benintend. ad Afflict. *quem allegat, decis.* 74. *num.* 1. *ad medium, Seuerol. de remission. cap.* 18. *num* 3. *in fine*, vbi, quod si sine iusta causa denegetur remissoria illam petenti succurritur remedio appellationis & restitutionis in integrum. *Et idem dicit in cap.* 21. *num.* 3. *in fine, & cap.* 22. *num.* 3. *& sequenti*, vbi econtra, quid si iudex remissionem concedat in casu, in quo pars minime concedendam prætendit, an ab isto remissoriæ decreto detur appellatio? Et dicit, quod non, secundum Romanæ Curiæ vsum in ciuilibus. In criminalibus vero dicit, quandoque appellationes huiusmodi fuisse receptas; *Montic in reper. testium, in verbo, examinatio testium an sit delegabilis in ciuil. bus. folio* 161. *colum.* 2. *versic. penultim. vbi remissiue.*

5 AMPLIA III. Vt † multo magis remissoria concedatur ad examinandum testes senes, valetudinarios, impeditos, egregias personas, & alios, de quibus *in l. ad personas, ff. de iureiuran. & in cap. si quis testium, extr. de testibus*, Quo casu, si præsentes in loco iudicii sint, iudex mittit notarium ad eorum domum, *vt dicam infra in* 5. *& vltim. cap. huius quæstionis*, si vero absentes, datur remissoria ad illos examinandum, *secundum gloss. in d. cap. si quis testium, in verbo, valetudinarii, & ibi etiam Innocent. in versic. vel ad iudicem loci, & eos recipiat, Hostiens. nu.* 2. *ad medium, versic. vel potest mittere ad iudicem loci, Henric. Boyc. numer.* 4. *versic. potest etiam iudex, Bellamer. numer.* 2. *ad medium, versic. potest etiam iudex, Bald. ante nu.* 1. *versic. si tamen sunt testes alterius territorij, & num.* 2. *in fine, versic. si isti testes sunt alterius fori, Abb nu.* 2. *in fine, versic. item persone extra, de testibus, Cyn. in l. iudices, ante num.* 1. *col.* 1. *versic. dicis tu, C. de fide instrum. n. vbi, quod de hoc nullus dubitat, Spec. in tit. de teste, §. quarter, nu.* 17. *in fine, versic. potes etiam addere, Menoch. ae recup. possess. remed.* 15. *nu.* 346. *versic. vt aliquo graui morbo laborent, Virgil. Boccac. in tractat. de liter. remissor. c.* 2. *nu.* 4. *& nu.* 25.

6 AMPLIA IV. Vt † multo magis remissoria cōcedatur de cōsensu partium, *Boccac. de lit. remiss. cap.* 1. *nu.* 4 vbi tamen, quod isto casu expeditur remissoria sub figillo Auditoris, *allegat Ægid. decis.* 657. *& Rotam decis.* 1. *de fide instrum. in nou. num.* 2. & simili modo per arbitres de consensu partium concedi potest, *Felyn. in cap. si quis testium nu.* 5. *ae testibus*, de quo vltimo dicam infra, *nu.* 147.

7 AMPLIA V. Vt † iuniter & multo magis concedatur remissoria, quando producens est ita pauper, vt non possit subministrare expensas testibus proficisci ad locum iudicii, *Hostiens. in cap. si qui testium, num.* 3. *versic. vel dic, hoc debere intelligi, & nu.* 4. *& 5. & ibi Ioan. Andr. nu* 5. *versic. posset etiam intelligi, Henric. Boyc. nu.* 1. *Bellam. ante nu.* 1. *versic. posset etiam intelligi, & num.* 7. *veruntamen hoc sic distingue, Anton. de Butr. num.* 7. *versic. posset etiam intelligi, Anchar. nu.* 4 *Card. Zabarell. col.* 1. *post princip. Abb. num* 8. *ad finem, versic. sed Vinc. dat intellectum. & Felyn. nu.* 9. *vbi. d. veritatis huius conclusionis, extra, de testib.*

AMPLIA

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

8 AMPLIA VI. Vt † remissoria concedatur etiam pro examinandis testibus ad comprobationem instrumenti in actis producti, ac etiam datur ad inspectionem alicuius instrumenti in partibus existentis, vt videatur, si est authenticum, vel ne, probet, vel non, tex. est, qui hanc ampliationem optimè probat, *in l. iudices, versic. hoc etiam, & ibi gloss. in verbo, exiguntur, Cyn. nu. 1. Bart. in 1. lect. versic. glossa dicit, & in 2. lect. nu. 2. in 4. notab. vbi bene exemplificat, Bald. ante num. 1. in 1. & 2. summario, vbi etiam exemplificat, Alber. num. 1. Fulgos. in versic. sed & secundo modo, Salyc. nu. 1. & nu. 3. versic. quæro primo, Ioan. Sicard. in summario, & num. 1. in princ. & in versic. sed quo pacto, vbi etiam bene exemplificat, C. de fide instrum.*

9 AMPLIA I. Hanc sextam † ampliationem, vt sicut datur remissoria pro examinandis testibus ad comprobationem instrumenti, ita etiam detur ad reprobãdum instrumentum, *secundum Andr. Gail. obseruat. 96. ante nu. 1. libr. 1.*

10 AMPLIA II. Eandem † 6. ampliationem, vt etiam detur remissoria pro facienda probatione, partim per testes, & partim per instrumenta, *vt per Vestr. in pract. lib. 6. c. fin. nu. 2. ante fin. post versic. quamobrem, & c. quod & idem voluit Virgil. Boccac. in tract. de liter. remissor. c. 3. nu. 8. in fine, Seuer. in tract. de remissor. c. 10. nu. 3.* vbi etiam bene examinat & distinguit, an & quando data facultate recipiendi testes, possint etiam recipi instrumenta, & econtra.

11 AMPLIA III. Dictam † sextam ampliationem, vt pariter concedatur remissoria ad examinandum testes per recognitione instrumentorum & sigillorum, *vt per eundem Vestr. in pract. libr. 6. cap. final. num. 2. ante finem, & per Seuerol. in tractat. de remissor. cap. 10. num. 15. & per Virgil. Boccac. in tract. de liter. remissor. capit. 3. num. 8. & capit. 4. num. 25.*

12 LIMITA I. Propositam † sextam ampliationem, vt licet detur remissoria ad inspectionem instrumenti, non tamen detur pro extrahendis instrumentis, *vt per eundem Vestr. in pract. libr. 6. cap. fin. nu. 2. ante fin. & per Seuerol. in tractat. de remission. cap. 10. num. 4.* vbi tamen, quod isto casu detur compulsoria, *ad trad. per Bonifac. de Vital. in Clemen. 1. ape, 6. verum quia, nu. 14. de verbor. significat. cum aliis ibi per eum allegatis.*

13 LIMITA II. Dictam † propositam sextam ampliationem, vt licet detur remissoria ad inspectionem, seu comprobationem instrumenti, non tamen detur ad probandum ea, quæ constant scriptura, vel publicis instrumentis, hæc enim paruo sumptu, & absque testium examine ad iudicem comportari possunt, *vt per Seuerol. qui bene hanc probat limitationem in tract. de remission. cap. 9. num. 4. post Felyn. Dec. & Rotam ibi per eum relatos, & c. 10. num. 1. & sequentibus,* vbi propterea infert, non esse concedendam remissoriam ad probationem sacerdotii, vel ad probationem actorum gestorum in iudicio: *addo pro hac eadem limitatione Virgil. Boccac. in tract. de liter. remissor. cap. 3. num. 6. & num. 57.* vbi propterea infert, non cõcedi remissoriam ad probationem possessionis, quia requirit scripturam, *ex Grat. quem allegat in consil. 138. in fine, lib. 2.*

14 AMPLIA VII. Propositam † regulam, vt remissoria concedatur etiam in causa feudali, licet grauis sit, *Afflict. in titul. si de inuestitu. inter. dom. & vasall. cap. 1. nu. 54. & seqq.* vbi, quod hoc bene procedit de iure communi, secus autem de iure constitutionum illius regni, *& ibi vide de materia, & idem dixit Carauit. super ritu magnæ Curiæ, 158 nu. 4. versic. quarto limita,* vbi, quod præstito iuramento per testes coram iudice causæ examen committitur, *Seuerol. de remission. cap. 17. num. 4.* vbi facit generalem conclusionem, quod si de feudo vel emphyteosi lis fuerit, remissoria conceditur, *Monticell. in repertor. test. in verbo, examinatio testium, an delegabilis, in ciuil. fol. 161. col. 2. versic. & 4. vbi de materia.*

AMPLIA VIII. Vt † & remissoria concedatur in causa matrimoniali: sed hæc ampliatio quando vera sit, & quando non, vide Seuerol. *in tract. de remission. capit. 4. num. 5.* vbi, quod conceditur remissoria ad probandum primum matrimonium, vt secundum dirimatur, & hoc, ne diutius coniuges in peccato permaneant, *ex Archidiac. quem allegat in Clement. 1. colum. 3. de offic. delegat. & ex Lap. alleg. 46. de testibus, & capit. 17. numer. 4.* vbi facit generalem conclusionem, quod si de matrimonio fuerit quæstio, remissoria conceditur, licet causa beneficialis, & causa matrimonii æquiparentur de iure, & ibi, *nu. 5.* ponit differentiam rationis, quare scilicet in beneficialibus denegetur regulariter remissoria, in matrimonialibus autem concedatur, Virg. Boccac. *in tract. de liter. remissor. cap. 2. num. 2.* vbi etiam, quod in causis matrimonialibus conceditur remissoria in prima instantia, si materia est releuans, vel per eam constet de interesse partis petentis eam, *& num. 5 & 6.* 16

Vbi hanc † ampliationem dicit procedere de iure veteri, sed hodie de iure Tridentini Concilii, *Session. 24. cap. 1.* quo expresse cauetur, quod, antequam matrimonium contrahatur, illud tribus diebus festiuis inter Missarum solemnia publice denuntietur à Parocho, qui librum habeat, in quo coniugum & testium nomina, diemque & locum contracti matrimonii describat, ac diligenter apud se custodiat, dubitat de veritate huius ampliationis, quia ex dicta Concilii resolutione videtur solũ permissa probatio matrimonii publicè contracti, per librum Parochi, alias dicetur clandestinum, *vt in dict. cap. 1.* & consequenter non erit concedenda remissoria ad probandum id, quod per scripturam, hoc est, per librum Parochi, probari potest, *iuxta ea, quæ dixi supra, nu. 13.* sed dabitur compulsoria specialis ad exigendum partitam libri ipsius Parochi, vel etiam retrahendum partitam libri ipsius Parochi. Bene † verum est, 17 remissoria pro recognitione dicti libri. Bene † verum est, quod, vbi liber Parochi esset deperditus, tunc matrimonium potest probari per testes, & sic eo casu daretur remissoria, *vt ibi per eum,* qui, ni fallor, bene in proposito loquutus fuit.

AMPLIA IX. Vt & remissoria † concedatur etiam ad probandum appellationem, quando non fuisse appellatum, post litem contestatam opponitur. Tunc enim talis exceptio peremptoria est, *vt per Ioannem Andream, Felyn. & alios, in cap. 1. ad finem, de appellationem, quos refert & sequitur Seuerol. in tract. de remission cap. 9. numer. 1. & sequentibus.* Vbi hanc † ampliationem dicit procedere, quando agitur de probando appellationem interpositam viua voce: secus, si de probando appellationem interpositam in scriptis, quia tunc non datur remissoria, sed compulsoria, *iuxta ea, quæ dixi supra, nu. 13.*

Sic † pariter concedi remissoriam ad probandũ nullitatem sententiæ, si ea peremptoriè opposita fuerit, post litem, *Ioan. Andr. Archid. & Gemin. quos allegat,* scripsit idem Seuerol. *in tract. de remiss. d. cap. 9. nu. 5.*

AMPLIA X. Supra dictam † regulam generaliter procedere in pluribus aliis casibus, in quibus remissoria conceditur positis, ad exensum per Virg. Boccac. *in tract. de liter. remiss. cap. 4. per totum,* quod hic recensere esset potius laboriosum, quam vtile: illum adeas.

LIMITA I. Propositam regulam, vt † remissoria concedenda sit, si petatur ex aliqua iusta & rationabili causa, secus si per calumniam, text. est *in leg. iudices, ad finem, ibi, & hoc si iuste peti iudex inuenerit, & ibi hoc notant Bald. num. 1. in quinto notabil. Salycet. numero secundo, Sicard. numer. 1. & num. 3. ad finem,* vbi propterea, quod potest iudex deferre iuramentum calumniæ parti petenti remissionem, *Cod. de fide instrumentorum, Alber. in authentic. apud eloquentissimum, num. 1. Cod. eodem, Cassad. in titul.*

in titul. de dilat. decis. 3. num. 1. versic. quæ remissio, vbi, quod iudex negat remissoriam, quando ex aliquibus concipit animum suum, vt malitiosè & per calumniam petatur, *Benintend. decis. 74. post numerum primum, vbi refert* 23 *Cassad. vbi supr. & num. 4. ad fin.* Vbi, † quod ad hoc, vt remissoria concedatur, debet dari aliquis fumus non exsistentis calumniæ, vbi enim præsumitur calumnia, non conceditur, ex Bald. Felyn. Roman. & aliis in locis per eum citatis, Alexand. Stiat. *in pract. iudic. cap. 6. nu. 19.* vbi remittiue, ex Roman. & Felyn. *in loco per eum relatis,* ponit signa calumniæ, Luc. Pæt. *in Pract. Capitol. capit. 6. post numerum secundum,* Vestr. in Pract. *lib. 6. cap. fin. num. 2.*

24 *versic. quod si natura causæ, & n. 4.* vbi propterea, † quod in Rota ad excludendum calumniam, datur fumus per probationes nulliter receptas, & per præstationes iuramenti, quod scilicet remissoria petitur non animo frustrandi aduersarium, sed quia creditur, per testes in partibus commorantes posse articulatam intentionem probari, *argumento text. in l. de die, §. iubetur. ff. qui sati dar. cogant.* vbi ponitur hæc iuramenti formula, Grauat. ad Vestr. *dict. cap. fin. num. 21. & sequent.* vbi plura in proposito contra petentes remissiones per calumnias. *Menoch in tract. de recuperand. possess. remed. 15. post num. 348. & seqq.* vbi etiam, quod fraudis suspicio in arbitrio iudicis posita est, ex *Cassad. in loco præcitato, Seuerol. in tract. de remission. cap. 5. num. 2. & seqq. vbi plura ad materiam, & capit. 21. num. 1. Virgil. Boccac. in tract. de liter. remissor. cap. 3. nu. 46. & 47.* vbi etiam, quomodo isto casu calumnia probetur, *& numer. 53.* vbi etiam, quod remissoria non datur super articulis calumniosis.

25 LIMITA II. Quando † testes sunt suspecti de subornatione, dubitaque iudex, num in eius absentia facilè mentiantur: tunc enim remissoriam non concedet, *secundum Odofred. in ruthen. apud eloquentissimum, columna secunda, in fine, versic. item etiam faciat propter suspicionem testium, quod de fide instrumentorum, Abb. in cap. cum causa, numer. 22. ad medium, versic. nam propter suspicionem, extra, de testibus, Afflict. in titul. si de inuestitu. inter dom. & vasall. cap. primo, num. 64. Capic. decis. 90. sub num. 5. vbi refert Abb. in loco præcitato,* dicitque, quod si testes sunt in eadem Prouincia, est in iudicis facultate, an eos faciat venire, an vero committat examen, *ex Imol. & Felyn. in locis per eum relatis, Benintend. decisione 74. post num. pri-*

26 *mum.* Vbi † refert ea, quæ dicit Afflict. *in loco præcitato, & nu. 4. in fine,* vbi post Hostiensem, quem allegat, ponit exemplum, quando testes illius loci, in quo degunt, de facili deierare consueuerunt. Quod & idem voluit Grammat. *consil. 41. num. 17. & sequent. Grauat. in addition. ad Vestr. in practic. libr. 6 cap. final. num. 17. versic. circumcirca cum temperamento, Carauit. super ritu magnæ curiæ, 158 numer. quarto, Seuerol. in tractat. de remission. cap. 4. nu. 9. & cap. 19. post numer. 4. Boccac. in tractat. de liter. remissor. cap. 2. num. 14.*

27 *& capit. 3. numer. 33. & num. 55.* Vbi, quod † isto casu remissoria nec etiam conceditur minori, aut Ecclesiæ, *& num. 60. & seqq.* vbi, & quando oriatur illa præsumptio subornationis, *Monticell. in repertor. testium, in verbo, examinatio testium, an delegab. in ciuil. folio 161. columna 2. versic. 2.*

28 SVBLIMITA hanc † secũdam limitationem duobus modis. Primo, quando datur remissoria pro examinandis testibus ad defensam, *vt dixi infra, num. 105.*

29 Secundo, † quando examinantur personæ egregiæ, senes, valetudinarii, impediti, & alii, per nos infra enumerati, in quinto huius quæstionis capite: tales enim personę, etiam quod suspectæ sint, si examinari contingat, non tenentur coram iudice personaliter comparere, *vt dixi infra, num. 133. & seq. vbi vide.*

30 LIMITA III. Quando remissoria † semel concessa fuit, nam tunc siue reo, siue actori fuerit concessa, iterum non conceditur, *Ægid. conclusione 225. incip. habuit semel remissionem, & consil. 36. incip. actori & reo, Vestr. in practica, libro sexto, capit. final. numer. tertio, & ibi Grauat. in addition. numer. 18. versic. insuper, & numer. 20. & numero 22. litera F, Seuerol. in tractat. de remissione, capit 6. numero 2.* vbi aliis relatis testatur, hanc limitationem viu Romæ obseruari, vt citius lites finem accipiant. Virgil. Boccac. *in tractat. de liter. remissor. cap. 3. numer. 43. & cap. 4. numer. 8.*

AMPLIA I. Hanc † tertiam limitationem, vt procedat, etiam quod ei, qui habuit remissorias, nulla fuerit præfixa dilatio ad probandum, *Ægid. decisione 427. in causa, quæ vertitur, Grauat. ad Vestr. in pract. libr. 6. cap. fin. num. 20.* 31

AMPLIA II. Eandem † tertiam limitationem procedere, etiamsi primæ literæ remissoriales fuerint inualidæ: sed hæc ampliatio quando habeat locum, & vera sit, vide eundem Grauat. ad Vestr. *dict. cap. final. numer. 18. versic. insuper, nec dantur secundæ, & vide etiam Seuerol. in tractatu de remission capit. sexto, sub numero tertio,* vbi, quod si iudicis culpa, negligentia, imperitia, aut dolo testes vigore primæ remissoriæ non fuerint rite recepti, vt pura, si is, cui mandata est testium receptio, non poterat illos de iure recipere, vel, si parte non vocata, aut alias sine datis interrogatoriis testes examinati: Tunc, inquam, iterum conceditur remissoria. Sed in hoc vide Virgil. Boccac. *in tractat. de liter. remissor. cap. 3 num. 54.* vbi quod non datur secunda remissoria propter nullitatem examinis testium, ex alio defectu, quã citationis, iurisdictionis, & mandati. Quod & idem dixit *in capit. quarto, num. 36.* & vide eundem Boccac. *cap. nono, num. 28.* vbi dixit, quod testes nulliter examinati repetuntur cum noua remissoria, ex quo prima non habet bonum processum, etiamsi testes fuerint publicati, *ex allegatis ibi per eum.* 32

AMPLIA III. Vt † hæc eadem tertia limitatio procedat, etiam quod petatur remissoria super nouis articulis, & in alia instantia, Vestr. post Rotam, *quam allegat in pract. lib. 6. cap. fin. num. 3. Seuerol. in tractat. de remission. cap. 6. num. 2. versic. quod obtinet, sed vide Virgil. Boccac. in tract. de liter. remissor. cap. 4. num. 51.* vbi, quod super diuersis articulis in causa profana potest remissoria pluries concedi, præsertim si constat de fumo, qui tollit calumniam, *ex Oldrad. quem allegat, in consil. 311. in fine, & Cassad. decis. 3. de dilat.* 33

AMPLIA IV. Vt † dicta tertia limitatio procedat, etiam quod secunda remissoria petatur ad repetendum testes iam examinatos, si forsan deposuerunt contra producentem. Tunc enim denegatur secunda remissoria ad dictos testes repetẽdum, propter præsumptam calumniam. Non enim credendum est, eosdem testes suo proprio dicto aduersaturos. Ita per hanc rationem hanc ampliationem firmant Seuerol. *in tractat. de remission. cap. 6. num. 5. allega. Ægid. dec. 522. titul. de testibus.* 34

SVBLIMITA I. Hanc † tertiam limitationem, quod ex quo est fundata in præsumpta calumnia, ideo ea cessante conceditur secunda remissoria, ei puta, qui vel facto testium, vel partis aduersæ, vel iudicis fuisset impeditus, quo minus prima remissoria vteretur, & suas faceret defensiones, & impedimentum probasset, *Ægid. conclusione 247. incip. in causis, tit. de dilat. Vestr. in Practic. libro sexto, capit final. numero 3. versic. quapropter, & ibi Grauat. in addition. num. 24. & sequentibus,* vbi bene exornat hanc declarationem, & an illud impedimentum probetur solo iuramento, & an etiam sit necessaria protestatio, & alia ad materiam ibi per eum videas, *Seuerol. in tractat. de remission. capit. 6. num. 3.* vbi, quod datur secunda remissoria, quando is, qui illam obtinuit, morbo, aut alia iusta causa, erat impeditus, vel probauerit, iudicem remissionis metu, vel valetudine, aut 35

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

alia de cauſſa noluiſſe examinare, *& num. 8. & num. 9.* vbi facit generalem concluſionem, quod vbicunque ceſſat ſuſpicio calumniæ, remiſſio ſæpius conceditur, & ibi ponit aliud exemplum, Virgil. Boccac. *in tractat. de liter. remiſſor. cap. 3. num. 27. & ſeqq.* vbi ponit alia exempla impedimenti, *& cap. 4. num. 49.* vbi etiam, quod datur ſecunda remiſſoria, quando prima ex aliqua iuſta cauſſa probata non eſt, & pariter, quod ſi prima remiſſoria fuit obtenta à Procuratore male informato, datur ſecunda Procuratori melius informato ſuper materiis releuantibus, ex Put. quem allegat, *deciſion. quarta, de dilat.*

36 SVBLIMITA II. Eandem † tertiam limitationem, quia datur ſecunda remiſſoria illi, qui aliam habuit, quando pars aduerſa obtinuit, ſibi decerni remiſſoriam, dicitur vtique! parti communis, *l. petendo, Cod. de temporib. in integr. reſtitutio, & ibi Bald. num. 6. & ſeq. Alexan. in authent. Iuſtiniani, in 1. notab. C. de iudic. Felyn. in cap. de teſtibus, in 2. notab. extra, de teſtibus.* Ita per hanc rationem hanc ſublimitationem firmauit Virgil. Boccac. *in tractat. de liter. remiſſor. cap. 4. nu. 50.*

37 SVBLIMITA III. Dictam † tertiam limitationem procedere, quando cauſa eſt eadem. Secus, ſi diuerſa, *Seuerol. in tractat. de remiſſion. capit. ſexto, numer. vndecimo*, vbi ponit exemplum, quando quis puta iudicio poſſeſſorio prius contendit, ſi deinde ſuper proprietate litiget, vel econtra, non denegabitur ei remiſſio, quamuis priore iudicio remiſſus fuerit, quoniam nihil commune habet proprietas cum poſſeſſione, *l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirend. poſſeſſione.* Item ponit exemplum in cauſſa reſtitutionis in integrum, vt ſcilicet remiſſio concedatur, etiamſi priore iudicio remiſſio facta, & atteſtationes publicatæ fuiſſent, *argu-*
38 *ment. text. in leg. petenda, & quæ ibi notant Doctores*, † *Cod. de in integr. reſtitut.* Et quod pariter concedatur ſecunda remiſſoria, quando intentatur poſſeſſorium, quod eſt in ventre petitorii, voluit Virgil. Boccac. *in tractat. de liter. remiſſ. cap. 4. num. 51. ex Put. quem allegat, deciſion. 1. de dilat.*

39 LIMITA IV. Principalem † huius quæſtionis regulam non procedere, quando petens remiſſoriam fuiſſet negligens in producendo teſtes exiſtentes in loco iudicii, & qui poſtea receſſerunt: ob talem enim negligentiam denegatur iſto caſu remiſſoria, *Angel. Alexand. & Paulus de Caſtro, in leg. de die, §. tutor, ff. qui ſatisdar. cogant. Afflict. deciſione 137. num. 4. Campeg. de teſtibus, regul. 286. in 11. fallent. Alexand. Striat. in Practic. iudic. cap. 6. numer. 18. Grauat. ad Veſtr. in Practic. libro ſexto, capit. final. numer. 23. Seuerol. in tractat. de remiſſion. cap. 6. numer. 1. Virgil. Boccac. in tractat. de liter. remiſſor. cap. 3 num. 16. Montcell. in repertor. in verbo, examinatio teſt. an delegab. in ciuil. fol. 162 col 2. verſic. final.*

40 LIMITA V. Quando cauſſa † ſemel fuit tractata, & examinata, in prima vel in alia inſtantia in partibus, ad quas modo petitur remiſſio, quia tunc deneganda eſt, *ſecundum Veſtr. in Practic. libr. 6. cap. final. num. 3. verſic. idem ſi cauſſa*, vbi reddit rationem, quia ſcilicet præſumitur calumnia in eo, qui in partibus ſemel habuit facultatem probandi, & non probauit. Et hanc limitationem bene comprobat Seuerol. *in tractat. de remiſſion. cap. 7. num. 1. & ſequentibus.* vbi etiam eam vſu Romæ receptam teſtatur, *Virgil. Boccac. in tractat. de liter. remiſſor. cap. 3. num. 32.*

41 SVBLIMITA I. Hanc † quintam limitationem non procedere in teſtibus valetudinariis, & ætate confectis, nam pro illis examinandis datur remiſſoria, etiam ad illas partes, in quibus cauſſa & lis fuit tractata, *Seuerol. in tractat. de remiſſion. cap. ſeptimo, numer. quarto, allegat Ioann. Monach. in capit. cupiens, numero 57. de elect.*

SVBLIMITA II. Eandem † quintam limitationem non procedere, quando præſumptio calumniæ ceſſaret, vt quia litigans in partibus fuiſſet impeditus probare id, quod modo per remiſſoriam probare intendit, nam tunc illa non denegatur, *ſecundum eundem Veſtr. in practic. libr. ſexto, cap. final. numer. 3. verſic. quapropter, &c.* vbi loquitur, & exemplificat, quando impedimentum prouenit, vel facto iudicis, vel facto teſtium, vel facto partis, *& ibidem, num. 4.* vbi, quod iſto caſu petens remiſſoriam iurat, ſe non animo fruſtandi aduerſarium remiſſoriam petere, ſed quia credit per teſtes in partibus commorantes, poſſe intentionem ſuam probare, *argument. text. in l. de die, §. iubetur, ff. qui ſatisdare cogantur.* 42

LIMITA VI. Principalem † regulam non procedere in eo loco, in quo adeſt conſuetudo, vt teſtes recipiantur non in abſentia, ſed in præſentia iudicis, talis enim conſuetudo attendenda eſt in non concedendo remiſſoriam, *ſecundum Odofred. in authentic. apud eloquentiſſimum, column. 2. in fine, verſic. idem etiam ſuciat, C. de fide inſtrumentorum, Hoſtienſis in ſumma, rubr. de teſtibus cogend. §. qui teſtes cogendi ſunt, num. 1. Abb. in cap. cum cauſſam, num. 22. ad medium, verſic. aut cauſſa eſt ciuilis, extra, de teſtibus, Federic. Schenck. in tractat. de teſtibus, numer. duodecimo, Socin. regul. 410. in 1. fallent. Capic. deciſion. 90. poſt numerum 5. Grauat. in addit. ad Veſtr. in practic. libr. 6. cap. fin. num. 13. ad finem, verſic. ſed hac in re, Seuerol. in tractat. de remiſſion. cap. 19. num. 2. verſic. ego ſcio, Foller. in practic. cum in verbo capiat informationem, nu. 41.* 43

LIMITA VII. Quando † petitur remiſſoria ante litis conteſtationem, nam tunc pariter deneganda eſt, ſecundum Veſtr. *in pract. libro ſexto, capit. final. numero 6.* vbi ampliat etiam, quod proponantur teſtes valetudinarii, vel diu abſuturi, *allegat Rotam deciſione 366. nota, quod poſito, titul. de remiſſor. liter in antiqu. & ita etiam ampliat Bocac in tractat. de liter. remiſſor. capit. 3. num. ſecundo.* Verum de veritate huius limitationis, vide Veſtr. *vbi ſupra*, & Seuerol. *in tractat. de remiſſion. capit. 13. per totum*, vbi etiam, quid vbi agitur de matrimonio, vel Sacerdotio, vel aliis cauſis, in quibus litis conteſtatio non requiritur, dicit, nec etiam tunc concedi remiſſoriam ante illum actum, qui conteſtationi ſimilis ſit, vel qui regulariter duntaxat poſt conteſtationem fieri poteſt. 44

LIMITA VIII. Quando † remiſſoria petitur poſt ſeruatum terminum ad articulandum: Nam tunc etiam deneganda eſt, *ex Caſſad. deciſ. 2. incip. dubitatum, de dilat. refert & ſequitur Veſtr. in practic. libr. 6. cap. fin. nu. 6. verſic. idem denique*, vbi propterea, quod antequam ſeruetur iſte terminus ad articulandum, debet pars præuidere, an remiſſoria futura ſit ſibi neceſſaria, illamque ex abundanti petere: ſatis enim eſt, illam fuiſſe petitam, licet non obtentam. Et hinc dicit, quod cauti patroni, dum articulos dictant, & in eius principio petunt illos ad probandum admitti, addunt hæc verba, videlicet in Romana Curia, vel extra. Et alia ad huius limitationis materiam ibi videas, & per Seuerol. *in tract. de remiſſion. cap. 14. per totum*, vbi etiam, quid ſi articuli fuerint nulliter admiſſi, dicitque, Romæ paſſim obſeruari, per actum nullum non eſſe quem à remiſſione repellendum, & in omnem euentum, etiam in ſupra dictis caſibus reſcripto Principis ſuccurri ſolet pro conceſſione remiſſoriæ. *Addo pro hac limitatione Virg. Boccac. in tract. de liter. remiſſor. cap. 3. num. 52.* 45

LIMITA IX. Quando † remiſſoria petitur ad probandum id, quod probatum non releuat, *Seuerol. in tractat. de remiſſion. capit. 5. numer. 8. & 9. ex Roman. quem allegat in conſil. 356. incip. ſi quis beneficium.* Et propterea dicit, iudicem debere animaduertere, an probato eo, quod is, qui remittitur, probare intendit, victoria ſequi 46

qui debeat, vel non, & ſi victurus eſt, concedat, aliquin deneget, & hinc in reſcriptis huiuſmodi in Romana Curia olim teſtatur apponi ſolitam illam clauſulam, *quatenus id, quod probari contenditur, probatum releuet.* Licet hodie abſque prædicta clauſula, prædicta tantummodo remittendi poteſtate arbitrio iudicis, prædicta reſcripta concedi ſoleant. Addo Boccac. *in tract. de liter. remiſſor. cap. 3. nu. 14. & nu. 51.* vbi ponit vnum exemplum, *& cap. 4. num. 46.* vbi, quod quando dubitatur de releuantia probationis, datur remiſſoria, ſed ſine retardatione proceſſus.

47 LIMITA X. Quando † petitur remiſſoria poſt publicationem aliorum teſtium examinatorum, ſed an hæc limitatio vera ſit, & quando, vide Seuerol. *in tract. de remiſſion. cap. 15. per tot.* vbi ampliat & declarat aliquibus modis, & inter alia dicit aduertendum, quod non in omnibus cauſis, in quibus de iure teſtes poſſunt poſt publicationem examinari, conceditur remiſſoria, quia ſæpius etiam de iure dilationes denegantur ad probandum id, cuius probatio alioquin admitteretur, ſi in promptu eſſet. Et vide etiam eundem Seuerol. *cap. 16.* vbi, quod nec etiam datur remiſſoria, quando probationibus renuntiatum eſt, vel expreſſe, vel etiam tacite per concluſionem in cauſa. Et vide etiam Virg Boccac. *in tract. de liter. remiſſor cap. 3. num. 36. & ſeqq.* vbi facit concluſionem, quod non conceditur remiſſoria poſt didicita teſtificata ſuper eiſdem articulis, vel directè contrariis, & eam poſtea limitat tribus modis, *& nu. 69. & ſeq.* vbi etiam, quid ſi poſt concluſionem in cauſa, vel expreſſe aut tacite, eſt renuntiatum probationibus.

48 LIMITA XI. Quando † petitur remiſſoria poſt rem iudicatam. Tunc enim illa deneganda eſt, quia per rem iudicatam non ſolum eſt præcluſa via vlterioribus probationibus, ſed etiam liti impoſitus eſt finis. *cap. cum Bertoldus, de re iudic. cum ſimilibus.* Ita per hanc rationem hanc firmat limitationem Virgil. Boccac. *de liter. remiſſor. cap. 3. num. 10. & ſequ.* & ibi etiam ponit, quid, ſi prætenſa res iudicata ſit dubia, vel obſcura, an tunc concedatur, vel denegetur remiſſoria, ibi per eum videas Et
49 pariter etiam, quod non adſit res iudicata, non concedi remiſſoriam illi, qui reportauit duas ſententias contra, & poſtea in tertia inſtantia petit ſe remitti, etiam quod daret fumum releuantiæ probationis faciendæ, voluit idem Boccac. *d. c. 3. nu. 48. ex Peregrin. quem allegat, deciſ. 245. libr. 1.*

50 LIMITA XII. Vt † licet regulariter in ciuilibus petenti remiſſoriam concedenda ſit, iudicis tamen arbitrio remiſſum ſit illam concedere, ſi ira ſibi æquum viſum fuerit, alias ſecus, *Odofred. in authent. apud eloquentiſſimum, num. 2. verſic. ſed circa hoc*, vbi pro cauſſa non concedendi remiſſoriam conſiderat, quando Dominus loci, vbi ſunt examinandi teſtes, eſt valde amicus producentis, & inimicus illius, contra quem producuntur, *& ibi Alberic. num. 1. vbi ſequitur Odofredum, C. de fide inſtrumentorum, Ægid. Bellam. in cap. ſi qui teſtium, num. 10. verſic. tu vero*, vbi, quod iudex hoc arbitratur ex qualitate teſtium, ex loci diſtantia, natura cauſſæ, & conditione perſonarum, *extra, de teſtibus, Caſſad. de dilat. deciſ. 2. dubitatum etiam fuit, num. 2. in fine*, vbi, quod remiſſoria datur, & negatur arbitrio auditorum, attentis probationibus alterius, vel vtriuſque partis, *& deciſ. 3. in princip. & poſt numer. 1. verſic. quæ remiſſio, Burſatend. deciſ. 74. num. 1.* vbi ex Caſſad. vbi ſupra, facit concluſionem, quod materia remiſſoriæ eſt arbitraria, *Alexand. Striat. in practic. iudic. cap. 6. num. 17. in fine*, vbi pariter, quod talis materia eſt arbitraria, *Veſtr. in practic. libr. 6 cap. final. numer. 2. verſic. amplius non abſimili ratione, Seuerol. in tractat. de remiſſion. cap. 18. numero primo, verſic. in contrariam tamen ſententiam, & capit. 19. num. tertio, verſic. plurimum vero, Boccac. in tractat. de liter. remiſſor. cap. 2. numero ſeptimo, verſic. & quia in hoc iudicis arbitrium verſatur, & cap. 3. num. 50. & cap. 4. poſt num. 1. verſic. & iudicis arbitrio, & cap. 6. num. 8.*

Et † hanc limitationem nedum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus procedere, quod ſcilicet vtroque caſu materia remiſſoria arbitraria ſit, expreſſe voluit Benintend. *dict. deciſ. 74. num. 1. ex Caſſad. dict. deciſ. 2. tit. de dilat.* 51

Contrarium, quod † imo non ſit in iudicis arbitrio remiſſoriam denegare, ſed quod teneatur illam omnino concedere, magis * communiter receptum eſſe, teſtari videntur Doctores, prout inprimis teſtatur Dec. poſt alios, quos allegat *in cap quoniam, in ſeptimo, extra, de teſtibus, & in cap. 1. num. 72. de appellation. Benintend. dict. deciſione 74. poſt numerum quartum, verſic. & quod non ſit arbitrarium, vbi alios refert, Grauat. ad Veſtr. libr. 6. cap. final. poſt num. 13. vbi pariter teſtatur de * communi opinione, & nu-* 52
*mer. 17. poſt princip. relati per Seuerol. in tract. de remiſſion. capit. 18. num. 1. in princip. Sim. de Prat. conſil. 14. num. 7. in fine, vbi etiam de * communi.*

Et hanc † contrariam opinionem in criminalibus 53
veriorem eſſe, quicquid ſecus dixerit in ciuilibus per text. *in d. authen. apud eloquentiſſimum*, expreſſe voluit Seuerol. *in tract. de remiſſ. cap. 18. nu. 2. & eum refert Boccac. in tractat de liter. remiſſor. cap. 6. nu. 8.*

Pro † concordia dicas, primam opinionem procedere, quando iudex mouetur ad denegandam remiſſoriam ex aliqua iuſta cauſa: tunc enim eius arbitrio ſtandum eſt: ſecundam autem opinionem procedere, quando ſine cauſa illâ denegare velit. Tunc enim eius arbitrio minime ſtandum eſt. Colligitur hæc diſtinctio ex traditis per Felyn. *in cap. cum cauſſam, num. 31. ante medium, verſic. & quamuis, Ioann. Andreas extra de [illegible] per Afflict. in Conſtit. 1. titul. 3. de magiſtr. inter dominos, & in fall. numer. 37. verſic. ſubaud. ſi aliqua iuſta cauſſa, & ex Seuerol. in tract. de remiſſion. cap. 18. nu. 3.* vbi, quod non omnino iudicis arbitrio in hoc ſtare cogimur, ſed ita communiter, ſi quod æquum eſt, fuerit ſtatutum, ad finem iuſta cauſa petenti remiſſoriam denegetur, datur appellatio, *vt dixi ſupra, nu. 4.*

LIMITA XIII. In cauſſa † ciuili ardua, quæ cum æquiparetur criminali, hoc ideo remiſſoriam non concedi, voluerunt Hoſtienſis *in ſumma, tit. de teſtibus, num. 7. Caſtrenſ. in leg. iudices, num. 1. verſic. & hæc hucuſque inquatur, & ibi etiam Ioan Suard. num. 6. verſic. & quamuis, C. de fid. inſtrumentor. Odofred. in authent. apud eloquentiſſimum, column. 2. in fine, verſic. & idem faciat in maxima cauſſa, & ibi etiam Alber. num. 1. verſic. & licet diſtinguatur, Bolgol. num. 1. poſt medium, verſic. in criminalibus autem, Carocius, tract. in repetitione l. admonendi, num. 188. ff. de teſtam. ad. 2. Abb. in cap. cum cauſſam, num. 22. ad medium, verſic. ſi vero ſint eiuſdem prouinciæ, extra, de teſtibus, Capic. deciſion. 90. numer. 15. Grauat. ad Veſtr. in practic. libr. 6. cap. final. num. 17. in fin. verſic. & nedum in criminalibus, Carocius ſuper ritu magnatum, in 158. num. 3.* vbi, quod ita tenent * communiter Doctores, licet apud eum ſeruetur contrarium, quando non ſunt examinandi niſi duo teſtes. *Vin. opin. 928. numer. 2. Virgil. Boccac. in tractat. de liter. remiſſor. capit. ſecundo, num. 14. & conſulendo tradidit Octauian. Cacherian. conſil. 65. poſt num. 7.*

SVBLIMITA, Hanc † decimam tertiam limitationem non procedere, quando neceſſitas vrgeret, & ne veritas occultetur, & pereat, puta, quando teſtes eſſent de aliena iuriſdictione, nec propterea iudex poſſet illos compellere ad ſe venire. Tunc enim datur remiſſoria etiam in cauſſa ciuili ardua, *ſecundum Caſtrenſ. in dict. leg. iudices, num. 1. in fine, verſic. & in ciuili etiam ardua, Cod. de fide inſtrumentorum, Benintend. deciſ. 74. num. 4. poſt Marian. Socin. iunior, quem allegat Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. nu. 362. in fin. Seuerol. in tract. de remiſſ. cap. 19.* 56



Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

num.4.in princip. & in versic.illud tamen dubitandum non est. Et faciunt pro hac sublimitatione, quæ dixi infra, de caussa criminali, *num.* 92.

57 Caussa † autem ardua quæ dicatur, dic remitti iudicis arbitrio, *secundum Castrensem, & alios allegatos supra, num.*55.

58 LIMITA XIV. Quando † agitur de leui præiudicio. Tunc enim remissoria non conceditur, *Alexand. Stiat. in pract.iudic.cap.6. num.*17. *post Nattam, quem allegat in Clem. sæpe, col.*49. *in fine, de verbor.significat. ad idem vide Ioann. Mar. Monticell. in repertor.test. in verbo, examinatio testium, an sit delegab in ciuil.fol.*162. *col.*2. *versic.*1. vbi, quod testes non vocantur à lege, quando plus expenderetur, quam ellet valor causæ.

59 Hinc posset † inferri, remissoriam non dari in caussa possessorii meri, quæ dicitur esse modici præiudicii, *ad notat. in leg. iudices, C. si de momentan. possession. Alexand. Stiat. in dicto capit.6. num.*17. *Virgil. Boccac. in tractat. de liter. remissor. caput.* 3. *numer.*40. vbi, quod nec datur remissoria de obtinendo mandato, de manu tenendo, quando proceditur executiue. Secus, si procederetur ordinarie, *ex Paul. de Castro, Roman. & aliis in locis per eum citatis.*

60 LIMITA, hanc † illationem procedere, si ita iudici visum fuerit, quia poterit iudex etiam in causa meri possessorii eius arbitrio remissoriam concedere, tum quia probationes non sunt angustãdæ, tum etiam quia materia concedendæ vel denegandæ remissoriæ est arbitraria, *ita Alex. Stiat. ind. c.6. nu.*17.

61 LIMITA XV. In caussa † spolii, in qua nec etiam datur remissoria, sed an hæc limitatio vera sit, & quando, & quid ex parte actoris, & quid ex parte rei, vide Vestr. *in practic.libr.6. cap.final numer.*2. *versic.amplius non absimili ratione, Menoch. de recuperand.possess.remed.*15. *numer.*349. vbi, quod datur remissoria in causa spoliationis, quando cessat fraudis suspicio, *& num.*358. *in fine*, vbi tamen, quod non conceditur remissoria, quando spoliatio esset facta per vim armatam, ita vt esset locus *l. Cornelia, de vi public. Seuerol. in tractat. de remission. cap.*11. *numer.*3. *& sequentibus*, vbi, quod datur remissoria tam ei, qui possessorem se deiecisse negat, vel iure deiecisse defendit, quam etiam ei, qui se à possessione deiectum contendit. Et ibi tradit rationem Virg. Boccac. *in tractat. de liter.remissor.capit.secundo, num.*49. vbi, quod in causa spolii testes pro spoliatore sunt conducendi ad vrbem, *ex Paleot. quem allegat, desis* 3. *in fine.* Et vide eundem Boccac. *cap.*3. *num.*17. vbi facit regulam, quod in causa spolii regulariter denegatur remissoria spoliato, & spoliatori: spoliatori autem præsertim denegatur, ad confouendum se in spolio, quod est plene vel semiplene probatum, *ex Cassad. quem allegat, in titul. de dilat. decision.*2. *& 3. & August. in suo repert. in tit. de remissoriis, num.*9. *sed hæc declara, vt per eundem Boccac. cap. quarto, num.*27. Addo in materia Laucellott. *in tractat de attemat. capit.*26. *part.*3. *rubr. de probation. attentatorum, numero* 118. vbi, quod nec spoliatori datur remissoria, quando spolium est probatũ, cum tunc videatur calumnioſe petita, *ex Simonet. quem allegat. in collect. decision.*18. *incip. in spolio.*

62 LIMITA XVI. In † caussis beneficialibus. Sed an hæc limitatio vera sit, & quando, vide Vestr. *in practic.libr.6. cap.fin. num.*2. *versic. vsu quoque receptum est*, vbi concludit, in facto Palatio vsu receptum esse, quod in beneficialibus denegatur remissoria, in prima & secunda instantia, nisi illam petens appellationi renuntiet, in tertia autem conceditur. Et ibi reddit rationem huius Rotæ styli, & latius per Seuerol. *in tractat. de remission. cap.*17. vbi, quod ad hoc, vt remissoria concedatur in prima vel in secunda instantia, non solum requiritur, vt litigatores appellationi renuntient, sed etiam, vt si petens remissionem possessor sit, patiatur fructus beneficii sequestrari, si vero non sit possessor, futuræ sequestrationi renuntiet. Sed an Rotæ Auditores possint vigore Innocentianæ in quacunque instantia remissoriam cõcedere, & quid, si ageretur de annua pensione, vel de decimis, & quid, si ageretur de beneficio non principaliter, an & iis casibus sit concedenda remissoria, & alia ad materiam huius limitationis, vide ibi per eum, *dict. cap.*17. *per totum*, & ibi præsertim *num.*8. concludit, quod nec etiam in tertia instantia concedi solet remissoria, nisi præstito iuramento calumniæ. Et in materia vide omnino Virgil. Boccac. *in tractat. de liter. remissor. cap.*3. *num.*21. 23. 25. 26. *& 31. nu.*67. vbi, an concedatur remissoria ad probandum vnionem beneficii, *& cap.*4. *nu.*3. vbi, quod in caussis beneficialibus, antequam concedatur remissoria, debet in actis dari fumus releuantiæ, & per fidem alicuius Notarii, vel per testes nulliter examinatos, & ita dicit seruari de stylo Rotæ, *& num.*4. vbi, quod quandoque non sufficit dare fumum, sed requiritur sufficiens probatio, *& nu.*9. *& seqq.* vbi de materia, *& nu.*24.

63 LIMITA XVII. Quia † licet remissoria concedatur ad probandum exceptiones peremptorias, non tamen detur ad probandum exceptiones dilatorias, aliaque incidentia ex principali causa, *secundum Speculat. in tit. de dilat.* §. *1. col.*2. *versic. illud quoque, Vestr. in pract. lib.*6. *cap. fin. num.*2. *post med. versic. quamobrem traditum est, & ibi Graual. in addit. num.*18. *post Hostiens. Felyn. & Gomez. in locis per eum relatis, Seuerol. in tract. de remission. cap.*8. *num.*1. vbi ita Rom. obseruari attestatur.

64 LIMITA XVIII. Vt non † concedatur remissoria pro repulsandis testibus ex aduerso productis, *secundum Vestr. in practic. libr.*6. *cap. fin. versic. quamobrem traditum est, nec dissentit Virgil. Boccac. in tractat. de liter. remissor. capit.* 3. *numer.*12. vbi, quod non datur remissoria ad reprobandum testes in Curia examinatos, propter suspicionem subornationis & falsitatis, *ex Ægid. quem allegat decision.*410. *& Cotta in Miscellan. decision.*163. *&* 259. vbi aliis relatis bonam huius limitationis reddit rationem.

65 AMPLIA V. Vt † hęc decima octaua limitatio præsertim procedat, quando quis vellet examinare testes, ad repulsandum alios aduersarii testes, examinatos à iudice delegato, cui scilicet testium remissio facta est, secundum veriorem opinionem, quam tenuerunt Innocent. Speculat. Ancharan. & Ias. *in locis relatis per Seuerol. in tractat. de remission. cap.*36. *num.*2. vbi facit generalẽ conclusionem, quod is, cui testium receptio in causa principali demandata est, non potest testes super refutatione recipere, licet enim, qui potest probare, possit etiam probatum repellere, *vt per Bonfac. Vital. in Clemen. sæpe.* §. *verum, num.*15. *de verborum significat.* id tamen intelligitur quoad litigantes, de quorum potestate hic non contenditur, non autem quoad iudicantis iurisdictionem, de qua hic agitur.

66 LIMITA hanc † ampliationem duobus modis. Primo, nisi expresse fuisset etiam delegato concessa potestas examinandi testes reprobatorios de quo dixi infra, *num.*139. Secundo, quando fuisset eiusdem delegato generaliter commissa receptio testium, vel super tota causa. Iis enim duobus casibus delegatus ad examinandum testes vnius partis, potest etiam examinare testes reprobatorios alterius partis, absque noua remissoria, *vt per eundem Seuerol. in tractat. de remission dicto capit.*36. *num.*1. *in fine, & numero* 2. *etiam in fine, vbi allegat concordantes.*

67 SVBLIMITA I. Hanc † decimam octauam limitationem non procedere, quando petens remissoriam pro repulsandis testibus vellet probare, illos fuisse corruptos. Tunc enim non denegatur, *secundum Vestr. in pract.*

*pract. dict. cap. final. num.*2. *versic. quamobrem traditum est, Seuerol. in tract. de remission. cap.*11. vbi ampliat etiam publicatis attestationibus Virgil. Boccac. *in tract. de liter. remiss. cap.*4. *num.*40.

68 SVBLIMITANDO II. Eandem † decimam octauam limitationem, vide tradita per eundem Seuerol. *in tract. de remiss cap.*8. *num.*2. *& sequ.* vbi distinguendo dixit, quod conceditur remissoria ad faciendum testium refutationem, quando ex hac refutatione plene probatur ius excipientis: licet secus, quando tale ius nõ probaretur, & ita dicit se audiuisse sæpe à iudicibus Pontificiis obseruatum, & ita etiam crebrius receptum testatur, siue * testes, quorum testimonium refelli conceditur, deposuerint in loco, vbi remissio petitur, siue etiam in loco, vbi tunc causa cognoscitur, rationibus & auctoritatibus ibi per eum allegatis. *

69 LIMITA XIX. In † causa restitutionis in integrum, in qua non datur remissoria, sed hæc limitatio an vera sit, & quando, vide Virg. Boccac. *in tract. de liter. remissor. cap.*3. *nu.*42. *& seqq.*

70 LIMITA XX. Et † generaliter in plutibus aliis casibus, positis per Virgil. Boccac. *in tract. de liter. remissor. cap.*3. *per totum, in discursu*, quos hic recensere esset potius laboriosum, quam vtile, & in quibus remissoria non datur, vt ibi per eum, quem videas in materia.

ARGVMENTVM.

Remissoria ad examinandos testes, quando sit per iudicem in criminalibus concedenda aut deneganda.

SVMMARIA.

Regula sit, quod in criminalibus remissoria non conceditur, nu. 71. *licet aliqui contra, nu.* 72.

Amplia 1. *vt contraria consuetudo non valeat, num.*73. *contra, num.*74.

Amplia 2. *vt nec etiam detur remissoria pro repetendis testibus pro curiæ informatione examinatis, nu.*75.

Amplia 3. *in causa attentatorum: sed hæc ampliatio quando vera sit, & quando non, vide nu.*76. *& seqq.*

Amplia 4. *vt nec remissoria concedatur ad probandum periurium, nu.*89.

Amplia 5. *vt nec ad probandum symoniam detur remissoria, num.*90.

Limita 1. *in causa criminali paruã, & quando agitur de parua pœna pecuniaria, nu.*91.

Limita 2. *quando testes sunt extra iurisdictionem iudicis, nec possunt ab eo cogi venire ad se examinandum: Quia tunc datur remissoria, ne veritas occultetur, nu.*92. *contra, nu.*93. *distingue, vt nu.*94. *vel dic, quod remittitur arbitrio iudicis, num.*95.

*Dic, quod prima opinio reiectis aliis est verior & magis communis, nu.*96. *& seqq. declarata tamen, vt scilicet in criminalibus remissoria non concedatur, nisi ex magna & necessaria causa, nu.*99.

Limita 3. *vt remissiua detur pro examinandis testibus, in dignitate constitutis, nu.*100.

Limita 4. *vt remissoria concedatur pro examinandis senibus, valetudinariis, aut alias impeditis, nu.*101.

Limita 5. *in Papa aut Principe, qui etiam in criminalibus possunt remissoriam concedere, nu.*102.

Limita 6. *quando examinandi sunt testes, qui non habent tutum accessum ad locum iudicij, nu.*103.

Limita 7. *ad defensionem rei inquisiti, nu.*104. *etiam quod adsit timor subornationis, nu.*105.

Limita 8. *quando de crimine agitur per viam exceptionis, numer.*106. *& idem, quando de crimine agitur ciuiliter, numer.*107.

Limita 9. *in causa hæresis, num.*108.

Limita 10. *quando remissoria petitur ad instantiam fisci, & non accusatoris, nu.*109. *declara, vt nu.*110.

Limita 11. *in delictis occultis difficilis probationis, & in quibus veritas aliter haberi non potest, nu.*111.

Limita 12. *quando petitur remissoria non ad probandum delictum principale, sed ad probandum indicia remota, & adminicula, nu.*112. *contra, nu.*113.

Limita 13. *quando transmittitur notarius vel commissarius, num.*114.

QVÆSTIO LXXVII. CAP. II.

71 RÉGVLA sit † negatiua, quod scilicet in criminalibus remissoria non concedatur, *text. ad literam, in authent. apud eloquentissimum, & ibi Odofred. ante numerum primum, columna prima, versic. sed in criminalibus causis, iuncto versicul. secus si testes, & columna secunda, numer.*2. *Cyn. numer.*1. *Bald. ante numer.*1. *in summario, Salycet. in summario, Cod. de fide instrumentorum, Butrig. in leg. iudices, versic. & hoc in ciuili, & ibi Castrens. numer* 1. *versic. in causa tamen criminali, Ioannes Sicard. numer. nono, vbi reddit rationem, Cod. eodem, Angel. in authent. de testibus,* §. *& quoniam, num.*28. *in fine, versic. in criminalibus vero, & numer.*36. vbi, quod vidit condemnari in ciuitate Perusiæ quendam rectorem, qui in criminalibus commisit examinationem testium, & ex eo tulit sententiam, *Innocent. in cap. si qui testium, in fine, versic. & hoc in ciuili, non in criminali, & ibi Bellamer. num.*3. *versic. secundo opponitur, extra, de testibus, Abb. in cap. cum causam, num.*22. *versic. ego vltra alios, extra eodem, Bonifac. in Clementin. vnica, num.*13. *de offic. delegat. Francisc. Curt. in tractat. de testibus, conclus.*29. *numer.*60. *Alberic. de testibus, nu.*51. *Lanfranc. de testibus, nu.*19. *versic. in criminali autem non, Socin. regul.*410. *in* 2. *fallentia, Campeg. reg.*288. *in* 4. *casu, versic. secus in causa criminali. Diaz. regul.*747. *in princ., Afflict. in tit. si de inuestitu. inter domin. & vasall. cap.*1. *num.*54. *versic. ed in criminalibus, Capic. dec.*90. *num.*15. *Foller. in pract. crimin. in verbo, & facta litis contestatione, num.*7. *versic. regulariter dicendum est, quod in criminalibus, Alexand. Stiat. in pract. iudic. cap.*6. *num.*16. *Vestr. in practic. lib.*16. *cap. fin. nu.*1. *versic. finge, quod criminalis esset caussa, Caraust. super ritu magnæ curiæ* 157. *num.*3. *& sequentibus, & ritu* 141. *num.*2. *Gabriel. libr.*7. *conclusion.*25. *num.*1. *&* 2. vbi loquitur tam intra, quam extra prouinciam, *& numer.*10. vbi, quod nec etiam propter multitudinem caussarum curia potest committere examen alteri iudici in criminalibus extra prouinciam, *secundum Romanum. Fulgos. Alexandr. & Iasonem, in leg. prima,* §. *huius rei, ff. de offic. eius*, licet Bartolus & Angelus ibidem. contrarium dixerint, *Viu. opinion.*928. *num.*1. *vbi de* * *communi,* * *Clar. in practic.* §. *final. versic. sed quæro, vbi etiam de* * *communi,* * *ex Viu. in loco præcitato, Mille. in practic. folio* 201. *numero.*3. *versic. in criminalibus vero, secundum paruam impressionem, & secundam aliam. folio* 81. *Menoch. de recuperand. possess. remed.*15. *num.*358. *Seuerol. in tractat. de remiss. capit.*4. *num.*1. *Virgil. Boccac. in tractat. de liter. remissor. cap.*2. *n.* 5. *& cap.*3. *nu.*19. *&* 20. *Monticell. in repertor. test in verbo examinatio test. an delegab. in criminali, folio* 163. *colum.*1 *versic.*2. *& sequentibus, vbi etiam de materia. Andr. Gail. obseru.* 96. *num.*10. *libr.*1. *Et hanc regulam consulendo tradiderunt Socinus iunior, consil.*60. *num.*1. *&* 2. *libr.*2. *Grammat. consil.*45. *sub num.*15. *ad finem, Matthæus Brun. consil. crimin. diuers.*115. *numer.*72. *libr.*2. *Simon. de Pretu consil.*14. *num.*1. *& sequentibus, Octauian. Cacheran. consil.*64. *num.*20. *& seqq. & consil.*65. *num.*7.

72 Et † licet contra hanc regulam possent ponderari verba Baldi, *in cap. si quis testium, num.*1. *in fine, & ibi etiam Felyn. num.*2. *versic. secundo nisi.* Non per hoc tamen recedas à proposita regula, vt vides veriori & * magis * communi. Et aduerte, quod licet Clarus in eodem versicul. *sed quæro*, testetur, quod de consuetudine etiam in criminalibus conceditur remissoria, id tamen

debet intelligi secundum terminos secundæ limitationis huius regulæ, de qua infra, *num.* 92. videlicet, quando testes non possunt cogi, & quando veritas aliter haberi non potest. Sic enim allegati per eum loquuntur, & expresse ipsum declarat *in d. versic. sed quæro, in fine*, & vide in simili ad comprobationem huius regulæ, quæ de commissione examinis dixi *infr. cap.* 4. *nu.* 196.

73 AMPLIA I. hanc regulam, † in tantum denegari remissoriam in criminalibus, vt contraria consuetudo non valeat, *secundum gloss. & Felyn. quos refert & sequitur Seuerol. in tract. de remission. cap.* 4. *numer.* 2. *& consulendo voluit Octau. Cacheran. consil.* 64. *num.* 21. *vbi alios refert concordantes.*

74 Sed † contra, quod imo valeat talis consuetudo, consuluit Socin. iun. *consil.* 60. *num.* 7. *versic. item & tertio, & num.* 8. *libr.* 2. vbi bene comprobat, & ampliat etiam in capitalibus, & præsertim, quando agitur de crimine ciuiliter, & ad defensam, *quem refert Monticell. in repertor. test. in verbo, examinatio testium an delegab. in crimin. folio* 163. *col.* 2. *versic.* 4. *in fin.*

75 AMPLIA II. Eandem regulam, vt † sicut in criminalibus pro examinandis testibus contra accusatum non datur remissoria, ita nec etiam detur pro repetendis testibus, contra eundem reum pro informatione curiæ examinatis. Sic enim in repetitione expresse loquitur Mille. *in pract. criminal. in verbo, renocatus, num.* 4. *folio* 103. *secundum paruam impressionem, & secundum aliam, folio* 81. Sed in hoc vide Carauit. *super ritu magnæ curiæ,* 157. *post numerum vndecimum*, vbi dixit, quod quicquid sit de iure, de consuetudine seruatur contrarium, quando proceditur ad instantiam fisci. Et Carauitam refert Clarus *in practic. §. final. versic. caterum si reus, ad medium.* vbi tamen hanc consuetudinem declarat procedere secundum ea, quæ dixit *in versic sed quæro, &c.* duobus scilicet concurrentibus, quod aliter veritas haberi non possit, & non nisi ex magna causa. Et ita passim seruatur in vrbe, in tribunali Illustrissimi & Reuerendissimi D. Camilli Burghesii, Auditoris Cameræ, cuius vices iam fere per annos quinque in criminalibus sustinui, & in quo dantur etiam ad partes literæ, pro capiendis indicijs contra reos accusatos vel delatos, non tamen dantur pro repetendis testibus, pro Curiæ informatione examinatis, nisi sint testes, qui ad vrbem venire cogi non possunt, laici scilicet, & extra statum ecclesiasticum.

76 AMPLIA III. In † causa attentatorum, & ad probandum attentata. Tunc enim non conceditur remissoria, *Rota decis.* 10. *alias* 89. *nota, quod : bi de appellat. in antiqu. & decis.* 7. *alias* 220. *vbi, quod seruat audientia, & decis.* 35. *alias* 775. *item est sciendum, de probat. in antiqu. & decis.* 4. *alias* 57. *attentata, in fine, vt lit. pendent in nou. Vestr. in pract. lib.* 6. *cap. fin. num.* 2. *Alexand Stiat. in pract. iud. cap.* 6. *num.* 15. *Seuerol. in tract. de remission. cap.* 11. *num.* 1. *Virg. Bocc. in tract. de liter. remissor. capit.* 3. *nu.* 24. *Lancellot. in tract. de attent. part.* 2. *capit.* 20. *de attent. post inhibit. ampliatione* 10. *num* 7. *& part.* 3. *cap.* 26. *de probation. attentatorum, num.* 108. *& seqq.* vbi ita etiam dicit fuisse decisum in vna Calaguritana siue Bononien. coram Robustero 11. Aprilis 1567. *& num.* 12. vbi † ampliat etiam, quod per testes constaret de fumo attentatorum, prout dicit sensisse Rotam in vna Oxomen. Archipresbyteratus, coram Augustino, sub die 19. Decembr. 1545. & 26. Martii 1546. *vt in collect. eiusdem Augustini decision.* 4. *incip. fuit dubitatum.*

78 LIMITA I. Hanc † tertiam ampliationem procedere in actore, secus in reo, ad exclusionem attentatorum. Tunc enim datur remissoria, *Cassad. titul. de dilat. decision.* 4. *Vestr. in practic. libr.* 6. *cap. final num.* 2. *in princip. versicul. quod tamen generaliter non intelligas, Seuerol. in tract. de remission. capit.* 11. *numer. secundo, Virg. Bocc. in tract. de liter. remissor. cap. quarto, num.* 26. vbi † tamen 79
loquitur dato fumo etiam per testes nulliter examinatos, qui puta probent, quod N. ante inhibitionem erat in possessione faciendi illos actus, quos fecit post inhibitionem, *ex Put. quem allegat, decis.* 219. *lib.* 1. *incip. die* 23. *Nouembr.* Et est ratio, quia qui continuat, non attentat. *Paris. consil. final. num.* 8. *&* 13. *libr.* 4. *cum aliis ibi per eum allegatis.* Addo † pro hac limitatione Lancellot. *de attent.* 80
part. 3. *cap.* 26. *num.* 113. *& seqq.* vbi ampliat, etiamsi reus vellet examinare ad repulsam testium per actorem examinatorum.

SVBLIMITA, hanc † limitationem non procedere, quando appareret de manifesta calumnia rei petentis remissoriam, ex eo, quia notorie constaret de attentatis. Tunc enim esset deneganda: prout fuit denegata per consilium Neap. teste Afflict. *decis.* 351. *in 1. casu. refert & sequitur Lancellot. in dict. tractat. de attent. cap* 26 *num.* 115. *versic. qua retenta, & seqq. vbi post Vestr. in pract. lib.* 6. *capite final. num.* 2. *versic. nisi forte, decimaquinta ampliat.* ampliat hanc sublimitationem non solum, quando attentata essent iam probata, verum etiamsi essent incontinenti probanda ea ratione, quia potius est admittenda probatio actoris, quæ est in promptu, quam probatio rei petentis remissoriam remota. 81

LIMITA II. Dictam † tertiam ampliationem procedere de stylo Palatii Apostolici, ideo alius iudex, si viderit remissoriam calumniosè non peti, poterit illam concedere, delato tamen parti iuramento calumniæ, *secundum Alexand. Stiatic. in practic. iudic. capit.* 6. *num.* 16. *Menoch. de recuperand. possess. remed.* 15. *num.* 348. *& sequ.* vbi propterea, quod etiam in causa attentatorum datur remissoria, nisi subsit fraudis suspicio, quod & idem voluit *in remed.* 17. *numer.* 46. *ex Cassad. quem allegat in titul. de dilat. decision. vlt. nec dissentit Seuerol. in tractat. de remission. cap.* 11. *num.* 8. *ad finem*, vbi dicit, quod quandoque etiam ad probandum attentata lite pendente conceditur remissoria, quando cognitum est, calumniam omnino abesse, *Lancellot. de attent. part.* 3. *c* 26. *numer* 131. *& seq. &* 134. *& seqq.* vbi bene comprobat hanc limitationem. 82

LIMITA III. Quod † licet regulariter ad probanda attentata remissoria denegetur, concedatur tamen ad illa liquidanda, vt fuit alias data per Reuerendissimum Cardinalem Puteum, tunc Auditorem in vna Tirasonen. attentatorum, vt patet ex his, quæ in eadem causa fuerunt deducta coram Romano, 11. Ianuarii, 1555. Et dandam esse, si tendit ad liquidationem attentatorum, inclinauerunt etiam Domini in vna Senogallien. attentatorum coram Cotta, 22. Maii, 1565. Sed quia dubitabatur ibi, quod illa non esset releuans, fuit dictum, quod daretur sine retardatione negotii principalis, si aduersarius cauisset de soluendo id, quod fuisset liquidatum, *refert & sequitur Lancellot. in tractat. de attent. part.* 3. *cap.* 26. *nu.* 138. 83

LIMITA IV. Vt † dicta tertia ampliatio non procedat in his, quæ appellatione pendente per violationem sequestri attentata fuerunt. Ad probandum enim huiusmodi sequestri violationem, fuit alias concessa remissoria, *teste Cassad. in titul. de sequestrat. possess. & fruct. decis.* 5. *incip. dubitatum fuit, in finalibus verbu, refert & sequitur Lancellot. de attent. part.* 3. *cap.* 26. *nu.* 119. *& seqq.* vbi bene comprobat hanc limitationem. 84

LIMITA V. Vt eadem † tertia ampliatio non procedat, quando testes essent in remotissimis regionibus, ita, vt non nisi cum maximo dispendio ad locum iudicij adduci possent, vel aliquo iusto impedimento detinerentur, puta, si aliquo graui morbo laborarent. Tunc enim, quia cessat præsumpta fraus, seu calumnia petentis remissoriam, ideo illam concedendam esse, præsertim si petens aliquem fumum super attentatis dedisset, 85
post

post Felyn. Cassad. Menoch. & Benintend. in locis per eum relatis, bene comprobat Lancellot. *in tract. de attentat. cap.* 26. *n.* 126. *& seqq.*

86 LIMITA VI. Quando † ex denegatione huiusmodi remissoriæ super probatione attentatorum sequi posset aliquod irreparabile damnum, nam tunc deneganda non est, sed concedenda, dummodo de hoc irreparabili damno aliquid iudici constiterit, *vt per Lancellot. de attentat. post Menoch. quem allegat, cap.* 26. *num.* 129. *& seq.*

87 LIMITA VII. Quia † licet ad probandum attentata non detur remissoria in forma, solent tamen iudices quando que sumere hoc temperamentum, vt scilicet destinetur Notarius ad assumendum probationes super dictis attentatis. Facilius enim multo transmittitur Notarius, seu commissarius, quam detur remissoria, *prout dixi infra hoc eodem cap. numer.* 114. & in specie voluit Lancellot. *in tract. de attentat. part.* 3. *cap* 26. *num.* 137.
88 *&* 139. vbi etiam, quod † quandoque etiam ad probandum attentata dantur compulsoriales speciales. Et ita testatur vidisse seruari in Rota, & coram Auditore Cameræ.

89 AMPLIA IV. huius † secundæ capitis propositam regulam, (& quidem ex eadem regula illatiue,) vt nec ad probandum periurium remissoria concedatur, secundum Boccac. *in tractat. de liter remissor. capit.* 3. *numero* 35. vbi propterea infert, quod non datur remissoria ad probandum, quod ille, qui iurauerat paupertatem, sit diues.

90 AMPLIA V. Vt † nec ad probandum simoniam detur remissoria, secundum Lancellot. *de attentat. part.* 3. *cap.* 26. *num.* 11. vbi, quod ita alias tenuit Rota in vna Mediolanen. Præposituræ coram Chissanen. 11. Ianuarij 1555.

91 LIMITA I. Propositam † huius secundi capitis regulam non procedere in causa criminali parua, vt puta, quando agitur de pœna pecuniaria non magnæ quantitatis, arbitrio iudicis, *secundum Castrens. in l. iudices, numer.* 1. *versicul. & licet hic distinguatur, & ibi Ioan. Sichar. numer.* 6. *versicul. sic etiam intelligendam, C. de fide instrument. Alber. in authent. apud eloquentissimum, num.* 1. *versicul. & licet distinguantur, & ibi Fulgos. num.* 1. *versicul. in criminalibus vero, C. eodem, Vestr. in pract. lib.* 6. *cap. fin. numer.* 1. *in fin. versicul. amplius etiam, Seuerol. in tractat. de remission. capit.* 4. *num.* 6.

92 LIMITA II. Quando † necessitas vrgeret concedendi remissoriam, puta, quia testes non essent de iurisdictione illius loci, vbi tractatur causa, & sic iudex non posset eos compellere ad se venire; tunc enim, ne veritas occultetur, vel pereat, & ne delicta remaneant impunita, etiam in criminalibus conceditur remissoria, secundum Bald. *in authent. apud eloquentissimum, num.* 1. *&* 2. *C. de fide instrument.* vbi dicit, quod ita seruat consuetudo, & quod procedit hæc limitatio tam in capitalibus, quam in pecuniarijs causis. Et Baldum sic dicentem referendo sequuti sunt Paul de Castr. *in l. iudices, numer.* 1. *in fin & numer.* 2. & ibi etiam Ioan. Sichar. *num.* 6. *versicul. sed sic oritur dubitatio, & numer.* 7. *C. eodem.* Felyn. *in cap. cum causam, num.* 24. *&* 25 *extra, de testibus*, vbi reprobat opinionem Abbatis contrarium sentientis, Franc. Curt. *in tractat. de testibus, conclus.* 137. *alias* 29. *numer.* 61. *& seq.* vbi defendit opinionem Baldi, dicens insuper, quod ex quo Bald. testatur de consuetudine, illi propterea standum est, Alber. de Malet. *in tractat. de testibus. num.* 51. *& seq.* vbi testatur de veriore opinione. Boss. *in titul. de oppos. contra test. post numer.* 26. August. ad Angel. de Malefic. *in verbo, qui index statuit terminum, &c. numer.* 33. *&* 35. vbi, relatis & reprobatis contrarijs, hanc dicit esse tenendam opinionem, maxime in practica, & quod ita seruatur de consuetudine, Vestr. *lib.* 6. *cap. final. numer.* 1. *post medium, versicul. idem si testis alterius suæ dictionis*, (vbi tamen declarat, nisi is, qui testibus præest, esset paratus illos ad iudicem causæ remittere,) Carauit. *super ritu magn. Cur.* 157. *num.* 7. vbi, quod ita de consuetudine seruatur, Gabr. *lib.* 7. *conclus.* 25. *num.* 4 vbi alios refert, & ita de consuetudine seruari testatur, Viui. *opin.* 928. *num.* 3. Clar. *in practic. §. final. post versicul. sed quæro, quid agendum*, vbi plures refert, testantes, ita de consuetudine seruari, Menoch. *de recuperand. possess. remed.* 15. *num.* 362. vbi testatur de crebriori & veriori opinione, * Seuerol. *in tract.* * *de remission. cap.* 4. *numer.* 8. vbi relatis contrarijs hanc tenet opinionem, quando testes sunt sub diuerso imperio, & non possunt cogi. Et ita alias dicit fuisse seruatum in Vrbe contra Archiepiscopum Malphitanum. Secus si testes sint sub eodem Principe, à quo facile erit obtinere, vt testes cogantur venire coram iudice causæ, Boccac. *in tractat. de liter. remissorial. capit.* 2 *numer.* 6. vbi etiam, quod ita consuetudine seruatur, Monticell. *in repertorio testium, in verbo, examinatio testium an delegabilis in ciuilibus, fol.* 161. *column.* 1. *versicul. quinto*, Andr. Gail. *observat.* 96. *numer.* 10. *in fin. & numer.* 11. *libr.* 1. vbi testatur de practicata apud eum opinione. Et hanc Baldi opinionem consulendo etiam sequuti sunt Socin. iun. *consilio* 60. *numer.* 2. *versicul. hu tamen non obstantibus, & numer.* 3. *& sequent. & numer.* 7. *versicul. item & tertio, & numer.* 10. vbi, quod isto casu Doctoribus testantibus de consuetudine credendum est, *& numer.* 11 *& sequent. lib* 2. Grammatic. *consil.* 41. *numer.* 16. *& numer.* 19. Matth. Brun. *inter consil. crimin. diuers. consil.* 115. *numer.* 72. *versicul. limitatur tamen, & numer.* 73. *libr.* 2. Simon de Præp. *consil.* 14. *numer.* 1. *& sequentib.* vbi late comprobat hanc opinionem, eamque dicit magis communem, * & consuetudine receptam, & ab ea in iudicando non esse recedendum, & *numer.* 13. vbi testatur, ita fuisse iudicatum in suo Auditorio Ducali, Bertazzol. *consil.* 136. *numer.* 1. *& sequentib. lib.* 1. vbi aliis relatis testatur de communi * & magis * communi opinione, Octau. Cacheran. *consil* 64 *num.* 21. *ante medium. versic. sed in hoc*, vbi pariter testatur de * com- *
muni.

Contrarium, quod † nec isto casu sit concedenda remissoria in criminalibus, voluerunt Cyn. *in authentic. apud eloquentissimum, numer.* 3. *in fin. versicul. quod videtur mihi periculosum*, & ibi etiam Fulgos. *numer.* 1. *in fin. versicul. ds it tamen Cynus*, Alberic. *numer* 1. *ad medium, versicul. Cynus etiam mihi dicit*, Salycet. *numer* 3. vbi pro opinione Cyni adducit quinque rationes, *Cod. de fide instrumentor.* Abb. *in cap. cum causam, num.* 22. *versic. & puto quod in hac causa*, vbi bene comprobat hanc opinionem, *extra, de testibus*, Lanfranc. *in tractat. de testibus, numer.* 19. *versicul. in criminali autem*, vbi dicit, quod isto casu melius facit iudex, si mittat literas iudici illius loci, vbi testes degunt, ad effectum, vt eos mittat ad ipsum, vt possit videre, quo colore deponent. Et cum hac Lanfranci consideratione videtur pertransire Boss. *vbi supra, in titul. de oppos. contra testes, dict. numer.* 26. *versicul. si tamen*, vbi dicit, quod si ipse esset iudex, conaretur pro viribus per literas subsidiales auctoritate Senatus, vbi staretur sub eodem Principe, vt testes ad ipsum venirent. Et hanc contrariam opinionem tenuerunt relati per Gabriel. (quos tamen ipse non sequitur,) *libro* 7. *conclusione* 25. *numero* 3. Et pro hac contraria opinione facit Bulla Pij IV. super reformatione tribunalis Auditorij Cameræ, de qua in Bullario, *constitutione* 74. illius Pontificis, *part.* 1. *folio* 755. *versicul. item non concedat*, vbi ad literam dicitur: *Non concedat Auditor in causis criminalibus remissoriam ad partes ad probandum delictum, vel fundandam fisci intentionem, sed aduocentur testes ad Curiam, vel causa remittatur ad partes, vbi delictum est commissum.* 93

In † hac contrarietate duas reperio concordantes 94

& distinguentes opiniones. Vna fuit Salycet. *in authent. apud eloquentissimum, n. 3. in fin.* vt scilicet in criminalibus, quando veritas aliter haberi non potest, & quando testes non possunt cogi venire ad locum iudicij, concedatur remissoria, non ad plenam probationem delicti, sed tantum pro habenda informatione.

95 Altera † est opinio Caraüitæ, *super ritu magn. Cur. 157. post num. 7.* vbi ex Bald. Alber. Afflict. & aliis pluribus ibi per eum allegatis concludit, isto casu in criminalibus esse concedendam vel non concedendam remissoriam iudicis arbitrio.

96 Quid dicendum? Prima † opinio sicut, vt vides, magis communiter à Dd. recepta est, ita etiam & verior mihi videtur, ac etiam apud nos magis practicata. Nec obstat Bulla Pij IV. in contrarium allegata, quia non loquitur specialiter in casu propositæ limitationis, quãdo scilicet testes sunt de aliena iurisdictione, & sub diuerso Principe, nec possunt compelli venire ad locum iudicij, sed loquitur generaliter, seu simpliciter, secundum regulam *authent. apud eloquentissimum*, de qua *supra, num. 71.* ideo non excludit casus exceptos à dicta regula, sed recipit interpretationem à iure communi, prout bene declaratur in alia Bulla eiusdem Pij IV. super reformatione omnium tribunalium Vrbis, de qua in Bullario, *part. 1. constit. 85. vers. nec ei, fol. 779.* vbi expresse cauetur, quod *nec fisco, nec interrogatori concedenda est remissoria, nisi in casibus, in quibus alias de iure concedi debet.* Sed sic est, quod casus propositæ limitationis est talis. Ideo, &c.

97 Minus † obstat distinctio Salyc. *in d. authent. apud eloquentissimum*, per quam, si recte consideretur, expresse comprobatur opinio Cyni, *de qua supr. num. 93.* cum velit Salycet. isto casu concedi remissoriam, non ad plenam probationem, sed ad informationem delicti. Parum enim refert informatio delicti, si ex ea non resultat probatio. Et pro sola informatione, quod indistincte cõcedatur remissoria, est fere de indubitabili apud nos, quia indistincte ad partes dantur literę pro capiẽdis indiciis, & transmittitur Notarius, seu commissarius ad assumẽdum delicti informationes, & hoc non habet difficultatem in practica, siue testes possint cogi, siue non: difficultas est, nunquid ad probationem delicti detur remissoria, & isto casu, quando scilicet testes non possunt cogi, multo verius & receptius est dari, quicquid in contrarium dicat Salyc. *in loco practicato.*

98 Nec † mihi placet opinio Caraitæ, de qua *sup. num. 95.* quod scilicet id totum remittatur arbitrio iudicis: Nam aut adest aliqua causa, per quam iudex moueatur ad denegandam isto casu remissoriam, & tunc erit in iudicis arbitrio illam denegare, *vt bene considerat Seuero. in tract. de remiss. c. 4. n. 9.* vbi pro causa denegandæ remissoriæ considerat test um suspicionem, & præsumptam subornationem, *de qua latius dixi supr. nu. 26 & seqq. nec dissentire videtur Gram. cons. 41. n. 18.* vbi etiam isto casu arbitrium iudicis dicit fore regula dum ex distantia locorum, & ex scientia & fama iudicum: si vero esset talis suspicio, vel alia rationabilis causa denegandi remissoriam, & tunc non est verum, quod sit in arbitrio iudicis
* illam denegare, *secundum communem,* * *de qua testatur Simon de Præt. cons. 14. n. 7. in fin.*

99 SVE LIMITA † hanc secundam limitationem sic vt supra comprobatam, *vt per Clar. in pract. §. fin q. 26. vers. sed quæro, in fin.* vbi Alciat. *quam allegat in cons. 462. nu. 1.* dicit, etiam quod veritas aliter haberi non possit, huiusmodi literas remissorias non esse concedendas, nisi ex magna & necessaria causa, & quod in Ducatu Mediolani nullus iudex inferior tales literas concedit. nisi iussu Senatus, qui hoc permittit nisi raro, & ex magna causa. *Nec dissentire videtur Ossc. in cons. 64. n. 21. ante fin. vers. & ibi aliquo casu, lib. 1.*

100 LIMITA III. Quando † petitur remissoria pro examinandis testibus, qui sint in aliqua dignitate constituti; tunc enim illa non videtur deneganda, etiam quod simus in criminalibus, *secundum Iacob. de Aren. in authent. apud eloquentissimum, C. de fide instrument. per text. in authent. sed iudex, C. de episcop. & cleric. & in l. ad egregias, ff. de iureiurand. quod & idem voluerunt Alber. in d. authent. apud eloquentissimum, num. 2. Boss. in titul. de oppositc. contra test. numer. 26. ad finem, versicul. in iurisdictione vero, Bertazzol. consil. 136. num. 2. vers. & tanto fortius, lib. 1. & vide, quæ dixi infra, num. 210.*

101 LIMITA IV. Quando † petitur remissoria pro examinandis testibus, qui sunt senes, valetudinarij, aut alias impediti venire ad locum examinis; tunc enim illa non est deneganda, etiam quod causa sit criminalis, *secundum Alber. in authent. apud eloquentissimum, nu. 2. C. de fide instrum. Foller. in pract. crim in verbo, & facta litis contestatione. post num. 7. Vini. opin. 928. n. 8.* (vbi tamen loquitur secundum formam ritus magnæ Curiæ Vicariæ,) *Bertaz. cons. 136. n. 2. vers. & tanto magis, lib. 1. & vide, quæ in simili dixi infr. n. 225. & seq.*

102 LIMITA V. In † Papa, qui indistincte etiam in causis criminalibus potest committere & remittere testium examen, *secundum Alber. in d. authent. apud eloquentissimum, numer. 1. versicul. Papa tamen, C. de fide instrumentor. Abb. in capit. cum causam, per illum text. numer. 22. & ibi Felyn. num. 23. in 4. fallent. extra, de testibus, addent. ad Abb. in cap. 1. num. 23. in 4 fallent. extra, de testibus, addent. ad Abb. in cap. 1. numer. 7. litera A. versicul. item adde, quod Papa, de testibus cogend. Specular. in titul. de teste, §. nunc tractandum, numer. 2. versicul. Papa tamen, August. ad Angel. de malef. in verbo, qui versicul. Papa tamen, August. ad Angel. de malefic. in verbo, qui iudex statuit terminum, numer. 33. versicul. limita tamen prædicta, Afflict. in titul. si de inuestit. inter domin. & vasall. cap. 1. numer. 65. vbi de Papa & Rege, Vestr. in pract. lib. 6. cap fin. num. 1. versicul. vtpote si Pontifex, Caraüit. super ritu magnæ Curiæ, 157. numer. 8. Gabriel libr. 7. conclus. 25. numer. 5. Seuerol. in tractat. de remission. capit. 4. numer. 10. & 11. Clar. in practic. §. final. quæst. 26. versicul. vnum scias,* vbi de communi, & loquitur in Principe tam seculari, quam ecclesiastico.

103 LIMITA VI. Quando † petitur remissoria pro examinandis testibus, qui non habeant tutum accessum ad locum vbi causa criminalis intentatur; tunc enim adhuc concedenda erit, *secundum Iacob. de Aren. in authen. apud eloquentissimum, vers. sed quid si, &c.* vbi de non audentibus venire propter repte salias, & ibi etiam Alber. *num. 2. vers. item si iusto metu venire non auderent, C. de fide instrum.*

104 LIMITA VII. Quando † petitur remissoria pro parte rei inquisiti, & ad eius defensionem, vtputa, quando velit probare negatiuam, quod scilicet non fuit in loco delicti, tempore delicti; tunc enim non videtur deneganda remissoria, *secundum Salycet. in authent. apud eloquentissimum, num. 3. in fin. C. de fide instrument.* (vbi tamen loquitur, quando testes sunt in aliena prouincia, nec possunt cogi venire ad locum iudicij,) *Foller. in pract. crimin. in verbo, & facta litis contestatione, num. 7. Gabr. lib. 7. conclus. 25. numer. 8. Monticell in repertorio testium, in verbo, examinatio testium an sit delegab. in criminalibus, folio 163. colum. 2. versicul. quarto, & consulendo tradidere Socin. iun. consil. 60. num. 7. in princip. & numer. 8. ad fin lib. 2. Matth. Brun consil. crimin. diuers. 115. numer. 72. versicul. limitatur tamen, libr. 2.* qui etiam loquitur in testibus existentibus extra prouinciam, & in longinquis partibus, ad iudicemque venire nolentibus: tunc enim, inquit, dandam esse remissoriam, ne probandi facultas pereat, Bertazzoll. *consilio centesimo trigesimo sexto, numero secundo, libro primo,* Simon de Præt. *consilio decimoquarto, numero 9. & seqq.* vbi ampliat, etiam † quod sit timor subornatio- 105
nis. Et ita testatur fuisse iudicatum in suo illo Auditorio Ducali.

LIMITA

106 LIMITA VIII. Quando † de crimine agitur per viam exceptionis, quia tunc pariter nõ est deneganda remissoria, *secundum Felyn. in cap. cum causam, nu. 23. in 2. fallent. extra, de testibus, Adden. ad Abb. in cap. 1. num. 7. litera a. versic. item adde, quod vbi agitur de crimine per modum exceptionis, de testibus cogen. August. ad Angel. de malef. in verbo, qui iudex statuit terminum, nu. 33. versic. item prædicta limita, Caraüit super ritu magnæ curiæ 153. nu. 10. Menoch. in tract. de recuperan. possess. remed 15. nu. 361. Seuerol. in tract. de remission. cap. 4. nu. 4. Monticell. in repert. test. in verbo, examinatio test. an sit delegab. in crim. fol. 163. col. 2. versic. primo, & consulendo tradidit Socin iun. consil. 60. nu. 13. lib. 2.*

107 Et idem, quando † de crimine ciuiliter agitur, quod tunc etiam concedatur remissoria, scripserunt Socinus iun. *dict. cons. 60. num. 7. lib. 2. quem refert & sequitur Gabriel lib. 7. conclus. 75. nu. 9. Seuerol. in tract. de remission. cap. 4. nu. 4. Monticell. in repert. test in verbo, examinatio test. an sit deleg. in crim. fol. 163. col. 2. versic. 4. ad fin.*

Limita I. Prædictam † conclusionem procedere quando committitur alicui examen testium, vt sequutori, quia scil. aliud nō habet facere, quàm examinare, cùm iam fuerint recepta iuramenta & admissa interrogatoria per iudicem commissum: secus autem si testium examinatio committitur ei non vt simplici exlecutori, sed vt iudici, qui propterea potest cogere testes, citare illum, contra quem agitur, iuramenta recipere, exceptiones contra testes audire, testium multitudinem refrenare, & alia similia facere, is inquam non dicitur merus executor, sed iudex & receptor testium cum iurisdictione [illegible] subdelegare potest, *sic mihi probat text. in d. ciem. vn. [illegible] delega. vbi omnino vide gl. Imol. Anchar. Zabarell. & Bon. [illegible] bene declarant materiam huius limitationis.*

Svblimita I. Hanc † primam limitationem procedere, vt scilicet is delegatus cum iurisdictione [illegible] subdelegare solum examen testium, postquam illud receperunt, non autem receptionem iuramentorum, [illegible] *tur de mente Seuerol. in tract. de remission. cap. 32. num. 6* vbi dicit, quod licet testium receptio & ceteri actus, in quibus iurisdictio exercetur, delegari non possint, sola tamen testium interrogatio, postquam eorum iuramenta recepta sunt, delegari potest, quoniam hoc casu non



Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding

mandatur jurisdictio, sed nudum factum, siue ministerium, *Rota decis.164.de offi.deleg. in nou. cum aliis ibi per eum allegatis.*

155 Verùm † contra prædicta faciunt scripta per Virgil. Boccac. *in tract. de liter. remissor. cap.9.num.4. & seq.* vbi dicit, quod non solum non potest subdelegari receptic juramentorum testium, sed nec etiam examen, etiam quod sit nudi facti, *ex gloss. Anchar. Imol. Cardin. & Bonifac. in d. clemen. vnic. de offi. deleg. & ex Innocen. in cap. cum Bertoldus, n.4. de re iud. cum aliis ibi per eum allegatis,* vbi propterea videtur inferre, secundùm istorum opinionem, quod potest is iudex subdelegare alium, vt scribat examen, non autem vt examinet, & interroget.

156 Vide tamen eundem Boccac. † *ibid. dict. nu.* 6. vbi testatur, quod hæc opinio Imol. reprobatur ab Host. Io. And. Bellam. & Abb. *in dict. cap. cum Bertoldus,* & quod in Rota seruatur, quod possit subdelegari examen testiũ, ex quo est nudi facti, & ministerii, & sic non recedas à proposita sublimitatione.

157 Sublimita II. Eandem † primam limitationem procedere in delegato à Principe, qui si non est simplex exsequutor, sed receptor testiũ, potest subdelegare, *vt s.* Secus autem in delegato ab alio, quam à Principe, qui nullatenus subdelegare potest, siue sit deputatus merus exsequutor, siue etiam receptor testium, *secundum gl. in d. clem. vnica, in verbo, à Sede Apostolica, & ibi Imol. nu.29.* vbi ampliat, etiam quod delegatus habeat potestatem subdelegandi, *Zabarell. nu. 3. de offi. deleg.* verùm de materia huius sublimitationis vide *in d. clemen. 1. bene declarantem Ancharan nu.4. & eundem Zabarell. num.7. & num.16. Grauat. ad Vestr. in pract. lib.6. cap. fin. nu. 33.* vbi etiam de subdelegato Pontificis, an possit alium subdelegare in receptione testium, *Seuerol. in tract. de remiss. cap.32. sub nu.1. & nu.7. & 8.*

158 Limita II. Huius vndecimæ † quæstionis conclusionem non procedere consensu partium: possunt enim partes consentire, vt is, cui delegata est testium examinatio, possit alium subdelegare, *secundum Innocen. in cap. cum causam, num.4. vers. hac eadem ratione, & ibi Host. num.13. versic. quidam tamen, Ioan. Andr. nu.17. ad med. versic. de consensu tamen partium, Imol. num.15. versic. tamen istud videtur verum, extr. de testibus. Campeg. in tract. de testibus, regul. 288. in 9. casu.*

159 Contra videtur sensisse Seuerol. † *in tract. de remissio. cap.32. num.1. in fin. versic. & quod diximus, ex Bald. & Innoc. ibi per eum allegatis,* dicitque hanc contrariam opinio-
* nem, & veriorem, * & communiter receptam, ea ratione, quia priuatorum consensu iurisdictio dari non potest, *l. priuatorum, C. de iurisdict. omnium iudic.* Et pro hac contraria opinione faciunt decisiones allegatæ per Virgil. Boccac. *in tract. de liter. remissor. cap. 6. num.3.* vbi propterea dicit, ad sanandam nullitatem huius examinis esse necessariam commissionem, *ex Crescent. quem allegat, decis.34. lib.2.*

160 Pro † cõcordia potes dicere secundum eundem Seuerol. *in d cap.32. ub num 2. vers. vno tamen casu,* vt scilicet prima opinio procedat non solum, quando partes consensissent, sed etiam, quando pacto expresso conuenissent, ne liceret eis contra testes sic examinatos aliquid obiicere: hoc enim casu sustinebitur examen, non quia pacto priuatorum sit data iurisdictio, sed quia non licet contra pacta venire, cùm in potestate litigatorum sit consentire, vt testibus nulliter receptis fides adhibeatur, *d.c. cum causam, de testibus, & d.c. cum Bertoldus, de re iud. cum aliis ibi per eum allegatis,* non accedente autem huiusmodi expressa pactione non sufficiat partium consensus ad validandum examen factum à subdelegato, & sic procedat secunda opinio.

161 Svb limita Præcedentem † secundam limitationem procedere, dummodo consensus sit expressus cus si tacitus, *secundum Innoc. in d.c. cum causam, nu 4. vers. quidam dicunt, & forte bene, & ibi etiam Host. num.13. versic. quidam tamen secundum Innocent. Ioan. Andr. num.17. post med. eod. vers. quidam tamen secundum Innocent. Bellam. nu.33. extr. de testibus.* Et pro hac sublimitatione faciunt Dd. allegati *supr. num.159. & seq.*

Contrarium, † quod imò sufficiat etiam tacitus con- 162
sensus, voluerunt relati per Innoc. *in d. cap. cum causam, sub nu.4. & Hostien. ibid. nu.13. in princ. iuncto ver. sed & alii dicunt, & per Io. Andr. num.17. ad med. vers. de consensu tamen partium etiam tacito, iuncto vers. sed alii dicunt, Henr. Boyc. nu. 21. vers. & hac ratione, Ancharan. nu.18. ad med. ext. de testibus, Graual. in addit. ad Vestr. lib.6. cap. fin. post nu.34.*

Crederem † in hac cõtrarietate primam opinionem 163
esse veriorem, & nihilominus vide distinguentem Imo. *in d.c. cum causam, nu.15. ver. potes concordare.*

Limita III. Dictæ vndecimæ Quæst. † conclu- 164
sionem, quia de stylo sacri Palatii, in formula remissionis apponitur facultas recipiendi testes per se, aut per eius Notarium, *prout attestatur Vestr. in pract. lib. 6. cap. fin. nu.* 10. Hoc enim casu nulla est difficultas, & valet talis commissio, si est data à iudice ordinario, secus si á delegato, etiam quod sit delegatus à Principe, *vt probat Seuerol. in tract. de remissio. cap.32. post nu. 3. ver. ceterum si proponeretur, & num.* 4.

Quæro XII. An potestas † examinãdi testes trans- 165
eat in successorem delegati, si delegatus moriatur, aut alio modo eius iurisdictio exspiret? Dic, & transit, si commissio est facta sub nomine dignitatis non expresso nomine personæ. *gloss in clem. 1. in verbo, committere, & ibi Imol. nu.29. ad fin. Aucha post nu.3. vbi declarat materiam, Zabarell. nu.8. & Bonif. post nu.50. de offi. deleg.*

Quæro XIII. An is, † cui cõmissa est testium exa- 166
minatio, teneatur de necessitate tale onus suscipere, an verò possit illud recusare? Dic, quod non potest recusare, *secundum Alber. in auth. apud eloquentissimum, nu. 3. vers. sed secundum præmissa, C. de fide instrum.* vbi testatur, quod ita tenent fere tũ veteres moderni Doctores, quamuis Specul. *in loco per eum relato,* contrarium dixerit. Sed pro resolutione huius quæst. vide distinguentem Seuerol. *in tract. de remiss. cap.26. per tot.* vbi dicit, quod si testiũ examinatio committitur ei, qui stat sub iurisdictione committentis, si committens ordinarius sit judex, vel si committens sit delegatus, stet sub iurisdictione delegantis, & tunc talis commissio fit peremptoriè, & is, cui committitur, tenetur obedire, secus autem si is, ad quem litigatores reiciuntur, sit extra jurisdictionẽ prædictorum, tunc enim non jussũ, sed precibus & rogatu fit talis commissio, nec patere de necessitate tenetur. Et hanc distinctionem dicit ibi Seuerol. esse etiam seruandam in arbitris juris, electis scil. vigore statuti, quando committunt examen ad partes.

Quæro XIV. An is, † cui cõmissa est testium exa- 167
minatio super articulis productis, possit super eisdem articulis recipere probationes aliter quam per testes? Dic, quod vigore formulæ remissorialium literarum, quæ vtuntur in Romana Curia, res non habet difficultatem, quia in dictis literis expresse præcipitur judicibus in partibus, vt super articulis, qui ei mittuntur inclusi, recipiant non solum testes, sed etiam instrumenta, & qualuis alias probationis species. Ita † Vestr. 168
in pract. lib.6. cap. fina. num. 9. vbi etiam dicit, quod quamuis implicitè in huiusmodi literis non committatur, nisi vt recipiantur testes, poterit tamen is, cui facta est commissio, recipere etiam responsiones partium ad articulos singulariter singulis fieri solitos, & eorum confessiones, imò non solum poterit has responsiones & confessiones à sponte respondentibus recipere, sed etiam partes cogere, vt respondeant dictis articulis, & petitionibus, & si non respondeant, habeantur

tur pro confessis, juxta stylum Curiæ, & Decisiones Rotæ, ibi per eum allegatas, ad quæ vide etiam declarantem Grauat. *ibi in addit. num.* 31. vbi relatis contrariis
169 distinguit, quod si judex † mittat ad examinandum testes aliquem Notarium, cùm tunc is Notarius nuntij officio fungatur, nullamq; jurisdictionem, sed tantummodo nudum ministerium habeat, non potest vtique recipere partis confessiones & respõsiones, nedum eas ad respondendum cogere, secus autem, si iudex simpliciter receptionem testium committat: tunc enim ille, cui talis commissio fit, non potest dici Nuntius, sed judex siue cognitor jurisdictionem habens, & propterea poterit dictas confessiones & responsiones recipere. Et
170 rursus ad præmissa vide Seuerol. *in tract. de commissio. cap.35.* Vbi dicit, † quod etiam, quod in remissoriam non fit expresse dictum, vt is, cui remittitur examen, recipiat partium responsiones & confessiones, poterit tamen eas recipere, & ad respondendum cogere, si in dicta remissoria fuerit data facultas recipiendi testes & instrumenta: instrumẽtorum enim appellatio refertur ad omnia, quibus causa instrui potest, *l. 1. ff. de fide instru. l. nationum, §. instrumentorum, ff. de verb. signif.* nec melius causa instrui potest, quam per partis confessiones, ita sæpius in Rota seruatum testatur *ex decisionib. ibi per eum allegatis.*

171 Quæro XV. An delegatus, † cui commissa est facultas recipiendi testes, possit illos compellere ad se examinandum, si se subtrahant? Dic, quod non, secundùm Felin. *in cap. 1. in princ. extr. de testib. cogen. quem refert Vestr. in pract. lib. 6. cap. fin. post num.* 10. vbi propterea consulit, hanc facultatem in literis remissorialibus esse concedendam huic delegato. Vide *in seq. quæst. 78. nu. 23.*

172 Quæro XVI. An is, † ad cuius instantiam decreta est remissoria, possit illi renuntiare? Dic, quod ex quo decreta remissoria vtrique parti communis est, *l. petenda, in fine, cum ibi notatis per Dd. C. de tempor. in integr. restit.* ideo si is, qui remissoriam petiit, renuntiet, valet talis renuntiatio, quantum ad suas probationes attinet, quantum verò attinet ad probationes aduersarii, cui per remissionis decretũ jus quæsitum fuit, secus *secundum Fran. in cap. ab eo, vers. secundo infertur, de elect. in 6. quem refert & sequitur Seuerol. in tract. de remiss. cap.22. nu.4.*

173 Quæro XVII. An † pendente termino ad probãdum præfixo in literis remissorialibus possit aliquid innouari per judicem, qui remissoriam concessit? Dic quod non regulariter, quia pendente dilatione judicis officium conquiescit, *cap. significante, & ibi gloss. de appellat. l. siue pars, C. de dilat. Seuerol. in tract. de remissor. cap.27. nu.1. & seqq.* vbi hanc regulam dicit procedere in tribus casibus. Primò, quando de jure tertii conlitigantis ageretur. Secundò, quando is, qui remissoriam obtinuit, esset negligens. Tertiò, quãdo judex, qui remissionem decreuit, retinuisset sibi potestatem quandocunque interim judicandi.

174 Quæro XVIII. Quæ sit forma † literarum remissorialium? Dic, quod istæ literæ diuersimode concipiuntur juxta diuersarum Curiarum stylum. Poteris tamen aliquas formulas videre per Spec. *in tit. de teste, §. qualiter autem sint producendi testes, rubr. commissio recipientis testium, post num.* 16. *& sequentem,* vbi bene declarat singula verba ipsius formulæ, *& num.* 23. vbi etiam ponit formulam literarum judicis recipientis remissoriam, & remittentis attestationes, *Luc. Pat. in Pract. Capitol. cap.6. num.*10. *Seuerol. in tract. de remission. capit.23. per totum, Virg. Boccac. in tract. de liter. remissor. cap.*8. *pariter per totum.*

ARGVMENTVM.

Testium examen, an & quando possit per judicem Notarium committi.

SVMMARIA.

*Notarius non potest examinare testes, sed iudex debet illos examinare, num.*175.

*Notarius non potest recipere dicta testium sine iudicis præsentia aut commissione, etiam de consensu partium, nu.*176. *Contra, num.*177.

*Notarius potest examinare testes de commissione iudicis, nu.*178. *& nu.*180. *Licet alii contra, nu.*179.

*Iudex propter multitudinem causarum impeditus, potest Notario testium examen committere, num.*181.

*Et hodie de consuetudine istud impedimentum præsumitur, & ideo de eo aliter non constito, valet talis commissio, num.*182.

*Et an isto casu credatur iudici asserenti se impeditum, nu.*183.

*Iudex potest Notario testium examen committere, quando testium multitudo producta est, nu.*184.

*Notario testanti sibi factam commissionem à iudice examinandi testes, non creditur, num.*185. *contra, num.*186. *& ante requiratur instrumentum particulare huius commissionis, num.* 187.

*Notario causæ creditur testanti commissionem sibi factam à iudice pro examinandis testibus, licet non credatur alteri extraneo nominato, num.*188. *&* 189.

*Notario creditur de commissione sibi facta à iudice pro examinandis testibus, quando in eo loco non adest alius, qui possit se rogare de dicta commissione, nu.*190.

*Notario testanti de commissione prædicta creditur hodie de consuetudine, nu.*191.

Notario licet à iudice possit committi testium examen: Non tamen iudex debet esse facilis ad illud committendum, numero 192.

*Notario non potest iudex committere examen, nisi ex causa, nu.*193. *& hæc causa non præsumitur, nisi probetur, nu.*199. *verum ex multitudine negotiorum & causarum præsumitur causa, num.*195.

*Notario non potest iudex in criminalibus committere examen, sed debet testes per se ipsum examinare, nu.*196. *& contraria consuetudo non valet, nu.*197. *declara, vt nu.*198.

*Notario an possit iudex committere testium examen in causis civilibus, arduis & grauibus, nu.*199. *&* n. 201.

*Et quid in causis matrimonialibus, nu.*200.

QVÆSTIO LXXVII. CAP. IV.

Hactenvs De examine testium extra locum judicii exsistentium committendo pertractauimus, tractãdum modò est de commissione examinis testium, exsistentium in loco judicii, in qua materia omnes * vnanimiter concludunt, † quod testes 175
sunt examinandi à judice, & non à Notario, *text. est in * Auth. vt defunct. seu fune. §. illud etiam, ibi exhibitis testibus, &c. & ibi gloss. in verbo, testibus, ad fin. item gloss. ... in authent. sed iudex, & ibi Salyc. num. 2. vers. oppono contra, C. de Episcop. & cler. item gloss. in authen. apud eloquentissimum, in gloss. 1. in fin. in ver. vltim. solutione contrarii, & ibi Odofred. nu.1. in fin. vers. vel potest dici. Fulgos. post num. 1. versic. in gloss 1. & versic. & si pars contradicat, C. de fide instrumen. Cyn. in l. iuuaices, nu. 1. versic. sed contra, C. eodem. Barto. in l. admonendi, num. 42. & ibidem Iaf. num.208. & sequen. in 2. lect. Rip. num 189. ff. de iureiurand. Bald. in cap. si qui testium, num. 1. versic. scias, quod nullus tabellio, & ibi Ancharan. num. 2. in 1. notab. ante num 1. in 1. notab. extr. de testibus. Felin. in cap. cum causam, num. 6. in 2. conclusione, extra eodem, Specular. in tit. de teste, § nunc tractandum, post num. 2. ... Marsil. in l. 1. §. pluris, num. 11. & sequ. & nuu. 17. ff. de quæstio. & in Pract. §. nunc videndum, num. 30. & in consil. 20. num. 27. & seqq. Boss. in tit. de oppos. contr. test. num. 26. Campeg. de testibus, reg. 285. in princ. Foller. in pract. crim. in verbo, & demum repetantur testes, num. 2.* vbi loquitur in repetitione testium, *Alexan Stiat. in pract. iudic. cap.16. num. 4. & seqq.* vbi bene hanc regulam exornat, *& num.* 18. *ad med. & nu.* 23. *in fin. vers.*

Texto deteriorado e/ou Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

nam ipse quoque, Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. num. 11. & ibi Graua. in addit. nu. 47. & nu. 49. vbi propterea infert, quod si testis coram Notario absente judice falsum dixerit non tenetur de falso, *Caraui. super ritu mag. Cur. 157. nu. 1. Viu. opin. 927. nu. 1. & seqq.* vbi etiam exornat, *& nu. 13. & seqq. & opin. 928. nu. 1. vers. & optime faciunt, Menoch. de recup. perand. possess. remed. 15. nu. 344. & seq. Monticell. in repert. test. rubr. examinatio testium, per quem sit facien. fol. 146. colum. 2. vers. quarto, & folio 147. colum. 1. vers. 4. Rolan. consil. 94. num. 36. lib. 2. &c.*

176 AMPLIATVR hæc † communis cõclusio, vt Notarius non possit recipere dicta testium sine iudicis præsentia aut commissione, etiam de consensu partium, *secundum Marsil. in cons. 2. nu. 30. Rolan cons. 94. nu. 38. lib. 2. Viu. post Bald. & Ias. in locu per eum relatis, d. opin. 927. nu. 13.*

177 Contra tenet Ias. *in l. admonendi, † in 2. lect. num. 213. vers. sed hoc vltimum, ff. de iureiurand.* ea motus ratione, quia si partes possunt ex toto remittere iuramentum testi, *cap. tuis, extr. de testib. gloss. in l. iurisiurandi, & ibi Bart. C. de testibus.* tanto fortius possunt consentire, quod non noceat præstatio juramenti recepta per Notarium, vel aliàs minus solemniter facta, *argum. reg. l. 1. in princ. Cod. de rei vxor. action. & ita pro hac contraria opinione alleg. Alexand. in l hac consultissima, §. fina. colum. 4. C. de testam.* Et hanc contrariam Iasonis opinionem relato & reprobato contrario argumento defendit Rip. *in d. l. admonendi. nu. 190.*

178 Difficultas † aliqua videtur consistere, an scilicet possit judex hoc testium examen & iuramentorum receptionem ipsi Notario committere, &c. & quidem magis * communiter * receptum est posse, *prout videtur text. & ibi notant omnes. & etiam gloss. in cap. 1. in verbo, eorum nuntio, de testib. cogend. & præcipue Bald. num. 1. Butr. num. 3. in 2. notab. Imol. ante num. 1. vers. item nota, quod articulus receptionis testium est delegabilis, Ancharan. num. 4. versic. ex quo colligo, Anan. num. 2. in 1. notab. Abb. num. 1. in 3. notab. Cyn. in l. iudices, num. 1. vers. tu dicas, & ibi Fulgos. post princ. versic. nota examinationem testium per iudicem posse aliis committi, Castr. num. 5. C. de fide instrum. Alber. in authen. sed iudex, num. 1. C. de Epis. & cler. vbi latè comprobat, Bald. in l. ad personas, in princ. ff. de iureiurand. idem Bald. in cap. si qui testium, num. 1. versic. scias, quod nullus tabellio, & ibi Ancharan. num. 2. in fin. versic. secundo nota, Aretin. num. 2. in 2. notab. extr. de testibus. Anan. in c. cum causam, nu. 2. & ibi Felin. nu. 28.* vbi quod quicquid sit de iure, hodie de consuetudine ita seruatur propter multitudinem agendorum, *eodem tit. de testibus, Aretin. in cap. tuis, num. 21. extr. eodem, vbi testatur de * communi, Pract. Lanfranc. in tract. de testibus, num. 19. vbi testatur de * communi opinione Dd. in ciuilibus, Campeg. de testibus, reg. 285. in 1. fallent.* vbi ex Castr. quem allegat dicit, * quotidie ex communi * stylo obseruari, quod iudex cõmittit testium examen Notario, & talis commissio valet, *& reg. 286 in princ. Roman. sing 397. vers. sicus. quod licet in causa ciuili. Marsil. in l. 1. §. plurimum, num. 14. & nu. 20. ff. de quæst. Stiat. in pract. iud. cap. 16. nu 17. Vestr. in pract. lib. 6. c. 2. nu. 15. & ibi Graua in addit. num. 47. Viui opin. 927. nu. 17. vbi de communi, * Menoch. de recuper. possess. remed. 15. nu. 350. * vbi de magis commun, * & seruata opinione, Monticell. in repertor. test. rubr. examinatio testium coram quo committ. fol. 164.*

179 *col. 1. vers. 5.* Et licet † contrarium, quod scil. iudex non possit Notario committere iuramentum deferendum testi, dixerit *post Gloss. & alios quos allegat Lanfranc. de testibus nu. 17. Marsil. in d. l. 1. §. plurimum, nu. 17. in fin. ff. de qq.* vbi refert Io. Andr. & Ancharan. reprehendentes iudices, qui committunt Notariis examen testium, quia debent eos examinare in propria persona, *relati per Alexan. Stiat. vbi supra cap. 16. sub nu. 4. in seqq. & sub nu. 21.* Tu tamen non recedas à prima opinione, quæ ficut dixi, * magis * communiter à Dd. recepta est, *& in praxi* & in praxi vbique locorum, ni fallor, magis seruatur,

180 REGVLAM † itaque ex præmissis in hoc quarto Capite, in hunc modum constituo, quod licet Notarius non possit ex se ipso testium iuramenta recipere, & eos examinare, hæc tamen potest de iudicis mandato & commissione.

181 AMPLIA I. Hanc regulam procedere, † quando iudex propter multitudinem causarum, aut alias propter publicas occupationes est impeditus testes examinare; Tunc enim eo minus dubitandum est, quin possit eorum examen Notario committere, *secundum Bald. post Nicol. de Matarell. quem allegat in Authen. num. 1. versic. aut sunt præsentes, Cod. de fide instrument. gloss. in Authen. sed iudex, in gloss. 1. in princ. & ibi etiam Alber. num. 1. vbi hanc ampliationem latè comprobat Salycet. post num. 2. versicul. oppono contra, Cod. de Episcop. & cleric. Anan. in cap. cum causam, num. 2. versic. & etiam, quando iudex est aliis occupatus, extra de testibus, Marsil. in l. 1. § plurimum, num. 19. ff. de quæst. Capic. decisio. 90. post num. 6. Foller. in pract. criminal. in verbo, & demum repetantur testes, num. 3. ver. vel nisi esset iudex impeditus.*

182 AMPLIA rursus † præcedentem primam ampliationem in tantum esse veram, & à consuetudine approbatam, vt hodie multitudo causarum, & impedimentum præsumatur, valeatque propterea hæc commissio etiam non constito de dicto impedimento, *secundum Salyc. in dict. auth. apud eloquentissimum, num. 1. post med. versic. & ista causa semper præsumitur, C. de fide instrument. & in Authen. sed iudex, num 3. C. de Episc. & cler. Capic. decisio. 90. sub num. 6. Campeg. de testibus, reg. 286. in 3 fallent.* vbi post Salycet. quem allegat dicit, quod hodie in ciuilibus de consuetudine etiam sine isto impedimento fit commissio examinis testium. Quod & ibidem voluisse videtur Alexand. Stiat. *in pract. iudic. cap 16. num. 20. Viu. opin 927. num. 17. Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. nu. 12.* vbi quod in Romana Curia, propter multiplicitatem negotiorum, passim iudices committunt Notariis receptionem, tam juramenti, quàm examinis testium, parte tamen citata, & non aliàs, & quod hæc consuetudo non abhorret à dispositione iuris communis, *vt sic per eum.* Et † vide etiam in proposito Menoch. *in tract. de recup possess. remed. 15.* vbi declarat, an & quando isto casu iudici asserenti se impeditum credatur.

184 AMPLIA II. Eandem regulam, † (& hæc ampliatio venit illatiuè ex præcedenti) vt multò magis possit iudex alteri committere examen testium, quando eorum magna copia producenda est, *ita Butr. in caput. cum causam, nu. 2. in fin. extr. de testibus.*

185 LIMITA I. Prædictam regulã, † vt licet iudex possit Notario committere testium examen, non tamen credatur ipsi Notario testanti de huiusmodi commissione sibi facta, *secundum Bald. in l. iudices, num. 1.* vbi latè hanc defendit opinionem reprobata cõtraria Bart. opinione & distinctione, *C. de fid. instrum. idem Bald. in l. ad personas, vers. sed an commissarius scribit suam commissionem, ff. de iureiurand. Hostien. Ioan. Andr. Bald. Butr. Abb. Imol. Felin. Paris. & Bero. in cap. quoniam contra falsam, extr. de probatio. Marsil. in l. 1. §. plurimum, nu. 26. & seqq. ff. de quæst.* vbi *testatur de communi * opinione, Cagnol. in l. si librarius, nu. 46.* * qui etiam de communi sententia fidem facit, *ff. de reg. iur. Afflict. in titu. si de inuestit. inter dom. & vasall. cap. 1. num. 65. versicu. & scias, quod de ista commissione, idem Afflict. decisio 217.* vbi quod ita iudicauit consilium Neapolitanũ, *Campeg. in tracta. de testibus, regul. 286. in 4. fallent. Io. Ioseph. Lanberteng. in tract. de contract. eorum. gloss. 14. num. 43.* vbi plures alios refert concordantes de cõmuni * & magis * communi opinione testantes, *& num. 47. in princip.* vbi dicit, hanc opinionem in practica sequendam esse, *Beminten. decis. Bon. 74. num. 2. Alex. Stiat. in pract. iudic. cap. 16. num. 21. & 22. vbi etiam videtur testari de magis comm. opinione, Graue, Granat. ad Vestr. in pract cap. 2. numer. 47.* vbi etiam aliis * relatis testatur de communi * opinione, à qua dicit non esse recedendum. Et hanc eandem limitationem consulendo sequuti sunt Ruin. *consil. 15. requisitus per Dominos, colum. penult. num. 8. lib. 4. Paris. consil. 125. viso processu, colum. penult. vers. prim. quia non constat, numer. 28. lib. 1. Cephal. cons. 113. incip. Notarius, col. 2. num. 4. & 5. lib. 1. Roland. consil. 94. num. 33. in fin. & seqq. lib. 2. vbi aliis relatis testatur de * magis communi, * & magis recepta opinione.* Et ab hac opinione & limitatione non video, quomodo tuto recedi possit.

186 Quamuis † contrarium, quod imo credatur Notario, testanti de commissione sibi facta pro examinandis testibus, voluerit Innocent. *in d. cap. quoniam contra, circa princip. de probat.* qui ita consuetudine seruari testatur, *Bart. in l ex sententia, circa med. versicu. induco istam legem, ff. de testament. tut. Angel. in l. sciendum, in repetitione posita, in fin. titul. circa princip. versicul. limitat hoc Bartol. &c. & ibi etiam Claud. Aquen. colum. 2. versicul. vltim. ff. de verborum oblig. Aretin. in § item propter inimicitias, in fin in tit. Instit. de excusat. tutor.* vbi hanc Bartoli opinionem communiter dicit approbari, quotidieque in Palatiis obseruari, *Alexand. Dec. & Abb. in locis relatis per Lanberteng. vbi supr. d. gloss. 14. num. 46.*

187 Et † retenta hac contraria Innoc. & Bart. opinione, an isto casu requiratur particularis actus, & particulare instrumentum huius commissionis, an vero sufficiat de dicta commissione per ipsum Notarium mentionem fieri, verbis tantum enuntiatiuis, vide Alexan. Afflict. & Deci. *in locis relatis per Lanberteng. vbi supr. d. gloss. 14. nu. 47. in fin.*

188 SVBLIMITA I. Hanc † primam limitationem procedere, quando iudex committit examen non Notario causæ, sed alteri extraneo, secus autem, si examen committatur Notario causæ: tunc enim illi credendum esse de huiusmodi commissione sibi facta, relatis hinc inde contrariis, distinguendo tenet Salyc. *in auth. apud eloquentissimum, n. 2. C. de fide instrum.*

189 Sed † certe hæc sublimitatio & distinctio est contra omnes Dd. relatos *supr. n. 58.* qui simpliciter loquuntur etiam in Notario causæ.

190 SVBLIMITA † eandem primam limitationem, vt non procedat, quando in loco commissi examinis non adest alius Notarius, qui possit se rogare de dicta commissione, quam ille, cui examen est commissum: tunc enim creditur ei de dicta commissione sibi facta. Ita declarat idem Bald. *in d. l. ad personas, vers. sed an commissarius scribet suam commissionem, ff. de iureiur. nec dissentiunt. Fely & Marsil. in locis relatis per Lanberteng. d. gloss 14 post num. 47.*

191 SVBLIMITA III. Vt † quicquid sit de iure, de cõsuetudine apud nos seruatur, vt idem Notarius causæ, cui examen testium committitur, parte citata, vt supra admonui, scribat in libro actorum decretum iudicis, super commissione receptionis iuramentorum testium, & illorum examinis, & huic decreto sic scripto, etiam testibus non adhibitis, cum sit actus iudiciarius, in quo testes non adhibentur, plene creditur, & in criminalibus, quando testes examinãtur pro informatione Curiæ, parte non citata, sufficit, quod Notarius in principio examinis asserat se examinare de mandato Domini, & huic assertioni pariter plene creditur.

192 LIMITA II. huius †, quarti capitis propositam regulam, quia etsi iudex possit Notario testium examen committere, non tamen debet esse facilis ad illud committendum, sed debet per seipsum examinare, si poterit, *secundum Specul. in tit. de teste, §. qualiter autem, n. 22. in fin. vers. non tamen debet iudex nimis facilis esse, Butrig. in cap. si quis testium, nu. 5. in fi. extr. de testib. Abb. in cap. cum causam, num. 12. ad fin. extr. eodem,* vbi reddit rationem, quia scilicet tota vis causæ consistit in probationibus, *Alexand. Stiat. in pract. iudic. cap. 16. num. 4. & seqq.* vbi plura allegat in proposito, redarguendo iudices, qui contrarium faciunt.

193 LIMITA III. prædictam † regulam, vt scilicet iudex possit committere Notario testium examen non simpliciter & indistincte, sed ex causa, *secundum Bald. in l. ad personas, in princip. ff. de iureiur.* secus autem sine causa, *secundum Butr. in cap. cum causam, num. 2. in 1. notab. & ibi etiam Anan. num. 2. vers. tamen sine causa illud facere non debet, extr. de testib. Boss. in tit. de oppositi. contra test. num. 26. in fin. versic. & sic non ex causa, Marsil. in l. 1. § plurimum, num. 20. ff. de quæst. vbi, quod ista est communis * conclusio, Alexand. Stiat. * in pract. iudic. cap. 16. num. 16.* vbi amplius, quod talis commissio debet fieri cum cognitione causæ, *& numer. 18. Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. numer. 12. vers. & hoc, vbi iusta subsit causa, & ibi Graua. in addit. num. 51. Seuerol. in tract. de remission. cap. 20. num. 10. Octau. Caccheran. consil. 64. num. 21. ad finem,* vbi amplius, quod † causa non præsumitur, nisi probetur. 194

Sed † contra hoc vltimum, quod imo propter multitudinem negotiorum & causarum, præsumatur causa, voluit Felyn. *in d. cap. cum causam, post num. 30. vers. videtur dicendum, quod in dubio præsumatur causa, &c. extr. de testib.* Imo secundum Campeg *in tract. de testib. reg. 286. in 3. fallent.* in ciuilibus, & de consuetudine, etiam sine causa committitur examen testium, & vide ad comprobationem præmissorum, quæ dixi *sup. n. 182.* 195

LIMITA IV. In † criminalibus, in quibus iudex non potest testium examen Notario committere, quicquid secus sit in ciuilibus. *gloss. in cap. in verbo, eorum nuntio, vers. vel intellige illud in criminali, de testib. cogend. & ibidem Hostiens. num. 5. ad med. vers. vel illud in criminalibus, Bald. numer. 1. Butrig. sub num. 8. Ancharan. in cap. si qui testium, numero 3. & ibi communiter * omnes in locu per me relatis infr. numero 235. extr. de testib. Abb. in cap causam, num. 22. post medium, vers. ad egregiam. amen personas, & ibi Felyn. num. 21. vers. prima conclusio, extra, eodem, gloss. in clemen. vnica, in verbo, cuali & ibi etiam Imol. sub num. 13. & 14 vbi de materia, de offic. delegat. Ripa in l admonendi. num. 189. ff. de iureiurand. Specul. in tit. de teste. §. nunc tractandum, numer. 2. vers. in criminali vero, Lanfranc. de testib. num. 19. vers. in criminali autem non, Boss. in tit. de oppositi. contra test num. 26. vers. & in effectu in criminalibus, & vers. in iurisdictione vero, Campeg. de testib. reg. 286. in 1. fallent Diaz. reg 747. in princip. Roman. singul. 397. num. 1. versic. sed an habeat locum in causa criminali, Angel. de Malef. in verbo, qui iudex statuit terminum, num. 23. vers. & etiam potest opponi, & ibi August in addit. num. 33. Afflict. in tit si de inuestitur. inter domin. & vasall. cap. 1. numer. 54. vers. sed in criminalibus, Marsil. in pract. §. nunc videndum, num. 30. & in l. 1. §. plurimum, num. 11. & seqq. ff. de quæstionib. Foller. in pract. crimin. in verbo, & demum repetantur testes, num. 3. Caranit. super ritu magn. Cur. 157. num. 3. & seqq. Viu. opin. 928. nu. 1. vbi de communi, * Monticell. in repert. test. in rubr. testes in crim. quando recipiantur, fol. 356. colum. 2. ver final. & fol. 357. colum. 1. vers. 1. & in pract. reg. 10. num. 16. & hanc limitationem latissime consulendo comprobat Olasc. consil 64. nu. 20. & seqq. vbi alia relatis concordantibus testatur de communi * Dd. opinione.* Et vide ad comprobationem huius limitationis, quæ in simili de remissione extra locum iudicij dixi, *n. 71.* 196

AMPLIA, Præcedentem † limitationem in tantum veram esse, vt nec consuetudo in contrarium valeat, *secundum Felyn. in cap. cum causam, numer. 21. vers. proxima conclusio, extr. de testib. Addent. ad Abb. in cap. 1 num. 7 litera A. in prin. de testib. cogen. Augustin. ad Ang. de Malef. in verbo, qui iudex statuit terminum, n. 33.* 197

SVBLIMITANDO † hanc quartam limitationem hic, vt supra, ampliatam, aduerte, quia non est verum, quod in causa criminali nullo pacto possit committi testium examen, sed bene verum est, quod non de facili debet fieri talis commissio. Ita declarat Imol. *in d. loco* 198

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

vnica, num.13. ad fin. ff. de offic. delegat. Lanfranc. in tract. de testibus, num.19. ad fin. vers. item & secundo, vbi quod secundùm Doct. iudex potest delegare examen testium, etiam in causa criminali propter multitudinem negotiorum, *Angel. de Malef. in verbo, qui iudex statuit terminum, num.23. vers. quod est verum.* Vbi quod etiam in criminalibus fit commissio ex iusta causa, vtputa, si iudex fuerit impeditus, *& Angelum refert & sequitur Foller. in pract. crimin. in verbo. & demum repetantur testes, num. 3. Carauit. super ritu magnæ Curiæ, 157. num.6.* vbi idem & generaliter, quando iudex esset justo impedimento impeditus, puta, absentiæ, infirmitatis, vel alterius occupationis, *Viu. opin.928. num. 4.* vbi pariter loquitur, quando iudex est impeditus, *Mille. in pract. in verbo, reuocatus, num. 5. fol. 101. secundum paruam impressionẽ, & secundum aliam, fol.81.* Et in proposito vide Magistralem doctrinam Boss. *in titul. de oppos. contr. testes, num.26. in fin.* vbi dixit, quod in criminalibus Notario fit commissio examinis testium, non ex causa simpliciter, prout in ciuilibus, sed ex causa necessaria, Clar. *in pract. §. fina. quæstio. 26. in princ.* vbi apud eum, quod testes plerunque à judicibus, & plerunque à Notariis de commissione judicis in criminalibus examinantur, & ex stylo illius prouinciæ testes pro informatione Curiæ recipiuntur à Notariis, sine alia commissione. Testes verò ad defensam, vt plurimum recipiuntur ab ipsis iudicibus, quia eo casu maior est fraudis suspicio: Sed apud nos tam testes pro informatione Curiæ, quam ad defensam recipiuntur à Notariis regulariter, quandoque tamen ab ipsis iudicibus, secundum quod ipsi iudices, vel propter causæ importantiam, vel propter suspicionem subornationis ita arbitrati fuerint.

199 LIMITA V. In causis † ciuilibus, arduis & grauibus, in quibus nõ posse Notario testium examen committi, scripserunt Rip. *in l. admonendi, num.189. ff. de iureiurand. Campeg. de testibus, reg. 286. in 10. fallen. post gloss. & Bald. in locis per eum relatis, Grauat. ad Vestr. in pract. lib. 6.*

200 *cap. fin. num. 11. vers. quod planè*, vbi † infert ad causas matrimoniales, & testatur de communi * Doctorum opinione, *Monticell. in repertor. testium, in verbo, examinatio test. an delegab. in ciuil. fol. 161. colum. 2. vers. 1. post Afflict. & Capic. quos allegat.* Et faciunt quæ in simili de remissione examinis ad partes dixi *supr. in 1. huius quæstio. cap. num. 55.*

201 Verùm † hanc limitationem esse declarandam crederem *secundùm ea quæ mox dixi supr. num. 198. &c.* aliàs esset fortè irrationalis, cùm contrarium de directo, quod imò in causis matrimonialibus, & aliis quantumcunque grauibus, possit fieri per judicem commissio examinis testium, expresè tenuerit Bald. per illum tex. *in cap. 1. sub num. 1. de testibus cogend. Butr. ibid. num. 8. vers. vel dic. Imol. ante num. 1. versica. item nota, quod articulus, Anan. num. 2. in primo notab. Abbas num. 1. in 3. notab. Felin. num. 10.*

ARGVMENTVM.

Testes an & quando possint seu debeant in eorum domibus examinari, absque eo, quod ad iudicem venire cogantur, & quid præsertim de egregiis personis, senibus, infirmis, aut aliàs impeditis, & similibus.

SVMMARIA.

Regula sit, quod egregia persona non coguntur venire ad se examinandum coram iudice, sed iudex mittit Notarium ad eorum domos, num.202.

Amplia primò in omnibus personibus illustribus, & illustrissimis, num.203.

Amplia 2. vt iudicis arbitrio remittatur, quæ dicantur egregiæ personæ, num.204.

Amplia 3. in personis nobilibus & pauperibus, nu.205.

Amplia 4. in pauperibus tantum, licet non nobilibus, num.206. contra, num.207. concorda, vt num.208.

Amplia 5. etiam in nobilibus, & non pauperibus, nu.209.

Amplia 6. in omnibus testibus in dignitate constitutis, nu.210.

Amplia 7. in Episcopis, num.211. & seqq. vbi etiam de Cardinalibus.

Amplia 8. in Sacerdotibus & Diaconis, nu.213.

Amplia 9. in Doctoribus, nu.214. & quid in aliis, qui sunt de familia Doctorum, num. 215. & seqq. & quid in Licentiato, nu.218. & quid in Doctore suris Canonici, num.219. & quid in Doctoribus actu non legentibus, nu. 220. & quid in Doctoribus exercentibus officium procuratoris, nu.221. & seq.

Amplia 10. in militibus, nu.223.

Amplia 11. in mulieribus nobilibus vel honestis matronis, numero 224.

Amplia 12. in infirmis & valetudinariis, num. 225. Declara, vt num. 226.

Amplia 13. in senibus, num.227. Declara, vt nu.228.

Amplia 14. in omnibus quomodocunque, & qualitercunque impeditis, num.229.

Amplia 15. etiam in arbitro, qui tenetur mittere Notarium ad domum egregiarum personarum, num. 231. Contra, numero 234.

Limita 1. in criminalibus, num. 235. Sublimita duobus modis, vt num. 236. & seq.

Limita 2. in causis ciuilibus, magnis & arduis, num. 238. Declara, vt num. 240.

Limita 3. in causis matrimonialibus, nu. 239.

Limita 4. quia possunt egregiæ personæ earum priuilegio renuntiare, nu. 241. & 243. Licet alii contra, nu. 242.

Limita 5. quia citanda est pars, quando iudex interloquitur, remittendum esse Notarium ad domum egregiarum personarum, num. 244.

QVÆSTIO LXXVII. CAP. V.

202 REGVLA sit † in hoc Quinto Capite, quod personæ egregiæ non coguntur venire ad se examinandum coram iudice, sed iudex mittit Notarium ad eorum domos pro illis examinandis, (& sic iste est alius casus, in quo iudex committit Notario examen testium) *textus est expressus in l. ad personas, & ibi Odofred. Ang. Paul. de Castro, Rom. Alex. & Ias. omnes in summario, ff. de iureiurand. idem & textus in auth. sed iudex* (qui tamen verè loquitur in Episcopo, de quo dicam infra) *& ibi Odofred. num. 2. Salyc. nu. 3. in fin. vers. quærit gloss. C. de Episcop. & cler. Bart. in auth. apud eloquentissimum, in secunda lectura, num. 3. vers. fallit in personis egregiis, C. de fide instrument. gloss. in cap. si qui testium, in verbo, valetudinarius, & ibi Butr. num. 5. Cardin. Zabarell. in princip. vers. in gloss. 1. Abb. num. 2. ad medium. vers. oppono, & videtur regula, & num. 4. Felyn. num. 6.* vbi † extendit hanc regulam ad omnes 203
personas illustres, & illustrissimas, *extra de testibus, alia gloss. in cap. 1. in verbo, eorum nuntio, de testibus cogend. & ibi etiam Butr. nume. 8. Abb. in cap. cum causam, num. 22. post medium, vers. ad egregias tamen personas, extra eodem, Specul. in titu. de teste, §. qualiter autem, num. 22. vers. vel alias est egregia persona, Federic. Schenck. in tracta. de testibus, nume. 9. vers. ita & ius ciuile, Lanfranc. de testibus, num 17. ad finem, Campeg. de testibus, reg. 288. in tertio casu, Roman. singul. 397. incip. personæ egregiæ, Vestr. in pract. lib. 6. cap. 2. num. 13. & ibi Grauat. in addit. num. 52. & cap. fin. num. 11. in princip. Carauit. super ritu magn. Cur. 156. nu. 7. Menoch. de recuperan. possess. remed. 15. num. 359. Boccac. in tract. de liter. remissor. cap. 2. num. 26. Mascard. de probatio. lib. 1. in præfat. num. 42. vers. nec id etiam.*

AMPLIA I. hanc † regulam, vt egregiæ personæ di- 204
cantur nõ solum illæ, de quibus dicam in specie infra in sequentibus ampliationibus, sed etiam alias iudicis arbitrio, *secundum Grauat. in addit. ad Vestr. in practic. libr. 6. cap. fin. num. 11. in fin. vers. cæterum quæ dicantur personæ egregiæ, & c. ex Dec. quem allegat in cap. sedes, num. 7. de rescript.* vbi concludit, quod arbitrio iudicis committitur, quę personæ dicantur digniores, & ibi testatur de * communi opinione.

205 AMPLIA II. Eandem † regulam multo magis procedere in personis, non solum nobilibus & honestis, sed etiam pauperibus simul, qui propter eorum paupertatem & vestimentorum penuriam reputãt sibi dedecori exire domum: tunc enim ad eos examinandum iudex mittit notarium ad eorum domum, *text. est in c. si qui testium, ibi, aut paupertate depressi, & ibi gloss. in verbo, paupertate, Hostiens. nu. 2. in verbo, aut paupertatem, Henric. Boyc. post nu. 3. vers. aut sunt nobiles, Bellam. nu. 2. vers. aut sunt nobiles, Bald. nu. 1. in fin. & num. 10. Butr. nu. 7. vers. dicit glossa, Ancharan. nu. 3. vers. 3. nota, Card. Zabarell col. 1. in prin. & d. col. 1. in fin. vers. oppono ad hoc, Abb. ante num 1. in 2. notab. & nu. 8. extra, de testibus, Aretin. in l. ad personas, nu. 2. & ibi Alexand. post num. 5. ff. de iureiurand. Specul. in tit. de teste, §. qualiter autem, post nu. 22.*

206 AMPLIA III. Vt † eadem regula procedat, non solum in personis nobilibus & pauperibus simul, vt supra in præcedenti ampliatione, sed etiam in pauperibus tantum, & non nobilibus. Quod enim sola paupertas absque nobilitate sufficiat ad hoc, vt iudex mittat notarium ad domum testis, ad illum examinãdum, videtur de mente text. *in dict. cap. si qui testium, ibi, aut paupertate depressi, extra, de testibus,* cum nullam faciat mentionem de nobilitate, & propterea plures ex Dd. allegatis, supra, in præcedenti ampliatione simpliciter de pauperibus loquuti sunt, *prout etiam loquuntur Federic. Schenck. in tract. de testibus, nu. 9. Campeg. reg. 288. vers. dic primo, Mascard. de probat. lib. 1. in præfat. nu. 42.*

207 Contra, quod † sola paupertas sine nobilitate non sufficiat, vt iudex debeat mittere notarium ad testes examinandos in eorum domibus, si in loco iudicii degant, si vero extra locum iudicii sint, vt eorum examen ad iudicem loci, vbi degunt, remittat, voluerunt Henr. Boyc. *in d. cap. si qui testium, num. 3. in princ. Bellamer. num. 2. in princ. Butr. nu. 7. in princ. Abb. ante num. 1. vers. & nota bene, extra, de test. bus.*

208 Pro † concordia potes dicere, quod sola paupertas sine nobilitate sufficit, vt iudex mittat Notarium ad domum test.s duobus concurrentibus. Primo, vt testis ipse sit honestæ vitæ, licet non nobilis. Secundo, vt sit taliter pauper, quod propter vestimentorum penuriam reputet sibi dedecori exire domum, *iuxta ea, quæ dixi præcedenti ampliatione*, vel etiam sit ita pauper vt habeat laborare in domo pro expensis suæ familiæ, & si recederet, nihil lucraretur, & familia periret, *secundum Butr. in dict. cap. si qui testium, num. 7. in fin. vers. puto, quod posset intelligi.* Et ita potest procedere proposita quarta ampliatio, & prima opinio: Secus autem, si non esset honestæ vitæ, vel ita pauper.

209 AMPLIA IV. Vt † dicta regula procedat in testibus nobilibus, etiam quod non sint pauperes, vel tales, qui propter verecundiam non possint ad iudicem venire, *secundum Ias. in l. ad personas, num 8 ff. de iureiurand.* reprobata contraria opinione glossæ, *in capit. si qui testium, de testibus.* Et sic, quod sola nobilitas faciat quem egregiam personam, videtur voluisse Carauit. *super rit. magn. curia, 142. nu. 7.* vbi dicit, egregias personas esse omnes Illustres, & Illustrissimos, *de quibus per gloss. & Angel. in l. ff. de offic. eius, quod & ante eum voluit Felyn. in dict. cap. si qui test. nu. 6. & idem voluit Viu. opin. 928. nu. 11.*

210 AMPLIA V. Et generaliter † in omnibus testibus, qui sint in dignitate constituti, vel tales, quod eos non deceat ad iudicem venire, *secundum Spec. in tit. de teste, §. qualiter autem, post num. 22. Campeg. reg. 285. in 1. fall. vers. & maxime vbi persona, Carauit. super tit. magnæ cur. 142. nu. 7.* vbi, quod quilibet in dignitate constitutus dicitur egregia persona, *Viu. opin. 928. num. 10. & consulendo tradit Gramm. consil. 41. num. 18. in fin.* Et vide in proposito, quæ in simili dixi *supr. num. 100.*

AMPLIA VI. Etiam † in Episcopis, quos si examina- 211
re contigerit, iudex mittit notarium ad eorum domos, *text. est in authent. sed iudex, & ibi * communiter notant * omnes, C. de Episc. & cler. gloss. in l. ad personas, in gloss. 1. in princip. & ibi Odofred. in verbo, ad personas, Bart. num. 1. Alber. ante num. 1. ff. de iureiurand. Specul. in tit. de teste, §. qualiter autem, vers. vel Episcop. Carauit. super rit. magn. curia, 142. nu. 7. vbi de Episcopo & Cardinale, Virgil Boccac. † in tract. de liter.* 212
remiss. cap. 2. nu. 27. Mascard. de probat. lib. 1. in præfat. nu. 42. ad fin. vide quæ dixi in seq. qu. nu. 79.

AMPLIA VII. Vt inter † egregias personas ad pro- 213
positum connumerentur, nedum Episcopi & Cardinales, vt in præcedenti ampliatione, sed etiam sacerdotes & Diaconi, ad quos examinandum iudex ad eorum domus mittere debet Notarium, *secundum Ioson. in leg. ad personas, nu. 8. in fin. vers. in 1. parte, & ibi Alex. num. 6. ff. de iureiur. Anton. de But. in c. si qui test. nu 5. vers. de Presbytero, & ibi Abb. nu. 6. & Aret. nu. 5. extr. de test. Kom. sing 397. in princ.* vbi simpliciter loquitur de clericis.

AMPLIA VIII. Etiam † in Doctoribus, qui non 214
coguntur venire ad iudicem, ad se examinandum: Sed pariter ad eorum domum idem iudex mittit Notarium, *secundum gloss. in l. ad personas, in gl. 1. vers. idem de legum Dd. & ibid. Odofred. vers. & idem est in professoribus iuris ciuilis, Alber. nu. 4. in fin. Aret. nu. 3. Ias. nu. 10 ff. de iureiur. Anton. de Butr. in cap. si qui test. num. 5. & ibi etiam Abb. pariter, num. 5. Felyn. nu. 5. in fin. vers. & dicitur Doctor, extra, de. est. Carauit. super rit. magn. cur. 142. nu. 7. Viu. opin. 928. nu. 10.* Et faciunt pro hac ampliatione scripta per Iacob. Benium *in tractat. de priuileg Iurisconsl. part. 3. priuileg. 56. nu. 1. & seqq.* vbi pluribus probat, Dd. inter nobiles connumerari, & nobilium priuilegiis frui, & *Priuileg. 64. nu. 1. & seqq.* vbi pariter Dd. in dignitate constitutum dici pluribus demonstrat, & *priuileg. 66.* vbi in specie, quod Doctor gaudet priuilegio, *l. ad personas, ff. de iureiuran.*

AMPLIA I. Hanc † octauam ampliationem, vt 215
procedat non solum in ipsis Dd. sed etiam in aliis, qui sunt de familia Dd. *secundum gloss. in d. l. ad personas, in gl. 1. vers. idem de legum Dd. & † eorum familia, & ibi Roman. nu. 1.* 216
ff. de iureiur. Sed in hoc vide distinctionem Aretini *in d. leg. ad personas, numer. 3.* vbi dixit, quod † famuli vel serui 217
Dd. non gaudent hoc priuilegio, sed tantum eorum filii, nepotes, & similes, & nihilominus hoc priuilegium quoad familiam Dd. non seruari de consuetudine, testati sunt Angel. *in eadem leg. ad personas, num. 3. vers. in ea gloss. Iason post num. 11. Alexand. num. 1. in fine, ff. de iureiurand.*

AMPLIA II. Dictam † octauam ampliationem et- 218
iam in licentiato, *Ias. in leg. ad personas, nu. 11. ff. de iureiuran. Carauit. super ritu magnæ curiæ, 1, 2. nu. 9.*

AMPLIA III. Tam in Dd. iuris † ciuilis, quam iu- 219
ris Canonici, Alber. *in l. ad personas, nu. 4. in fin. & ibi etiam Ias. num. 10 ff. de iureiur.*

AMPLIA IV. Eandem † octauam ampliationem 220
etiam in Doctoribus actu non legentibus, *secundum Aret. in dict. leg. ad personas, num. 3. & ibi Ias. num. 10.* vbi ampliat etiam in aduocatis reipublicæ, vel fisci, vel in auditoribus sacri Palatii (licet quoad alios Dd. actu non legentes alleget pro & contra) Alexand. *post num. 6.* vbi loquitur in Aduocato deputato de publico, etiam quod officium sit finitum, *Grauat. ad Vestr. in practic. libr. 6. cap. final. numer. 12. vbi post alios, quos allegat, testatur de * communi opinione, Carau. super ritu magnæ curiæ, 142 nu. 7 & 8.* vbi de Auditore sacri Palatii, & de Aduocato fiscali, * *

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

siue etiam alio Aduocato non fiscali, *& ibi testatur de communi*, Vin.opin.628.num.10. vbi pariter loquitur de Auditoribus Sacri Palatii.

221 LIMITA in Doctoribus, † qui gerunt officium Procuratoris, cum illud vile sit, vsque eo, vt nobilitas amittatur, *l.vniuersos, & l.si quis Procurationem, & vtrobique scribentes, Cod. de Decurion. lib.* 10. Hinc propterea, cum tale Procuratoris officium vile sit, illud infamibus exercere iure ciuili non denegatur, *secundum gloss. Bartol. & Bald. in l.1.§.hoc edicto, ff. de postulan. Tiraquell. de nobilitat. cap.*30.*nn.*2. ita per has rationes in terminis hanc limitationem posuit Grauat.ad Vestr. *in pract.libr.*6.*cap fin. post*

222 *num.*12. *verfic.quam quidem communem opinionem*, vbi † tamen sublimitat, nisi statuto aut vsu aliter receptum esset, sicuti Romæ, vbi primores etiam Iurisconsulti Procuratoris munere funguntur, sicque sordidum in Vrbe haudquaquam tale munus est, sed nobile, quemadmodum Aduocatorum est officium, *l.prouidendum, Cod. de postulan. cum aliis ibi allegatis, per eum, quem etiam refert, & sequitur Iacob. Beniur. in tract. de Priuileg. Iurisconsult. part.*2. *in præfat.nu.*10.*& seqq.* vbi etiam bene comprobat hanc limitationem.

223 AMPLIA IX. Et principaliter † propositam regulam etiam in militibus, qui propterea cum dicantur egregiæ personæ, ideo iudex ad eos examinandum mittit ad eorum domum, *Ias. in leg. ad personas, num.*1. *verfic. secundo aduerte, ff. de iureiurand. Roman. sing.*397. *in princip. Viu.opin.*928.*num.*10. *Virgil. Boccac. in tract. de Ister. remissor. cap.*20.*nu.*29.

224 AMPLIA X. In † mulieribus nobilibus, vel honestis matronis, quas cum non deceat ad iudicum subsellia venire, hoc ideo ad illas examinandas mittitur notarius ad earum domus, *secundum gloss. in l. ad personas, in gloss.*1. *verfic. idem de Domino, & ibi Odofred. verfic. & idem est in honesta matrona, Paul. de Castro, nu* 1. *verfic. item in mulieribus, Rom. num.*2. *Ias. nu.*9. vbi limitat duobus modis, *ff. de iureiurand. Bald. in cap. si quis testium, num.*2. *in fin. verfic. item ad mulieres, extra, de testibus, Specul. in tit. de teste, §. qualiter autem, nu.*22. *verfic. vel est honesta mulier, Lanfran. de testib. nu.*17. *in fin.* vbi simpliciter loquitur de mulieribus, quæ ad iudicem inuitæ trahi non debent, *per text. in cap. mulieres, de iudic. lib.*6. *Graual. ad Vestr. in pract. libr.*6.*cap.*2.*n.*52. *& cap. final. num.*11. *Virgil. Boccac. in tractat. de liter. remissor. capit.*2. *num.*28. *& consulendo tradit etiam Grauat. consil.*41. *num.*18. *in fine, & vide quæ dixi infra, in seqq. quæst. num.*96. *& sequ.*

225 AMPLIA XI. In † infirmis & valetudinariis, ad quorum domos pro illis examinandis iudicem mittere debere notarium, probat text. *in dict. leg. ad personas, ibi, eosque, qui valetudine impediuntur, & ibi Odofredus in summario, & in verbo, qui valetudine, Bald. in fin. lect. verfic. nota hic, quod propter impedimentum morbi, Angel in summario, Castrens. nu.*1. *verfic. idem in valetudine impeditis, Roman. in summario, Ias. in summario, Alexand. pariter in summar. ff. de iureiurand. item & text. expressum in cap. si qui testium,* vbi de valetudinariis, vel debilitate confectis, *& ibi Innocent. in verbo, valetudinarij, Hostiens. num.*1. *in primis verbis, Bald. num.*1. *in fine, Anton. de Butr. num* 2 *in* 1. *notabil. Abb. ante num.*1. *in* 2. *notab. extra. de testibus, gloss. in cap.*2. *in verbo, eorum nuntio, de testibus cogend. Specul. in tit. de teste, §. qualiter autem, post nu.*22. *Feder. Schenck in tract. de testibus, n.*9. *Lanfran. de testibus, nu.*17. *ad fin. Campeg. de testibus, reg.*288. *verfic. dic primo, Afflict. in tit. si de inuestit. inter dom. & vasall. cap.*1. *num.*55. *Grauat. in addit. ad Vestr. in pract. libr.* 6. *cap.*2. *num* 52. *& cap. fin. num.*11. *Viu. opin.* 928. *num.*11. *Mascard. de probat. libr.*1. *in præfat qu.*5. *num.*42. *& vide quæ in simili dixi infra, in sequ. qu. num.*64. *& sequ.*

226 LIMITA hanc † vndecimam ampliationẽ, vt procedat, dummodo isti testes sint taliter infirmi aut valetudinarii, vt ad iudicem venire nequeant, aliter secus, *ita declarant Abb. in cap. si qui testium, ante nu.*1. *in* 2. *notab. & ibi Felyn. num.*1. *verfic. fallit primo, Aretin. num.*1. *verfic. nota primo, extra, de testibus.*

AMPLIA XII. In † senibus, quos si contigerit examinari, ad eorum domos mittitur Notarius, *secundum gloss. in leg. ad personas, verfic. idem & de senibus, & ibi Odofred. verfic. & idem est etiam in senibus, Angel. num.*3. *Ias. num.*9. *verfic. & idem est etiam in senibus, Angel. num.*3. *Ias. num.*9. *in fin. verfic. in ea glossa, Alexan. post num.*1. *ff. de iureiur. text. expressus, in cap. si qui testium, & ibi Hostiens. numer.*1. *in fin. in verbo, & senes, Ioan. And. nu.*1. *in verbo, senes, Bald. nu.*1. *in fin. Butr nu.*2. *in* 1. *notab. Anan. nu.*5. *post med. Abb. ante nu.*1. *in* 2. *notabil. & num.*6. *&* 7. vbi etiam, qui in proposito dicantur se es, *extra de testibus, Specular. in tit. de teste, §. qualiter autem, post num.*22. *Feder. Schenck in tract. de testibus, num.*4. *Campeg. de testibus, regul.*288. *verfic. du primo, Afflict. in tit. si de inuestit. inter domin. & vasall. cap.*1. *num.*55. *Grauat. in addit. ad Vestr. in Pract. lib.*6. *cap.*2. *num.*52. *& cap final. num.*11. *Mascard. de probat. libr.*1. *in præfat. quæst.*5. *num.*40. Et aduerte, quod licet *Ias. in d.l. ad personas, num.*9. *in fine, verfic. in ea glossa*, referat Angel. dicentem, quod istud de senibus non seruatur de consuetudine, Angelus tamen eo loci in libro meo non loquitur de senibus, sed de familia Doctor. *prout eum supra retuli, nu.*217. & vide ad comprobationem huius ampliationis, quæ dixi *in sequ. quæst. num.*59. *& seqq.*

LIMITA hanc † decimam secundam ampliationem, dummodo testes sint taliter senes, vt ad iudicem venire nequeant, aliter secus, *Abb. in d.c. si qui testium, ante nu.*1. *in* 2. *notab. & ibi etiam Felyn. nu.*1. *verfic. fallit primo, Aret. nu.*1. *verfic. nota* 1. *extra, de test.* Et propterea testes in proposito debere esse septuaginta annorum, dixi *in sequ. quæst. num.*60.

AMPLIA XIII. Et † generaliter nedum in senibus, infirmis, & valetudinariis, sed etiam in omnibus aliis, quomodocunque & qualitercunque impeditis, & non valentibus, exire domum, & ad iudicem venire, *secundum Bart. in authen. apud eloquentissimum, num.*3. *in fine, verfic. vel aliis, qui ad iudicem venire non possunt, C. de fide instr. Ioan. Andr. in cap. si qui test. num.*1. *& ibi Bellamer in summar. Bald. etiam in summario, & ante num.*1. *verfic. aliquando testis impeditur de facto, Anton. de Butr. numer.*1. *Imol. in summario, Ancharan. nu.*1. *Card. Zabarell. in summario, Anan. in summario, Abb. pariter in summario, & nu.*3. *Felyn. nu.*1. *Aret. in summario, extra, de testibus, Vestr. in pract. lib.*6. *cap.*2. *num.*13. *Viu. opin.*928. *num.*11.

AMPLIA XIV. Vt † non solum iudex, sed etiam arbiter teneatur mittere Notarium ad domũ ipsorum testium, senum, infirmorum, impeditorum, & egregiarum personarum, *de quibus supra Bald. in cap. si qui testium, nu.*8. *Felyn. ibid nu.*5. *in fine, verfic. & dicit Bald. extr. de testibus.* Et hæc ampliatio est generalis ad omnes præcedentes ampliationes.

AMPLIA XV. (Et † hæc ampliatio est etiam generalis, sicut præcedens, ad omnes propositas ampliationes) vt iudex non solum possit, sed teneatur de necessitate mittere Notarium, ad examinandum egregias personas, senes, valetudinarios, & impeditos in eorum domibus, si præsentes in loco iudicii sint, si vero absentes, teneatur remittere examẽ ad iudicem loci, vbi detes, teneatur remittere examẽ ad iudicem loci, vbi degunt, secundum Ias. *in l. ad personas, num.*4. *& seqq. vbi bene comprobat hanc ampliationem, & ante eum Alexan. ibid. nn.*7. *& 8. ff. de iureiuran. Bellamer. in c. si qui testium, nu.*10. *& seqq.* Quamuis † contrarium, quod iudex non teneatur de necessitate mittere hunc Notarium, voluerint Host. Ioan. And. But. Abb. & Imol. vbi supr. relati, *in c. significauit, de offic. ord.* prout etiam contrarium late defendit Aret. *in d.c. si qui testium, nu.*4. *&* 5. *& 6. extra, de testibus,* loquens in iudice ordinario, vel delegato Principis, (licet secus in delegato à iudice.

233 AMPLIA XVI. Et † generaliter, vt iudex teneatur mittere Notarium ad examinandum in eorum domibus personas egregias, senes, valetudinarios, aut alias impeditos, etiam quod eos habeat pro suspectis & subornatis, quod videtur contra ea, quæ dixi *supr. nu.*25. *& seqq.* licet bene verum sit, quod possit isto casu iudex vel ipse personaliter accedere, vel trãsmittere aliquam aliam personam idoneam, *secundum Afflict. in titul. si de inuestit. inter domin. & vasal. cap.*1. *nu.*65. vbi pluribus hanc probat ampliationem, & ita alias fuisse resolutum in Curia Neapolitana, testatur Capic. *decis.*90. *in fine illius decis. Benintend. decis. Bonon.*74. *num.*1. *ante finem, Carauit. super ritu magnæ curiæ* 156. *num.*2. *verfic.*2. *amplia, & num.*3. *Seuerol. in tract. de remission. cap.*19. *num.*3. *in fine, verfic. nisi forte senes sint, aut valetudinarij.*

234 Et † licet contrarium videatur in hoc voluisse Grauat. *in addit. ad Vestr. in pract. lib.*6 *cap fin. num.*17. *verfic. verum cum temperamento*, non tamen crederem recedendum à proposita ampliatione, eo præsertim, quia Grauat. pro sua opinione allegat Afflict. *in loco præcitato*, & tamen Afflict. vt supr. eum retuli, stat pro ampliatione.

235 LIMITA I. Propositam † huius quinti capitis regulam sic vt supra ampliatam, non procedere in criminalibus, in quibus egregiæ personæ, senes, infirmi, pauperes, vel alias impediti, de quibus supr. tenentur personaliter comparere coram iudice, absq; eo, quod eorum domos mittatur Notarius ad illos examinandum, *secundum Ias. in l. ad personas, nu.*7 *& ibi etiam Alexan. num.*7. *post med. Aretin. nu.*2. *verfic. restringit autem, & de iureiur. Innocent. in cap. si qui testium, verfic. & hoc in ciuili, non in criminali, & ibi etiam Hostien. nu.*1. *verfic. & hoc in ciuilibus, Ioan. And. nu.*1. *verfic. & loquitur hoc capitulum in ciuili, Henr. Boyc. nu.*5. *Bellamer. in prin. & nu.*3. *Bald. in princ. But. nu.*4 *Imol. nu.*1. *in fin verfic. & limita, Anan. nu.*2. *in fin. verfic. & procedet istud in causa ciuili, Abb. num.*1. *in vltimo notabil. vbi quod ita communiter* * *Dd. tenent, Felyn. num* 2. *verfic. fallit secundo, Aret. nu.*2. *verfic. in criminalibus autem, extra, de testibus, Abb. in cap. cum causam, num.*22. *verfic. ego vltra alios, extra eodem, idem Abb. in cap.*1. *num* 7. *de testibus cogend. Campeg. de testibus, regul.* 288. *in* 3. *casu, Roman. sing.*397. *verfic. sed an habeat locum in causa criminali, Grauat in addit. ad Vestr. in pract. lib.*6. *cap. final. nu.*11. *verfic quo plane, vbi testatur de* * *communi, & nu.*16. *Carauit super ritu magnæ curiæ* 156. *num.*7. *ad med. & rit.* 142. *nu.*1. *ad med. verfic. nec in hoc, & nu.*2. *etiam ad med. Viu. opin.*928. *nu.*9. *Clar. in pract. §. fin. qu.*26. *verfic. & aduerte, vbi quod ita seruatur ex Carauit. loco præcit.*

236 SVBLIMITANDO I. Hanc † primam limitationem aduerte, quod licet plerique ex Dd. præcitatis loquantur non solum in personis egregiis, sed etiam in senibus, valetudinariis, & impeditis, verius tamen crederem, dictam limitationem esse solum intelligendam in personis egregiis, quæ in criminalibus tenẽtur comparere coram iudice ad examinandum: secus autem in impeditis propter senectutem, infirmitatem, aut aliam causam: Tunc enim stante tanto impedimento crederem, vel quod iudex mitteret Notarium, vel quod ipse personaliter accederet eorum domos. Sic enim expresse declarantem reperio Viu. *d. opin.*928 *nu.*9. nec dissentire videtur Seuerol. *in tract. de remission. cap.*4. *num.*3. vbi dixit, quod si testes morbo, vel sexu, aut alia legitima causa non coguntur venire ad iudicem, ad se examinãdum: Tunc conuenit iudicem ire eorum domos etiam in criminalibus. Quod & idem expresse voluit Clar. vbi supr. *d. quæst.*27. *verfic. & aduerte*, vbi dixit, ita seruari ex Carauit. *quem allegat ritu* 155. *nu.*2. *& eqq.* Et facit pro hac sui limitatione id, quod scripsit Card. Zabarel. *in d. cap. si qui testium, colum.*1. *verfic. hoc non videtur procedere, extra, de testibus,* vbi dixit, quod licet in criminalibus testes debeant esse in præsentia iudicis, ille tamen, qui mittitur à iudice, erit loco iudicis. Et ita etiam aliis relatis sentire videtur Menoch. *de recuperan. possess. remed.*15. *num.*359. *& sequ.* Et faciunt pro hac prima sublimitatione, quæ mox dicentur *in sequ.*

SVBLIMITA II. Dictam † primam limitationem non procedere, si iudex sit talis & tantæ dignitatis, vt ipsum non deceat ire domum testium, & tamen testes ita grauantur, vel sunt impediti, vt non possint accedere ad præsentiam iudicis: Tunc enim iudex potest pro illis examinandis mittere Notarium eorum domos, licet causa sit criminalis. *Abb. in cap. si qui testium, num.*1. *verfic. si autem talis est iudex, & ibi etiam Felyn. num.*2. *verfic.*1. *nisi aliud suadeat dignitas inuocantis, Aretin num.*2. *verfic. nisi forte sit tanta dignitas, extra, de testibus, idem Felyn. in capit. cum causam, nu.*22. *in* 1. *sallentia, extra eodem, August. ad Angel. de malef. in verbo, qui iudex statuit terminum, nu.*33. *in fin. verfic. item fallit, Vestr. in pract. libr.*6. *cap. fin num.*1. *post med. verfic. vtpote si testu qualitas, & ibi Grauat. in Addit. nu.*17. *Carauit. super ritu magnæ curiæ* 142. *nu.*2. *post med. verfic. vel nisi persona examinanda, & rit.*156. *nu.*1. *&* 2. *Seuerol. in tractat. de remission. cap.*4 *post nu.*3. vbi bene exemplificat hanc sublimitationem, eum videas.

LIMITA II. Huius † quinti capitis regulam non procedere in causis ciuilibus magnis & arduis, in quibus testes, etiam quod sint egregiæ personæ, senes, infirmi, aut alias impediti, tenentur comparere coram iudice, nec iudex eorum domos mittit Notarium, *secundum Abbat. in cap. si qui testium, num.*4. *ad medium, verfic. putasic dicendum, & ibi etiam Felyn. num.*4. *extra, de testibus, Campeg. de testibus reg.*288. *in* 3. *casu, Grauat. ad Vestr. in pract. lib.*9. *cap. fin. numer.*11. *verfic. quod plane, vbi de* * *communi.* Et † infert ad causas matrimoniales, *& numer.*6. *verfic. nam hinc in causis arduis, Carauit. super ritu magnæ cur.* 142. *num.*2.

Verum † hanc limitationem declara *secundum ea, quæ mox dixi de causis criminalibus, nu.*235. *& seqq.*

LIMITA III. Quia † possunt, si volunt, egregiæ personæ huic priuilegio renuntiare, & coram iudice venire ad se examinandum, *secundum Roman. in leg. ad personas. ff. de iureiur. & ibi Ias. nu.*1. vbi tamen, quod non possunt generaliter renuntiare, & se obligare, vt etiam in futurum, quandocunque contigerit eos examinari, teneantur personaliter coram iudice comparere.

Et † licet contrarium voluerit Alexan. *in d.l. ad personas, num.*4. *in fin. verfic. quæro vtrum, ff. de iureiuran. post gloss. quam allegat in l. nec honore, C. de Epis. & Cler.* & hanc contrariam opinionem late defendat Gomez. *in c. mulieres, nu.*46. *& seq. de iudic.* & veriorem, *post Cyn. in d.l. nec honore, & alios, quos allegat*, dixerit Carauit. *super ritu magnæ curiæ,* 142. *nu.*10. *nec dissentiat Viu. opin.*928. *nu.*13.

Tu † tamen à proposita limitatione non recedas sic, *vt supra per Ias.* declarata, & apud nos seruata, etiam in practica, secundum quam sæpissime videmus egregias & nobiles personas sic volentes venire ad domum iudicis & Notarii, ad se examinandum.

LIMITA IV. Quia quando † iudex interloquitur, mittendum esse Notarium domum testium infirmorum, senum, & egregiarum personarum, pro illis examinandis citanda est pars, *secundum Bal. in c. si qui testium, nu.*9. *& ibi etiam Abb. nu.*2. *& Fel. nu.*5. *ext. de testibus.* Et ita apud nos practicatur, cum ad producentis instantiam citetur aduersarius ad videndum iurare testes in eorum aut Notarii domibus, & vbi reperti fuerint. Perfecta hæc quæstio ad laudem Dei die 7. Ianuarii 1596.

ARGVMENTVM.

Testes quando, quomodo, & in quibus causis cogi possint ad ferendum testimonium.

SVM-

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

SVMMARIA.

Testes coacti ad ferendum testimonium in casu, in quo cogi non debebant, nihil probant, num 1.

Testes in causis ciuilibus regulariter cogi possunt ad testificandum, num.3. Ratio huius regulæ nu.4 & eqq.

Testimonium ferre est munus publicum, quando verum sit, & de materia, num.5.

Testes si subtrahant se à testificando gratia, odio, vel timore, possunt cogi ad testificandum, num.6. & eo ipso, quod moniti non comparet, præsumitur se subtrahere, num.7 sed hoc vltimum declara quatuor modis, vt nu.8 & seqq.

Testes si subtrahantur à parte, ne testificentur, possunt cogi ad testificandum, num.12.

Testis, qui se subtrahit à testificando, vt veritatem celet, peccatum mortale committit, numer.13. quod quando verum sit, num.14.

Testes ad testificandum cogi possunt etiam quod veritas aliunde haberi possit, num.15. & num.17. licet alij contra, nu.16.

Testes multo magis ad testificandum compelluntur, quando veritas aliter haberi non potest, num.18.

Testes qui iactant, se scire veritatem, compelluntur ad testificandum, num.19.

Testes coguntur etiam, quod dicant, se nihil scire, nu.20.

Testes coguntur ad declarandam eorum dubiam depositionem, num.21.

Testes coguntur in ciuilibus etiam quod sit periculum inimicitiæ propter potentiam partis, contra quam deponunt, nu.22.

Testes possunt cogi etiam a delegato, num.23.

Testes possunt cogi in causa matrimoniali, num.24. declara, vt num.25. & seqq.

Testes coguntur in causis spiritualibus, num.28. declara, vt numer. 29 & 30.

Testes coguntur in causis beneficialibus, num.31.

Testes coguntur in causa consanguinitatis, declara, vt num.33. & seqq.

Testes coguntur ad se examinandum à iudice Ecclesiastico per suspensionem excommunicationem, & depositionem, nu. 36. a iudice autem seculari per indictionem multæ, vel captionoribus, num 37. item per confiscationem bonorum, nu. 38. item per Bannum, num.39. Sed an per carcerationem, num.40. 41. & 42 & quid, si testis fuerit impeditus comparere, an excusetur a pœna excommunicationis sibi commi nata, num.43.

Testes in criminalibus non coguntur remissiue, nu.44.

Testes priuilegiati non coguntur ad ferendum testimonium, numer.45. Et qui sint isti testes priuilegiati, nu.46. & 47. vbi remissiue.

Testes synodales non coguntur ad testificandum, & qui sint isti testes synodales, num.48.

Testes, qui semel tulerunt testimonium, non possunt iterum cogi ad testificandum nisi in defectum probationum, nu.49.

Testes qui venerunt ad se examinandum, non possunt detineri vltra quindecim dies, num.50.

Testes ab arbitro non possunt cogi ad testificandum, nu.51.

Testes si se non subtrahant à testificando gratia, odio, vel timore, non possunt cogi, nu.52. contra, nu.53. declara, vt nu.54.

Testes non possunt præcise cogi ad testificandum, sed est necesse, vt præcedat monitio, nu.55. Declara, vt nu.56.

QVÆSTIO LXXVIII. CAP. I.

1 OPPONITVR XXXII. Contra † testes, quod fuerunt coacti ad se examinandum in casu, in quo de iure cogi aut compelli non debebant, ideo nedum non probant, sed nec etiam faciunt indicium, *secundum Baldum in l. lege Iulia, in lectura antiqua, in fine, verſic. vel quid si cogeret de facto, ff. de testib. Florian. in leg. inuiti, la 2. ad finem, versic. addetamen, ff. eodem, Brun. de indic. & tortur. part. 1. quæst. 2. num. 13. Blanc. de indic. ad l. final. num 355. ff. de quæst. Carrer. in pract. in 2. tract. de indic. & tortur. §. vltimo an testis, num. 9. & num. 11.* vbi etiam, quod talis defectus non purgatur per torturam, *Anton. Gomez. de delict. cap. 12. rubr. de probat. delict. num. 24. versic. & si de facto.*

Verum † vt bene sciamus, quando prædicta oppositio valida sit, & quando non, operæ pretium est videre, quando, quomodo, & in quibus casibus testes possunt cogi ad ferendum testimonium, & quando non. Et vt hæc bene comprehendantur, diuidam propositam quæstionem in tria capita, in quorum primo generaliter tangam, quando, & in quibus causis possint testes compelli ad testificandum. In secundo in specie tractabo de personis, quæ à iure priuilegium habent, vt non possint ad testificandum cogi. In tertio autem particulariter declarabo, an, & quando in causis criminalibus testes cogi possint ad ferendum testimonium. 2

REGVLA in † hoc primo capite constituenda est affirmatiua, quod videlicet in causis ciuilibus testes ad perhibendum veritatis testimonium compelli possunt, tam de iure ciuili, quam Canonico, *vt videre est apud gloss. in cap. ... in verbo, occultent, & ibi Innocent. nu. 2. in verbo, compellant, Hostien. num. 1. in verbo, occultent, Anchar. num. 3. in 4. notabil. Anan. num. 3. versic. nota, quod regulariter, Abb ante nu. 1. versic. in causa ciuili, Felyn. in summ. extr. de testibus cog. Hostiens. in cap. 2. nu. 1. & seqq. extra eodem, item gloss. in cap. super eo, in verbo, timore, versic. & testes inuiti cogendi sunt, d. tit. de testibus cogen. Henric. Boyc. in cap. dilectorum, nu. 2. & ibi Bellam. nu. 19. Bald. in summ. & nu. 1. Butr. nu. 3. versic. 1. in ciuili, & num. 5. post med. co. fin. in princip. versic. ad primum,* vbi quod hæc regula procedit indistincte de iure ciuili, & de iure Canonico, *Imol. nu. 4. versic. prima fuit opinio, & nu. 6. col. 3. ad fin. versic. tan. en pro conclusione, Anchar. nu. 2. Zabarell. col. 1. ad med versic. dic. quod aut in ciuili, Abb. nu. 3. versic. regula est, & dicit nu. 3. col. 3. ad med. versic. 1. casu, & 4. col. 5. in fin. versic. & omnia prædicta, & column. 4. post princip. versic. unde puto extra, eodem titul. Azo. in summario. rub. de testibus, num 2. & nu 4. Hostiens. pariter in summario, rubr. de testibus cog. nu. 2. in quibus causis. in princip. Alber. in leg. 1. num. 2. & ibi Florian. num. 5. in 4 notab. ff. de testibus, idem Florian. in l. lege Iulia, in princ. versic. regulariter autem, dict. tit. de testibus, Odofred. in leg. inuiti, la 1 in princip. in verbo, non coguntur, versic. quod est contra regulam generalem, & numer. 1. & ibi Florian. post num. 1 versic. ex hoc nota, quod regulariter, ff. eodem, idem Odofred. in leg. inuiti, la 2. versic. quia inuitus debet cogi, ff. de testibus, & pro hac regula est text. in leg. si quando, in verbo. inuitos, & ibi gloss. 1. vbi adducit tura concordantia, & rebo. Spondet contrarius, Petr. de Bellapert. in princip. in 1. notabil. Odofred. ante num. 1. versic. & primo dicit, & num. 1 in fin. versic. & quoniam omnes leges, & num. 3. versic. or signori, & num. 4. in princip. in fin. versic. ex quibus ergo apparet, quod regulariter, Cyn. num. 1. in 1. notab. Bart. nu 5. in 2. lectura, & nu. 6. versic. in causa autem ciuili, Bald. ante num 1. Fulgos. ante nu. 1. Albert. nu. 1. C. de testibus, Ang. de Perus. in tract. de testibus, numer. 22. Anton. Gomez. de delict. cap. 12. rub. de probatione delict. nu. 24. vbi aliis relatis testatur de * communi opinione, Monticell. in repertor. test. rubr. compelluntur testes, fol 136. colum. 1. versic. 2. & in rubric. testes, per quos compellantur, fol. 145. colum secunda, versic. 1. Corrad. in Pract. tit. de testibus, nu 7 fol. 67. colum. 1. Andr. Gail. obseruat. 100. in princip. lib. 1. vbi testatur de communi * Dd. sententia.** 3

Ratio autem huius regulæ † triplex affertur per gloss. *in dict. capit. 1. in verbo, occultent, & ibi alij * omnes, de testibus * cogend. Hostiens. in summa, in rubric. de testibus cogendis, §. & quare, in princip. & communiter * Dd.* Prima, ne veritas * occultetur. Secunda, ne malus vt bonus æstimetur. *c. quanquam, 14. qu. 2.* Tertia, quia peccatum mortale est, veritatem celare, *cap. quisquis, 11. quæst. 3.* Sed de hac tertia ratione dicam latius *infr. nu. 13.* Addo & quintam rationem. Quia † scilicet ferre testimonium, est munus publicum, ad munus autem publicum etiam quis inuitus cogi- 4

cogitur, *l. si quis munus, ff. de muner. & honor. Odofred. in l. inuiti, la 1. num. 1. ff. de testibus, & in leg. inuiti, la 2. versic. quia ferre testimonium est publicum officium, ff. eod. Anton. Gomez. de delict. c. 12. rubr. de probat. delict. num. 24. Pract. Corradi, tit. de testibus, num. 6. versic. nam & id publicum munus est, And. Gail. obseruat. 100. num. 2. libr. 1. vbi bene iuribus comprobat hanc rationem, Foller. in pract. crimin. capit. 8. in verbo, testibus diligenter examinatis, num. 5.* vbi etiam bene declarat, an, & quo respectu officium testis dicatur publicum, vel quasi publicum, tam de iure ciuili, quam de iure Canonico, *Hector Æmil. in tractat. de testibus, in verbo, testis locum generalu, num. 14.* vbi pro hac ratione plures adducit concordantes, ac etiam declarat, an testis officium sit publicum, an quasi publicum, & quo respectu dicatur publicum, *post Bald. Abb. & Felyn. in rubr. de testibus cogen. & alios plures, quos allegat.*

6 AMPLIA I. Propositam † regulam multo magis procedere, si testes subtrahant se à testificando, gratia, odio, vel timore: tunc enim eos compelli probat *text. in cap. 1. ibi, si autem odio, vel gratia, vel timore se subtrahant, &c. & ibi Hostiens. num. 1. in verbo, occultent, & nu. 7. in fine, Abb. ante num. 1. versic. etsi se subtrahant, & versic. mandat Papa, & num. 5. Felyn. in summario, extra, de testibus cogend. item est text. in cap. super eo. ibi, nisi forte timore aduersa partis constiterit iudici, eos a ferendo testimonio reuocari, Ioan. Andr. ibidem, num. 1. Bellamer. in princip. Bald. nu. 1. Butr. in summario, Imol. in summar. Anan. num. 1. Abb. in summar. Felyn. in summar. extra eodem, & est etiam text. in c. cæterum, in fine, ibi, si ipsum constiterit odio, vel gratia veritatem suppriмere, aut timore, & ibi gloss. in verbo, timore, Hostien. num. 2 in fine, in verbo, temore, Ioan. Andr. num. 2. in verbo, ius scriptum, Bellamer. num. 1. in fine, d. tit. de testibus cogend. & pariter est tex. in cap. dilectorum, ibi, si fe gratia, odio vel timore subtraxerint, & ibi Ioan. Andr. num. 6. versic. alij dicunt, il 2. Bellamer. num. 14. in fine, versic. alij dixerunt, & sub nu. 22. versic. tertia opinio, & num. 26. versic. prima conclusio, Butr. sub numer. 3. & num. 4. colum. 2. in fine, in §. opinione, Imol. num. 1. & nu. 4. versic. 4 fuit opinio, Ancharan. num 1. in 1. notab. extra eodem, alia text. in c. venerabilis, in fin. ibi, si fe gratia, odio vel timore subtraxerint, pariter de testibus cogen. Hostiens. in summario, rubr. de testibus cogen. §. & quando cogantur, versic. vel quando se subtrahunt, Specul. in tit. de teste, §. de testium compulsione, num. 4. versic. in ciuilibus autem, Monticell in repert. test. rubric. cogendi quando sint testes in causa ciuili, fol. 139. col. 2. versic. 1. & 2. Boccac. de liter. remiss. cap. 2. nu. 19.* Et faciunt, quæ in simili in criminalibus dixi *infra, nu. 126.*

7 AMPLIA rursus † præcedentem ampliationem, vt eo ipso, quod testis monitus ad testificandum non comparet, præsumatur se subtrahere, gratia, odio, vel timore, *secundum gloss. in cap. 1. in verbo, timore, versic. ex eo enim, & ibi Innocent. num. 1. in verbo, odio, Hostiens. num. 2. in eodem verbo, odio, & num. 3. in fine, in verbo, subtrahant, Ioan. Andr. num. 6. Butr. num. 7. versic. in dubio præsumatur, Imol. num. 3. versic. in glossa 2. Ancharan. num. 4. versic. vlterius nota, Abb. num. 5. Felyn. num. 9. de testibus cogend. item est gloss. in cap. super eo, in verbo, timore, & ibi Hostiens. post num. 1. versic. hoc constat, Bald. num. 5. vbi declarat, Butr. nu. 9. Anchar. num. 4. extra eodem, & est pariter gloss. in cap. cæterum, in verbo, ipsum, Hostiens. ibidem, num. 2. ad finem, in verbo, constiterit, Bellam. post Ioan. Andr. num. 3. in fine, Butr. num. 4. Abb. num. 2. versic. nota tamen, eodem titul. alia gloss. in cap. dilectorum, in verbo, super criminalibus, in princ. versic. & eo ipso, & ibi Bald. num. 2. But. nu. 3. versic. quod in dubio præsumitur, Zabar. col. 1. post med. versic. sed dic. quod eo ipso, Felyn. num. 1 versic. etsi moniti non se excusant, d. tit. de testibus cogend. Hostiens. in summar. rubr. de testibus cogend. §. & quando cogantur, versic. ex eo ipso, & in §. vt qualiter, in princ. versic. & si moniti, Specul. in titul. de teste, §. qualiter autem, num. 1. versic. sed dic potest, Boccac. de liter. remissor. cap. 2. num. 18. Menoch. de præsumpt. libr. 2. præsumpt. 55. num. 4.*

LIMITA I. Propositam † præcedentem ampliationem non procedere in criminalibus, *vt dixi infra, numer. 128.* 8

LIMITA II. Eandem † ampliationem, quia hæc præsumptio per aliam eliditur, puta, si testis sit religiosus, qui iurare veretur, & propterea se à testificando subtrahit, tunc enim non præsumitur, quod subtrahat se gratia, odio, vel timore partis, *Innocent. in cap. 2. num. 1. versic. & hoc est verum, Hostiens. ibid. num. 2. in fin. versic. & hoc verum est, Ioan. Andr. nu. 6. Bellam. nu. 1. Butr. nu. 7. versic. & hoc verum, Anchar. sub nu. 4. Abb. sub nu. 5. de testibus cogen. idem Abb. in c. dilectorum, col. 4. ante med. versic. vel nisi alia præsumptio, extr. eodem, Specul. in tit. de teste, §. qualiter autem, num. 18. versic. nisi hanc præsumptionem alia elidat.* 9

LIMITA III. In † personis priuilegiatis, quæ eo ipso, quod moniti non comparent, non præsumuntur se odio, gratia vel timore subtrahere: sed quia volunt vti eorum priuilegio, *vt dixi infra, num. 106.* non est opus hic repetere. 10

LIMITA IV. Vt † hæc præsumptio procedat, quando veritas aliter haberi non potest, secus si cõstat, quod aliunde veritas haberi possit, quia tunc non præsumuntur testes se subtrahere odio, gratia, vel timore, eo ipso, quod moniti non comparent, *secundum gloss. in cap. 1. in verbo, timore, in fine, versic. nisi constaret per alios, &c. & ibi Innocen. nu. 1. in versic. odio, Hostiens. nu. 2 post med. in verbo, odio, Bellamer. in fin. princ. Butr. nu. 7 versic. idem compellendum, nisi constet per alios idem posse probari, extra, de testibus cogen. Abb. in d. cap. 1. sub num. 7. versic. 2. videtur* vbi declarat, hanc limitationem procedere in causis criminalibus, vel in personis priuilegiatis, secus in aliis. 11

AMPLIA II. Eandem † propositam regulam, vt pariter & multo magis procedat, si testes à testificando subtrahantur à parte, contra quam producuntur, vel ab alio eius nomine, tunc enim pariter & eos compelli scripserunt Innoc. *in cap 1. nu 5. versic. idem si subtrahantur, & ibi Host. num. 7. ante fin. Bellamer. num. 7. de testibus cogend. Abb. in c. super eo, nu. 2. ver. & idem dicit Innoc. extra eod. Boccac. de liter. remissor. cap. 2. num. 19.* Hinc pariter cogendos esse testes ad testificandum, etiam quod ad instantiam partis, seu alterius, iurauerint non testificari, probat tex. *in cap. peruenit, sl 1. & ibi notant omnes, * de testibus cogen. & diutam latius infra, nu. 149.* 12

AMPLIA III. Quia veritatem † celare peccatum mortale est, & propterea, qui se à testificando subtrahit, peccatum mortale committit, *cap. quisquis 11. qu. 3. gloss. in c. 1. in verbo, occultent, & ibi Host. num. 2. versic. & quia mortale peccatum est, Anan. nu. 2. Felyn. nu 2. extra, de testibus cogen. Host. in cap. 2. nu. 1. & seqq. extr. eodem, alia gloss. in c. dilectorum, in verbo, super criminalibus, in princ. versic. & quia mortaliter peccat, & ibi Henr. Boyc. nu. 1. versic. & morbo, Bellamer. nu 8. in fin. versic. 3. nota, Abb. nu. 1. versic. ex quo infertur, d. tit. de testibus cog. Host. in summ. rubr. de testibus cog. §. qui testes cogendi, ad fin. versic. & est ratio, & §. & quare etiam, ad fin. versic. satis igitur, Moncad. ad Crot. de test. part. 5. nu. 198. lit. A. versic. & ratio, Montic. in repert. test. rub. compelli quando poss. in test. fol. 146. col. 1. vers. fin. And. Gail. obser. 100. nu. 1. lib. 1.* 13

Verum, quia † non semper hæc ampliatio vera est, quia non semper verum est, quod sit peccatum mortale veritatem occultare: ideo ad declarationem propositæ ampliationis vide Diuum Thom. *2. 2. qu. 70. artic. 1. But. in c. 1. n. 6. & ibi Imol nu. 2. Anan. nu. 4. Abb. nu. 2. & seqq. vbi bene distinguit, & ibi in addit. lit. B. de test. cog. Bellam. in c. dilectorum post nu. 11. & seq. eod. tit. Alb. de Malet. in tract. de test. c. 6. nu. 26. & seqq. Foller in pract. crim. Canon. c. 8. in verbo, test. diligenter examinatu, nu. 3. & 4. vbi late.* 14

AMPLIA IV. Vt † testes ad testificandum cogi possint etiam, quod per alios veritas haberi possit, *Host. in summario, rubr. de testibus cogend. §. & quando cogantur, versicul. quamuis secundum leges, & versicul. alij autem cogantur,* 15

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding

guntur, idem Hostiens. in cap. 1. post num. 2. versic. solutio, & sub num. 4. & ibi etiam Andr. num. 5. Butr. num. 6. in fin. Imol. sub nu. 3. Anchar. nu. 3. Anan. nu. 3. versic. & in hoc, Abb. nu. 4. post princ. & versic. 2. nota, Felyn. nu. 8. versic. & sic erit differentia, de testibus cogendis, idem Felyn. in capit. 2. in princip. versic. sed idem dic, eodem tit. Imol. in cap. super eo, nu. 4. ad fin. versic. sed in non priuilegiatis, & ibi etiam Abb. num. 3. extra eodem, Hostiens. in cap. peruenit ad nos, ante num. 1. in verbo, quia hi, & num. 1. ad med. in verbo, nequierit, de testibus cogend. Henric. Boyc. in cap. dilectorum, nu. 2. & ibi etiam Imol. num. 6. col. 4. ante medium, versic. primo casu, eodem tit. de testibus cogendis, Bald. in l. lege Iulia, versic. & sic secundum Hostiensem, ff. de testibus, Alber. de Malet. in tract. de testibus, cap. 6. numer. 29. Crott. de testibus. part. 5. num. 199. Ex quibus hanc ampliationem communiter * à Doctorib. receptam esse sufficit-
* mare non dubito.

16 Contrarium, † quod testes non possint cogi, quando veritas aliunde haberi non potest, videtur de mente glossæ in cap. 1. in verbo, timore, in fin. versic. nisi constaret per alios, de testibus cogendis, vbi loquitur etiam quando testes subtrahant se gratia, odio, vel timore, & ita etiam videtur de mente Innocent. in dict. cap. 1. num. 1. in verbo, odio, in illis verbis, & intelligo eos se aliter subtrahere, quando non potest veritas aliter apparere. Ergo sumpto argumento ab eius dictis, à contrario sensu, secus videtur sentire, quãdo aliter veritas apparere potest. Quæ verba Innocentii sunt repetita per Hostiens. in dict. cap. 1. num. 2. post medium, in verbo, odio, & ibid. per Bellamer. in fine princip. Butr. num. 7. versic. ideo compellendum, nisi constet, per alios idem posse probari. Abb. post num. 5. de testibus cogendis. Facit etiam in hac opinione text. in cap. venerabilem, ibi, & ipse intentionem
* suam probare non possit, nisi testimonio trium præfatorum, &
* infra, ne pro defectu testium pereat sua iustitia, eodem
Anan. num. 3. Abb. ante num. 1. versic. nota primo, Felyn. in summario, de testibus cogendis, item est text. in cap. peruenit ad nos, in fin. ibi, si aliter veritas nequierit elici, eodem titul. & est etiam gloss. in cap. dilectorum, in verbo, super criminibus, in princip. & ibi Ioan. Andr. num. 6. versic. quarti dicunt, Henric. Boyc. post num. 3. Bellamer. num. 14. in fin. versic. alij quod tunc compellantur, & num. 22. in fine, versic. quarti dicunt, Butr. numer. 4. colum. 2. in fin. in 6 opinione, Imol. num. 4. versic. tertia fuit opinio, Zabarell. col. 2. in fine, versic. ex his dic de titulo, de testibus cogend. Innocent. in cap. 1. num. 1. in fine, versic. item dicimus, & num. 2. versic. alij tunc, & ibi Hostiens. num. 3. versic. per quam dicendum est, vbi loquitur etiam, quod testes non se subtrahant odio, gratia, vel timore, & numer. 6. versic. vel in defectum probationum, Bellamer. num 3. & num. 5. in 3. opinione, Abb. num. 6. post medium, in 1. conclusione, extra eodem, Bellamer. in rubr. de testibus cogend. numer. 4. Hostiens. in summa, rubric. de testibus cogend. v. & quando coguntur in princip. Speculat. in tit. de teste, §. qualiter autem, num. 18. in princ. iuncto versic. item in omnibus casibus, Monticell. in repertor. testium, rubr. compelluntur testes, fol. 137. colum. 1. versic. 1. Foller. in pract. criminal. Canon. cap. 8. in verbo, testibus diligenter examinatis, nu. 16. ad med. Et faciunt quæ in simili in criminalibus dixi infra, num. 124.

A Mplia VI. Vt † pariter & eo magis cogendi sint testes ad testificandum, quando iactant se scire veritatem, secundum Innoc. in cap. 1. nu. 2. versic. alij dicunt, & ibi etiam Hostiens. num. 5. in fin Bellamer post num. 5. in 2. opinione, de testibus cogen. Ioan. And. in cap. dilectorum, nu. 6. versic. alij dicunt testes, & ibid. Bellam. nu. 14. in fin. versic. quidam alij dixerunt, & nu. 22. versic. secunda opinio, Butr. nu. 4. colum. 2. in fin. versic. quarta opinio, Imol. nu. 4. versic. secunda fuit opinio, extra eodem. 19

A Mplia VII. Vt † testes cogendi sint ad deponẽ- 20
dum, etiam quod dicant, se nihil scire, secundum Montic. in repert test. rub. dicens, se nihil scire. fol. 142. col. 2. versic. fin. Et licet contra hanc ampliationem faciant Dd. allegati in præcedenti ampliatione, dum dicunt testes cogendos, quando iactant, se scire veritatem, aliter secus, aduerte tamen, quod istorum opinio non recipitur à Dd. prædictis. Nam inter diuersas Doct. opiniones, quas referunt, quando scilicet sint cogendi testes, & quando non, referunt etiam & istam, sed illam non firmant, nec recipiunt, ideo non discedas ab ampliatione.

A Mplia VIII. Vt † multo magis testes cogantur, 21
quando semel examinati obscure deposuerunt, ad declarandam eorum dubiam & obscuram depositionem, secundum Tindar. in tract. de testibus, part. 1. cap. 9. num. 15. Monticell. in repertor. test. rubr. compelluntur testes, fol. 136. col. 2 versic. fin.

A Mplia IX. Vt † quicquid secus sit in crimina- 22
libus, vt dixi infra, num 123. in ciuilibus tamen testes coguntur ad se examinandum, etiam quod is, contra quem deponunt, sit persona potens, nõn enim tunc est periculum, quod ex huiusmodi examine aliqua cõtrahatur inimicitia, ex allegatis per Monticell. in repertorio test. in rubric. cogendi quando sint testes in causa ciuili, folio 139. colum. 1. versic. fin. & per Boccac. in tract. de liter. remissor. cap. 2. num. 15.

A Mplia X. Vt † testes ad se examinandum cogi 23
possint nõ solum à iudice ordinario, sed etiam à delegato, Butr. in cap. 1. num. 4. & ibi Imol. num. 1. vbi respondet contrarium, Ancharan. nu. 1. in 2. notab. Anan. nu. 2. in fin. versic. an autem delegatus, Abb. num. 1. ad medium, versic. oppono vtdetur, vbi quod ita * communiter Doctores tenent, Speculat. * in titul. de teste, §. de testium compulsione, numer. 7. vbi loquitur in delegato Papæ, dicitque quod potest testes compellere, etiam quod in rescripto nonadsit clausula, testes autem. Deinde facit regulam, quod de stylo Curiæ Romanæ prædicta clausula ponitur regulariter in commissionibus, præter quam in sexdecim casibus, ibi per

per eum enumeratis, Alber. de Malet. in tract. de testibus, c. 6. nu. 53. & seq. vbi refert & sequit. Speculatorem, in loco præcitato, Crot. de test. bus, part. 5. num. 104. vbi etiam refert & sequitur
* Specul. in loco prædicto, & tenetur de * communi opinione, And. Gail. observ. 100. in prin. vbi vt eius commissarium, lib. 1. & numer. 11. vbi bene comprobat hanc ampliationem, Foller. in pract. crim. canon. cap. 8. in verbo, testibus diligenter examinatis, numer. 37. Mascard. de probat. lib. 1. quæst. 5. nu. 58. vbi præcipuè loquitur in delegato à Papa, vel à Principe.

24 A Mplia XI. Et † multo magis in causa matrimoniali, text. est in cap prædicto, & ibi Ioan. Andr. nu. 1. Bellamer. in princip. Bald. in summar. Butr. numer. 1. & num. 3. in 3. notabil. Imol. in summar. Ancharan. ante num. primum, Zaba-
* rell. num. 1. Anan. num. 1. Abb. in summ. vbi, quod ita * communiter summatur iste tex. licet sibi non placeat, quod hoc sit speciale in causa matrimonii, cum ad idem sit regula generalis in omnibus causis ciuilibus, Felyn. nu. 1. ad med. de testibus cogend. Bald. in rub. de testibus cogend. post nu. 4. But. in c. caterum, num. 1. versic. nota testes, & ibi etiam Imol. in princip eodem versic. nota testes, Anan. num. 1. in fin. versic. nota, quod in causa matrimonij, extra eodem, Boccac. in tract. de liter. remissor. cap. 2. nu. 22. Foller. in pract. crim. canon. c. 8. in verbo, testibus diligen... examinatis, nu. 8.

25 Limita I. Hanc † vndecimam ampliationem, vt procedat, dummodo tamen præcedat monitio, aliter secus, text. est in d. cap. 1. ibi, diligentius moneas, &c. (sed de hoc dixi latius infra, nu. 55.) & ibi Abb. ante nu. 1. secundo notabil. vbi tamen, quod quando veritas aliter haberi non potest, vel iudex sit remotus à partibus, etiam non præcedente monitione, possunt testes à principio compelli, iudexque illis à principio præcipit, & sub conditione censuram Ecclesiasticam fulminat.

26 Limita II. Hanc † eandem ampliationem procedere, dũmodo testes odio, gratia, vel timore se subtrahant, alias secus, cap. 1. de testibus cogend. ibi, si autem odio, vel gratia, vel timore se subtrahant, & ibi gloss. in verbo, occultent, Bald. ante num. 1. in figuratione casus, Butr. nu. 7. idem Butr in cap. caterum, num. 1. extra eodem, & faciunt generaliter tradita infra, num. 52. Et sic ex hac limitatione infertur, nullum adesse speciale in causa matrimoniali, quia generaliter in omni causa testes coguntur, quando ita
27 se subtrahant, vt dixi supra, num. 6. Ideo † contra, quod in causa matrimoniali testes cogantur, etiam quod se non subtrahant odio, gratia, vel timore, voluit Imol. in d. cap caterum, in princ. versic. & forte sic dicit litera, & in fin. quem omnino videas.

28 A Mplia XII. In † causis spiritualibus, in quibus testes cogi posse ad examinandum, voluit Innoc. in cap. 1. num. 3. versic. & in causis spiritualibus, & ibi Host. num. 6. post med. Bellamer. nu. 5. in fin. de testibus cogend. idem Innoc. in c. caterum, in prin. vbi Host. n. 1. Ioan. And. nu. 1. in verbo, consanguinitate. Bellam. nu. 1. versic. nota in spiritualitate, & n. 2. versic. ergo in omni causa spirituali, But. nu. 3. Imol. post prin. versic. vltimo potes notare, Anchar. nu. 2. in præfato notab. Anan. num. 1. versic. & sic videtur, Abb. nu. 1. eodem tit. Crot. in tract. de testib. part. 5. nu. 202. Foller. in pract. crim. can. cap. 8. in verbo, testibus diligenter examinatis, nu. 16. versic. item in causis spiritualibus.

29 Limita, hanc † decimam secundam ampliationẽ procedere, dummodo testes se subtrahant odio, gratia, vel timore, aliter secus. Ita videtur text. in c. caterum, in fin. ibi, si ipsum constiterit odio, vel gratia veritatem supprimere,
* aut timore, & ibi notant * omnes, de testibus cogend. Verum si hæc limitatio esset vera, nulla esset differẽtia inter causas spirituales & prophanas, cum etiam in prophanis testes cogantur, quando se subtrahunt odio, gratia, vel
30 timore, vt dixi supr. nu. 6. ideo † contra, quod in causis spiritualibus testes cogantur, etiam quod nõ se subtrahant odio, gratia, vel timore, voluit Imol. quem omnino videas in d. cap. caterum, in princ. & in fin. vbi, (ni fallor) ponit verum intellectum illius textus.

A Mplia XIII. In † causis beneficialibus, Bald. in 31
rubr. de testibus cogen. nu. 4. versic. idem nisi beneficialis, Foll. in pract. crimin. can. c. 8. in verb. testibus diligenter examinatis, nu. 8. & post princ.

A Mplia XIV. In † causa consanguinitatis, text. est 32
in cap. caterum, in princ. ibi, caterum, quod super consanguinitate cogendus sit testis perhibere testimonium veritati, non dubitabatur à nobis, & ibi gloss. in verbo scriptum, vbi quod hoc procedit tam de iure Canonico, quam ciuili, & etiam de consuetudine, prout ibi dicit text. Ioan. Andr. in sum. Bellamer. in summ. Bald. in summ. Butr. num. 1. Imol. in sum. Anchar. in summ. Zabarell. in summ. Anan. nu. 1. de testibus cogen. Boccac. in tract. de liter. remiss. cap. 2. nu. 20.

Limita I. Hanc † decimam quartam ampliatio- 33
nem procedere, dummodo testes se subtrahant odio, gratia, vel timore, aliter secus, prout videtur text. in d. c. caterum, in fin. ibi, si ipsum constiterit odio, vel gratia, veritatem supprimere, aut timore, de testibus cogend. Verum si hæc limitatio esset vera, nulla esset differentia inter causam consanguinitatis, & alias causas, præ ea, quæ dixi supra, num. 6. & bene aduertunt † Ioann. Andr. in dict. cap. caterum, nu. 2. & 34
Abb. in princip. & post nu. 2. ideo contrarium, quod in causa consanguinitatis testes compellantur, etiam quod se subtrahendo odio, gratia, vel timore, voluit Imol. quem omnino videas, in d. cap. caterum, in princip. versic. & forte, & in fin. versic. in ea glossa, vbi ponit verum intellectum illius textus.

Limita II. Eandem † decimam quartam ampli- 35
tionem procedere, quando agitur ad matrimonium coniungendum, vel disiungendum, secus, si agatur ad successionem, tutelam deferendam, iudicem recusandum, & his similia, quia tunc non coguntur, Ioan. Andr. in d. caterum, post nu. 1. & ibi Bellam. num. 1. Anchar. num. 2. versic. & hæc gl. Abb. nu. 2. vbi de materia, de testibus cog. &c.

A Mplia XV. Vt † testes, si clerici sint, vel etiam 36
laici, & coram ecclesiastico iudice agatur, possint ad testificandum cogi per Ecclesiasticas censuras, nempe per suspensionem, & crescente contumacia per excommunicationem, & depositionem, tex. est in cap. prædicto, in fin. ibi, Ecclesiastica districtione compellas, de testibus cog. Bellam. in rubr. de testibus cog. nu. 14. est etiam text. in cap 2. ibi, auctoritate Apostolica suspensos, etsi ne sic veneritis, excommunicationis & depositionis sententias poterit is formidare, & ibi gl. in verbo, depositionis, Host. nu. 4. & 5. in verb. ab officio, in verb. suspensos, in verb. excõmunicationis, & in verbo, depositionis. Ioan. And. nu. 1. & nu. 3. in verb. excommunicationis. Bellam. ante nu. mer. 1. in summ. Bald. etiam in summario. Butr. nu. 1. Imol. in summ. Anchar. nu. 1. Zabar. in princ. Anan. nu. 1. & nu. 4. Abb. in summ. & nu. 1. & nu. 4. in fin. vbi ponit practicam procedendi contra testem cõtumacem ad prædictas pœnas, Felyn. in summ. ext. eod. gloss. in c. super eo, in verbo, timore, in fin. de testibus cog. item est text. in c. peruenit ad nos, in fin. ibi, ad illud sunt per censuram ecclesiasticam compellendi, d. tit. de testibus cogend. alius text. in cap. cum contra, in fin. ibi, per censuram ecclesiasticam debes appellatione remota compellere, extra eodem. item & alius text. in cap. dilectorum, in fin. ibi per censuram ecclesiasticam cogatis, & ibi Ioan. Andr. num. 3. Henric. Boyc. num. 9. Anton. de Butr. nu. 2. Imol. nu. 2. Anchar. nu. 1. Anan. num. 1. versic. & intellige Abb. nu. 1. in 2. notab. pariter de testibus cogen. Et pro hac limitatione facit etiam text. in cap. venerabilem, ibi, per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis, eod. tit. Hostiens. in summa, rub. de testibus cog. §. & qualiter, in princ. Specul. in tit. de teste, §. de testium compulsione, nu. 6. versic. sed qualiter cogentur testes, Ang. de Perus. in tract. de testibus, num. 23. in fine, versic. si autem testes, & nu. 25. versic. item per iudicem Ecclesiasticum, Alb. de Malet. de testibus c. 6. nu. 56. Crot. de testib. part. 5. num. 207. Monticell. in repert. test. rubr. compelli quomod possint test. folio 146. col. 1. versic. pen. Pract. Conrad. tit. de testibus, nu. 6. fol. 66. col. 2. versic. in iure vero Canonico, Boccac. in tract. de liter. remissor. cap. 2. num. 8. Foller. in pract. crim. canon. cap. 8. in

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

verb testibus diligenter examinatis, num.36. vbi ponit formam procedendi ad istas pœnas ecclesiasticas, *Mascard. de prob.libr.1.qu.5.nu.47.versic.item per iudicem ecclesiasticum,*

37 *& nu.60.* Si autem †causa agatur coram seculari iudice, & tunc cogũtur, vel per indictionem mulctæ, *l.1.in prin.* & *ff.si quis ius dicen.obtemp.* vel captis pignoribus, *l.curent.ff.de testibus, l.iudices.C.de fid.instrum.§.fin. Inst.de satisdat. Bellam. in rub.de testibus cogen.nu.14. Imol.in cap.2.num.2. & ibi Anchar.nu.3.in 2.not.ab. Abb.nu.2.&3.* vbi ponit formam procedendi contra testes contumaces ad istam mulctam, *de testibus cogendis, Ioan. Andr.in cap.dilectorum, num.3 & ibi Henr.Boyc.nu.9. Ant.de Butr.nu.2. Imol.nu.2.versic.iudex vero secularis, Ancharan.nu.1. Anan nu.1.versic.iudex vero secularis, Abb.sub nu.1. in 2.notab. & ibi Adden litera C.in 3. addit. Abb.sub nu.1. in 2.notab. & ibi Adden litera C.in 3. addit.

Testis frater, vel sobrinus & ex eis nati, non possunt cogi ad testificandum contra fratrem, sobrinum, & ex eis natos, nu.83.

Testes agnati, cognati, affines, & consanguinei, non possunt cogi ad ferendum testimonium contra suos agnatos, cognatos, affines, & consanguineos, nu.84.

Testes socer & socrus non possunt cogi ad ferendum testimonium contra socerum, & nurum, & econtra, num.85. & seq. vbi etiam, quod generi appellatione venit filiæ sponsus, quando autem socer & socrus possunt esse testes pro suo genero, vel nuru remissiue, nu.87.

Testis vxor non potest cogi ad testificandum contra virum, & econtra, nu.88.

Testes liberti non possunt cogi ad ferendum testimonium contra patronum, & econtra, nu.89.

Testes, quibus ad locum examinæ venire non licet, ad testificandum cogi non possunt, & qui sint isti, quibus venire non licet, nu.90. & seqq.

Testes deportati non possunt cogi ad testificandum, nu.91.

Testes, qui sine dedecore apparere non possunt, nec etiam possunt ad testificandum compelli, nu.92.

Testes publicani, id est, vectigalium publici conductores, non possunt ad testificandum compelli, nu.93.

Testis proxeneta non potest cogi ad testificandum, nu.94.

Testes inhabiles, qui examinati nihil probant, non possunt ad testificandum compelli, nu.95.

Testis mulier grauida non potest cogi ad testificandum, nu.96. Declara, vt nu.97.

Testis Doctor non potest cogi ad testificandum, nu.98.

Testes priuilegiati non coguntur ad testificandum, tam in causis criminalibus, quam in ciuilibus, nu.99.

Testes, qui non possunt cogi ad testificandum contra alium examinati, nec etiam probant pro eo, nu.100.

Testes priuilegiati, qui non possunt cogi ad testificandum volentes admittuntur, num.101. & volentes dicuntur, etiam quod testes admittuntur, num.101. & volentes dicuntur, etiam quod deponant, nisi prius de eorum priuilegio opponi & vti ati deponant, nisi prius de eorum priuilegio opposuerint, num.102. & in dubio testes præsumuntur volentes deposuisse, & non inuiti, nu.103. Licet contra, nu 104. Verum testes, qui non coguntur ad testificandum propter reuerentiam eius, contra quem producuntur, nec etiam volentes admittuntur, nu.105.

Testes priuilegiati possunt etiam cogi ad testificandum, quando subtrahunt se gratia, odio, vel timore, nu.106. Idem ex magna causa, nu.107. Idem quando veritas aliter haberi non potest, nu.108. contra, nu.109. Concorda, vt nu.110 & seq. & quando dicatur, veritatem aliter haberi non posse, nu.112.

Testes priuilegiati, qui inter egregias personas numerantur, licet non possint cogi ad testificandum, mittitur tamen notarius eorum domos, nu.113.

Testes rogati in aliquo contractu vel testamento, possunt cogi ad testificandum, etiam quod sint priuilegiati, nu.114.

QVÆSTIO LXXVIII. CAP. II.

57 REGVLA sit, quod † omnes testes possunt ad testificandum cogi, nisi expressè priuilegiati reperiantur, *Butr. in c. dilectorum, num. 4. post med. col. 2. in fin. versic. vlt. gloss. ponit, de testibus cog. Alb. in l. 1. nu. 2. ff. de testib. Host. in sum. rub. de testibus cog. §. qui testes cogendi, in princ. vers. & quidem generaliter omnes, & in fine, versic. alij omnes, Specul. in tit. de teste, §. de testium compulsione, num. 3. in fine, versic. ego credo omnes cogendos, Crot. de testibus, part. 5. numer. 198. versic. omnes illi, Pract. Corrad. tit. de testibus, nu. 7. fol. 67 col. 1.*

58 AMPLIA etiam † in teste, qui est in itinere: Nam & viatorem posse ad testificandum compelli, voluit *Alber. de Malet. in tract. de testibus, c. 6. num. 56. post Alber. quem allegat in l. si quando, C. de testibus. Crot. de testibus, part. 5. nu. 206. Montic. in repert. test. rubr. viator an cogatur, fol. 145. col. 1. versic. penult. Mascar. de prob. lib. 1. nu. 63.*

59 LIMITA I. Propositam † huius secundi capitis regulam non procedere in senibus, quos ad testificandū non posse cogi, est tex. expressus, *in l. inuiti, Odofr. in princ. & post n. 1. versic. item fallit in senibus*, vbi reddit rationem, quia semper veneranda senectus, *Bald. in lect. antiqu. in princip. versic. nota hanc legem*, vbi, quod hoc est introductum, non solum in eorum fauorem, sed quoniam sunt inhabiles, cum senectus sit mater obliuionis, secūdum Riccard. cuius opinionem in hoc ipse Baldus veram non putat, cum istud sit priuilegium senectutis, non autem inhabilitas, seu prohibitio testificationis, nisi esset talis senectus, quæ induceret mentis exilium, vel faceret memoriam turbare, *vt ibi per eum*, item est alius text. *in cap. si testes, §. inuiti, 64. qu. 3. & ibi Archid. nu. 1. Odofred. in leg. si quando, nu. 4. versic. ecce, si senes, C. de testibus, Innoc. in c. 1. nu. 3. versic. quædam tamen personæ, & ibi Host. nu. 6. ante med. de testibus cogen. Henr. Boyc. in cap. dilectorum, nu. 1. eod. tit. Bellamer. in rubr. dict. tit. num. 2. Azo. in summa, rubr. de testibus, num. 3. versic. quidam tamen, Hostien. pariter in summa, rubric. de testibus cogen. §. qui testes cogendi, versic. excipiuntur quædam personæ, Specul. in tit. de teste, §. de testi. compulsione, in princip. Alber. de Malet. de testibus, cap. 6. nu. 1. Campeg. de testibus, regul. 156. in princip. Brun. de indic. & tortur. part. 1. quæst. 2. nu. 16. versic. item senes, Pract. Corradi, tit. de testibus, nu. 7. versic. excusantur tamen multi, folio 67. columna 1. Boccac. de lit. remissor. cap. 2. num. 24.* ¶ Senes † autem dicuntur in proposito maiores annis septuaginta, *gloss. in leg. inuiti, la 1. in 1. gloss. & ibi Odofred. ante num. 1. in verbo, senes, Alber. numer. 1. versic. & qui dicantur senes, Florian. num. 4. ff. de testibus, alia gloss. in cap. si testes, § inuiti, in verbo, senes, 4. qu. 3. Bellamer. in rubr. de testibus cogen. nu. 2. Henric. Boyc. in c. dilectorum, num. 1. de testibus cog. Azo. in summa, rubr. de testibus, nu. 3. versic. senes intellige, Hostien. etiam in summa, rubr. de testibus cog. §. qui testes cogendi, versic. & intellige senes, Abb. in cap. si qui testium, nu. 7. versic. sed quia dicuntur senes, & ibi etiam Felyn. post num. 7. extr. de testibus, Specul. in tit. de teste, §. de testium compulsione, in prin. Alber. de Malet. de testibus, cap. 6. nu. 1. Campeg de testibus, reg. 156. in prin. Brun. de indic. & tort. part. 1. qu. 2. nu. 16. versic. item senes, Pract. Corrad. tit. de testibus, nu. 7. versic. excusantur tamen multi, fol. 67. col. 1. Mascar. de prob. lib. 1. qu. 5. nu. 65.*

60

SVBLIMITA, hanc † primam limitationem pro cedere de iure ciuili, secus de iure Canonico, secundum quod etiam senes ad testificandum posse compelli, voluit gloss. *in cap. si qui testium, in verbo, valetudinarij, versic. sed nunquid senes, & ibi Bald. num. 4. But. nu. 2. versic. & hoc nota, iuncto num. 6. Imol. nu. 2. Anan. nu. 3.* vbi quod istam gloss *omnes* Dd. *sequuntur, Abb nu. 7. Felyn. nu. 7. extr. de testibus, Campeg. reg. 156. in 2. fall. Montic. ll. in repert. test. in rubr. senes & valetudinarij an cogantur. folio 145. col. 1. versic. 2.* vbi loquitur tam de senibus, quam de valetudinariis, *& allegat Zanet. in tractat. differentiæ inter ius canonic. & ciuil. num. 264.* Contra † hanc sublimitationem facit tex. expressus, *in c. si testes, §. inuiti, 4 q 3.* item faciunt plures Canonistæ relati *supr. nu. 59.* Quibus bene apparet etiam de iure Canonico, senes non posse ad testificandum compelli. ¶ Pro concordia † dicas, quod senes non possunt ad testificandum compelli, hoc est, venire ad domum iudicis, ad se examinandum, & ita procedat prima opinio, sed bene possunt compelli se examinari in eorum domibus, ad quas ad hunc effectum iudex transmisit Notarium, *vt dixi infr. nu. 113. & posui etiam in anteced. quæst. nu. 227. & seq.* Et ita procedat secunda opinio. Sic enim in specie in hac contrarietate aduertunt Butr. *in d. c. si qui testium, nu. 2. & Anan. nu. 3. versic. sed forte.* ¶ Et tu vide *insuper Ian. in d. l. 3. §. ignoscitur, n. 19. ff. ad Syllan.*

61

62

63

LIMITA II. In † infirmis & valetudinariis, quos non posse ad testificandum cogi, probat text. *in cap. si testes, 4. quæst. 3. & ibi Turrecrem. in verbo, valetudinarij*, vbi exponit valetudinarius, id est, longa infirmitate detentus, *Innocent. in c. ....nu. 3. & ibi Host nu. 6. ante med. de testibus cog. Bellamer. in rubr. dict. tit. nu. ... Henric. Boyc. in c. dilectorum. nu. ... eius eod. item est text. expressus in l. inuiti, la 1. & ibi etiam gloss. in verb. valetudinary*, vbi eos dicit valetudinarios, qui aliquo morbo detinentur, *Odofred. in prin. & in verbo, valetudinarij*, vbi de valetudine impeditis, *& nu. 1. versic. fallit in senibus, ff. de testibus, idem Odofred. in l. si quando, post nu. 4. C. eod. Azo. in summario, rub. de testibus, nu. 3. versic. quidam tamen, Host. etiam in summario, rubr. de testibus cogen. §. qui testes cogendi, versic. excipiuntur quædam personæ, Spec. in tit. de teste, §. de testium compulsione, in princ. Alb. de Malet. in tract. de testib. c. 6. nu. 1. Campeg. reg. 157. Pract. Corrad. rub. de testib. nu. 7. versic. excusantur tamen multi. fol. 67. col. 1.*

64

65 SVBLIMITA hanc † secūdam limitationem, quia scilicet infirmi & valetudinarii non possunt cogi venire domum iudicis, sed bene possunt cogi se examinare, si iudex eorum domos mittat Notarium, *per ea, quæ dixi infra, nu. 113. & dixi etiam in anteced. qu. nu. 225. & seq.*

66 LIMITA III. In militibus, quos † pariter non posse cogi ad testificandum, probat text. expressus, *in l. inuiti, la 1. & ibi gloss. in verbo, milites, Odofred. in prin. & num. 1. versic. & in militib. ff. de testibus, item est text. in c. si testes, §. inuiti, 4. qu. 3. & ibi Præpos. in princ. Bellam. in rub. de testibus, cog. sub nu. 2. Henr. Boyc. in c. dilectorum, nu. 1. eod. Azo. in sum. rubr. de test. nu. 4. versic. quidam tamen, Host. pariter in sum. rub. de testi. cog. §. qui testes cogendi, versic. excipiuntur quædam personæ, Specul. in tit. de test. §. de testi. compulsione, in princ. Pract. Corrad. tit. de testibus, nu. 7 versic. excusantur tamen multi, fol. 67. col. 1.*

67 SVBLIMITA hanc † tertiam limitationem, vt videatur intelligenda in militibus, qui sunt in expeditione, *sic enim loquitur Odofred. in d. l. inuiti in princ. & in verbo, vel milites, & nu. 1. versic. & in militibus, qui non debent assignis auocari ff. de testibus* Et facit pro hac sublimitatione, quod voluit Clar. *in pract. §. fin. qu. 24. versic. scias tamen* vbi dixit, quod in causis criminalibus milites cogi tenentur certificari, & ita in illo senatu apud eum alias fuisse conclusum testatur.

68 LIMITA IV. In † absentibus causa Reipublicæ, ii enim non possunt cogi venire ad se examinandum, *text. est expressus in l. inuiti, la 1. vbi, vel illi, qui cum magistratu reipublicæ causa absunt. & ibi Odofred. in prim. num. 1. versic. & in absentibus causa Reipublicæ, & in verbo, causa absunt*, vbi ampliat etiam in eis, qui de proximo abfuturi sunt, *ff. de testibus, idem Odofred. in l. inuiti, la 2. in verbo, aberit, & ibi etiam Fulgos. in sum. ff. eod. item est alius text. in c. si testes, § inuiti, 4. qu. 3. Bellam. in c. 1. nu. 2. de testibus cog. n. Henr. Boyc. in c. dilectorum. nu. 1. eod. tit. Azo. in sum. rub. de testibus, nu. 3. versic. qui idem tamen Hostien. etiam in summa in rub. de testibus cog. §. qui testes cogendi, versic. excipiuntur quædam personæ, Specul. in tit. de teste, §. de test. compulsione prin. Alber. de Malet. in tractat. de testibus, cap. 6. nu. 1. Campeg. de testibus, regul. 160. Pract. Corrad. tit. de test n. 7. versic. excusantur tamen multi, fol 67. col. 2.*

69 LIMITA V. Etiam † in absentibus ex eorum propria causa, non tamen detrectandi testimonii causa, ii enim nec etiam possunt cogi venire ad testificandum, *text. est expressus in l. inuiti, la 2. & ibi gloss. in verbo, aberit*, vbi ponit exemplum in absente causa religionis, *Odofred. in prin. versic. item vt sunt, & in verbo, aberit*, vbi pariter exemplificat in absentibus causa religionis, vel causa studiorum, *Alb. num. 1.* vbi loquitur in quolibet absente ex iusta causa, dicitq; hoc introductum non fauore testium, sed causa necessitatis, *Fulgos. in summ. Flor. etiam in summ. ff. de testibus alius text. in cap. si testes, §. inuiti, versic. item si, li. 4. qu. 3. & ibi gloss. in verb inuiti, & in verb. non detrectandi*, vbi quod quando isti absentes permanēt in aliena Prouincia, mittitur ad eos, *Odofred. in l. si quando, post num. 4. C. d. de testibus, Specul. in tit. de test. §. de testium compul. in princip. Alb. de Malet. in tract. de testibus, cap. 6. nu. 1.*

70 SVBLIMITA, hanc V. limitationem † procedere, prout loquitur, quando testis absens est, non detrectandi testimonii causa: secus si malitiose, & vt testimonium non ferret, absentiam procurasset, *secundum Odofred. in d. l. inuiti, la 2. versic. sec. si absentaret se malitiose, & ibi Iac. nu. 4. versic. nota vltimo, ff. de testibus.*

71 SVBLIMITA II. Eandem V. limitationem † procedere, dummodo absentia sit necessaria, aliter secus, *Alber. in l. inuiti, la 2. versic. & de absente, ex necessaria causa, & ibi Florian. nu. 1. versic. & intellige hanc legem. ff. de testibus, Azo. in summar. rubr. de testibus, nu. 3. versic. porro*, vbi, si aliter diceremus, quod scilicet quilibet excusaretur absens, ab eo ipso, quod abest non detractandi testimonii causa, nulla esset specialitas in illis, qui absunt reipublicę causa, *Spec. in tit. de teste, §. de testium compulsione, in princ. Alb. de Malet. in tract. de testibus, cap. 6. nu. 1.*

72 LIMITA VI. Et † generaliter in omnibus impeditis ex aliqua iusta causa; nam & isti non coguntur ferre testimonium, *secundum Alb. Fulg. & Flor in l. inuiti, la 2. ff. de testibus*, vbi illum text. generaliter loquentem de absentibus ex iusta causa extendunt etiam ad impeditos ex eadem iusta causa, dicuntq; hoc introductum fuisse non fauore ipsorum testium, sed ex causa necessitatis.

73 LIMITA VII. In † sacerdotibus, qui non possunt cogi ad reuelandum ea, quæ ipsis in confessione per pœnitentes exposita fuere. Sed hæc limitatio quando vera sit, & quando non, ¶ *vltra ea, quæ dixi in tit. de indic. & tort. qu. 51. nu. 93 seq.* quæ hic repetere superfluum est, vide late per Petr. Moncad. *in addit. ad Flor. in tractat. de testib. part. 5. nu. 198. lit. A. versic. sed nunquid. Andr. Gail observat. 100 num. 8 & 9.* vbi late, & latius de materia videas Domin. Soc. *in tract. de rat. tegen. vel detegen. secret. per tot. in discursu, præsertim membro 3. qu. 4. vsque ad 7. conclus.* Et ante eum summa Angel. *in verbo, confess. in vlt. per totum, vbi late Synod. Nauarr. in man. confess. cap. 18. nu. 51. seq & in cap. sacerdos nu. 1 & in omnib. seqq. & præsertim nu. 116. seq. vsq; ad num. 163. de pœnitent. distin. 6.*

74 LIMITA VIII. In † clericis, quod non possent ad testificandum compelli, probat text. *in c. statuendum, 2. qu. 6. Hostien. sf. in sum. rubr. de testibus cogen § qui testes cogendi, versic. & dum prædicti, & in c. 1. num. 3. in fin vbi Bellam. post nu. 3. But. nu. 7. in fin. Abb. nu. 4. in fin. ext. de testibus cog. gloss. in cap. sicut eo, in verbo, non cogendi, versic. clerici vero, & ibi etiam But. nu. 6 versic. clerici non compelluntur, Imol. nu. 3. versic. ex gl. ext eod. Henr. Boyc. in c. dilectorum, nu. 7 & ibi etiam Bellam. nu. 10 An. de But. nu. 5. col fin. in prin. versic. inter quos & clericus, Imol. num. 6 col. 4. in prin. versic. item aduerte & d. col. 4. in fin. versic. an autem clerici. & nu. 7 Zabar. col. 2 versic. & aut in clericis, Abb. col. 3. post med versic. sed clerici non sunt compellendi. d. tit. de testib. cog. Præpos. in c. præstes, §. item inuiti, 4. q. 3.* vbi illū text. loquentem de militibus extendit ad clericos, qui etiam & ipsi dicuntur milites, *ad text. in cap. degradatio, de pœn. in 6. Spec. in tit. de teste. §. de testium compulsione. num. 6. versic. excusatur clericus, Brun de indic. & tort. part. 1. nu. 16. Foller. in pract. in ver. capiat informationem, post num. 40. versic. & id. ni procedit in clerico, And. Gail. obs. 100 n. 16. libr. 1. Clar. in pract. §. fin. q. 24. versic. scias tamen*, vbi loquitur in causa criminali, & ad materiam huius limitationis videe omnino, quæ dixi supra *in tit. de oppos. cont. person. test qu. 61. nu. 91. & seq.*

75 AMPLIA hanc † octauam limitationem, vt multo magis procedat in causa sanguinis, *vt dixi infra, in 3. huius qu. a nu. 199. & seqq.*

76 SVBLIMITA I. Hanc VIII. limitationem † non procedere, quando clerici se subtraherēt à testificando gratia, odio, vel timore, quia tunc ad id possunt cogi, *secundum Imol. in d. c. dilectorum. n. 7. de testibus cog. post gloss. & Goffred. quos allegat*, dicit tamen, quod clerici non dicuntur se subtrahere odio, vel timore, eo ipso, quod non volunt testificari, nisi aliter probetur, quoniam aliàs nō esset differentia inter clericos & laicos, *vt ibi per eum.*

77 SVBLIMITA II. Quando veritas † aliter haberi nō potest, quia tunc etiam clerici possunt ad testificandum cogi, *text. est in c. quanquam, 14. qu. 2. Hostien. sf. in c. 1. nu. 3. ad fin & ibi Bellam. post nu. 3. Butr. nu. 7. in fin Imo. nu. 3. Anan. nu. 3. in fin versic. nam & eo casu, Abb. nu. 6. post med. in concil. de testibus cogen. Bellam. in rubr. de test. bus cog. n. 4. Anch. ...*

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

nu.2.& ibi Anan.nu.3. Abb.ante nu.1.versic.nota 1.eod.tit.gl.in cap.super eo,in verbo,non cogendi,versic.nisi cum aliæ probationes haberi non possunt,& ibi etiam Ant.de But.post nu.6. Imol.nu.3.versic.in ea gloss.extr.eod. alia gl.in c.dilectorum, in verbo, super per criminib.in prin.& ibi Henr.Boyc.post n.3. Imol.nu.6.col.4. in princ.versic.item aduerte, & d.col.4.in fin. versic.si autem per alios,& nu.7. Abb.col.3.post med. versic.si autem per alios,d.tit. de testibus cogen. Bald.in l.lege Iulia, versic.& idem voluit de sacerdotibus,ff.de testibus, Brun.de indic.& tor.part.1.qu.2.nu.16. Foller.in pract.crimin. in verbo, capiat informationem ,post nu. 40.versic. & idem procedit in clerico , & in pract.crimin.canon. cap.8.in verbo,testibus diligenter examinatis, nu.25.versic. sed si aliter, Caraust.super ritu magnæ curiæ,87 nu.3. Andr.Gail.observ.100.post nu.16.lib.1.& vide ad idem quæ dixi in tit.de oppos.contra person.test.qu.61.nu.93. & seqq.

78 LIMITA rursus † præcedentes duas limitationes, vt in casu, in quo clerici ad testificandum compelluntur, fiat compulsio non per iudicem secularem, sed per ecclesiasticum, & in manibus iudicis ecclesiastici iurabunt, Imol.in c.dilectorum,nu.6.col.4.in f.n. versic.si vero per alios,& ibi Abb.col.3.post med.versic.tamen iurabunt,de testibus cogend. Montuell.in repertor.test.rubric.testes.per quos compell. fol.145.col.2.versic.4 Caraust.super ritu magnæ curiæ 87.nu.3. Andr.Gail. obseruat.100.post nu.16.libr.1. Foller.in practic. crimin.Canon.cap.8.in verbo,testibus diligenter examinatis,nu. 25.versic.non tamen fiet tunc compulsio, & vide ad idem,quæ dixi in tit.de oppos.cont person.test.qu.61. nu.97.

79 LIMITA IX. Propositam † huius secundi capitis regulam in Episcopo, quem non posse ad testificandum compelli, voluit Speculat.in tit de teste,§.de testium compulsione,num.1.in fine, versic.item Episcopus ,per tex.quem allegat in cap.nec honore,11.quæst.1. Campeg.regul.154.in princip.Boccac.de liter remissor.cap.2.nu.27. vbi tamen,quod iudex mittit Notarium eius domum, & vide quæ dixi in anteced.qu.nu 211.& sequ.

80 LIMITA X. In † impubere & pupillo, quem non posse cogi ad testificandum, probat text. expressus, in l.inuiti,la 2.in fine, ibi: Sed nec pupillis testimonium denuntiari potest,& ibi Odofred.in prin.versic.pupilli etiam,& in verbo, potest, vbi notat,quod pupilli nec in ciuilibus, nec in criminalibus testimonium ferre coguntur, & est ratio secundum eum, quia nec volentes admittuntur, Alber. nu.1.& Florian.summ.ff.de testibus, item est text.in c.si testes, §. inuiti.1,versic.sed nec pupillis.4.qu.3. Igne.in l.1.§.impubes, num. 29.ff.ad Syllan. Specular.in tit.de teste, §.de testium compuls.in princip. Montucl.in repert.test.rubr.ætatem decem annorum excedentes.fol.143.col.1.versic.3.& 4 vbi loquitur de minore habente decem annos, Boccac.de liter.remiss.cap....num.31. vbi de pupillo decem annorum.

81 SVBLIMITA in crimine † læsæ maiestatis, in quo mineres non solum coguntur, sed etiam torquentur, & tanquam principales, vt dixi in qu.41.nu 102.& seqq.& tanquam testes, vt dixi in qu.58.nu.22.& seqq.& infr.q.79. nu.49.& seqq.& generaliter,an & quando torqueri possint, dixi in d.qu.41.nu.16.& seqq.

82 LIMITA XI. In † vitrico, qui non potest cogi dicere testimonium contra priuignum, & econtra, text. expressus in l.lege Iulia,ff.de testibus,ibi, vitrui priuignum &c. & ibi Odofred.in princip.versic.& aduersus vitricum, & in verbo,vitricum,& Alber.nu.1. item text in cap.si testes, §.lege Iulia publicorum,4.qu 3. Azo.in summ.rub.de testibus,nu.14. Host. etiam in summ rubr.de testibus cogen.§.qui testes cogendi, versic. sed nec cogitur, Specul.in tit.de teste,§.de testium compulsione, in princ.versic.vitricus contra priuignum, Foll.in practic.crimin.in verbo,capiat informationem,post nu.40. Boccac.de liter.remiss. cap.2 nu.35. Quando autem vitricus pro priuigno,& priuignus pro vitrico possit esse testis, vide supr.in tit.de oppos contra personas test.qu.54.nu.169.

83 LIMITA XII. In † teste fratre, vel sobrino, vel sobrina, natisve ex sobrino, vel sobrina: nam & iidem possunt cogi ad testificandum contra fratrem, sobrinum, sobrinam, ex sobrino sobrinave natum, aut eos, qui propiore gradu sunt, text. expressus in leg. Iulia, & ibi gloss. in verbo, sobrinum, & in verbo, propiore, vbi infert ad Patruum, Amitam, Auunculum & Materteram, Odofred.in prin.versic.vel aduersus sobrinum, & in verbo,sobrinum, ff.de testibus, qui quidem textus est canonizatus in c. si testes, §.lege Iulia publicorum,4.quæst.3. & ibi notat Turrecrem. in verbo, priori, vbi pariter infert ad Patruum, Auunculum, Amitam, & Materteram, Azo.in summ.tit.de testibus,nu.14. Hostiens.etiam in sum rubr.de testibus cogend.§.qui testes cogendi, versic.item frater,vbi declarat, & versic.sed nec cogitur,Specul.in tit.de teste, §.de testium compuls.in princ. versic. sobrinus contra sobrinum, & num.1. versic. sed nunquid frater, vbi distinguit plures casus,& loquitur tam in ciuilibus, quam in criminalibus, Clar.in pract.§.fin.qu.24. versic.scias tamen,vbi de fratre contra fratrem non cogendo in causa criminali dicit esse indubitatum apud omnes, nedum communiter * receptum,& vide,quæ dixi in tit.de * oppos.contra personas test.qu.54.nu.97.& seqq.

84 LIMITA XIII. Et † generaliter in agnatis, cognatis, affinibus, & consanguineis, qui non coguntur ferre testimonium contra suos agnatos, cognatos, affines, & consanguineos, gloss.in l.leg.Iulia,in verb.sobrinum, versic.sed an idem iuris.ff.de testibus, vbi expresse illum text. loquentem in sobrinis, & natis ex eis, extendit ad omnes agnatos,& ibi Odofred.in verbo, ne inuito denuntietur, & ad fin. versic.nam hoc est introductum , Bald.in princ. vbi remissiue, Alber.nu.3. versic.certum autem est, Fulgos.ante nu.1. versic.ad fin.gloss.idem Odofred.in l.si quando,nu.4 versic.item in publicis iudiciis, &c. Cæod. Campeg.de testibus, reg.150. vbi tamen declarat vsque ad quartum gradum, Brun.de indic.& tort.part.1.qu.2.nu.15.versic.sed quæ sint istæ personæ, Foller.in Pract.crim.in verbo,capiat informationem,post nu.m.40. vbi loquitur vsque ad tertium gradum, Anton.Gomez.de delict.cap.12,rubr.de probat.delict.nu.24.versic.quod est verum, vbi loquitur vsque ad quartum gradum,& in causa criminali, vel ciuili ardua, & testatur de communi * opinione, Monticell.in repertor.test rubr. conuictus an cogatur, folio 142.colum.2.versic.1.& seqq. vbi de materia, Viu.opin.929. nu.17. vbi de attinentibus vsque ad septimum gradum, vide omnino ad materiam huius limitationis, quæ dixi in tit.de oppos.contra test.qu.54.nu.13.& seqq.

85 LIMITA XIV. In † socero & socru, qui non possunt cogi ferre testimonium contra suum generum, & nurum,& econtra, tex.expressus in l.leg.Iulia,ff.de testibus,ibi, aduersus soccrum,generum,&c.& ibi Odofr.in prin. Alb. nu.1.Florian.ante nu.1.vbi idem de Socin. & quod ita fuit iudicatum,item text. in si testes,§.leg Iulia publicorum,4.qu.3.& ibi Turrecrem.in prin. Azo in sum.rubr de testibus,nu.14. Host. pariter in summ rub.de testibus cog.§.qui testes cogendi,versic.sed nec cogitur,Specul.in tit.de teste,§.de testium compuls.in princip. versic.item excusatur gener, Foller.in pract.crimin.in verbo, capiat informationem.post nu.40. Ant.Gom.de del.ct.cap.12.rubr. de probat.delict.nu.24.versic.quod est verum, vbi loquitur in causa criminali, vel ciuili ardua, & testatur de * communi * opinione, Viu.opin.929.nu.16. Boccac.de liter.remiss.c.2. nu.33.

86 AMPLIA hanc † decimam quartam limitationem, vt appellatione generi veniat etiam sponsus filiæ, text.expressus in l.in legibus,ff.de testibus,& ibi Alber. Odofred.in l.lege Iulia,versic.& in omnibus legibus,ff.eod. & ibi Fulg.in fin. nu.2. vbi dicit etiam appellatione generi,& soceri, patrem sponsæ, & sponsum sponsæ. Florian.nu.1.vbi ex eo textu generaliter notat, idem iuris esse in affinitate initiata,quod & de perfecta, & ibi infert ad statutum prohibens aliquem eligi in potestatem de tali affinitate, quod nec etiam poterit eligi sponsus, text.in cap.si testes, § lege Iulia,versic.cum autem excipitur,4.qu.3. & ibi Turrecr. in fin in verbo, sponsum, & Præpos.

87 Quando † autem socer & socrus possint esse testes pro suo genero; vel nuru, dixi in tit. de oppos. contra personas test.q.54.num.11.& seqq.

88 LIMITA XV. In vxore, † quæ non potest cogi ad testificandum contra virum, & econtra, Bald. in l. lege Iulia, per illum text.ex lect. antiq. in princ. ff. de testibus,& ibi Florian.nu.3.versic.& in marito, Campeg.de testib.regu.149. vbi declarat Foller.in pract.in verbo, capiat informat.post num.40. Ant.Gomez.de delict.cap.12.rubr.de probat.delict.nu.24.versic. quod est verum, vbi loquitur in causa criminali, vel ciuili ardua, & testatur de communi * opinione, Monticell. in repert.test rubr.vxor contra maritū.fol.145.col.1.versic.fin. Viuian. opin.929.nu.14.Boccac.de liter.remissor.cap.2.nu.52.& vide in tit.de oppos.contra perso.test.q.54.num.219.& seqq. vbi latius materiam huius limitationis explicaui.

89 LIMITA XVI. In libertis, † qui cogi non possunt ad ferendum testimonium contra patronum, & econtra, text.expressus in l. lege Iulia , in fine, & ibi gloss. in verbo, nec liberto, & in verbo, viri, & in verbo, patroni. vbi pluribus modis ampliatur hæc conclusio, ad quam materiam, vide ibid.Odofr.versic.item cauetur, il 1. & il 2. ff. de test bus , & vide etiam text.expressum, in cap.si testes, §. lege Iulia publicorum, versic.item nec liberto , iuncto versic. item, vt nec patroni, 4.q.3. & ibi late gloss. in verbo, liberto, vbi ponit plures casus, & in verbo, eius, & in verbo, ne patroni, & ibi Turrecrem. in princ. versic. item nec libertus, & per totam lecturam in discursu , vbi pariter ponit plures casus, Azzo.in summa. rubr.de testib. num. 14. Hostien. in summa.rubr. de testibus cogen. §. qui testes cogendi, versic.sed nec cogitur , Specul.in tit.de teste, §.de testium compuls. in princ.versic.libertus,il 1.2.& 3. Alber.de Malet.in tract. de testib. cap.6.num.11.& seqq. Campeg.reg.158. Foller.in pract. crim.in verbo,capiat informationem, post nu.40. Boccac.de lit. remiss.cap. 2. nu.35.

90 LIMITA XVII. In iis testibus, † quibus ad iudicem & ad locum examinis venire nō licet, ij enim nec ad testificandum cogi possunt, text. expressus in l. inuiti , la 1. ver. vel quibus venire non licet.ff. de testibus,& ibi gloss. in verbo, non licet , exemplificat in ignominia missis de militia, quod & idem voluerunt ibi Odofred. in princ. versic.item hi,& in versic. venire non licet. Bald. in lect. antiq. colum. 2. post princ. versic. in gloss. vt hi, vbi dicit, non esse bonum exemplum glossæ in missis de militia ignominiæ causa, quia tales tanquam infames, nec volentes, nec inuiti admittuntur, item text. in cap.si testes, §. inuiti, 4.q.3.& ibi gloss. in verbo,non licet,Turrecrem.in verbo,venire non licet, Azzo in summa.rubr.de testibus,nu.3.versic.quidam tamen, & versic. venire autem non licet, vbi aduertit hoc esse mirabile, quod pœna eorum, qui ignominiæ causa sunt de militia missi, redundet eis in premium excusationis à ferendo testimonio, Hosti. in summar.rubr.de testibus cogen §.qui testes cogendi, versic.excipiuntur quædam personæ, iuncto versic.& est hoc mirabile. Specul.in tit.de teste, §.de testium compuls. in princ. Alber. de Malet. in tract.de testib. cap.6.nu 1.

91 Hinc † deportatos non posse cogi ad testificandum, dixit gl. in l. inuiti, la 1. in verbo. non licet, ff. de testibus, & ibi Odofr. in princ. in verbo, venire non licet, versic.item vt sunt odio banditati , quoniam deportati sunt. Fulgos.in princ. vbi dicit, hoc exemplum de deportatis positum à glossa non esse bonum, quia cum sint infames, tanquam damnati de publico crimine, non admittuntur etiam volentes, Turrecrem.in cap.inuiti, in verbo , venire non licet , 4.q.3. vbi illa verba, Venire non licet , exemplificat in illis, quibus ad ciuitatem venire interdictum est, dicitque quod isti non prohibentur à testimonio sed non coguntur venire ad locum eis interdictum ad ferendum testimonium.

92 Hinc † etiam non posse cogi ad testificandum eos, qui sine dedecore apparere non possunt, dixit gloss. in l. inuiti, la 1.in verbo,non licet, ff. de test bus , & ibi Odofred. ante num. 1. versic.vel vt sunt illi , Bald. ex lect.antiq. colum.2. versic.& ideo exemplifica , vbi ponit exemplum in illis, qui habent faciem incisam, qui propterea verecundantur venire in publicum , Campeg. de testib. regul.153. vbi refert & sequitur Bald. in loco præcitato.

93 LIMITA XVIII. In publicanis, † id est, in publicis vectigalium conductoribus, qui nec possunt ad testificandum cogi, text.expressus in l. inuiti, la 2. & ibi gloss. in verbo,inuiti, Odofred.in princ. in verbo,publicani, Alber. num. 1.Fulgos.in summa. Florian.in summa.& num. 1. versic.ratio autem , vbi dicit, hoc introductum esse non fauore ipsius testis, sed ne retrahatur à suo officio, Iacobin. num.1. in 1. notab. ff. de testib. Odofred. in l. inuiti, la 1. num. 1. versic.fallit in publicanis, ff.eodem, item text. in cap.si testes, §. inuiti, versic.publicani etiam,4.quæst.3. & ibi gloss. in verbo, publicani, Archidiac. nu. 1, in verbo , publicani, Turrecrem. in verbo ,publicani. Azzo.in summa.rub.de testib. nu.3. versic.quidam tamen, Hosti. etiam in summa. rubr. de testib.cogen. §. qui testes cogendi , versic. excipiuntur quædam personæ, Specul.in tit.de teste, §.de test.compuls. in princ. Alber.de Malet.in tract.de testib.cap.6. nu.1. Boccac.de liter.remissor.cap.2. nu.30.

94 LIMITA XIX. In † xenetis, & mediatoribus, qui regulariter non possunt cogi ad testificandum , sed hæc limitatio quando vera sit, & quid si vtraque pars, vel vna tantum consentiat, quid in ciuilibus & quid in criminalibus, & alia ad materiam, vide Bellam. in rubr. de testibus cogen. nu.5. gloss.in cap. dilectorum,in verbo.super criminibus,sub princ.versic.quandoq; tamen,& ibi Ioan. Andr.nu.7. Henric.Boic.num.3. versic.aut quæru de proxenetis, Bellam.num. 13.& 14.& num.21. & 23. Bald. nu.2. in fin. versic.oppono ad 1. regul.& seq.Butr.nu.4. Imol.num.5. Anchar.nu 2. versic.item fallit in mediatore, Zabar.col.3.in fin.versic.aut non sequitur ab.nt, Anan.num.2. Abb.num.3.versic.fallit primò & ibi in addit.n.4. Felin.nu.2.de testib.cog. Azzo.in summa.rubr.de testib.nu.3. ad fin. versic.item dixerunt, Host. pariter in summa.rub.de testib. cog §.qui test. cogendi, versic.item mediator, Specul.in tit.de test. §. de test.compuls.num.1. versic.item proxeneta, Campeg.de testibus, reg.151. Andr.Gail.observ.100.nu 17.& 18. vbi late Boic.de liter.remissor.cap.2.nu 41. Et aduerte, quod prædicti Dd. non solum ponunt, an & quādo testis proxeneta sit cogendus, sed etiam an & quando admittatur, & præterea, de quibus etiam vide quæ latius dixi in tit.de oppos.contra person.test.q.60. num.406.& seqq.& nu.448.& seq. vbi in specie quando possunt cogi.

95 LIMITA XX. In testibus inhabilibus, † iis scil. qui examinati nihil probant: tales enim testes ad testificandum cogi non possunt, secundum Bellam. in cap.dilectorum, num.9.& 10. de testib.cogen. vbi de excommunicatis, criminosis, seruis, infamibus,& aliis prohibitis, Monticell. in repertor.test. rubr. in quibus casibus non cogun. test. fol. 137 colum. 2. versic. 5. & versic.fin. vbi propterea dicit, quod testis potest se excusare, dicendo, non sum habilis, & sic allegare turpitudinem suam, ex Felin. quem allegat, in cap.suscitatus,num 22. versic.limita 5. de rescript. vide quæ dixi de tortura test.q.79.nu.52.

96 LIMITA XXI. In muliere grauida, † quæ non cogitur inuita ferre testimonium, Bald.in l. inuiti, la 1. ex lect.antiq.col.2 in princ. versic. idem forte est in fœminis grauidis, & ibi etiam Florian. num.2. in 2 notab. ff.de testib. Campeg.de testibus,regul.152. vbi tamen loquitur,quando mulier est partui propinqua, quia est timor,ne pereat in via, Foller. in pract.crim. in verbo,capiat informationem , num. 40. versic. non cogitur testificari, folio mihi 25 colum. 2. vbi dicit, hoc facere pro vulgari opinione mulierum affirmantium, quod prægnantes non tenentur iurare , nec ad id cogi possunt. Sed † aduerte, inquit ipse, quod istud intelligi debet, vt non teneatur mulier prægnans personaliter in iudicio comparere , & ibidem iurare,& testificari, sed bene tenetur iurare , & testificari, si iudex eius domum Notarium mittat, prout mittere debet iudex, etiam quod mulier non sit prægnans, dummodo honesta matrona, aut nobilis , prout latius dixi in anteced.qu,nu. 224.& dixi etiam generaliter infr. hac eadem quæst. num. 113.

97

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

¶ Et in specie hanc declarationem etiam ponit Franc. Marc. *decis.* 182. *part.* 2. prout illum refert & sequitur Baiard. *in addit. ad Clar.* quem post huius libri primam impressionem habui *in q.* 64. *nu.* 75. vbi ampliaui, declarationem subdeclarat non procedere in muliere prægnante rustica, quæ sicut vadit ad nemus pro lignis, ita etiam potest ire ad domum judicis ad se examinãdum, ex Fulgos. & Ias. *in l.* 2. *ff. de in ius voc.* & *Rebuff. in* 3. *tom. consti. de excus. nu.* 42.

98 LIMITA XXII. In Doctore, † quem non posse cogi ad testificandum, scripsit Campeg. *de testib. reg.* 155. *per text. in l. fin. cum ibi notat. C. de profess. & medic.* Sed verius est, quod ad eius domum mitti rui Notarius. Vide quæ generaliter dixi *infr. num.* 113. & in specie etiam dixi *supr. in anteced. quæst. nu.* 214. *& seq.*

99 AMPLIA I. Et † generaliter omnes prædictas limitationes, vt procedant nedum in causis criminalibus, sed etiã in ciuilibus, & sic omnes enumerati testes priuilegiati, non poterunt cogi ad testificandum, nec in causis criminalibus, nec in causis ciuilibus, *secundum gl. in l. inuiti, la* 1. *in verb. non licet, ad fin. vers. ergo volentes isti admittuntur, & ibi Alber. num.* 1. *vers. Cynus tamen, ff. de testib. Bart. in l. lege Iulia, per illum text. ff. eod. & ibi Ba'd. ex lect. antiq. in fin. vers. secus si non essent coacti, Florian. nu.* 1. *in fin. vers.* 2. *nota. Iacobin. in princ. vers. volentes autem bene admitterentur, alia gloss. in l. si quando, in gloss.* 1. *in fin. vers. item ideo, & ibi Salyc. ante nu.* 1. *vers expone igitur, C. de testib. item gl. in cap. si testis, §. lege Iulia publicorum, in verbo, ne inuito,* 4. *quæst.* 3. *& ibi Turre. rem. in princ. vers. sed voluntarius potest ferre testimonii, Bellam. in cap. dilectorum, nu.* 2. *& ibi Imol. nu.* 6. *col.* 4. *in princ. vers. volentes tamen admittuntur, Zabarel. col.* 1. *post med. vers. sed volentes admittuntur, Abb. col.* 3. *ad med. vers. volentes tamen, de testib. cog. Spec. in tit. de teste, §. de testium cõpulsione, ante n.* 1. *col.* 2. *in prin. vers. iste tamen, Crot. de testib. part.* 5. *nu.* 199. *Campeg reg.* 150. *in* 2. *fallen.* vbi de agnatis & cognatis, *Brun. de indic. & tort par.* 1. *q.* 2. *nu.* 15. *Blanc. de indic. ad leg. fin. ff. de qq. nu.* 356. *Carrer. in pract. in* 2 *tract. de indic. & tort. §. vlt. an testis, nu.* 9. *vers. secus si volens, Anto. Gomez de delict. cap.* 12. *rubr. de probatione delict. nu.* 24. *vers. sed pulcrum dubium. Monticell. in repert. test. rubr. item reprobatur, quia sponte, &c. fol.* 256. *col.* 1. *vers.* 3. *Andr. Gail. observat.* 100. *num.* 14. *vers. volentes tamen, lib.* 1. *Visi. opin.* 929. *num.* 18. *vbi quod ita vidit in praxi obseruari, Foller. in pract. crimin. canon. cap.* 8. *in verbo, testibus diligenter examinatis, num.* 13. *ante finem. vers. volentes tamen, Mascar. de probat. lib.* 1. *q.* 5. *num.* 68. Et in simili de testibus affinibus, & consanguineis dixi, *in tit. de opposit. contra personas test. quæst.* 54. *num.* 16. & de fratre contra fratrem dixi *ead. quæst.* 54. *nu.* 105. *& seqq.*

AMPLIA I. Hanc primam † sublimitationem, vt 102
volentes testes dicantur testificari, etiam quod moniti, & citati compareant, si, antequam examinentur, eorũ priuilegium non opponant, licet secus si in actu testificandi dicant, se priuilegiatos, & iudex nihilominus eos cogat, quia tunc dicuntur inuiti, & non volentes, *Bald. in l. parentes, num.* 2. *& ibi etiam Salyc. num.* 6. *de testibus, Adden. ad Abb in cap.* 1 *num.* 4. *litera A, & ibi Feli. num.* 8. *vers. & adde, quod si tales personæ, de testibus cogend. idem Adden. ad Abb. in cap. dilectorum, num.* 1. *litera C. in* 2. *additione, versic. item adde hoc, eodem titul. Alberic. in l. Iulia, num.* 4. *& ibi Fulgos. num.* 1. *vers. item inuiti dicuntur, Florian. num* 2. *vers. dicitur autem, Iacobin. num.* 1. *ff. de testibus, idem Alber. in l. inuiti, la* 1. *num.* 2. *& seqq. ff. eod.* vbi dicit, hanc quæstionem habuisse de facto, & obtinuisse, *Bald. in l. si quando, nu.* 3. *vers. sed pone quod testis, C. de testib.* vbi post Nicol. de Mat. ponit notabilem doctrinam, quod scilicet testes non dicantur inuiti deponere, si postquam inuiti venerunt, sponte testificati sunt. secus si fuerint coacti, tam in veniendo, quam in testificando tantum, non autem in veniendo, *& ibi etiam Salyc. num.* 4. *versic. quædam sunt, Marsil. in l. Diuus, § præterea, num.* 18. *ff. de quæst. Alber. de Malet. in tract. de testibus, cap.* 6. *num.* 44. *& cap.* 7. *nu.* 32. *vbi refert & sequitur Baldum in dict. l. si quando, Campeg. de testibus, regul.* 163. *in princip. versic. dic primo, & versic. tertio dic, Brun. de indic. & tortur. parte* 1. *quæst.* 2. *num.* 13. *versic. saluo quod dicit, Foller. in pract. crimin. in verbo, capiat informat. post num.* 40 *vers. mihi* 25. *colum.* 1. *in fine, versic. & quando testes, Monticell. in repert. testium, rubric. item reprobatur, quia sponte, &c. fol.* 256 *colum.* 1. *vers.* 4. *& penult.* ¶ *Ioan. Pet. Surd. decis. Mantuan.* 79. *nu.* 6.

AMPLIA II. Eandem † primam sublimitationem, 103
vt in dubio præsumantur testes deposuisse volentes, & non inuitos, etiam quod non dicatur, quod sponte deposuerunt, nisi aliunde appareat, quod inuiti deposuerint, vt puta, quod allegauerint eorum priuilegium, & nihilominus fuerint examinati, vt dixi in antecedenti ampliatione, *sunt originalis doctrina Baldi in auth. presbyteros, C. de Episc. & cler. & Baldum sequuti sunt Felin. in cap. dilectorum. num. ..... post med. vers. adde etiam, de testibus cogend.* Et in hac opinione tanquam vltimo loco per eum relata videtur residere Francisc. *in cap. mediatores, num.* 7. *in fine, de testibus, num.* 6. *Blanc. de indic. ad leg. finalem, ff. de quæst. num.* 356. *& seqq.* vbi testatur de veriori opinione, & eam comprobat Carrer. *in pract. in* 2. *tract. de indic. & tortur. §. vlt. an testis, num.* 10. *Monticell. in repert. test. rubr. an debeant testes ante product. folio* 90 *col.* 2. *vers.* 4. *&* 6. Quamuis cõtrarium, † quod imò in dubio præsumatur, quod 104
testes inuiti deposuerint, nisi in actis scribatur, quod sponte deposuerint, voluerit Bart. *in d. auth. presbyteros, C. de Episcop. & cler. quem referendo sequuti sunt Iacob. de Sancto Georg. in l. lege Iulia, vers. & ideo, ff. de testib. Adden. ad Specul. in tit. de teste, §. de testium compulsione, ante num.* 1. *in verbo, admittuntur, litera D. Campeg. de testibus, regul.* 63. *vers. secundo modo, Brun. de indic. & tortur. parte* 1. *quæst.* 2. *num.* 13. *versic. & in dubio, & num.* 14. *in princ. Gig. de crimine læsæ maiestatis, lib.* 2. *titul. quomodo & per quos crimen læsæ maiest. probet. quæstio.* 9. *num.* 2. *Monticell. in repertor. testium, rubr. item reprobatur quia sponte, &c. folio* 256. *colum.* 1. *versic.* 6. *Visi. opinio.* 929. *num.* 19. *vbi quod malè sensit contrarium, Bald. in dict. authen. presbyteros.*

LIMITA Hanc † eandem prædictam sublimita- 105
tionem non procedere in iis testibus priuilegiatis, qui ad testimonium cogi non possunt, propter reuerentiam eius, contra quem producuntur, vt puta, in filiis contra patrem, in libertis contra patronum, & similibus: Tales enim testes, nec etiam volentes admittuntur, *secundum gloss. in*

gloss. in l. lege Iulia, in verbo, cogantur, ff. de testibus, & ibi Odofred. in fine, in verbo, dicere, Alber. num. 6. *versic. si autem quæritur, Fulgos. num.* 1. *Bart. in l. in legibus, num.* 2. *versic. quæro an volens, ff. eodem, Salyc. in l. si quando, post num.* 4. *versic. quidam qui nedum inuiti, C. de testibus, Imol. in cap. dilectorum, num.* 6. *colum.* 4. *in princip. versic. quod tamen intellige, de test bus cogen. Hostien. in summar. rubric. de testibus cogend. §. qui testes cogendi, post versic. sed nec cogitur, ibi, liberti etiam volentes, &c. Brun. de iudic. & tortu. parte* 1. *quæst.* 2. *num.* 15. *in fine, versic. sunt etiam quædam personæ, Anto. Gomez. de delict. cap.* 12. *rubric. de reprob. delict. num.* 24. *vers. sed pulcrum dubium, & dixi in titulo de opposit. contra pers. test. quæst.* 54. *nu.* 175. *vbi alios adduxi concordantes.*

106 SVBLIMITA II. Generaliter † omnes præcedentes limitationes, in quibus dixi priuilegiatos non compelli ad testificandum, vt non procedant, quando subtrahunt se ab examine, gratia, odio, vel timore, *fecidem ea, quæ generaliter dixi supr. nu.* 6. *& seqq.* & in specie de priuilegiatis voluit Card. Zabar. *in c. dilectorũ, col.* 1 *post med. vers. dic quod si se subtrahunt, &c.* Vbi tamen, quod licet in non priuilegiatis præsumtio sit, quod se subtrahant gratia, odio, vel timore, eo ipso quod moniti non comparent, *vt dixi supr. nu.* 47. cessat tamen in priuilegiatis hæc præsumtio, quia præsumuntur se subtrahere non odio, gratia, vel timore, sed innitentes eorum priuilegio, & ideo dicenti quod se subtrahũt odio, gratia, vel timore, incumbit onus probandi, *vt ibi per eum, & ita etiam declarat Abb. in d. cap. dilectorum, col.* 3. *ante med. vers & si requisiti, de testibus cog. Socin. reg.* 417. *in* 2. *fallent.*

107 SVBLIMITA III. Quia † ex magna causa testes etiam priuilegiati sunt cogendi ad testificandum, vt puta senes & infirmi, *Innoc. in cap.* 1. *num.* 3. *& ibi Hostien. nu.* 6 *ante med. de testibus cogen.*

108 SVBLIMITA IV. Quando † veritas aliter haberi non potest: tunc enim etiam testes priuilegiati compelluntur ad testificandum, *per ea quæ generaliter dixi supr. num.* 18. Sed in specie de priuilegiatis scripserunt Hostiensis *in cap.* 1. *num.* 2. *vers. priuilegiati vero, & num.* 4. *vers. restat ergo, & ibi etiam Ioan. Andr. nu.* 5. *in fin. Butr. num.* 6. *in fin. versic. erit tamen differentia, Imol. sub num.* 3. *ad med. & in fin. vers. in ea glossa, Ancharan. & Anan. num* 3. *vers. dicit tamen Hostiens. Abb. post num.* 4. *& ibi in addit. litera E. vers. item vide, Felin. nu.* 8. *vbi quod in hoc oẽs sequuntur Hostiens. in loco practato, extr. de testib. cog. vbi Bellamer. in rubr. num.* 3. *Imol. in cap. super eo, nu.* 3. *post med. vers. tamen debet id limitari, & nu.* 4. *ad fin. extr. eodem, Henric. Boyc. in cap. delictorum, post num.* 1. *vers. nisi, vbi non potest per alios veritas apparere, & ibi Bellamer. num.* 14. *vers. quod intellige, & nu.* 23. *post princ. Butr. num.* 5. *post med. col. fin. in princ. vers. secundum canones, Imol. num.* 6. *colum.* 4. *post med. vers. primo casu, Zabarell. colum* 1. *post med. vers. at secundum iura Canonica, & colum.* 2. *in princ. vers. aut non potest veritas aliter haberi, & d. col.* 2. *in fin. vers. ex his, Abb. colum.* 3 *post med. vers. sed secundum Canones, & d. col* 3. *in fin. vers. quæ tamen compelluntur aliis probationibus deficientibus, & colum.* 4. *ante med. vers. hoc verum, Felin. num.* 3. *ad fin. vers. & de istis personis priuilegiatis, dict. tit. de testibus cogen. Bald. in l. lege Iulia, versic. adem dicit Hostiensis, vbi etiam Alber post num* 4 *& seq. Iacobin. nu.* 1. *versic. dentabis tamen. ff. de testibus.* Et hanc opinionem tanquam veriorem pluribus defendit & respondet contrariis Odofred. *in l. inuiti, la* 1. *post n.* 1. *colum.* 1. *versic. or signori, ff. eodem, Archidiacon. in cap. inuiti, num* 1. *in verbo, valetudinarii,* 4. *quæstio.* 3. *& ibi Turrecrem. in cod. verbo, valetudinarii, Procol. in fin. versic. quæro an valetudinarii, Hostiens. in summar. rubric. de testibus cogen. §. qui testes cogendi, vers. videtur tamen, & in §. & quando cogantur, ver. vel dic, Adden. ad Specul. in tit. de teste, § de testium compulsione, sub num* 1. *ex Roman. quem allegat in singul.* 398. *incip. tu habes. Specul. dict. num.* 1. *in fin. vers. item notat D. meus, & ibi in addit. litera G. vbi de materia. & num.* 2. vbi in specie loquitur de vxore cogenda ad ferendum testimonium contra suum virum in causa ciuili, *Alber. de Malet. in tract. de testibus, cap* 6. *nu.* 19. *& num.* 22. *& nu.* 24. vbi quod hæc est communis * sententia maximè Canonistarum, *& num.* 35. *Crot. de testibus, parte* 5. *num.* 199. *& ibi in addit. litera A, Campeg. de testibus, regul.* 149. *vers. fallit primo,* vbi de vxore contra maritum, *& regul.* 150. *in* 3. *fallentia,* vbi de agnatis & cognatis, *& regul.* 154. *vers. fallit quia,* vbi de Episcopo, *& reg.* 157. *in* 2 *fallen.* vbi de valetudinariis, *& reg.* 166. *vers. sed hoc fallit.* vbi de absentibus causa Reipublicæ, *& reg.* 162. vbi generaliter de omnibus priuilegiatis, *Roman. in d singu.* 398. *incip. tu habes, & ibi in addit. Brun. de indic. & tortur. parte* 1. *qu.* 2. *post num.* 14. *Blanch. de in tic. ad l fin ff. de quæst. & num.* 359. *vbi quod D D. omnes* * * *in hoc sequuntur Hostien. in loco practat. Carrer. in pract. in* 2. *tract. de indic. & tortu. §. vltimo an testis, num.* 12. *in fine. Foller. in pract. crimin. in verbo, capiat informationem, post num.* 40. *vers. verum si aliter veritas haberi non potest,* vbi quod ita * * est communis sententia Canonistarum, *& vers. sunt & alii testes. Ant. Gomez de delict. cap.* 12. *rubr. de probatione delict. nu.* 24. *in fin vers. aduertendum tamen, Caravit. super rit. mag. Cur.* 87. *nu.* 2. *Pract. Corradi tit. de testib. nu.* 7. *in fin. fol.* 67. *colum.* 2. *Andr. Gail. observ.* 100 *nu.* 15 *Visi. opin.* 929 *nu.* 20. *vbi testatur de communi opinione,* * *Clar. in pract. §. fin. quæst.* 24. *vers. sed tas tamen,* vbi tamen dicit, quod iudex, quantum fieri potest, debet etiã isto casu abstinere se ab examine testium, qui de iure cogi non possunt, & vbi occurreret casus, & delictũ esset atrox, posset Principem consulere, prout alias apud eum fatile seruatũ testatur Foller. *in pract. crimin. Canon. cap.* 1. *in verbo, testib. diligenter examinatis, nu.* 13. *ad fin. vers. sed secundum Canones, Mascard. de probat. lib.* 1. *quæst* 5. *nu.* 66. Et pro hac sublimitatione faciunt, quæ de clerico dixi *supr. hac ead. quæst. nu.* 77. & de affine, & de consanguineo dixi *in tit. de opposit. cont. person. testium, quæst.* 54 *nu.* 18. *& nu.* 103. *& eq.* vbi de fratre contra fratrem, *& nu.* 171. vbi de parentibus contra filios, & econtra, *num.* 221. vbi de vxore contra maritum, & econtra, *Socin. reg.* 417. *in* 1. *fallent.*

Contra hanc limitationem, † licet, vt vides, commu- 109
niter * à Dd. receptam, sensit expresse *gloss. in l. inuiti, la* 1. * *in verbo, non licet, ff. de testib.* vbi loquitur de enumeratis in ea lege, videlicet senibus, valetudinariis, militibus, Reipublicæ causa absentibus, & iis, quibus venire non licet, & ibi respondet muibus in contrarium allegatis, *Feder. Schenck in tracta. de testibus, num.* 34. vbi loquitur in enumeratis *in l. lege Iulia, ff. eodem,* dicitque, eos non posse cogi in defectum aliorum testium, præterquam in causa matrimonii, & in causa hæresis, *Alber. de Malet. de testibus, cap.* 6. *num.* 20. vbi tamen loquitur in liberto, filio, & genero.

Pro † concordia potes distinguere inter causam ci- 110
uilem & criminalem, nam primo casu priuilegiati coguntur, si veritas aliter haberi nõ potest & ita procedat prima opinio. Secundo autem casu non coguntur, etiã quod veritas aliter haberi nõ possit, & procedat secunda opinio, si credendum est Alber. de Malet. *in d. cap.* 6. *nu.* 37. *vers. & est notandum.* Item † pro concordia potes 111
per eum distinguere, & dicere, quod priuilegiati non coguntur, etiam quod veritas aliter haberi non possit, hoc est venire ad judicem, & sic procedat secunda opinio, sed possunt bene cogi, si iudex mittat Notarium ad eorum domos, & sic procedat prima opinio, *per ea, quæ generaliter dixi infr. nu.* 113. prout expresse distinguit in hac contrarietate Odofred. *in l. inuiti, la* 1. *col.* 2. *in fin. vers. vel potest dicere, nec dissentit Bart. ibid. Bald. in princ. Alber. nu.* 1. *vers. de hoc dixi, iuncto vers. sed de iure Canonico, & nu.* 3. *vers. & distinguntur, vbi omnino vide, Fulgos. in vers. Odofredus autẽ, Florian ante n.* 1. *& n.* 4. *in fin. vbi distinguit distinctionem Alberici, Iacobin. ante nu.* 1. *ff. de testib. Alber. de Malet. de testib. d. c.* 6 *nu.* 19 *& 23. Foller. in pract crim. in verbo, capiat informationem, post nu* 4 *fol.* 25 *col.* 2 *post princ. vers quando autem.*

Quan-

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding

112 Quando † autem dicatur, veritatem aliter haberi non posse, & cui incumbat onus probandi hanc qualitatem, quod veritas aliter haberi non possit, vltra ea, quæ alias dixi de oppositione contra personas testium, vide in specie Abb. *in cap. 1. num. quæst. 62. num. 57. & seqq.* vide in specie Abb. *in cap. 1. num. 6. vers. & ex prædictis, de testibus cogend.* Ioan. Andr. *in cap. super eo, num. 7. & ibi Bell. mer. num. 4. & seqq.* Anto. de Butr. *num. 7. versic. sed est dubium*, Imol. *num. 4.* Ancharan. *num. 5.* Abb. *num. 4.* Felin *num. 9. extra eodem*, Bellamer. *in cap. dilectorum. post num. 27. versic. quia præsumitur. & ibi etiam Zabarum. post num. 27. versic. quia præsumitur. & ibi etiam Zabarell. colum. 2. in fin. versic. nam eo ipso, eodem tit. de testibus cogen.* Iacobin. *in l. lege Iulia, num. 2. ff. de testibus*, Alber. de Mal. *in tract. de testibus, cap. 6. num. 25. & seqq.* Crot. *de testibus, part. 5. num 200. & sequen.* Campeg. *regul. 162. in 1. 2. & 3. fallen. Addit. ad Roman. singul. 398. incip. tu habes, in fine addit.* Brun. *de indic. & tortur. parte 1. quæst. 2. num. 14. versic. sed habet difficultas, & num. 15.* Blanc. *de indic. ad leg. final. ff. de quæstion. num. 360.* Foller. *in pract. crimin. in verbo, capiat informationem, post num. 40. fol. mihi 25. colum. 1 in fin. versicul. & quod veritas aliter haberi non potest*, Carauit. *super ritu magnæ Cur. 87. num. 3. versicu. dummodo probetur*, Vim. *cpin 929. nu. 21.*

113 SVBLIMITA V. Propositas † limitationes non procedere in illis priuilegiatis, qui inter egregias personas enumerantur, *in l. inuiti, la 1. ff. de testibus*, prout sunt senes, valetudinarii, Nobiles, & milites, & alii, quos pariter & ego enumeraui *in anteced. quæst. cap. 5. num. 202. & seqq.* Ibi etiam licet non cogantur inuiti ferre testimonium, hoc tamen intelligendum est veniendo scilicet ad iudicem: sed si iudex ad eorum domos Notarium mittat, non possunt recusare quin examinentur, Odofred. *in l. inuiti, la 1. colum. fina. in fin. versic. vel potestu dicere, ff. de testibus, & ibi Bart. Bald. in princ. Alber. num. 1. versic. de hoc dixi, iuncto versic. de iure canonico, & num. 3. vers. quidam priuilegio proprio excusantur*, Fulgos. *in versic. Odofredus autem*, Flor. *ante num. 1. & num 4. in fin.* Iacobin. *ante num. 1 gloss. in cap. si testes § inuitis, in verbo, senes, 4. quæst. 3.* Azo *in summ. de testibus, num 3. ad medium, vers. porro in valetudinarios de testibus, num 3. ad medium, vers. porro in valetudinarios*, Alber. *in tract. de testib. cap. 6. num. 19. & num. 23.* Campeg. *de testib. regul. 157. in 1. fall.* Foller. *in pract. crimin. in verbo, capiat informationem, post num. 40. fol. mihi 25. colum. 2. in fin. versic. quidam sunt testes.*

159 LIMITA XI. Quando † de crimine agitur ciuiliter pro interesse partis, quia tunc testes ad se examinandum cogi possunt, *secundum Innoc. in c. 1. n. 5 & ibi Host. post n. 6. vers. nisi ciuiliter agatur, & n. 7. vers. vel aliter ciuiliter agatur, Bellam. sub n. 5. vers. & dum ciuiliter agitur, de testib. cog. gl. in c. super eo, in verbo, passim, & in c. peruenit ad nos, in verbo recusant, vers. & intellige, quod ciuiliter, de test. cog. & ibi Innoc. in fin. Host. n. 1. vers. quod intelligas, Io. And. in c. super his, n. 1. in verbo, cogatis, & ibi Imol. vers. Goffredus vero, Anan. num 1. vers. vel quia, d. tit. de test. cog.* Et in hac opinione, tanquam magis æqua, videtur residere alia gl. *in c. dilectorum, in verbo, super criminib. post prin. vers. super hoc dicunt quidam, & ad fin. vers. sed supradictis omnib. rationib. iuncto vers. sed magis*, vbi concludit, semper compellendos esse testes, qualitercunq; agatur, ne crimina remaneant impunita, dum tamen non criminaliter directe agatur, *& ibi Innoc. in vers. sed per hoc non probatur*, Henr. Boyc. *n. 3. ad med. vers. si in causis criminalib.* Bellam. *n. 16.* Bald. *sub n. 5.* But. *sub n. 4 vbi bene reassumit dicta ibi per gl.* Imol. *n. 6. col. 4. ante med. vers. 1. casu*, Anch. *nu. 2. post med. vers. quia aut agitur de crimine ciuiliter*, Zabar. *col. 2. post prin. vers. si vero crimen*, Abb. *col. 2. post med. vers. si vero agitur de crimine ciuiliter, & col. 3. post med. vers. 1. casu, ext. eod.* Hostien. *in sum. rub. de testib. cog. § in quibus causis, in princ.* Spec. *in tit. de teste, §. de testium compulsione, n. 4. vers. & cum de crimine ciuiliter agitur.* Ang. de Perus. *in tract. de testib n. 23 vers. si d hæc vera sunt*, Alb. de Mal. *de testib. c. 6. nu. 34. & n 36* Foller. *in pract. crim. canon. c. 8. in verbo, testib. diligenter examinatis, n. 6. in prin. iuncto n. 8. vers. in causis autem mediis, & n. 16. vers. autem in criminalib. ciuiliter intentatis.*

160 Quamuis † contra, quod etiamsi ciuiliter agatur de crimine, testes non sint compellendi, faciant dicta per gl. *in d. c. dilectorum, in verbo, super criminibus, vers. sed huic distinctioni contradicit, vsq; ad vers. sed supradictis omnibus rationibus, & per Host. ibi in pr. & n. 1. & seq. & nu. 3. ante med. vers. alij dicunt*, vbi probat, illum text. loqui, quando agitur ciuiliter, & non criminaliter, & tamen vult testes non compellendos, *& per But. sub n. 4. in discursu*, vbi reassumit dicta ibi per gl.

161 Sed † non per hoc recedas à prima opinione, quæ maxime poterit procedere, quando actor magnum damnum pateretur, prout declarat Anch. *in d. c. dilectorum, n. 2. post med. vers. nisi cum actor.* & faciunt generaliter tradita *in anteced. limit. n. 185.*

Quid † autem isto casu, quando scilicet de crimine 162
agitur ciuiliter, seruetur de consuetudine Romanæ Curiæ, dixi *supr. n. 120.*

LIMITA XII. Quando † agitur de crimine per viam 163
exceptionis, vt puta si excipiatur contra testem, procuratorem, vel accusatorem, quod sunt criminosi, vt à iudicio & à testimonio repellantur, & in aliis similibus casibus, in quibus non agitur ad punitionem principaliter, & directe, licet fama aliqualiter aggrauetur: tunc enim testes in criminalibus coguntur. Ita colligitur ex trad. per Bellam. *in rub. de testib. cog. n. 8. & 9.* & est de mente Innoc. *in c. cum contra, nu. 1. in fin. vers. vel dic, quod plus placet, de testib. cogend.* Et in hac opinione, tanquam magis æqua, videtur residere gl. *in c. dilectorum, in verbo, super criminibus post princ. vers. si vero ciuiliter agitur, & in fin. vers. sed supradictis omnibus rationibus, iuncto etiam vers. sed magis æquum videtur, & ibi Bellamer. nu. 30. ad med.* vbi dicit, quod secundum generalem & communem consuetudinem Curiarum testes compelluntur deponere indistincte, etiam super criminibus indirecte vel incidenter intentatis (licet in puncto iuris contrariam opinionem videatur defendere, *vt infr. eum retuli,*) Abb. *col. 4. post med. vers. & puto*, vbi hanc opinionem videtur amplecti, (licet supra retulerit opiniones Host. & Calder. contrarium tenentium.) Et pro hac opinione facit, quod voluit Clar. *in pract. § fin. q. 24. vers. summissime videamus, in fin.* vbi allegat primo in contrarium Capell. Tholosan. *decis. 412.* subdit post Foller. quem allegat, quod quicquid sit de iure, hodie indistincte seruatur, cogi testes tam in ciuilibus, quam in criminalibus.

Contra, quod † imo, quando de crimine agitur inci- 164
denter, & per viam exceptionis, contra testes, procuratorem, & similes, testes non sunt compellendi, faciunt dicta per eundem Innoc. *ind. cap. cum contra, col. 1 vers. licet* secus, & per Hostien. *ibi, nu. 2. vers. si vero de falsitate*, vbi reassumit, & declarat verba Innocen. *de testib. cog.* Et pro hac contraria opinione faciunt deducta per glos. *in cap. dilectorum, post princ. vers. sed huic distinctioni, vsq; ad vers. alij contrarium dicunt, & per Host. ibi, numer. 1. & seqq.* vbi late hanc opinionem videtur comprobare Henric. Boic. *numer. 5. vers. aut agitur in iudicio*, Bellam. *post num. 16. & post num. 17. ad fin. & num. 22. & n. 23. ad fin. vers. & hanc vero decretalem, & num. 26. vers. secunda conclusio, & n. 28. vers. circa secundam, & num. 29. & seq.* vbi pluribus probat hanc opinionem, (licet in contrarium dicat esse generalem Curiarum consuetudinem, *vt supra eum retuli,*) *& num. 31. & seq. & n. 34. vers. & facilius*, But. *nu. 4. vers. secundum canones, & nu. 5. col. 3. post med. vers. quando quæ opponitur, & colum. 4. vers. quartus casus*, Imol. *nu. 4. ad med. vers. fuit etiam alia opinio, post num. 6. col. 3. post med. & col. 5. vers. secundo casu*, Zabarell. *colum. 2. in princ vers. si vero agitur*, Anan. *num. 3 vers. non obstat iste text.* Abb. *col. 2. post med. vers. secunda opinio, & col. 3. ad fin. vers. si autem de crimine excipitur, de testib. cog.* Alber. de Malet. *in tract. de testib. c. 6. n. 41.* Capell. Tholos. *decis. 412. vbi, quod ita communiter * tenetur*, Foll. *in pract. crim. canon. cap. 8. in verbo, testibus diligenter examinatis, nu. 12. vers. quartus casus, & nu. 13. vbi, quod ita communiter * tenetur, ex* Capell. Tholos. *quem allegat d. decis. 412 & n. 14. & n. 25. in fin. vers. secundo casu.* *

In † hac opinionum contrarietate vide Bellam. *in d.* 165
c. dilectorum, n. 34. vbi totum remittit arbitrio iudicis, qui quidem facilius in dubio denegabit compulsionem, quam eam concedet, & sic videtur stare pro hac vltima opinione.

Tu vero dicas, quod † in tribus casibus testes sunt o- 166
mnino compellendi, quando de crimine agitur incidenter per viam exceptionis.

Primus

167 Primus est quãdo excipitur † contra testes, quod corrupti falsum dixerunt: Tunc enim tacere veritatem, est peccatum mortale, cum ex sententia proferenda ex testibus corruptis iniustè quis damnaretur. Ideo testes ad probandum corruptionem sunt cogendi, *secundum Innocen. in cap. cum contra, col. 1. vers. sed nonne dices idem, & ibi etiam Hostien. num. 2. versic. quid ergo, de testibus cogen.* ¶ Se-
168 cundus † est casus, quando, nisi testes cogerentur, aliquis graui damno afficeretur, *Hostien. in d. c. dilectorum, post nu. 3. vers. nisi & aliquis, & ibi Io. Andr. nu. 11. vers. tunc enim, Bellam. nu. 23. in fin. Butr. nu. 5. colum. fin. in fin. Imol. post nu. 6. col. 3. ad fin. vers. nisi magnum præiudicium, & d. num. 6. in fine. colum. 5. vers. & hoc verum. Abb. colum. 3. ad fin. vers. hoc verum, & col. 4. in princ. vers. quod intellige, de testib. cog. Alber. de Malet. in tract. de testibus, cap. 6. nu. 41. vers. & hoc verum. Foller. in pract. crim. canon. cap. 8. & rub. testibus diligenter examinatis, num. 12. vers. & hoc verum, & num. 14. vers. quod intellige.*
169 ¶ Tertius est casus, quãdo constaret, quod testes se subtraherent à testificando odio, gratia, vel timore: Tunc enim etiam isto casu testes coguntur, *ad generaliter trad. supra nu. 6. & in specie scripserunt Ant. de Butr. in cap. dilectorũ, in fine, vers. item hoc verum, de testibus cogen. Alber. de Malet. in tract. de testibus cap. 6. nu. 41. vers. item & hoc verum, Foller. in pract. crimin. canon. cap. 8. in verbo, testibus diligenter examinatis, num. 12. ad fin. vers. item hoc verum.*

170 LIMITA XIII. In † crimine falsi, in quo testes esse cogendos probat text. *in cap. super his*, vbi de falsitate literarum ad Papam sub falso nomine Capituli transmissarum, *& ibi glos. in verbo, articulis, Hostien. colum. 1. vers. quidam dicunt, Io. Andr. nu. 1. Bellam. in summar. Bald. in summar. & in verbo, item super crimine falsi, Butr. num. 1. Imol. in summar. Anchar. nu. 1. Zabar. in summar. Anan. nu. 1. vers. cum agitur, Abb. in summa. & in figuratione casus. de testib. cog. item text. in cap. cum contra, qui loquitur de falsitate literarum Apostolicarũ, & ibi Host. in princ. in verboreis, & in verbo, compellere,* (vbi tamen, quod hoc non videtur speciale in crimine falsi, sed generaliter, & semper in criminalibus) *Ioan. Andr. in summa. Bellam. etiam in summa. & nu. 1. Bald. pariter in summ. Butr. nu. 1. & in 1. not. Imol. & Ancha. in summ. & n. 1. Zabar. nu. 1. Anan. nu. 1. & nu. 3. in princ. iuncto vers. vel dic secundum aliquos, d. tit. de testib. cog. gl. in c. dilectorum, in verbo super criminibus, post medium, in vers. & quia ibi agebatur de falso, iuncto versic. quia dico illud speciale in crimine falsi, & ibi Butr. nu. 4. vers. fallit tertius, Imol. nu. 5. ad med. vers. in eadem glossa, extra eod. Bald. in rubr. de testib. cogen. nu. 2. ad med. vers. fallit in exceptionibus criminalibus, Boccac. in tract. de later. remissor. cap. 2. nu. 10. Foller. in pract. crim. Canon. cap. 8. in verbo, testibus diligenter examinatis, nu. 6. vers. fallit in exceptionibus.*
171 Sed aduerte, quod ex infrascriptis † sublimitationibus apparet, nullum esse speciale in crimine falsi, sed idem esse, quod in aliis criminibus.
172 AMPLIA hanc 13. † limitationẽ, idem esse, quando agitur contra veritem falsis literis: Tunc enim ad vsum istum probãdum; testes posse compelli dixerunt communiter * omnes Dd. *in d. c. cum contra, de testib. cog.*
173 SVBLIMITA I. Hanc † decimamtertiam limitationem procedere, dummodo agatur ciuiliter, & nõ ad pœnam, secus si aliter, *ita videtur de mente Innocen. in cap. 1. nu. 5. in princ. & ibi Host. nu. 7. vers. & idem dicendum est. Bellami. nu. 6. in fin. vers. secundo infert, de testib. cog. Ioan. Andr. in cap. super his, nu. 1. in verbo, cogatis, & ibi et ã Imol. vers. Goffred. vero, Anan. nu. 1. vers. vel quia eod. tit. Innoc. in cap. cum contra, in princ. vers. alii dicunt, vbi Host. nu. 1. vers. alii vero, Ioan. Andr. num. 2. in verbo falsitatis, Bellam. nu. 2. Ant. de Butr. num. 1. vers. oppono quod in criminibus. Anan. nu. 3. vers. quod est verum, vbi de materia, d. tit. de testib. cog.*
174 SVBLIMITA II. Eandem † limitationem procedere, dummodo veritas aliter haberi non possit, secus si veritas aliter haberi potest, *secundum Ioan. Andr. in c. super his, nu. 1. in verbo, cogatis, Butr. ibidem, nu. 1. vers. Vincen dicit, Imol. in vers. in gloss. fin. Anan. nu. 1. vers. & hoc ideo, Abb. col. 2. vers. extra glossam, de testib. cog.*

SVBLIMITA Dummodo testes † se subtrahant 175
odio, gratia, vel timore: alias secus *text. in cap. cum contra, ibi, si segratia, vel timore subtraxerint, & ibi Bald. ante nu. 1. vers. Papa dicit, Imol. in vers. nota quod in crimine falsi, Abb. in princ. & num. 1.* vbi propterea, quod in hoc nullum est speciale in crimine falsi, *extra de testib. cog.* Contra, quod testes † cogantur isto casu, etiam quod non se subtra- 176
hant odio, gratia vel timore, videas omnino Imol. *in cap. dilectorum, nu. 6. col. 4. ad med. vers. item non obstat, de testibus cog.* Quid si † agatur ad probandum corruptionem, 177
& falsitatẽ testis examinati, an tunc testes possint compelli, dixi supra *num. 167.*

LIMITA XIV. Quando † agitur ad probandum cri- 178
men notorium: Tunc enim testes possunt compelli, *secundum Innoc. in cap. 1. num. 5. ad fin. & ibi Host. nu. 8. ad fin. & nu. 10. vers. per præmissa patet, de testib. cog. Henr. Boyc. in cap. dilectorum, nu. 8. ad med. vbi Imol. post nu. 6. col. 3. post med. vers. quia tunc, Anchar. nu. 2. ad med. vers. si autem est crimen manifestum, Ana. nu. 3. vers. limita tamen, extra eod. Socin. reg. 417. in 4. fall.* Notorium autem inducitur ex perseuerantia criminis, de quo dixi *in seq. limit.*

LIMITA XV. Quando † agitur contra eum, qui per- 179
seueraret in crimine, *Innoc. in cap. 1. nu. 5. ad med. vers. nisi perseueraret in crimine, & ibi Hostien. nu. 8. vers. secus si in crimine perseuerat, Bellam. nu. 8. vers. fallit primo, de testib. cogend. Ioan. Andr. in cap. dilectorum, nu. 11. post med. col. mihi fin. vers. quod dicit verum, & ibi etiã Bellam. post nu. 16. Butr. nu. 4. in fi. col. 3. in prin. vers. quod dicit verum, Imol. post n 6. col. 3. post med. vers. nisi quis perseueret in crimine, Anchar. nu. 2. ad med. vers. si autem est crimen, Anan. nu. 3. vers. limita tamen, Abb. col. 2. post med. vers. quod dicit verum, ext. eod. Socin. reg. 417 in 4. fall.* Ratio est, quia ex perseuerantia crimen fit notorium, ptout dicunt pleriq; ex Dd. supr. allegatis, ideo coguntur testes, *vt dixi supr. in anteced. limitat.*

LIMITA XVI. Quando † agitur ad probandum 180
quem esse condemnatum de crimine. Possunt enim testes compelli ad se examinandum super sententiis latis contra aliquem, *secundum Innoc. in c. 1. nu. 5. ad fin. vers. item si dicat condemnatos de crimine, iuncto vers. & hac eadem ratio, & ibi Host. nu. 8. ad fin. vers. & vbi aliquis est de crimine condemnatus, de testib. cog. Io. Andr. in cap. dilectorum, nu. 11. post med. col. mihi fin. vers. dicit etiam ibi Innoc. & ibi Bellam. post nu. 25. Butr. nu. 4. in fin. vers. dixit autem Innoc. Anch. nu. 2. vers. nam aut est de crimine damnatus, & d. nu. 2. ad fin. vers. aut dicitur de illo crimine condemnatus, Abb. colum. 2. ad fin. vers. idem dicit ibi Innoc. ex eod. Socin. reg. 417. in 4. fall.*

LIMITA XVII. Ad † probandum sententiam ex- 181
communicationis, Innoc. *in cap. 1. nu. 5. ad fin. vers. item si dicatur sententia excommunicationis lat. de testib. cog.* Sed an hęc limitatio vera sit, & quando, videatur ibidem Innoc. *nu. 6. Host. nu. 9. Bellam pariter, nu. 9. vers. & idem secundum eum, Ioan. Andr. in cap. dilectorum, col. fin. vers. si vero dicatur, & ibi etiam Bellam. n. 16. post med. & sub d. nu 16. Butr. nu. 4. in fin. vers. per quæ excluditur, & n 5. Abb. col. 2. ad fin. vers. quid de sententia excommunicationis, extra eod. Monticell. in reper. test. rubr. ad senten. excomm. proban. fol. 141. col. 2. vers. penult.*

LIMITA XVIII. Quando † agitur de priuatione 182
aut depositione prælaturæ, aut alterius dignitatis *Bellam. in rub. de testib. cog. nu. 10. Host. in c. peruenit ad nos, n. vers. etiamsi ad depositionem agatur, & in c. dilectorum, n. 3. in fi. alias aũt, de test. cog. Io. And. in d. c. dilectorũ, n. 11. post vers. tunc enim, Henr. Boyc. n. 6. vers. si coram iudice Ecclesiast. Bella. nu. 23 in fi. But. n. 5. col. 3. post med. vers. item vbicunq; & col. fin. ad fin. vers. si autem agitur de crimine criminaliter, Alb. de Mal. n. tract de testib. c. 6. n. 40. Montic. in reper. test. in rubr. in crimin. causa, quando compellantur, fol. 140. col. 2. vers. 4. Folle. in pract. crim. canon. c. 8. in verb. testib. diligent. examin. n. 12. vers. si vero de crimine agitur criminaliter, & faciunt quæ dixi supr. nu. 155.*

183 LIMITA XIX. Quando † agitur de probando iniuriam personalem factam clerico, *text.expressus in c.peruenit ad nos, & ibi gloss.in verbo, ecclesiasticis, vbi adducit concordantiam iuris, & in verbo, recusant, in fi.vers.vel dic, vbi respondet contraria oppositions, Innoc.in 1.& in 2.nota.Host.ante nu.1. vers.sed dic, vbi refert gl.in d.verbo, recusant, Io.And.in summ. n.1.& n.2.in verbo, de rebus, Bell.in summ.Bald.n.1.But.num.1. Imol.in sum.Anchar.n.1.Zab.in sum.& in vers.in gl.ibi, negare, Abb.in sum.de testib.cog.vbi Bal.in rub.n.2.post med.vers.item in crimine sacrilegij, Anchar.in c.dilectorum, n.7.post med. vers. & tunc aut est illata iniuria in personam ecclesiasticam, extr.eod. Foll.in pract.crim.cano.c.8.in verbo, testibus diligenter examinatis, n.6.in fin.vers.item fallit in crimine sacrilegij.*

184 AMPLIA † hanc decimamnonam limitationem, vt isto casu cogantur etiam priuilegiati, si aliter veritas haberi non potest, *Host.in d.c.peruenit ad nos, in fin principij, in verbo, quia hi, extr.de testib.cog.*

185 SVBLIMITA I. Hanc † decimamnonam limitationem procedere, si aliter veritas haberi non potest, secus. Sicuti probare videtur tex.*in d.c.peruenit ad nos, in fi.* ibi, *si aliter veritas nequierit elici, & ibi Abb.n.2.in fi.vers.ego po-*

186 *no, Fel.in prin.vers.in gl.fin.de test.cog.* Sed † aduerte, quod hæc sublimitatio potest procedere in priuilegiatis, vt admonui *supr n.84.* Non priuilegiati autem coguntur etiam, quod veritas aliter haberi non possit, *secundum Host.in eod.c.peruenit ad nos, in fin.princ.in verbo, quid hi, & n.1. ad med.in verb.nequierit, & cum Host.pertranseunt Io.And.ibi, n.2 in verbo, elici, Bellam.n.1.Anchar.nu.2.vers.alij, vt Hostiensis, Anan.post num.3.*

187 SVBLIMITA II. Dummodo † ciuiliter agatur pro interesse clerici, secus si criminaliter, & ad pœnam, fuit opinio gl.*in d.c.peruenit ad nos, in verbo, recusant, vers.& in-*

188 *tellige, quod ciuiliter, de testib.cog.* Sed † contrarium, quod imo testes compellantur, etiam quod criminaliter agatur, etiam quod hoc sit introductum fauore speciali ecclesiæ, & clericorum, & ne laicorum culpa remaneat impunita, videtur de mente Innoc.*in eod.c.peruenit ad nos, in fin.& cum Innoc.pertranseunt ibi Host.n.1. Io.And.nu.2.in fin. vers.vel hoc est inductum, Bell.n 2.But.n.3.in fin.vers.vt hoc speciale, Anch.post nu.2.vers.alij quod hoc est in ductum, Anan post num.3.vers.alij intelligant indistincte, Abb.nu.3.in fin.vers.quartam lecturam.*

189 LIMITA XX. Quando † agitur de conspiratione contra suum prælatum: tunc enim propter criminis detestabilitatem compellũtur testes, etiam quod simus in criminalibus, text.est *in c.venerabilu, & ibi gl. & notant* * *omnes,* * *de test.cog. vbi Bal.in rub.n.2.post med. vers.item in crimine conspirationis, Boccac.in tract.de liter.remissor.c.2.nu.12. Foller.in pract.crimin.canon.c.8.in verbo, testibus diligenter examinatis, n.7.*

190 LIMITA XXI. In crimine † læsæ maiestatis, Bald *in rub.de testib.cog.nu.2.post med. vers.& fortius,* vbi infert ad crimen proditæ patriæ, Anan.*in c.cum contra, n.3.in fin.extra, eod. Io.And.in c.dilector.n.9.& ibi Bell.n.23.ante med. Butr. n.6.vers.Hostiensi non placet hac doctrina, d.titul.de testib. Foller. in pract.crim.canon.c.8.in verbo, testibus diligenter examinatis, post num.7.*

191 LIMITA XXII. In † omnibus criminibus enormibus, prout sunt homicidium, simonia, & similia, Bal. *in rub.de testib.cog.n.2.ad med. vers.& idem in similibus delictis enormibus, & num.3.* vbi declarat in proposito, quæ dicantur delicta enormia, *Innoc.in c.cum contra, in prin.& ibi Host.nu.1. Bald.etiam n.1.ad med. Anan.n.3.in fin.eod.tit. Ioan. Andr.in c.dilector. n.9.vbi vitiam Bellam. nu.23.ante med.extr. eod. Foller.in pract.crimin.canon.c.8.in verbo, testibus diligenter examinatis, post num.7.*

192 LIMITA XXIII. In † crimine adulterij, Bal.*in rub.de test.cog.n.2.in fin. Foller.d.c.8.vbi supr.post num.7.*

193 LIMITA XXIV. Quando † agitur de crimine, ex [illegible] scandalum, Bald.*in rubr.de testib.cog.num.5. Fel.ibid.in fin. Foller.vbi supr.nu.8.ad fin.vers.& sic etiam vbi cunq; esset scandalum.*

194 LIMITA XXV. In † causis mixtis, in quibus testes coguntur, sicuti in ciuilibus, Bald.*in rub.de test.cog.n.4. ad fin.vers.sed in causis mediis.*

195 LIMITA XXVI. In † delictis commissis lite pendente, & hoc fauore iudicis, & propter illius iurisdictionis contemtum, *Innoc.in c.super his, vers.vel potes dicere, & ibi Host.col.1.vers.vel hoc ideo est, Io.And.n.3.vers.vel quia delictum commissum lite pendente, Bellam.num.2.Bald.col.2.vers. item vbicunque, But.num.1.in fin.vers.vel quia delictum, Imol. vers.vel quoniam delictum, Zab.vers.vel secundum Innoc. Ana. n.1.in fin.vers.secundum alios, Abb.col.2.in fin.in 3.intellectu, de testib.cog. Fel.in c.dilectorum, n.3.ad med. vers.& de materia, il 2.extr.eod.*

196 LIMITA XXVII. huius † tertij capitis regulam, vt procedat de iure canonico, secus autem de iure ciuili: secundum quod etiam in criminalibus testes posse compelli, scripserunt Innoc.*in c.1.nu.3. vers.secundum leges autem, de testib.cog.& ibi Bell.n.5.in 4.opinione, Bal.in rub.eiusdem tit.n.2. Host.in c.super eo, n.1.in fi.in verbo, paßim, vbi Ioan. And.post n.3. Bell.n 2. Bal.post n.1.vers.sed oppono, Abb.n.3.extra, eod. Zab.in c.cum contra, vers.in gl.ibi, si quando, d.tit.de testib.cog. But.in c.dilectorum, sub n.4.vers.propter quæ, Imol.ibid. n.4.ad med.vers.nam de iure ciuili, Anch.n.2.ad fi.vers.& tunc secundum leges, eod.tit. Bal.in l.lege Iulia, post prin. vers.facit lex ista, ff.de testib. Flor.in l.1.n.5.in 4.nota ab.ff.eod.gl.in l.si quando, in prin.in verbo, causis, & ibi Bellapert.col.1.in prin.vers.in causa ciuili*, vbi reddit rationem diuersitatis inter ius canonicum, & ius ciuile. Canones enim respiciũt periculum animæ, leges vero respiciunt interesse Reipublicæ, vt scil. malis hominibus prouincia purgetur. Ideo dicit, in foro ecclesiastico seruandum est ius canonicum, in foro autem seculari ius ciuile, *Odofr.post nu.1.& nu.4.vers.& hoc verum est, Cyn.n.5.* vbi referendo Pet.de Bellap. *in loco præcitato*, demonstrat, quantum in hoc iura ciuilia sint rationabiliora, quam iura canonica, Bar.*nu.6.vers.dicit gl. & n.7.in 2.lectur.* Fulg.*n.4.in fi.vers.& hoc verum iure ciuili, & n.7.in 2.lectur.* Fulg.*n.4.in fi.vers.& hoc verum iure ciuili, & n.5.* Alb.*n.1.* Salyc.*n.4.in fin.vers.oppono tertio,* C.*de testib. &* Carauit.*super rit.magn.Cur.87.nu.1.vers.amplia hunc ritum,* Corrad.*in pract.tit.de testib.n.6 fol.66.* Clar.*in pract.§.final. q.24.vers.fu: cessiue,* vbi, quod de iure ciuili hoc est expeditum, Mascat.*de probat.lib.1.q.5.n.47.*

197 AMPLIATVR † hæc limitatio, vt procedat non solum in testibus, sed etiam in principalibus, vtputa, vulneratis, offensis, vel derobatis, qui possunt cogi ad se examinandum, & indicandum offendentem, vulnerantem, vel furem, ita videtur de mente Petri de Bellaper.*in l.si quando, col.1.vers.dico plus,* C.*de testib.* Ant.Gomez. *de delict.c.12.rub.de probat.d.lict.n.24 vers.ex quo infero,* Foller.*in pract.crim.cano.c.8.in verbo, testibus diligenter examinatis, nu.28.* vbi, quod si pars interrogata noluerit indicare furem, potest incarcerari, & ampliat, siue procedatur ex officio iudicis, siue ad instantiam partis, & tam de iure canonico, quam de iure ciuili, testaturque post alios, quos allegat, ita seruari de consuetudine Dicecesanorum, & stylo Romanæ Curiæ, licet aliqui ibi per eum relati distinxerint, an iudex procedat ex officio, an vero ad instantiam partis.

198 LIMITA XXVIII. In † causa vsurarum, *Spec.in tit.de rescript.præs.§.ratione forma, vers.circa causam, prout illum allegat Montic.in repert.test.in rub.in vsurarum causa an cogantur, fol.140.col.1.vers.1.*

199 SVBLIMITA † omnes præcedentes limitationes, in quibus dixi posse testes cogi ad ferendum testimonium in criminalibus, non habere locum, quoad clericos, præsertim in sacris ordinibus constitutos, & in causa sanguinis, in qua eos minime cogi posse ad testificandum, siue agatur per iudicem ecclesiasticum, siue etiam per secularem, dixi alias *in tit.de opposit.contra person. test.*

test.qu.61.nu.91.& Dd.ibidem allegatis addo Bellamer.in rubr. de testibus cog.nu.3.in fin. & nu.11. Host.in cap.peruenit ad nos, nu.1.ante med.vers.secus, vbi ageretur ad vindictam sanguinis, & in c.dilectorum, nu.3.ante med.vers.hoc autem fateor de testibus cog.& ibi Ioan.And.colum.fin.in fin.vers.si vero agatur, Henric.Boyc.nu.1.in fin.vers.non enim licet clericis, num.18.ad med.& sub nu.21.vbi de materia, & nu.25.in fin.Butr.num.5. ad med.col.3.in fin.vers.si vero agatur ad pœnam corporalem, & col.4.vers.si agitur coram iudice seculari, Imol.nu.4.ad fin. vers.secus si ad pœnam sanguinis, & nu.6.col.5 inprinc vers. clerici autem, Ancharan.nu.2.ad fin.vers.secundo casu, Zabarell.col.2.vers.& aut in clericis, Abb.col.3.post med.vers.sed clerici non compelluntur, & col.4 in princip.vers.clerici tamen, Alber.de Malet.de testibus, cap.6.nu.38. Foller.in pract.crimin. canon.cap.8.in verbo, testibus diligenter examinatu, nu.3.vers. in tertio casu, & nu.12.vers.in hoc enim casu, & nu.14.

200 AMPLIA I. Hanc † generalem sublimitationem, etiam quod veritas aliter haberi non possit, *Bald.in rubr. de testibus cogen.nu.3.in fine, Alber.de Malet.in tract de testibus, num.37.vers.& est notandum.*

201 AMPLIA II. Prout † etiam tetigi in ipsa sublimitatione, quod in causa sanguinis clerici non possunt cogi ad testificandum, nec per iudicem secularem, nec per ecclesiasticum, vt puta quando agitur coram iudice tẽporali Episcopi, qui vtrumq; habet gladium. Sic enim communiter * loquuntur omnes Doct. allegati supra, *nu.199.& in specie Bellamer.in d.rubr. de testibus cogen. eo. em, nu.11. Henric.Boyc.in cap.dilectorum, num.7.& ibi idem Bellamer.num.18.ad med.& num.6.Butr.num.5.post med.colum 3. in fine, vers.per quæ dicit Hostiensis, Abb.col.3.ante med. vers. vnde dicebat, extra eod.in, Monticell.in repertor.test.rubr.testes per quos compellantur.fol.145.col.2.vers.fin.Foller.in pract crimin.canon.cap.8.in verbo, testibus diligenter examinatis, num. 25.post med. vers.clerici autem.*

202 AMPLIA III. Eandem † generalem sublimitationem procedere etiam in laicis adspirantibus ad clericatum, nam & isti nec etiam possunt cogi ad testificandũ, *Ioan.And.in c.dilectorum, col.fin. in fin.vbi Bellam.num.18.ad med.& nu.21.ad fin.& nu.26.vers.sed quid de laico, But.nu.5. post med.col.3.in fin.vers.in laicis autem, & col.4.in fine, vers. item honestum esset, Anchar.nu.2.ad fin.vers.aut volunt clericari,* (vbi tamen loquitur & declarat, quando veritas aliter haberi potest) *Abb.col.3.ante med. vers.sed quid de laico*: vbi ponderat, quod isto casu Ioan.Andr.dicit, *honestum esse*, laicum non compellere, non autem dicit, *necessarium*, & sic tacite sentit, quod in foro ciuili laicus adspirans ad clericatum possit compelli ad ferendum testimonium in causa sanguinis, nisi sit necessarium, & *colum.4.in prin.vers.& honestum est, Alb.de testibus, cap.6.nu. 39.Monticel.in reper.test.rub.laicus an cogi possit, fol.144.col.1. vers.penul. Foller.in practic.crim.canon.cap.8.in verbo, testibus diligenter examinatis, nu.12.vers.hoc etiam casu.* Perfecta hæc Quæstio ad laudem DEI, die 26. Martii 1596.

ARGVMENTVM.

De tortura testium.

SVMMARIA.

Testis indebite tortus, non probat. nec facit indicium, nu.1.

Torqueri non possunt regulariter libers homines pro testimonio, num.2.li.et alij contra, num.3.

Seruii indistincte pro testimonio torquentur, sed quando hoc verum sit, num.4.

Testes omnes indistincte torquentur in crimine læ maiestatis, num.5.

Testes vacillantes torquentur, nu.6. Amplia 1.etiam in causa ciuili, num.7. Amplia 2.etiam in testibus constitutis in dignitate, num.8. Amplia 3.non solum in vacillantibus, sed etiam in variantibus, & sibi contrariis, num.9.& 10. Limita 1. quando testis allegat aliquam rationabilem causam sua variationis, nu.11. Limita 2.dummodo vltra vacillationem testis facto interfuerit, aliter secus, nu.12.contra, n.13. Limita 3. dummodo variatio sit circa negotium principale, alias secus, nu.14. Limita 4.in sacerdotibus, nu.15.

Testis verisimiliter informatus de facto, torquetur, si illius facti veritatem deponere recusat, nu.16.

Testes, qui facto interfuerunt, & dicunt, se nihil vidisse aut audiuisse, torquentur, nu.17. Amplia, vt isto casu non sit necessaria vacillatio, nu.18. Limita, quando testis allegat aliquam rationabilem causam sua ignorantiæ, nu.19.

Torquentur testes, quando negant, se facto interfuisse, & de mendacio conuincuntur, nu.20. Amplia 1.vt sufficiat testem conuinci de mendacio ab vno alio teste, dummodo sit eo dignior, nu.21. Amplia 2. vt sufficiat de mendacio conuinci per eius confessionem extraiudicialem, nu.22.

Testes infames non admittuntur sine tortura, nu.23. siue sint infames infamia iuris, nu.24.siue etiam infames infamia facti, nu.25 licet alij contra, nu.26. Limita quoad institutionem, informationem, & inquisitionem, nu.27.

Testes criminosi non admittuntur sine tortura, nu.28. Amplia 1. etiam in condemnatu de publico crimine, nu.29. licet alij contra, nu.30. Amplia 2.etiam in criminosis non adhuc condemnatis, nu.31.

Testes aui e reprobati non admittuntur sine tortura, nu 32.

Testes inhabiles non admittuntur sine tortura, nu.33. Contra, nu.34. resolue, vt nu.35.

Testis deportatus non admittitur sine tortura, num.36. Contra, num.37.

Testes qui sponte vadunt ad se examinandum, tanquam suspecti torquentur, nu.38

Testes domestici torquentur pro furto vel delicto domi facto, tanquam verisimiliter informati, nu.39.

Testes vicini torquentur pro delicto commisso in vicinia tanquam verisimiliter informati, nu.40.

Testes, qui dicunt, se non recordari de eo, de quo verisimiliter recordantur, sunt suspecti, n.41. non probant, nu.42. torquentur. nu.43 & de falso puniuntur, d.num.43. Limita primo, dummodo obliuio non sit verisimilis, num.44. Limita secundo, dummodo dicat, se non recordari de facto principali, aliter secus, nu.45.

Testes torquentur non solum in inquisitione speciali, sed etiam generali, nu.46.

Testes torquentur denegata copia indiciorum, nu.47.

Testes non torquentur contra eum, contra quem inuiti testimonium ferre non coguntur, nu.48.

Minores quatuordecim annorum non torquentur, nu.49. sed bene ferula caduntur, nu.50. Limita in crimine læsæ maiestatis, nu.51.

Testes inhabiles qui examinati fidem non faciunt, non torquentur, ideo antequam torqueantur, sunt discutienda exceptiones contra eos oppositæ, nu.1.& nu.51.& 52. Declara, vt n.53.

Sacerdotes non possunt pro testimonio torqueri, etiam quod vacillent, nu.54. Licet alij contra, num.55. Limita 1. in clericis non sacerdotibus, num.56. Licet alij contra, nu.57. sed isto casu clerici non torquentur a iudice seculari, sed ab Ecclesiastico, num.58. Limita 2. si sint infames, quia ad purgandum infamiam torquentur etiam sacerdotes, nu.59.

Constituti in dignitate, nobilitate, vel officio seculari, non possunt pro testimonio torqueri, nu.60. Limita, si vacillent, nu. 61. Licet alij contra, nu.62.

Testes non torquentur in causa ciuili, nu.63. contra, nu.66. etiam quod viles sint, nu.64. contra nu.67. etiam quod vacillent, nu.65. contra, nu.68. resolue, vt nu.69.

Testes non possunt torqueri, nisi constito de corpore delicti, nu.70.

Testes non possunt torqueri, nisi contra eum precedant indicia, nu.71. Limita, quando torquentur testes in inquisitione generali, num.72.

Testes non possunt torqueri nisi contra eos precedant indicia, nu. 73. Sed quanam sint ista indicia, num.75. Limita, quando torquentur ad purgandam infamiam, nu.74.

Numeração incorreta /ou
Data incorreta
Incorrect numbering and/or
Incorrect date
(0079)

Testes non torquentur, quando aliunde veritas haberi potest, num.76.

Testes plures, quando sunt torquendi, non omnes, sed duo, aut tres torquentur, nu.77.

Testes in tortura non sunt in specie contra aliquem interrogandi, sed in genere contra delinquentem, nu.78. Limita. nisi præcedant indicia contra certam personam, nu.79. Declara limitationem, nu.80.

Tortura testium debet esse moderata, & per quantum tempus, num.81. & seq.

Ratificatio est necessaria in confessione à testibus per torturam habita, nu.83. licet alij contra, nu.84.

QVÆSTIO LXXIX.

1 OPPONITVR XXXIII. Cõtra † testes, quod fuerunt indebite torti, ideo non probant, nec faciunt indicium, *secundum Brun. in tract. de indic. & tort. part.2.qu.4.post nu.9.* Verum vt videamus, quando testis dicatur indebite tortus.

2 REGVLAM constituo † negatiuam, quod scilicet liberi homines in caput aliorum pro testimonio non torquentur, *text. in l. ex libero, in princ. ff. de quæst.* cuius verba hæc: *Ex libero homine pro testimonio non vacillante quæstionem haberi non oportet, & ibi Bart. in summa, & post nu.1. versic. quidam sunt al. glos. in l.1.§. si seruus ad hoc, ff. eodem, & ibi Alber. in §. seruum mariti, nu.1. in fin. & in d.l. ex libero, nu.1. vb etiam Marsil. in prin. & nu.2. ad fin. versic. quidam sunt testes Odofre. [illegible] §. si ea res condatio, in fin. versic. testes omnes, tepe[illegible] ff. de testibus, Salyc. in leg. fin. num.6. [illegible] aut pro[illegible] testium, [illegible] de quæst. Bald. in leg. non solum, [illegible] manumittendo, ibi, præter hos casus tenuum debet terqueri, C. ad leg. Iul. de adult. Host. in c. cum [illegible] tione n.4. & ibi etiam Abb. post n.10. versic. si vero [illegible] lu. ext. de reg. iur. Tindar. in tract. de testib. part.2.c.12. [illegible] en. Alf. in verbo, comparuerunt dicti inquisiti, & negotum, num.18. versic. si vero non sunt, & in verbo, qui iudex statuti termin. nu.26. Brun. de indic. & tort. part.2. qu.4. nu.7. Boss. in tit. de tort. test nu.2. & nu.3 ad fin. versic. regulam ignetur, Ant. Gomez. de delict. c.13. rub. de tort. reor. nu.29. Cæpol. * cons.60. n.4. Bursat. cons.216. n.108. & de * cõmuni, & n.111.*

3 ¶ Licet † cõtra & malè dixisse videatur Gand. *in tit. de qu. & torm. n.7. versic. dic indubitanter*, liberos homines, tã in seipsos, quã in alios posse torqueri, iuribus per eum allegatis. q̃ hoc non dicunt regulariter, sed in certis casibus.

4 LIMITA I. Vt hæc regula procedat, † prout loquitur in libero homine, secus in seruis: serui n. indistinctè torquentur pro testimonio. Quod, quando verum sit, & quid de libertis, & quid de statu liberis, vide text. *in l.1. & per tot. tit. in discursu, & ibi Dd. ff. de quæst. text. in l. fin. & ibi Dd. C. eod. & ibi hoc notat Bellapert. ad fin. versic. non enim creditur nisi per eneret. Henr. Boyc. in c. cum in contemplatione, nu.5. post med. versic. sint serui, & ibi But. nu.7. col.3 in princ. versic. de seruis, Zabarell. nu.11. Abb. etiam nu.11. extra, de regulis iuris, Tyndar. in tract de testibus, part.2. cap.12. num.4 Brunor. de indic. & tortur. part.2. quæst.14. nu.25 versic. serui etiam, Cyrill. in summa crim. rubr.29. tit. de quæst. §.3. num.2. fol.149 col.3. versic seruus etiam, Boss. in tit. de tort. test. num.15.*

5 LIMITA II. In † crimine læsæ maiestatis, in quo pariter pro testimonio indistincte omnes torquentur, etiam quod minores sint, & alias non torquendi, tex. *in l. de minore, in prin. ff. de quæst.* dum dicit, *Sed omnes omnino in maiestatis crimine, quod ad personas principum attinet, si ad testimonium prouocentur, cum res exegerit, torqueantur, & ibi gl. in verbo, principum, Anton. de Butr. in cap. cum in contemplatione, nu.7. versic. quod dixi de regulis iuris*, vbi loquitur etiam de constitutis in dignitate, *Præpositi. in cap.3. §. item si res, in fine, versic. quæro circa secundam partem, 4. quæst.3.* vbi quod in crimine læsæ maiestatis, nedum infames, sed indifferenter omnes admittuntur, non tamen sine tormento, *& ante eum Archidiac. ibidem, in fine, versic. si autem, & Turrecrem. in verbo, si autem conditio rei, Brunor. de indic. & tortur. part.2. quæst.4. nu.16. ad fin. & nu.24.*

6 LIMITA III. In † testibus vacillantibus, quos pariter torqueri, probat text. *in l. ex libero, in verbo, non vacillante, sumpto ibi argumento à contrario sensu, & ibi glos. 1. Bart. in summ. & post num.1. versic. primus est, & dict. num.1. in fin. versic. primo si vacillant, Marsil. in summar. & num.2. in fine, & num.4. ff. de quæst. Alber. in l.1.§. seruum mariti, nu.2. & in leg. final. post princip. ff. eodem, Salycet. in l. final. nu.6. in fin. C. eodem tit. de quæst. Bald. in leg. si non solum, col.2. in princ. versic. similiter torquetur vacillans, C. ad legem Iuliam, de adult. Pet. similiter torquetur vacillans, C. ad legem Iuliam, de adult. Pet. de Bellapert. in leg. presbyteri, in summar. C. de Episc. & cleric. quando, num.195. versic. primus si vacillant, de accusat. Barbat. in tract. de testibus. part.2. num.18. versic. tu dicas in fin. Tindar. de testibus, part.2. cap.12. num.3. Angel. de malef. in verbo, comparuerunt dicti inquisiti, & negauerunt totum. nu.18. versic. si parauerunt dicti inquisiti, & negauerunt totum. nu.18. versic. si vacillent, Brun de indic. & tort. part.2. quæst 4. nu.5. & post num.7. & num.13. Francis. Cason. in tract. de torment. cap.10. num.16. Foller. in pract. crimin. in verbo, capiat informationem, nu.38. ad finem, versic. & similiter, Cyrill. in summa crim. parte vlt. rubr.29. tit. de quæst. §.3. num. colum in fin. versic. varij etiam testes, & nu.4. in fine, Boss. in tit. de tort. testium, nu.2. & num.3. ad finem, versic. aduertendum puto, & num.4. Anton. Gomez. de delict. cap.13. rub. de tortur. reorum, nu.29. Monticell. in repert. testium, rubr. quando examen test. in tort. fol.159. col.2. versic.5. & 7 fol.160. col.1. versic 3. Ruyn. consil 7. nu.1. lib.5. Bertazz. consil.153. nu.1. lib.1. Bursat. consil. 216. nu.108. & vide quæ dixi in qu.66. nu.98. & sequ.*

AMPLIA I. Hanc † tertiam limitationem, vt procedat etiam in causa ciuili, *vt dixi infra, nu.68.* 7

AMPLIA II. Eandem † tertiam limitationem, vt procedat etiam in constitutis in dignitate, *vt dixi infra, nu.61. & sequ.* vbi de veritate huius ampliationis. 8

AMPLIA III. Quia † licet differentia sit inter testem varium, contrarium, & vacillantem, *prout late dixi supra, quæst.66. nu.1. & seqq.* & in proposita materia torturæ adduxerunt Alber. *in l. ex libero. nu.2. ff. de quæst* Cyrill. *in summa crimin. rubr.29. tit. de quæst. §.3. col.2. in fin. versic. varij autem dicunt, & col.3 in princip. versic. pariter testis inconstantia*, Boss. *in tit. de tortur. test. num.16. &* 17. Nihilominus quatenus † attinet ad testium torturam, dic eos torquendos, non solum propter vacillationem, *prout sic in vacillanti*, non solum propter vacillationem, *prout fic in vacillanti*

de sua extraiudiciali confessione. Probata enim hac extraiudiciali confessione præsumuntur scire veritatem, & velle eam occultare, ideo torquentur pro ea habenda, *secundum Foller. in pract. crimin. in verbo, capiat informationem, nu.38. versic. vel si extraiudicialiter,* ¶ *& in verbo. si confitebuntur, in 2. part. 2. part. nu.30. & faciunt, quæ dixi supra, quæst.66. nu.106. & seqq.*

23 LIMITA VII. In † testibus infamibus, quos ad testimonium non admitti sine tortura in casu, in quo à iure admittuntur, probat text. *in leg. ob carmen,* §. *si ea rei conditio, ff. de testibus,* cuius verba sunt hæc: *Si ea rei conditio sit, vbi arenarium testem, vel similem personam admittere cogimur, sine tormentis testimonio eius credendum non est.* Et ibi hoc notat Bald. *in summario, Alber. in versic. ad testimonium autem, Odofred. in princip.* vbi sic dicit: *Ponamus, quod iudex in crimine læsæ maiestatis aliquem militem recipiat in testem, non debet eum subiicere quæstionibus, sed debet dicere, iuretis dicere veritatem, si autem recipiat aliquam ribaldam, & infamem personam, debet dicere, ligetur ei manus, & trahatis eum superius, & ponatis eum in quæstionibus: si dicat ribaldus, non feci tibi ita illi militi, debet iudex respondere, miles est honesta persona, tu autem es infamis, nec admittendus sine tormentis,* Fulgos. *in summar. gloss. in leg. 5. §. lege Iulia, in verbo, palam, versic. item fallit contra pariter infamem. ff. de testibus,* Bald. *in leg. non solum, col. 2. in princ. versic. & idem est,* vbi facit, generalem conclusionem esse, scilicet torquendos omnes eos testes, quibus sine tortua non creditur, C. *ad leg. Iul. de adulter. text. in cap. 3. §. si autem ea rei conditio, 4. quæst. 3.* vbi canonizatur lex ciuilis, *de qua in d.l. ob carmen,* §. *si ea rei conditio, ff. de testibus, & ibi gloss. in verbo, Arenarium, Præpositi. ante nu.1. Turrecrem. in fin. in verbo, similem, Innocen. in cap. cum* P. Manconella, *de accusat. And. Barbat. in tract. de testibus, par. 2. nu.17. ad fin. versic. ad de etiam Bertachin. in verbo, testium coactio, nu.16. Cyrill. in summ. crim. rubr.29. tit. de quæst. §.3. nu.2. fol.149. col.3. in fine, versic. itaque cum testem infamem admittere cogimur, Boss. in tit. de tortur. testium, nu.3. ante medium, versic. & idem quotidie, vbi quod ita apud eum practicatur,* ¶ *Clar. in practic. §. fin qu.25. in princ. Monticell. in repertor. testium, rubr. an & quando examin. test. in tort. fol.159. col.2. versic.2. & fol.160. col.1. versic.5. Capoll. consil 60. nu.11. & vide quæ ad idem dixi supra, quæst.56. nu.56. & seqq.*

24 AMPLIA hanc † septimam limitationem, vt procedat non solum in testibus infamibus infamia iuris, quos sine dubio ad testimonium non admitti sine tortura, in specie voluerunt Alberic. *in d.l. ob carmen,* §. *si ea conditio, in prin. ff. de testibus, Aret. in cap. cum testimonium, nu.28. col. mihi 8. post prin. versic. & ideo æquo fœdere, extra eodem,* vbi exemplificat in pugnantibus cum bestiis, histrionibus, & iaculatoribus, quia à iure reputantur infames, *Turrecrem. in cap.3. §. fires, in verbo, Arenarium, 4. quæst.3.* vbi propterea dicit, non admitti sine tormentis, quia est ipso iure infamis, Boss. *in tit. de tortur. test post nu.3. versic. pro concordia, vbi refert Aretin. in loco præcitato, & paulo infra, in* * *versic. in contrarium tamen, vbi de* * *cõmuni, & d. nu.3. ad med. versic. sic etiam Dd. Mathesil. sing.188. versic. hoc tamen debet in-*

25 *telligi.* sed † etiam in testibus infamibus infamia facti, *vt per eundem Alber. in d.l. ob carmen,* §. *si ea rei conditio, versic. si vero est infamis sola infamia facti, & ibi Fulgos. in versic. quia infames de facto repelluntur, Florian. in summario, & nu.1. Bald. in l. presbyteri, nu.1. versic. licet ergo infames infamia facti, C. de Episc. & cler. Aret. in d. cap. testimonium, post nu.28. col. mihi 8. in princ. versic. item adde, iuncto versic. sed vtrum, (vbi tamen de hoc dubitare videtur) Barbat. in tract. de testibus, part.2 num.17. ad fin. versic. addee tiam, Boss. in titul. de tortur. testium, nu.3.* * *versic. in contrarium tamen, vbi de* * *communi, & dict. num.3. ad medium, versic. & ideo vide,* licet Bartol. ibi per eum allegatus dixerit, infamem infamia facti non passim torqueri, sed ita demum, *si sit valde vilis & ignotus, & eodem num.3. post medium, versic. sic etiam alij, & in fin. versic. procedit etiam in infame de facto,* vbi de magis * communi, et-

iam quod non sit vilis & ignotus, reprobato Bartol. vbi supra contrarium dicente, *Mathesilan. singul.188. versic. hoc tamen debet intelligi,* ¶ *Clar. in pract. §. fin. quæst.25. in prin. cum alijs ad idem allegatis supra, quæst.56. num.125.* Quamuis contrarium † sensisse videatur Cyrill. *in summa crim. rub.* 26 *29. tit. de quæst. §.3. nu.2. fol.149. col.4. post princ. versic. infamis facti indistincte sine tortura in subsidium admittitur.*

SVBLIMITA † hanc septimam limitationem: quia 27 quoad institutionem & inquisitionem admittitur testis infamis, etiam sine tortura, Cyrill. *in summ. crimin. d. §.3. nu.2. fol.149. col.3. in fin. versic. dic igitur, & col.4. in princ.* Sed de veritate huius sublimitationis vide quæ latius dixi supra, *quæst.56. nu.61. & seqq.*

LIMITA VIII. In † testibus criminosis, qui pariter 28 nec etiam admittuntur sine tortura, *Bald. in l. presbyteri, nu.1. versic. licet ergo, C. de Episc. & cler. Prepolit. in cap.3. item fires, ante nu.1. versic. item nota, quod testis criminosus, 4. quæst.3. Archidiac. in cap. presbyteri, nu.1. post med. versic. in gloss. contra 5. quæst.6. & ibi Turrecrem. in verbo prout leges præcipiunt, Præpolit. nu.3. in fin. versic. vel sunt criminosi. Boss. in tit. de tort. test. nu.3. verf. contrarium tamen,* vbi dixit hanc limitationem esse indubitatam & paulo infra, *in alio versic. in contrarium tamen,* testatur de * communi, *& l. nu.3. post med. versic. sic * etiam alij, & ad finem, versic.1. per ea, vbi de magis * communi, * Mathesil. sing.188. versic. hoc tamen debet intelligi, Mont. ell. in repert. test. rubr. an & quando examin. fine tortur tol 60. col.1. versic.5. & consulendo voluit Capol. consil.60. n.11. dixi etiam supr. qu.56. nu.162.* ¶ *Clar. d. qu.25 in fin. princ.*

AMPLIA I. Hanc † octauam limitationem multo 29 magis procedere in condemnatis de publico crimine, propter quod cum efficiantur infames, hoc ideo sine tormentis non admittuntur, *Alber. in leg. ob carmen,* § *si ea rei conditio, in prin. de testibus, Aretin. in cap. testimonium, nu.28. extra eodem, Archidiac. in cap.* §. *fires, in fin. versic. simile m personam, 4. quæst.3. & ibi etiam Turrecrem. in verbo, similem, Boss. in tit. de tortur. testium, nu.3. post med. versic. & consequenter, & d. nu.3. in fin. versic. procedit etiam in infami propter condemnationem.* Quamuis quod non sufficiat † infamia, 30 quæ de iure resultat propter criminis condemnationem, ad inferendum torturam testi, nisi alunde ratione communis status, & sui exercitij sit persona turpis, voluerit Aretin. *in cap. testimonium, nu.38. col. vers. mihi 8. ante medium, versic. quædam sunt personæ, extra, de test. &* Aretinum, *versic. quædam sunt personæ, extra, de test. &* Aretinum, *num refert, sed non sequitur) Boss. in titul. de tortur. test. num.2. versic. aliquæ vero sunt personæ.*

AMPLIA II. Quod † licet idem Aretin. *in dict. cap.* 31 *testimonium, num.28. de testibus,* reprobato Bald. contrarium tenente *in authent. si dicatur, columna final. (prout illum allegat) Cod. eodem,* voluerit criminosum non condemnatum admitti in testem sine tortura, & ita se habere communem * opinionem, testetur, verius tamen est, * ac etiam magis communiter receptum, criminosum etiam non condemnatum minime ad testificandum admitti sine tormentis, sic enim de crimine notatis simpliciter loquuntur omnes Dd. allegati supra, *num.28 in limitat. & ibi Boss. in loco citato testatur de communi, & magis * communi * opinione.*

LIMITA IX. Et † generaliter in testibus à iure re- 32 probatis, qui pariter sine tortura non examinantur, Marsil. *in l. ex libero, in princ. num.16. in fine, ff. de quæst. post Alexand. quem allegat in consil.11 incipien. circa primum libr.1. Monticell. in repertorio testium, rubric. an & quando examin. tort. fol.160. colum.2. versic. quarto, dixi etiam supr. quæstion.56. nu.162.*

LIMITA X. In † testibus vilibus, qui etsi infames 33 non sint, ad testimonium tamen non admittuntur, sine tortura, *text. in l. ob carmen,* §. *si ea rei conditio, ff. de testibus, vbi Arenarius,* cuius verba sunt hæc, *Si ea rei conditio sit, vbi Arenarius, cuius verba sunt hæc,

cinio. Et est ratio, quia præsumuntur verisimiliter informati de factis vicinorũ, *l. si ita, in fin. ff. de fund instruct. & instrument. lega. capit. quosdam, & cap. quanto, extra. de præsumpt.* & ideo, si delictum est commissum in vicinia, vicini examinantur, capiuntur, carcerantur, ac etiam torquentur, vt indicent delinquentem, *secundum Bart. & Bald. in l. dominus horreorum, ff. loc. Angel. & Salycet. in leg. fin. C de quæst. cum aliis in proposito relatis per Marsil. in practic. §. diligenter, num. 97. Blanc. de indic. ad leg fin. ff. de quæst. num.* 412. *& sequ.* vbi post Marsil. in loco præcitato limitat in vicinis bonæ famæ, *Foller. in practic. crimin. in verbo, capi. at informat. num. 53. & num. 35. vbi limitat eodem modo, Cyrill. in summ. crim. rubr. 29. tit. de quæst. §. 3. nu. 2. versu. insuper damna à vicinis*, vbi pariter limitat in vicino bonæ famæ, *faciunt quæ dixi in tit. de indic. & tort. quæst. 52. num* 120. *& seqq. in* 9. *&* 10. *indicio, per totum, & secundum ibi tradita ampliа, & declara hanc limitat.*

41 LIMITA XV. In † testibus, qui interrogati dicunt, se non recordari de eo, de quo verisimiliter recordari debent, tales enim testes suspecti sunt, *Aymon. consil.* 42 9. *nu.* 9. *Osasc. consil.* 64. *nu.* 41. Nec † aliquid probant, *vt dixi supra, quæst.* 68. *nu.* 12. *& sequ.* præsertim si recordantur de aliis, de quibus minus, vel saltem æque meminisse deberent, *Boss in tit. de opposit. contra test. n. m.* 95. *in fin. Corrad. in pract. tit. de testibus, rub. de non recordantibus, nu.* 55. *fol.* 124. *col.* 2. vbi ponit exemplum, quando testis dicit, se non recordari de his quæ eodem cõtextu gesta sunt, *Aymon d. consil.* 9 *n.* 8. *Osasc. d. consil.* 64. *num.* 4. *versic. &* 43 *nimirum.* Ideo † non solum possunt torqueri, *vt per Mascard. d. probat lib.* 3 *conclu.* 1121. *nu.* 27. *& dixi aliquid supra, quæst.* 64 *nu.* 100. verum etiam possunt de fallo puniri, *vt pariter dixi in d. quæst.* 64. *nu.* 100. *quibus addo Boss. in tit. de responsa reo facien. nu.* 4. *& in tit. de opposit. contra test. nu.* 95. *Novell. reg.* 216 *nu.* 53 *pract. Corrad. tit. de testibus, rubr. de non* * *recordantibus, nu.* 55. Vbi tamen secundum * communẽ, quod non pœna falli ordinaria, sed mitiori tanquam suspectus puniendus est, *Mascard. dict. conclus.* 1122. *num.* 26. *in fin & num.* 28. *&* 29. vbi tamen, quod mitiori pœna, *Osasc. consil.* 64. *nu.* 41. Verum quoad torturam pertinet declara secundum ea, quę in simili de reo torquẽdo ob non præcisam responsionem dixi supra, *in tit. de indic. & tort. quæst* 37. *nu.* 176. *& seqq.*

44 SVBLIMITA I. Hanc † limitationem procedere, prout loquitur, quando scilicet testis dicit, se non recordari de eo, de quo verisimiliter recordatur: secus si oblivio sit verisimilis, vt puta, si tempus est antiquũ, *vt dixi in dict. quæst* 64. *num.* 99. sed quando tempus dicatur antiquũ, in quo verisimilis cadat obliuio, & quando non, & generaliter, quando obliuio dicatur verisimilis, & quando non verisimilis, vide, quæ posui supra, *quæst.* 66. *num.* 34. *& num.* 246. *& in tit. de indic. & tortur. quæst* 36. *nu.* 185. *& sequ. addo Boss. in titul. de respons. a reo facien num.* 5. vbi etiam, quod præcisæ diei facilis est obliuio, item quoad mensem & annum, *ex allegatis ibi per eum, Gramm. consil.* 41. *nu.* 5. Vbi, quod præsumitur obliuio testium post quinquennium, quandoq; post triennium, & quandoque minori tempore, *faciunt, quæ dixi in d. tit. de ind. & tortur. qu.* 73. *nu* 185.

45 SVBLIMITA II. Hanc † decimam quintam limitationem non procedere, quando testis dicit, se non recordari non de facto principali, vel qualitatibus & circumstantiis substantialibus, sed de qualitatibus & circumstantiis accidentalibus; quod totum iudicis arbitrio remittitur, *Mascar. d. conclus.* 1122 *nu.* 31 *& seqq. vbi latè probat hanc opinionem: faciunt, quæ in simili dixi in tit. de indic. & tort. quæst* 37. *nu.* 181. *& seq. vbi vide.*

46 AMPLIA I. Omnes † prædictas limitationes, in quibus dixi, testes posse torqueri ad habendam veritatem, vt scilicet possit torqueri, non solum in inquisitione speciali, sed etiam in generali, & sic non solum ad sciendum, an Titius cõmiserit homicidium, sed etiam generaliter quis commiserit homicidium, quando non apparent indicia contra aliquam particularem personam, *Bart. in l. 1. §. qui quæstionem, nu. 1. ff. de quæst. & in l. fin. nu. 4. ff. eodem, Montuell. in repert. test. rubric. an & quando examin. test. in tort fol.* 159. *col.* 1. *versic.* 5.

AMPLIA II. Eadem † limitationes, vt quando testes torquentur, non detur eis copia indiciorum pro faciendis suis defensionibus, sed quando hoc verum sit, vide Bartolum *in leg. vnius, § iudex, nu.* 1. *versic. secundo quero, ff. de quæst. Marian. in cap. qualiter & quando, num.* 1096. *versic. circa prædicta*, vbi dicit, quod licet iudex non teneatur in tortura testium seruare formam *l. custodias, ff. de publ. indic.* caueat tamen, vt DEVM & puram conscientiam ante oculos habeat, ne per tormenta vel alio modo cogat testes aliquid dicere contra veritatem, vbi de vita agitur, quia teneatur *l. Cornelia, de sicar. Brun. de indic. part.* 2. *quæst.* 4. *nu.* 8. *in fin.* vbi, quod torquentur testes non seruata forma *d. l. custodias, & idem dixit in nu.* 15. *Foller. in pract. crim. in verbo, capiat informationem, nu.* 38. *post med. versic. an prædicta procedant, vbi refert, & sequitur Brun. in loco præcitato, Cyrill in summa crim. rub.* 29. *tit. de quæst. §* 3. *nu.* 5. *fol.* 150. *col.* 1. *in fin versic. indicia autem, Boss in tit. de tort. test. num.* 28 *& seqq. vbi late disputat materiam. C. aud. ad Bertaz. in consil.* 153. *nu.* 1. *lit. A. in princ. addit versic. & si tractabitur, & in fin. addit. versic. nec de eis.* Vbi, quod quando tractatur de torquendis testibus, non teneatur iudex tradere peritam indiciorum copiam, nec de eis habetur disputatio cum aduocatis, sed totum iudicis arbitrio committitur, *& vbi testatur* * *de communi.* Sed de hac re latius dixi supra, *quæst.* 39. *nu.* 116. *& seqq. plurib.*

SVBLIMITA I. Omnes † præcedentes limitationes non procedere, quando agitur contra aliquem, contra quem inuiti testimonium dicere non coguntur, de quibus dixi *in anteced. quæst.* tunc enim nec etiam iidem torqueri possunt, text. expressus, *in l. 1. §. si seruos bona fide, versic. nec quidem*, vbi ponit exemplum in fratre non torquendo contra fratrem, *& ibi gloss. in verbo, in fratris, & in verbo, non cogitur, Bart. & Alber. num.* 1. *ff. de quæst. Brun. de indic. & tortur. part.* 1. *quæst.* 4. *num.* 9. *Foller in pract. crim. de indic. & tortur. part.* 1. *quæst.* 4. *num.* 9. *Foller in pract. crim. in verbo, capiat informat. nu.* 38. *ante med. versic. & tamen notandum, Monticell rubr. an & quando exam. test. in tortur. fol.* 160. *col.* 2. *versic.* 7. *& seq.*

SVBLIMITA II. In † minoribus quatuordecim annorum, qui pariter pro testimonio non torquentur, text. *in l. de minore. ff. de quæst* dum dicit, *de minore quatuordecim annorum quæstio habenda non est, & ibi gloss. in verbo, de minore, item text. in leg. ex libero, §.* 1. *ff. eodem, cuius verba sunt hæc: De minore quoq; quatuordecim annorum quæstionem habendam non esse, Diuus Pius Metilio rescripsit & ibi Marsil. in* §. *de minore, in summario, Cyn. in l. fin. num* 5. *ad med. versic. hoc verum, C. de quæst. Butr.* * *in cap. cum in contemplatione, nu.* 7. *ante med. versic. & quod sit maior quatuordecim, ext. de reg. iur. & ibi Zabar. nu.* 3. *post med. versic. requiritur etiam, & Abb. num.* 10. *versic. hæc fallunt, Brun. de indic. & tortur. part.* 2. *qu.* 4. *num.* 16. *versic. excipitur nam q; minor, Cyrill. in sum. crim. rub.* 29. *tit. de quæst. §.* 3. *num.* 2. *fol.* 149. *colum.* 2. *in fine, versic. de minore quoque.* Vide ad materiam, quæ de minore reo torquendo dixi *in tit. de indic. & tort. qu.* 41. *nu.* 16. *& seqq.*

LIMITA I. Hanc † secundam sublimitationem, vt scilicet minor non possit torqueri ea tortura, qua torquentur maiores, sed bene possit ferula vel habena cædi, *Bartol. in d. l. de minori. num.* 1. *vbi propterea, quod sic tortus facit indicium, & in l. ex libero, §.* 1. *ff. de quæst.* vbi, quod facit indicium ad inquirendum veritatem, *sequitur Marsil. in* indicium ad inquirendum veritatem, *sequitur Marsil. in d. d. cum dict. leg. ex libero, § ex minore, num.* 2. *Anton. de But. in d. c. cum in contemplatione, num.* 7. *ad medium, col.* 2. *in fin. versic. potest tamen minor teneri, & ibi Zabarell. nu.* 69. *post med. colum.* 4. *in fine, versic. oppono* 2. *Abb. num.* 10. *versic. licet veritas, de reg. iuris, Brun. de indic. & tort. part.* 2. *quæst.* 4. *num.* 16. 17. *&* 18. *vbi*

vbi refert & sequitur Bart. in loco præcitato, vbi etiam, quod isto casu depositio minoris non facit indicium plenum, sed qualequale, & ad instructionem, *Cyrill. in summa crimin. rubr.* 29. *tit. de quæst.* 35. *nu.* 2. *fol.* 149. *col.* 3. *in princ. versic. & magis est, vbi refert & sequitur Bart. in loco præcitato.* Vide, quæ in simili dixi de reo torquendo, *in tit. de indic. & tortur. qu.* 41. *nu.* 77. *& seqq.*

51 LIMITA V. In † criminalibus læsæ maiestatis, in quo etiam minores pro testimonio torquentur, *vt dixi supra. nu.* 5.

52 SVBLIMITA III. In † testibus inhabilibus, & qui examinati nullam faciunt fidẽ, tales enim testes torqueri non debent, *Bart. in l.* 1. *§. diuus, §. si quis dicatur, nu.* 2. *ff. de quæst.* vbi propterea infert, quod antequam testes torquentur, sunt examinandæ omnes exceptiones oppositæ contra eos, ne torqueantur sine causa, *Cyn. in leg. fin. nu.* 5. *ad med. versic. hoc verum, C. cod. Henr. Boyc. in cap. cum in contemplatione, nu.* 5. *ad med. versic. aut propter habilitatem, ext. le regulis iur.* vbi loquitur de testibus minoribus, inimicis, aut aliqua alia consideratione inhabilibus, *sequitur ibi But. nu.* 7. *ad med col.* 2. *in fin. versic. hæc vera, Zabar. n* 9. *post med col.* 4. *in fin. versic. & hæc vera, Brun. de indic. & tortur. part.* 2. *qu.* 4. *nu.* 10. vbi refert & sequitur Bart. *in loco præcitato*, & infert, quod si de maleficio esset vnus testis tantum, qui sciret veritatem rei, sed non esset omni exceptione maior, & consequenter non faceret indicium, non debet torqueri, cum inanis esset tortura, tam in criminalibus, quam in ciuilibus, *& ibi per eum Foller. in practic. crim. in verbo, capiat informationem, nu.* 38. *ad med. versic. item est aduertendum, vbi refert traditapi Bart. & per Brun. in locis præcitatis, ad prædicta addo etiam Cyrill. in summ. crim. rub.* 29. *tit. de qu.* §. 3. *nu.* 2. *fol.* 149 *col.* 4. *ad fin. versic. ratio est, Burs. at. consil.* 216. *num.* 14. *& sentiunt, quæ dixi supr. qu.* 78. *nu.* 95.

53 Sed hæc † sublimitatio, licet sit communiter * admissa, vt vides: Non tamen forte vsu admodum recepta est, quia nunquam vidi opponi exceptiones aduersus testes torquendos, ne torqueantur ex hoc, quod torti nõ facerent indicium. Sed certe, si iudex essem, non possem sine rubore non admittere discussionem prædictã, si pro parte rei darentur exceptiones tales, quæ testi fidem tollerent, præterquam in casu, in quo iudex fundaret intentionẽ suam, non solum in illo teste torquendo, sed etiam in aliis indiciis existentibus in processu, ex quibus omnibus simul iunctis vellet facere vnũ bonum indicium contra reum. Tunc enim posset torquere testem, etiam quod inhabilis sit, & quod de se solus non faciat indicium ad torturã, nec isto casu admittet exceptiones contra ipsum testem oppositas, *prout bene aduertit Foll. in pract. crim. in verb. capiat informat. nu.* 38. *post med. vers. sed hoc puto procedere.* Et per hãc rationem credo, propositam sublimitationem non esse in practica receptam, quia semper iudices possent dicere, habeo alia.

54 SVBLIMITA IV. In † sacerdotibus, qui nõ possunt pro testimonio torqueri, etiam quod vacillent, sed de fallo puniuntur, *Bart. in l. ex libero, in princ. nu.* 1. *ver. quidam sunt hæc, & ibi etiam Marsil. n.* 2. *ff. de quæst. Salycet. in l. fin. n.* 6. *versic. verum est liber, C. cod. Butr. in loco præallegato, tenentur presbyteri, immo & asserunt ego dubitatur, & ibi Bellapert. in sum. in tit. tando vers. primum de priuilegio, & Cyn. nu.* 1. *Bald. in summar. C. de epis. & cler. Innocen. in cap. cum in contemplatione, vbi etiam refert contraria, & ibi Card. Zabar. nu.* 8. *ad med. versic. ego dico, vbi ita residet relatis & reprobatis contrariis, extr. de reg. iur.* & est text. *in c. presbyteri, 5. qu.* 6. cuius verba sunt hæc: *Presbyteri citra iniuriam quæstionis testimonium dicunt, ita tamen, vt falsa non simulent*, & ibi gl. in figuratione casus, *& in verbo, presbyteri*, vbi, quod non torquentur, etiam quod sint suspecti, & sic vacillantes, *Archid. in princ. in verbo, testimonium, & n.* 1. *versic. in gl.* vbi pariter ampliat etiam quod sint suspecti, *Turrecrem. in prim. ver. in prima, & in verb presbyteri, Præpos. in sum. & n.* 3. *versic. in ea gloss.* vbi pariter ampliat, etiam quod sint suspecti, *Marian. Soc. in c. qualiter & quando, n.* 1094. *de accus. Ang. de malef. in verbo, comparuerunt dicti inquisiti, & negauerunt totum, nu.* 18. *Brun. de indic. & tort. part.* 2. *q.* 4. *nu.* 5. *in fin. & nu.* 6. *Cyrill. in sum. crim. rub.* 29. *§.* 3 *tit. de quæst. n.* 2. *fol.* 149. *col.* 2. *in fin. versic. presbyteri tamen, Boss. in tit. de tort. test. post nu.* 4. *Carauit. super rit. magn. cur.* 87. *nu.* 8. *in fin. Montic. in rep test. rub. an & quãdo exam. test. in tort. fol.* 161. *col.* 1. *vers.* 2. ¶ Contra † faciunt tradita per Butr. *in cap. cum in contemplatione post nu.* 7. *vers. Vgo dicit, & ibi Abb. nu.* 6. *vers. communis conclusio*, vbi dicit, communem * esse opinionem, quod clerici etiam presbyteri, si sunt suspecti, possunt ex causa torqueri; sed isti loqui videntur non in facti dotibus torquendis pro testimonio, sed pro crimine, de quo dixi *in tit. de indic. & tort. q.* 41. *n.* 2 *& seq.* Verum pro hac eadem contraria opinione vidoBoss. *in tit. de tort. test. n.* 5. *& 6. per tot.* vbi dicit secundum * communem, quod de iure Canonico clerici presbyteri etiam vacillantes torqueri possunt, & quod Abb. *in d. c. cum in contemplatione, in loco præcit.* loquitur in presbyteris, qui non solum de seipsis interrogantur, sed etiam de iis, qui vti testes contra alios examinãtur, & sic vult ibi Boss. etiam quoque casu posse presbyterum torqueri, dummodo tamen contra cum præcedant magna indicia. ¶ Et ita etiam se habere communẽ opinionem ex Foller. *in pract. crim. canon. fol.* 127. *nu.* 4. *dixit Clar. d. q.* 25. *vers. sed nunquid.* Ad hæc vide, quæ dixi pro eadem opinione *sup. q.* 66. *nu.* 161. *seq.* tenente pariter opinionem.

LIMITA I. Hanc † quartam sublimitationem generalem, vt procedat in facti dotibus & presbyteris, secus in aliis clericis, qui pro testimonio torqueri possunt, sicut alii laici, rex est mirabilis, & ita vere dicitur *c. q.* 6. *& ibi gl. in figuratione casus, Abb. hic nu.* 1. *post med. vers. in gloss. contra & dict. me in fin. vers. & ita tenet S. Turrecrem. in princ. vers. in secundo & in verbo, tacent, & in verbo, prout loco præcipiunt. Præpos. in summ. & post nu.* 3. *versic. adhuc dubito, Salycet. in fin. n.* 6. *vers. si vero est, I fin. n.* 6. *vers. si vero est liber, I. de quæst. Butrig. in l. presbyteri, vers. fallunt. presbyteri & ibi Petr. de Bellapert. in sum. in tit. vers. secundum, de clerici. Cyn num.* 1. *versic. cæteri clerici, sic & versic. quæ regula fallit*, vbi tamen isto casu videtur requiri re magna indicia contra clericum, antequam torqueatur, Bald. *ante nu.* 1. *casu. sed in alii clericis, Alber. num.* 1. vbi etiam videtur requiere vltra vacillationem, quod testis dicat, facto se interfuisse. Sed de hoc dixi *supr. nu.* 12. *Cal. episcop. & cler. Host. in cap. cum in contemplatione nu.* 2. *& seqq.* vbi loquitur de clericis vilibus & suspectis, & tels. et etiam contraria, *& ibi Butr. nu.* 1. *vbi refert dicta per Host. hic supra. extr. de regul. iuris, Cyrill. in sum. crim. rub.* 29. *tit. de quæst. §* 3. *nu.* 2. *fol.* 149. *col.* 2. *in fin. versic. cæteri vero clerici, Boss. in tit. de tort. test. nu.* 5. ¶ Quamuis † contra hanc limitationem, quod scil. non torqueantur pro testimonio clerici non presbyteri, sentisse videatur Zabar. *in d. c. cum in contemplatione, nu.* 8. *in c. a. med. versic. si autem quæramus de non sacerdote*, sed loquitur ibi Zabarel. de clerico torquendo pro crimine, non autem pro testimonio.

SVBLIMITA VIII. Insuper † hanc præcedentem primam limitationem, vt isto casu clerici torqueantur, non à iudice seculari sed à iudice ecclesiastico, *Alber. in d. l. presbyteri, nu.* 1. *C. de epis. & cler. gloss. in c. presbyteri, in verbo, presbyteri, 5. qu.* 6. ¶ *Clar. in pract. §. fin. qu.* 25. *versu. sed nunquid, in fin. & dixi sup. q. qu.* 65. *nu.* 103.

LIMITA II. Item † quartam sublimitationem procedere, vt scilicet dicti testes non torqueantur, si vacillent, prout loquitur text. *in d. l. presbyteri*, secus, si torquerentur ad purgandum infamiam, si contigerit, eos esse infames infamia facti, vel criminosos, *ita videtur de mente Bald. in ead. l. presbyteri, nu.* 1. *vers. vltimo, Zabarel. in cap. cum in contemplatione, vers. Sed nunc med. vers. torquentur etiam clerici, tando vacillantes, intelligere & dicunt Sanct. in vers. & per hoc dic. d. qu.*

60 SVBLIMITA V. Et † generaliter omnes propositas limitationes, in quibus dixi, liberos homines posse pro testimonio torqueri, vt non procedat in personis constitutis in aliqua dignitate, nobilitate, vel officio seculari, hi enim non possunt torqueri tanquã testes, *Bart. in l. ex libero, in prin. n 1. vers. quidam sunt alij positi, & ibi etiam Marsil. nu. 2. vers. aut sunt alij positi in dignitate, ff. de qu. Sal. in l. fin n. 6. ad med. vers. fin autẽ asserunt, C. eod. Marian. in c. quaaliter & quando, n. 1095. de accus. Ang. de Malef. in verbo, comparuerunt dicti inquisit. & negau. totum, nu. 108. vers. sic in dignitate seculari constituti, Foll. in pract. crim. in verbo, capiat informationem, nu 38. ad fin. vers. alij vero testes, Boss. in tit. de tortur. * test. num. 7. vbi de * communi.* Sed an possint torqueri tanquam rei, dixi *in tit. de ind. c. & tortur. qu. 41. nu. 70. & seqq.*

61 LIMITA, hanc † quintam sublimitationẽ non procedere, quando tales personæ sic in dignitate constitutæ vacillarent: Nam propter vacillationem torquẽtur, non obstante quacunque dignitate, *Bart. in l. ex libero, in prin. nu. 1. vers. in vno casu tantum, & ibi etiam Marsil. nu. 2. ad med. ff. de quæst. Sal. in l. fin. nu 6. vers. aut sunt in alta dignitate, C. eod.* vbi etiã videtur requirere, quod interfuerint negotio, *Cyn. in l. nullũ, n. 2. vers. secundo nota, C. de testib. Maria. in d. c. qualiter & quando, n. 1095. ext de accus. Ang. de Malef. in verb. comparuerunt dicti inquis. & neg. totum, n. 18. vers. sic in dignitate secul. constituti, Brun. de ind. & tort. par 2. q. 4. n. 6. vers. quadam alij, Boss. in tit. de tor. test. n. 4. vers. quæ limitatio. & n. 7.* vbi refert Bart. & alios, qui tenent hanc limitationem.

62 Contra † quod officialis seu alius positus in magistratu & dignitate, nõ possit torqueri, etiam quod vacillet, defendit *Marsil. in l. ex libero. in prin. n 4. vers. & primo in quantũ, Bart. & n 5. & 6. ff. de qu.* Et hanc contrariam opin. expresse etiam tenẽt Boss. *in tit. de tort. test. nu. 7.* vbi relatis & reprobatis cõtrariis dixit veritatẽ, & * communem Dd. opin. esse, nullo casu posse torqueri personas in dignitate existẽtes, siue vti rei, siue ẽt vti testes examinẽtur, etiam in casu variationis, vide, quæ dixi *sup. q. 66. n. 122. & seqq.*

63 SVBLIMITA VI. Et † generaliter in causa ciuili, in qua testes non esse torquendos, scripserunt Cyrill. *in summ. crim. rub. 29. tit de quæst §. 3. nu. 4.* vbi amplius, quod nec torquentur, nisi in criminibus capitalibus & atrocioribus, *Matth. sing. 88. vers. quia in causa ciuili non sunt torquendi liberi homines producti in testes, Ant. Gomez de delict. 13. rubr. de tort. reor. nu. 29. in fin.* vbi, quod in causa ciuili non habet locum tortura, nisi haberet crimen annexum. Et pro ista opinione facit concludẽs ratio, quia si principalis non potest torqueri in causa pecuniaria & ciuili, * secundum * cõmunem, *de qua latius dixi in tit. de indic. & tort. q. 42. nu. 26. & seqq.* multo minus possunt torqueri testes.

64 ¶ Et † hæc conclusio non solũ procedit in testibus nobilibus & diuitibus, sed etiam in vilibus & pauperibus. Si enim in criminalibus testes viles nõ possunt torqueri, *secundum veriorem opinionem, de quo dixi sup n. 34.* multo minus poterunt torqueri in ciuilibus, *& in specie hoc vo-*

65 *luit M. Mathes. d. sing. 188. vers. quia in causa ciuili.* Et † pariter, quod hæc eadẽ conclusio procedat etiam, quod testes in causa ciuili sint vacillantes & variantes, voluit Bart. *in l. Diuus Pius, ff. de quæst.* quem text. (ex quo Dd. infra aliegandi cõtrarium aperte sentiunt) procedere affirmat in seruis, non autem in liberis hominibus, & Bart. sic declarantem secuti sunt Marsil. *in l. ex libero, in prin. n. 1. ff. eod. Boss. in tit. de tort. test. n. 14.* Et etiam ego in materia tortur. reorum declarauit *in tit. de in lic. & tort. qu. 42. n. 49. & alios pro hac eadẽ opinione allegaui sup q. 66. n. 114.* ¶ Contra, quod

66 in † causa ciuili testes possint torqueri, sicut in criminalibus, voluit expresse Paul. de Castr. *in l. iudices, nu. 4. in fin. C. de fide instrum nec dissonit Brun. de indu. & tort part. 2. q. 4. n. 11. Franc. Cason. in tract. de torment. cap. 10. n. 17. Montecell. in repert. test. rubr. an & quando exam. test. in tortur. fol. 160. col. 1. vers. 1. Thesaur. de. ff. Pedemont. 42. nu. 2. Capoll. cons. 60. num. 8 & num. 11. vers. postremo, &c.* vbi loquitur, quando veritas aliter haberi non potest. ¶ Et præsertim in testibus † vilibus, quod multo magis possint in causa ciuili 67 torqueri, scripserũt Cyn. *in l. fin. vers. si quæratur. ff. de quæst. Ang. in § si vero ignoti, n. 8. in auth. de testib.* vbi per illum tex. notat, quod in causis ciuilibus deuenitur ad testiũ torturam, quando testes sunt ignoti, & præsumuntur veritatẽ corrumpere, *Henr. Boyc. in c. cum in contemplatione, n. 5. ante med. vers. si queris, & ibi But. n. 7. vers. amplius vilis persona, ext. de reg. iur. Boss. in tit. de tort. test. nu. 14. & n. 15. in fin. vbi refert & sequitur Cyn. in loco præcit. Thesaur. d. decis. 42. post n. 2.* faciunt, *quæ dixi in quæst. 66. nu. 118.* Et † etiam in testibus 68 vacillãtibus, quod possint torqueri in causa ciuili, vltra per me allegatos supr. *d. qu. 66. n. 115.* scripserunt gl. *in l. ex libero, in gl. 1. in fin. ff. de quæst. per tex. quem allegat in l. Diuus, in 1. responso, ff. eod. & cum ista gloss. videtur pertransire Bart. ibid. in prin. vers. quæro vtrũ, Alb. in l. . . §. seruum marti, ff. de quæst. & in d. l. ex libero, nu. 1. per totum,* vbi pluribus hanc probat conclusionem (loquitur tamen Alb. non de tortura testis, sed de tortura rei principalis, *de quo suo loco dixi, videlicet in quæst. 42. nu 26. & seq.*) *Salyc. in l. fin. nu. 6. ad med. vers. aut productus in testem, C. eodem, Bart. in l. nullum, in 2. lectur. in summar. post nu. 4. & nu. 7.* vbi per illum textum notat, quod iudex ordinarius potest torquere testes vacillantes coram ipso, (*de testibus, Zabarell. in cap. cum in contemplatione, post nu. 9. vers. sed Bart. de reg. iur.* vbi in hac Bartol. opinione tanquam vltimo loco per eum relata residere videtur. Quid dicendum in tanta contrarietate? Prima opinio † & vetior & rationabilior videtur, licet 69 forsan secunda contraria possit dici magis * communiter recepta, sed quicquid sit de iure, & quicquid præfati Doct. controuertant, apud nos seruatur, quod testes examinati in causis ciuilibus nunquam torquẽtur, nec per iudicem causæ, nec per alium ad supplendum maculas seu defectus personæ, puta infamiæ, vel etiam ad habendum ab ipsis veritatem tãquam verisimiliter informatis, sed si sint infames, criminosi, aut verisimilia non deponentes, satis est, quod non probant, nec aliud ab eis quæritur; si vero testes vacillent, aut sint inter se cõtrarii, vel etiam de falso suspecti, tunc ad partis querelam contra eos proceditur etiam ad torturam, non à iudice causæ ciuilis, sed à iudice criminali, coram quo querela porrigitur, *faciunt dicta supr. qu. 66. n. 120. vbi vide.*

70 SVBLIMITA VII. Vt † nullo casu possit ad testium torturam deueniri, nisi prius cõstito de delicto in genere, & sic de corpore delicti: Si enim, *vt suo loco dictum est*, non constito de tali corpore, procedi non potest ad torturam rei, multo minus potest procedi ad torturam testis, *Bart. in l. 1. §. qui quæstionem, nu. 1. vers. respondeo in hac inquisitione. ff. de quæst. Brun. de indic. & tort. part. 2. q. 4. nu. 11. vers. 11. nota, Foller. in pract. crim. in verbo, capiat informationem, nu. 38. post med. vers. est etiam notandum, Cyrill. in summ. crim. rub. 29 tit. de quæst. § 3 num. 2. fol. 149 col. 2. vers. siquidem prius de maleficio constet, Boss. in tit. de tortur. testium, num. 43.*

71 SVBLIMITA VIII. Vt † etiam nullo casu possint testes torqueri, nisi contra reum præcedant indicia, text. *in l. 1. in prin. vers. ad tormenta seruorum. ff. de quæst.* cuius verba sunt hæc: *ad tormenta seruorũ ita demũ venire oportet, cum suspectus est reus, & aliis argumentis ita probatione amouetur, vt sola confessio seruorũ deesse videatur*, facit alius tex. *in l. ex libero, §. 1. ff. eod.* in illis verbis: *maxime cũ nullis extrinsecis argumentis accusatio impleatur*, item facit tex. *in l. vnius, §. in ea causa, eod. tit.* dum dicit *in ea causa, in qua nullis reus argumentis vrgebatur, tormẽta non facile adhibenda sunt*, Bart. per illum tex. *in d. l. 1. in prin. n. . . de torm. 3. Brun. de indic. & tort. q. 4. n 13. Cyrill. in sum. crim. rub. 29. tit. de quæst. § 3. n. 5. vers. tuc vero, Boss. in tit. de tort. test. n. 1.* vbi dixit, hoc esse aduertendũ contra ecclesiasticos iudices in terris ecclesiæ, qui ẽt sine indiciis contra reos immediatè torquent testes, *& in tit. de mand. ad homic. n. 3. vers. est aliud. Montic in reper. test. rub. an & quando exam. testium in tortur. fol. 159 col. 1. vers. 3.*

LIMITA

72 LIMITA, hanc † octauam sublimitationem procedere, quando tortura infertur in inquisitione speciali contra aliquem: secus, quando constat, homicidium esse cõmissum, & ignoratur à quo, tunc enim in inquisitione generali infertur tortura verisimiliter informatis ad sciendum, quis homicidium commiserit, etiam quod non præcedant indicia contra aliquam particularem personam, *ita videtur de mente Bart. in l. 1. §. qui quæstionem ff. de quæst.* Et faciunt, quæ de inquisitione generali dixi *sup. nu. . . Brun. de indic. & tort. part. 2. qu. 4. nu. 12. vbi refert & sequitur Bald. in l. milites, C. de quæst*

73 SVBLIMITA IX. Vt pariter † nullo casu testibus inferri possit tortura, nisi contra eos præcedant indicia, & torti sine indiciis nihil probant, *Bart. in l. . . § idem Cornelio, nu. 2. ff. de quæst. Innoc. in c. cum P. Manconella, post nu. 3. de accus.* vbi, quod est necessaria aliqua præsumptio, antequam torqueantur, quia non est à tormentis inchoandum *& idem dixit ibi Ioan. Andr. nu. 5. in fin vers. ic aliqua præsumptio est necessaria, Tindar. in tract. de testib. l. b. 2. c. 11. nu. 2. Bertach. in reper. in verb. testium coactio, nu. 7. in princ. & nu. 8. Personal. de indic. & tort. n. 32. verisimo sit tertio*, vbi, quod isto casu talis confessio non nocet nec tibi, nec tertio, *Masc. de prob. concl. 353. nu. 6. Gramm. voto 6. num. 10. Ruin. consil. 7. nu. 2 & 3. lib. 5. Bertaz consil 124. n. 6. Burs. at. cons. 216. n. 113.*

74 LIMITA I. Hanc † nonam sublimitationem procedere, quando testes torquentur ad habendum veritatem, secus, si torqueantur ad supplendum defectum personæ, & purgandum maculam, puta infamiam, cum iam veritatem depositerunt: tunc enim torquentur sine aliis indiciis, & hoc non habet difficultatem tam in iure, quam in facto, & fuit de mente Bald. *in leg. milites, nu. 5. in fin. vers. sed vt torqueatur testis, C. de quæst.* vbi dixit, non oportere, quod præcedant indicia contra testem torquendum, dummodo subsistat causa, puta, vilitas personæ, *& idem dicit Zabar. in c. cum P. nu 3. de accus. Gram. voto 40. nu. 21.* Sed an propter istam vilitatem possit testis torqueri, dixi supra, *nu. 33. & seqq.*

75 LIMITA II. Quia † indicia contra testem, quibus torquendus est, non erunt indicia delicti, sicut in reo, sed indicia scientiæ, vtputa si vacillent, si sint verisimiliter informati, si negent, facto interfuisse, & de mendacio conuincantur. Ita bene exemplificat Bart. *in leg. 1. §. qui quæstionem, nu. 1. in fin. vers. item debent esse aliqua indicia, ff. de quæst. ad idem Bald. in l. milites, nu. 5. in fin. vers. sed vt torqueatur testis, C. eod.* vbi propterea dicit, non oportere cõtra testem præcedere indicia, dummodo vacillet, vel præsumatur scire veritatem, *Bertach. in reper. in verbo, testium coactio, nu. 7. vers. sed Bald. Brun. de indic. d. q. 4. nu. 22. * vbi bene comprobat, & testatur de * communi opinione, & nu. 13. Gramm. voto 31. nu. 21. Ruin. consil 7. num. 1. & seqq. libr. 5. Claud. ad Bert. in cons. 153. nu. 1. lit. A. in fin. vers. & in tortura testis non requiruntur ea indicia, quæ requiruntur in tortura rei.* Et in specie, quod testis vacillans torqueatur sine aliis indiciis, dixi *supr. qu. 66. & nu. 100.*

76 SVBLIMITA X. Vt † nec testes vllo casu torqueantur, quando aliunde veritas haberi potest, *Bertaz. consil. 153. nu. 8. lib. 1.*

77 SVBLIMITA XI. Vt † in casu, quo reperiantur plures testes verisimiliter informati de aliquo delicto, non torqueantur omnes illi testes sic informati, sed tãtum duo, vel tres, *fuit originalis doctrina Bald. in l. data opera nu. 26. C. de his, qui actus non possunt, quem sequuti sunt Bertach. in verbo, coactio, num. 17. Augustin. ad Angel. de malef. in verbo, comparuerunt dicti inquis. & negauerunt totam, num. 8. in fin. Brun. de indic. & tort part. 2. qu. 4. nu. 8. vers. illud tamen est bene notandum, Foller in pract. crim. in verbo, capiat informationem, nu. 38. post med. vers. item est aduertendum, quod non omnes, Cyrill. in sum. crim. rubr. 29. tit. de quæst § 3. nu. 5. fol. 150. col. 2. vers. attamen testes, Boss. in tit. de tort. test n. 10. in fin. vers. non potest tamen, Montis. in reper. test. rub. an & quan exam. test. in tortur. fol. 159. col. 2. vers. 1. Bursat. cons. 210. nu. 112.* ¶ Videtamen in hoc Clar. *in pract. § fin. q. 25. vers. torquentur etiam testes*, vbi dicit, quod hæc conclusio apud eum non seruatur in practica, quia vidit multo plures testes aliquãdo torqueri, quando sunt suspecti, & nolunt dicere veritatem, & propterea credit, testium torturam esse in articulo iudicis, etiam circa numerum personarum, quæ debeant torqueri, quicquid dixerint Dd. præcitati.

78 SVBLIMITA XII. Vt in † quæstionibus testes non sint interrogandi in specie, sed in genere, contra delinquentem, text. *in l. 1. §. quæstionem. ff. de quæst.* cuius verba sunt hæc: *qui quæstionem habiturus est, non debet specialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit, sed generaliter quis id fecerit: alterũ enim magis suggerentis quam requirẽtis videtur, & ita D. Adrianus rescripsit*, & ibi gl. *in verb. suggerentis, & Alb. nu. 1. & 2. Marian. in cap. qualiter & quando, in 2. nu. 1102. versic. debet tamen iudex, extr. de accu at.* qui videatur, quia bene loquitur, & exemplificat, & licet loquatur in tortura rei, eius tamẽ dicta possunt etiam applicari in personam testis. ¶ *August ad Ang. de malef. in verbo, quod fama publica, nu. 118.* quod testis non est in specie interrogandus, an Caius occiderit Seium, sed in genere, quis fuerit ille, qui Seium occidit, *Brun. de in d. part. 2 qu. 5. nu. 56 Franc. Cas. de torment. c. 15. nu 2. Anton. Gom. de delict rub. de tortur. reor. nu. 25 in fin. Person. de indic. & tort. nu. 43. faciunt, quæ dixi in tit. de indic. & tort. qu. 43. nu. 132. se ju* vbi omnino vide, quæ in simili ibi posui de loco criminis, & vide omnino Sigismun. Scaccian. *in tract. de indic. caus. crim. c. 86 nu. 7 per totum*, vbi pluribus hanc probat limitationem, eamque ampliat procedere non solum, quando testis interrogatus in tortura, prout loquitur text. *in d. § 18. qui quæstionem*, sed etiam, quando examinatur à carcere, quia tunc carcer quoad istum effectum habetur loco torturæ, *per l. Labeonem § quæstionis, ff. de iniur. cum aliis ibi per eum allegatis, & nu. 8.* vbi bene declarat, quotuplex sit suggestio, & exemplificat, quando testis dicatur per suggestionem interrogatus, siue aperte, siue publice, & demum vide, quæ de confessione ex tortura à reo per suggestionem dixi *in tit. de reo confess. & convict. qu. 83. num. 84 seqq.* vbi tradita valde etiam conferunt ad hanc materiam.

79 LIMITA, hanc † decimam secundam sublimitationẽ procedere in inquisitione generali, quando scil. constat homicidium commissum, sed ignoratur à quo: secus in inquisitione speciali formata contra aliquem, ex indiciis particularibus cõtra ipsum vrgentibus, quia tunc in illum torquetur, & de illo in specie interrogatur, *Bart. in l. 1. §. qui quæstionem. nu. 1. ff. de quæst.* ¶ *Brun. de indic. part. 2. q 5. nu. 56. Fran. Cas. in tract. de tormen. cap. 15. nu. 1. versic. aut iudex procedit per specialem inquisitionem. Personal. de indic. post n. 43.* ¶ *Sigism. Scac. d. c. 86. n. 7 ad quæ vide etiam quæ dixi inf. par. 2. tit. de reo confess. & convict. q. 83. n. 97.*

80 ¶ Sed † aduerte, quod licet, quando testis torquetur contra certam personam, possit in specie de illa persona interrogari, non tamẽ potest interrogari nominatim de modo & circumstantiis delicti, puta, *nonne percussit sic vel sic.* Hoc enim prohibitum est, & esset suggestio: sed tantum poterit interrogari generaliter, quando, quomodo, & in qua parte corporis percusserit, Bart. *in d. § qui quæstionem. ff. de quæst.* ¶ *Brun. de indic. part. 2. q. 5. nu. 26. Fran. Cason. in tract. de tormen. cap. 15. nu. 1. in fin. versic. sed iudex, Cyrill. in sum. crim. rub. 29. tit. de quæst. § 3. nu. 5. fol. 150. col. 2. in prin versic. * cruciatum testis.*

81 SVBLIMITA XIII. Quia † testium tortura debet esse moderata, *Bald. in l. 1. n. fin. C. de quæst.* vbi quod tortura debet esse, nec nimis aspera, nec nimis leuis, sed moderata, *Innoc. in c. cum in contemplatione, versic pro crimine, dicitur.* vbi dicit, cauendum esse, ne adeo grauiter torqueatur, quod periculum immineat vitæ, vel membrorum, sed loquitur ibi Innoc. non in laicis, sed in cle-

ricis, quando torquentur pro crimine, non quando vti testes. Et ita etiam ibidem locuti sunt Host. *nu.7. ad fin. ibi. & quod sit quæstio moderata. Hen. Boyc. n.4. ad fin. vbi sequitur, Host. in loco citat. Rut. n.1. vers. quod verum, iuncto vers. quod autē dicitur, Cyrill. in sum. crim. rub.29. tit. de quæst. §.3. n.5. fol.150. col.2 in princ. vers. tortura testis, Boss. in tit. de mand. ad hon. n.31. & sequ.* Vbi, quod testis tortura debet esse moderata; & nullatenus repeti, & quādo torquetur ad cōdonalidandum eius dictum. solet leuiter torqueri. Sed vide Hip. Rom cons. 360 n.74. & seqq. lib.4. vbi pluribus probat, quod testis, qui torquetur ad conualidandum eius inhabilitatē, debet detineri in tortura per aliquod notabile spatium; non autem sufficit, quod tantum eleuatus, & paulo momento detentus, vel per spatium vnius Aue Maria, vel Pater noster, postea deponatur: Hæc enim, inquit ipse, dicitur leuis tortura. Et isto casu nō sufficit, *Burs. at. cons. 216. nu. 111 & n. 115.* Vbi, quod testis non est repetendus in tortura, nisi noua & grauiora primis superueniant indicia, vel non omnia priora purgasset, *Ecibi testatur de magis* communi. ¶ *Clar. in pract. §. fin. q 25. vers. tor quentur etiam testes, in fin.* vbi licet testium tortura etiam circa qualitatem & modum, iudicis arbitrium etiam circa qualitatem & modum, iudicis arbitrium etiam circa qualitatem & modum, iudicis arbitrium

de testibus. sub n.12. in add. l. in prin. & post addit. versic. interdum persona, Alb. de Malet. de testib. c. 7. n. 27. & seq. Crot. de testibus, nu. 256. versic. sciendum tamen est, Neuiz. cons. 8. nu. 42. in fin. Montisel. rubr. citari an deb. test. fol. 89. col 2. versic. 5 & fol. 90. col. 1. versic. 1. & rubr. reprobatur, quia sponte, &c. folio 255. col. 2. versic. 1. Masc. de probat. lib. 1. in præf. qu. 5. n. 30. versic. verum tam. n. &c. & nu. 34. lib. 3. concl. 1358. n. 67. Cæsar. de Graff. de cas. 22. nu. 5. Clar. Stiat. in pract. iud. c. 16. nu. 40. in fin.

12 LIMITA II. Quando † testis à iudice est monitus, vel citatus, tunc enim non dicitur sponte testificari, ideo probat sine alia citatione partis, *Bartol. in l. post legat. tum. § hoc vero. nu. 1. versic. quando ergo, quis deponit citatus à iudice. ff. de legat. 2. Clar. Stiat. in pract. iud. c. 16. num. 40. in fin.* Ad idem pro intellig. omnes Doct. citati *supra, nu. 10.* vbi expresse dicitur, quod citatio non requiritur, quando testis sponte monetur à iudice.

13 LIMITA III. (Et hęc † limitatio venit ampliatiue ad præcedentē limitationem) in teste examinato à iudice: delatio enim iuramenti per iudicem facta habet vim monitionis. ideo tunc testis non dicitur sponte deponere, *Bal. in rub. quæ sunt prima causa benef. amittē. §. porro, nu. 10. in gl. in verb. non coactis, versic. & eo ipso, quod iudex, & in Ioan. Bert. nu. 59. C. de ep. & cler. Florian. in l. leg. Iulia, n. 2. ff. de testibus,* (vbi tamen licet, si testis iurasset absque eo, quod iudex ei deferret iuramentum) & loquitur Flor. quando pars fuit præsens delationi iuramenti, vel citata, *iuxta tradita in fin. n. 16. But. in c. 2. n. 10. de testib.* (qui tamen putat loquutum, quando pars est præsens, & non contradicit. Felin. ibi loquitur quando pars est præsens, vel citata, & non contradicit. *Decian. num. 67. & seq.* qui etiam loquitur, quando pars est præsens, & tacuit, & nō apparet, quod testis se vltro ingesserit, *Rot. decis. 22. alias 372. in fin. sunt dubitanda de testium num.* vbi etiam loquitur, quādo pars fuit præsens, & non opposuit) *Camp. reg. 167. in 1 fall. Sed hæc testib. post n. 42. versic. ego credo, Alb. de Malet. de testibus. c. 7. n. 23. & 24. Montisel. in repert. test. rubr. citari an debeat testis fol. 91. col. 1. versic. 2. Masc. de probat. lib. 1. in præfat. qu. 5. nu. 31. & seqq.*

14 Vbi † parter loquitur parte præsente. Et si hæc limitatio fuerit videnda erit, quando testis examinatus à Notario fuit commissarius in causa, quia delatio iuramenti à Notario facta habet vim monitionis. ¶ Veram, † quod hæc limitatio non sit vera, facit, quia si vera est, iudicio meo defuit regulam supra positam. Quia omnes testes examinantur vel à iudice, vel à Notario, & ab illis defertur iuramentum (considera) & videtur non vera, quando non præcedit iudicis monitio, *vt sup. n. 12.* sed testis sponte se illi offert, nisi dicas, quod tunc etiam probat, ex quo pars citata ad videndum produci & examinari testes non opponit, *vt infra n. 17.* At parte non citata vel præsente, prout videntur loqui Dd. allegati in limitatione, & non præcedente iudicis monitione, nec inductis productionē, credetur testem examinatum à iudice, vel à Notario, cui se ipsum sponte detulit, valde suspectum, & non probare, ad quę vide Dec. *in c. 2. n. 68. de test.* vbi sequitur maiorem difficultatem distinguit. Et casus, & resolut. quod si pars nō fuit præsens delationi iuramēti, & apparet, quod testis ante eius delationem iuramenti non pinguatur suspicio, & sic delatio iuramēti facta à iudice, facit præsumere, testem non se vltro ingessisse, *(prout etiam dixi infra nu. 24.)* At vbi apparet, quod se ingessit, delatio iuramenti non operatur, & testis non probat, *vt ibi per eum.* Et est ipsa veritas. Et pro responsione contrariorum aduerte, quod Dd. allegati supra in limitatione, nō loquuntur simpliciter in testibus à iudice examinatis, sed in examinatis parte præsente, aut saltē legitime citata, & non contradicente: Quo casu sine dubio probant, *vt dixi infra n. seq.* Ergo nisi conuincat partis præsentia, & non oppositio, minime probant.

LIMITA IV. In † testibus examinatis parte præsente & non contradicente: tunc enim non dicuntur sponte deponere, nec citatio requiritur, *Bald. in rubr. quæ sunt prima caus. benef. amitt. §. porro, n. 10. in gl. in verbo, non coactis, versic. quod verum est, Florian. in l. leg. Iulia, n. 2. versic. pro hoc tamen præsumo, ff. de testib. Ant. de Butr. in c. 2. n. 10. & ibi etiam Imol. nu. 8. Abb. n. 15. Felyn. n. 24. Dec. nu. 68.* (vbi præterea secus, quando pars opposuit & contradixit) *ext. de testibus, Rot. decis. 22. alias 372. incip. fuit dubitatū, de test. in nou. Campeg. reg. 167. in 2. fallent. adden. ad Lanfr. de testib. nu. 12. Alb. de Malet. de testib. c. 7. n. 25. & seq. Pract. Corra. tit. de testib. in prin. nu. 4. versic. & inquit Abb. &c. fol. 66. col. 1. Monticel. in rep. test. rubr. citari an debeat testis, fol. 9. col. 1. versic. final. vbi alios adducit, & rub. item reprobatur, quia sponte, &c. fol. 255. col. 2. versic. penult.* Vbi, quod testes sponte deponentes probant parte consentiente expresse vel tacite, *Mascard. de probat. lib. 1. in præfat. qu. 5. nu. 31. & lib. 3. conclus. 1358. nu. 66.* 16

LIMITA V. Quando pars † fuit citata ad videdum examinari testes; quia tunc examinati parte citata non dicuntur sponte venire, nec alia requiritur citatio, *Bald. in rubr. quæ sunt prima causa benefic. amitten. §. porro. nu. 10. in gloss. non coactis, versic. vel alter. Absente solemniter requisita, Florian. in l. lege Iulia. n. 2. versic. pro hoc tamen præsumo, ff. de testibus, Ioan. Bert. in c. 2. nu. 23. extr. eod.* (vbi tamen videtur requiri, quod pars citata non contradicat, nec opponat,) *Decian. consil. 51. nu. 103. lib. 2.* Hæc † limitatio prima facie videtur destruere regulam; quia testes sine citatione nunquam examinantur: ergo nunquam testes dicuntur sponte deponere. Sed potes duobus modis respondere. Primo, quod quandoq; testes examinantur etiam parte nón citata, vt in criminalibus pro cuiæ informatione: & isto casu potest regula verificari, quod testes se sponte offerentes, & non citati, non probant: Ideo inoleuit stylus in Curia, quod huiusmodi testes vel ducuntur à fisco, aut ab instigatore, vel citantur ad informandum, & certe, si sponte accederent, essent suspecti. Secundo modo potest responderi, quod si pars citata non contradixit, tunc per tacitum consensum dicuntur approbare, nec potest postea opponi, quod sponte deponentes, *sup. nu. 16.* secus, si contradixerint. Et ita est intelligenda hæc limitatio, *prout etiam aduertit Felyn. & sup. allegatus in c. 2. nu. 23. extr. de testibus.* 17 18

LIMITA VI. Quando † sumus in materia, in qua agitur de peccato mortali, tunc enim testi etiam sponte offerenti creditur, *Felyn. in c. 2. nu. 23. in fine, versic. istum casum limita, extr. de testibus, post Imol. quem allegat in c. iuramus, per illum text. de probat. Marsil. sing. 140. incip. testis, qui offert se, versic. attamen limit. restringe, Montisel. in repertor. test. rubr. citari an debeat fol. 89. col. 2. versic. penult. Masc. de probat. lib. 3. concl. 1358.* 19

LIMITA VII. Testis qui forte fortuna in iudicio reperitur, is admitti debet ad iurandum, atque deponendum, nec dicitur sponte venire. *Et sic Corrad. ad Vsit. in pract. lib. 6. c. 2. vbi dicit sic & sic in inductione num. 25. in fine, versic. fallit tamen, &c. Bonacos. allegat. ab. Negant. quam, §. vbi decretum, nu. 27. ff. de offic. proconf. Masc. de probat. lib. 1. in præfat. qu. 5. nu. 29.* 20

LIMITA VIII. In teste, qui † sit valde fide dignus, qui probat etiam, quod sponte, & non citatus deponat, *Campeg. cum allegatis per eum, reg. 167. in 5. fall.* vbi simpliciter loquitur in teste fide digno. Et ita etiam loquitur Corrad. *in pract. tit. de testib. in princ. nu. 4. versic. at Bald. & c. fol. 66. col. 1. Mon cad. ad Crot. de testibus, nu 256. litera M. versic. illud fallit in homine legalissimo, & persona fide digna, Neuiz. consil 8. nu. 43.* vbi de teste idoneo, puta instrumentario, & à partibus approbato, *Monticell. in repert. test. rub. reprobatur, quia sponte, &c. fol 255. col. 2. versic.* Vbi de teste legalissimo. Licet † contrarium teneat *Decian. consil. 35. nu. 17.* vbi, quod testis sponte & non citatus veniens ad se examinandum, non probat, etiam quod sit omni exceptio- 21 22

exceptione maior. *refert & sequitur Alex. Stiat. in pract. iudic. c. 16. post nu. 40.*

23 LIMITA IX. Coram † arbitro, coram quo testes etiam non citati probant, *Montic. in repert. test. rub. citari an deb. test. fol. 89. col. 2. versic. 4. ex Bald. prout eum allegat in l. sed interpellatur, §. arbiter, ff. de arbit.*

24 LIMITA X. Quia † in dubio testis præsumitur non sponte, sed rogatus à parte se examini subiicere, *Fel. in cap. 2. nu. 27. de testib. post alios, quos allegat Marsil. in l. vnius, §. qui vltro, nu. 4. ff. de quæst. vbi remissiue, Alb. de Malet. de testibus, c. 7. nu. 28. in fin. Vest. in pract. libr. 6. c. 2. rubr. de testibus & eor. induct. nu. 22. in fin. Masc. de prob. lib. 3. concl. 1358. nu. 69.*

25 AMPLIA hanc decimam † limitationem, etiam quod non venerit de longinquo: in teste enim veniente ex longinquo, eo magis præsumitur non sponte venire, *Marsil. qui alios refert in l. vnius, §. seruo, qui vltro, nu. 5. ff. de quæst. Neuiz. cons. 8. nu. 42. versic. quia respondetur, Montisel. rubr. citari an deb. test. fol. 90. col. 1. versic penul. Alexan. Stiat. in pract. iud. c. 16. nu. 41.* sed idem etiam est in non sic de longinquo veniente, *Felyn. in d. c. 2. nu. 27. versic. istud limitat, vbi alios refert, reprobato Rom. ibi per eum allegato, & contrarium tenente, Masc. de prob. libr. 3. conclus. 1358. nu. 70. seqq.* vbi etiam refert, sed non sequitur contrarium tenentes.

26 LIMITA XI. Quia † testes sponte deponentes, licet non faciant indicium, faciunt tamen præsumptionē, *Montic. in repert. test. rubr. reprobatur, quia sponte, &c. fol. 255. col. 2. versic. 4. ex Ruin. quem allegat in locis per eum citatis.*

ARGVMENTVM.

Testis quando possit per scripturam deponere absq; eo, quod voce testificetur.

SVMMARIA.

Regula sit, quod testes debent viua voce deponere, & non in scriptis, & si in scriptis deponunt, nihil probant, n. 27. Cōtra, n. 28.

Ampliatur multo magis in testibus absentibus a loco iudicij, qui per literas, vel per scripturam iudici transmissam suam depositionem componunt, tales enim testes nihil probant, nec in ciuilibus, nu. 30. nec in criminalibus, nu. 31.

Hinc infertur, quod fides non facit fidem, nu. 32.

Hinc etiam infertur, quod epistoporum literæ non probant, nu. 33.

quod declara duobus modis, vt nu. 34. 35.

Limita 1. regulam non procedere, quando testis ore proprio legerit dictum suum, antequam illud iudici vel notario in scriptis tradiderit, nu. 36. contra, nu. 37. Distingue, vt nu. 38. Limita 2. in muto ex accidente, qui tamen sciat scribere, nu. 39. Limita 3. partibus aut iudice non contradicentibus, nu. 40. Limita 4. quādo agitur de probatione famæ alicuius extraiudicialiter, nu. 41. Limita 5. quando agitur de probation. quod testes deponunt de peritia artis, nu. 42. Limita 6. quando factū est valde implicitum & intricatum, n. 43. Limita 7. vt regula procedat in criminalibus, secus in ciuilib. nu. 44. contra, n. 45. Limita 8. quando agitur de probat. ætatis filiorum, nu. 46. Declara, vt nu. 47. Limita 9. quando loci consuetudo suadet cōtrarium, nu. 48. Limita 10. quia ex causa iudex p. test. recipere testimonium in scriptis, nu. 49. Limita 11. in personis nobilibus integræ opinionis, & omni exceptione maiorib. n. 50. Contra, n. 51. Limita 12. coram arbitro, n. 52. Limita 13. si ita iudici videbitur. n. 53. Limita 14. quia licet testes in scriptis deponētes nō plene probēt, faciunt tamen præsumptionē, nu. 54.

QVÆST. LXXX. OPPOS. XXXV.

27 OPPONITVR XXXV. Contra † testes, quod non viua voce, sed in scriptis deposuerunt, ideo non probant, *tex. ad literam, in c. testes, & ibi Turrecrem. in summ. Præpos. in 1. not. ab. & communiter omnes, 3. qu. 9. facit tex. in c. primates, in prin. & ibi gl. in ver. scripta, 5. q. 2. & in c. per scripta, 2. qu. 8.* Quæ iurā, licet loquantur in accusatore, procedunt tamen, & habent locum etiam in teste, *ex allegatis per Marsil. in l. de minore, §. plurium, n. num. 3. ff. de quæst.* sed tam in accusatore quam in teste habemus tex. expressum *in c. a nobis*, & ibi communiter notāt omnes, extra, *qui mat. accus. poss.* ampliantes hanc regulam, etiam quod iurati per scripturam deponant. Et per iura prędicta hoc idem affirmarunt *Bal. in l. iurisiurandi. n. 3. C. de test. & ibi Salyc. nu. 8.* vbi reprobat Bart. contrarium tenētem, per illum tex. *in l. Theopompus, ff. de dot. præleg* & ad *d. l. Theopompus*, respondet, quod loquitur de testificatione extraiudiciali, & non in figura iudicii, *Io. And. in c. de testibus, nu. 3. ext. de testibus, & ibi etiam Henr. Boyc. nu. 5. Bellam. n. 3. & nu. 12. & nu. 16. Imol. nu. 5. versic. an autem testis, Anchar. nu. 4. Abb. nu. 10. vbi alio modo respondet ad d. leg. Theopompus, Felyn. nu. 7. Aret. nu. 20.* vbi de communi, & bene comprobat, dicitq; talem depositionem esse nullam ipso iure, *Marsil. in l. de minore, §. plurium, nu. 2. seqq ff. de qq.* vbi alios adducit concordantes: pluribus hanc regulam comprobat, & tribus modis respondet ad *d. l. Theopompus, Lanfr. de test. lib. nu. 8. Alb. de Malet. de testibus, nu. 8. cap. 7. nu. 71. & seqq Aufrer. de testibus, nu. 93. Nell. de testibus, nu. 90. Crot. de test. bus, n. 373.* vbi alius relatu testatur *communem esse contra Bart. in dict. leg. Theopompus, & ita etiam testatur Couar. var. resol. lib. 2. cap. 13. nu. 6. Pract.* (*Corrad. tit. de testibus, rubr. de præmed. ferm. nu 44. fol. 134. col. 2. decis. Ped. 188. nu. 7. & seqq. vbi etiam testatur de communi, & pluribus hanc probat conclusionem, Hier. de Monte, qu. 27. post nu. 2. Alb. de agnosc. asser. cathol. & hæret. qu. 34. nu. 54. Alex. Stiat. in pract. iud. c. 16. nu. 76. Decis. Auenon. 91. nu. 5. versic. sicut non valet, &c. Viu. opin. 949 nu. 1. & seqq. vbi bene comprobat, testaturque de veriori & communi opinione, Montic. in reper. test. rub. testium, quipræfer. communi. fol 447. col. 1. vers. 4 & fol. 448. col. 2. versic. bi, quod validior est probatio, quæ fit per viuam vocem, quā ea, quæ fit per mortuam, & rub. deponere an possint test. per scripturam. fol. 157. col. ve sub & col. 2. vers. 1. & 2. & fol. 158. col 1. vers. 2. & seq. bi plures ad hāc regulam adducit concordantes, Dec. cons. 51 nu 1. & seqq. in discursu, lib. 2. vbi plures affert rationes huius regulæ. Masc. de prob. in præf. qu. 5. nu. 11. & seqq. lib. 1. vbi de veriori & maiori communi opin. & concl. 460. nu. 3. vbi alios plures refert vltra præcit. Dd. mouentur omnes prædicti Dd. pluribus rationib quos per ipsum videre apud eos potest: sed potissimum & communiter eam afferunt rationem, quia scil. per depositionem in scriptis non potest iudex videre, nec audire, quo vultu, qua trepidatione testis loquatur, *iuxta tex. in l. de minori, §. plurium. ff. de quæst.* ¶ Cōtra, quod imo testis possit † dictum suum in scriptis iudici vel notario tradere, voluit originaliter Bart. per illum text. *in l. Theopompus, nu. 12. ff. de dot. præleg* vbi tamen, quod potest iudex, si vult, testem videre, audire, & loqui, vt videat, qua trepidatione, &c. (sed Bart communiter reprobatur per prædictos Dd. qui pluribus modis respondent *ad d. l. Theopompus*) & in hac Bart. opinione re fidere videtur, tanquam vltimo loco per eum relata. Butr. *in c. de testib. n. ext. eod.* faciunt pro hac communi opinione plura iura, & Doct. auctoritates addūcte per Marsil. *in d. l. de minore, §. plurium, nu. 5. & 6. ff. de qu.* quibus probatur, quod tantum operatur vox mortua, quantum viua, (*sed vt aduertit Marsil. ibi, nu. 6. in fine*, dicta iura loquuntur in casib valde diuersis à testimonio reddendo) De cian. *d consil. nu. 96. lib. 2.* vbi, quod prima opinio non est admodū tuta, & quod contra eam vltra Bart. *in d. l. Theopom. & But. in c. de testib.* tenuit etiam Alex. *in l. legata mutuitur, col. fin. versic. item inducit iste tex. ff. de leg. 1.* cuius verba refert & inducit, & quod Bart. auctoritas magna est, vt ibi per eum.

Referenta 1. opinione, quæ verior & magis communis est.

28 REGVLAM constituo † negatiuam, quod scilicet testes non possint dictum suum in scriptis tradere.

29 AMPLIA, vt † hęc regula procedat non solum in testibus, qui sunt præsentes in loco iudicii, sed & multo magis in absentibus, qui per literas, vel per scripturā iudici transmissam suam depositionem componunt Tunc enim nihil probant. Quare dico non solum viua

voce,& non per schedulam vel scripturam,sed præsentialiter,& coram iudice debent testimonium ferre,tex. est *in cap.testes,3.q.9.* cuius verba sunt hæc: *testes per quamcunq; scripturam testimonium nõ proferant, sed præsentes hiis,quæ viderunt & nouerunt, veraciter testimonium dicant,* & ibi gl. *in verbo,sed præsentes,de his,quæ viderunt, Turrecrem. in summar.* * *Præpos. in 1. not. ab. & cæteri communiter* * omnes,*ad idem est allud text. expressus. & ibi communiter notant omnes in c. à nobis, ext. qui matrim. accus. poss. Alb. de Malet. de testib. c. 7. n. 73. in fin.* * *versic. secus si in absentia, Crot. de testib. nu. 373. vbi de* *cõmuni, Pract. Conrad. tit. de testib. rub pramed. serm. nu. 44. fol. 134. colum. 2. Montic. in reper. test. rubr. deponere an poss. test. per scriptu-*

31 *ram fol. 157. col. 2. vers. fin.* Et † hæc ampliatio multo magis procedit in causa criminali,in qua testes debent esse præsentes,*gl. in c. testes, in verbo,sed præsentes, 3. q. 9. & ibi Ar-*

32 *chidiac. nu. 6. Præpos. n. 8. in fin.* Hinc †inferri potest ad illas chartulas, quas nos fides appellamus, in quibus vnus vel plures non coram iudice, sed absentes à iudicio, faciunt pro veritate fidem super aliquare,& nos solemus dicere,fides non facit fidem,&merito: tales enim fides patiuntur quatuor defectus. Primum citationis. Secũdum iuramenti. Tertium præsentiæ. Quartum, quod non viua voce,prout in terminis de huiusmodi fide super probatione consuluit Decian.

33 *consil. 51. nu. 1. & seqq. lib. 2* vbi pluribus hanc exornat illationem. Hinc † etiam inferri potest ad literas episcoporum,quos nec etiam probare voluit glos. *in d. cap. testes, in verb. scripturam, 3. q. 9. & ibi Archid. nu. 5. c. bi in addit. lit. A. vbi remissiue de materia, Bellam. post nu. 3. & nu. 4.* vbi dicit, se de hac materia latius scripsisse per 7. quæstiones, *in cap. post cessionem, in 1. oppositi de probat. Prapo. in d. c. testes, nu. 8.*

34 LIMITA I. Hoc, quod † dixi de literis episcoporum, procedere, quando quis habet necesse producere testes in iudicio, secus, quãdo quis vult probare actum extraiudicialem, factum in iis, quæ spectant ad episcopi officium: Quia tunc illius literis & attestationibus in scriptis creditur. *gloss. in d. c. testes, in verbo, scripturam, in fine, 3. qu. 9. & ibi etiam Bellam. nu. 3. post med. Præpos. nu. 7. in prin. iuncto versic. & de hac materia.*

35 LIMITA II. Et † illatiue ex præcedenti limitatione, quando agitur de excommunicatione, quia tunc creditur literis episcoporum, *Archid in d. c. testes. num. 5. 3. qu. 9. per c. post cessionem, de probat. Bellam. in d. cap. testes, num. 3. post med. Præpos. nu. 8. versic. sed si ego.*

36 LIMITA I. Proposítam † regulam, quando testis antequam tradiderit dictum suum in scriptis iudici vel tabellioni, illud ore proprio legerit: tunc enim id fieri posse, voluit originaliter Bosi. *in l. iurisiurandi, num 3. C. de testibus,* vbi ita declarat, Bart. *in l. Theopompus, ff. de dot præleg.* volentem, quod testis possit in scriptis tradere suam depositionem, vt scilicet hoc procedat, dũmodo prius illud legat,& Baldi opinionem secuti sunt, *Cels. in addit. ad Lanfran. de testibus, nu. 8. Alb. de Malet. de testibus, c. 7. n. 74. Pract. Conrad. tit. de testibus, rubr. de præmed. serm. nu. 44. folio*

* *134. col. 2. Viu. opin. 949. nu. 5. vbi testatur de* * *communi.*

37 Contra, † quod hoc non possit testis, etiam quod dictum suum prius legerit, *Salycet. in l. surisiurandi, nu. 8 C. de testibus, & ibi bonam reddit rationem* (reprobando Baldum contrarium dicentem) *Fel. in c. de testibus, num. 17. in prin. & nu. 12. in 5 fallen.* vbi bonas adducit rationes,& reprobat contrarium tenentes, & in hac cõtraria opinione videtur residere Aret. *in d. c. de testib. n. 20. in fin. & seqq. extr. de testib.* (licet Salyceti rationes adductas *in d. l. iurisiurandi*, parum faceret demonstrare conetur) & in hac opinione (nisi factum forsan sit implicitum & inductũ, vt dixi infra, *nu. 43.*) residere videtur *Crot. de testibus, nu. 373 in 5. & vlt fall. Conar. var. resol. lib. 2. c. 13. nu. 6. in fin. prin. versic. vnde & à Baldo discedunt, decis. Pedem. 128. nu. 7. ad fin.*

* *iuncto nu. 9. versic. & licet Bald. vbi videtur testari de* * *communi, Arnal. Albert. de agnosc. assert. Cathol. & haret. q. 34. nu. 54.*

Pro † resolutione distingue, vt di- *contra, nu. 45.* 38

LIMITA II. Propositam † regulam in muto ex accidenti, qui tamen scire scribere, potest enim is testificando dictum suum tradere in scriptis, *Salyc. in l. iurisiurandi, sub nu. 8. de testibus, quod ante eum voluit Ioan. And. in c. de testibus, nu. 3. versic. hac vera, ext. de testibus, & ibi Henr. Boyc. post nu. 5. Bellam. nu. 11. & 12. Butr. nu. 7. Anch. nu. 4. ad fin. Felyn. nu. 9. in 2 fall. gl. in c. testes in verb. quæ nouerunt, versic. si ergo aliquis est mutus, 3. q. 9. Mars. in l. de minore, § plurium, n. 8. ff. de quæst. Crot. de testibus, num. 373. versic. 2. fallit,* vbi tamen videtur dubitare de hac limitat. *Couar. var. resol. lib. 2. c. 13. nu. 6. in fin. principij, vbi idem de eo, qui propter aliquẽ morbum expedite loqui impeditur, Alex. Stiat. in pract. iud. c. 16. nu. 96. in 1. fall. Viu. opin. 949. nu. 2. & vide, quæ in proposito dixi etiam in tit. de oppos. contr. person test. q. 61. n. 52. & seqq vsq; ad nu. 56.* 39

LIMITA III. Quando † testis non contradicente iudice, neq; parte, & in iudicis præsentia sic testimonii scripturam porrigit, dicitque, se testificari, prout in illa scripturam porrigit, dicitque, se testificari, prout in illa continetur, valet enim tunc tale testimonium, *Imol. in c. de testibus, nu. 5. in fin. versic. si tamen testis, ext. de testibus, & videtur de mente Abb. ibid. nu. 10. in fin. Alb. de Malet. in tract. de testibus, c. 7. nu. 73. Pract. Corra. tit. de testibus, rubr. de pramed. serm. nu. 44. fol. 134. col. 2. vbi refert & sequitur Alb de Malet. in loco præcit. Alex. Stiat. in pract. iud. c. 16. nu. 76. in 3. fall. Decian. cons. 51. nu. 96. versic. secundo respondetur, & n. 97. & seq.* vbi ampliat etiam, quod pars reseruauerit sibi ius opponendi, dummodo in specie non opposuerit. Verum Aretin. *d. c. de testibus, post nu. 20.* dubitat de hac limitatione, & se remittit ad scripta per eum, *in c. tuis, eod. tit.* 40

LIMITA IV. Quando † agitur de probanda fama alicuius extraiudicialiter. Quia tunc valet testimoniũ datum in scriptis, *Felyn. in c. de testib. nu. 10. in 3. fall. extr. eod. Crot. de testibus, nu. 373. versic. tertio fallit, allegat gloss. in c. relatum, 5. qu. 2. per c. extraneo, & c. hortamur, 71. dist. vide, quæ dixi in pract. in tit. de indic. & tort. qu. 47. nu. 272. & seqq. part. 1.* 41

LIMITA V. Quando † testes deponunt de peritia artis: possunt enim tunc per scripturam deponere, *l. 1. in fin cum l. seq. & ibi Bart. ff si mensor. falsum. modum dix. Felyn. in d. c. de testibus, nu. 11. in 4. fall. de testibus, Crot. de testibus, nu. 373. in 4. fall. C. vbi tamen cogitandum relinquit,* quia text. *in d. l. 1.* non loquitur proprie in testibus, sed in agri mensoribus electis à partibus, qui potius sunt iudices, quam testes, *Alex Stiat. in pract. iud. c. 16. num. 77.* vbi testatur de communi opinione, & quod ita practicatur, *Decian. consil. 51. nu. 100. versic tertio respondetur.* 42

LIMITA VI. Quando † tactum est valde implicitũ & inuolutum, quia tunc pariter poterunt testes tradere eorum depositionem in scriptis, dummodo illam prius iudici perlegerint, *Fel. in c. de testib. nu. 12. vers. subdit tamen, & ante eum idem voluit Aret. ibid. n. 22. ext. de testibus. Crot. de testib. nu. 373. in 5. & vlt fall. vers. Or audi, Couar. 2 var. resol. libr. 2. c. 13. nu. 6. in fin prin vers. vnde & à Bald. discedunt, Arnal. Albert. de agnoscẽdo assert. Cathol. & haret. qu. 34. nu. 54.* 43

LIMITA VII. Vt † regula procedat in criminalibus, secus in ciuilibus, *Nell. de testib. post nu. 90.* ea motus ratione, quia ratio regulæ ea * communiter affertur, quia * scilic. per depositionem in scriptis iudex non potest videre & audire, quo vultu & qua trepidatione testis loquatur, *ad l. de minore, § plurimum. ff. de quæst.* Hæc autẽ ratio militat in criminali, non in ciuili, quia in criminali iudex non potest alteri examen committere, & sic quoad notarium non est diuersa ratio scripturæ & vocis, *vt ibi per eum,* ideo non debet esse diuersa dispositio. 44

Hæc † limitatio est contra omnes Dd. allegatos supr. in regula, qui generaliter loquuntur, non adhibita distinctione inter causam ciuilẽ & criminalem. Nec obstat ratio diuersitatis adducta per Nell. quia scil. Notarius non videt, quo vultu, & qua trepidatione testis loquatur; nã labitur Nell. cum Notarius non solũ hæc videat, sed ẽt adnotare debeat, ideo limitatio nõ est vera. 45

LIMITA

46 LIMITA VIII. Quando † agitur de probanda ætate filiorum, quia tunc magis creditur scripturæ parentum, quam eorum viuæ voci, *Marsil. post alios, quos allegat, in l. de minore, § plurimum, nu. 9. ff. de quæst. Viu. opin. 949. n. 7. reprobato Imol. in loco per eum citato, contrarium tenente.*

47 Aduerte, † quod prædicti Dd. loquuntur in scriptura parentum, videlicet libro, seu alia scriptura, cõtinente ætates filiorum scriptas tempore natiuitatis, secus si vellent eorum viuam vocem tempore testimonij ferẽdi tradere in scriptis, quia tunc secus credetem, & vide, quæ latius dixi *in meu qq. ciuil. de probat. ætatis.*

48 LIMITA IX. Quia † valet testimonium traditum in scriptis, quando consuetudo loci illud admittit, * prout in Ciuit. Venetiarum communiter * practicari ex aliis, quos allegat, testatur Alex. Stiat. *in pract. iud. c. 16. n. 76. in 2. fall.*

49 LIMITA X. Quia † ex causa iudex potest admittere testem tradentem suam depositionem in scriptis, *Couar. var. resol. lib. 2. c. 13. n. 6. in fi. prin. Monticel. in repert. test. rubr. deponere an poss. test. per script. fol. 18. col. 2. ver. 1.* Causa autem iusta erit, quando factum, super quo deponere debent testes, est implicitum, & inuolutum, prout dixi *supr. n. 43.*

50 LIMITA XI. Regulam, vt † procedat in personis vilibus, idiotis, leuis æstimationis, & non versatis in huiusmodi examinibus, secus autem in nobilibus integræ opinionis, & omni exceptione maioribus; tales enim possunt per scripturam testimonium perhibere. Ita declarat Dec. *cons. 51 nu. 101. lib. 2.* vbi exemplificat in canonicis, Notariis, Aduocatis, & Procuratoribus, qui vltra vitæ integritatem sunt etiam versati in istis examinibus, & propterea non est periculum, quod ore & vultu non essent constanter cõfirmaturi id, quod per scripturam tradiderunt. Et sic videtur cessare ratio regulæ, de qua *in l. 3. § plurimum, ff. de quæst.* vt scil. iudex videat, quo vultu, & qua trepidatione testis respondeat. Potest hæc limitatio comprobari duobus similibus. Primo, quia testis deponens per præmeditatum sermonem, regulariter non probat, & est suspectus, & tamen probat, si est bonæ famæ, vt dixi *sup. q. 65. n. 25.* Secundo, testis sponte vadens ad se examinandum, suspectus est, & non probat, & tamen secus est, quando testis est integræ & spectatæ fidei, vt dixi *in anteced. oppos. n. 21.* Hæc limitatio nõ recipitur in practica, quia † nunquam vidi testes quantumcunq; nobiles, & integræ fidei, vel in iudiciis versatos, in scriptis deponere, & est contra cõmunem * mentem omnium Dd. relatorum *sup. in reg. n. 27.* qui loquuntur generaliter, nedum in ciuilibus & idiotis. 51

* 52 LIMITA XII. Coram † arbitro, cui à partibus data est potestas procedendi de iure, & de facto, & omni iuris solemnitate omissa: admittitur enim coram eo testimonium traditum in scriptis, *Dec. cons. 51. nu. 101. ad fin. vers. quintoam tollatur, & n. 107. in fi. vers. item respondetur, lib. 2.* vbi bene comprobat hanc limit.

53 LIMITA XIII. Quia † testes possunt dare eorum dictum in scriptis, si ita iudici videbitur, *Præpos. in c. testes, n.... vers. tamen si iudici videbitur. 3. q. 9.*

54 LIMITA XIV. Quia † licet testes in scriptis deponentes non probent, bene faciunt tamen præsumptionem, *Fel. in d. c. de testib. n. 8. in 1. fall. ext. de testib. post Ant. de But. Imo. & Host. in loci per eum relatis, Mars. in l. de minore, § plurimum, n. 7. ff. de quæst. & est tex. in c. à nobis, ibi, nisi quantum ad præsumtionem, &c. & ibi gl. in verbo, ad præsumptionem,*

* *& communiter* * omnes, *extr. qui matrimon. accus. poss.* qui etiam tractant de effectu talis præsumptionis, an & quando sufficiat ad condemnandum, & coadiuuandum alias probationes, vel ad faciendum indicium, & quale, *Crot. de testib. n 373. ver. & primo fallit, Viu. opin. 949.*

* *n. 6. vbi de communi,* * *Monticell. in repert. test. rubr. deponere an possint test per scriptur. col. 2. ver. 2. fol. 157.*

ARGVMENTVM.

Testes quando possint examinari die feriato, & examinati quando probent.

SVMMARIA.

Regula sit, quod testes die feriato recepti non probant, n. 55.
Lim. 1. qa iurati die iuridico, possunt examinari die feriato, n. 56.
Limita 2. de consensu partium, n. 57.
Limita 3. quando est periculum in mora, n. 58.
Limita 4. quando proceditur iuris ordine non seruato, n. 59.

QVÆSTIO LXXX. OPPOS. XXXVI.

OPPONITVR XXXVI. Contra † testes, quod sunt recepti die feriato, ideo non probant, *Paul. de Cast. in l. si quando, n. 4. C. de testib. Lanfr. de testib. n. 15. & ibi in add. redditur ratio.* Quia scil. testium receptio est actus iudiciarius, & ideo die feriato expediri non potest, *Crot. de testib. n. 244. & ibi Moncad. in addit. lit. E. Montic. in repert. test. rub. iurare quo die & temp. deb. &c. fol. 131. col. 1. vers. fin. vbi alios refert, & rub. examin. quo temp. deb. test. fol. 150. col. 1. vers. 1. Granat. ad Vestr. in pract. lib. 6. c. 2. nu. 4. vers. qui quidem testes, fol. mihi 164. Seuerol. in tract. de remiss. c. 33. n. 2. & seq. Mascar. de prob. lib. 1. q. 5. n. 91.* 55

LIMITA I. Quando † testes iurarunt in die iuridico; possunt enim tunc examinari in die feriato, quia isto casu attenditur dies iuramenti, non autem examinis, & depositionis, *gloss. in clem. 1. in verb iudices, ad med. ver. & talis actus, de off. deleg. & ibi hoc notant Im. n. 4. & n. 7. Anch. n. 1. col. mihi 2. ver. ex qua nota,* vbi pluribus argumentis hanc limitationem bene firmat Card. Zab. *post n. 5.* vbi ampliat, nedum in diebus feriatis fauore hominum, sed etiam in honorem Dei, & Sanctorum, *Spec. in tit. de feri. § sequitur, vers. quid si sciuit, Fel. in c. licet causam, post n 19. ver. item quantum inspicitur, de prob. Bar. in l si quando, n. 2. & seq. C. de test. in 1. lectur.* vbi propterea, quod practicatur, nunquam per Notarium scribi diem & locum depositionis testium, sed tantum diem & locum iuramenti, *& in 2. lect. nu. 10.* vbi quod ita etiam ipse obseruat, *& ibi Bal. n. 8. vers. & ideo dicunt aduocati,* vbi reddit pulcram rationem, quia scil. testimonij fides & auctoritas dependet à iuramento, tanquam à radice, sicut mors procedit à vulnere, & retrotrahitur, *Ang. n. 1. vers. & ideo dicimus, Sal. sub n. 8. Paul. de Cast. n. 3. & 4. Ang. in l. damni, § Sabini, ff. de damn infect.* vbi, quod ita practicat Curia Romana, & totus mundus, *Camp. reg. 170. in 7. fall. vbi de communi* * *Dd. opin. reprobato* * *Guid. de Suzzar. contrarium tenente, Francisc. Curt. in tract. de testib. concl. 33. num. 71 & seq. Alb. de Mal. in tract. de testib. c. 7. n. 78. Lanfr. de testib. nu. 15. Marian. in Spec. in 6. p. in 6. actu, rubr. de test. produc. n. 4. & 7. Caruit super rit. magn. Cur. 148. n 1. Mont. in reper. test. rub. iurare quo die & temp. d. b. test. fol. 130. col. 2. vers. 4. & fol. 150. colum. 1. vers. 1. & 2. Via. opin. 992. n.... vbi etiam, quod ita seruat Magna Curia Vicaria, Menoch. de arbit. lib. 1. q. 30 nu. 15. Granat. ad Vestr. lib. 6. c. 2. nu. 40. vers. qui quidem testes, fol. mihi 164. Seuerol. in tract. de remiss. cap. 33. n. 4. Masc. de prob. lib. 1. q. 5. n. 92.* 56

LIMITA II. De † consensu partium, *Bal. in l. 1. ff. de fer. & in c. cum causam, col. 1. extr. de testib. quem sic referendo sequitur Corset. singul. verbo, testu, il 2.* vbi declarat, hoc verum esse in feriis introductis in fauorem & necessitatem hominum, per *d. l. 1.* secus in feriis introductis in honorem Dei. Quia tunc talis receptio non valeret etiam de consensu partium, per tex. *in c. conquestus, de fer. cum simil.* 57

LIMITA III. Quando † est periculum in mora, dixi *sup. q. 76. n. 58. & seq.* in testibus abfuturis, valetudinariis, & aliis examinandis ad perpetuam rei memoriam, Adden. ad Lanfr. *in tract. de testib. post n. 15.* vbi ponit exemplum in testibus abituris, vel si periculum est, vt subtrahantur à partibus, vel quod iurisdictio iudicis sit incerta, *Monticell. in reper. test. rub iurare quo die & temp. deb. fol. 131. col. 2. vers. 4.* vbi remissorie. 58

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding

59 LIMITA IV. Quando † procedit iuris ordine prætermisso, *Mont.in rep.test.rubr.iurare,quo die & temp.deb. test.fol.131.col.2.ver.1.& seq.* vbi,quod coram arbitro.

ARGVMENTVM.

Testes quando possint examinari extra terminum, & examinati quando probent.

SVMMARIA.

Regula 1.sit, quod testes examinati extra terminum datum ad probandum,vel ad producendum testes,non probant, n.60.& seq.
Amplia 1.& multo magis in causa criminali,n.62. Limita 1. ampliationem, si iudex ex officio vellet examinare,n.63. Limita 2.ad defensionem rei,n.64.
Amplia 2.regulam etiam parte non opponente, n.65.
Amplia 3.vt nec probent de consensu partium,n.66.
Limita 1.hanc primam regulam,vt non procedat, quando res est integra,& nihil aduersario deperiit, n.67.contra,n.68.
Limita 2.in causis summariis,& beneficialibus, de æquitate canonica,n.69.contra,n.70.
Limita 3.quando testes sunt in promptu,n 71.
Limita 4. quando testes producuntur in continenti post terminum, n.72.
Limita 5.quando testes post lapsum termini superuenissent ad notitiam producentis,n.73.
Limita 6.quando causa est commissa de æquitate, vel essemus in foro,in quo proceditur de æquitate,prout inter mercatores,numer.74.
Limita 7.quia iudex ex officio potest testes examinare post terminum,n.75.
Limita 8. quia licet testes examinati post terminum non probent,faciunt tamen præsumptionem, n.76.
Regula 2.sit,quod testes iurati in termino possunt examinari post terminum,etiam nulla facta diligentia per partem de illos examinando infra terminum,n.77. licet alij contra,n.78.
Amplia 1.& multo magis, quando terminus est datus simpliciter ad producendum,vel ad recipiendum testes,n.79.
Amplia 2. quando est datus terminus simpliciter ad probandum, n.80.contra,n.81.
Amplia 3.quando concurrit loci consuetudo,n.82.
Limita 1.quando est datus terminus ad producendum & examinandum testes,n.83.licet alij contra,n.84.
Limita 2. quando est datus terminus ad probandum, & probatum habendum,n.85.
Limita 3.quando est datus terminus ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis,n.86.
Limita 4. quando est datus terminus per verba præteriti temporis,n.87.
Limita 5.quando terminus ad probandum est datus à lege, vel à statuto,n.88.
Sublimita omnes precedentes limitationes, in quibus dixi, testes iuratos in termino,non posse examinari post terminum, non procedere,quando pars fecit diligentiam,& per ipsam non stetit,quin examinarentur in termino,n.89.
Sed an ad hoc,vt dicatur constare de diligentia,sit necessaria prastatio,n.90.& seq.

QVÆSTIO LXXX. OPPOS. XXXVII.

60 OPPONITVR XXXVII. Contra † testes,quod sunt examinati extra terminum, ideo non probãt, ad quam materiam infrascriptam vide omnes Dd.*in c. licet causam,de probat.* vbi generaliter tractãt, an & quando lapso termino, seu dilatione ad probandum data, possit produci probatio, non obstante lapsu dicti termini,seu dilationis, de qua materia dixi ego etiam late *in mea qq.ciuil.in tit.de probat.*

61 REGVLA I. sit † in hac 37. Oppositione, quod testes examinati post terminũ datum, vel ad probandum, vel ad producendum testes,non probant, *Imol.in cap. licet causam,num.28. in prin. iuncto vers.in alia autem causa,& num.29.de probat.& ibi etiam Aretin.num.6,& nu.33.Crot. de testib.nu.270.Boss.de oppos.contra test.nu.33.Pract.Conradi, tit.de testib.rub.de recept.post term.n.47.fol.135.col.2. Blanch.de indic.nu.342.Montic.in repert.rubr.exam.quo temp.deb.test. fol.149.col.1.vers.1.& seqq. Mascard.de prob.lib.1.q.5.n.66. vbi de communi.* *

AMPLIA I.& † multo magis in causa criminali,*Imol.* 62 *in c.licet causam,n.28.vers.Dom.de Rota,extr.de prob.& ibi etiam Aret.n.37.vers.aut loquitur,in causis c. iminalib.*

LIMITA I. hanc † primam ampliationem, si iu- 63 dex vellet ex officio post lapsum terminum producere testes,quia potest, *Aret.in d.c.licet causam,n.38.*

LIMITA II. eandem † primam ampliationem, 64 quia ad defensam etiã post lapsum terminum, possunt produci,& examinari testes, Aret.*in c.licet causam,n.307.* vbi tamen hoc admittit ex iudicis officio, secus ad instantiam rei. Sed quod id etiam liceat ad instantiam rei, voluit Conrad.*in pract.tit.de testib.rub.de recept.post termin. nu.47.in 10.limit.fol.136.col.1.* vbi declarat pluribus modis. Verum de hac re latius dixi *hoc eod.tit.in materia publicationis testium,q.65.n.419.& seqq.*

AMPLIA II. hanc † primam regulam,vt testes exa- 65 minati post terminum nõ probent, etiam parte non opponente,& ipso iure, Aret.*in c licet causam*, per illum text.ponderando verbum,*nullatenus*, *n.6.& n.42.& seq. extr.de prob.* vbi ampliat † non solum lapso termino lega- 66 li,seu statutario,sed etiam termino dato à iudice, Crot. *de test.num.270.* vbi propterea,quod talis depositio non potest approbari tacite,nec expresso partium consensu.

LIMITA I. hanc † primam regulam, vt procedat, 67 quando res nõ est integra, & aliquid deperiit aduersario: tunc enim testes non possunt extra terminum examinari,secus re integra,& quando nihil aduersario deperiit, *ita distinguit Imol.post Cyn. quem allegat in c.licet causam,n.28.in prin.ver.sed Cynus, & d.n.28.in fi. vers.sed vt dixit Cynus,extr.de probat.* faciunt pro hac limitatione scripta per Aret.*in d.c.licet causam,n.33.vers.alii distinguunt, & n.34.& 35.& n.41.in fin.vers.non obstat*, vbi videtur testari de communi,* (licet,*vt infr.eum referam*,contrariam de- * fendat opinionem,) item faciunt tradita per Felyn.*ibid. n.15.* vbi videtur testari de æquiori opinione, Crot.*de testib.nu.270.vers.primo limitatur, vbi, quod ita limitatio communiter approbatur & ibi Moncad.in addit.litera T.*

Contra, quod † etiam re integra testes non possint 68 post terminum examinari, *Aret.in c.licet causam.n.6 de probat.& latius ibid.n.35.vers.sed Bar.& n.36 & n.37.vers.aut loquitur,& num.40.post prin.vers.vide pro vera determinatione, iuncto vers.vnde in dubitanter teneo,& n.41. vbi post Spec.Archid.& Io.And.quos allegat, pluribus hanc comprobat opinionem, & contrariũ respondet Felyn.ibid. num.18. vbi etiam bene comprobat, & hanc opinionem tanquam veriorem sequitur Surd.cons.8.n 8. (licet aliqui ibi per eum relati contrarium dixerint.)*

LIMITA II. eandem primam † regulam,vt non pro- 69 cedat in causa summaria, & beneficiali, de æquitate canonica, *Imol.in cap.licet causam,n.28.vers.sed in causa non criminali,extr.de probat. Pract.Conrad.tit.de testib.rubr.de recept.post term.n.47.ver.sexto limita,fol.135.col.2.in fin.*

Contra,quod † etiam in causis summariis,& in qui- 70 bus proceditur de plano,& sine figura iudicij,testes examinati post terminum, nec etiam probent, probat Aret.*in d.c.licet causam,n.36.in fi. iuncto n.37. Fel.ibid.num.18. col.11.in fin.vers.limita quarto.*

LIMITA III. Quando † testes sunt in promptu; 71 quia tunc possunt examinari etiam post terminum, *Imol.in c.licet causam,n.28.ad fin.extr.de prob.Felyn.ibid.n.18. col.11.ad fin.sub vers.tertio, Crot.de testib.nu.270.ver.tertio limitatur.* Vbi idem,quando † pars in continenti post ter- 72 minum testes produceret, modica enim mora purgari potest, *vt ibi per eum.*

LIMI-

Texto deteriorado e/ou Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding

73 LIMITA IV. Vt † regula procedat, quando testes iam essent noti producenti termino pendente: tunc enim post lapsum terminum non possunt examinari etiam re integra,*secundum Felyn in c.licet causam,num.17.in fin.ver.limita quinto,extra,de probat.* Secus autem,quando testes post lapsum termini superuenissent ad notitiam probare volentis, quia tunc etiam post terminum possunt examinari, *Fel.in c.licet causam,nu.18.col.11.vers.limita ergo primo*, vbi hoc declarat procedere potius de æquitate,quam de iure.

74 LIMITA V. Quando † causa est commissa de æquitate,vel essemus in foro,in quo proceditur de æquitate,prout inter mercatores: tunc enim possunt testes examinari post terminum, *Fel.in c.licet causam,nu.18. col.11.post med.vers.limita 2.*

75 LIMITA VI. Quia † iudex ex officio etiam post terminum potest testes examinare, *Fel.in c.licet causam,n. 18.col.12.ad fi.in 11.limit.extr.de probat.pract.Conrad.tit.de testib.rub.de recept.post term.n.47.in 9.limit.fol.136.col.1.*

76 LIMITA VII. Quia † licet testes examinati post terminum non plene probent, faciunt tamen præsumptionem,*Crot.de testib.num.270.vers.secundo limitatur, post Bar.& Bald.in locis per eum relatis,Blanch.de iudic.n.339.seqq.* vbi relatis hinc inde contrariis concludit, quod testes examinati post terminum,faciunt in criminalibus quale quale indicium,quod sufficit ad instructionem iudicis,& ad inquirendum,& coniungat alias probationes, *Mont.in repert.rubr.test. quales esse deb.ad probat.indic. fol.247.col.ver.3.* vbi, quod faciant aliquod indicium, *ex allegatis ibi per eum,Boss.in c.licet causam,n.m.25.& seqq.de prob.* bi,*quod faciunt indicium & respondet contrarius,& vide, quæ dixi supr.q.62 nu.276.& seq.*

77 LIMITA VIII. Quia † testes iurati in termino possunt examinari post terminum, etiam nulla facta diligentia per partes de illos examinãdo infra terminum, *Butrig.in l.si quando,in prin.C.de relib. & ibi etiam Bar.in l.lector.n.3. Angel.n.1. vers.similiter per hoc dicimus,* vbi testatur, *ita de consuetud.ne seruari, Salycet.n.8.* vbi post multa testatur,se ita vidisse practicari,dummodo pars non fuerit in culpa & negligentia examinandi, puta, si testes produxerit in vltimo momẽto termini.Pro hac regula faciunt deducta per Ant.de But *in c.licet causam, n 12.col.3.in prin. ver.recitat Dynus,extra,de probat.* facit *nu. etiam scripta per Aretin.in d.cap.licet causam,n.47.48.& 49.* vbi adducuntur quinque rationes,*& num.51,vers.Baldus tamen*,vbi adducuntur duæ aliæ rationes,*Felyn.ibid.n.16.* vbi plures alios * adducit concordantes, & testatur de communi * opinione,*& n.23.ad fin.vers.& per hæc*, vbi testatur de æquiori opinione, (licet contrariam afferat multum sustentabilem,*vt infra eum referam*,) *Rota de testib.decis.3.alias 73 in nou.* (vbi tamen requirit aliqualem diligentiam,) *Nell. de testib.nu.70.vers.si autem iudex,& n.71.& seq. Pet.Rebuff. de testib.artic.1.gloss 10.n.76.Vestr.in pract.tit 6.c.fin. num 8.* vbi,quod quicquid sit de iure,ita seruant, & seruat Sacrum Palatium, *Montic.in repert.qui alios plures refert concordantes,in rubr.exam.quo tempore deb.test.fol.148.col.lum.1.vers.4.& col.2.vers.primo,& seqq.* vbi de materia, *Seuerol.de remission.cap.37.numer.1.& seqq.* vbi, quod hæc sententia tanquam æquior & humanior vsu recepta est, nisi nimia litigaturis negligentia notari possit, *Vui opin.q. 92.num.2.Surd.consil.8.num.1.* vbi alios refert,*testantes de communi,* æquiori,*& practicata opinione, Mascard. de probat. lib.1.quæst.5 numer.95 & seqq.* Et pro hac limitatione faciunt omnes Dd. infra allegati *numer.* 2. vbi est eadem materia.

78 Contra, quod † testes iurati in termino non possint examinari post terminum, nisi præcedat diligentia partis,*Imol.post Archid.& alios, quos allegat antiquiores, in cap. licet causam,nu.29.vers.sed an sufficiat,extr.de probat. Aretin. n.49.vers.vnde Bartol.& n 50.& n.51.in prin.& in vers.in hi autem placet & n.52.& 53.* vbi videtur testari de communi * opinione,*Felyn ibid n 23 ver.modo aduerte vs.ad nu.n.24.* vbi pluribus hanc probat opinionem, dicitq; de iure multum sustentabilem, (licet primam æquiorem, *vt supra eum retuli,*) *Rota de testib.in nou.decis.3.alias 73.* (vbi tamẽ, quod sufficit aliqualis diligentia,) *Lanfran.de testib.n.14.* Et faciunt pro hac contraria opinione Dd.*infra* allegati, *n.81.* vbi est eadem materia.

Retenta prima opinione, quæ videtur magis * com- * munis, ex ea constituo secundam infrascriptam regulam,*in hac 37.oppositione*

REGVLA igitur II. sit in hac 37.oppositione, quod testes iurati in termino possunt examinari post terminum,etiam nulla facta diligentia per partem de illos examinando infra eum terminum.

AMPLIA I. Vt † multo magis hæc regula procedat, 79 quando est terminus datus simpliciter ad producendum,vel ad recipiendum testes: tunc enim iurati in termino possunt examinari post terminum, *Specul.tit. de test.§.nunc dicendum nu.19.vers.quæque, quem secuti sunt Felyn.in cap. licet causam 6.ver.quod verum.C.de test.lib.Bar.in l.damni.§ sabinus nu.8.ff.de damn.inf. Imol.in c.licet causam,n.9. ver. nec obstat vers.secus quando,extra de probat.* vbi, quod ita seruat Curia,*ex Specul.in præcitato & bretiam Ant.de But.n.12. col.3. in fin.vers.secundo casu,& col.2.in princ.vers.secundum dicit. Imol. col.3.ante med.vers.quod si non &c. & vers.ad probandos, Abb.n.20.vers.primo casu, vel si non & vide in prin. Cr. credo indubitanter, Felyn.n 23.ad fin.vers.ita procederet opinio contraria Rot.n.76.& seq.* vbi tamen, quod isto casu non sufficit sola productio in termino sine dilatione iuramenti, licet ab ipsis per eum relati dixerint, etiam sola productionem sufficere. *Rota de probat. in nou. decis.13.alias 495.nu.p.extra Rotam, num 5.vers. in contrariam,& c.& seqq. & de dilat in antiq. decis.3.alias 345. nu.p.nota quod vbi est,datur, Franc.Curt.de testib.conclus. num.5.in fin.vers.ideo testes,* Marant.*de ord.iudic.in 3.tract. 2 part.ar.dic.num 19.& in 6.act.eiusdem partis,num.5. Practic. Conradi tit.de testibus,rubr.de recept post termin.numer.47. vers.fal.15 adde, vbi reuocato contrario hanc vltimam opinionem, * fol.136.colum.1.in fi.* Et pro hac ampliatione * cum Doctoribus ali. quos refert, Rebuff. * materia.

81 Contra, quod † nec etiam isto casu iurati in termino possint examinari post terminum, nisi præcesserit partis diligentia, *iuxta tradita infr. numer. 89. voluerunt Bald. in l. si quando nu. 7. in prin. tuncto vers. sed Arch.* & ita etiam relatis aliorum opinionibus videtur voluisse ibidem Fulg. *n. 8. & seqq.* vbi tandem concludit, quod ad hoc, vt iurati in termino possint examinari extra terminum, duo requiruntur: Vnum, quod iurauerint tempore congruo, & non in vltimo momento: Aliud, quod pars fuerit sollicita, & fuerit requisita diligentiam partis, alias secus, Bar. *in l. 1. num. 1. colum. 2. in fin. vers. ita enim faciunt, & co. 3. in prin. ver. Bart. dicit*, vbi videtur residere in opinione Bar. *tam. in §. Sabini*, tanquam vltimo loco per eum relata, Alber. de Malet. *in tract. de testib. cap. 7. nu. 79. & seq.* vbi aliis relatis opinionibus circa prædictam Bartoli opinionem, fiat videre magis æquam, & ita apud eum præcedere, Crot. *de testib. num. 271. vers. ouia ita opinio, tuncto vers. fallit tamen, vbi de hoc mani.* Et pro hac eadem opinione facit Dd. allegati *supr. nu. 78.* vbi est eadem materia.

82 AMPLIA III. Quando † in loco adest consuetudo, vt testes iurati in termino possint post terminum examinari: tales enim consuetudo seruanda est, Fulgos. *in l. si quando, num. 7. ad fin. vers. alius tamen dubitus casibus*, C. *de testib.* Et hæc conclusio adiuuat opinionem eorum, de quibus *supr. num. 77. & 80.* ex quibus aliqui restantur de consuetudine, quod iurati in termino possint post terminum examinari.

83 LIMITA I. hanc † secundam regulam, quando terminus non est datus simpliciter ad producendum testes, sed ad producendum, & examinandum: tunc enim, nisi partis diligentia præcedat, testes iurati in termino non possunt examinari post terminum, *Specul. in tit. de testib. §. qualiter, num. 13. vers. secus forte, Bald. in l. si quando, num. 8. post medium, vers. & hoc verum, & ibi Salyc. num. 8. ad fin. vers. & hoc vera. C. de testib. Imol. in cap. licet causam, numer 29. vers. vltra autem dictum, extr. de probat. Anton. de Butr. in d. c. licet causam, num. 12. colum. 2. in fin. vers. tertius casus, & colum 3. in princip. vers. secundum idem, & d. colum. 3. ante medium, vers. si ad producendos, & examinandos*, Abb. colum. 5. in fin. num. 20. vers. secundo casu, & colum. 6. vers. credo indubitanter, & vers. secundo casu oportet, &c. tuncto vers. ita dico in proposito, Aretin. num. 51. vers. sed aduerte, tamen, & num. 53. vers. item quam multo fortius, Felyn. num. 21. vers. & idem si datus terminus, Bero. numer. 79. vbi reprobat Butrig. contrarium tenentem, Rota *de probat. in antiq. decis. 26. alias 587. incip. vtrum duo menses*, vbi hanc dicit opinionem de iure veriorem, (licet contrariam de æquitate, *vt infra referam*, amplectatur,) quod & idem dixit Rota *de testib. in antiq. decis. 1. Alb. de Malet. de testib. c. 7. n. 80. Nell. de testib. n. 70. post ver. si autem iudex.*

Quamuis † contrarium de æquitate magis placeat 84
Rotæ, *vt in titul. de probat. in antiq. decis. 26. alias 587. incip. vtrum duo menses, & in tit. de testib. in antiq. decis. 1.*

LIMITA II. Quando † est datus terminus ad pro- 85
bandum, & probatum habendum: tunc enim testes iurati in termino, non possunt examinari post terminum, *Butrig. in l. si quando, in princip. C. de testibus, & ibi Angel num. 1. vers. ult. secus si detur dilatio, &c. Salycet. numer. 8. in fin. Paul. de Castr. numer. 4. in fin. vers. sed si dilatio, Imol. in cap. licet causam, ad finem, vers. ult. quid autem si datus esset terminus, extra, de probat. vbi, quod ita tenent omnes,* * *& ibi etiam* * *Anton. de Butr. num. 12. colum. 3. ad finem, vers. ult. quintus casus, Abb. numer. 20. colum. 2. in princip. vers. ult. quarto casu, vbi, quod ita communiter* * *tenetur, Felyn. num. 22. & Bero. nu. 87.* * *Rota de probat. in nou. decis. 13. alias 495. incip. extra Rotam, numer. 7. vers. ult. aut est datus terminus, Franc. Curt. in tract. de testibus, conclus. 35. numer. 71. in fin. vers. ideo testis, Alber. de Malet. de testib. num. 70. numer. 80. in fin. Ian. Franc. de testibus, numer. 14. in fine, Crot. de testibus, numer. 271. vers. ult. quarto fallit, Nell. de testibus, numer. 70. in fin. Mandos. in addit. ad Roman. cons. 433. post num. 6. litera A. vers. secundo si ad probandum, & probatum habendum, Pract. Conradi tit. de testib rubr. de recept. post term. n. 47. vers. 15. adde, fol. 136. col. 1 in fin. Sarcol. in tract. de remiss. c. 37 n. 4.*

Quod † & multo magis procedit, quando est datus 86
terminus ad probandum, & probatum habendum, per omne genus probationis, secundum Ant. de Butr. *in d. c. licet causam, num. 12. colum. 3. ad finem, vers. ult. adducunt hodie, Abb. numer. 20. column. 7. ante medium, vers. ult. & vltim. Aretin. num. 56. Felyn. num. 23 Bero. num. 89. & seqq.* vbi plura alia in materia huius termini dati per iudicē ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis.

LIMITA III. Quando † est datus terminus per ver- 87
ba præteriti temporis, vt puta si iudex dicat *debuas produxisse*: tunc enim testes iurati in termino non possunt examinari post terminum, secundum Aret. *in c. licet causam, n. 55.* & ibi etiam Fel. *n. 21. extr. de probat.* Crot. *de testib. n. 271. vers. tertio fallit*

LIMITA IV. Quando † terminus ad probandum 88
est datus à lege vel a statuto; tunc enim testes iurati in termino non possunt examinari post terminum, *Aret. in c. licet causam, num. 53. in fin. & num. 54. de probat. & ibi Felyn num. 17.* vbi declarat, nisi probetur impedimentum, *& n. 20. vers. primus casus*, Crot. *de testib. num. 271. vers. secundo fallit*, Nell. *de testib. n. 70. in prin. tuncto ver. & ideo si lex*, Surd. *cons. 8. nu. 7. seqq. & n. 14. seqq.* vbi hanc late defendit limitationem.

SVB LIMITA † omnes præcedentes limitationes, 89
in quibus dixi supra testes iuratos in termino non posse examinari post terminum, vt procedant, quando pars nullam fecit diligentiam de illis examinandis in termino, secus si aliquam fecisset diligentiam, & per ipsum non stetisset, quin examinarentur, sed vel per iudicem, vel Notarium, vel per partem: tunc enim indistincte iurati in termino possunt examinari post terminum: colligitur hæc declaratio ex traditis per Fulgos. *in l. si quando, nu. 7. vers. item si ipse exhibens, C. de testib. Imol. in c. licet causam, num. 29. ad med. vers. & idem videtur ducendum, iuncto vers. si tamen per iudicem steterit, &c. extr. de probat. & ibi etiam Ant. de But. n. 12. col. 3 post princ. ibi, nisi steterit per iudicem, &c. iuncto ver. Domini de Rota*, vbi, quod sufficit qualisqualis diligentia, *& vers. si ad producendos, & examinandos, Abb. numer. 20 col. 6. in prin. vers. & quod pars adhibuerit aliquam diligentiam, iuncto vers. secundo casu, &c. & vers. ita dico in proposito, &*

de test. §. nunc tractandum, num. 1. & seq. & post Franc. de testib. n. 1. Petr. Rebuff. de testib. artic. 7 glos. Montic. in repert. test. rubr. examinatio, fol. libr. par. fol 152 col. 1. vers. 2. & seq. vbi alios refert, & col. 2. vers. vbi de materia remissiue Franc. Marc. decis. 900. nu. 1. in princ. iuncto vers. & luat partes, part. 1.

Hinc † testes debere singulariter examinari, & non 90
insimul in turba, & aliter examinatos non probare, fuit detur ex infrascriptis rationibus. Primo, quia si insimul examinantur, datur materia deponendi falsum; quia vnus instruit alterum. Secundo, quia si insimul examinantur, potest inter eos oriri varietas, & contradictio, & ex contradictione contentio, & exaltatio vocum, & hinc partes possent audire contra regulam, quod testes sint secrete examinandi. Tertio, quia si insimul examinantur, datur occasio, vt deponant per eundem præcedentem sermonem, & vltra rationes prædictas, pro hac illatione habemus text. expressum *in l. venerabili, in fin. de testib.* & ibi gloss. *in verbo sigillatim, Host. col 2 in versic. testium, Ioan. And. post num. 2. Bellam. ante num. 1. in vers. litigatum, Bald. Imol. & Anchar. in summario, & in vers. in gloss 2. Anan. n. 1. & 2. vers. nota quod testes Abb. in summario, & num 3. Aretin. n. 3. vers. tertio nota, & Felyn. num. 3. Specul. in tit. de teste, §. nunc tractandum, in princip. nu. 9. vers. testes de eorum opinione, Paul. de Castr. in l. nullum, num. 3. vers. & similiter, C. de testib.* vbi dicit, se alias in quodā processu fecisse decim testes in dui & semel interrogatos deponere per eundem modum, ideo eorum dicta simul esse facienda esse, *& ibi Ioan. Andr. num. 1. vers. item etiam. Abb. gloss. 2 in verbo audire, extra de testib. & ibi Anchar. de hoc numero 13. extra, de testibus, & ibi Ioan. Andr. in fine. Ioan. Andr. in addit. ad Host. in rubr. de testib. cogi non cogendos, ad testimonium, num. 46 col. 1. in fin. Alex. cons. 7. num. 9. lib 2. & cons. 94. incip. & si deberemus Doctores, num. 10. vers. vltra hæc, quæ deponunt, lib. 3. Bosi. in tit. de oppos. contra test. n. 8. Ataide de prob. lib. 2. con. 6011 n. 2. Montic. in repert. de test. debet fieri secrete, fol. 152 col. 1. vers. final. & col 2. vers. 1. & seq. & rubr. exam. test. quomod. & qualiter debeant, vers. fol. 152 col. 2. vers. fin. Franc. Marc. decis. 900. nu. 1. in prin. & ver. & hæc ex propræmissis part. 1.*

LIMITA I. Regulam † huius 38. Oppositionis non 91
procedere, quando casus est multum ardua, in qua potest Notarius vel iudex adhibere duos fide dignos viros, ad hoc, ne vnquam de eius fide dubitari contingat, quod non scripserit veram, & hanc cautelam post Nicol. de Matarel. posuit Bald. *in tractatu num. 5. de testib.* vbi etiam, quod tibi fide digni esse debent iurare tenendi secretas depositiones testium, & Bald. *referendo ea, quæ fiunt* Salyc. *ibid. num. 1. & Ioan. Andr. etiam num. 1. vers. tradit tamen*, vbi multum approbat istam Baldi cautelam, Felyn *in cap. venerabilis, post num 3. extra, de testib.* Abb. *in caput cum causam quæ nunc 5. ad fin extra, eodem*, & Monticellus *in exam. test. debet fieri secrete, fol. 152. colum 2. vers. fin. vbi alios refert, & fol. 153. colum. 1. vers.* Franc. Marc. *decis. 900. numer. 1 vers. & idem etiam part. 1.* Verum † in hoc vide Fulg. *in l. nullam. num. 1. ad fin.* qui dicit, quod communis * obtentia est in contrarium, & certe ego nunquam vidi talem cautelam seruari. 92

LIMITA II. In † causis summariis, in quibus non 93
requiruntur alia publicatio, *l. unica, de ord. iud.* quem allegat *in l. prol. tit. num. 3. vers. & similiter, C. de sent. & interlocut. omn. iud.* Petr. Rebuff. *de testib. artic. 1 gloss 6. n. 38.*

LIMITA III. Quia † licet testes secrete examinati 94
debeant, non tamen examinati parte præsente non probant, sed tantum pars, quæ fuit præsens, cum didicerit testificata, non potest ampliùs alios testes producere, *ita notabiliter declarat Anton. in cap. venerabilis. post num 3. verificet autem pars, extr. de test. post gloss. in mandato Bal. Iaso & Bart. in l. hi quos, C. de re. test.* sequitur Fran. Marc. *decis. 900. n. 5. pa. 1.*

ARGVMENTVM.

Testes an debeant per extensum examinari, vel per relationem, ad alterius testis depositionem, & quid si dicant, contenta in articulo esse vera.

SVMMARIA.

Testium dicta debent per extensum scribi a Notario, n.99.
Testu dicens contraria in articulo esse vera, non probat, nu 100. *contra, n.101.*
Dic, quod si reddunt sufficientem rationem, probant, alias secus, n.102.
Testis, qui in sua depositione dicit, veritatem esse, prout alter testis deposuit, non probat, n 103. *contra, n.104.*

QVÆSTIO LXXX. OPPOS. XXXIX.

99 OPPONATVR XXXIX. Contra † testes, quod non sunt examinati per extensum, ideo non probant, *secundum Host. in cap. nihil obstat, num. 6. & 7. ff. de verbor. signif.* vbi arguit de lege ad testem, quod sicut lex est scribenda per consequentiam literarum, & non abbreuiata, vt falsitas euitetur, *l.1. §. fin. ff. de vet. iur. enucl.* ita etiam est scribenda depositio testis, in qua maius est periculum, quam in scriptura legis, cuius restat exemplar, ad quod potest haberi recursus, *c. vt veterum, 8. dist.* Sed testimonij nullum aliud restat exemplar, quam scriptura Notarij: ideo magis consulendum & prouidendum, quam in scriptura legis, *arg. tex. in c. quiescamus, 42. distinct. & in l.1. §. ff. de carbonian. edict.* & Hostiensem sic dicentem referendo secuti sunt ibi Ioan. And. *n.3. in fin. vers. item ipse Host. Bar. num. 2. Anton. de Bur. num. 2. ad fin. vers. ideo credo, Zabar n.1. a fin. vers. sunt etiam debet fieri descriptio legis, &c. Abb. n.3. ad fin. & il. in addit. litera F. Spec. in tit. de teste, §. nunc tractandum, numer. 8. vers. cautionem quoque, Iacob. Ægid. in tract. de testib. nu.15.* vbi, quod male faciunt tabelliones, non scribendo dictum testis extensum etiam longum, prout ipse testis dixit, volendo euitare laborem, *Rebuff. in tract. de testib. tit.1. gloss.10. n.69. Alex. Stiat in pract. cap.16. num.44. & nu.47.*

100 Hinc † primo infertur, quod testis dicens contenta in articulo esse vera, non probat: quia testium dicta per extensum scribi debent, *Bertach. in suo repert. in verbo, testes d. ponunt*, vbi, quod ita seruat consuetudo, & statutum Romæ disponit, Iacob. Ægid. *in tract. de testib. nu.25.* vbi, quod multum male facit Notarius, cum interrogando testem scribit: *Testis dixit vera esse, quæ in articulo continentur*; & sic non quærit de his, quæ sunt in articulo inclusa, cum iudex debeat sermonem & vocem testis, constantiam, & trepidationem considerare, *Vivi opin. 962.*

101 *nu.1.* vbi loquitur in criminalibus. Contra † Socin. *consil. 56. nu.12. & nu.14. lib.4. post Bal. & Roman. in locis per eum relatis, Socin. iun. cons. 73. numer.13. lib.2. Bald. cons.10. num.6. lib.5. Vivi. opin. 962. numer.2.* vbi loquitur in ciuilibus, *ex Bald. in loco præallato, Hect. Æmil. in tract. de testib. verbo, testis articulum verum deponens, num.2. fol.221.* Distingue, quod

102 non † probat, si non reddit sufficientem rationem, probat autem, si eam reddit: colligitur hæc distinctio ex *Bart. in l. latro, num.7. ff. de supellect. lega. Socin. d. consil. 56. num.15. versicul. secundo respondeo, lib.4. Socin. iun. d. consil. 73. numer.13. vers. & iste testis, lib.2. Bald. d. cons.10. numer.6. vers. & rationem reddit sufficientem, lib.5. Franc. Marc. decis. 900. num.6. part.1. Hector Æmil. in tract. de test. rubr. testis articulum verum deponens, num.3. & 4. fol.222.* Hinc secun-

103 do infertur, quod † non probat testis, qui in sua depositione dicit, veritatem esse, sicut alter testis deposuit. Scripto enim per Notarium testimonio vnius testis per extensum, si in alio testimonio idem Notarius per pigritiam scripserit, *dixit, & deposuit, prout primus dixit, & deposuit*; talis depositio relatiua ad depositionem alterius non valet, nec à iure probatur, ita post multa videtur concludere Host. *in c. nihil obstat, num.2. & seqq. omnibus, de verbor. signif.* vbi dicit, quod Vrbanus Papa IV. & Clemens Papa IV. videntes hanc Notariorum pigritiam in recipiendis dictis testium communi vsu receptam, illam expresse reprobarunt, & propterea in Curia talis pigritia non admittitur, & testimonium sic receptum improbatur. Et Host. sic dicentem in referendo sequuti sunt ibi Ioan. Andr. *num.3. Boic. numer.1. & seq. Butr. num.3. vbi, quod ita opinio est verior de iure, Zabar post num.1. ver. dicit tamen, quod Vrbanus, Abb. num.3. ad fin.* vbi hanc opinionem dixit veriorem (licet contrariam æquiorem.) Addo pro hac eadem opinione Specul. *in tit. de teste, §. nunc tractandum, nu.8. vers. cautionem quoque*, vbi pariter, quod Curia, & probat contrariam practicam, Fel. *in cap. cum in tua, num.2. de testib.* vbi testatur de magis communi * opi- *
nione (licet contrariam dicat æquiorem, *ex Abb. in d. cap. nihil obstat,*) *Tind. de test p.3. c.10. n.4.* vbi reprobat contrariam communem Notariorum consuetudinem, & tale testimonium improbat, præsertim si Notarius est mortuus, *Rebuff. de test tit.1. gl.10. n.69. Bossan. tit. de oppos. con. test. n.23. & n.87. vers. quid si testis, Franc. Marc. dec.900. n.2. par.1.* vbi alios refert concordantes, & hanc sequitur opinionem de iure, (nisi contrarium à consuetudine disponatur, *vt ibi per eum.*) *& n.7.* vbi etiam, quod ita seruat Curia Romana, *ex Host. & Io. And. in d. c. nihil obstat, Alex. Stiat. in pract. tit. c.16. n.44. & plurib. seq.* vbi pluribus hãc probat opinionem, eamq; dicit & veriorem, & æquiorem, & magis * communem, *And. Gail. obser.104. n.5. par.1.* vbi * pariter damnat contrarium Notariorum vsum, *Practic. Corradi, tit. de testib. rub. de præmed. ser. m. nu.43. vers. idem Spec. & c. fol 134. col.1. Vivi. opin. 962. n.1.* vbi præsertim in criminalibus, *& n.3* vbi dicit, contrariam consuetudinem esse irrationabilem, iniquissimam, & nutritiuam innumerabilium fraudum, & falsitatum. Contra, † quod

104 imo admittatur testimonium secundi testis deponentis se dixisse, prout primus dixit, faciunt plures rationes bene deductæ per Host. *in c. nihil obstat, nu.2. & seq. de verb. sig.* vbi testatur, quod ita communiter * omnes vtuntur, * licet bene dicat, quod melius faceret Notarius, si totũ dictum cuiuslibet testis extenderet. Tamen cum sic se habeat communis vsus, ille vtiq; est seruandus, donec per Principem expresse reprobetur, prout in Curia fuisse reprobatum per Vrbanum IV. & Clementem IV. ibi testatur, & sic videtur velle Hostiens. quod huiusmodi depositiones non improbentur, si ab vsu Notariorum, & consuetudine receptæ sint, nisi talis consuetudo à Principe expresse reprobetur, & Host. dicta referuntur *ibi per Io. Andr. n.3. Boic. n.1. ver potest tamen dici, Ambar post num.2. vers. in contrarium, iuncto vers. non tamen, Zabarell. num.1. in vers. vbi quæro, Abb. num.3. ad fin. versic. sed vbi est talis consuetudo*, vbi etiam testatur, hanc opinionem æquiorem, (licet contrariam veriorem,) addo pro hac contraria opinione Bald. *in l. fin. §. refutatorius, n.3. ad fin. C. de appellat* vbi, quod ita se habet consuetudo, licet pro contraria opinione aliquas adducat rationes Fel. *in c. cum in tua, num.2 in fin. de testib.* vbi pariter testatur de æquiori opinione, *ex Abb. in d. cap. nihil obstat,* (licet contrariam dixerit magis communem, *vt supr. eum retulit,*) *Iacob. de S. Georg. in l. qui falsa, num.8. vers. vltimo quæro, ff. de testib.* vbi hanc defendit opinionem, & respondet contrariis rationibus, *Franc. Marc. dec. 900. num.2. & seqq. part.1.* vbi & hanc sequitur opinionem, dummodo sit approbata à consuetudine, prout dicit esse de stylo Curiarum Delphinatus.

ARGVMENTVM.

De testibus in articulo mortis constitutis, an & quando possint examinari, & examinati quantum probent.

SVMMARIA.

Testes examinati in articulo mortis, non probant, nu.105. & seq. vbi

vbi adducuntur plures rationes huius conclusionis. Contra, quod imo probent, n.107. & seq. vbi adducuntur plures rationes huius secundæ opinionis.
Testi examinato in articulo mortis non creditur plus quam alteri testi, imo minus creditur, n.109.
Testi examinato in articulo mortis creditur, quando stat in sano intellectu & articulate loquitur, aliter secus, n.110 Declara, vt n.111.
Testis examinatus in articulo mortis an probet, iudicis arbitrio remittitur, n.112.
Testis examinatus in articulo mortis, nunquam plene probat, nisi fuerit firmiter examinatus, & parte citata, sed tantum fuit aliquam præsumptionem, n.113.

QVÆSTIO LXXX. OPPOS. XL.

Sublimita primo, hanc primam limitationem quando causa defensionis est eadem, quæ tunc socius pro socio non potest testificari, etiam quod agatur de re diuisibili, ibidem, numero 393

Sublimita secundo, quando ex sua depositione socius sperat commodum aut vtilitatem, quia tunc non admittitur in testem, etiam quod de re diuisibili agatur, ib. n. 394

Limita secundo regulam, quando non agitur de re communi, ibi nu 395

Limita tertio, quia probat socius contra sociū, licet non sic ad sui fauorem, ibidem, num. 396

Limita quarto, ad probandum societatem, contra tertium, illam negantem, ibidem, num. 397

Limito quinto in socio socii mei, qui pro me testis non prohibetur, ib. n 398

Limita sexto, vt regula procedat, quando societas est contracta per pactum, & sic in socio ex conuentione ib nu 399

At secus quando societas est contracta ex incidenti, tunc enim socius non prohibetur testimonium ferre pro alio socio, ibidem, num 400

Nisi causa defensionis esset eadem, vel ex depositione socius commodum, aut vtilitatem cōsequeretur, tunc enim repellitur a testimonio etiam quod societas sit incidenter inita, ibid. num. 401

Limita septimo, in socio itineris, quia non prohibetur deponere super iniuria suo socio facta, ibid num. 402

Nisi forsan iniuriam socio illatam ad animum suum reuocauerit, ib. nu 403

Et quomodo probetur iniuriam fuisse ad animū reuocatam ib n 404

Limita octauo, quia an socius pro socio probet, iudicis arbitrio remittitur, ib. n. 405

SODOMITA.

Sodomita tanquam crimino sus a testimonio repellitur, & dixi supra, vers. criminosus.

SOLLICITATOR.

Sollicitator, an & quando possit esse testis in causa, in qua sollicitat, vide in seq. vers. sollicitator

Regula sit negatiua, quod sollicitator testis esse non potest in causa, in qua sollicitat, ibidem, num 244

Amplia primo etiam in eo, qui olim fuit sollicitator, ibid. num 245

Amplia secundo, etiam in sollicitatore, non salariato, ibidem, nu 246 licet alii contra, num. 247. Sed prima opinio est verior, & communis, num. 248. Et multo magis procederet si sollicitator sine salario haberet aliquod interesse in lite, vel esset consanguineus principalis, num. 249 Vnde secus in eo, qui sollicitat sine salario ex causa pietatis, & amore Dei, num. 250

Limita primo regulam, vt procedat in sollicitatore deputato, & electo a principali, ibi. n 251. Secus autem in electo, & deputato a procuratore, nu 252. Declara tamen hanc limitationem, vt in num. 253

Limita secundo, in sollicitatore, qui sit persona honesta & bonæ conditionis, & famæ, ibid. num 254

Limita tertio, quia sollicitator in causa non prohibetur testimonium ferre in ea, ibidem num 255

Limita 4. quia sollicitatoris depositio suppletur ex depositione alterius testis, ib. n. 256. Declara, vt n. 257

Limita quinto, quia probat sollicitator contra suum principalem, ib n 258

Limita sexto, de consensu partium, ibidem. numero 259

Limita 7. quia quod testis sit sollicitator, non præsumitur, ideo probandum per opponentem, ib. n. 260

SORTILEGVS.

Sortilegus, an tanquam criminosus a testimonio repellatur: dixi supra, versicul. criminosus.

SPVRIVS.

Spurius, an tanquam infamis a testimonio repellatur, vide in seqq. versiculis.

Testis spurius regulariter a testimonio repellitur q 56 n 400

Amplia 1 & multo magis in causis, in quibus requiruntur testes omni exceptione maiores q. 56. nu. 403

Amplia 2. multo magis in criminalibus, ibidem num. 404

Amplia 3 etiam in spurio legitimato, ibid. num 405 seq.

Amplia 4 non solum in incestuoso, sed etiam in naturali nato scilicet ex concubina, & ex soluto cum soluta, nu n. 407. seqq. vbi fedditur ratio.

Limita 1 regulam in spurio bonæ vitæ, & famę, q 66 n 412

Limita secundo, in spurio religioso, ibidem, num 411

Limita 3 in spurio nobili, & magnæ conditionis ac status, ib n. 412

Limita 4. in casu, in quo aliter veritas haberi non potest, ib n. 413

SVBDITVS.

Subditus, an & quando possit esse testis pro suo domino, vide in seqq. vers.

Testis subditus ratione feudi, an possit esse pro suo domino, posui infra, vers. vasallus, hoc solum de subditis ratione iurisdictionis potest esse pro domino suo. q 55. n. 203. Vbi de communi dico contrarium tenuerint, aliqui relati, n. 204

Testis potest esse subditus pro domino suo etiam quod is habeat in illos merū & mixtum imperium, ib nu 205

Testis potest esse subditus pro domino suo, de his, quæ gesta sunt in statu, & territorio ipsius domini, secus in de gestis extra statum, ibid. num 207

Testis esse non potest pro domino suo subditus, vilis, pauper, non verisimilia deponens, vel aliqua alia suspicione laborans, ibidem, num 208

Testes esse non possunt subditi, angarii, paragarii pro eorum dominis, ib n 209

Testes subditi esse non possunt pro eorum dominis, qui sunt natura terribiles & sui, & tales, vt præsumatur subditis vim illaturi, nisi ad eorum fauorem deposuerint, ibid num. 210. quando enim dominus dicatur talis natura, nu 211

Testes sub hac etiam in casu in quo admittuntur ad testificandum pro eorum dominis non sunt in egritudine fidei, & omni exceptione maiores, ib nu 212

SVMMA Maior, & Minor.

Regula sit, quod testes singulares, quorum vnus deponit de maiori summa, quantitate & numero, alter vero de minori, concordantur & probant in minori, q. 64. n 223. licet alii contra, n. 234

Amplia hanc regulam, vt idem sit in testibus deponentibus de tempore, quorum vnus si deponat de possessione triginta annorum, alius de possessione viginti annorum, & alter de possessione decem annorum, vtique probant de minoris temporis possessione, ibid. numero 235. & 237. licet alii contra, numero 236

Verum hęc ampliatio declaratur duobus modis vt n. 238 & 239 & seq.

Limita primo, hanc regulam non procedere quando testes essent singulares in prædicamento quantitatis, quia vnus diceret fuisse venditam totam terram, alter vero medietatem, quia tunc non probant in medietate, ib. nu. 241

Limita secundo, regulam procedere, quando testes deponunt super his, quæ solo iudicio, & discursu intellectus percipiuntur, vtputa quando agitur de extimandis damnis & interesse, pretio, aut valore rei, secus si deponat super his quæ sensu corporeo percipiuntur, ib. nu. 242

Limita tertio, quando agitur de probando aliquam summam relictam in testamento, ibid. num 243

Limita quarto, vt tunc demum testes discordes in summis concordent minor., quando scirentur eos loqui de eodem actu, & negotio, ib. n. 244. licet alii contra, nu 245. Secus quando constat testes loqui, & intelligere de diuerso actu, & negotio, n 246. Vbi bene exemplificatur hæc limitatio.

Limita 5. quando ex pluribus testibus adsunt plures vel duo contestes, qui concordent in maiori summa, & vnus tantummodo deponat de minori, non attenditur dictum vnius testis, sed solum probant contestes de maiori summa deponentes, ib. n 247

Et quid si adsint plures testes singuli, deponentes de diuersis summis, an fiat coaceruatio omnium summarum, & ex illis, an capiatur tertia, vel quarta pars, ib. n 248

Limita 6. quando testes deponerent taxatiue de diuersis summis, quia tunc non concordantur in minori ib n. 249

Et isto casu attenditur testibus deponentibus de maiori summa, quam de minori, ib. n. 250 & seq

Limita 7 vt testes discordantes in summis concordentur in minori, quando discordia est modica secus si magna ib. n. 252

SVPPLETVR.

Testis dictum, & inhabilitas, an & quando suppleatur ex numero, vel habilitate aliorum testium, vel ex adminiculis, & coniecturis, vide in seqq. vers.

Testes affines si sunt plures, probant & numerus supplet eorum inhabilitatem, q 54. n. 68

Testis affinis inhabilitas suppletur ex idoneitate alterius, ib n. 69

Testis fractis depositio suppletur, vel ex numero testium, vel ex legalitate contestis, vel ex adminiculis. q 45. n 128. & 129

Testimonium domesticorum suppletur ex magna fide contestis, q. 55 n. 109 Item suppletur ex numero testium, n 116

Testis coloni depositio suppletur aliquando, vel ex habilitate alterius testis, ib. nu 229. vel ex numero aliorum testium, n. 227

Testis amici depositio suppletur ex habilitate, & integritate contestis, ib nu. 246. Item suppletur ex numero testium, num 247. Quod declara, vide num. 247. vers. sublimita hanc quartam.

Testis infamis dictum non suppletur ex dicto alterius testis fide digni, q 56 num. 48 Sed bene suppletur ex dicto duorum testium, nu. 49. Fallit in fame infamia facti, cuius dictum suppleatur ex habilitate alterius, numero 163

Testis infamis infamia facti depositio supplet ur ex adminiculis, & coniecturis, ibidem, num. 114

Testis criminosus facit aliqualem probationem si eius dictum sit adminiculatum ex dicto aliorum testium: vel alias, n. 163

Testes carcerati si sint plures faciunt vnum bonum indicium, ib. n 182

Testimonium Iudæi seu alterius infidelis, suppletur ex adminiculis, & testimonio aliorum Christianorum, ib. n 223

Testis birotarii depositio suppletur ex aliis adminiculis & præsumtionibus, ibidem, numero 408

Testimonii pauperum fides suppletur, vel ex legalitate contestis, vel ex numero aliorum. q. 55. n 95 seq.

Testis minoris depositio adminiculari aliis coniecturis sufficit ad torturam, quæstio 68. num 52

Testes mulieres si plures sint an suppleant defectum sexus, q 59 n 28. seqq.

Testis vnius inhabilitas, resultans ex commodo & interesse, ex magna alterius fide non supletur, q 60. n. 14

Testes dicentes alicui vsuras persoluisse, licet regulariter non probent: probant tamen iunctis aliis adminiculis & præsumtionibus, ib. n. 87. Quod procedit in ciuilibus, secus in criminalibus, n. 88

Aduocati testimonium suppletur ex fide contestis idonei, quæstio. 60. num 193. sed contra, num. 194

Testis sollicitatoris depositio, an ex alterius testis depositione suppleatur, ib. num. 256. & seq.

Testis proxenetæ depositio an suppleatur ex integritate contestis, vel ex numero, ib n. 624. seqq & n. 428. vbi suppleatur ex præsumtionibus.

Testis de vniuersitate quamuis non sit integræ fidei, eius tamen dictum suppletur, vel ex depositione aliorum testium fide dignorum, vel ex numero, ib. n. 540. seq licet alii contra, nu. 542. Declara, vt n. 543

Testis laici depositio suppletur ex fide clerici cōtestis q 61. n 117

Testium numerus supplet regulariter eorum defectum & inhabilitatem, q. 62. n 290 & 310 vbi plures fiunt illationes.

Testium numerus supplet inhabilitatem in ciuilibus, secus in criminalibus, ib. nu 311. Declara, vt n 312

Testium numerus non supplet defectum in causa ciuili grani & ardua, ibidem, numero 313

Testium numerus non supplet defectum in causa matrimoniali, nisi alia concurrant, ib. n 314 & 315 contra n 316

Testium numerus supplet inhabilitatem, quando inhabilitas diminuit tandem fidem testi, secus si in totum a testimonio repellat, ibid. n. 317. & 318. vbi fiunt illationes.

Testis inhabilitas ratione interesse resultans, per numerum non suppletur, ibidem, numero 318

Testium numerus defectum, & inhabilitatem supplet quoad personas: non autem quoad dicta, q 62 n 319. Ideo testes deponentes in uerisimilia non probant, etiam quod plures sint, n 320

Testium numerus defectum non supplet, quando omnes testes suspecti essent, & exceptione si, paterentur, ib. n 323. Sustinetur prima opinio quando plures testes patuntur defectus, num. 324

Testium numerus, vt suppleat defectum, quantus esse debeat: dic iudicis arbitrio relinqui, licet aliqui aliter dixerint, ibidem, num 325. seqq.

Testis vnius inhabilitas. & defectus suppletur ex magna fide de habilitate alterius, ib. n 328. licet alii contra, nu 329. & 339 vbi fiunt plures illationes.

Testis inhabilitas suppletur non solum ex fide aliorum plurium testium, sed etiam vnius tantum. ib. nu 331

Testis vnius inhabilitas, ex alterius habilitate suppletur, non solum quando constitit circa personas: sed etiam quando constitit circa dicta, q. 62. n 332

Testis vnus si dicat de loco & tempore non recordari suppletur ex alterius dicto, de loco, & tempore deponentis, ib. n 333 Declara quando locus, & tempus non est de actus substantia, vide per seqq 6, n 334

Testis defectus, & inhabilitas ex adminiculis, coniecturis, & præsumtionibus suppletur, q. [illegible] num. 336. Præsertim si iuris præsumtio concurrat, nu 336 Idem si naturæ præsumtio concurrat, numero 337. Multo magis si confessio partis concurrat, numero 338. & etiam si publica vox, & fama concurrat, num 339

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text
Wrong binding
0078

Index in Tractatum Prosperi Farinacii

Testes inhabiles, qui in totum a testimonio repelluntur, ex admiculis, & præsumtionibus non suppleantur, ib n 340
Testium inhabilitas illos in totum a testimonio repellens ex magna contestis fide non suppletur, ib n 341 seq.
Testis inhabilitas ad hoc, vt ex alterius dicto suppleatur, requiritur vt testis supplens non solum non sit inhabilis verum etiam quod sit præstantissimæ fidei, & omni exceptione maior, ib n 343 seq.
Testis inhabilitas suppletur ex magna contestis fide, etiam in criminalibus, quoad torquendum: non autem quoad condemnandum, ib nu 345
Quid in crimine hæresis ib n. 346
Quid in causa criminali ciuiliter intenata, ibi. num 347
Et quid in causa ciuili arduâ? ib. n. 348
Testis vnius fides ex alterius fide non suppletur, quando pro fama a statuto requirerentur duo testes ib nu 349
Testis vnicus probat plene præsumtionib. concurrentibus, q 69. n 35 Dummodo ille testis sit omni exceptione maior & in ciuilibus: secus autem in criminalibus, n 36
Testes singulares iunctis admiculis plene probant, qu. 64 nu 302 & seq Vbi etiam quid in criminalibus, & ad puniendum.
Testes singulares an suppleantur ex numero, ib. n. 37. & seqq.
Testes singulares an suppleant in habilitationem eorum testium, ib. nu. 315
Testes contrarii non probant, etiam quod sint plures & mille. q 56. n 3
Testes si plures sint probant etiam quod deponant per eundem præmeditatum sermonem, ib. num. 27
Testibus quorum depositiones sunt admiculatæ aliis coniecturis, & præsumtionibus magis creditur, quam aliis non admiculatis, ib n 129
Testium numerus non supplet inuerisimilitudinem depositionis, ib. n. 147 iuncto nu. 130. & seqq vbi de materia.
Testium numerus an suppleat in testibus dignitatem, ib. n. 120 & seqq.
Testimonium de credulitate suppletur ex præsumtionibus, & admiculis, quæstio. 68. num. 101
Testimonium de auditu, nec etiam plene probat iuncta fama, q. 69. nu. 22. licet alii contra; nu. 23. Probat tamen si vltra famam concurrant alia admicula, nu. 24. & etiam sine admiculis iuncta fama inducit violentam præsumtionem, num 25. & generaliter quando probet testimonium de auditu admiculatum aliis coniecturis, num 44. & seqq. & numero 52. Vbi quid in casu difficilis probationis.
Testis depositio admiculata valet etiam sine ratione & causa scientiæ, q 70 n 95
Testes non iurati non probant, etiam quod plures sint, q 74. n 65

SVRDVS.

Surdus, an & quando possit esse testis, dixi supra vers. Mutus.

T

TABERNARIVS.

TAbernarius an & quando a testificando repellatur, dixi supra, vers. ebrius.

TEMPVS.

Testis de tempore deponens, an & quando probet, vide in seqq vers.
Testes sine tempore deponentes, nihil probant, quando deponunt super facto, de cuius substantia requiritur tempus, quæstio. 47. numero 174
Regula sit, quod testes discordantes in loco, & tempore non probant. q. 64. n 72
Ampliatur illatiue, vt testes quorum vnus &c. quid factum de die, alter vero de nocte, nihil probent. q. 64. n 73
Limita 1. in testibus quorum vnus deponit de certo actu, adiecto certo die, loco, & tempore, alius vero deponit de eodem actu, non tamen recordantur de tempore, & loco: ii inquam testes bene probant, q. 64. n 74
Sublimita 1. hanc primam limitationem, vt procedat quando locus, vel tempus, non sunt de substantia actus, secus si sint de substantia, ib. num. 75
Sublimita 2. eandem primam limitationem, dummodo vnus testis alium vocet in contestem, aliter secus, ib n. 76
Limita 2. regulam quando locus, & tempus est de substantia actus, tunc enim diuersitas in loco & tempore tollit fidem testibus, ib n. 77. secus si locus, & tempus non sunt de substantia actus, nu. 78 contra, num. 79. Declara, vt num. 80
Limita 3. quando agitur de probatione alicuius loci generalis puta quod quis fuerit in ciuitate, ib. nu. 81
Limita 4. quando diuersitas in loco & tempore esset talis, vt dictum vnius comprehendatur sub dicto alterius, ib n. 82
Limita 5. quando testes de loco & tempore deponerent per verbum credo, vel alias dubitatiue, quia tunc diuersitas in loco & tempore non nocet, ib. n 83
Limita 6 quando diuersitas & discordia in testibus esset in modico tempore, ibidem, numero 84
Limita 7. in probatione actus iterabilis in qua diuersitas a loco, & tempore non tollit fidem testibus, ibidem, numero 85. licet contra, num. 86
Sublimita hanc septimam limitationem quando agitur de probando actum iterabilem, sed non iteratum, quia tunc diuersitas in loco & tempore inducit singularitatem & tollit fidem testibus, ib. n. 87
Limita 8. vt regula procedat, quando sumus in probatione actus momentanei, ib n. 88 veluti homicidii, nu. 89 vnde secus in probatione actus continuati, & successiui, n 90
Et hinc probare testes deponentes vidisse per foramen vnum post alium traditur, ibidem, num 91
Testes singulares deponentes diuersimode de tempore, vnus scilicet de maiori tempore, alter vero de minori, an probent & concordentur in minori, ibidem, numero 235. & seqq.
Regula 2. sit, quod testes de tempore, & non de loco non recordantes, ac de eo non deponentes sunt multum excusabiles, & optime probant, ib. nu 93 & est ratio, quia regulariter in testibus tempus, & locus non sunt de substantia eorum depositionis, nu. 92
Sed contrarium testes non recordantes, & non deponentes de loco, & tempore nihil probat, ib n 94. & seqq
Ideo pro resolutione facias infrascriptas conclusiones.
Prima sit conclusio, quod quando locus, & tempus non sunt de substantia actus, tunc testes de eo deponentes bene probant, ibidem, numero 96
Secunda sit conclusio, quod quando locus, & tempus non sunt de substantia actus, tunc testes de tempore, & loco non deponentes, & non recordantes nihil probant, ibidem, num. 97
Et est ratio, quia quando tempus est fundamentum intentionis alicuius, & sic quando vis est in tempore, tunc illud debet articulari & probari per eum se fundantem, ibidem, numero 98
Tertia sit conclusio, quod quando tempus est antiquum testes de eo non deponentes, & non recordantes bene probant: secus si sit breue, ib. n. 99. & 100
Quarta sit conclusio, quod si testes interrogantur de loco, & tempore, & de eo dicât se non recordari, nihil probant, ib. n. 101
Quinta sit conclusio, quod quando constat a mundo de loco, & tempore, tunc testes de eo non deponentes adhuc probant, ibidem, num. 102
Sexta sit conclusio, quod si testes sint plures, & omnes dicunt se de tempore non recordari sunt valde suspecti, & nihil probant, ib n. 104
Declara vt n. 105
Septima sit conclusio, quod quando testes sunt alias suspecti, & verisimiliter de loco, & tempore informati, tunc si dicant de loco, & tempore non recordari, nihil omnino probant, ib. num 106
Octaua sit conclusio, quod in crimin-libus testes debent de tempore, & loco deponere, alias nihil probant, ib. n 107
Nona sit conclusio, quod admittuntur testes deponentes de loco, & tempore, per verbum credo, per verbum videtur, vel per alia verba dubitatiua. ib. n 108
Decima sit cõclusio, quod etiam in casu, in quo testes debent deponere de tempore: non tamen necesse, quod deponant de die, ib. nu. 109. & seqq vbi hæc conclusio declaratur.

TERMINO lapso examinari.

Regula 1. sit, quod testes examinati extra terminum datum ad probandum, vel ad producendum testes, non probant, quæst 80. nu. 6. & seq.
Ampliat, & multò magis in causa criminali, ib. num. 62
Limita 1. ampliationem si iudex ex officio vellet examinare, nu 63. Limita 2. ad defensionem rei, n 64
Ampliat regulam etiam parte non opponente, ib nu 65
Ampliat vt nec probent de consensu partium, ib. nu 66
Limita 1. hanc primam regulam, vt non procedat quando res est integra, & nihil aduersario petitur, n. 67. contra. nu. 68
Limita 2. in causis summariis, & beneficialibus de æquitate canonica, ibidem, nu. 69. contra, num. 70
Limita 3. quando testes sunt in peremto, ib n. 71
Limita 4. quando testes producuntur in continenti post terminum ib n. 72
Limita 5. quando testes post lapsum termini superuenientes ad notitiam producentis, ibid. num. 73
Limita 6. quando causa est commissa de æquitate, vel essemus in foro, in quo procedit de æquitate, prout inter mercatores, ibidem, num. 74
Limita 7. quia iudex ex officio potest testes examinare post terminum, ib. n 75
Limita 8 quia licet testes examinati post terminum non probant, faciunt tamen præsumtionem, ib. n 76
Regula 2. sit quod testes iurati in termino, possunt examinari post terminum etiam nulla facta diligentia per partem de illos examinando infra terminum, q. 80. nu 77. licet alii contra, nu. 78
Amplia 1. & multo magis quando terminus est datus simpliciter ad producendum vel ad recipiendum testes, ib n 79
Amplia 2. quando est datus terminus simpliciter ad probandum, ib n 80 contra, n 81
Amplia 3. quando concurrit loci consuetudo, ibidem 82
Limita 1. quando est datus terminus ad producendum, & examinandum testes, ib n. 73. licet alii contra, n. 84
Limita 2 quando est datus terminus ad probandum, & probatum habendum, quæstio 80. num. 85
Limita 3. quando est datus terminus ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis ib. n. 86
Limita 4. quando est datus terminus per verba præteriti temporis, ib. n 87
Limita 5. quando terminus ad probandum est datus a lege, vel a statuto, ib n 88
Sublimita omnes præcedentes limitationes, in quibus dixi, testes iuratos in termino non posse examinari post terminum, non procedere, quãdo pars fecit diligentiã, & per ipsam non stetit, quin examinarentur in termino, ib nu 89
Sed an ad hoc, vt dicatur constare de diligentia sit necessaria protestatio, numero 90. & sequenti.

TESTA-

Iurisconsulti Romani, De Testibus.

TESTAMENTVM.

Testamentarii testes, quales esse debeant, & de materia, vide in seqq. vers.
Testes agnates & consanguinei, non prohibentur esse testes in testamẽto sui affinis, & conjunctus, q 14. n 44
Testis frater esse non potest in testamento fratris, q 64. nu. 94 Limita duobus modis, vt nu. 95 seq.
Testis pater esse potest in testamento filij, quando hoc sit verum & quid e contra, q. 54 n. 195. seqq.
Testes domestici recipiuntur in testamentis, q. 55 numero 85 licet habeantur pro suspectis, num 86
Testes serui prohibẽtur esse etiam in testamentis, ib. n. 167
Testes qui esse non possunt in iudiciis, nec etiam in testamentis esse possunt, q. 59 n 42
Testes infames infamia iuris, nec etiam in testamentis adhiberi possunt, ib n 42
Testes criminosi admittuntur in testamentis, q. 56. n. 147
Testes criminosi non admittuntur in testamentis, quando non solum sunt criminosi, sed etiam publice habentur, & reputantur, vt criminosi, ib. n. 137
Testes carentes possessione adhiberi in testamento ad pias causas, ib. n. 185
Testes Iudæi, acatholici infideles, possunt adhiberi in testamentis, ibidem, nu. 221. Declara, vt num 222
Testes excommunicati possunt regulariter adhiberi in testamentis ib. n. 266. 268 Declara, vt nu 269 seqq
Testes impubes, maior scilicet quatuordecim annorum potest esse in testamento, impubes autem non, q. 58. n 8
Testes in testamento militis, inter liberos, & ad pias causas, requiruntur ad probationem, non autem ad substantiam, & solemnitatem, q. 58 nu. 56
Testis mulier, an, & quando recipiatur in testamentis, q 55. casu tertio, num. 55. & omnibus seqq.
Testis tutor, & curator potest esse in testamento per pupillum condito, q. 60 n 284
Testes legatarii, fideicommissarii, & hæredes, an & quando possint esse in testamento, in quo sunt instituti hæredes fideicommissarii, siue legatarius, vide 5 verbo legatarius.
Testes fratres, minores, prædicatores, & alii, an possint in testamento recipi, ibid. num. 467. seqq.
Testis furiosus non recipitur in testamentis, qu. 61 nu 9. Et quid si post testamentum effectus furiosus, velit super testamenti veritate testificari, an 10. & 11
Testis cæcus esse non potest in testamentis, q. 61 num. 23
Testis mutus, & surdus non recipitur in testamentis, ib. n. 14
Testes clerici recipiuntur in testamentis laicorum, ib. n. 79
Testes monachi, & religiosi recipiuntur in testamentis, ib. nu 126. Et multo magis in testamentis ad pias causas, n 127. Sed an requiratur superioris licentia, n 128
Testes inhabiles, & non recipiendi, an, & quando recipiantur in testamentis, q. 62. nu. 124. seqq.
Testes in testamentis adhibendi, an, & quando debeant esse rogati, & de materia, vide regulam cum suis ampliationibus, & limitationibus, ib nu 132 seqq.
Testes septem in testamento requiruntur, q 63. n. 249 quid in codicillis? nu 251. Quid in donatione causa mortis? n 252. Et quid in qualibet alia vltima voluntate? n. 250

TORTVRA.

Testes, an, & quando torqueri possint, vel debeant, & quando probent, vel non probent cum tortura, vel sine, vide in seqq. vers.
Testes si iudex indebite, & sine indiciis torqueat puniturq 37. nu 114
Testes torquentur, si sunt vacillantes, qu 36. numero 130
Testis potest torqueri, si negat interfuisse delicto, & de hoc conuincatur etiam per vnum testem, q 30 n. 130 seqq.
Testes non possunt torqueri, nisi vsq; ad numerum trium, ib n. 132
Testis torquetur, etiam quod sit clericus, ibid. num. 133
testis si in tortura fateatur, non est necesse quod ratificet, ib n. 139
Testis vilis torqueri potest, etiam sine indiciis, ib. n. 145
Testis in dignitate positus torqueri non potest, q. 41 n. 72
Testis non legitime, & sine indiciis tortus, si aliquid fateatur, non probat, nec contra se, nec contra alios, q 43. n. 194
Testes ob solam familiaritatem, vel domesticitatem non torquentur, q 35 n. 68
Testes deponentes super eo, quod habet contra se præsumtionem, torqueri possunt, ibid. num. 67
Testes infames nũquam admittuntur, nisi cum tortura, q. 56. seq.
Testes criminosi, non, nisi cum tortura ad testificandum admittuntur, quæstio. 56. numero 162
Testes histriones, & buffones in casu, in quo admittuntur, non nisi cum tortura admitti debent, ib n 443
Aduocatus pro suo clientulo in subsidium non admittitur sine tortura, q. 60 nu. 191. contra, num. 192
Testes infames etiam cum tortura nil probant sine infamia sit iuris, siue facti, qu. 56. nu. 37. seqq.
Testium tortura purgat eorum inhabilitatem in ciuilibus, non in criminalibus, quæst. 56. num. 38
Testes non torquentur in ciuilibus ad conuallandum eorum dictu. ibid. 39
Testis ob solam familiaritatem, vel domesticitatem, non torquetur, q. 35. n 68
Testes infames nunquam probant sine tortura, q 56. n. 56. seq. Et quid in infamibus infamia facti, n. 125
Testes criminosi non probãt sine tortura, etiam in casu, in quo veritas per alios haberi non potest, q. 56. n. 162
Testis perjurus nec etiam probat cum tortura, ib. n. 193. Declara hoc procedere in criminalibus, secus in ciuilibus, n. 194
Testes bitroatii nunquam probant sine tortura, ib. n. 396
Testis pauper vbi alias in criminalibus non probaret, probat tamen cum tortura, qu. 57. num 20
Testes viles an admittantur ad testificandum sine tortura, ib. n 62. seq.
Testium inhabilitas per torturam purgatur, q. 62. n. 377. quod procedit in criminalib. secus in ciuilibus, n. 378
Testes inhabiles etiam in casibus a iure expressis non admittuntur, nisi cum tortura, q. 62. n 379. Declara quando inhabilitas proueuit ex defectu famæ vel status, secus alio respectu num 370
Testes inhabiles si plures patiantur defectus, tunc non admittuntur etiam in casibus a iure permissis, & etiam cum tortura, q. 62. n. 381. seq.
Testis infamis non probat sine tortura etiam quod deponat de facto proprio, q. 63. n. 216

TORQVETVR.

Testis deponens super negatiua potest tãquam de falso suspectus torqueri, q. 65. nu. 212. fallit si negatiua super qua deponit sit coactata, num. 213
Testis sibi ipsi varius, & contrarius, an & quando propter varietatem, & contrarietatem torqueri possit, quæst. 66. num. 98. sequentib. Dixi explicite infra, versic. varius vbi videas.
Testis quando torquetur propter varietatem non debet citari pars, q 65. nu. 168 m. licet alii contra nu 169
Testis indebite tortus non probat, nec facit indicium, q 37 n 1
Torqueri non possunt regulariter liberi homines pro testimonio, ib. nu. 2. licet alii contra, num 3
Serui indistincte pro testimonio torquentur, sed quando hoc verum sit, ib. n. 4
Testes omnes indistincte torquentur in crimine læsæ maiestatis, ib n 5
Testes vacillantes torquentur, ib. nu. 6. Amplia primo etiam in causis ciuili, num. 7. Amplia 2. etiam in testibus constitutis in dignitate, num. 8 Amplia 3. non solum in vacillantibus sed etiam in variantibus, & sibi contrariis, num. 9. & 10. Limita 1. quando testis allegat aliquam rationabilem causam suæ variationis, numero 11 Limita 2. dummodo vltra vacillationem testis facto interfuerit, aliter secus, num 12. contra, nu 13. Limita 3. dummodo variatio sit circa negotium principale, alias secus, nu. 14. Limita 4. in sacerdotibus, num 15
Testis verisimiliter informatus de facto torquetur, si illius facti varietatem deponere recusat, q. 79 n 16
Testes qui facto interfuerunt, & dicunt se nihil vidisse, aut audiuisse torquentur, ib. num 17 Amplia, vt isto casu non sit necessaria vacillatio, num. 18 Limita quando testis allegat aliquam rationabilem causam suæ ignorantiæ num. 19
Torquentur testes quando negant se fecisse, & interfuisse, & de mendacio conuincuntur 20. Amplia primo, vt sufficiat testem deici de mendacio ab vno alio teste, dummodo sit eo dignior, nu. 21. Amplia 2. vt sufficiat mendacio conuinci per eius confessionem extraiudicialem, n. 22
Testes infames non admittuntur sine q. 79. n. 23 siue sint infames infamia facti, n. 24. siue etiam infames infamia facti, licet alii contra, nu. 26. limita quoad actionem, informationem, & inquisitionem, num. 27
Testes criminosi non admittuntur sine ib. nu. 28. Amplia 1. etiam in condemnato publico crimine, n 29 licet alii contra. Amplia 2. etiam in criminosis non condemnatis, n. 31
Testes a iure reprobati non admittuntur ad tortura, ib n. 32
Testes viles non admittuntur sine tortura numer. 33. contra, numer. 34. resolue, numero 35
Testis deportatus non admittitur sine tortura ib n. 36. contra, n 37
Testes qui sponte vadunt ad se examinandum tanquam suspecti torquentur, ibidem numero 38
Testes domestici torquentur pro furto vel delicto domi facto tanquam verisimiliter informati, ib n. 39
Testes vicini torquentur pro delicto commisso in vicinia tanquam verisimiliter informati ib nu. 40
Testes qui dicunt se non recordari de eo, de quo verisimiliter recordantur, sunt suspecti, ib n 41. non probant, nu. 42 torquentur, nu 42 & de falso puniuntur dicto, num. 43. Limita primo, dummodo oblitio non sit verisimilis, n 44 Limita secundo, dummodo dicat se non recordari de facto principaliter, aliter secus num 45
Testes torquentur non solum in inquisitione speciali, sed etiam in generali, ibidem, numero 46
Testes torquentur denegata copia indiciorum ib. nu. 47
Testes non torquentur contra eum, contra quem inuicti testimonium ferre non coguntur, ibi num. 48
Minores quatuordecim annorum nõ torquentur ib. nu. 49. sed bene ferula cæduntur, numero 50. Limita in crimine læsæ maiestatis. num. 51
Testes inhabiles, qui examinati fidem non faciunt, non torquentur, ideo antequam torqueantur sunt discutiendæ exceptiones contra eũ oppositæ, ib. n. 51. & 52. declara, vt n. 53.

Texto deteriorado e/ou
Encadernação defeituosa
Damaged text/
Wrong binding

Index in Tractatum Prosperi Farinacii

Sacerdotes non possunt pro testimonio torqueri, etiam quod vacillent, ibid. num. 54. licet alii contra, n. 55 Limita primo, in clericis non sacerdotibus, num. 56 licet contra, nu. 57. sed isto casu clerici non torquentur a iudice seculari, sed ab ecclesiastico, numero 58. Limita secundo, si sint infames, quia ad purgandum infamiam torquentur etiam sacerdotes, numero 59

Constituti in dignitate, nobilitate, vel officio seculari non possunt pro testimonio torqueri, ib n. 60. limita si vacillent, n. 61. licet alii contra, nu 62

Testes non torquentur in causa ciuili, ibidem, num 63. contra, num 69. etiam quod viles sint num 64. contra, num. 67. etiam quod vacilleat, num 65 contra, num. 68. resolue, vt num 69

Testes non possunt torqueri, nisi contra reum præcedant indicia, ib. nu. 71. Limita quando torquentur testes in inquisitione generali, num 72

Testes non possunt torqueri, nisi contra eos præcedant indicia, ibidem, numero 73. sed quænam sint ista indicia, n 71 Limita quando torquentur ad purgandum infamiam, num. 74

Testes non torquentur, quando aliunde veritas haberi potest, ib. n 76

Testes duo tres quando sunt torquendi, non omnes sed duo aut tres torquentur, n 77

Testes in tortura non sunt in specie contra aliquem interrogandi, sed in genere contra delinquentem ibidem, numero 78. Limita nisi præcedant indicia contra certam personam, numero 79. Declara limitationem, numero 80

Tortura testium debet esse moderata, & per quantum tempus, ibidem, numero 81. & sequentib

Ratificatio est necessaria in confessione a testibus per torturam habita, ib. num. 83. licet alii contra, nu 84

TVTOR.

Tutor an, & quando possit testimonium ferre pupillo, & de materia, vide in sequentibus versiculis.

Regula sit negatiua, quod tutor, & curatór testis esse non potest in causa pupilli, quæstio 60. num 272

Amplia primo etiam finita tutela, & cura, si ex sua depositione tutor, & curator commodum aut laudem consequatur, vel damnum, aut dedecus euitet, aliter secus, ibidem, numero 273

Amplia secundo, etiam quod deponat de gestis per eos, dum tutela, & cura durauit, & sic in facto proprio, ib n. 274

Amplia tertio, etiam in actore per tutorem, siue a iudice ad lites depurato. Adhuc enim tutor testis esse non potest in causa introducta per actorem, ibidem, num 275 Contrarium tenent relati. n. 276. seqq. Sed prima opinio est magis communis & verior, declarata tamen, vt in num. 279. & 280. Vbi quod si causa agitur non per actorem, sed per curatorem ad litem.

Amplia quarto, in actore ad lites, ibidem, num. 281

Amplia quinto, in exsequutore testamenti, ibidem, numero 282. Declara limitationem, vt num. 284

Limita primo, regulam in testamentis factis per pupillum, ib. n. 284 seq.

Limita secundo in contractibus, & aliis instrumentis factis per pupillum, ibidem, numero 286

V

VNICVS.

Testis vnicus, duo, tres & septem, duodecim, plures & pauciores quod probent in diuersis casibus?

TEstes duo sufficiunt regulariter ad perfectam probationem in omni causa, tam profana quam etiam ecclesiastica, vel spirituali, q 63 nu. 230

Testes duo sufficiunt ad condemnandum, nedum in causa ciuili, sed etiam criminali, ib. n. 233 seq.

Testes duo etiam ad episcopum condemnandum sufficiunt, ib. n 235

Testes duo sufficiunt ad condemnandum summum Pontificem, ib. n. 236. Declara, vt n. 237 & 238

Testes duo non sufficiunt, quando agitur de probando aliquid, quod habeat contra se iuris præsumtionem, ib nu. 239. Tunc enim vel tres requiruntur testes, vel saltem duo, qui sint omni exceptione maiores, n. 240

Testes duo hõ sufficiunt, sed plures requiruntur ad conuincendum. & condemnandum Cardinalem, ib nu 241. Amplia etiam in delictis ante Cardinalatum commissis, num 242 Limita primo, dummodo agatur de delicto, pro quo degradationis pœna veniat imponenda; secus si de alia pœna, n. 243. Limita secundo, quando testes suspecti, & inhabiles essent, secus si non suspecti, & idonei sint, nu. 244 Licet alii contra, n. 245

Testes duo non sufficiunt in probatione delicti per scripturam contracti, ibid. num. 248. Secus si debitum non sit in scriptis redactum, num. 248

Testes duo non sufficiunt ad probandum confessi mentem factæ solutionis, ib nu 247

Testes in testamento septem interuenire debẽt, ib. nu 249

Testes in codicillis, donatione mortis causa, aliaque vltima voluntate quinq; debent interuenire, ib n. 250. seqq.

Testes decim non, sed tres requiruntur in deposito pecuniæ, vel alterius rei, excedentis libram auri, ib n. 253

Testes tres requiruntur in inuentarii confectione, ib. n. 254

Testes duodecim requiruntur in episcopi purgatione, ib. n 255

Testes tres requiruntur in priuata scriptura, ib. num. 256

Testes tres requiruntur ad probandum interruptionem præscriptionis, ib. n 257

Testes tres requiruntur in ventre inspiciendo per obstetrices, ib n. 258

Testes septem requiruntur in diuortio, ibidem, num. 259

Testes plures quam duo requiruntur, si ita statuto, vel consuetudine introductum sit, ibid. num 260

Testes plures quam duo requiruntur in pluribus casibus, de quibus remissiue, ibidem, numero 261

VARIVS, VACILLANS, ET CONTRARIVS quando dicatur.

Testis quando est varius & vacillans, debet iudex ipso teste præsente facere scribere per notarium variationem, & vacillationem, qu. 49 num. 127

Testis varius dicitur, qui in directe deponit contrarium eius quod antea deposuerat. Cõtrarius vero, qui directe sic contrarium dicit, qu. 66 num. 2. Contra quo, varietas in testimonio ducatur etiam ex indirecta contradictione, num. 3

Testis varius dicitur, qui nulla causa aut ratione assignata dicit contrarium eius, quod primo dixerat, ib. nu. 5. sed certe hæc descriptio conuenit etiam testi contrario, n 6

Testis contrarius dicitur is, qui deponit duo, quæ simul esse non possunt, ib n. 5

Testis varius, vel contrarius sunt idem in effectu, saluo quod varius dicitur, qui suo proprio motu variat. Contrarius vero, qui varia deponit interceptus per interrogatoria, ibid. num. 7

Testis varius dicitur, qui non contraria deponit, sed diuerso modo dicit, quæst 66. num 8. contrarius vero, qui contraria tenaciter asserit, num. 9

Testis vacillans dicitur, qui timendo, titubando & dubitando varie loquitur, ibidem, numero 10

Testis dicitur vacillans, si cum timore & dubitatione loquatur, etiam quod non varia deponat, ibidem, num 11

Testis varius accipitur a Doctoribus pro vacillante, & econtra, ib. n. 12

VARIVS, VACILLANS, ET contrarius quando probent.

Testis vacillans pariter non probat, ibidem, nu. 14. Sed quod probat licet de fide diminuatur, numero 15. Concorda, vt numero 16. 17. & 18

Testis sibi varius, & contrarius in aliqua parte in totum reputatur varius, & contrarius, & nihil probat, ib. n. 19

Testis varius & contrarius in loco, & tempore nihil probat, ib n 20

Testis varius, & contrarius, nec etiam facit indicium ad inquirendum, ib n. 21

Testis sibi varius, & contrarius, in substantialibus non probat, ib num. 22. & 23. vbi etiam quod tunc depositio dicitur in substantialibus, quando concernit articulata, secus autem si sit varius in non substantialibus, sed in qualitatibus, circumstantiis, accessoriis, & accidentalibus, n. 24

Testis suspectus potest a iudice interrogari etiam de qualitatibus, & circumstantiis non substantialibus, ib n. 25

Testis varius etiam in non substantialibus, non probat, quando variatio est multiplex, & cõcernit factum proprium ipsius testis, ibidem, num. 26

Testis varius etiam in accessoriis non probat, quando iurauit dicere veritatem super tota causa, ib. nu. 27

Testis varius in penitus extrinsecis & impertinentibus adhuc probat, ibidem, num 28 & 29. vbi etiam, quæ dicantur impertinentia: si vero varietas consistat in pertinentibus ad causam, & tunc nihil probat, numero 30

Testis varius, & contrarius in non substantialibus licet probat, diminuitur tamen de illius fide, ib. nu. 31

Testis varius, & contrarius per errorem, & ignorantiam probat & non punitur de falso, ibid. nu. 32 & 33

Testis varius & contrarius propter obliuionem an aliquo modo excusetur, numero 34. & 35

Testis varius, & contrarius probat, quando varietas est modica, ib n. 36

Testis non dicitur varius, aut contrarius, qui in vno examine plus dixit quam in alio, ib. n. 37 & 38

VARIVS, CONTRARIVS, ET vacillans, quando, & quomodo puniatur.

Testis sibi ipsi varius, & contrarius punitur de falso, ib. nu. 56

Testis vacillans adhuc punitur de falso sicut testis varius, ibidem, numero 57. Declara, vt num 58

Testis varius sibi & contrarius, punitur non solum si varietas & contrarietas est in eadem depositione & iudicio, ibidem. numer 59 sed etiam in diuersis depositionibus, & diuerso iudicio, numero 60. licet alii contra, numero 61

Testis calore iracundiæ deponens in vno iudicio contrarium, quod postea cessante iracundia, deposuit in alio punitur, sed pœna extraordinaria, ib n. 62

Testis qui sine iuramento examinatus deposuit vnum, & deinde cum iuramento deposuit aliud, adhuc punitur de falso, ibidem, numero 63

Testis qui in iudicio plenario deposuit contrarium eius, quod deposuerat in summario, tanquam varius puniendus est, ibid numero 64

Testis qui in ormentis dixit contrarium eius, quod posu rat extra tormenta, an, & quando puniendus sit, ib n. 65. & seqq.

Testis varius & contrarius in non substantialibus non tenetur pœna falsi, ib. nu 69 punitur tamen extra ordinem crimine stellionatus, num. 70

Testis qui in iudicio valido dixit contrarium eius

Iurisconsulti Romani, De Testibus.

eius, quod deposuerat in iudicio nullo, non punitur, ib. nu. 71 contra, num. 72. concordia, vt num. 73

Testis qui dixit varia & contraria, animo se corrigendi non punitur, ibid nu 76

Testis qui examinatus non debebat examinari, non punitur pœna variationem, & contrarietatem, ibid. n. 77

Testis qui primo dixit se nescire, & postea scire, non dicitur varius, nec punitur, ibidem num. 78

Testes qui primo dixit, se non recordari, deinde dicit, se recordari, non dicitur varius, nec punitur, ibid. num 79

Testis rusticus excusatur in variatione, & contrarietate, ibid. num 80. contra, nu. 81. Vbi declaratur, & nu 82

Testis qui in iudicio deponit contrarium eius, quod primo dixerat in iudicio, non punitur tanquam varius, ibid. nu. 85

Testis qui extra iudicium dicit contrarium eius, quod primo dixerat in iudicio, non punitur tanquam varius ibid. nu 85

Testis qui in iudicio dixit cõtrarium eius, quod prius dixerat extra iudicium parte præsente, non punitur ibi nu. 86

Limita 1. quia licet non puniatur pœna falsi, punitur tamen stellionatus, & ad damna & interesse nu 87

Limita 2. quando cum partis præsentia concurrit etiam causæ dictio 88

Imo nunquam punitur testis varius in iudicio ab eo, quod dixerat extra iudicium, nisi in dicto extraiudiciali concurrat causæ, ibid. num. 89

Testes in iudicio deponens contrarium eius, quod prius extraiudicialiter medio iuramento deposuerat, punitur de falso, ibid num. 90. Sed verius est non de falso, sed pœna stellionatus puniri, num 92 Limita dummodo iuramentum sit formiter præstitum, alias secus, num 91

Testis in iudicio deponens contrariũ eius, quod dixerat extra iudicium, punitur, quando primum dictum extraiudiciale erat magis verisimile, ibidem num 93. Limita primo, quãdo secundum dictum iudiciale est confirmatum in tormentis: quia tunc non punitur de falso, sed crimine stellionatus, num 94 & 95. Limita secundo, quando secundum dictum iudiciale esset emanatum ad correctionem primi dicti extraiudicialis, num. 96 Limita tertio, quando primum extraiudiciale dictũ esset dubitative prolatum, num 97

VARIVS, contrarius, & vacillans quomodo torqueri possit.

Testis sibiipsi varius, contrarius, aut vacillans regulariter torqueri potest ad videndum, in quo dicto persistat, ibid num. 98. licet aliqui contra, num 99

Testis ob solam varietatem torquetur etiam non præ lentibus aliis indiciis, ibid. num. 100

Clericus testis propter varietatem torquetur etiam, ibid num 101. Amplia etiam fama non præcedente, num 102. Limita, quia torquebitur isto casu clericus non a iudice seculari, sed a iudice ecclesiastico, nu 103

Testis sæpius varians sæpius torquetur, ibid. num 104. non tamen in infinitum, sed vsque ad tertiam vicem nu 105

Testis, qui in iudicio dixit contrarium eius, quod prius extraiudicialiter dixerat, potest sine dubio torqueri, ibid. num. 106. licet alii contra, num. 109. & multo magis poterit isto casu inquiri, num. 110. & rursus eo magis poterit torqueri, quando primum extraiudiciale emanauit, vel cum iuramento, num. 107. vel in scriptis, nu. 108

Testis, qui extraiudicialiter dixit contrarium eius, quod prius iudicialiter deposuerat, potest ex hac variatione non solum inquiri, & processari, ibid. num. 111. sed etiam torqueri, nu. 112

Testis ob solam variationem non torquetur, nisi etiam fateatur, se facto interfuisse, ibid. num. 113

Testes non torquentur ob solam variationem in causis ciuilibus, quæst. 60. num 114. contra, num 115 Distingue, vt num. 116. Attamen sunt casus in quibus torquentur testes varii in causis ciuilibus, primus si secundus, nu. 117. secundus si sint viles personæ, num. 118. tertius si causa ciuilis habeat crimen annexum, numero 119. quartus si torquentur a iudice criminali, & non ciuili, numero 120

Testis varius, & contrarius, in non substantialibus non torquetur, ib nu 121

Testes in dignitate constituti ob variationem non torquentur, ib. num. 122. licet alii contra, num. 123

VARIVS si sit testis in eodem, vel diuerso iudicio cui dicto magis standum sit.

Regula sit, quod testis si sit varius in vno examine ab eo, quod dixerat in alio, attenditur primum dictum, & non secundum, ibidem, num 124 & 127. licet alii contra, num. 125. & 126

Amplia 1. etiam quod testis secundo loco fuerit examinatus parte non opponente, ib n. 129. licet alii contra, n 128

Amplia 2. & multo magis quando testis secunda vice fuit examinatus post publicationem primi examinis, ib n 130

Amplia 3. multo magis quando sumus in casu, in quo testis semel examinatus non debebat amplius examinari, ib n 131

Amplia 4. etiam in pluribus testibus sibi variantibus, & contradicentibus, vt scilicet attendatur eorum primum dictum & secundum, ib n 132

Amplia 5 etiam quod indicia sint diuersa, & quod fuerit actum ad diuersum finem, ib. n. 133. & 134

